JACOBI BRANDMYLLERI ... MANUDUCTIO AD JUS CANONICO AC CIVILE JUXTA SERIEM...

Jacob Brandmuller

Digitized by Google

BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
13
13 B
40
Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
13-17.d.10
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Goo

JACOBI BRANDMYLLERI
in alma
BASILEENSIVM
Anteceſſoris

MANVDVCTIO
ad
JVS CANONICVM
ac CIVILE

juxta ſeriem alphabeticam
enucleata
meditationibus hiſtorico-politicis
digeſta
aliorum Jurium acceſſionibus
illuſtrata:
ejuſdem Authoris
Sumptu procurata.
E qua
quæ fuerint olim
ſint hodie
non tam ſint quàm eſſe videantur
VTRIVSQ. JVRIS DIFFERENTIÆ
& cui Juri propiùs ſit accedendum
Legum ac diverſarum artium
Conſecraneis
perſpicuitate facili
fit manifeſtum.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

BASILEÆ, Typis GEORGI DECKERI, Academiæ Typogr.
ANNO CIƆ IƆC LXI.

Digitized by Google

INCLVTÆ ET FLORENTISSIMÆ
REIPVBLICÆ HAMBVRGENSIS
MAGISTRATVI

CONSVLVM

MAGNIFICENTIA

SYNDICORVM

DEXTERITATE

SENATORVM

MERITIS
EXCVSSA
SECRETARIORVM XII. VIRORVM
ÆRARIO PRÆFECTORVM
VBIQVE JVDICIORVM
PRÆSTANTIA
EMINENTISSIMO
PATRIBVS PATRIÆ SPECTATISSIMIS
PRVDENTISSIMIS
DOMINIS SVIS VENERANDIS
NON TABVLAS NON CERAM
OFFERT
SED
NVDA DEMISSIONE
FELICITATIS VOTA IMMOTÆ
AC
OB SERVATOS CIVES
EXTERORVM ADMIRATIONEM
AVPSICIIS CANDIDIS
PERSEVERATVRAM
SISTIT
JACOBVS BRANDMYLLERVS JC.

Digitized by Google

QUum

VIRI MAGNIFICI NOBILISSIMI

intueantur omnes, è quibus anguſtiis eluctata ſit in ſplendoris ſummi perennitatem SACRÆ PRUDENTIÆ *majeſtas: quàm ſolicitet eam laſſa interdum, nondum ſatiata ſcripturientium voluptas: quemadmodum ille innovationibus, luculentis interpretamentis alius, pars maxima inclareſcendi propoſito turgeant: nemo deniq; ſit paulum melioris animæ, qui non illabatur in præſcripta legum, quibus manifeſtiùs cognitis & inhibita declinet & permiſſa ſectetur; intueri hæc ſingula etiam mihi, cui eminus oculi in erudita patent, licuit, verùm ut vix videretur, reliquum, quo publicæ commendationi me inſererem. Nihil mehercles ſe offerebat, quod non oblatum fuerit antiquitati, aut propioris ævi ſibi non vindicarit elegantius ingenium. Tam nullum reſtat argumentum, cujus impetus non aliunde intelligatur: nulla eſt calami gloriola, quæ ſuo ſe fulciat ſubſidio. Tandem excitavit languores meos promiſſa partim, partim materiis rarioribus innixa ambitionis fiducia, quam obfirmarunt quotidiana in diſcipulis meis experimenta. Cognovi inde & facilia, quibus ad ardua contendentes viam muniunt: & neceſſaria, citra quæ ars boni ac æqui, illa honeſtè diſſentiendi congeries, nec ſtadium ſuum emetitur, nec dubietates aptè reſecat. Qui in jure Civili ſunt expeditiores, è Canonico ſi interrogentur, ne aliena reſpondeant, ignorantiâ tenti reſponſum protollere ſolent. Ne hircum mulgere putentur, cribrum non ſupponunt. Ne juris Canonici remotiora ſcrutentur, autumant ea eſſe concham, quæ, cum apprehenſio eſt proxima, ſe comprimit, operitq; opes, has, niſi operiantur, apprehendi gnara. Hactenus non fuit, qui non deformi obſequio erga ſedem Romanam, ſeu brevitate nimiâ ſibi placuerit. Plena ſint, quæ informant: juſta, quibus juſtitia circumſcribitur. Haud*

Digitized by Google

ſpernantur planè, quorum præcipua indignationis ardor occupat. Indulgeant, noſtrum ſit non indulgere: ſeveriùs imperent, in nobis benignitatis mixtura perſeveret. Sciamus, quæ probemus, quæ improbare poſſumus: utrinq; eſt, cui egregia mens ſe commodat. Hoc ipſum confitebantur, qui reticere nihil, ut omnia ſciant, decorum exiſtimant. Fuerint erroribus velut Clerici primæ tonſuræ & intra annum probationis poſiti; ipſa errorum confeſſio eruditionem poſtulat, meq́; manum operi admoverem, hortabatur. Initia expediundorum incerta ſunt; ſubſiſtant aliquandiu vultui primo applaudentia, mutationi mox ſuccumbunt. Sic ſub rudi conamine erant laboris primitiæ quæ lemmatum magis, quàm commentarii vice fungebantur. Progrediebar lentus in controverſias, ſed illæ luxuriabant uberiùs & nolentem implicabant, nec diſſimilem me ſibi voluit nunquam emerſuro ſimilis. Iterum ſuaſerunt memoriæ imbecillitas & ſub naſcentis in legendo tædii ignavia, ex Oceano redirem in portum, ibiq́; eam conſilii tentarem innocentiam, quâ pueri in ſcholis juxta ordinem literarum tentant alucinationes, conſulto exordio ad finem tranquilliùs ituras. Totum, quod egimus, conſtat Juris Civilis & Canonici differentiis earumq́; manuductione, quam interdum implet prolixitas, non intentione ejus, qui amphoram inſtituebat, urcei exeuntis ſtupens. Non alligavi me adjectionibus, quas tamen largiuntur Juſtiniani Novellæ. Non numeris, quibus differentiæ ſint plures ſive pauciores, mea non intereſt: intereſſe poteſt poſteritatis, quæ ſequutura numero numerum addet, ac ſecundis enodationis ſuæ curis nos ſuperabit. Non cumulatis authoramentis, quæ utcunq; aſſerta in farraginem extendant, neceſſitati, quâ ſolâ differentias deducimus, non ſunt adminiculum. Non ſupervacaneis, quæ qui intrant, DI Deæq́; quàm nihil in medio invenient, quod non ſeponant umbris & imaginibus! quas non agnoſceret veritas, vacua mens imprimere non poſſet. Immunem præterea me præſtiti ab iis ſugillationibus, in quibus qui ſcribunt, nemo eſt Stoicus. Etiam illi, qui Doctori allegato tantùm tribuunt, ut is unus ſit, cujus dictis aut addere quid aut detrahere, aut ex his mutare vel minimum nec alios poſſe arbitrantur, quantumvis nihil, quod adverſetur, cenſeant; ambages, quibus verum ſit illaqueatum, circumcidunt. Nunquam eò ſtultarum deliciarum proceſſi, ut citra neceſſitatem

mutave-

Digitized by Google

mutaverim, aut quæ alterius ſunt, mihi adſcripſerim. Ceterùm meæ maneo cuſtos libertatis, quæ quidem non in tribunalibus ſedeo, pro tribunali tamen loquor: non clientes, patronos tamen inſtruo: non magiſtratum expecto, eundem tamen comiter obſervare mei & interioris eſt affectûs: non publicorum munerum recordationem alo; poteſtatis in aliis nomen, quàm in me onus, longè eſt gratius, ſemper erit gratiſſimum. Quod ſummum eſt, quoq́ alii ſe inferiores crederent, non poſſum domi deſidere velut claudus ſutor, quem inducit in colloquiis Eraſmus. Erecti ſtant pedes contemptu operoſæ diligentiæ, & ſolicitudinem agendorum, ut mutuis intervallis tegatur, recreatione diſtinguunt. Quantumvis domeſtica violentiùs me exerceant, vix adoptatum patris nomen apparet: amor, ubi eſt potentiſſimus, ſuam vim diſſimulat: cuncta negotia otii delinimentum abſolvit. Etiam quum domi deſidendum, oculi cadentes ſunt detinendi, nihil amplector, quod lucernam redoleat, ſeu fuliginem lucubrationum in chartam derivet Medius ſum inter eos, quos ſcrupea meditationum ſpelunca ſibi ſubripuit, ac eos, qui duntaxat, ut vivant, vivunt. Ad illos aſper eſt & anguſtus trames, qui adeuntium veſtigia fruſtraretur. Hi Doctorum inſignia geſtent, dum doctrinæ ſuperficiem fundum reputant, ſuperficie contenti fundum non premunt, eundem an alii æmulatione laudatâ premant, non attendentes. Intra tres aut quatuor menſes (quod nuper à peregrino mihi relatum) JurisConſultum faciunt: non tam Juriſprudentiâ, quàm portiunculâ illorum, quæ exiguo tempore poſſunt inſtillari, imbuunt. Jus alvei conſiderant juxta ſtupidum agricolam, qui quum ad ripam perveniſſet, conſedit opperiens, dum delapſa omnis unda ſiccum alveum tranſitui præberet. Sudores ſuos ingeminant cum formicula, quæ bovis arantis cornu occupans, cum quid illa ageret, interrogaretur, arare ſe & ſudare reſpondit. Non induam heic ora declamatorum, qui diſtentis latè ſuperciliis ſe priùs, dein auditorem mirantur; hoc tamen aſſerere audeam præcipitata monita imitari ſpicas, quæ inanibus glumis & ariſtis ante meſſem flaveſcunt. Nec ſublicium nectimus pontem, quem aurita animalia in caſu necesſitatis graviùs calcent: non etiam admittimus cunctationes eorum, qui, ne finis ſumptuum immineat, præ quàm informationis finem, omnia malunt. Teſtimonio eſſent, quibus ſunt viſa quaſi cæmenta, è quibus ædificium hoc eſt

Digitized by Google

concinnatum. Teſtimonio eſſet, utinam eſſet! Illuſtris Dominus ROELMAN. MAVRITZ. WILHELM. L. B. de BYLANDT & REIDT, *cujus ante annum familiaris, nunc recepta cœlo, deſideriis meis umbra obverſatur. Si ejus, aſt quoties! cum Conſalaneo æquè Illuſtri*, HERMANNO THEODORO à RECK, DOMINO de HORST. *communia me duce ſtudia, & lætum cohabitationis vinculum triſti uſurpo memoriâ, elogiis excido, ac vocem ſuſpiria ſubducunt. Vivus amavit mortuum, mortuum cultu actionum hæreditario exprimit. Sic, proh fatorum acerbitatem! periiſſe dulcia, ut amara ſola dolor retineret. Bene ſit generoſæ* GENEROSISSIMI *animæ. Teſtimonium exhibeat Vir Clariſſimus*, DN. Ulrich Paulſſen HAMBVRGENSIS, *Prudentiſſimi Domini Parentis & eloquentiâ noſtrâ Amplioris ſpes ampla. Hic ne in poſterum turpi circa ſapientiam civilem fluctuaret errore, pependit à nobis tamdiu, quamdiu ut JurisConſulti ambiret dignitatem, non permiſi. Nunc ea à Magnifico noſtro Ordine ſperat trophæa, quæ & brevi conferentur, & nullo majori merito in Marathone Miltiades adimet. Fides ſi non Authori habeatur, habeatur fructibus, quibus qui frui volet, exploret virum: meæ laudis non indigus, ſuâ extemporaneus ſolidum æſtimium in quibusvis conciliabit. Leges Aſſertorem, Canones Arbitrum, Feuda indubium Vaſallum, Juris publici latifundium commentatorem omine propitio dicunt. Adjungo ei par fratrum eximium, Dnn.* ALBERTVM & GABRIELEM BERNS, HÆREDITARIOS in WANDESBECK &c. *gentis origine Nobiliſſimos, ornamentis ſuis futuros nobiliores. Ambos hos ut aliquando gratâ & creſcentibus adhuc annis maturiori laborum contentione cum eo comparem, tantos ſuis conterraneis non invidebit ſtimulos. Adhibent me monitorem iis, quæ quantumvis mihi debere velint, debent magis indoli ſuæ, quâ, monente nullo, ultro in egregia aſſurgunt. Subdubito ſæpius quis alterum in alterius favorem flectat? quis avidiùs cupiat? hacq; cupidine mei felicitatem animi definio. Erit autem felicitatis meæ palmarius triumphus, ſi junior frater in eandem fratris virtutum magnitudinem ſuccedat. Geſtiat & ille, Ni ſervaveritis Cives, Exteri in præcipuas curas me ibunt vindicatum. Accederent horum teſtimonio alii & ætatis flore, & copioſo ſedulitatis provētu Suaviſ-*

ſimi

Digitized by Google

ſimi, quos nunc ſilentium juſtâ veneratione involvit, propediem, quamprimùm aſſentationes didicero, facundiâ juxtim ac præconiorum ubertate ero locuples. In anteceſſum ſolum refero Epaminondam, qui ajebat ſe, licet cœlebs decederet, duos tamen filios relinquere, victoriam Leuctricam & Mantineam. Licet cœlebs decederem, à qua tamen ſterilitate me procul eſſe juſsit benignus ſublunarium Moderator, relinquerem ex aliis natos, à me, quod natalibus antehabendum, periclitantium annorum diſcrimini exemptos. Sunt viri aut virilis ſensûs participes, quorum in ſinu quem fœtum concepimus, fovebimus, educabimus. Sunt tales, qui mei improperia facie liberali audiunt, neve quid deinceps metuam, metu me liberant. Verebar ut ii ſeu aliqui eorum, quibus dedicatio hæc lumen dimidiatum diſtrahet, frontem corrugent, & ſecum ſeu etiam cum aliis loquantur. Ecquis auſus Ampliſſima veſtra Nomina in limine adhibuerit? num infelix & Orbi Literario contempta procacitas, quæ parva nonnunquam & intuitum vix ſuſtinentia Maximis inſcribere non verecundatur? an famæ aucupium, quo qui elatiùs feruntur, tandem in ſe modeſtiores recedunt. Sed verebar. Qui noſtram novere ſecuritatem, & tutam Muſæi, intra quod muginamur, molimur, nobis ſubducimur, anguſtiam, utriusq; culpæ immunem me cuivis prædicabunt. E celebritatis fabula nihil intelligimus, & tanquam ſtupor nos genuiſſet, ad encomia ſtupemus. Alius

VIRI MAGNIFICI

NOBILISSIMI

me invaſit auſus, toties iterata illa, illa recordatio Procerum Hamburgenſium, qui heic BASILEÆ *induſtriam urſerunt, Juriſprudentiam toti hauſerunt, utq; Patriæ præclariùs adeſſent, in hac noſtra Elegantium patria formari priùs voluerunt. Nominare poſſem, quos amicitiâ colui, verſu laudavi, inſtitutione emendavi, non paucos, quos abunde ſit ſublimes actionibus, erectos conſcientiâ, invictos dexteritate, exemplis conſpicuos famam poſteritati nominaſſe. Ne ego nominem primos, jungam medios, copiæ jubet anxietas, quâ qui in hisce humanis ſupra humana erant evehendi, verbis ſunt ſplendidiores. Replicate tempora, ſcrutamini interiores veſtrorum ſchediasmatum receſſus, invenietis*

nietis cui origini affectûs mei incitamenta debeam. Redibunt in ſecundam auſcultationem illa pleraq;, quæ ſermone reciproco ſubinde communicavi. Quem inoffenſum gradum ſibi imaginentur Cyllones Pontificii, ſi alter alterum ſupra mortalium ſpreta extollat, à vulgo ſeparet, ac irrideat illud Peſcennii Imperatoris, Viventes laudare irriſio eſt. *Quam viam faciant ſacerrimam, ſi abſolvant, ubi juſtitia condemnationem requirit. Quod deniq;, cum melius eſſet Ajacem Auguſti in ſpongiam incumbere, pretium platano ſuffundant. Ultimum rogo, me vobis meum obſequium addicat: me veſtris faſtigiis, quibus inſidetis ſerenioribus, famulans hæc dextra conciliet. Veſtrâ*

VIRI MAGNIFICI

NOBILISSIMI,

venuſtiori eniteſcant purpurâ, quæ ſuâ non poſſunt.

Introdu-

Introductio
in
Jus Canonicum,
cujus præliminaria ut pleniùs explorentur,
ſuis capitibus ea circumſcribemus.
Primum erit
circa
Juris Canonici
originem.
II.
circa
variam appellationem
III.
circa
definitionem.
IV.
circa
partitionem.
V.
circa
illius cum jure Civili collationem.
VI.
circa
ejuſdem authoritatem & uſum.
VII.
circa
legendi modum.

PRIMUM eſt circa originem.

DE qua Vultejus in *prolegom. Juriſp. Rom.* Quemadmodum jus Civile à populo Romano atq; Imperatoribus eſt conſtitutum, eorundemq; authoritate confirmatum: & verò illi ipſi juris Civilis libri, qui nomine corporis juris Civilis appellantur, à Juſtiniano Imperatore, aut certè juſſu ipſius collecti ſunt; ita jus Canonicum multo poſt tempore in ſuũ etiam quoddam Corpus collectum eſt. Sanè fuit ab initio Pontificum Romanorum authoritas in Romano Imperio prorſus nulla: poſteaquam Conſtantinus Imperator Chriſtianam fidem amplexus eſt, cepit eſſe aliqua, ſed in iis potiſſimùm rebus atque negotiis, quæ ad Eccleſiam ejuſque adminiſtrationem pertinerent: in ſecularibus autem,

ut ego quidem opinor, nulla, niſi fortaſſe per Imperatorum conniventiam, uſque ad tempora Phocæ Imperatoris, qui Sedi Romanæ magnam conceſſit poteſtatem, ut jam non ampliùs ſpiritualibus duntaxat, ut vocant, ſive Eccleſiaſticis, ſed ſecularibus etiam dominari inciperet. Unde ſicut ab Imperatoribus factæ antea erant & promulgatæ Conſtitutiones multæ; ita ipſi ſuas Conſtitutiones illorum exemplo emiſerunt. Vid. Zœſium in *præf. comm. paratitl. in Decretal. n. 6.* Rennemannum in *Jurispr. Romano-German. membr. 1. diſp. 8. th. 6. lit. d.* Georgium Schultzen in *proleg. ſynopſ. Inſt. Imp.* ubi allegat hiſtoriam Eccleſiaſticam, ex qua ſatis abundeque conſtet jam inde ab initio naſcentis Eccleſiæ Apoſtolos Chriſti ac Sacerdotes de ritibus in Eccleſiis neceſſariis quædam conſtituiſſe, cum abſque ordine verum Dei cultum retineri non poſſe animadverterent. Unde & D. Apoſtolus ad Corinthios ſcribens omnia decenter & ſecundùm ordinem fieri jubet. Hos poſtea ſecuti ſucceſſores per multas ætates variis in conventibus ſeu conciliis quaſdam veluti leges præſcripſerunt, quas canones ac regulas appellarunt, *c. canon. 1. diſt. 3.* verùm progreſſu temporis factum eſt, ut decreta Pontificum non ampliùs pro regulis ſed pro legibus haberentur, ita ut Imperatores quoque ipſi leges ſuas de rebus ad Eccleſiam pertinentibus ita ſcribere cogerentur, ut ſacros, h. e. Pontificios canones, imitarentur. Atque hæc decreta & conſtitutiones poſtea multis poſt Juſtinianum ſeculis à Pontificibus Romanenſibus, eorumve mancipiis, ad illius credo æmulationem, in corpus quoddam collectæ ſunt.

Ne autem irrepant canones, qui in *c. canones diſt. 16.* dicuntur Apoſtolorum, quibus nec ſedes apoſtolica, nec ſancti patres aſſenſum præbuerunt, ideo quòd ab hæreticis ſub nomine Apoſtolorum compoſiti dignoſcantur: neve neceſſum ſit indagare, an ab hæreticis ſint compoſiti: annon obſtante eo, quòd in eis utilia inveniantur, ab authoritate canonica removeri, atq; inter apogrypha deputari debeant. Ne etiam incondita Decretorum & Conſtitutionum farrago ſubnaſcatur, ſuâ ſerie juris Canonici Authores producemus.

Illi ſunt aut veteres, aut recentiores.

Veteres viciſſim in duplici deprehenduntur differentia. Primi ſunt Epiſcopi, Oecumenicis & univerſalibus in Conciliis ritè electi, qui temporibus ſuis canones ſive decreta pia conſtituerunt, eademque Eccleſiæ tam in fidei orthodoxæ dogmatibus, quàm vita ac cærimoniis obſervanda tradiderunt. Et hæc decreta erant inprimis Concilii Nicæni, Conſtantinopolitani, Epheſini, Chalcedonenſis. Quæ quatuor Concilia aliquoties Juſtinianus Imperator laudat, ut in *l. 7. & 8. C. d. Summ. Trin.* & *Nov. 131. c. 1.* videre licet. His poſtea in Eccleſia græca ſeu Orientali alia tria, ut ita ſeptem fuerint facta, acceſſerunt. Quæ omnia à Pontifice Gelaſio recenſentur, *c. 1. 2. 3. diſt. 15.* Plura demum in Eccleſia Occidentali celebrata ſunt alia. Quorum acta extant in tomis Conciliorum Coloniæ editis.

Reliqui veteres juris Canonici authores ſunt ſancti Patres tam græci quàm latini, aliaque, quæ tum temporis vixerunt, Eccleſiæ Lumina, in quibus familiam ducunt Chryſoſtomus, Cyprianus, Origenes, Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, Gregorius M.

Recentiores ſunt Pontifices aliquot Romani. Vid. differentiam, in qua *Canonici juris cauſa, &c.* Ex omnium horum comparatione cuivis in proclivi eſt definire, Tempora quò ab ævo noſtro ſunt remotiora, eò ſimplicitate ſuâ eſſe ſanctiora. Agnovit idem Erneſtus Cothmannus *vol. 1. reſp. 1. à num.* 154. ſuper conſenſu parentum in nuptiis requiſito. *Credendum*, inquit, *non eſt Nicolaum Papam veteres canones multis vigiliis excogitatos, & ſapienter ac ſummâ ratione ex Dei verbo præſcriptos, & ex natura ipſa hauſtos, religioſè etiam & ſemper obſervatos uno iſto reſcripto*, (de quo in c. ſufficiat. 27. q. 2.) *evertere voluiſſe* arg. l. ſi quando. in pr. C. d. inoff. teſtam. *Imòque ſtultitia ac dementia eſt, cum poſſis Nicolai Papæ reſponſum ſic commodè accipere, ut veteribus canonibus, iisque juſtiſſimis & ſanctiſſimis reſpondeat, atque adeò divino juri & naturæ præſcripto conſentaneum ſit, eam tamen interpretationem anteferre, quæ viventis Jehovæ mandato impiè contraveniat, pietatem parentibus debitam nefariè lædat, jus gentium & naturæ improbè evertat, ſacro-ſancta veterum canonum decreta ſacrilegè oppugnet, & denique ipſius Nicolai Papæ menti planè adverſa ſit. Quid enim apertius eſſe poteſt, quàm quòd Nicolaus Papa de eo conſultus ſit, an conſenſus cohabitationis, an carnalis copulæ, an verò uterque ad matrimonium*

Digitized by Google

monium ſit neceſſarius. Reſcribis verò conſenſum ſolum contrahentium ſufficere, quo ipſum concubitum excludis, & tamen ne quis voculam, ſolus, *cavilletur, & particulam iſtam excluſivam latiùs, quàm par ſit, accipiat, prudenter adnectis verba hæc,* ſecundùm leges, *atque hoc modo Nicolai reſcriptum Viri ſapientiſſimi accipiunt.* Idem videre eſt apud Mareſium in *diſſert. Theol. d. jure can. à th.* 1. & differentiam, in qua *Sterquilinia juris Canonici*, &c.

Secundum eſt
circa
variam appellationem.

Appellatur. 1. Canonicum locutione ſynecdochicâ, à parte illius corporis altera, in quam canones ſunt relati, Georg. Schultzen in *prolegom. ſynopſ. Inſt. Imper.* &c. Divinum, vid. Zœſium *ad tit. ff. d. J. & J. n.* 6. vel in relatione ad Eccleſiam Chriſtianam, quæ duplici jure jam olim regi cœpit, ut obſervat Mareſius in *d. diſſert. th.* 1. Divino nempe & Canonico; Illo fidei dogmata, hoc diſciplinæ exercitium circumſcribebantur. Hinc in priſcis Conciliis duo Codices ponebantur in medio; alter Scripturarum, quo jus divinum plenè continetur, Canonum alter, qui Regiminis ſacri canones ac regulas complectebatur. Ipſa Synodus Chalcedonenſis, quatuor Oecumenicarum priorum ultima, contra Eutychem & Dioſcorum celebrata, meminit utriuſque. Nam in illius actis ſæpe recurrit hæc formula, *Ante poſitis in medio ſacris & inviolatis Evangelii codicibus.* & *actu* 4. *ac* 13. plura ex codice Canonum recitantur. Vel appellatur jus divinum, quatenus quidem jure divino eſt poſterius, ſubinde tamen ſancita ejus æmulatur. Etenim ipſe Cardinalis Tuſchus *lit. i. concl.* 588. *num.* 1. dicit jus divinum eſſe vetus & novum Teſtamentum. Hoc ſenſu admitti poteſt Tuſchi ampliatio *num.* 2. Lex humana emanata ad tollendam turpitudinem dicitur quaſi divinum, quia æquiparatur juri divino, ne tolli poſſit per ſtatutum. Ideo ſpurius, qui non poteſt ſuccedere patri propter turpitudinem evitandam, non poteſt admitti lege contrariâ neque ſtatuto. Idem *num. ult.* jus divinum facit triplex, primum à Deo promulgatum: ſecundum eſt promulgatum ab hominibus, & ſi reſpiciat honorem Dei, dicitur divinum: tertium eſt jus divinum ab homine, quando reſpicit acquiſitionem Eccleſiæ & pii loci, quia ex quo acquiritur Deo, dicitur jus divinum. Vel appellatur jus divinum propter ſui cum jure divino conjunctionem. Conjuncta & olim erat juris divini & humani ſcientia. Ita Scævola 8. *Valer.* 8. dicitur bene ac diu jura civium & cæremonias ordinaſſe: & *libr.* 5. *c.* 8. T. Manlius Torquatus juris Civilis & ſacrorum Pontificalium peritus. Apud Tacitum Atejus Capito humani divinique juris ſciens: & à Macrobio 7. *c.* 13. Pontificii juris inter primos peritus. quod elogium etiam meruit Nerva. Exſtant & Labeonis de jure Pontificio commentarii, teſtibus Feſto, Chariſio & Soſipatro. Sed nullum apertius eſt teſtimonium Ciceroniano 2. *d. ll.* Pontificem neminem bonum eſſe, niſi qui jus Civile cognoſſet. Inde factum, ut juris Civilis authores alteram ſpeciem in ſacris & ſacerdotibus collocarent, *l.* 1. §. 2. *ff. d. J. & J.* ut hinc perſpici poſſit, nullum penè in pretio habitum JurisConſultum, qui non omnia jura & divina & humana cognitione fuiſſet complexus. Docebant quibus hoſtiis, quibus diebus, quo ritu, ad quæ templa ſacra facienda eſſent: quæ ſepulcrorum & monumentorum jura: quæ juſtorum funebrium ſolennia. Vid. Dion. Gothofredum ad *l.* 11. *ff. d. tit. d. J. & J. lit. a.* Verùm, quæ fuerit illius divini juris ſcientia, an magis fide an tempore diſtet, definiant ii, qui ſolâ fide fidem definiunt. Vel appellatur jus divinum, quatenus pari ſimplicitate (quod Canoniſtæ autumant) procedit. Ubique ſubtilitati, quæ eſt de apicibus juris, exilium imminet: ubique ſimplicitas Canonica ambiguas juris Civilis incertitudines eliminat: ubique rigorem juris benignitate temperat. Exemplum habet differentia, in qua *Inceſtuoſis alimenta debentur.* in quo ſubſumit Card. Tuſchus in *d. lit. i. concl.* 578. *num.* 15. Admittit jus Canonicum omnia prohibita à rigore juris, quando concurrit pietas naturalis; ideo ſpurii, qui neque alendi ſunt à parentibus, *auth. ex com-*

plexu. C. d. inceſt. nupt. benè alendi ſunt & nutriendi, *c. cum haberet. d. eo, qui dux. in matrim. quam poll. per adult.* & iſta æquitas eſt adeò naturalis, ut prævaleat ubique per totum orbem; quia obviat inhumanitati & crudelitati impiiſſimæ. Vel appellatur jus divinum, quatenus eſt in quibuſdam veritatis imitatio, per quam falſitatem definit *Nov. 73. in præf.* cui argumenta ſuggerunt tot illa, quæ in Pontificibus & ſub eorum imperio paſſim obſervamus. Falſa eſſe mea, modò vera eſſent, quæ in jure Canonico continentur, non mea intereſſet. Vel appellatur jus divinum, ut incutiatur metus ejus obſervatoribus, ne ſibi quid permiſſum exiſtiment, quod eo non permittitur. Vel denique appellatur jus divinum, quod ſit ſacrum: adorari debeat ut ſacrum: non tangi, quod in controverſiam vocetur. Vid. differentiam, in qua *Vectigalium remiſſio, &c.* Ecquis dubitet ſuboluiſſe Oſtermanno in *prodr. par. jur. Can. diſp. 1. quæſt. prælim.* quàm incerto gradu continuet divinitas juris Canonici, dum latum quendam dicendi modum, quo jus Canonicum divinum dici ſoleat, præmittit. Nec ego dubito in ſubrumis Romanenſibus eſſe, qui hanc latitudinem integrâ conſcientiâ emetiri nequeant.

Appellatur. 3. regulare, quam quidem appellationem apud neminem vidi, quàm apud Paulum Voet. *d. uſu Jur. Civ. & Can. in Belg. un. c. 5. pag* 90. Si tamen poſt Rittershuſium in *proœm. libr. d. differ. jur. Civ. & Canon.* Danæum *Iſag. Chriſtian. c. 12. d. poteſt Eccl.* Iſidorum *d. orig. libr. 16. c. 6.* regula conſideretur, hanc præ oculis perpetuam utinam haberent Pontifices, quæ in *c. regula. diſt. 3.* dicta eſt, eò quod rectè ducat, nec aliquando aliorſum trahat: vel dicta eſt, eo quod regat: vel quòd normam rectè vivendi præbeat: vel quòd diſtortum pravumque corrigat. Facto & verbis dicerent regulare, quod eſt Canonicum. Maranta in *ſpec. aur. part. 3. num. 76.* vocat jus regulatum. Vid. M. Antonium Cucchum *Inſt. can. jur. libr. 1. tit. 1.*

Appellatur. 4. Pontificium. Num illâ derivatione, de qua in *diſp. d. fidejuſſ. ſub meo præſidio Anno 59. habita ſect. 2. lit. a.* aut illâ, de qua Rennemannus *d. loc. th. 6.* quòd Pontifices quælibet reſcripta ſua pro canonibus habere, iiſque vim & authoritatem eorundem aſſignari voluerint. Vid. Ungebaur. in *proœm. libr. 5. Decretal. num. 2.* Mareſium in *d. diſſ. th. 22.*

Appellatur. 5. Civile. Forſan non ideo, quòd ſuppreſſo jure Civili optaverint Papæ novum jus Civile: aut quod in utrumque jus dictaturam moliti ſint: aut quòd juris Civilis majeſtatem ſuarum traditionum aſpergine devenuſtarint. Vid. differentiam, in qua *Hæretici poſtulare poſſunt.* ſed quia jus Civile comprobarint. Vid. Cardin. Tuſchum *d. lit. i. concl. 582. à num. 3.* Marantam *d. loc. num. 79.* ubi concludit, quòd lex canonica ſit in partem divina, & in partem poſitiva. Nam divina dicitur, quatenus eſt extracta à lege divina, Moſaica vel nova, & quatenus continet illa divina præcepta, quæ in novo & veteri teſtamento ſunt ſcripta: poſitiva verò dicitur, quatenus continet illas diſpoſitiones, quæ ſunt factæ per Pontifices ad eorum beneplacitum, quæ ſunt mutabiles, quia hoc reſpectu dicitur etiam lex civilis. Aut quia Papæ jus ſuum ad juris Civilis imitationem compoſuerunt partim, partim promulgarunt. Vid. Joh. Paulum Lancelottum in *proœm. Inſt. Jur. Can.* Zœſium in *præf. Decretal. num. 7. 8.* Cujacium ad *c. 2. d. ſponſal. & matrim.* Aliâ adhuc voce in *c. 4.* infra appellat Martinus Delrio: Ipſi tamen Pontificii jus Eccleſiaſticum juri divino, quod iis eſt Canonicum, opponunt. Theologi Pontificii, quod monet Mareſius in *d. diſſ. theſ. 15.* volunt confeſſionem auricularem eſſe juris Divini; at Canoniſtæ defendunt eam eſſe duntaxat juris Eccleſiaſtici.

TERTIUM eſt circa definitionem.

JUs Canonicum breviùs alii, alii luculentiùs definiunt. Tuſchus in *d. lit. i. concluſ. 577. n. 1.* definit jus Canonicum eſſe ſecundam legem poſt gratiam. M. Antonius Cucchus definit in

nit in *d. loc.* à ſuis contentis eſſe id, quod conſtet vel ex conſtitutionibus in generali Chriſtianorum concilio ſtatutis, quas proprio nomine canones vocant, vel his, quæ à Summo Pontifice, nunc ſolo, nunc patrum Cardinalium conſilio adhibito, vel ultro, vel etiam aliquo interpellante, factæ ſunt. Conſentit Rennemannus *d. loc. th.* 5. juxta quem jus Canonicum eſt jurium à Pontificibus quibuſdam Romanis de certa Eccleſiam docendi & gubernandi norma; ex Statutis Conciliorum: dictis Patrum ac decretis Pontificum: collectorum compages. Vide Oſtermannum *d. loc.* ubi proponit definitionem nominalem, realem & hujus per cauſas exegeſin.

QUARTUM eſt circa partitionem.

JUs Canonicum dividitur in partes principaliter duas, Decretum & Decretales.

Circa hoc Decretum obſervandum. 1. quem habuerit authorem. 2. quid ſit. 3. quotuplex. 4. quid ei ſit inſertum.

Decretum quem habuerit authorem, deducit in *d. prolegom.* Vultejus. Cum enim diſperſi circumferrentur Sanctorum olim patrum, aliorumque pontificum, vel publice in Synodis, vel privatim factæ deciſiones, quòd canones dicebantur ex eo, quòd eſſent ceu regulæ certæ ſequendæ; atque ex illis pro rerum, temporum, perſonarum & locorum diverſitate quædam eſſent variæ, neque inter ſeſe admodum conſentirent, atque inde incertum eſſet, utra ex regulis ſibi contrariis potius eſſet ſequenda, Gratianus quidam S. Proculi monachus apud Bononiam illas (motus fortaſſe libris de jure Civili à Juſtiniano compoſitis, atque ante annos non ita multos plus minus quatuordecim ab Imerio JC. Occidenti reſtitutis) in unum volumen circa annum Chriſti M C L I. tempore Eugenii III. Pontificis, qui illud ſibi poſtea oblatum confirmavit, imperante in Occidente Conrado III. congeſſit, quod volumen unâ voce Decretum dicitur. Vid. Joach. Hagmeierum in *exercitat prælim. ad diſſert. Bernh. Sutholt. th.* 83. Georg. Schutzen in *d. prolegom.* Oſtermannum *d. loc. in defin. Decret.* qui in omnibus, præterquam in anno, conveniunt. Vid. differentiam, in qua *Spurii ad ſacros Ordines &c.* ubi Gratiani natales illuſtramus. Cardin. Tuſc. *lit. D. concl.* 110. *à num.* 6. ubi proponit ſex Decreti compilationes. Prima fuit Iſidori, qui compilavit omnes decretales epiſtolas per ordinem temporum, nullo alio ordine adhibito. Secunda fuit Ivonis, qui fuit Epiſcopus Carnotenſis, qui opus prolixum ad certum ordinem reduxit, & multas ſanctorum patrum ſententias inſeruit. Tertia fuit Hugonis Cathelani, qui abbreviavit per compendium ſummæ. Quarta fuit compilatio Fulgentii Diaconi Carthaginenſis, quæ appellabatur abbreviatio canonum Fulgentii. Quinta fuit Brocardi Epiſcopi Guarmac. de qua habetur 73. *diſt. c. in nomine. in princ.* & hac compilatione utebantur magiſtri. Sexta fuit Gratiani.

2. Decretum inde definiri poteſt cum Oſtermanno *d. loc.* eſſe primam & antiquiſſimam juris Pontificii à Gratiano S. Proculi monacho compoſita comprehendens definitiones vel diviſiones Synodorum, vel Patrum, vel Pontificum.

3. Decretum quotuplex ſit, videri poteſt Weſenbecius in *Oecon. jur. Can.* ſubſumit Oſtermannus *d. loc.* genuinam diſtributionem. 1. Prima Decreti eſt de pugnantibus Decretorum diſtinctionibus ſeu conciliationibus, quas continet 101. diſtinctas c. 974. Secunda pars inſcribitur nomine cauſarum, quòd argumenta tractet, è quibus quæſtiones, unde de rebus diſputatur, eliciuntur. Habet autem cauſas 36. quarum quælibet in ſuas diſtincta eſt quæſtiones, ut quæſtiones contineant ſummatim 172. Quæſtio viciſſim unaquæque in certa diſtincta eſt capitula, quorum ſunt 2478. Si connumerabis illas quæſtiones, quæ certa capitula non habent 2482. Tertia Decreti pars eſt de Conſecratione diſt. 5. c. 396. Ut integrum igitur Decretum ſit capitulorum 3848. connumeratis

Digitized by Google

dictis quæſtionibus, quæ in certa capitula non ſunt diſpoſitæ. Diſtributio ſecunda eſt, quando diſtribuitur in tres partes pro numero objectorum juris in *l. 1. & 2. ff. d. Stat. hom. §. fin. I. d. J. N. G. & C.* Prima, quæ juris principia, partes & ſpecies, juraque perſonarum Eccleſiaſticarum, velut τὰ πρῶτα diſtinctionibus centum & unâ (unde nomen) complectitur. Altera materiam rerum Juridicarum ac judiciorum Eccleſiaſticorum per cauſas 36. (quibus & pœnitentiæ tractatus, ut ejuſdem audientiæ ſubjectum, inſeritur, cauſ. 33. q. 3.) Et varias earundem cauſarum quæſtiones per rationes dubitandi ac decidendi reſolutas (ex quo cauſarum & quæſtionum appellatio) diſtributam. Tertia totius jurisdictionis ac miniſterii Eccleſiaſtici jura, ritus, ordinationes & conſecrationes (unde velut à principaliori nomen eſt arg. *l. 1. ubi Dd. d. V. O.* diſtinctionibus 5. abſolutas.

4. Circa ea, quæ Decretis ſunt inſerta, tria obſervantur genera. *Aliud* eſt eorum, de quorum inſertionis fide ambigitur. Sic de dono Conſtantini aut conceſſione nihil quicquam apud authores extare teſtatur Volaterranus in vita Conſtantini præterquam in diſt. 96. eamque in antiquis voluminibus minimè contineri author eſt Antonius Archiepiſcopus Florentinus in Chronicis. Vid. *Reinking. d. R. S. & Eccl. libr. 1. claſſ. 2. c. 8. n. 52.* Monet Covarruvias *libr. var. reſol. 4. c. 13.* quod non ſemel fecit, in his, quæ ad hiſtoriæ fidem pertinent, non eſſe omnino Gratiano credendum, imò alios authores legendos fore, quorum ſit fides apud viros doctos in hac re diu probata & recepta. Quod, ut habet Hagmeierus *d. loc. th. 85.* in tenebris illius ſeculi, quo Decretum compilatum eſt, vix potuit aliter evenire. Vid. differentiam, in qua *Donatio poteſt excedere &c.* *Aliud* eſt eorum, quorum ambiguum eſt nomen, & his palea præſcribitur. Quænam autem hujus tituli ſit ratio ſi equenter fuiſſe hæſitatum refert Andreas Alciatus *libr. parerg. jur. 12. c. 3.* Conſtat eidem è conſenſu omnium ea, quibus talis eſt inſcriptio, certæ fidei non eſſe, neque ceu authentica allegari poſſe: & plerique tradiderunt fuiſſe Gratiani ipſius diſcipulum, cui Paleæ eſſet nomen, qui magiſtri ſui libro & rubricas ipſas & ea capita adjecerit, ſicque à nomine ſuo appellarit. Addit idem, Ego compertum habeo Veteres vulgari joco paleam appellaſſe res tenues & modicæ utilitatis vel nullius momenti. Unde in Chronicis relatum extat Alexandriam, ad Tanarum in Statyelis urbem, cum condita fuit, Paleæ cognomen in contemptum, à vicinis accepiſſe. Sic cum Corradus Imperator coronam regni Italici non Mediolani ſecundùm veterum morem ſuſcepiſſet, ſed alibi, vulgò tum ferebatur coronâ paleæ fuiſſe redimitum. Vid. Martam *tract. d. jurisd. part. 1. c. 30. num. 30. & 37.* Nicolaum Everhardum à Middelburg *loc. 41. à veriſim. num. 16.* ubi ait, Licet *c. Conſtantinus.* ſit palea, & pro palea illic inferatur, multum tamen grani attulit Eccleſiæ. Ex quo in immenſum creverunt ejus opes. Et profectò gratulandum eſt felicitati Eccleſiæ, ſi modò in hoc ſita eſt felicitas, quæ cultrix & altrix juſtitiæ non patitur contra juſtitiam aliquid fieri in ſe vel in alterum, ut inquit textus elegans *c. 1. in §. inde poteſt præſumi in tit. d. alien. feud. in uſib. feud.* Eſt omnino ſub hac gratulatione tacita confeſſio ejus, ſuper quo non gratulamur, aut gratulando ingemiſcimus. *Aliud* denique eſt eorum, quæ ipſi Pontificii ſcriptores vehementer improbant. Ita *c. hac ratione. 31. q. 1.* in quo ſecundæ nuptiæ vocantur fornicatio, planè rejicitur, quaſi hoc à Gratiano in Decretum ſuum conjectum ſit ex opere imperfecto, quod Chryſoſtomo falsò adſcribi contendunt. Vid. differentiam, in qua *Nuptiæ ſecundæ adeò ſunt conceſſæ.* Nec aliter Gratiani capitula recipere Pontificios, quàm quatenus ſunt deſumpta ex probatis authoribus, teſtutur Caniſius in *ſumm. jur. Can. ad tit. d. ſponſal. & matrim. notat. 10.* Cum his coincidunt ea, quæ habet Martinus Delrio in *d. diſquiſ. mag. libr. 5. sect. 16.* cujus verba non pigebit apponere: *Communis & indubitata eſt ſententia, Etſi Decretum Gratiani à ſede apoſtolica ſit receptum, ita tamen receptum eſſe, ut fides dictorum ſit penes authorem, & tanta ſit eorum Canonum, quos in medium producit, authoritas, quanta eſt fontium, unde illa manarunt. Nec enim quiſquam eorum, qui jus Eccleſiaſticum vel à limine ſalutarunt, ignorare poteſt multa in Decreto haberi, quæ poſtea Decretalibus, Sexto, Clementinis & Extravagantibus abrogata fuerunt, nonnullaq; à Gratiano per errorem inſerta eſſe, quæ cum veritate pugnare deprehenduntur.* Quæ cum ita ſint,

falſum

falſum eſt, quod ſcribit Hunnius in *tract. d. auth. jur. c. 14.* hoc Decretorum opus non minorem authoritatem, atque Decretales Epiſtolas, obtinere.

Hactenus prima pars. Secunda pars continet Decretales. Omiſſo ſeptimo Decretalium libro, qui operâ Petri Matthæi, JC. Lugdunenſis Cardinali Cajetano utcunque ſit inſcriptus, adhuc tamen authoritate deſtituitur, eas duntaxat conſideramus Decretales, quæ à diverſis Pontificibus editæ ſunt

Primum volumen Decretalium collegit Gregorius IX Pontifex per Raymundum de penna forti, Barcinonenſem Capellanum & ejuſdem Gregorii pœnitentiarium, qui ſeculo XIII. eas in V. libros redegit: quorum tituli ut faciliùs inveniantur, hunc proponunt verſum Interpretes,

Judex, Judicium, Clerus, Sponſalia, Crimen.

Verùm hanc obſervationem non eſſe perpetuam, multi tituli fugitivi, & ſuo loco non poſiti indicant. Vocatur hoc volumen in ſpecie compilatio, quia Gregorius non edidit omnia jura in hoc volumine redacta, ſed compoſuit hoc volumen ex variis conſtitutionibus ſuorum prædeceſſorum, aliquibus tamen additis, quæ fuerunt per eum edita, ut patet in *proœm. Decretal. verſ. janè. & verſ. adjicientes.*

Secundùm volumen Decretalium facit liber ſextus Decretalium, qui authore Bonifacio VIII. anno 1598. ſtudio Guilhelmi, Archiepiſcopi Ebrudunenſis, & Berengarii, Epiſcopi Biterenſis, nec non M. Richardi de Senis, Eccefiæ Romanæ Vice Cancellarii, alias ſuorum Anteceſſorum epiſtolas decretales ſive conſtitutiones collegit, inque ſingulare volumen redegit, Joach. Stephani in *tract. d. jurisd. libr. 4. c. 3. n.* 11. Franciſcus Duarenus in *præfat. tract. d. SS. Eccl.*

Tertium volumen continet Clementinas, quas Bonifacii VIII. ſucceſſor Clemens V. collegit, at morte præventus non edidit, verùm ejus ſucceſſor Johannes XXII. eas ſub incudem revocatas atque correctas publicavit, quæ ab authore nomen ſortitæ & V. libris comprehenſæ ſunt, Joach. Stephani *d. loc. num.* 12.

Idem Johannes XXII. alias edidit conſtitutiones, epiſtolasque decretales, quæ, quia numero erant paucæ, nec peculiare volumen complere poterant, extravagantium nomen obtinuerunt.

Quartum volumen faciunt variæ ſequentium Pontificum conſtitutiones, quę in unum collectæ & ipſæ extravagantes, ad diſcrimen verò decretalium à Johanne editarum, communes dictæ fuerunt, eò quòd non unius, ſed plurium pontificum reſponſa atque epiſtolas continerent, Hunnius in *diſp. d. jur. can.* 1. *th.* 68. ubi *th.* 69. adjicit, Licet univerſæ decretales, Gratiani volumine non comprehenſæ extravagantium nomen obtineant, propterea quòd extra volumen illud Decretorum Gratiani vagentur, placuit tamen prædictas & Johannitas & communes decretales in ſpecie hoc nomine inſigniri.

Quintum eſt circa illius cum jure Civili collationem.

HÆc collatio ſpectatur vel in materia ab utroque jure diverſa, vel utriq; juri communi. Diverſa materia eſt in deciſione controverſiarum feudalium, de qua interrogant, Num Canonicum Civili, an hoc illi ſit præferendum, ſi fortaſſis diſſenſio ſit inter jus Civile & Canonicum? Carpzovio in *ſyn. jur. Feud. diſp.* 1. *th.* 20. illorum arridet ſententia, qui ſimpliciter & indiſtinctè in caſu propoſito jus Civile præferunt juri Canonico. Quæ nobis arrideat, docet differentia, in qua *Feudalis cauſa ſi tractetur.* Si materia utrique juri eſt communis, ab ea exulent ante omnia nimiùm ſubtiliſantes, contra quos plura habet Nevizan. in *ſylv. nupt. libr. 5. ſub num.* 67. ubi, quòd nimis ſubtiliſantibus decidant femoralia.

Digitized by Google

ralia. Item alibi, quòd nimiùm ſubtiliſare velle proximus gradus ſtultitiæ ſit. Pateat iis feneſtra deriſi Nervæ in *l. 9. ff. in quib. cauſ. pign. vel hyp. tac. contr.* ac per eam tot infinita phantaſmata avolent: ne tamen avolent ſola, iis ſe conjungat illa apud Paulum Voet *d. Uſu jur. Civ. & Canon. c. 3.* ubi ſi rem rectâ viâ reputaverimus, & in ſubtili veraque ratione examinaverimus, ſtatuendum erit, duos poſſe unius ejuſdemque rei eſſe dominos in ſolidum, eodem dominii genere, idque aliquo, atque uno eodemque temporis momento. Quod ne videatur in vanum aſſeruiſſe, hanc unam impingit rationem. Quia nemo plus juris in aliquem transferre poteſt, quam ipſe habet; ſimiliter colligitur, nec quempiam dominium in aliquem transferre, niſi quod ipſe habeat. Cum vero donans habeat dominium in eo momento, quo illud transfert, etiam donatarius illud habeat in eo momento, quo illud accepit: & dum transfert ille, in hunc illud transfertur, adeòque communicatur, ſequitur uno eodemque momento, & quidem primo translationis utrumque fuiſſe dominum ejuſdem rei & quidem in ſolidum. Mehercles hoc non eſt impingere rationem, ſed in eam evanido auſu impingere. Credam tamen duos poſſe ejuſdem rei eſſe dominos in ſolidum, ſi ſecundus credat aſſertioni huic ſubeſſe ingenium, quod mihi eſt impenetrabile. Sit tamen impenetrabile: ſi eſt error, non ſit inemendabilis. Bene emendat, qui cum Juſtiniano loquitur. Exulent dein, qui indiſcriminatim probant ſex illas regulas, quas Joannes Stremius in *ſumma jur. Can. in præf. ad benev. lect.* pro pleniori inſtructione deſervire vult. Exulet illa curioſitas, quam heic ſubminiſtrare poſſent Marantæ ſpeculum, Tuſchi concluſiones, Vaſquii controverſiæ, Speidelii notabilia, Valentini Forſteri tractatus de ſucceſſione, Matthiæ Stephani de juriſdictione, Hieronymi de Cævallos quæſtiones practicæ, Weſenbecii conſilia, Coleri & Carpzovii proceſſus & in *L. Regiam Germanorum c. 4. ſ. 2. num.* 15. Fridericum Martini *d. jur. cenſ. c. 4. num.* 70. Gailii & Mynſingeri obſervationes. Exulent illæ cauſæ, quas poſt alios cumulat Ritterſhuſius, quasque è præſcripto juris Civilis partim, partim juris Canonici dijudicandas arbitratur. Suo loco fides cujusque fiet manifeſta, ita ut hic abunde nobis ſit illud Viri Celeberrimi Ottonis Taboris, *in theſaur. locor. comm. Juriſpr. ex axiom. Auguſtini Barboſæ libr. 9. c. 97.* De jure Civili quando quid definitum eſt, non autem de jure Canonico, ſtandum eſt juri Civili, etiam in foro canonico, *c. 1. d. oper. nov. nunc.* Barbat. in *extrav. ad reprimendum verb. per edictum. num.* 2. Socinus ſenior *conſ. 3. col. 6. libr.* 1. Nevizan. *libr. 2. ſylv. nupt. num.* 69. quia canones non dedignantur ſacras leges imitari, *d. c. 1. c. ſuper ſpecul.* 28 *d. privileg.* unde & opera danda, ut jus Canonicum cum jure Civili, quoad id fieri poteſt, concilietur, *c. cum expediat. 29. d. elect. in 6.* Regnerus Sixtinus 2. *Conſil. Marpurg. 9. num.* 8. Quod axioma intellige maxime procedere, quando differentiæ ratio aſſignari inter utrumque jus non poteſt, aliàs enim ſecus erit, Decius in *l. edita. num. 1. C. d. edend.* Rebuff. in *tract. d. nominat. quæſt. 5. principali num.* 16. Menoch. 2. *arbitr. judic. caſ.* 185. *num.* 12. Hinc vice verſá quando quid de jure Civili eſt dubium, quod definitum de jure Canonico, ſequendam eſſe deciſionem juris Canonici in utroque foro, tam ſeculari quam Eccleſiaſtico, poſt gloſſam in *c. per venerabilem. §. rationibus. verb. venies. qui fin. ſint legit. per c. 1. & 2. d. jurejur. in 6.* tradunt Weſenbecius. 1. *conſ. 1. num.* 20. Blanc. *d. comprom. quæſt. 2. num.* 47. Corſet. *indag. libr. 2. c.* 6. Gail. 2. *obſ.* 121. *num.* 5. Vult. 3. *conſil. Marpurg.* 29. *num.* 59. Mynſing. 1. *obſ.* 41. Quocirca jus Canonicum quoad ea, quæ immediate ſunt ſpiritualia, & ad ſui defenſionem ſpectant: non autem quoad temporalia, quæ ex ſpiritualibus proveniunt, ſi jus ipſum Cæſareum aliter de iis ſtatuat, obſervandum eſſe reſpondit Menochius *conſ. 580. num. 5. & 6.*

SEXTUM eſt circa Juris Canonici authoritatem & uſum.

SI hanc authoritatem judicio Pontificiorum, qui nimium quantum indulgent, metiamur, non erit abſurdum, quod abſurdiſſimum tradit Balthaſar Boniſacius in *hiſtor. ludicr.*

Indicr.libr.6.cap.12. quem vide. Non merito ſit majus, quod definimus: non meritum planè exterminet, quod putamus eſſe verum. Non in ſententiam eamus illorum, qui juris Pontificii cognitionem rentur non tantùm non eſſe neceſſariam, ſed inutilem, & noxiam eſſe cavillantur. Imò, quod impudentius videtur Canoniſtis, qui combuſtum appellitant. Verùm, proh calami atrocitatem! longè impudentiora videantur hæc, quæ *d.loc.* ſubſumit Streinius in his verbis, *Eſt illud combuſtum utique ab apoſtata illo, cujus ante præcordia iræ ac vindictæ flammis in gregem & Paſtorem Dominicum ardebant: ſed inde proſiliens fumus Sectariorum oculos non ſine fuligine opplevit, ut in propinquo poſitam veritatis lucem intueri non poſſint.* Quo faſtidienti ſtomacho corpus juris Canonici combuſtum ſit, contentioſi homines definiant, veroſimilia mihi ſufficiunt. Forſan hoc candor exigebat hominis, qui libertati natus pericula, quæ è jure Canonico parum intelligentibus imminebant, averruncanda cenſuit. Forſan ſvadebant illa tum tempora, quorum experimentis pietas in pejus feſtinabat, ideoque fuiſſe neceſſarium odia juſta vel incendio teſtari: neve latius ſerperet incendium, ipſis cineribus indignationem palam facere. Forſan ſi igne corpus juris Canonici ſuæ puritati vindicare potuiſſet, non combuſſiſſet. Forſan indigetare voluit ſanctum impetum, quo, quicquid Papæ erigebat ſuperſtitio, ſternebat, aliosque generoſis ſuis exordiis in pares progreſſus hortabatur. Sic enim apud Sleidanum *libr.comm.2.* Papæ ſcribit Lutherus, *Bernardum deploraſſe Pontificis Eugenii conditionem tunc, cum adhuc eſſet aliquanto Roma purior: nunc verò, quando ſit omnium locorum totius orbis terrarum fœdiſſima ſentina & inexhauſta quædam colluvies, multò rectiùs ipſum, qui præſideat ibi, deplorari poſſe. Hanc eſſe cauſam, cur ita ſit invectus. Pertinere hoc non ad ipſius ullam contumeliam, ſed ad ſalutem potiùs & optandum eſſe, ut qui ſunt ubique viri præſtantes ingenio & eruditione, vim omnem & nervos ad illius monſtri conferant oppugnationem.* Forſan hoc modo, quod ex eodem Sleidano colligitur, Pontificiam cremationem, quâ lucubrationes Lutherianæ ante flammis abolebantur, credidit ſe ulciſci poſſe. Forſan infirmitati illorum, qui erant convertendi, ita ſubveniebat, quod Lutherus apud Sleidanum ſignificat in his verbis, *Quoniam jam crematis ſuis libris, eaque famâ per omnes divulgatâ provincias multi ſint futuri infirmiores, & oritura ſit vehemens quædam in plurimorum animis dubitatio, quaſi neque temere neque ſine gravi cauſa ſit hoc excitatum incendium; idcirco ſe, cum inſanabiles videret adverſarios, ipſorum etiam cremaſſe libros, ut hominum animos erigeret ac confirmaret.* Forſan in abominationem publicam ſtimulavit, quòd non ſeorſim in corpore juris Canonici extravagantes Conſtitutiones contineantur, ſed ubique ſint diffuſæ, & quà data porta, poteſtatem Pontificiam excedant. Igitur cum medium non obtineat, omnia ceu extrema poſtremiſſimo eſſe præcipitanda exitio, hoc tandem inevitabile inivit conſilium. Si Pontifex ſtatuiſſet, ut ſtatuebat Baldus in *conſil.23.vol.3.* inter contradictoria. Unum tenere pedem in profano, alterum verò in Eccleſiaſtico, convocatæ multitudini ſcholaſticæ, & magnæ doctorum hominum comitanti turbæ calidam hanc ſui juris ſepulturam non debuiſſet. Vid. differentiam, in qua *Imperator electus ante coronationem &c.* & differentiam, in qua *Traditio imperii ex coronæ impoſitione &c.* Arumæum in *comment. Juridico-Hiſtorico Politico d. Comit. Romano-German. Imp.c.3.* ubi Germani in tantum in Clementis VI. poſtulata conſentire nolebant, ut etiam apertè proclamarint; Usque adeòne ſervus ille ſervorum faſtu, libidineque dominandi furit, inſanit atque in præceps abit, ut omnium ſæviſſimorum tyrannorum, quos unquam fuiſſe legimus, crimina, ſuperbiam vincere perfrictâ fronte contendat, Aventin. *libr.7.annal.*

Ecce paterna fides & magni Præſidis alma
Integritas humilisque Petri veſtigia ſectans
Jam non ferre crucem Domini, ſed tradere regna
Gaudet, & Auguſtus mavult quàm Præſul haberi,

inquit Guntherus in *Ligurino libr.6.* Næ accurato lectori, qui Pontificum geſta replicat, ſe repræſentabit ille apud Beſoldum in *theſ.pract.lit.P.num.35.* qui tum pro politico habetur, ſi tam ſua quàm aliorum vitia diſſimulare, in religionis negotio connivere & aliis

præſertim ſuperioribus aſſentari in omnibus poſſit, nullo interim alio fine propoſito, quàm ut & divitias & honores conſequatur, & ſic quietè & delicatè vivat. At qui hæc contemnunt, pro ſtultis reputantur. *Sed* o miſeri! Ille quidem eſt ſax ardens, hi merus fumus. Sit merus fumus, poſt facis ardorem ſupereſſe poteſt. Non tamen acto hoc de ludibriis triumpho eſſe conſtantem etiam in poſtgenitis juris Canonici exterminationem JurisConſulti, nil minùs quàm Pontificii, contendunt, ita ut obtineat illud Carpzovii *libr. Jurispr. Conſiſt. 2. tit. 8. def.* 152. *num.* 2. 3. Jus Pontificium ſive Canonicum in Provinciis Principum ac Statuum Evangelicorum uſurpatur non in Pontificis Romani gratiam vel ſuperioritatem, aut velut ab ipſo profectum, ſed ut jus proprium, ſpontaneo ac liberrimo conſenſu receptum, in vim nempe conſvetudinis. Quid in vim meæ conſvetudinis circa juris Canonici examen ſit receptum, eſt in propatulo.

Qui differentias noſtras legerit, reperiet me ſubinde remiſſionem antehabuiſſe, ubi alium intentior acrimonia urſiſſet. In differentia, in qua *Donatio poteſt excedere &c.* potuiſſem addere diverſitatem traditionum ex *c. futuram.* 15. *cauſ.* 12. *q.* 1. *c. fundamenta.* 17. *de elect. & el. pot. in* 6. Et quod obſervat Hahn in *diſp. feud.* 5. *th.* 3. donationem hanc nullam ſubſecutam eſſe traditionem. Conſtare enim omnium Scriptorum conſenſu poſt Sylveſtrum & Conſtantinum ultra 400. annos Romam & Italiam ſub Imperatorum, non verò Pontificum imperio permanſiſſe. Accedit quod cauſa donationis ficta ſit. Non enim Conſtantinus Imperator Romæ, ſed Nicomediæ: non à Sylveſtro Papa, ſed ab Euſebio Epiſcopo: non ab initio Imperii, ſed anno ætatis 65. immunis à lepra baptizatus eſt. Tandem Sylveſter mortuus eſt anno 335. Donatio autem à Pontificiis facta dicitur eo anno, quo baptizatus eſt: is vero fuit annus Chriſti 337. quo & mortuus eſt. Sic igitur donatio facta fuiſſet Sylveſtro anno ſecundo, poſtquam jam mortuus erat. Quoties ago de aliqua conceſſione Pontificia, ſive illa ſit feudalis, ſive allodialis, propter titulos, h. e. res menſales, ex Urbani Decreto de quo in 1. *feud. c.* 6. non elicio prohibitionem aliquam generalem. Non cogo Proceres Eccleſiaſticos in eas anguſtias, in quas Niellius *diſp. feud. 2. th. 2. lit. c.* ubi aſſerit infeudationem Procerum Eccleſiaſticorum multis nominibus in reprehenſionem cadere. Si vero Epiſcopi eſſe volunt, debent docere populum: non occupare ſe adminiſtratione bonorum temporalium. Adhæc non eſſe verum hunc uſum bonorum Eccleſiæ, ut in feudum concedantur: diſtribui debere pauperibus, verbi miniſtris: ex iis ſeminaria Eccleſiæ eſſe alenda; ſi ſupereſſit uni Eccleſiæ, communicet ea aliis Eccleſiis laborantibus: citius opes Eccleſiæ deerunt, quàm pauperes, quorum neceſſitatibus ſubvenire opus ſit. Hunc debere Apoſtolicæ Sedis eſſe morem ex *c. mos eſt.* 30. *c.* 12. *q.* 2. conferre in viduas, pupillos, pauperes, ſtipend. à Clericorum eorum ſcilicet, qui ſuis opibus ſuſtentari non poſſunt; alias enim ſi, quod pauperum eſt, accipiant, dicuntur committere ſacrilegium, *c. Clericos & ſeq.* 1 *q.* 2., reparationes Eccleſiarum. Quam verò partem retinent, retineant, non ad luxum, non ad feudorum conceſſiones, ut domino epiſcopo aves, canes, equi alantur, ſed ad redemptiones captivorum, & hoſpitalitatem erga peregrinos. Ad hos uſus convertant etiam opes proprias, ſi majores eis ſint, quàm ad honeſte & frugaliter vivendum ipſis opus eſt. Suæ vocationi convenientius hoc erit, quàm ſi multos ſibi vaſallos ambitioſe compararent. In has, inquam, anguſtias non cogo, nec tamen, quod Dion. Gothofredus adverſus Imperatorem ad *l. ult.* §. 4. *C. de jur. delib.* audebat, rationes Niellii opinor ſtultas aut frigidas. Perſeveravit mea intentio, nec aciem ejus unquam abruperit falſi cogitatio, fatetur tamen humanitas me dubitaſſe interdum, ubi benignior dubii ſuccrevit interpretatio: me paſſum fuiſſe illam vehementiam, quâ apud Suetonium Caligula de JurisConſultis ſæpe jactavit ſe effecturum, ne quid reſponderent præter eum: me fuiſſe meditatum illam calliditatem, quâ Imperator Macrinus apud Capitolinum ſtatuit, ut jure, non reſcriptis ageretur. Vidit nempe reſcripta facilius impetrari poſſe, ibique gratiæ & corruptionibus locum eſſe: Rempublicam per Aulicos, non jus, quod eſt inexorabile, adminiſtrari. Rediit nihilominus in priorem tranquillitatem, ac ubi legendo contremuiſcerem ingenuitas juſſit,

optavi

optavi tantùm vel illud Neronis apud Tacitum, cui cum Burrus, prætorio præfectus, vir antiquæ ſeveritatis, chartam offerret obſignandam, quâ ſupplicio capitis addicebantur duo facinoroſi & latrociniis infames, vocem illam effatus eſt, *Vellem neſcire literas.* Ambigua mihi ſubminiſtraverint Regnum Siciliæ, Ducatus Spoletanus, Marchia Anconitanæ, pars maxima ditionis Italiæ, quibus illectamentis Romam tranſierint, hæc enodatione meâ altiora exiſtimavi. Si contendebam juris Civilis & Canonici authoritatem, flectebat in obſequium Alberious Gentilis *libr. 1. d. nupt. c. 6* cui jus Juſtinianeum eſt ejusmodi, ut non rectius, non ſanctius, non honeſtius univerſa Theologorum ſchola rogare atque ſancire valuerit. Fuerunt equidem JurisConſulti Ethnici, ſed qui naturæ vocem ſic ſecuti, ut ex illorum ſcriptis verè liceat conjicere, quo-usque excitata ratio in cognitione juris & legis naturalis progredi poſſit. Vid. Johann. Berglerum & Georgium Samuelem Haſenlothium ſub moderamine Taboris *d. collat. jur. Rom. & Hung. in ſect. 3. lit. B. num.* 11. diſputantes. Ab obſequio iterum avocabar, verùm juſto non diutiùs, Stecinius *d. loc.* ubi omnes orthodoxæ fidei (ſic vocat Pontificiam) & Eccleſiaſtici juris amatores, præſertim juniores, & Candidatos etiam atque etiam adhortari non deſinit, *ut ſpretis Sectariorum pudendis conviciis, Semicatholicorum verò, quocunque vel dignitatis vel ſcientiæ titulo glorientur, probris & ſannis conculcatis ad ſacrorum Canonum intelligentiam omne ſuum ſtudium conferant: non opinionibus hominum, ſed rationum momentis inſiſtant: rem ipſam attendant: in radice ſua veritatem quærant. Invenient profectò quantum homo homini, veritati opinio diſtet.* Næ diſtat homo Pontificius opinione ſua! Opponit ſe viris literatis, qui in *c. ſuper ſpecula. X. d. magiſtr.* ſunt veluti ſtellæ in perpetuas æternitates manſuræ, dum plurimos ad juſtitiam erudiunt. Adverſatur integritati illorum Doctorum, qui in *l. fin. C. d. Advoc. diverſ. Jud.* ad ſecreta Principum admittuntur. Ignorat ubique illud *l. 6. §. 1. C. d. poſtul.* Si quis adeò procax fuerit, ut non ratione, ſed probris putet eſſe certandum, opinionis ſuæ imminutionem patietur. Nec enim conniventia commodanda eſt, ut quisquam negotio derelicto in adverſarii ſui contumeliam aut palam pergat aut ſubdole. Quantum verò ſit tribuendum authoritati juris Canonici, ejus precium continet differentia, in qua *Canonicum jus prævalet Civili.* Vid. Georg. Chriſtophor. Waltherum in *tract. Juridico-polit. d. ſtat. jurib. & priv. Doct. omn. Facult. c. 11. §. 71.* ubi refert elogium Lutheri, de quo ſupra jus Pontificium Vulcano dicantis, *Quia tu conturbaſti Sanctum Domini, id eſt, Eccleſiam; ideo te conturbet ignis æternus.* & ibidem contra ſubambaliones Pontificios apologiam ſubmittit. Ne tamen illam mei ſolius viribus ſuſtineam aut turpiori vultu exprimam, ſuffecerit mihi aſſeveratio, quam habet Reinkingk. *d. R. S. & E. libr. 2. claſſ. 2. c. 7.* Juris Canonici auctoritas paſſim in Imperio Romano recepta eſt, non ſolùm quoad cauſas concernentes res ſpirituales & conſcientiam, ſed etiam quoad cauſarum forenſium proceſſum & deciſionem, *Vultej. in prolegomen. in fin. & lib. 2. Jurisprud. Rom. c. 30. num. 94.* Unde etiam in Academiis univerſi Imperii non ſolùm hoc jus publicè docetur, ſed etiam Doctores in eo non minus, quàm in jure Civili creantur, Pro ratione dubitandi dicat aliquis, notius eſſe quàm ut ulla probatione indigeat, jurisdictionem Pontificiam & Eccleſiaſticam Imperatoris & omnium Ordinum conſenſu in terris Proteſtantium omnino eſſe ſuſpenſam, per ſaluberrimam de Pace Religionis Conſtitutionem, R. A. *de Anno* 1555. §. Damit auch. quod repetitur, renovatur & confirmatur de Anno 1557. §. So haben wir. & de Anno 1559. §. Und nach dem. Jus autem Canonicum dependet a jurisdictione Pontificia, ut notum eſt. Pro ratione decidendi notandum, in Imperio Romano uſurpari & doceri jus Canonicum, non in Pontificis Romani gratiam vel ſuperioritatem, aut velut ab ipſo profectum, ſed ut jam dictum, ſpontaneo ac liberrimo Principum & Procerum conſenſu receptū, in vim conſuetudinis, *Gadd. de contrah. ſtipul. c. 6. concluſ. 7. n. 109. Sixtin. de regalib. lib. 1. cap. 4. n. 118. in fin.* Idque non in totum, ſed quatenus res in iis propoſitæ cum æquitate conveniunt, jurisque naturalis & divini veſtigia imitantur, *c. fin. in notat. diſtinct. 9. Matth. Steph. de jurisd. lib. 3. p. 1. c. 3. n. 23. Dn. Helfric. Ulric. Hunn. in tr. de auctorit. jur. c. 9.* Juris enim & legum

Digitized by Google

ſpontanea communio non arguit ſubjectionem, *arg.l.2.§.poſtea ne diutiùs.ff.de O.J.Pinell.ad rubr.part.1.n.12.C.d.bon.matern.* Deinde uſurpatur jus Canonicum quatenus non pugnat cum jure Civili vel provinciali uſu recepto, ſicut Antoninus Imperator de Legibus Rhodiis teſtatur, dum ait: Secundum eas judicetur, quatenus nulla legum noſtrarú legibus illis adverſatur, *l.deprecatio ff.ad L.Rhod.d.jact.* Sic jus Feudale, *inquit Cujac.* quà in re propriis moribus deficiunt Galli & aliæ nationes, libenter obſervant, *in proœm. tract.Feud.* Huc pertinet textus ille ſingularis *ex Speculo Saxonico lib.1.art.3.verb.* Er (ſcil. Papa) mag doch kein Recht ſetzen/da er unſer Land oder Lehenrecht mit änderen möge. *Barthol.Muſcul.d.ſucceſſ.convent.& anom.membr.2.claſſ.1.concl.5.lit.a.* Cum itaque jus Canonicum uſu fori, ſervatis conditionibus ſuprà relatis, frequentetur, aliquot concluſiones in gratiam juniorum notare volui. 1. Quòd in rebus ſpiritualibus & conſcientiam concernentibus, vel quando agitur de peccato evitando, attendendum ſit jus Canonicum potiùs quàm Civile, utpote in materia uſurarum, juramenti & ſimilium, *Socin.conſ.77.n.20.vol.1.Marant.de ord.judic.in 3.part.n.73.Felin.in cap.cum cauſis.n.1 de teſtib.Marta de juriſd.part.4.caſ.50.n.5.* Indeque quando opiniones Canoniſtarum & Legiſtarum ad invicem pugnant, attenditur opinio Canoniſtarum in materia Canonica, opinio autem Legiſtarum in materia Civili, *Socin.d.conſ.77.n.20.Honded.2.conſ.60.n.33.* 2. Quando aliquid eſt dubium de jure Civili, & clarum de jure Canonico, ſtandum eſt juri Canonico etiam in foro Civili, *gloſſ.in c.per venerabilem.§.rationibus.in verb.venies & Dd.ibid.X.qui fil.ſint legitim.* Et hanc concluſionem ex communi omnium Doctorum utriusque cenſuræ opinione procedere tradit Andr. Gail. *2.obſ.121.n.5.* Vincent. Honded. *2.conſ.60.n.31.* 3. Jus Canonicum à jure Civili, in cauſis præſertim & quæſtionibus forenſibus, diſcrepare non præſumitur, *text.in c.1.ibi: Quia ſicut leges non dedignantur ſacros canones imitari, ita & ſacrorum canonum ſtatuta Principum conſtitutionibus adjuvantur. X.c.oper.nov.nunciat.* ideoque contrarium allegans id probare tenetur. 4. Quod ex levi cauſa non ſit ſtatuenda differentia inter jus Canonicum & Civile. *d.c.1.Menoch.1.arbitrar.caſ.30.n.2.* 5. Quando jus Canonicum, in materia Civili, pugnat expreſsè cum jure Civili, tunc in terris Eccleſiæ ſervatur jus Canonicum; in terris verò Imperii jus Civile, *Felin.in d.c.in cauſis.n.1.in fin.de teſtib.Caroc.2.commun opin.tit.9.n.55.Marta de juriſdict.part.6.caſ.35.n.19.Proſp.Farin.in pract.crim.de inquiſit.q.10.n.74.* Notandum etiam, Canones potiſſimùm eſſe triplicis generis. Prioris generis qui ſunt, concernunt fidem & doctrinam, qui uti vim ſuam non niſi ex Dei verbo habere & obtinere poſſunt, ſive per univerſalia, ſive per provincialia Concilia & Synodos fiant; ita in tantum obſervandi, in quantum à fonte divino non recedunt, tam in regimine ſeculari quam Eccleſiaſtico. Secundi generis Canones continent decentem formam Miniſterium obeundi & exequendi, moresq; Clericorum. Et hi pertinent ad ſolum Sacerdotium, nihilque juriſdictionis ſecularis ſapiunt, ſed tantùm Epiſcopalem audientiam reſpiciunt. Tertii generis canones complectuntur Politiam, externam juriſdictionem & coercitionem, & horum Canonum cuſtos & executor eſt ſolus Magiſtratus Politicus, *l.nemo Clericorum.C.d SS.Eccleſ Nov.3.6.58.c.victor.diſtinct.97.Carol.Molin.in l.6.C.d.SS.Eccleſ.* Et hæc tria genera Canonum ita tradit Erneſt. Cothm. *in comment.ad tit.d.Summ.Trinit.n.131.* Vid.ſupr. *cap.5.ſub.fin.*

Hæc quoad authoritatem, de qua poſt alios prolixiùs Arumæus *d.jur publ.vol.5.diſc.2.* Rittershuſius in *proœm.jur.Canon.& Civ.* Rennemannus *d.loc.th.30.& ſeqq.* Paulus Voet. *d.Uſ.jur.Civ.& Can.c.5.*

Uſus juris Canonici ſe exſerit in tribus, Honore, Officio, Abusùs ab uſu diſcrepantia.

Quoad Honorem, ille vel eſt generalis, vel ſpecialis. Circa generalem in *orat.d.inſignibus Doctoreæ dignitatis recipiendis* monet Uldaricus Zaſius. *Docere non omnes impune poſſunt, etiamſi docti ſunt. Vetuſtiſſimo enim receptum novimus inſtituto, ut ea docendi provincia his duntaxat, qui publicâ eſſent authoritate probati, permitteretur. Sic apud Hebræos non omnes ſed Scribæ Moſis cathedram inſediſſe leguntur, Sic apud Athenienſes cum ſolenni delectu, ut ex Laertio colligimus, Philoſophorum ſcholis præfecti ſunt, qui profiterentur. Sed & apud Romanos de-*

Digitized by Google

nes decemviralium legum interpretatio non tam prudentes, quàm eorum authoritatem exigebat, ut Pomponius ſcribit. Quapropter ut majori authoritate juris profitendi facultas inſtrueretur, Cæſarem Auguſtum inſtituiſſe, ut non niſi ex Principis decreto de jure reſponderetur. Ab his vetuſtis moribus hæc ſolennia in univerſalibus ſtudiis introducta ſunt, quibus Doctores, qui aſſiduo ſtudiorum labore, vitæ integritate, boniſque moribus digni habiti ſunt, tanquam legum cuſtodes, ejus ſcientiæ aſſerendæ poteſtatem ex publico recipiunt. Nec enim fruſtra Imperatorem noſtrum tam arctè vetuiſſe credendum eſt, ne quiſpiam ad hæc faſtigia vel temere vel repentè proſiliat, niſi ordinis cœtusve ampliſſimi judicio probatus eam dignitatem meruerit. Proinde nemo faſtui vel ſuperbiæ adſcripſerit, pro conſequendis Doctorum titulis tantâ operoſitate elaboraſſe: pulcra enim eſt æmulatio, ut quidam inquit, quæ pro virtute ſuſcipitur. Quòd ſi nonnulli honeſto propoſito & moderatione animi præſtantes illos titulos omiſerint, laudandos putamus, dum de eo non glorientur, dum moderationis fructum, quem adepti ſunt, oſtentatione ſui non perdant. Quomodo enim doctrinæ gloriam quærat, qui nolit teſtimonium? Quàm ſcienter Laurentius Juſtinianus, In nulla re tam falli homines, quàm in vera humilitate cognoſcenda; Sed quod ſpeciem boni habet, non improbamus, dum nihil fracti fidelia ſonet. Illos verò quomodo excuſemus, qui mentis elatione & quadam quaſi arrogantiâ inflati iſthæc faſtigia contemnere pergunt? Circa ſpecialem interrogat Paulus Voet. *d. loc. n. 6.* Utrùm *Juris Doctores propriè & ex æquo J. U. DD. appellentur, id eſt, tam Canonici juris quàm Civilis?* Reſpondemus non cum Voetio ex facto, quod jam dudum obtinuerit: non ex ratione, quæ licet nulla ſubſit, cogitandum tamen eſſe etiam quædam, quæ juris ſunt, quandoque ratione carere: non ex applicatione, quæ impropria ſit & abuſiva: non ex eo, quòd imperante Juſtiniano Doctores juris utriusque nunquam fuerint appellati. Non cum aliis, qui falsâ hypotheſi autumant hos titulos eſſe inſeparabiles: non ex ignorantia juris Canonici, juxta quam Petrus Rebuffus in *tract. d. Nomin. quæſt 5. num. 8.* quærit, *An ſi quis in altero tantùm jure ſtuduit & gradum ſumpſit in utroque, uterque valeat gradus, an neuter?* Et reſpondet illum, in quo ſtuduit, tantum valere: alterum non item. Non reſpondemus incerti, Num ſub utroque jure contineatur Pontificium. Vid. Waltherum *d. loc.* Verùm reſpondemus cum Mareſio in d. diſſert. à *th.* 18. Quamvis olim ſeparati fuerint illi honores Docturæ juris Civilis & Canonici, ac etiamnum variis in Academiis ſeparati maneant, non minùs, quàm magiſterium Artium à reliquis facultatibus: tria tamen videntur effeciſſe, ut in multis locis conjungantur, de quibus differentia, in qua *Sterquilinia juris Canonici bene olent.* Vid. Zœſium in *præfat. ad Decretal. à num. 5.* Oſtermannum in *paratitl. jur. Can. diſp 2. in quæſt. An Doctor juris Canonici præferendus ſit Doctori juris Civilis?* De hac prælatione alibi. Hic facilitatem arcemus, de qua in *addiſione ad theſaur. pract. Beſoldi lit. D num. 29.* Solicita temporum ac meritorum diſtinctio autem vellicare deberet Diribitoribus ac Brabeutis honorum Academicorum, ne cum conſcientiæ morſu paſſim homines indoctos, inſulſos & imperitos tiarâ Doctorali calamidiare pergant: quod inprimis ſub caminis Gallicis tam facilè hodie fieri conſvevit, atque olim ſervi vel in balneum eunte Prætore, aut per epiſtolam manumittebantur, ut meritò querela Imperatorum Honorii & Theodoſii hic locum inveniat, *pleroſque teſtimonialibus fraude quæſitis fieri veteranos, non eſſe.*

Quoad officium dubitant, *An ſit JurisConſulti docere jus Canonicum?* Reſpondet Hunnius *diſp. d. jur. Can. à th. 2.* Non equidem nos latet jus hoc à nonnullis malè traduci, & quod in ſcholis doceatur, in judiciis & dicaſteriis indignum judicari & prorſus etiam damnari, Alber. Gentilis *libr. 1. d. Nupt. c. 17 18. 19.* Matth. Sutlivius in *tract. d. Pontif. Rom. libr. 3. c. 2 arg. 10.* propterea quod multis erroribus, innumeris abſurditatibus, infinitis falſitatibus ſcateat: quòd à ſemidoctis Pontificibus ad quæſtum magis, quàm ad Reip. Chriſtianæ commodum conſarcinatum editumque fuerit. Quod cum Pontifex Romanus omni jurisdictione ſeculari deſtituatur, & ipſe legibus Imperialibus parere teneatur, idcirco ipſi poteſtas condendi leges juraque promulgandi non competat. Hæc aliaque poſtquam digeſſiſſet Hunnius, concludit jus Canonicum multa præclara & utilia,

Digitized by Google

quæ ad Eccleſiæ gubernationem, ad publicæ & privatæ rei conſervationem, ad morum & vitæ emendationem faciant, continere, proceſſum judicialem expeditiſſimum præſcribere, aureas Patrum ſententias exhibere, jus Civile Cæſareum mirificè illuſtrare, interpretari, ſupplere, adeò ut abſque cognitione ejus nemo feliciter negotia civilia tractare vel perficere poſſit. In quantum hæc reſponſio procedat, vid. Franciſc. Duarenum in *præf. tract. d. SS. Eccl.* Eberhardum à Weihe in *orat. d. jur. Canon.* Matthiam Stephani in *præf. libr. 3. d. jurisd.* Antimachiavellum *theorem.* 33. Innocentium Gentilettum *libr. 5. exam. Concil. Trident.* Budæum *libr. 5. d aſſe.* Muſculum *d. ſucceſſ convent. & anom. membr. 2. claſſ. 1. concl. 5. lit. a num.* 164. Fohmannum *diſp. Inſt.* 12. *th.* 6. *lit. F.* Gœddeum *d. C. & C. S. c.* 6. *concl.* 7. *n.* 109. Hartmann. Hartmanni *pract. obſerv. tit.* 33. *obſ.* 6. *in fin.* Limnæum *d. jur. publ. lib.* 8. *c.* 8. *num.* 56. 57.

Quoad abusûs ab uſu diſcrepantiam nos debere ſequi Virgilium, qui quandoque ex Ennii ſtercoribus legere aurum conſueverit, innuit d. differentia, in qua *Sterquilinia juris Canonici bene olens.* Aut ſequamur conſilium Reuchlini, Cum enim Johannes Pheſercornus apud Sleidanum *libr. comm.* 2. Chriſtianæ profeſſionis Judæus, Maximilianum Cæſarem diu multumque ſolicitaſſet, ut libri Judæorum abolerentur omnes, quòd eſſent impii plenique ſuperſtitionis & impedirent, quò minùs ad Chriſtianiſmum illi converterentur: itaque nihil illis permittendum eſſe præter Biblia, Maximilianus tandem mandat Vrieli Archiepiſcopo Moguntino, ut academiis aliquot & Jacobo Hogoſtrato inquiſitori & Joanni Reuchlino det negotium exquirendi ac deliberandi, quid fieri conveniat & an ſit ex uſu religionis noſtræ, ut Bibliis exceptis reliqui omnes exurantur libri. Fuit hoc anno M.D.X Reuchlinus, qui & JureConſultus erat, & Hebraicæ linguæ peritiſſimus, acceptis à Moguntino literis, quid ſui eſſet conſilii præſcribit, & Hebræorum libros ait eſſe tripartitos, hiſtoricos, medicos, Thalmudicos, & hos quidem non ejuſdem eſſe generis omnes: in iis autem etſi multa ſint ridicula atque ſuperſtitioſa, tamen in hoc eſſe perutiles, quòd ad illorum refutandos errores atque deliria magnopere conducant.

ULTIMUM eſt circa Legendi modum,

Quem facilè juris ſtudioſus uſu aſſequitur, ſed quia rarior eſt uſus apud eos, qui alii Facultati aut etiam humanioribus navant operam, transferam huc legendi modum, qui ſub ignoto nomine Coloniæ Agrippinæ Anno 1577. in lucem eſt editus.

Ponenda & notanda ſunt exempla allegationum. Et de prima parte Decreti nota, quòd illa ſyllaba *di. vel diſ.* etiam ſola litera, *d.* ſignificat diſtinctionem: & numerus immediatè ſequens denotat quotam diſtinctionis. Ultimò ponitur principium canonis vel capituli, in quo authoritas vel allegatio continetur. Exemplum accipe in prima parte Decreti, ubi ſic allegatur 8. *diſtinctione. quo jure.* & hoc ſic abbreviatur, *diſ.* 8. *quo jure.* id eſt in prima parte Decreti, in diſtinctione. 8. illius partis, in canone, qui incipit, Quo jure. Aliud exemplum *diſt.* 37. *nonne & cap. legimus.* 1. in prima parte Decreti, in diſtinctione triceſima ſeptima ejuſdem partis, in canonibus, qui incipiunt, Nonne &, Legimus. Item aliud, *diſtinct.* 40. *multi. & cap. non loca. & diſt.* 50. *ponderet.* quod declara, ut priùs. In ſecunda parte Decreti nota, quòd per numerum poſitum ante literam, qua datur intelligi quota cauſæ. Et ſic omnia talia adjectiva numeralia, prima, ſecunda, tertia, quarta, &c. uſque ad trigeſimam ſeptimam ante literam, *q.* poſita, ſemper includunt hoc ſubſtantivum cauſa. Nec debet ille numerus excedere 36. quia non ſunt plures cauſæ in ſecunda parte Decreti: & per literam *q.* intelligitur quæſtio in nominativo vel aliis caſibus ſecundùm exigentiam congruitatis. Communiter tamen in ablativo allegatur quæſtione. Sed per numerum ſequentem iſtam literam *q.* deſignatur quota quæſtionis illius cauſæ permiſſæ. Et ſic numerus ſequens erit adjectivum iſtius ſubſtan-

ſubſtantivi, quæſtione, per *q.* deſignati : quod nunquam ſubintelligitur, ſed ſemper expreſſe ponitur. Ultimò ſubjungitur canon, vel capitulum illius quæſtionis, in quo authoritas allegata quæri debet. Exemplum ſume de ſecunda parte Decreti, ubi ſic allegatur. 1. q. 1. principatus, & Capitulo, cum Paulus. Et ſolet ita breviari 1. *q* 1. *principatus*. & valet tantum : in ſecunda parte Decreti in prima cauſa illius partis, & in prima quæſtione illius primæ cauſæ in canonibus incipientibus, Principatus. & c. cum Paulus. Iſto obſervato quod in toto jure non breviatur principium canonis, capituli, vel legis, ſed ſemper integrè ponitur prout in libro continetur. Aliud exemplum 11. *quæſt. 3. inter verba. 17. q. 4. ſi quis ſuadente.* Item 23. *q.* 1. *noli æſtimare. &c. militare. 26. q. 5. non liceat &c. aruſpicinæ. in ver. nec ideo* Declara iſta exempla, & ſignanter ultimum : in ſecunda parte Decreti, in cauſa 26. in quæſtione 5. ejuſdem cauſæ in Canonibus, qui incipiunt. Non liceat, &, Aruſpicinæ, in ver. nec ideo. Quia tamen tractatus de pœnitentia inſeritur in quæſtione 3. ipſius cauſæ tricesimæ tertiæ, ut ſup. dictum eſt : ideo ſumatur exemplum, ubi ſic allegatur : de pœnitentia diſti. prima, homicidiorum. & capitulo, homicidium. hoc ſic breviatur : *de pœ. diſ. 1. homicidiorum. & ca. homicidium*, id eſt, in ſecunda parte Decreti, in cauſa 33. in quæſtione tertia iſtius 33. cauſæ. In diſtinctione prima illius quæſtionis, in tractatu de pœnitentia, in canonibus. qui incipiunt, Homicidiorum, &c. Aliud exemplum : de pœnitentia diſt. 5. oportet enim de pœn. diſt. 7. c. 1. intellige, ut priùs & ſpecialiter ultimum, id eſt, in tractatu de pœnitentia. diſt. 7. & ultima iſtius tractatûs, in capitulo primo hujus diſtinctionis. Et ſic quando allegatur capitulum 1. 2. vel 3. non ponitur principium capituli vel canonis, &c. De tertia parte Decreti pone exemplum ; ubi allegatur hoc modo, *de con. di. 1. nocte ſancta. cap. miſſas. & c. omnis Chriſtianus.* Quod ita breviatum ſic intelligitur : id eſt, in ultima parte Decreti, quæ intitulatur, De conſecratione. in prima diſtinctione illius partis, in canonibus qui incipiunt Nocte ſancta, &c. Item aliud exemplum de *conſ. diſ. 2. in cœna. & cap. liquido. d. conſ. diſ. 5. non mediocriter ne tales. & c. nunquam.* id eſt, de conſecratione, diſtinctione ſecunda & quinta, in capitulis incipientibus, In cœna. Liquido &, Non mediocriter &c. Non debet autem in tertia parte Decreti ultra quintam diſtinctionem allegari, ſicut nec in ſecunda parte ultra ſeptimam : & in prima parte non ultra centeſimam primam : quia nulla partium plures habet diſtinctiones. Ideo ultra allegans notaretur tanquam imperitus errare. Et quia in qualibet parte Decreti ſunt diſtinctiones, nota differentiam in allegando. Nam quando allegatur diſtinctio abſolute cum numero ſine addito alterius determinationis : ut dicendo, diſ. 1. 2. 3. 4. vel 5, &c. tunc quærendum eſt in prima parte decreti, ubi ſunt centum & una diſtinctiones. Quando autem allegatur diſtinctio cum addito de pœnitentia : ut ſic *de pœ. diſ.* 1. 2. 3. &c. tunc quæri debet in ſecunda parte Decreti, in cauſa 33 & q. 33. illius cauſæ : ubi ponitur tractatus de pœnitentia, qui habet 7. diſt. ultra quas non allegabis ibi, ſi velis Juriſta videri, Sed ſi allegatur di. cum addito tali, de conſecratione: ut ſic, *de conſecra. diſt. 1. 2. vel 3. &c.* tunc quæratur in tertia parte Decreti, ubi ſunt tantùm quinque diſtinctiones: nec etiam plures allegabis, alias te oſtendes Juris ignarum. Et ſic in omnibus tribus partib. Decreti allegatur conſtitutio cum quota ſequente : ſub ea differentia, quòd interdum nulla determinatio præcedit, ut in prima parte, interdum præcedit : & hoc dupliciter. Aut præcedit de pœni. ut in ſecunda parte Decreti. Aut de conſecratione : ut in tertia parte Decreti. Item in ſecunda parte allegatur quota cauſa tacendo illud nomen cauſa, ſed ſubintelligendo, & ſic etiam in fœminino genere adjectivum numerale ſubſtantiatur, includendo ſuum ſubſtantivum : ut prima, ſecunda, tertia, quarta, &c. ſubaudi cauſa : deinde ſubſtantivum, quæſtio, cum ſuo adjectivo expreſſe ponitur: ſcilicet quæſtione prima, ſecunda, tertia, quarta, &c. Poſtea initium canonis : ut, Omnis. Ponderet. Nonne. Legimus. &c. Etiam quandoque per paragraphos allegatur, omiſſo nomine capituli, & ſubjungitur principium paragraphi : ut 2. *q.* 6. §. *biduum*. Et frequenter quando allegatur capitulum, non eſt opus allegare paragraphum, & è converſo. Si verò capitulum eſt longum, dicatur in

tur in prin. med. vel fin. aut circa prin. med. vel fi. ubi authoritas vel textus allegatus habetur. Finaliter: Dilige Decretum ſi gliſcis canonicari. Diſtinguit, cauſat, pœnitet, & conſecrat. Et tantùm de primo libro.

Nunc ſumantur exempla ex decretalibus: ubi ſic allegatur, de ſumma Trinitate & fide catholica, damnamus, hoc ita breviari ſolet: *d.ſumm.tri.& fide ca.damnamus.* Aliud exemplum de electione & electi poteſtate, cum in cunctis, hoc ita breviari ſolet. *d.elect. cum in cunctis.* id eſt, in libro Decretalium, ſub titulo de electione. in capitulo quod incipit, cum in cunctis. Aliud exemplum: de foro compe. c. diligenti. Aliud: de vi. & ho. cleri. ut clericorum. Aliud: qui cle. vel voven. ma. contra. poſ. c. conſuluit. Aliud: de pœ. & re. c. omnis utriusq;. Iſta exempla ſic breviata ſuo modo ſunt explicanda, ut primum exemplum. & ita de aliis. Quòd in differentiis meis inſerverim præpoſitionem x. etiam omitti poteſt: modo ſit dividua à numero in libro ſexto Decretalium. Et ſciendum quòd in Sexto allegatur eodem modo, ut in Decretalibus, hoc ſolùm mutato, quòd in ſexto allegando ſemper in fine additur, li.6. propter differentias librorum: quia omnes rubricæ Sexti ſunt etiam in Decretalib. Debet ergo ad rubricam poſt capitulum addi, libro ſexto ut ſciatur eſſe in Sexto. Quod ſi non additur, quæritur cap. allegatum in Decretalibus: & ſic errare contingeret ex omiſſione hujus additionis libro ſexto: quia capitulum allegatum in Sexto non inveniretur in Decretalibus. Alia plura poſſunt exempla ſumi. ut *de judic. mulieres. §. caterùm. & cap. ſeq. lib. 6. de cleri. conjug. c. unico. §. in cæteris autem. eod. lib. de conceſ. præben. deteſtanda. lib. 6. d. cenſi. quanquam. eo lib. quæ ſunt declaranda, ſuo modo. ut ſupra.* In Clementinis exempla taliter ſunt accipienda, ubi ſic allegatur: de hæreticis. ad noſtrum, in Clementinis. hoc ſic breviatur de hæreti. ad noſtrum, in cle. i. in conſtitutionibus Clementinis, ſub titulo de hæreticis & Manichæis in capitulo quod incipit, Ad noſtrum. Aliud exemplum: de reliq. & vene. ſanct. ſi dominum. in Clement. id eſt de reliquiis & veneratione ſanctorum, in capitulo, Si dominum. in Clementinis. & ſic de aliis. Nam hic allegatur per omnia ſicut in Decretalibus: ſolùm eo dempto, quòd additur hic in Clement. ſicut in Sexto additur, libro ſexto, propter rationem ibi dictam. Et poteſt hæc additio permitti: ut ſic allegando, Clemen. paſtoralis. §. rurſus in fi. id eſt in Clementinis, in capitulo. Paſtoralis §. rurſus. in fine illius paragraphi, ubi dicitur: Qui falcem mittit in meſſem alterius, perperam agit.

ABSE

A.

ABSENS ſi quis fuerit, adversùs eum judicium non procedit, recipiuntur tamen aliquando teſtes tum in crimine, tum in electione, & reſtitutione abſente adverſario, *c. veritatis.* 8. *x. d. dol. & contum. c. quoniam* 5. *§. porro x. ut lit. non conteſt. c. ex tua.* 11. *x. d. cler.*

Nulla eſt differentia, nam jus Canonicum præparat ſententiam in caſibus propoſitis: jus Civile dicit non eſſe ferendam ſententiam.

Omnino adversùs abſentem non procedit judicium, excepto apparitore contumace, *l.* 2. *C. d. pœn. l.* 2. *C. d. req. reis. l.* 5. *ff. d. pœn.*

ABSENTE aliquo ſine contumacia, id quod factum eſt, ſimpliciter revocatur. Nam ſufficit abeſſe contumacem, licet juſta cauſa abſentiæ minùs ſufficienter probetur, ne opinio veritati præjudicet, *cap. cum Bertholdus* 18. *x. de ſent. & re judic.*

Nulla eſt differentia, niſi quod jus Canonicũ ſimpliciter revocat, ſit ipſo jure nullum, nec reſtitutione indigeat, quod vult *c. abſente.* 3. *q.* 9. ubi abſente adverſario non auditur accuſator.

Abſens reſtituitur, *l.* 4. *C. d. procur.* ſive abſit Reip. causâ, *l. ultim. ff. d. in integr. reſt.* ſive Legationis, quia qui Legationis officio funguntur, in eo privilegio ſunt, in quo ſunt, qui Reip. causâ abſunt, *l.* 1. *C. quib. ex cauſ. maj. &c.*

ACCEPTILATIO inutilis non continet utile pactum, quia acceptilatio & pactum de non petendo non differunt,

Nulla eſt differentia, nam definitio negativa, quâ concludimus acceptilationẽ juri Canonico eſſe ignotam, non facit differentiam; ſed hoc duntaxat infert aliqua jus Canonicum non tractaſſe, aut tractare non habuiſſe neceſſum.

Acceptilatio inutilis modò continet utile pactum, modò non, *l.* 8. *in pr. ff. d. acceptil.*

ACCESSORIUM ſequitur naturam ſui principalis, *cap. acceſſorium d. R. J. in* 6.

Primò aſſerendum hanc regulam non referri ad rem, nam purpura non eſt idem pannus, cui in §. 26. *J. d. R. D.* accedit: Sic licet gemmæ in *l.* 19. §. 13. *ff. d. aur. arg. mund. & c. leg.* phialis & lancibus includantur, diverſæ tamen ſunt naturæ: itaque refertur ad jus, quo utroque Civili & Canonico acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. Juris Civilis interpretes ſic formant axioma, Acceſſorium corruit ſublato principali, textus eſt expreſſus in *l.* 2 *ff d. pecul leg. l.* 26. *C. d. Uſur.* Non o. *c.* 2. *d. pact. in* 6. Nam acceſſorium, in quo eſt proviſio ſpecialis, non corruit deſtructo principali.

Non ſequitur, *§.* 6. *d. pup. ſubſt. §.* 17. *d. leg. l.* 3. *C. d. rer. perm.* Gail. *lib.* 1. *d. P. P. c.* 5. *num.* 24. Sixtin. *conſ. Marp.* 19. *num.* 59. ubi exemplificat in clauſula codicillari, quia ea longè aliâ intentione adjicitur teſtamento, quàm ipſum teſtamentum conficitur.

axioma noſtrum procedit juxta naturam rei intrinſecam & per ſe ſpectatam, niſi à cauſa externa fortiore ſuſtineatur. Sic in *d.c.2.* etiamſi pactum, cui acceſſit juramentum, invalidum ſit, juramentum tamen ipſum deſuper datum ſubſtitit, Vid. differentiam, in qua *Juramentum omne eſt præſtandum.* Non obſt. quod Feudiſtæ decidunt, ſi caſtrum in feudum ſimpliciter abſq; mentione juriſdictionis conceſſum ſit, hac conceſſione ſimplici juriſdictionem non conceſſam intelligi, Menoch. 3. *præſumpt.* 97. Reſpondeo. 1. videri mirum, cur Juriſconſulti veteres hanc quæſtionem in terminis, ut vocant, non explicarint? Hoc dubium ſoluit Hahn. *diſp. feud.* 3. *th.* 11. *lit. b.* Tempore Juriſconſultorum Romanorum hanc quæſtionem ferè nullius fuiſſe uſus. Omnes enim juriſdictionem ſuam ex officio ſuo ſtatim metiebantur, quia perſonæ magiſtratus quaſi affixa erat, adeoq; morte magiſtratus extinguebatur. Reſpondeo 2. cum Hahnio *d. loc.* ideo id decidere Feudiſtas, quia juriſdictio in jure dicundo. i.e. reddendo & decernendo jure conſiſtit, *l. & ſi prætor* 3. *ibi. qui alienam juriſdictionem exequitur, jus dicit, ff. d. offic. ejus.* Jus verò reddere & decernere perſonæ, non prædii proprium eſt. Non o. §. 6. *d. pup. ſubſt.* quia axioma limitatur in acceſſoriis, quæ talia ſunt non ſuâ naturâ, ſed ex diſpoſitione legis, & ita applicari heic poteſt reſponſio, quæ erat ad *c.* 2. *d. pact. in* 6. Non o. §. 17. *J. d. leg.* quia axioma valet in his acceſſoriis, quæ veniunt in neceſſariam conſequentiam principalis, & per ſe ſubſiſtere non poſſunt, veluti peculium ſine ſervo non conſiſtit; ſecus autem eſt in acceſſoriis per relationem ſimplicem, quæ tamen proprium eſſe habent, ut partus ancillæ, vicarius ſervus. Adde *l.* 4. *in pr. &* §. 1. *d. ſupell. leg.* Non o. *l.* 3. *C. d. rer. perm.* quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, niſi alia ratio ſit in acceſſorio, quàm in principali, ut Exemplum ex Gailio allegatum diverſam rationem indigeat, vid. exegeſin Ottonis Taboris ad *axiom. Barboſ. libr.* 1. *c.* 8. Card. Tuſchum *lit. a. concl.* 65. cui acceſſorium eſt triplex, aliud per modum neceſſitatis: aliud per modum æquitatis: aliud deniq; per modum inhærentiæ.

ACCUSARE de hæreſi licet fratrem, *c. literas* 14. *x. d. præſumpt.* cujus rationem, quòd frater cenſeatur accenſus zelo fidei orthodoxæ, non ex veritate, ſed ex opinione ſua deſumpſit. Vid. *c. ſi audieris.* 23. *q.* 5.

Si magnum & capitale crimen ac non leve frater contra fratrem ſuum inſtituit, non ſolùm audiendus non eſt, ſed etiam exilii pœnâ plectendus, *l.* 13. *C. d. his, qui acc. non poſſ.*

Præfertur jus Civile, quoniam juris Civilis pœna non poteſt in jure Canonico eſſe impunitas ſeu præmium. Vel ſi attendendum eſſet jus Canonicum, hoc peculiare eſſet in crimine hæreſeos. Huc pertinent Judæi, qui alioqui à dicendo teſtimonio contra fideles repelluntur, *c. Judæi d. teſtib.* in negotio tamen hæreſis admittuntur, *c. contra Chriſtianos d. hæretic. in* 6. cum gravius ſit multo divinam quàm humanam offendere majeſtatem *c. vergentis d. hæretic. can. quæſtionem.* 12 *q.* 2. Coraſ. *libr. miſcell.* 5. *c.* 20. *num.* 1. Exquiſitam, ſi DIs placet, contemplationem heic nobis ſuggerit Zœſius ad *tit. ff d. Accuſ. num.* 17. ubi vult crimine hæreſeos infectos teneri quemque deferre, cum nulla res magis communi tranquillitati obſit, quàm hæreſis, ut horum temporum ſtatus ſatis demonſtrat, præcipuè Calviniana, quæ nata omnino ad turbandam Eccleſiæ & Reip. quietem. Ut non poſſit non dici originem traxiſſe à capite dæmoniorum, ut & ipſum cacodæmonem eſſe Calviniſtarum Deum rectè quidam multis voluminibus probent. Itane lubuit Zœſio, Viro alioquin Celeberrimo, cum inſanientibus furere? quàm horrenda eſt hæc adulatio, quâ ignes æternos captamus! Calvinianos natos eſſe omnino ad turbandam Eccleſiæ & reipublicæ quietem. Mehercles qui ad turbandam quietem natus non eſt, talia non audet. Quinam à capite dæmoniorum originem traxerint, norunt Calviniani, ſed infeliciter jactarent peritura ſub hoc capite membra. Quem producit aut procudit infernalem Deum!

huic

huic potuiſſe immani Sententiæ, imò arcanæ cogitationi eſſe locum, vix & mihi cogitanti, vix oculis eſt fides. Tandem multis voluminibus nititur: ſed ſunt opera araneorum, quæ fortiores penetrant, & duntaxat muſcarum pendent retinacula.

ACCUSARE non poteſt condemnatus de crimine infami eum, à quo fuit accuſatus, neque alium, *c. qui crimen. cauſ. 6. q. 1.*

Non o. quòd in all. canone non admittatur rei adversùs quemcunque profesſio. Reſp. Hoc eſſe intelligendum in ſenſu conjuncto, non diviſo.

Si examinetur aliqualis illa reſponſio ad ultimum dubium & quod nulla poſſit præcedere inſcriptio, niſi & ſequi poſſit accuſatio, *l. 3. C. d. tit. d. his qui accuſ. non poſſ.* fiet manifeſtum, utroque Iure condemnatum de crimine infami deinceps ad accuſandum non admitti. Deinde aliud eſt eſſe accuſatum de crimine infami, aliud eſt eſſe condemnatum de crimine infami. Tandem nec lex aliquid determinat, ſed ex eventu cauſæ Judex æſtimabit, an permittendum ſit accuſato accuſantem accuſare.

Prius eſt, ut criminibus, quæ tibi ut graviora ab adverſario tuo objiciuntur, cædis atque vulnerum reſpondeas, & tunc ex eventu cauſæ Judex æſtimabit, an tibi permittendum ſit eundem accuſare, tametſi prior inſcriptionem depoſuiſti, *l. 1. C. d. his, qui accuſ. non poſſ.*

Non obſtat, quòd qui peccavit poſt baptiſma, poteſt promoveri, ſi egerit pœnitentiam. R. Illum hic appellari criminoſum; qui per ſententiam convictus eſt. Gloſſ. *lit. m.* Non o. *c. neganda 3. q. ult.* Reſp. Vel non agit de condemnato, ſed de eo, qui crimine, quo premebatur, ſe exuebat. Vel agit de eo, qui ſuas ſuòrumq; injurias proſequitur.

Non o. quòd in *d. c.* inducatur diſcrimen inter pendentem & finitam accuſationem. R. Inde non ſequi finitâ accuſatione licitam eſſe accuſationem novam, ſed pendente accuſatione deponi inſcriptiones poſſe.

ACCUSARE non poteſt inimicus, gl. & Abbas in *c. 1. x. d. accuſ.*

Emericus à Rosbach in *theſ. rec. differ. libr. 3. tit. 26. num. 2. 3.* hanc differentiam proponit, non tamen probat, quum & de jure Civili verius ſit inimicum non admittendum eſſe per not. in *l. Labeo ff. d. recept. & in l. inimicitiæ ff. d. his, quib. ut ind.*

Inimicus ad accuſandum admitti videtur, *l. qui accuſat. ff. d. accuſat.*

ACCUSATORES Clerici urgentur ad denuncianda Sacerdotum ſcelera, *can. quapropter 47. c. 2. q. 7. c. cauſam. 7. x. qui fil. ſint leg.* Cujus ratio eſt gemina. Una in perſona accuſati. Sicut enim laudabile diſcretumq; eſt

Propiùs rem intuenti major quidem obverſatur è jure Canonico accuſationis neceſſitas, ſed & in hoc ſita eſt differentia, quòd jus Canonicum non accuratè diſtinguat inter accuſationem & denunciationem, quemadmodum jus Civile denunciationem ab

Accuſandi vel denunciandi neceſſitatem leges nemini imponunt, *l. un. C. ut nemo ag. vel acc. cogatur.* Niſi in homicidio ſecundùm Bartolum in *l. in eum ff. d. accuſ.* quoniam hæredes tenentur accuſare, arg. *l. Prætor. §.*

Digitized by Google

reverentiam & honorem exhibere prioribus, ita rectitudinis & timoris Dei eſt, ſi qua in eis ſunt, quæ indigent correctione, nullâ diſſimulatione poſtponere, ne totum corpus morbus invadat, ſi languor non fuerit curatus in capite. Altera eſt in perſona accuſatoris, quæ communis eſt cum eo, cui denunciatio fit. Nam ſi quis in hoc piger aut negligens eſſe præſumpſerit, criminibus ſe noverit eſſe participem apud Deum, cujus zelo ad perſcrutandas ſubtiliter nefandi facinoris cauſas non movetur, *can. ſicut* 46. *d. c.* 2. *q.* 7.

accuſationum ſolennibus diſtinguit, *l.* 7. *C. d. accuſ.* ita ut denuncians ab his ſolennibus, quæ potiſſimùm in ſubſcriptione conſiſtunt, ſit immunis: Accuſans iis teneatur. Quemadmodum denunciatio ſit modus ordinarius procedendi: ſuccedat loco diffamationis vel querelæ, & ſic aperiat viam Judici ad inquirendum ex officio: qui maleficia denunciare poſſint, qui non, vid. Card. Tuſchum *lit. D. concl.* 192. 193.

1. *ff. d. injur.* aliàs perderent hereditatem. Contrarium videtur tenere gloſſa in *l. ſi quis homicidii C. d. accuſ.* & quæ in contrarium allegantur, non de accuſatione, ſed denunciatione loqui videntur.

Accusatus ad purgationem juramento urgetur ex aliqua cauſa fortè ſuſpectus, ut extant tituli de purgatione vulgari & canonica ac ibidem in *cap. cum dilectus.*

Ipſum jus Civile ſuadet jus Canonicum eſſe præferendum, quia aliquis in probatione deficere poteſt, cùm tamen ei jus non deficiat, *l.* 30. *ff. d. teſtam. tut.*

Accuſatore non probante reus, etiamſi nihil præſtiterit, abſolvendus eſt, *l.* 4. *C. d. edend.*

Quanquam & leges non ſemper purgationem excludant. Sic ubi falſi examen inciderit, tunc acerrima fiat indago argumentis, teſtibus, collatione ſcripturarum, aliiſque veſtigiis veritatis: nec accuſatori tantùm quæſtio incumbat, nec probationis ei tota neceſſitas indicatur, ſed inter utramque perſonam Judex ſit medius, *l.* 22. *C. ad l. Corn. d. falſ.* Pleniùs hanc in rem commentatur Coraſius *libr. miſcell.* 3. *c.* 4. *num.* 6. An in legitimæ & plenæ probationis ſupplementum jusjurandum deferri poſſit? Vulgaris eſt articulus, ſed non facilis. Nam quòd ſit locus delationi juramenti videtur probare textus in *c. atteſtationes d. deſponſ. imp.* Ideo Archidiaconus in *c. viduas a. celare* 27. *q.* 1. melius & tutius eſſe dicit, ut ei deferatur jusjurandum, qui matrimonium ait eſſe contractum. Sed contrarium communiter tenetur, quòd quemadmodum in cauſis criminum inopiâ probationis non defertur juramentum, Accurſ. in *l. maritus d. quæſt.* ita neque in cauſis matrimonii, Idem in *l.* 3. §. *quacunque ff. d. jurejur.* propter negotii gravitatem, *gloſſ. in c. mulieri d. jurejur.* Hæc in juramento neceſſario obtinent & loquuntur: at in voluntario & judiciali recentiores exiſtimant, ut ſi ad matrimonii diſſolutionem tendat, non poſſit deferri, cùm hoc non pendeat à partium voluntate; ſed ſi ad matrimonii conſervationem, defertur, cùm tunc quaſi de novo mutuo conſenſu contrahatur, licet ſub conditione, quæ illud non impedit, *t. t. d. condit. app.* Hæc & plura Coraſius, ſed tantùm in cauſa matrimonii. Redeo ad priorem opinionem, à qua non abludit Panormit. in *d. c. mulieri columm.* 3. *d. jurejur* juxta quem hoc totum Judicis prudentiæ eſt committendum, qui pro cauſæ perſonarumque dignitate & qualitate deferendum eſſe juramentum, aut non eſſe deferendum ſtatuet. Nec alienus eſt Coraſius in *fin. d. n.* 6. His non obſtat *d. l.* 4. *C. d. edend.* Nam loquitur de probatione propriè dicta, quæ fit per teſtes aut inſtrumenta, vel ſimiliter probandi modum, quo reus onerari non debet: at juramentum non tam probationis, quàm innocentiæ oſtendendæ causâ defertur.

Actio

Actio etiam perſonalis datur adverſùs tertium, *c. cum contra. X. d. pignor.* Bachov. in *annot. ad par. Weſ. in tit. d. pign. act. lit. q.*

Non datur adverſùs tertium, quia obligatio non ſequitur tertium poſſeſſorem, *l. 1. §. 16. ff. ad SC. Trebell.*

Hæc differentia pendet ex alia, in qua *Actio qualis intendatur.* Et verò potentior eſt Canoniſtarum æquitas, qui cum in [illegible] *cap.* proponant ſpeciem antichriſeos, quatenus illa operetur, computare neceſſum habent non tantùm fructus perceptos ab eo, qui rem pignori accepit, ſed etiam perceptos à quovis alio, voluntate tamen creditoris, quia computat omnes eos, quibus res oppignorata minuebatur. Deinde à traditione juris Canonici non abhorret jus Civile, quantumvis enim adverſùs tertium non inſtituatur actio perſonalis, quæ hic eſſet pignoratitia; inſtitueretur tamen rei vindicatio, *l. 9. ff. d. R. V.* in cujus fine ait Ulpianus, Ab omnibus, qui tenent & habent reſtituendi facultatem, peti poſſe.

Actio non eſt remedium omnibus commune: Sic uxoris homicida in nullo loco litigare præſumat, *c. admonere 33. quæſt. 2.*

Eſſe remedium omnibus commune probat Harpprechtus ad *pr. J. d. action. num. 17. & ſeqq.*

Nulla eſt differentia, quia quando actio aſſeritur eſſe remedium omnibus commune, intelliguntur ii, qui ejus juris, è quo actiones deſcendunt, habent communionem. Nec o. *c. admonere.* ad quem reſpondet gloſſa *lit. m.* Hoc ideo dicit, quia apud ſeculare tribunal non debet ſuam querimoniam diſceptando proponere quiſquam publicè pænitens, ſed eccleſiaſticum judicium debet adire, *11. q. 1. c. aliud.* Supple ergo hic, niſi in propria cauſa & coram Eccleſiaſticis.

Actio qualis intendatur, ejus remittitur inveſtigatio, & ſufficit ſimpliciter Judici exponere factum, *c. dilecti filii 6. X. d. Judic.* Vid. Arnold. d. Reyger in *proceſſ. jud. diſp. 3. th. 5.* Vel, Non proponitur actio, ſed proponitur id, quod continet actio. Non o. *c. 1. X. d. mut. petit.* R. Inde duntaxat colligitur plebanum & Clericos potuiſſe proponere actionem; non verò iiſdem actionis proponendæ injungitur neceſſitas. Sic in *l. 1. C. d. form. & impetr. act. ſubl.*

Carpz. in *proceſſ. jud. tit. 6. art. 1. num. 9.* hanc differentiam tollit, nullâ fortean aliâ de cauſa, quàm quia ibidem *n. 6.* juri Canonico jus Saxonicum eſt conforme. Nec huius ſententiæ dubium movet ullum *l. edita actio 3. d. edend.* quum vocabulum actionis accipi poſſit pro libelli editione, & ſufficiat aptè factum narrari, quod & conſuetudo obſervat. Reſpondemus Carpzovio, vocabulum actionis non poſſe ſumi pro libelli editione, ſed in libello continetur. *2. l. 3.* non de quavis editione, ſed editione actionis agit. Et verò ſi conſulamus

Sine actione nullum procedit judicium, adeò ut etiam nomen actionis ſit exprimendum, *l. 1. in pr. ff. d. edend.*

Non obſt. illud Alciati in *utriusque Juris praxi,* quòd in *l. ult. C. d. ed. D. Adr. toll.* clarè habeatur ſufficere modum & cauſam proponere, & non expreſsè actionem proponendam. Reſp. Nomine actionis vel intelligitur ſpecialis actionis denominatio: vel jus perſequendi, etiam citra ſpecialem actionis denominationem ſubſi-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

formularum juris non injungitur neceſsitas, non tamen omnis formularum juris tollitur uſus arg. *l.* 42. *in pr. ff. d. furt.* Deinde per actionem propoſitam intelligi poteſt ſimplex facti expoſitio, ſeu illa conveniētia, quæ in *l. ult. C. d. t. d. form. & impetr. &c.* propoſito negotio eſt apta: non enim actio in ſpeciale tranſiit nomen; Non o. *c. ult. X. d. libell. obl.* R. A' cauſa petendi ad ipſam actionem non argumentamur, quia vel præcedit vel ſequitur actionem, vel ſine actione jus petendi manifeſtat. Proinde, quod voluit gloſſa in *cap. dilecti in verb. actio X. d. judic. d. tit.* cauſam petendi ſive medium concludendi omnino exprimi debere, non moratur: nam æquitas Canonica indulget cauſam petendi ſive medium concludendi: æquitas Civilis diſtinguit inter cauſam proximam & remotam, ac utrique ſuum nomen aſsignat: quemadmodum plus eſt in cauſa petendi, quam cauſæ civiles poſtulant, quàm in facti narratione circa cauſam criminalem occupatâ, quæ abſque alia petitione vel concluſione admittitur, Gail *d. loc. n.* 18.

Non o. *c.* 15. *X. d. judic.* Reſponderi poſſet idem, quod ad *c.* 1. *X. d. mut. petit.* Deinde in objecto *cap.* 15. non tam actio determinatur, quàm inepta agentis intentio, quâ is, qui jus patronatûs poſſedit, rei vindicationem aut ejus reſtitutionem poſtulabat, Tertiò non tam actio determinatur, quam ineptam novâ inſtitutâ actione emendari poſſe aſſeveratur.

Rævard. *Protrib. cap.* 4. Vult. ad *pr. Inſt. d. action. num.* 43. Cujac. 8. *obj.* 15. reperiemus actiónis editionem dicere quâ actione quis uti velit: deſcribendæ actionis copiam facere: ſuam intentionem in libello offerre adverſario: ex libello eam dictare: adverſarium ad album producere, & demonſtrare quid dictaturus ſit, Vid. Hillig. in *Don. Enucl. lib.* 23. *c.* 4. *in not. lit. a.* 3. jure civili non ſecus aptè factum narratur, quàm actione propoſitâ. 4. Servent poſteriora tempora conſuetudinem, cui divortium à jure Civili & Canonico permittitur, nobis lis circa differens aut indifferens jus Civile ac Canonicum integra manet. 5. Hanc laureolam è muſtaceo non quæſiiſſet Carpzovius, niſi Azonem ad *d. Cuj.* Gailium *libr.* 1. *obſ.* 61. ante vidiſſet. Potuiſſet & videre Obrechtum *de concipiend. lib. c* 10. Rulant. *d. Commiſſ. part.* 5. *libr.* 2. & cumprimis Vigelium in *repert. Juris*, qui ſingulatim per omnes cauſas actionum tranſit, ſatisque accuratè exponit, ac *Inſt. fori libr* 1. *c.* 1. *& ſeqq.* ubi quaſi in epitomen contracta, quæ fuſiùs in repertorio expoſita, Vid. Hillig. *d. loc. lit. n.* Barboſam ad *c.* 15. *X. d. Judic. in additam. ad collectan. cap.* 6. *X. eod.*

ſtens. Vel, ſufficit via executiva, niſi aliquis exiſtat contradictio. Vid. Hiltropff. in *proc. judic. part.* 2. *tit.* 9. *d. lib. oblat. num.* 12.

Actiones duæ ſucceſsivè concurrunt, *c. querelam* 24. *X. d. elect.*

Non o. *cap. dilectus* 2. *X. d. capell. monach.* R. con-

Vid. Hotomannum *illuſtr. quæſt.* 29. Petrum Fabrum in *l.* 104. *d. R. J.* Obrechtum in *diſput. d. concurſ. act.* Treulterus ad *l.* 2. *Jurisprud. Herm. Vulteij c.* 6. ex uſu Pra-

Etiam cumulativè, *l.* 10. *ff. d. act. empt.* vel electivè, *l.* 1. *ff. vi bon. rapt.*

Non o. *l.* 25. *§.* 3. *ff. fam. erciſc.* in quo de pluribus

curſum

curſum eſſe, ſed ſuper diverſis articulis, quorum diverſitatem conſtituunt ſcrutinium, baptiſma & capitulum.

Non o. quod Panormitanus in *c. conſtitutus n. 2. & ſeqq. X. d. integr. reſt.* aſſerit plures actiones in uno libello cumulari poſſe. Reſp. Eum cumulationis dilatare jus, & tribuere iis actionibus, quæ ſe invicem non compatiuntur. Vel, ut gl. in *c. abbate d. ſent. & re jud. in 6.* indigetat, hoc verum eſſe, quoties actor probabiliter dubitat de genere actionis ſive illud dubium ex facto proprio ſive ex alieno procedat.

cticorum ſic delineat, ſi Practicorum ſequamur authoritatem, quia tunc, ſi exceptionum exempla inveniemus plura, quàm regulæ, permiſſa erit actionum cumulatio. Vid. etiam Gailium 1. *obſ. 63. num.* 1. Mynſing. 1. *obſ. 25. verſ. cæterùm.*

hæreditatibus, quæ inter eoſdem ex diverſis cauſis communes ſint, unum familiæ erciſcundæ judicium ſumi poteſt. Reſpondere non opus eſt unum vocare judicium vel plura in relatione ad Judicem vel ad Judices. Vel quòd ob vitandos ſumptus conſultius ſit unum ſumere judicium, ubi plura competere poſſent. Sed quia unum ſumi poteſt judicium, ſiquidem diverſæ ſint cauſæ quoad acquiſitionis originem; una tamen in alterius veniat conſequentiam quoad diviſionem ejus, quod jam eſt acquiſitum. Hoc modo ſuperſedere poſſumus illi quæſtioni, An judicium familiæ erciſcundæ ſemel an iterum poſſit inſtitui.

Non o. *c. 2. & ult. X. de eo, qui dux in matrim. quam poll. per adult.* Reſp. hæc capitula non agere de concurſu actionum cumulativo ſeu electivo, ſed de concurſu duarum uxorum ſucceſſivo.

ACTIONES omnes ſunt bonæ fidei.

Juxta Bachovium *diſput. d. action. 6. th. 12.* procul dubio errant, qui jure Canon. omnes actiones bonæ fidei opinantur, neque tamen ullo textu diſertè hoc adſtruere poſſunt; nam qui provocaverit ad illud vulgatum, quòd jus Canonicum omnia damnet, quæ poſſunt fovere peccatum, puerili ſe errore implicaverit, & commiſerit non ſemel notatam fallaciam homonymiæ: quoniam in hac diſtinctione bona fides non opponitur dolo, & illa huic oppoſita in omnibus contractibus requiritur. Addimus Bachovio, Textus Juris Canonici extare, quibus prædicta differentia comprobatur, uti conſtat ex *c. cum venerabilis. 6. verſ. ad hæc Epiſcopus. in verb. cum permutatio inter contractus bonæ fidei computetur. X. d. except. c. fin. ant. fin. in verb. contractus, qui ex bona fide oritur. X depoſ.* Nec quicquam facit, quod jus Canonicum in judicando ſolam æquitatem ſectetur neglecto rigore juris; quia de jure Civili idem obtinet, *l. placuit. 8. C. d. Judic.* Neque enim ſtricti juris judicia ideo ſic appellantur; quòd in illis ſecundùm rigorem juris æquitate ſepoſitâ judicetur; ſed quòd in illis officium Judicis ad formulam ipſi à prætore præſcriptam, vel hodie, ſublatis formulis ad id, quod in contractum & judicium deductum eſt, adſtringatur, *Edwin* in *Syn. Inſt. Imp. ad tit. d. act. lit. s.* Et ita reſponderi poteſt ad *c. ſacerdotes. 16. q. 3.* in quo ſtatus contractuum initium ſumere debet ab origine æquitatis. Vid. Krembergh ad §. 28. *d. tit. Inſt. d. action. num. 27. & ſeq.* Manzium ad *eundem §. num. 45. & ſeqq.* Schroterum ad *diſp. Sutholt. 18. aphor. 63.* Bocerum in *tract. d. inveſt. feud. c. 2. num. 56.*

Actiones ſunt vel bonæ fidei, vel ſtricti juris.

Eodem

Eodem errore implicantur, qui jure conſuetudinario omnes hodie contractus & actiones bonæ fidei eſſe putant: Cùm tamen conſuetudo vel maximè indigeat probatione. Nec puto quiſquam oſtenderit in praxi ita obſervari, ut omnes actiones eo jure utantur, quo illæ olim, quas bonæ fidei appellamus.

ACTIONIBUS pluribus ac diverſis non poteſt unus & idem conveniri, *c. nonnulli. 28. X. d. reſcript.* Vid. differentiam, in qua *Actiones duæ ſucceſſivè concurrunt.*

Capitulum non inducit differentiam, ſed finem ſuum proponit, qui eſt lites reſtringere potiùs quàm laxare: quod fit duobus in caſibus. 1. ne quis ultra duas diætas extra ſuam diœceſin per literas Apoſtolicas ad judicium trahi poſſit. 2. Ne qui ad novum genus mercimonii ſe convertant, ut vel ſopitas poſſint ſuſcitare querelas, vel novas immittere quæſtiones, fingendo cauſas, ſuper quibus à ſede Apoſt. literas impetrant abſque dominorum mandato.

Ex pluribus & diverſis actionibus in perſonam unus atque idem conveniri poteſt apud diverſos Judices, *l. 1. & 2. Ex quib. cauſ. in poſſ. eat. l. 10. C. d. Judic.*

ACTORES æquè favorabiles ſunt ac rei, ſi autem obſcura ſunt jura partium, conſuevit contra eum, qui petitor eſt, judicari, *c. 6. in f. X. d. f. inſt.*

Non obſtat *c. 15. X. d. reſtit. ſpol.* in quo Judex motum animi ſui potuit ex aliis cauſis informare, R. Hoc pars adverſa parti proponebat, non Judex.

N. o. *c. 3. X. d. probat.* R. Excipi liberalem cauſam, in qua ſi utriusque partis teſtes æquales fuerint, pro libertate ſententia profertur. De cauſa dotis, matrimonii, teſtamenti, alimentorum vid. Streinium ad *reg. 11. in 6. n. 4.* & ibidem, quemadmodum judicium in favorem actoris ſit introductum: quemadmodum pro actore & reo.

N. o. *c. 5. X. d. tit. d. reſt. Spol.* in quo priùs de violenta ejectione, quàm de canonica inſtitutione agi debet. Reſp. Hoc in recuperandæ poſſeſſionis judicio odium ſpoliationis facit.

N. o. æquitas Canonica, quæ omnem favorem excludit, R. Streinius *d. loc. n. 2.* Reo favere non eſt vago & inordinato affectu illius cauſam tueri, quaſi gratia indebita prævalere æquitati debeat: ſed quod ipſi utile & ſecundùm rationem conveniens eſt, amore juſti tribuere; non contra, ſed potiùs in commodum ipſius, quando res dubia eſt, præſumendo.

Utrinq; idem eſt jus.

Favorabiliores rei potiùs, quàm actores habentur, *l. 125 d. R. J.*

Non obſtat, utriusque tam actoris quàm rei jura eſſe æqualia ex natura correlativorum. Unde receptisſimum actorem & reum circa probationes judicari ad paria, ita ut nihilo plus faveri debeat reo, quàm actori. Reſpondet Carpzovius in *proceſſ. jud. tit. 4. art. 1. n. 11. 12.* diſtinguens inter merita cauſæ ac proceſſum judiciarium ordinandum. Rei namque conditio quoad merita cauſæ ejusque deductionem & probationem favorabilior eſt quàm actoris. Sed quoad proceſſum judiciarium utriusque parilis eſt conditio.

ACTUS

ACTUS legitimi conditionem non recipiunt neque diem, *c. actus. 50. d. R. J. in 6.*

Excuſare conantur Pontificem Canoniſtæ, & volunt regulã hanc 50. deſumptam ex *d. l.* 77. ac Pontifici alium ſenſum, opinione ſuâ geminum, affingunt, Actus legitimos eſſe, quorum vel natura repugnat, vel lex aliqua obſiſtit conditionem & diem non recipere. Ecquid aliud concludunt, quàm hoc præcipere naturam actuum legitimorum: in hoc repugnare legem (quæ tamen pugna non eſt perpetua) adeò ut actus legitimi conditionem & diem recipere nequeant. Illa, quæ excuſationi Canoniſtæ ſubdunt, & in quibus conditiones aliæ ſunt de præterito, aliæ de præſenti, de futuro aliæ: aliæ explicitè ponuntur, aliæ tacitè intelliguntur: denique in quibus quæritur, quot ſint actus legitimi? hæc ad *d. l. 77.* enodationem magis, quam ad regulam juris Canonici faciunt. Abunde nobis ſit definiiſſe actus legitimos eſſe ſolennia quæcunque hominum negotia, quæ publicè, privatim, ſolenni modo rituque, ſeu ſolennitate à lege inductâ celebrantur, Jac. Gothofr. ad d. *l. 77. n. 2.* Nec agnoſcimus conditiones de præſenti aut præterito, nam conditionis eſſentia pendet ab effectu, qui impleri vel exiſtere poteſt. Qui verò exiſtere poſſet, quod jam eſt? Qui impleri, quod jam erat? Adhæc conditio tacita etiam eſt impropria conditio, arg. *l. 52. inf. ff. d. C. & D.* aut non eſt talis conditio, quæ voluntate demum recipiatur. Tandem qui & quot ſint actus legitimi, eos vel ex *d. l. 77.* vel aliis ex locis enumerare peculiaris eſt operæ.

Actus legitimi aliqui conditionem recipiunt vel diem, *l. 77. d. R. J.*

ADULTERIUM eſt, etiamſi non committatur. Sic in *c. ſi cui. d. pœnit. diſt. 1.* Si cui etiam non contingat facultas concumbendi cum conjuge aliena, tamen planum ſit eum aliquo modo cupere, & ſi poteſtas detur, eſſe facturum, non minùs reus eſt, quàm ſi in ipſo facto deprehenderetur.

Utrumque conciliat gloſſa *ad d. c. Si cui lit. y.* Deinde cogitationis pœnam nemo patitur, ſi cogitatio intra ſe moretur, non ſi ſtimulõ conſcientiæ victa in confeſſionem erumpat. Non etiam, ſi in opus feſtinet, Sic in *gl. ad c. omnes cauſationes 32. q. 7. lit. o.* corpore aliqua eſt corrupta, antequam veniat ad ſuum corruptorem.

Adulterium non eſt, niſi committatur, *l. 6. §. 1. ff. ad l. Jul. d. adult. l. 101. ff. d. V. S.* & cogitationis pœnam nemo patitur, *l. 18. ff. d. pœn.* Neminem, qui malè facere voluit, plecti æquum eſſe, niſi quod factum voluit, etiam fecerit, vult. ap. Gellium. 7. *N. A. 3.* Cato. Vid. Dion. Gothof. *ad d. l. 18. lit. p. q.*

ADULTERIUM etiamſi quis cum filia commiſerit, non tamen pater adulterum deprehenſum occidere poteſt, *can. 6. & 9. cauſ. 33. q. 2.*

Non præcipit quidem jus Canonicum occiſionem, quia gladium non habet, niſi ſpiritualem: non occidit, ſed vivificat: non tamen omnino improbat occiſionem, ſed diſtinguit interfectores conjugum, quæ ſunt adulteræ vel non, *c. interfectores. 5. c. 33. q. 2.* ita ut nec in hoc caſu ſit differentia.

Occidere poteſt, *l. 23. §. 1. ff. ad l. Jul. d. adult.* Vid. *diſp. meam inauguralem de Lege, th. 38.* Mœſtertium *d. juſt. LL. Roman. lib. 2. c. 6.*

ADULTERIUM refertur inter crimina minora, *c. 4. X. d. Judic.*

Hunc Papæ lapſum ſine calumnia excuſari non poſſe ingenue fatetur Cujacius in recit.

Sacrilegos nuptiarum gladio puniri oportet, *l. 30. in fin §. C. ad. l. Jul. d.*

Digitized by Google

Non o. *c. quod in omnibus.32.q.* 7. ubi interrogat Clemens, Quid in omnibus peccatis adulterio gravius? Reſpondet gloſſa ad *d. cap.4.lit.f.* Illâ interrogationem non implicare, quòd adulterium ſit gravius aliis criminibus, ſed quaſi raritatem denotat. Vid. *can. ſi ſacerdos. d. pœnit. diſt.* 1. Vel dic, gravius, i.e. communius, & illud dictum fuit in deteſtationem criminis, ut magis vitaretur, quia multa alia delicta graviora ſunt adulterio.

ad *d.c. X. d. judic.* Vide Ant. Matthæum *d. criminibus.pag.*51. Carpzovium in *pract.crimin.part.2.q.*51. *num.*31. *& ſeqq.* Alius videtur ſubeſſe Papæ lapſus in *c. admonere.* 33.*q.*2. ubi prohibetur tantùm uxoris homicida, ne adulterium committere audeat: Reſp. In hoc c. contineri prohibitionem communem. 2. proponi etiam propriam ideo eſt neceſſarium, ne uxoris homicida ſibi perſuadeat, quum ei interdictum ſit uxorem nunquam ducere, concubinam non habere, licitum ſibi eſſe adulterium.

adult. Vid. Coraſium *lib. miſcell.* 2. *c.*1.

Adulterium tribus modis committitur, ita ut etiam ſit adulterium, quando vir ligatus ſeu uxoratus cum innupta ſeu ſoluta vel vidua rem habet, *c. nemo blandiatur.4.verſ. nec hoc ſolùm adulterium. c. meretrices.* 11. *verſ. ſed ſi non omnis fornicatio.32.q.4.*

Baſil. Monner. de quo Matth. Steph. *ad conſt. Carol. art.*120. *num.*4. in *tract.d.matrim.p.*5.*c.*2.*n.* 4. evincere conatur maritum cum ſoluta perſona coeuntė committere adulterium. Sed illi reſpondet Berlichius *part.*4. *concl.*27.*num.*48.*& ſeqq.* Quoad pœnam cum Nic. Vigelio ad *d. art.* rectè eſt adulterium.

In viduam & virginem propriè adulterium non cadit, *l.*6. *§.* 1. *ff. ad l. Jul.d.adult* Carpzov. in *pract.crim.part.*2.*q.*52.

Advocati eſſe non poſſunt Clerici, quoniam forenſes diſceptationes à ſacris miniſteriis tranquilloque ſtatu, quem Eccleſiaſticæ perſonæ profitentur, avocant, *c.2.X.d.poſtul.* Similiter Epiſcopos, Sacerdotes, & reliquos in ſacris ordinibus conſtitutos ab eo officio abſtinere decet; imò etiam in minoribus ordinibus exiſtentes, ſi beneficiis ſtipendiiſque Eccleſiaſticis eo-

Nulla eſt differentia. Etenim in jure Canonico partim advocatio non eſt neceſſaria, partim vitæ eorum, de quibus quæritur, non eſt conveniens. Non eſt neceſſaria, quam beneficia ſtipendiaque Eccleſiaſtica non neceſſariam faciunt. Non eſt conveniens, quâ Eccleſiaſticæ perſonæ à ſuis miniſteriis avocarentur. In Jure Civili Advocati eſſe poſſunt omnes, qui non ſpeciali prohibitione arceantur, nam ſi nulli arcerentur, poſſet quis eſſe Advocatus in ea cauſa,

Advocati eſſe poſſunt omnes, quia laudabile vitæque hominum neceſſarium eſt advocationis officium, *l.*4. *C. d. advoc. diverſ. Jud.* Ratio rationis eſt, quia advocati, qui dirimũt ambigua facta cauſarum, ſuęq; defenſionis viribus in rebus ſæpe publicis ac privatis lapſa erigunt, fatigata reparant, non minùs provident humano generi, quàm ſi præliis atq; vulneribus patriam paren-

rum vita ſuſtentetur, *c.1. & ult.X.d.t.*

in qua eſt Judex: poſſent eſſe Advocati Judæi, ſacro baptiſmate non loti, quique fidem non habent, contra Chriſtianos: poſſent eſſe Advocati ipſi ſervi: poſſent eſſe Advocati, qui ſordibus & avaritiâ impiâ, prętextu ſalarii in ipſis negotiis, quæ tuenda ſuſceperunt, emolumenta ſibi certæ partis cum gravi damno litigatoris & deprædatione poſcentes fuerint inventi: poſſent eſſe ii, de quibus Perezius in *Cod. tit. d. poſtul. num.3.* 2. jus Civile diſcernit cauſas, quibus Advocati adhibentur. 3. indigetat advocationis finem & effectum, quo idem, ac patriæ parentumque ſalvantes, præſtant.

teſque ſalvarent, *l. 14. C. d.adv.diverſ.judicior.*

ADVOCATI poſſunt quidem adhiberi, principales tamen perſonæ non per advocatos, ſed per ſe ipſas factum proponant: niſi fortè ſint adeò indiſcretæ, ut earum defectus de Judicis licentia per alios ſuppleatur, *c. paſtoralis.14.X. d.Judic.*

Nulla eſt differentia, ſi diſtinguitur inter perſonam unius, & perſonam plurium, quam Reſpublica ſuſtinet. Vel diſtingue inter perſonam præſentis, & perſonam abſentium, qui vel omnino non, vel non commodè in unum convocati poſſunt. Commodùm hic ſe offert ordinatio Cameræ Imp. *part.1.tit.* 19. §. *Item nach dem in fin.* in qua ſpecialiter proviſum eſt, ut Judex animadvertat, ne Procuratores Clientes bonis rationibus inducant, iisque perſuadeant, ne operâ Advocatorum in cauſa utantur, ſuæ fidei & induſtriæ cauſam committant, ſumptibus iſtis in Advocatos erogandis clientem ſuperſedere poſſe, ſe tam in advocando quàm procurando ſufficientes fore, ut plerumque ſui lucri & commodi gratiâ, cum magno malo partium, facere ſolent, Hiltropff. in *Proceſſ.judic.part.1.tit.19.d.advoc.n.43.*

Syndicus eſt, per quem, tanquam in Republica, quod communiter agi fierique oporteat, agatur, fiat, *l.1.§.1.ff. Quod cujusque univ. nom.*

ADVOCATI tutelares patrocinia impotentiorum ſuſcipiunt, ne Clientes, qui fortè à propriis ſuis magiſtratibus defendi ſatis haud poſſunt, alienis & peregrinis dominis ſubijciantur, quod ne fiat maximè etiam Reipubl. intereſt, per notata Innocentii in *c. auditis.15.X. d. præſcript.* Fit enim mutatis dominis ex diverſarum gentium commixtione corruptio morum, mutatio legum, &c. Petr. Grego-

Nulla eſt differentia, Nam etiam in ſenſum juris Canonici loquitur Civile, juxta quod ſatis lugubre & deplorandum non ipſis modò ſubditis, ſed & Dominis videre ac pertimeſcere homines ſuos, eorumq; bona ac prædia in poteſtatē tranſire externam, arg. *l.38. ff. d. R.V. l.1. §.2.d.liber. agnoſc. l. 35. d. pign. act. l. cum oportet. C. d.bon. quæ lib. l. 22. C. d. adm. tut.* Hujus Deciſionis æquitas ex eo etiam manifeſta fit, quod Ulpian. in *l. metum. 9. §. animadvertendum. ff. quod met. cauſ.* ſcribit, Pomponium rectè definiiſſe,

Si antiqua ſpectemus jura, jam olim florente Romanorum Republicâ per Sanctiones Imperatorum patrocinia vicorum ruſticorum, quę ſeſe in tutelam Magnatum & Patronorum conferebant, ſevera ſub animadverſione inhibita fuiſſe reperimus ex reſcripto Imperatorum Diocletiani & Maximiani ad Ariſtobolum in *l. 1. C. ne liceat. potent. &c.* Ubi vid. Gothofredum. Videetiam *l. un. C. d. his, qui*

rius *libr. d. Rep.* 4. *c.* 4. *num.* 14. 15. quâ mutatione nihil periculoſius civitatibus, Plato *libr.* 7. *d. LL.* Magerus *d. Adv. arm. c.* 1. *num.* 78.

Si, quo magis te de vi *potent. nomin. tit. præd. affig.* hoſtium vel latronum, vel populi tuerer vel liberarem, aliquid à te accepero, vel te obligavero, non debere me hoc edicto teneri, niſi ipſe hanc tibi vim ſubmiſi: ceterùm ſi alienus ſum à vi, teneri me non debere, ego enim operæ potiùs meæ mercedem accepiſſe videor. Subſcribit his inſignis Juriſconſultus, Chriſtophorus Sturcius in *commentar. ad R. J. ad l. invitus.* 198. ubi ait, Officium eſſe amicitiæ proprium & humanitatis pleniſſimum alterius defenſionem ſuſcipere. Poſt Sturcium etiam Bodinus *libr. d. Rep.* 1. *c.* 7. ubi ſtatim initio affirmat, Jus hoc Clientelare ſeu protectionis omnium maximum ac pulcherrimum inter Principes cenſeri, & paucis interjectis addit: Nullius obligationem tam eſſe efficacem, quàm eorum, qui tenuium contra potentiores, bonorum adversùs improbos, innocentium contra ſceleratos, caput, famam ac fortunas tueri promiſerunt. Porro his, quæ in ſubverſionem deciſionis noſtræ adducta fuère argumenta, nihil officiunt. Quod enim ex Imperatorum Diocletiani & Maximiani, Arcadii & Honorii illatum erat, Patrocinia ejusmodi fuiſſe vetita, reſpondetur, Legibus illis Imperatores tantùm mandaſſe, ne quis in fraudem fiſci vel alterius aliquem ruſticum vel alium in patrocinium ſuum reciperet, nequaquam verò per allegatas conſtitutiones ipſasmet clientelas, ſed contractus potiùs, ſub velamento Protectionis in fraudem ac præjudicium fiſci Cæſarei, initos ac ſimulatos prohibitos fuiſſe. Unde Leo Imperator, quod accuratè obſervat Magerus *d. loc. num.* 90. ejusmodi Clientelas in fraudem Reip. contrahi nolens fraudi duntaxat illorum, qui ruſticanos atque adſcriptitios ditiores à ſolutione tributi & præſtatione publicarum functionum ſub fictis & ſimulatis contractibus defendebant, obviare, nequaquam verò laudabile Clientelarum inſtitutum è medio tollere voluit. Deinde quod de titulorum vel armorum in litigioſis prædiis appoſitione vel affixione aſſertâ prohibitione objectum fuit, id nihil ad eluſionem vel impeditionem Advocatiæ momenti habet Ut enim ea inferendi alteri metûs & trepidationis causâ rectè prohibebantur, ita (cum à fine omnes diſtinguantur actus, *l. qui injuriæ. ff. d furt.*) depellendi à ſe periculi & evitandi timoris gratiâ eorundem titulorum ac armorum appoſitio rectè rurſum permittitur. Tertiò quòd Julium Cæſarem Clientelas ſub factionis nomine improbaſſe objici poteſt, nihil deciſioni præmiſſæ obſtat. Nam olim factionis vocabulum, atteſtante Feſto, honeſtum erat, nec ſemper de latronibus, conſpiratoribus ac pacis publicæ turbatoribus, quorum tragici exitus ubique in hiſtoriis ſunt obvii, intelligebatur. Quartò non adverſatur illud Democriti dogma cum Socraticis aſſerentis, è Republica Dominorum ac Clientum nomina eſſe tollenda; nam Democritus nomine Clientum non tutelares, ſed ſerviles ac ſubditos intelligit. Adhæc prædicta Socraticorum opinio optimum eſſe aientium, ſi imperandi ac parendi juribus omnino ſublatis omnia communia, cunctique homines æquales forent, omnium tum Philoſophorum, tum Politicorum ſententiâ è Repub. Chriſtianorum pridem ſublata atque exploſa: Pythagoricorum verò, nullam Rempub. diu conſiſtere poſſe, niſi ubi ſuum quisque habet, ac uni omnes obediunt, aſſeverantium ſanior doctrina ubique approbata atque uſu recepta eſt. Denique non obſtat, quòd ex Philoſopho de immani potentia obiici poteſt, quia is de injuſta violentia & oppreſſionibus, quorum finis eſt, ut concutiant & rapiant, non de armata defenſione, cujus finis eſt, ut pax & tranquillitas conſervetur, clientes protegantur, & eorundem incolumitas inviolata maneat, intelligendus eſt. Heic applicetur Conradi Rittershuſii in *partit. jur. feud. proleg.* elegans comparatio, Ut venena intra corpus humanum aſſumpta, niſi per vomitum rejiciantur, ei, qui hauſit, exitio ſunt; nunquam enim in ſubſtantiam corporis converſi, & cum ea coaleſcere poſſunt; ita injuſta violentia & oppreſſiones, ne perturbent, è corpore Reip. exturbandæ ſunt. Quæ prætenſæ ſunt ex aurea Bulla diverſisque Imperii receſſibus inhibitiones, non ſunt abſolutæ, ſed conſenſum Dominorum, quorum ſubditi ſunt, ſupponunt.

Advo-

ADVOCATO licet in bona cauſa adverſarium dolo vincere, quia in *c.* 1. *cauſ.* 4. *quæſt.*4. Advocati uti debent intentione ad amplificandam cauſam, & defenſores debent uti extenuatione ad minuendam cauſam: at extenuare cauſam ſeu delictum quid aliud eſt, quàm diſſimulare & diſſimulando fraude & fallaciâ uti.

Utrumque jus ſuos habet aſſertores, nam quod in jure Canonico admitti videtur, tribuit etiam juri Civili Weſenb. in *paratit. C.d.adv. div. Jud.num.*2. & ante eum Mynſing. 3. *obſ.* 6. Sed etiam in jure Canonico hoc non admitti Sanctitas ſuadet Canonica. Et profectò ſi in bona cauſa concederetur Advocato uti fraudibus & fallaciis, quivis Advocatus prætextu bonæ cauſæ adverſarium cavillationibus potiùs, quàm juſtis legitimiſque rationibus & probationibus ſuperare ſtuderet, adeoque judicia fraudibus, fallaciis & dolis, maximo Reipublicæ detrimento replerentur. Ad objectum autem can. reſpondet Hunnius *vol.ad Treutl.*1.*diſp.* 8.*th.*2.*lit.A.q.*20. Rei ejuſque Advocati eſſe extenuare factum, ſed quantum veritas patitur: extenuando enim verum diſſimulare non licet, multò minùs mendacio uti: hoc enim virum bonum non decet; adeò ut ad mortem etiam evitandam mendacio & falſitate uti non liceat, *c.ne quis & ſeqq.*22.*q.*2. Non obſtat, quòd adverſùs hoſtem uti liceat fraude, dolo ac fallaciis, *l.* 1. *ff. d.dol.* Hoc enim intelligendum de armato bello, in quo ſtratagemata jure gentium & belli ſunt licita: at in bello togato fallacia, fraus, machinatio, mendacium, & ſi quæ hujus generis ſunt alia, illicita ſunt, imò Advocatis planè interdicta: ſiquidem ad vincendum hoc in bello hoſtem alia ſunt media jure legibuſque noſtris prodita, quibus Advocatus uti debet.

Repugnat hoc juramento Advocati, quo jurat, quòd omni quidem virtute ſuâ, omniq; ope, quod verum & juſtũ exiſtimaverit, Clientibus ſuis inferre procuret, nihil ſtudii relinquens, quòd ſibi cauſa cognita: quòd improba ſit, vel penitùs deſperata, & ex mendacibus allegationibus compoſita; quòd ſciens prudenſque malâ cõſcientiâ liti non patrocinetur: ſed & ſi certamine procedente tale aliquid cognitum fuerit, quòd à cauſa recedere velit, ab hujuſmodi communione ſeſe penitùs ſeparans, *l.* 14. §.1. *C. d.Judic.* Vid. Perez. in *C. ad tit. d. adv. div. judicior. num.ult.*

ADVOCATUS de quota litis paciſci poteſt, Antoninus in *Diana Panormitani in voce Advocatus num.*2.

Poteſt admitti jus Canonicũ eo ſenſu, quem exprimit Antoninus, Quòd in foro conſcientiæ Cliens paciſcatur cum Advocato de quota litis, quando abeſt præſumptio fraudis, tunc enim tertiam aut quartam lucri partem promittere poteſt, ut exacuet ejus induſtriam & diligentiam, & ut ſe liberet moleſtiâ ſæpius illum adeundi.

De quota litis paciſci non poteſt, *l.*53.*ff.d.pact.*

ÆDIFICIUM factum in ſolo alterius non ſequitur ſolum, *c.Apoſtolicos* 12.*q.*2. Rittershuſius *libr. d.diff.jur.Civ.& C.*7.*c.*14.

Nulla hic eſt differentia, quia canon ſuper ædificio in ſolo alterius facto non decidit, ſed præſupponit terminos habiles, qui-

Si quis in alieno ſolo ex ſua materia ædificaverit, illius fit ædificium, cujus & ſolũ eſt, *l.*7.§.12. *ff.d.A.R.D. l.*37.*ff.d.R.V.*

bus Epiſcopus è reditibus Eccleſiaſticis conſtruxit monaſterium eò loci, quo conſtruendi erat facultas. 2. Jus Civile præſumit donationem arg. *l.14.ff.d.donat.* donatio autem non eſt ejus, in quo non eſt libera alienandi facultas, arg. l.82. 2. ff. d. R. J. 3. Etiamſi concederetur ædificium in ſolo alterius factum, haberetur ac ſi mobile eſſet arg. *l.60.ff.d.A.R.D.* 4. etiamſi præſumeretur, donatio, hic ceſſaret aliàs idque in favorem Eccleſiæ, quæ reditibus Eccleſiaſticis aliò impenſis decreſcere non poteſt.

ÆTAS virilis à Canoniſtis 30. añis æſtimatur.

Sic vulgò, ſed non perpetuam eſſe hanc æſtimationem ex diverſis canonibus *diſt.* 77. patet.

Ætas virilis eſt 25. annorum, *l.1.ff.d.minor. l.fin. C.de his, qui ven. æt. imp.*

AFFINITAS non deletur uno defuncto in ſuperſtite, *c. fraternitatis. c.35.q.10.*

Jus Canonicum tuetur communem obſervantiam: Jus Civile tuetur hoc, nullam ſubeſſe denominationis hujus continuatæ neceſſitatem.

Affinitas ſolvitur, ſi matrimonium cum ea perſona, quæ affinitatis cauſa erat, ſit diſſolutum *§.6. I.de nupt.*

AFFINITATEM facit quævis carnalis conjunctio, *c. diſcretionem.6.& c. pen. X. d. eo, qui cogn. conſang.ux.ſuæ.* Vid. Rennemann. in *Jprud. Romano-Germ. membr.1. diſp.* 41. *th.* 25. Sithmannum in *Idea arbor. conſang. & aff. c.*4. *num.*4.*& ſeqq.* Pacium in *Oecon. jur. utriuſq; ad tit. Decretalium d.* Conſang.*& affin.*

Forſan utrumq; jus conciliari poteſt diſtinguendo inter cauſam ſucceſſionis & cauſam matrimonii. In cauſa ſucceſſionis ſi affines ſimul cognati ſunt, ad eam non ſufficit quævis carnalis conjunctio. In cauſa matrimonii ad prohibitionem utroque jure ſufficit quævis carnalis conjunctio. Nullibi enim definitur, quòd quis ſororem ejus, quam frater ſubegit, aut quæ fratrem ejus, quæ ſubacta eſt, matrimonio ſibi copulare poſſit. Sic jure Civili nihil intereſt, ex juſtis nuptiis cognatio deſcendat, an verò non; nam & vulgò quæſitam ſororem quis vetatur uxorem ducere. Proinde à ratione prohibitionis, quæ eſt in affinitate, ad rationem prohibitionis, quæ eſt in conſanguinitate, procedit Manzius in *comm. ratio-reg.ad* §.*6.& 7.I.d.nupt.n.4.* Vid. *Cap. per tuas.10.X.d.probat.*

Affines ſunt viri & uxoris cognati dicti ab eo, quòd duæ cognationes, quæ diverſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit, *l.4.§.3.ff. d.grad. & affin. & nom. eor.* Vid. Vinnium ad §.*9.I.d.nupt. num.* 2. ubi diverſum aſſeritur.

AFFINITATIS gradus eodem modo computantur, quo conſanguinitatis *cap. Ex literis* 1. *& c.non debet.X.d.conſang.& affin.* Vid. Covarruviam *tom.* 1. *d. matrim. part.2.c.6.§.7.n.6.*

Utrumque tolerari poteſt ex modò obſervatis, quia jus Civile reſpexit jus ſucceſſionis, aut etiam, quod monet d. *l.* 10. delationem tutelæ. Jus Canonicum præſertim matrimonia. Vide tamen differentiam, in qua, *Graduum computatio in linea collaterali.*

Affinitatis nulli ſunt gradus, *l.4.§.5. d.grad. & affin.*

Non o. *l.10.inpr.ff.eod.* Reſp. non cum aliquibus aliud eſſe gradus affinium, aliud affinitatis. Vel affines differre gradu cognationis, non affinitatis.

finitatis. Sed vult Lex Juriſconſultum noſſe debere, qui ſint gradus cognatorum, & num ſint gradus affinium, quod negatur.

AFFINITATIS tria ſunt genera. Primum contrahitur per unam perſonam. 2. per duas. 3. per tres. Olim in primo genere prohibebantur nuptiæ usque ad 7. gradum: in ſecundo genere usque ad quartum: in tertio usque ad ſecundum, *d.q.3.c.35.* Jure recentiori tantùm primum genus prohibetur. Vide Corvinum *Juris Can.libr.2.tit.13.pag.*94.

Nullus eſt uſus hujus differentiæ, ſed tantùm remanet memoria affinitatis & juris, quòd deſuetudine eſt inumbratum. Vid. tamen Joh. Cöppen *obſ.* 40. ubi quoad ſecundum genus affinitatis diſtinguit inter lineam collateralem & rectam. Vid. etiam Rennemann. in *Jprud. Romano-Germ.membro.1. diſp.41. th.* 20. Sithm. in *idea arb. conſ. & affin.c.4.num.41.c.6.num.14.& ſeqq.*

Nulla agnoſcuntur affinitatis genera.

ALIENATIO judicii mutandi causâ ſi intervenerit, poteſt agi adversùs eos, qui in poſſeſſionem ſe ingeſſerint, *c.1.X. d.alien.jud.mut.cauſ.f.*

Præferendum jus Civile, quia malitiis hominum non eſt indulgendum, *l.38. ff.d. R.V.* indulgeretur autem, ſi quis alienatione ſuâ eum, qui juſtam haberet actionem, ejus remedio privaret.

Poteſt quis eligere, an alienantem, an eum, in quem facta eſt alienatio, convenire velit, *l.un.C.d. alien.jud.mut.cauſ.f.*

ALIENATIONE factâ poteſt quis conveniri coram delegato, *d.c.1.*

Præferendum jus Canonicum, ut quocunq; modo factum alienantis vindicetur.

Coram eo, qui eſſet Judex, ſi alienatio facta non fuiſſet, *d.l.un.*

ALIENATIONIS hujus, quæ fiebat mutandi judicii causâ, prohibitio pertinet ad actiones perſonales & reales, quia pertinet ad omnem caſum, in quo appellatio locũ habere poteſt, *d.c.1.*

Nulla eſt differentia, & utroque Jure edictum hoc de alienatione judicii mutandi causâ maximè reſpicit rei vindicationes, & actiones in rem ſcriptas, quarum evitandarum causâ alienavit quis rem, quam poſſidebat, ut acturo duriorem adverſarium opponeret; non autem ad actiones perſonales pertinet, quia eſt juris communis, ne debitor invito creditore poſſit ſibi alium debitorem ſubſtituere, *l.1.C.d.novat.* At creditor etiam invito debitore credere poteſt ſuam actionem alii, quia non intereſt debitoris, cui ſolvat, modò ab obligatione liberetur, Perez. ad *d.l.un.num.ult.* Nec ob. *d.c.1.* quod loquitur de actione reali, quæ nomine poſſeſſionis competebat. Deinde in *d c.1.* non proponitur omnis actus, in quo appellatio habeat locum, ſed aſſeritur etiam in actione reali appellationem poſſe habere locum.

Pertinet tantùm ad in rem actionem, *d. l. un.*

ALIENATIONIS verbum continet conditionem, donationem, venditionem, permutationem & emphyteuticum

Nulla eſt differentia, quia jus Canonicum non tantùm loquitur de alienatione rei, ſed etiam juris in re conſtituti. Jus Civile loquitur de alienatione

Eſt alienatio omnis actus, per quem dominium transfertur, *l.1.C.d. fund.dot.l.67.in pr.ff.d.V.S.* Emericus à Rosbach in

perpe-

perpetuum contractum, *c.nulli 5. X. d. reb. Eccl. alien. vel non.* licèt in emphyteuſi non tranſeat dominium.

rei, qualis eſt alienatio rei dotalis & rei venditæ, in qua alienatum non propriè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet.

theſaur. rec. diff. juris Civ. & *Can. num. 5. & ſeqq.* Giph. in *lect. Altorf. ad l. 11. ff. d. A. R. D.* Deinde etiam in jure Civili patere latiùs alienationem monſtrat alienatio rei litigioſæ, cujus nomine non ſolùm venit actus, per quem dominium transfertur, ſed etiam conſecratio ſive dedicatio in divinum miniſterium & uſum pium, *l. fin. ff. d. litigioſ.* oppignoratio *l. 1. §. fin. quæ res pign. obl. non poſſ.* Vid. Hiltropff in *proc. jud. part. 2. tit. 21. d. except. litig. n. 17.*

ANTICHRESIS damnatur, *c. 6. X. d. Pignor.*

Non o. *c. 1. X. d. feud.* Reſp. Uſum fructumq; fundi licitè concedi alteri per viam donationis ſive liberalitatis, *l. 16. §. fin. l. 17. in pr. d. praſcr. verb.* & *l. Aquilius. de donat.* quemadmodum & per viam commodati, *l. 5. §. 2. ff. comm.* at per viam mutui illicitè fructus conceduntur, cùm in mutuo ea res tantùm in obligationem veniat, quæ data fuit, *l. 17. in pr. d. pact. l. 11. §. 1. d. R. C.* & ideo ſi quid amplius ejus ratione à creditore petitur vel retinetur, uſura eſt.

Hoc pactum eſt uſurarium, ideo quod ex cauſa mutui lucretur fructus creditor, *c. 1. 2. 10. X. d. uſur. 14. q. 3. per totum.* Quare rectiùs fecerit creditor in hoc pacto evitando, ut rem, quæ pignori deſtinata eſt à creditore, emat ſibi adjecto pacto retrovenditionis ſive reſtitutionis, ut ſcl. quandocunque creditor eam recuperare velit, id poſſit eodem pretio, *l. 2. C. d. pact. int. empt. & vend. comp.* Hic obiter notandus eſt error Gailii *libr. 2 obſ. 3.* Mynſingeri *cent. 6. obſ. 71.* qui contractum antichreſeos fingunt, cùm tamen non ſit contractus pignoris, ſed pactum pignori adjectum, ut ejus fructus creditor interim percipiat.

Non damnatur, *l. 33. ff. d. Pign. act. l. 11. §. 1. ff. d. Pign. & hyp. l. 8. in quibus cauſ. Pign. vel hyp. tac. contrah.* Vid. Balduinum in *leges ruſticas Juſtiniani tit. 1. num. 15.*

N. o. *c. 1. X. d. Uſur.* Reſp. Excipitur Clericus, qui poteſt fructus beneficii ſui à Laico injuſtè poſſeſſi & ſibi pro mutuo obligati licitè percipere & detinere, ita ut non cogatur eos in extenuationem ſortis referre.

Non o. *c. 8. X. eod.* Reſp. Eccleſia non tam dicitur fructus ex re aliena percipere, quàm ex propria.

Non o. *c. ſalubriter. 16. X. eod.* quia & hic excipitur dos, quæ non magis poteſt eſſe abſque fructu, quàm matrimonium abſque onere.

APPELLANS in una cauſa à Judice aliquo non cogitur coram ipſo experiri ſive litigare de aliis, ſi quas habet, *c. ad hæc ſi in una cauſa. 6. & c. propoſuit. 24. X. d. appell.*

Præfertur jus Canonicum, quia plerumq; Judices infenſi iratiq; ſunt iis, qui ab eorum ſententiis appellant, putant enim injuriam ſibi quodammodo ab ipſis fieri, ſi de iniquitate ſua appellantes conquerantur, arg. *l. 20. & 30. C. d. appell.*

Non poteſt quis Judicem à quo declinare hoc prætextu, tanquam offenſus ſit, *l. un. ff. Apud eum, à quo appell. aliam cauſ. agere comp.*

appell. Ab irato autem & offenſo Judice in una cauſa quid aliud expectes, quam iniquum judicium & ſententiam adverſam etiam in alia cauſa, Ritterſhuſ. *libr. d. diff. jur. Civ. & Canon. 5. c. 28.*

APPELLANS temere adverſæ parti damnatur in expenſas, *c. reprehenſibilis. 26. X. d. appellat. c. cum appellationibus. 5. eod. in 6.* Vid. Cyprianum Regnerum *libr. d. injuſt. LL. Roman. 2. c. 20.*

In Camera Imperiali præter pœnam arbitrariam etiam procuratori fiſci aliquot marcas auri puri vel argenti pro cauſæ qualitate præſtare tenetur. Vid. *Ordin. Cam. p. 2. tit. 28. §.* darzu dieweil R. A. de anno 1570. §. alß wir dann auß obangeregten. de anno 1600. §. Wiewol nun auch. & §. und ob wohl weiter & R. A. zu Regenſpurg d. anno 1654. §. und nach dem allem neundten ubi ad viginti marcas auri, vel pœnam corporis fruſtratoriè appellans trahi jubetur. Jus Canonicum in eo peccat, quòd non diſtinguat inter inſtantiam primam & ſecundam, ut jus Civile; juxta quod eum, quem temere adverſarium ſuum in judicium vocaſſe conſtitit, viatica litisque ſumptus reddere oportet, *l. 79. ff. d. judic.*

Appellans temere modò 50. librarum argenti, *l. ſi Clericus. 2. C. d. epiſc. aud.* modò infamiæ pœnâ, *l. 19. C. d. appell.* modò arbitrio Judicis coërcetur, *l. 6. §. pen. C. eod.*

APPELLARE ab omni gravamine licet, *c. ſuper eo. 10. X. d. appell.* Vel, ut alii efferunt, Ab omni interlocutoria appellare licet. Atqui etiam interlocutoria definitiva dicitur. Reſp. ſui articuli, quem definit, definitiva dici poteſt, Felin. ad *rubr. X. d. ſent. & re jud. n. 2.* aliâs interlocutoria ſententia eſt illa, quæ inter principium & finem cauſæ ſuper aliquo incidenti vel emergenti profertur, gl. in *Clem. 1. in verbo definitiva. d. ſequeſtr. poſſ. & fruct.* Gail. *libr. 1. obſer. 129.* Atqui etiam poteſt eſſe gravamē, antequam deveniatur ad ſententiam interlocutoriam, *c. 5. X. h. t.* Reſp. Hanc non eſſe appellationem ibidem reſpondetur. Vid. Donell. *libr. comm. 28. c. 6.*

In Camera in decernendis proceſſibus aut appellatione ab interlocutoria non ſemper jus Civile ſequuntur, idque eo potiſſimùm fine, ut multorum malitiis & calumniis obvietur, qui à quocunq; prætenſo gravamine, à quacunque interlocutoria appellare ſolent, ut cauſam principalem in infinitum extrahant, & adverſarios maximis ſumptibus defatigent, Gail. *d. loc.* Vid. tamen Lancellotū *Inſt. Jur. Can. libr. 3. tit. 13.* ubi inter appellationem & revocationem ad cauſam ſeu revocationem ejusdem Judicis diſtinguit.

Non appellatur, niſi tale gravamē contineat, quod per appellationem à definitiva reparari non poſſit, *l. pen. C. quorum appellat. non recip. l. 2. C. d. epiſcop. aud.* Bartolus in *l. poſt ſententiam. n. 3. C. d. ſentent. & interl. omn. Jud.* Idem prolixè in *l. ante ſententiam. num. 12. & num. 26. ff. d. appell. recip.* ubi tradit hanc regulam, quòd quando per appellationem à definitiva non poteſt reparari gravamen perfectè, quia aliquale præjudicium faciat, quod tunc poſſit ab omni interlocutoria appellari, Vid. Hunnium in *coll. Jur. Can. diſput. 12. Theſ. 99.*

Atqui etiam poteſt eſſe gravamen non in relatione ad Judicem,ſed in relatione ad id, quod in judicium deduci poteſt. Reſp. Et ſic fore differentiam.

APPELLARE etiam licet in cauſa momentaneæ poſſeſſionis, *c. cum ad ſedem* & *c. ex conqueſtione. X. d. reſt. ſpoliat.*

Hæc differentia pendet ex illa, in qua *Appellare ab omni gravamine licet.* Præfertur autem jus Civile, ſecundùm quod in Camera Imperiali appellationes in momentaneo poſſeſſorio non recipiuntur, Gail. *libr.1. obſ. 7. num.7.* Rationem hujus juris reddit Emericus à Rosbach in *theſ. rec. diff. jur. Civ. & Can. libr.3. tit.21. num.12.* quod ſententia in hoc poſſeſſorio lata non perpetuum, ſed tantùm momentaneum & reparabile damnum inferat, quod in ordinario vel plenario poſſeſſorio facilè reparari poteſt.

In cauſa momentaneæ poſſeſſionis appellare non licet, *l. 1. C. Si de moment. poſſ. fuer. appell.*

APPELLARE rectâ & non adhibito intermedio Judice ad Pontificem Romanum ſeu ſedem Apoſtolicam licet, *c.7. X. d. appell. c. ſi quis veſtrum. 4. & ibi gl. c. omnes Epiſcopi. 5. c. ad Romanam. 6. c. placuit. 2. q. 6. Berlich. part.1. C.35. num.66.* Quod Petrus de Ferrariis in *ſ. Pr. p. mihi 197.* propterea ſcribit uſurpatum, quò plus negotiorum forenſium ad curiam illam pertraheretur, & nundinationes frequentiores eſſent, Scacc. *d. appell. q.7. n. 46.* Interdum hæc fit appellatio in territorio tantùm Eccleſiæ Romanæ, ut putant Interpretes, Donell. *libr. comm. 28. c.7. n 20.*

N. obſt. *c. dilecti. X. h. t.* Reſp. In illo cap. quæri,

Cuinam Juri ſit deferendum, vid. rationem Petri de Ferrariis, An ei, quod juſtitię adminiſtrationem tuetur, an ei, quod inferiorum Judicum contemptum in Pontifice patitur, quodq; fimbrias ſanctas avaritiâ ſuâ forſan dilatatas, jure ſuo ampliores exiſtimat? Poſterius ibit aſſertū, qui ex *can. enimvero. 4. diſt.19.* quicquid Eccleſia Romana ſtatuit, ab omnibus perpetuò & irrefragibiliter obſervandum autumat. Prius, qui ſciunt utrumq; gladium fuiſſe imperii, nec debuiſſe hoc enixo in pecuniis quærendis appetitu ab Imperio abſtrahi. Duo hic interrogari poſſent. 1. *Annon appellatio ab eodem ad eundem fieri poſſit?* Reſp. Buſius *libr. 1. jubil. c. 14.* Antiquioribus Reipub. Romanæ moribus non modo a minori magiſtratu ad majorem, ſed a pari ad parem pro-

Debet appellatio fieri gradatim, ab inferiore Judice ad ſuperiorem, adhibito intermedio Judice, nec admittitur ſaltus Pontificius, niſi intermedius Judex ſit ſuſpectus, ut adhiberi non poſſit, *Ord. Cam. part.2. tit. 29. §.1. Mynſing. 1. obſ. 67.* aut ſi juſtitiam deneget, aut aliàs ſuâ ſponte cauſam ad ſuperiorem remitteret, Gail. *libr.1. obſ. 119. n.3.* qui ibidem appellationis gradatim factæ rationem addit, ne jurisdictiones confundantur contra *l.4. C. d. juriſd. omn. Jud.* Vid. Carpz. *libr.3. reſp. jur. Elect. tit.12. reſp.124. n. 6.* qui in *proc. Jur. tit.3. art.4 num.68.* & aliam addit rationem, quâ verendum, ne beneficium appellationis

An

An omiſſo diœceſano Epiſcopo potuerit ad Archiepiſcopum appellari: differentia autem in Pontifice Rom. ſe fundat. Vid. Wiſſenb. in *contradictione juris Canonici* 3.

vocatio erat, Livius *lib.* 3. Cum A. Virginius Tribunus plebis Cœſoni capitis diem dixiſſet, productoque judicio cum in vincula duci juberet, appellati Tribuni alii medio decreto jus auxilii expediunt. Unde Cicero *libr.* 3. *d. LL.* Magiſtratus nec obedientem & noxium civem mulctâ, vinculis, verberibus coërceto, ni par majorve poteſtas populusve prohibeſſit, ad quos provocatio eſto, Pædian. in *orat.* 1. *in Verr.* Ex hac antiquitatis obſervatione fit liquidum nunquam ab eodem ad eundem fuiſſe appellatum, quia in appellatione ſemper ſecunda requiritur perſona; nec poſſum aſſequi, quid hæc quæſtio appellationis ab eodem ad eundem portendat: poſſum tamen aſſequi appellatum à pari ad parem. Jure novo manet aſſertio juris Civilis. 2. Interrogari poteſt, *Annon conſuetudo aut ſtatutum valeat, ut à majori ad minorem appelletur?* Reſp. ex *Nov.* 23. *c.* 4. jus commune eſſe, Spectabiles Judices non ad alios eâdem ſpectabilitate decoratos ſuas transmittant appellationes in litibus, quantæcunque ſint quantitatis; cùm non oporteat ad compares Judices appellationes referri, ſed à minore judicio in majus tribunal aſcendere. Ex Treutlero 2. *diſp. ult. theſ.* 1. *lit. d.* Conſuetudinem non poſſe efficere, ut actus deficientibus ſubſtantialibus valeat. Ex *l.* 13. §. *pen ff. ad SC. Trebell. l.* 14. *ff. d. jurisd.* Statutum de appellando, quo à majori ad minorem appellatur, eatenus valere, quatenus major ſubjectione ſpontaneâ in illud conſentit.

reo convento præcidatur, *l. Imperatores.* 21. *ff. d. appell.*

APPELLARI à ſententia Epiſcopi poteſt ad Metropolitanum vel ad Papam, *c. duo ſimul. X. d. off. deleg. c. ad Romanam.* 2. *q.* 6.

Dubito, Num hîc ſubſit differentia, cum Novella iſta Juſtiniani in Decretum ſit relata, atque ita, ut loquuntur, canonizata *c. de perſona.* 38. *cauſ.* 11. *q.* 1. Qui canon eſt ſumptus ex Greg. Magno, qui vix XXX. annis poſt Juſtinianum ſcripſit, ejusque d. Novellam ibidem laudavit, Rittersh. *libr. d. diff. Jur Civ. & Can.* 5. *c.* 27.

Appellari poteſt à ſententia Epiſcopi ad Judicem ſecularem, *auth. ſi quis litigantium. C. d. Epiſc. aud.* quæ eſt particula Novella 123.

APPELLARI etiam absque verbo ipſo facto poteſt, & plus eſt ad ſedem Apoſtolicam provocare facto, quàm verbo, *c. dilecti.* 52. *X. d. appell. c.* 7. *in f. X. d. dol. & contum.* Facto autem appellat, qui iter arripit ad ſedem Apoſtolicam, aut nuncium ad eam mittit, modò id faciat ante citationem, *c.* 9. 15. 30. *X. d. tit. d. appellat.*

Non o. *c. cordi nobis d. appellat. in* 6. in quo ſi

Etiam appellatio à ſententia definitiva in ſcriptis fieri debet, ſi ex intervallo interpoſita fuerit, Hunnius in *coll. juris Can. diſp.* 12. *th.* 17. Quomodo in Camera appellatio ab interlocutoria non niſi in ſcriptis fiat, vid. *Ord. Cam. part.* 2. *tit.* 29, §. *vnd ſo von bevvrthlen*, Mynſing. *cent.* 9. *obſ.* 15. Wurmſ. *libr.* 4. *tit.* 24. *obſ.* 8.

Appellari poteſt aut libellis interlocutoriis, *l.* 1. §. *fin. ff. d. appellat.* aut apud acta, & tunc ſatis eſt, ſi quis dicat, Appello, *l.* 2. *eod.*

Non obſt. conſenſum quibusvis verbis, imò facto & nutu declarari, *l. Labeo.* 7. §. *ult. d. ſupp. leg. l. ubi non voce* 124. *ff. d. R. J. l.* 2. *ff. d. pact. l.* 21. *d. leg.* 3. *l.* 22. *C. d. fidei comm.* Reſp. Conſenſûs declarandi

quis ad Pontificem duxerit appellandum, cauſam appellationis in ſcriptis asſignare deproperet, petat Apoſtolos. Reſp. gloſſa ibidem proponi ſententiam interlocutoriam, à qua appellans appellare debet in ſcriptis. Hinc colligi poteſt diſcrimen inter ſententiam interlocutoriam, cui propter minus periculum minùs defertur, & definitivam, cui magis deferri majus facit periculum. Poteſt & hoc reſponderi in objecto cap. non nudam contineri appellantis intentionem, ſed cauſam appellationis, quæ in ſcriptis eſt asſignanda. Denique agitur de eo appellante, qui petit ſimul Apoſtolos, qui asſignatione in ſcriptis factâ abſolvuntur. Et verò ſi reſponſiones hæ improbarentur, ſequeretur hoc abſurdum, Jure Canonico omnem appellationem fieri in ſcriptis.

requiritur vel ſolennitas, vel ſufficit virtus. Si requiritur ſoleñitas, verbis exprimitur. Si ſufficit virtus, conſenſus iterum intervenit vel in facto proprio, vel in facto alterius. Si in facto proprio, ſufficit factum: Si in facto alterius, conſentit, qui non contradicit, arg. *l.3.ff.d.S.V.P. l.8.§.15. ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolv.*

Non o. *d.c. 25. X. d. appellat.* juxta quod plus eſt in facto, quàm in verbo. Reſp. diſtinguendo inter rei veritatem & rei probationem: priori modo plus eſt in verbo, poſteriori plus eſt in facto. 2. diſtingui poteſt inter factum, ſine quo res eſſe non poteſt, & tunc plus eſt in facto, quàm in verbo: & inter factum, quod rei eſſentiam ſequitur, & tunc plus eſt in verbo, quàm in facto. 3. plus eſt in facto certo, quàm verbo dubio. Sic factis clariùs & magis conſenſus declaratur, quia facta effectum ipſum oſtendunt: verba verò aliquando contra voluntatem proferentis ſint, arg. *l.ult.C.quæ res pign.oblig.poſſ.*

APPELLATIO & jus appellandi lege humanâ vel privilegio Principis tolli poteſt, *c. 1. X. d. reſcript. c. paſtoralis. X. d. appell. c. ſuper quæſtionum. §. ſi verò. X. d. offic. deleg.*

Standum eſſe juri Civili, ejus rationem ipſum jus Canonicum ſuggerit, cui appellatio eſt defenſio *cap. omnis expreſſus. 2. q.6. cap. ſuggeſtum. X.d. appellat.* defenſio autem à nemine tolli poteſt, præſertim ſi faciat ad defenſionem innocentis, & ut jus ſuum cuique reddatur: denique ad juſtitiæ miniſterium, Vid. Covarruviam *pract. quæſt. c.23.n.6.* Et verò ipſi colores, quos appingunt diſſentientes, ad noſtrum diſſenſum hortantur. Semper enim hoc ſimulari poſſet, plerumque temere & ſine ulla cauſa tolli à Principe appellationem non examinatis priùs negotii & Judicis qualitatibus. Semper utilitas publica poſſet videri diſſuadere, quod maximè ſuadet; ſanctisſimè quibusdam legibus quandoq; appellationem tolli propter negotiorũ qualitatem, quæ non patitur juxta Reip. bene inſtitutæ utilitatem executionem ſententiæ appellatione propoſitâ impediri. Et quæ illa eſt pietas in religionibus monachorum uſum appellationis eſſe tollendum. Nam etiamſi posſit accidere monachum aliquem injuriâ læſum affligi à Prælato,

Tolli non poteſt, quia iniquitas ſententię, cujus querelâ appellatio continet, *l.17.d.minor.* reſcindi debet.

Prælato, tamen multa damna ex appellationibus ſequerentur, quæ religionis nervum & decus potisſimum macularent. Vid. Cyprianum Regnerum *libr. d. injuſt. LL. Roman. 2. c. 19.*

APPELLATIO in criminalibus non habet locum, *c. ex literis. 10. X. d. ſponſal.* Arnoldus de Reyger in *proc. judic. diſp. 9. th. 4.*

Nulla eſt differentia, Nam etiam in jure Canonico admittitur appellatio in iis caſibus, in quibus poteſt fieri contraria probatio, *arg. c. transmiſſa. X. qui fil. ſint leg.* Conradus Lagus in *meth. jur. Civ. d. app. num. 32. 33.* Non o. *d. c. ex literis.* quod nec de ſecunda inſtantia agit, nec talem caſum continet, in quo contraria fieri posſit probatio. Sic jure Civili in criminalibus appellatur, eatenus tamen, quatenus contraria fieri poteſt probatio, alioquin idem eſſet, ac ſi appellaretur à pœna contra *l. 244. ff. d. V. S.* aut ab executore ſententiæ *l. 4. in pr. ff. d. appell.* Quæ tamen omnia hodie per conſuetudinem totius Germaniæ, ſecundùm quam nulla admittitur in criminalibus appellatio, non attenduntur nec obſervantur, Gail. *1. obſ. 1. n. 28. & in tract. d. p. p. 1. c. ult. circ. fin.* Mynſing. *cent. 4. obſ. 41.* Ordin. Cam. Imp. *p. 2. tit. 28. §.* item nach dem auch 4. & in Comitiis Auguſtanis An. 1530. celebratis §. Item Aiß jez. etliche zeit quam ſententiam confirmat jus Saxonicum *art. 12. ibi* Wird ein man gefangen vmb vngericht/vnd vor gericht bracht/ der mag kein vrtheil ſchelten/*c. lib. 2. & ibi gl. num. 16, & gl. in art. præced. num. 16.* quia tales tantùm ad pœnam prorogandam appellare præſumuntur, & in *l. Si quis fortè. ff. d. pœn.* dicitur, quòd damnatus ad mortem non debeat audiri ultra, quicquid dicere velit, etiamſi de ſalute Principis ſe dicturum diceret. Quare & in Camera Imperiali non admittuntur tales appellationes exceptâ nullitate proceſsûs, in quam cnationem contra Judicem criminalem concedunt. Vid. Ant. Gomez. *var. reſol. libr. 3. c. 13.* Mynſing. *d. cent. 4. obſ. 42.* Arnoldum de Reyger in *proc. jud. diſp. 10. th. 4.*

Non ſolùm licitum eſt provocare pro omnibus ad ultimum ſuppliciũ damnatis, ſed etiam illis contradicentibus, *l. 6. ff. d. appell. l. 6. C. d. epiſc. aud.*

APPELLATIO in poſſeſſorio ſecundùm utrumque effectum admittitur, Hartm. Hartm. *pract. obſ. tit. 19. obſ. 24. n. 1. & ſeq.* Wurmſer. *tit. 24. obſ. 12. n. 1.* Knich. in *com. d. Sax. non provoc. jur.* Covarruviam *pract. quæſt. c. 23. num. 8.*

Concurrunt in eo utrumq; jus, ſi ſententia in poſſeſſorio lata tale contineat damnũ, quod in petitorio reparari non posſit: vel cauſam proprietatis habeat annexam: vel de evidenti appareat injuſtitia: vel agenti de poſſesſione oppoſita fuerit exceptio dominii ſeu proprietatis, Ex Cacherani *deciſ. Pedemont.* Trentacinq. *in variis reſol.* Hannius in *coll. Jur. Can. diſp. 12. theſ. 104.* De concurſu judicii petitorii & poſſeſſorii vide ſub *lit. i.*

Non admittitur quoad effectum ſuſpenſivum, admittitur verò quoad effectum devolutivum, Mynſing. *cent. 6. obſ. 13. n. 1. & ſeq.* Marant. in *ſpecul. part. 6. act. 2. d. appell. n. 305.* Vid. Arnoldum de Reyger in *proc. judic. diſp. 10. th. 14.*

APPELLATIONI in quacunque levi & minima cauſa defertur.

Vid. Hillig. in *Don. enucl. d. libr. 28. c. 6. lit. kk.*

Imp. N. 31. c. 1. ſummo ſe ſtudio caviſſe memorat, ne appellationes intra 500. ſolidos ad aulam ſuam deferantur.

APPELLATIONI ra-

Nulla hic eſt diffe-

Si quis appellationem

tionabili & legitimè interpoſitæ ſi Judex, ad quem appellatum eſt, non detulerit, ad ſedem Apoſtolicam de tanto exceſſu ſatisfacturus venire compellatur. *c.d. priore.31. X.d. appell.* è quo pœna colligitur arbitraria.

rentia, quia cap. non de quavis reſpondet appellatione. 2. non dicit ſedem Apoſtolicam à pœna Juris Civilis recedere.

ſuſcipere recuſaverit, quæ non contra executionem, ſed adversùs ſententiam intentionem jurgiumq; continentem fuerit interpoſita, triginta auri pondo cogatur largitionibus noſtris inferre, triginta alia officiali ejus itidem ſoluturo.

APPELLATIONIBUS annus indulgetur, aut ex neceſſaria & evidēti cauſa bienniū, niſi fortè Judex, à quo appellatum fuerit, ſecundùm locorū diſtantiam, & perſonarū & negotii qualitatem reciſius tempus fuerit moderatus, *c.5.X.d.appell.*

Hoc Judicis moderamen potius ſpectat tempus præſentandæ appellationis, quod & jure Civili eſt arbitrarium. Deinde non video, quare Judicis à quo, non Judicis ad quem ſit moderari tempus. Ceterùm tempus illud, quo perſequenda eſt appellatio, hodie nec annale nec biennale ampliùs ſed productiùs longè eſſe docet Bachov. in *not. ad q. Weſenb. it. quand. appell. ſit.*

Tempus proſequendæ appellationis eſt annus & ex cauſa biennium, *auth. ei qui. C.d. tempor. & repar. appell.* non adjecto eo, quo Judex tempus moderatur.

APPELLATUS is, adversùs quem appellatur, vocatur, *c. reprehenſibilis. 26. §. ſi autem. ibi & eo, qui appellatus eſt. c. ſæpe 44. in pr. verſ. unde licet X.d.appel. c.eod.in 6.* Bocer. *claſſ. 5. diſp. 23. th. 59.*

Hoc non facit differentiam. Etenim ſive eodem ſive alio nomine ſignificatum exprimatur, modò ſit idem ſignificatum, nihil intereſt; niſi ſubtilitati eorum ſatisfacere velimus, qui non ſenſum, ſed vana nominum vocabula amplecti deſiderant, contra *l. 2. §. 1. C.d. conſt. pec. l. 8. §. 1. C.d. hæret. & Manich.*

Circumſcribitur in LL. reſpectu ad appellantem habito, & commune adverſarii nomen retinet, *l. ſcio quæſitum. 3. in pr. l. creditor fin. §. ult. verſ. quæſitum. h. tit.*

ARBITER arbitrium per definitivam ſententiam promulgat, *d. c. 4. X. d. arbitr.*

Vid. omnino *d. diſp. c. 6. lit. K.*

Arbitri ſententia non per omnia ſententia eſt, *l. 13. §. 5. d. his, qui not. inf.*

ARBITER quis poteſt eſſe in re, in qua Judex erat, *c. 5. 7. 10. X. d. arbitr.* Vid. Hermannum Hermes ad *π. Weſenb. tit. d. recept. lit. d.* Bachovium *vol. ad Treutl. 1. diſp. 12. th. 6. lit. F.*

Vid. *d. diſp. c. 2. lit. 1. num. 7.* ubi eleganter Donellus, Si Judex in re, de qua eſt Judex, arbitrium poſtea receperit, incipiet ſuſtinere perſonam duorum Judicum, Judicis legitimi & arbitri, i. e. duas

Si quis Judex ſit, arbitrium recipere ejus rei, de qua Judex eſt, inve ſe compromitti jubere prohibetur lege Juliâ, & ſi ſententiam dixerit, non eſt danda pœnæ perſecu-

perſo-

perſonas contrarias, quas una & eadem perſona non admittit. 2. Ab eo, qui jam ante rei Judex factus eſt, turpiter arbitrium recipitur, nec caret manifeſtâ ſuſpicione injuriæ. Cur enim recipit, niſi ut ab eo, quod jus eſſe novit, recedere ipſi liceat, i.e. alterutri litigatori injuriam facere per cauſam & ſpeciem recepti arbitrii? quod Judici concedendum non fuit. Quin potiùs de eo ita rectè dicetur, ſi ut Judex rectè judicaturus erat, ita judicet, neque effugium quærat: ſi non rectè, non debet neque Judex eſſe neque arbiter.

tio, *l. 9. §. 2. ff. d. recept.* Vid. Bachovium *in primam partem pand. d. tit. c.2.n.2.*

ARBITER ſi arbitrium per ſententiam definitivam promulgaverit, ab eo non appellatur, *d.c.4.*

Regul. appellatio non procedit, quia ante 10. dies ad agendum ſententia arbitri eſt inefficax, omniſque actio & executio ceſſat, ideoque fruſtra ab ea appellatur; poſt verò appellari non poteſt, quia tempora interponendæ appellationis jam exierunt, *auth. hodie. C. d. appell.*

Quatenus appelletur, vid. *d. diſp. c. 8. lit. f.*

ARBITRI tenentur accipere arbitrium, in virtute obedientiæ diſtricto præcepto à domino Papa injuncto, *c. cum ſpeciali. 61. X. d. appell.* & ſi huic præcepto non obediant, ſunt compellendi, gloſſ. ad *d. cap. ſuſpicionis. lit. g.*

Licet quoad Dominum Papam obtineat, quòd etiã preces Majorum ſint præcepta, quod notant ad *l. 11. §. 2. ff. d. leg. 3.* hoc tamen ad Prætorem, cui quidem tribuimus ſuam majeſtatem, *l. 11. ff. d. J. & J.* non porrigitur.

Neminem Prætor cogit arbitrium recipere, quoniam hæc res libera & ſoluta eſt, & extra neceſſitatem jurisdictionis poſita, *l. 3. §. 1. ff. d. recept.*

ARBITRI tres ſi dati ſint, & duo in decem, & tertius in quinque condemnet, debet ſententia prævalere duorum, *cap. 1. d. arbitr. in 6.*

Hic nulla eſt differentia, quia jus Canonicum proponit duos, qui in eandem ſummam conſentiunt: jus Civile proponit tres, qui in tres diverſas ſummas conſentiunt, quem eundem habet caſum *d. cap.* Lubet adjicere, quod ſub meo præſidio diſputatum eſt An. 1659. die 7. Octobris *de arbitris compromiſſariis c. 6. lit. h.* ubi inter cetera, Dubio procul Juriſconſultorum Romaniq́ue Pontificis reſponſio maximas dubitandi rationes habet, quarum potiſſima eſt, quòd vel arbiter, qui de minori quantitate pronunciat, abſolvit expreſsè à majori, & tunc ejus judicium contrarium eſt aliis, & ideo nullum. Si verò expreſsim non abſolverit, itidem erit nullum, uti prolatum ſuper parte & non ſuper toto, quod deductum fuit in judicium. Sed huic objectioni reſpondet Covarruvias *tom. 2. var. reſolut. libr. 1. c. 2. n. 6.* Arbitrum condemnantem in quinque & expreſsè à majori ſumma abſolventem contrarium eſſe ceteris in majori ſumma, non tamen in minori: imò in eam convenire omnes, & ob id judicium iſtud quoad hanc minorem ſummam, nec contrarium aliis, nec ideo nullum erit dicendum, maximè ſi locum habeant ſententiæ à duobus Judicibus latæ, quæ ad concordiam & conſenſum in aliqua parte reduci non poſſunt. Addit Zœſius ad *tit. d. recept. num. 26.* ſuppreſſo quidem nomine ex Caroli Molinæi commentariis in conſuetudines Pariſienſes *tit. 1. des fief.* §. 47. *n. 12.* hoc intelligi poſſe dupli-

Si ex tribus arbitris unus quindecim, alius decem, tertius quinque condemnent, quinque debent præſtari, quia in hanc ſummam omnes conſenſerunt, *l. 27. §. 3. ff. d. recept.*

dupliciter. 1. naturaliter & phyſicè, ut pars eſt in toto integrali. 2. intentionaliter ſive civiliter, & quantum ad diſpoſitionem hominum: quomodo tunc demum minor ſumma ineſt majori, quando intentio diſponentis æquè vel multò fortiùs adaptatur & convenit minori. Nam ſi ſit limitata ad majorem ſummam, ita ut in minorem ſeorſim & per ſe non feratur conſenſus, non inerit minor majori. Vid. Marc. Ant. Blancum *d comprom. q. 9. n. 65.* Ant. Corſetum in *ſingular. ſent. 17.* Perezium ad *h. c. tit. n. 8.*

Arbitris duobus, etiamſi tres dati ſint, permiſſum eſt in cauſa compromiſſa procedere tertio cōtumaciter vel aliàs voluntariè abſente, *c. ult. d. arbitr. in 6.*

Mœſtertius *libr. d. juſtit. LL. Rom. 2. c. 13.* præfert jus Civile, quoniam ratio Celſi commodè nequit convelli. Diſſenſionis, inquit, cauſam petit Pontifex è ſublimi, ut ſic ipſius abſentia præſentiâ repleta divinâ eum reputari faciat pro præsētē. Dixit enim Dominus, addunt Canoniſtæ *Matth. 18. v. 20.* Ubi ſunt duo vel tres coacti in nomine meo, illic ſum in medio eorum. Inane fundamentum! Loquitur enim Dominus de remiſſione peccati ad preces duorum, qui conſentiunt: hic agitur de humanis controverſiis. Dixit in nomine litigantium: & loquitur de coactis Dominus, non de abſentibus, promittitque ſe adfuturum in medio eorum, non ſuppleturum aliorum abſentias. Hæc Mœſtertus. Nos præferimus jus Canonicum, quod obtinuit & finiendis litibus eſt benignius, Buſius ad *d. l. 17.* Nec attendimus Canoniſtarum additamenta, nec Mœſtertii rationem, quæ hic nullas moratorias agit ambages, quum illa ſit fortior, quæ reſpicit celeriorem litis terminum.

Si in tres fuerit compromiſſum, ſufficit quidem duorum conſenſus, ſi præſens ſit & tertius, alioqui abſente eo, licet duo conſentiant, arbitrium non valet, quia in plures fuit compromiſſum, & potuit præſentia ejus trahere eos in ejus ſententiam, *l. 17. §. ult. ff. d. recept.*

Arbitris præter ſuſpicionis cauſam, ob quam recuſatur delegatus Judex, nihil permittitur, *c. ſuſpicionis 39. d. off. & poteſt. Judicis delegati.* Vid. Ancharanum in *quæſt. aur. libr. 1. q. 45. n. 12.* Ex hoc colligitur altera differentia, quòd

Arbitrorum electio ab uſu receſſit, & de his cauſis delegans, vel ſuperior, ad quem appellatio devolvitur, cognoſcit, Hillig. in *Don. enucl. libr. 17. c. 25. lit. n.* Vid. Hiltropff in *proc. jud. part. 2. tit. 13. d. recuſ. Jud. num. 21. & ſeqq.* Vid. Cyprianum Regnerum *lib. d. injuſt. LL. Roman. 2. c. 17.*

Arbitri ad ſuſpicionis cauſam electi non ſolùm de ſuſpicione, ob quam recuſatur Judex delegatus; verùm etiam ſi allegationem recuſantis juſtam repererint, de toto cognoſcūt negotio, quod controvertitur, *l. apertiſſimi. 16. C. d. Judic.*

Arbitrium recipere poteſt mulier. Non tamen indiſtinctè, ſed oportet eam in ſubditos ſuos ordinariam habere juriſdictionem: oportet præterea arbitrium eſſe

Stamus à jure Canonico, cum & feminis ſuum ſit judicium, *l. 12. §. pen. ff. d. Judic.* & reperiantur naturâ ſolertes, induſtriâ literatæ, educatione piæ, experientiâ ſapientes, quæ verba ſunt Taciti *libr.*

Sancimus mulieres ſuæ pudicitiæ memores & operum, quòd eis natura permiſit, & à quibus eas juſſit abſtinere; licèt ſummæ atque optimæ opinionis conſtitutæ in compro-

Digitized by Google

compromittentium pręſentia & conſilio roboratum: oportet denique arbitrium eſſe ſponte receptum. Hæc tria ſi junctim adſint, obſervetur arbitrium per pœnam in compromiſſo ſtatutam, *c.dilecti.4 X.d.arbitr.*

ann. 6. virilibus curis feminarum vitia exuerunt. V. *alleg. ſ. diſp.c.2. lit.g.* Arnold. de Reyger in *proc. Jud. diſp.1. th.* 29. Mœſtertius *libr. d. juſt. LL. 2. c. 13. in fin.* ſtat à jure Civili, quia 1. *Corinth.* 14. *verſ.* 34. ut mulieres in conventibus ſileant, lex dicit. Reſpondet ei Cyprianus Regnerus, Imperare Paulum mulieribus ſilentium in Eccleſiis. Vid. etiam Bachovium *vol. ad Treutl.1. diſp. 8.th.2.lit.A.* NB. Fortean inveſtigari poſſet differentia in perſonis arbitrorum, qui Clerici ſunt vel Laici, & in cauſis, quibus adhibentur, verùm utrumque jus hanc perſonarum & cauſarum differentiam agnoſcit, *l.17.in pr. & l.41. C.d.epiſc. & Cler.c.8. X.d.arbitr.* Poteſt tamen arbiter de re temporali eſſe inter Eccleſiaſticos, *d.c.4.* imò poteſt eſſe cum Eccleſiaſticis, *c.9. X.eod.*

ſe arbitrium ſuſceperint, vel ſi fuerint patronæ, etiamſi inter libertas ſuam interpoſuerint audientiam, ab omni judiciali agmine ſeparari, ut ex earum electione nulla pœna, nulla pacti exceptio adversùs juſtos earum contemptores habeatur, *l.ult.C.d.rec.arbitr.*

ARMIS poſſeſſionem ſuam nemo defendit, *c. ex multa.X. d. vot. & vot. redempt.c.1.c.quicunque.23. q.8.*

Nulla eſt differentia, quia jus Canonicum non negat poſſeſſionē armis eſſe defendendam, ſed non à quovis, Nam in *d. c. quicunque.* quicunque ex Clero eſſe videntur, arma militaria non ſumant, nec armati incedant: ſed profeſſionis ſuæ vocabulum religioſis moribus & religioſo habitu præbeant.

Poteſt defendere, *l.1. C.und.vi. l. 1. C. quand. lic. unic. ſine Jud. ſe vind.* Vid. Berneggerum *quæſt. miſcell.127.*

ARRHÆ aut pœnæ promiſſio in matrimonio non valet, *c. gemma. 29.X.d.ſponſal.* Vid. Emericum à Rosbach in *theſ. diff. jur. Civ. & Can. libr.1. tit.3.num.3.*

In arrha conſentit utrumque jus. Hinc ſunt Corvini *libr.2.jur. Can. tit.*12. ſponſalia firmata, cum aut arrhæ, aut earum vice pignora, aut annulus datur, aut juramentum interponitur. Vid. *can. ſi quis uxorem, c. ſi quis deſponſavit. 27. q. 2.* De ſignificatu arrhæ Balduinum in *leges ruſticas Juſtiniani tit.1. num.* 11. Et verò ab arrha, quæ præcedit matrimonium, ad pœnam, quæ eſt contracti matrimonii, non procedit argumentum. Vid. Perezium in *C.d.ſponſal.num.*19.

Pœnæ quidem promiſſio non valet, *l.134.ff. d.V.O.l. 2. C. d. inutil.ſtip.* valet tamen promiſſio arrhæ. Vid. morem quorundam Conſiſtoriorum apud Rennemannum in *Juriſpr. d. Romano-Germ. diſp.42.th.24.lit.c.memb.1.*

ARTES mathematicæ probantur, Sic in *c. ſi quis. diſt.* 37. Geometria, Arithmetica & Muſica habent in ſua ſcientia veritatem.

Nulla eſt differentia, quia in *ead. l.* 2. artem Geometriæ diſcere atque exercere publicè intereſt.

Non o. igitur *d. l.* 2. quia intelligitur ars illorum Vaticinatorum, ut not. Dion. Gothofr. *lit.a.ad rubr.d.t.* qui mathematicarum artium liberali nomine adumbrantes ſuas ineptias profitentur ſe fata cujusque noſſe & na-

Ars Mathematica damnabilis eſt & interdicta omnino, *l.2. C. d.malef.& mathem.*

tales ſiderum obſervationes. Non etiam obſt. quòd in *d.c. ſi quis* ſcientia mathematica non dicatur ſcientia pietatis, quia ſcientia pietatis non opponitur impietati, ſed, ut habet canon, ſcientia pietatis eſt noſſe legem, intelligere Prophetas, Evangelio credere, Apoſtolos non ignorare.

ASYLA adeò ſunt permiſſa, ut qui confinia Eccleſiarũ confringere tentaverit, aut perſonam hominis vel bona ejùs inde ſubtraxerit, niſi publicus latro fuerit, quouſq; ſe emendet, & quod rapuerit, reddat, excommunicetur, *c. ſicut.* 17. *q.* 4. ita ut non excipiatur, qui uxorem aut matrem occidit *c. admonere. c. latorem.* 33. *q.* 2. Excipiuntur præterea depopulatio agrorum nocturna, obſeſſio viarum publicarum, homicidium inſidioſum, facinus in ipſa Eccleſia & contra eam perpetratum: deniq; delictum ſpe immunitatis deſignatum, *c. inter alia. X. d. immun. Eccleſ.* Hunnius in *colleg. jur. Can. diſput.* 2. *theſ.* 77. Recedunt igitur ab indulgentia Juris Canonici hi Canoniſtæ, qui eam ad decoctores fraudulentos & doloſos non porrigunt, in quibus ſunt Steph. Gratianus *libr.* 2. *diſcept.* 380. *num.* 4. *& ſeqq.* Boerius *deciſ.* 215. *n.* 6. *&* 7. Rebuff. *d. immun. Eccleſ.*

Circa jus Aſylorum ut innoteſcat quodnam juſtitiæ proximè accedat, tria ſunt expendenda. 1. *An juri Canonico ſit ſtandum?* 2. *An idem lenius ſit interpretandum?* 3. *An utrumqe rejiciendum?* Ad primum reſpondet opinio nonnullorum, in quibus eſt Hunnius in *coll. Jur. Can. diſp.* 2. *theſ.* 78. Reſpondemus Hunnio ex *l.* 7. *§. ult. ff. d. ſupell. leg.* Nemo exiſtimandus eſt dixiſſe, quod non mente agitaverit. Idem ante eum dixit Covarruvias *tom.* 2. *var. reſol. c.* 20. *n.* 3. quòd ſtandum ſit potiùs Juris Pontificii decretis & ſtatutis, quàm Juris Cæſarei ſanctionibus: pertinet enim hoc ad honorem & reverentiam exhibendam locis ſacris, quorum cura ad Pontifices & Prælatos Eccleſiaſticos ſpectat, & ideo eorũ leges hac in re ſecularibus præferendæ. Sed penitiùs Covarruviæ mentem inſpiciamus. Si ſeriò hoc ſenſit, quare in *eod. num.* ſubnectit cautelam, *Modò* ſacrorum Canonum deciſiones rectè & juxta authorum ſenſum intelligantur. E quibus colligitur Covarruviam formidare dubium, quod refragari poſſet. Quare idem Covarruvias *num.* 2. monet, Immunitatem hanc Eccleſiarum jure divino, quod, ut lex divina, in Eccleſia Chriſti cuſtodiendum eſt, minimè ſtatuitur. Leges enim Veteris Teſtamenti adventu Chriſti expirarunt, *cap. translato. d. conſtit.* Quare in *n.* 8. que[illegible] raptorem diſſentit, & aſſerit crimen raptùs e[illegible] ſimum & Reip. admodum pernicioſum, a[illegible] his, quæ in *d. cap. inter alia.* excipiuntur. [illegible] capitis monet, In Franciæ & Gallo[illegible] quentes ſtatim ab Eccleſiis abduc[illegible]

Neque homicidis, neque adulteris, neque virginum raptoribus delinquentibus terminorum cuſtodies cautelam, ſed etiam inde extrahes & ſupplicium eis inferes. Non enim talia delinquentibus parcere competit, ſed hoc patientibus, ut non talia à præſumptoribus patiantur. Deinde Templorũ cautela non nocentibus ſed læſis datur à lege, & non erit poſſibile utrumque tueri cautelâ ſacrorum locorum & lædentem & læſum, N. 17. *c.* 7. Vid. Camillum Borellum in *ſpeculum Principum Petri Belluga c.* 18. *lit.* 18. Coraſium *libr. miſcell.* 5. *c.* 23.

*art.*1.*gl.*2.*n.*1.*&* 2. *tom.*2. *fol.*339. ut refert Speidel. *Notab. Jurid. Hiſtor. polit. lit.B.num.*8. Vid.Covarr. *libr.* 2. *variar. reſol. c.* 20. *n.*14.

Non o. quòd ex Covarruvia *libr.* 2. *var. reſol. c.*20.*n.* 11. Card. Tuſcho *concl.*10.*n.*27. *tom.*3. *lit.E.* Judæi,Hæretici,Apoſtatæ, infideles univerſi, à beneficio immunitatis Eccleſiaſticæ removeantur. Reſp. hoc non fieri ratione delictorum admiſſorum, quibus alter læderetur,ſed ratione vitiorum adhærentium, quæ alterum non lædunt,ſed vitiatæ animæ amiſſionem procurant.

Judicibus obſervari: ac demum tractatur, ſitne is, qui abductus fuit,dignus juxta Canonicas ſanctiones Eccleſiarum immunitate: quòd ſi dignus eâ judicetur,remittitur & reſtituitur Eccleſiæ,alioqui punitur a Judice ſeculari. Eo indigetare voluit promiſcuam hanc & nil minùs quàm canonicam impunitatem non per omnia nec in omnibus eſſe permittendam. Ad ſecundum reſpondetur,inani cum cura nugas agere,qui leniùs nos interpretari poſſe jus Canonicum exiſtimant. Leniorem interpretationem mutuantur ab authoritate Auguſtini, quæ plerisque canonibus,in quibus de jure Aſylorum, præſcribitur. Conſiderandum eſt cum Petro Sarpo *d. jure Aſyl.c.*1 *pag mihi* 21. Epiſtolas Auguſtini nomine allatas,quæ conſcriptæ fuerunt ad BonifaciumComitem, & Bonifacii ad Auguſtinum,cujusvis potius quàm eorum eſſe poſſunt. Id vero cum ipſa ſcribendi ratio ſatis ſuperque demonſtrat,tum multo magis verba illa, *Spectabilis & Magnifici*, honoris causâ Comiti tributa ab ejus tempeſtatis conſuetudine longe remota, nec ab ipſomet Auguſtino unquam adhibita iis in literis,quas ad eundem Comitem ipſe perſcripſit, in quibus etiam quàm maximâ Divus ille Vir agit cum modeſtia,non autem ſuperbè & arroganter atque imperiosè, prout Sycophanta,quisquis ille,ſcribere voluit. Quòd verò multò magis earum falſitatem vel cæco demonſtrat, Bonifacius Comes Hipponam nunquam incoluit Divi Auguſtini civitatem: ut fieri omnino non poſſit id unquam accidiſſe, quod ſpuriæ narrant literæ, habuiſſe Comitem ibi domicilium atque familiam. Alii leniorem interpretationem inde mutuantur,quòd cùm juſtitia atque delictorum pœna,publicæque tranquillitatis conſervatiò magis Deo Maximo grata ſit,quam Eccleſiarum immunitas,non permitti,ut leges & canones ad alia loca pertrahantur præter ea, quorum ſigillatim mentio facta fuerit; Eccleſias ſcl. ipſas, quæ reapſè,non autem nomine tantùm Eccleſiæ ſunt. His enim temporibus tanta eſt ubique locorum frequentia,quæ pietati alicui mancipata videntur,ut ſi omnia comprehenderentur, jam, quæcunque incolimus, Eccleſiaſticæ immunitatis privilegio donata eſſent. Concludimus circa ſecundum hoc quæſitum, Vera fuerit Sarpi conſideratio,vel à vèro abludat,non movere Auguſtini autoritatem,nec aliquid ſub commento alienæ pietatis eſſe aſſeverandum. Multiplicata fuerint Aſylorum loca,agendum nobis,quod in Græcia antiquitus agebatur. In Græcia ſenſim adeo vires ſumpſit Aſylorum abuſus & in majus ſe extulit,tum in ſceleſtis hominibus defendendis,tum in novis immunitatibus conſtituendis,ut R[illegible]mani tandem coacti fuerint medicinam facere. Narrat id Tacitus, Creſcebat [illegible] u[illegible]ia atque impunitas Aſyla ſtatuendi: complebantur templ[illegible]n ſubſidio obærati adversùs creditores ſuſpectique cap[illegible]. Nec ull[illegible] ſatis validum imperium erat coercen[illegible]num,[illegible]nias Deûm,protegentis. Igitur pla[illegible]atque[illegible] quædam,quòd falso uſurpaverant, [illegible]perſt[illegible]eritis in populum Romanum fide[illegible]fuit,[illegible]ajorum beneficia, ſociorum pacta, [illegible]oman[illegible]ecreta,ipſorumque Numinum reli[illegible]eſpo[illegible]quæſitum erit illa Philippi [illegible]

tales ſiderum obſervationes. Non etiam obſt. quòd in *d.c. ſi quis* ſcientia mathematica non dicatur ſcientia pietatis, quia ſcientia pietatis non opponitur impietati, ſed, ut habet canon, ſcientia pietatis eſt noſſe legem, intelligere Prophetas, Evangelio credere, Apoſtolos non ignorare.

ASYLA adeò ſunt permiſſa, ut qui confinia Eccleſiarũ confringere tentaverit, aut perſonam hominis vel bona ejùs inde ſubtraxerit, niſi publicus latro fuerit, quouſq; ſe emendet, & quod rapuerit, reddat, excommunicetur, *c. ſicut.* 17. *q.* 4. ita ut non excipiatur, qui uxorem aut matrem occidit *c. admonere. c. latorem.* 33. *q.* 2. Excipiuntur præterea depopulatio agrorum nocturna, obſeſſio viarum publicarum, homicidium inſidioſum, facinus in ipſa Eccleſia & contra eam perpetratum: deniq; delictum ſpe immunitatis deſignatum, *c. inter alia. X. d. immun. Eccleſ.* Hunnius in *colleg. jur. Can. diſput.* 2. *theſ.* 77. Recedunt igitur ab indulgentia Juris Canonici hi Canoniſtæ, qui eam ad decoctores fraudulentos & doloſos non porrigunt, in quibus ſunt Steph. Gratianus *libr.* 2. *diſcept.* 380. *num.* 4. *& ſeqq.* Boerius *deciſ.* 215. *n.* 6. *&* 7. Rebuff. *d. immun. Eccleſ.*

Neque homicidis, neque adulteris, neque virginum raptoribus delinquentibus terminorum cuſtodies cautelam, ſed etiam inde extrahes & ſupplicium eis inferes. Non enim talia delinquentibus parcere competit, ſed hoc patientibus, ut non talia à præſumptoribus patiantur. Deinde Templorũ cautela non nocentibus ſed læſis datur à lege, & non erit poſſibile utrumque tueri cautelâ ſacrorum locorum & lædentem & læſum, N. 17. *c.* 7. Vid. Camillum Borellum in *ſpeculum Principum Petri Bellugæ c.* 18. *lit.* 18. Coraſium *libr. miſcell.* 5. *c.* 23.

Circa jus Aſylorum ut innoteſcat quodnam juſtitiæ proximè accedat, tria ſunt expendenda. 1. *An juri Canonico ſit ſtandum?* 2. *An idem lenius ſit interpretandum?* 3. *An utrumqe rejiciendum?* Ad primum reſpondet opinio nonnullorum, in quibus eſt Hunnius in *coll. Jur. Can. diſp.* 2. *theſ.* 78. Reſpondemus Hunnio ex *l.* 7. §. *ult. ff. d. ſupell. leg.* Nemo exiſtimandus eſt dixiſſe, quod non mente agitaverit. Idem ante eum dixit Covarruvias *tom.* 2. *var. reſol. c.* 20. *n.* 3. quòd ſtandum ſit potiùs Juris Pontificii decretis & ſtatutis, quàm Juris Cæſarei ſanctionibus: pertinet enim hoc ad honorem & reverentiam exhibendam locis ſacris, quorum cura ad Pontifices & Prælatos Eccleſiaſticos ſpectat, & ideo eorũ leges hac in re ſecularibus præferendæ. Sed penitiùs Covarruviæ mentem inſpiciamus. Si ſeriò hoc ſenſit, quare in *eod. num.* ſubnectit cautelam, *Modò* ſacrorum Canonum deciſiones rectè & juxta authorum ſenſum intelligantur. E quibus colligitur Covarruviam formidare dubium, quod refragari poſſet. Quare idem Covarruvias *num.* 2. monet, Immunitatem hanc Eccleſiarum jure divino, quod, ut lex divina, in Eccleſia Chriſti cuſtodiendum eſt, minimè ſtatuitur. Leges enim Veteris Teſtamenti adventu Chriſti expirarunt, *cap. translato. d. conſtit.* Quare in *n.* 8. quoad raptorem diſſentit, & aſſerit crimen raptûs eſſe graviſſimum & Reip. admodum pernicioſum, ac ſimillimum his, quæ in *d. cap. inter alia.* excipiuntur. Quare ſub finem capitis monet, In Franciæ & Gallorum regno delinquentes ſtatim ab Eccleſiis abduci, vinctosque à Laicis

*art.1.gl.2.n.1.&2.tom.2.fol.*339. ut refert Speidel. *Notab. Jurid. Hiſtor. polit. lit.B.num.*8. Vid.Covarr. *libr. 2. variar. reſol. c. 20. n.*14.

Non o. quòd ex Covarruvia *libr. 2. var. reſol. c.*20.*n.* 11. Card. Tuſcho *concl.*10.*n.*27. *tom.*3. *lit.E.* Judæi,Hæretici,Apoſtatæ, infideles univerſi, à beneficio immunitatis Eccleſiaſticæ removeantur. Reſp. hoc non fieri ratione delictorum admiſſorum, quibus alter læderetur,ſed ratione vitiorum adhærentium, quæ alterum non lædunt,ſed vitiatæ animæ amiſſionem procurant.

Judicibus obſervari: ac demum tractatur, ſitne is, qui abductus fuit,dignus juxta Canonicas ſanctiones Eccleſiarum immunitate: quòd ſi dignus eâ judicetur,remittitur & reſtituitur Eccleſiæ,alioqui punitur a Judice ſeculari. Eo indigetare voluit promiſcuam hanc & nil minùs quàm canonicam impunitatem non per omnia nec in omnibus eſſe permittendam. Ad ſecundum reſpondetur,inani cum cura nugas agere,qui leniùs nos interpretari poſſe jus Canonicum exiſtimant. Leniorem interpretationem mutuantur ab authoritate Auguſtini, quæ plerisque canonibus,in quibus de jure Aſylorum, præſcribitur. Conſiderandum eſt cum Petro Sarpo *d. jure Aſyl.c.*1.*pag mihi* 21. Epiſtolas Auguſtini nomine allatas,quæ conſcriptæ fuerunt ad BonifaciumComitem, & Bonifacii ad Auguſtinum,cujusvis potius quàm eorum eſſe poſſunt. Id verò cum ipſa ſcribendi ratio ſatis ſuperque demonſtrat,tum multo magis verba illa, *Spectabilis & Magnifici*, honoris causâ Comiti tributa ab ejus tempeſtatis conſuetudine longe remota, nec ab ipſomet Auguſtino unquam adhibita iis in literis,quas ad eundem Comitem ipſe perſcripſit, in quibus etiam quàm maximâ Divus ille Vir agit cum modeſtia,non autem ſuperbè & arroganter atque imperioſè, prout Sycophanta,quisquis ille,ſcribere voluit. Quòd verò multò magis earum falſitatem vel cæco demonſtrat, Bonifacius Comes Hipponam nunquam incoluit Divi Auguſtini civitatem: ut fieri omnino non poſſit id unquam accidiſſe, quod ſpuriæ narrant literæ, habuiſſe Comitem ibi domicilium atque familiam. Alii leniorem interpretationem inde mutuantur,quòd cùm juſtitia atque delictorum pœna,publicæque tranquillitatis conſervatiò magis Deo Maximo grata ſit,quam Eccleſiarum immunitas,non permitti,ut leges & canones ad alia loca pertrahantur præter ea , quorum ſigillatim mentio facta fuerit; Eccleſias ſcl. ipſas, quæ reapſe,non autem nomine tantùm Eccleſiæ ſunt. His enim temporibus tanta eſt ubique locorum frequentia,quæ pietati alicui mancipata videntur,ut ſi omnia comprehenderentur, jam, quæcunque incolimus, Eccleſiaſticæ immunitatis privilegio donata eſſent. Concludimus circa ſecundum hoc quæſitum, Vera fuerit Sarpi conſideratio,vel à vèro abludat,non movere Auguſtini autoritatem,nec aliquid ſub commento alienæ pietatis eſſe aſſeverandum. Multiplicata fuerint Aſylorum loca,agendum nobis,quod in Græcia antiquitus agebatur. In Græcia ſenſim adeo vires ſumpſit Aſylorum abuſus & in majus ſe extulit,tum in ſceleſtis hominibus defendendis,tum in novis immunitatibus conſtituendis,ut Romani tandem coacti fuerint medicinam facere. Narrat id Tacitus, Creſcebat Græcas per urbes licentia atque impunitas Aſyla ſtatuendi: complebantur templa peſſimis ſervitiorum: eodem ſubſidio obærati adversùs creditores ſuſpectique capitalium criminum receptabantur. Nec ullum ſatis validum imperium erat coercendis ſeditionibus populi,flagitia hominum,ut ceremonias Deûm,protegentis. Igitur placitum,ut mitterent civitates jura atque Legatos: & quædam,quòd falsò uſurpaverant, ſponte omiſere: multæ vetuſtis ſuperſtitionibus aut meritis in populum Romanum fidebant: magnaque ejus diei ſpecies fuit,quo Senatus majorum beneficia, ſociorum pacta, Regum etiam,qui ante vim Romanam valuerant,decreta,ipſorumque Numinum religiones introſpexit. Tandem reſponſio ad tertium quæſitum erit illa Philippi Knipſchilt.

Digitized by Google

tales ſiderum obſervationes. Non etiam obſt. quòd in *d.c. ſi quis* ſcientia mathematica non dicatur ſcientia pietatis, quia ſcientia pietatis non opponitur impietati, ſed, ut habet canon, ſcientia pietatis eſt noſſe legem, intelligere Prophetas, Evangelio credere, Apoſtolos non ignorare.

ASYLA adeò ſunt permiſſa, ut qui confinia Eccleſiarũ confringere tentaverit, aut perſonam hominis vel bona ejus inde ſubtraxerit, niſi publicus latro fuerit, quousq; ſe emendet, & quod rapuerit, reddat, excommunicetur, *c. ſicut. 17. q. 4.* ita ut non excipiatur, qui uxorem aut matrem occidit *c. admonere. c. latorem. 33. q. 2.* Excipiuntur præterea depopulatio agrorum nocturna, obſeſſio viarum publicarum, homicidium inſidioſum, facinus in ipſa Eccleſia & contra eam perpetratum: deniq; delictum ſpe immunitatis deſignatum, *c. inter alia. X. d. immun. Eccleſ.* Hunnius in *colleg. jur. Can. diſput. 2. theſ. 77.* Recedunt igitur ab indulgentia Juris Canonici hi Canoniſtæ, qui eam ad decoctores fraudulentos & doloſos non porrigunt, in quibus ſunt Steph. Gratianus *libr. 2. diſcept. 380. num. 4. & ſeqq.* Boerius *deciſ. 215. n. 6. & 7.* Rebuff. *d. immun. Eccleſ.*

Circa jus Aſylorum ut innoteſcat quodnam juſtitiæ proximè accedat, tria ſunt expendenda. 1. *An juri Canonico ſit ſtandum?* 2. *An idem lenius ſit interpretandum?* 3. *An utrumqe rejiciendum?* Ad primum reſpondet opinio nonnullorum, in quibus eſt Hunnius in *coll. Jur. Can. diſp. 2. theſ. 78.* Reſpondemus Hunnio ex *l. 7. §. ult. ff. d. ſupell. leg.* Nemo exiſtimandus eſt dixiſſe, quod non mente agitaverit. Idem ante eum dixit Covarruvias *tom. 2. var. reſol. c. 20. n. 3.* quòd ſtandum ſit potiùs Juris Pontificii decretis & ſtatutis, quàm Juris Cæſarei ſanctionibus: pertinet enim hoc ad honorem & reverentiam exhibendam locis ſacris, quorum cura ad Pontifices & Prælatos Eccleſiaſticos ſpectat, & ideo eorũ leges hac in re ſecularibus præferendæ. Sed penitiùs Covarruviæ mentem inſpiciamus. Si ſeriò hoc ſenſit, quare in *eod. num.* ſubnectit cautelam, *Modò* ſacrorum Canonum deciſiones rectè & juxta authorum ſenſum intelligantur. E quibus colligitur Covarruviam formidare dubium, quod refragari poſſet. Quare idem Covarruvias *num. 2.* monet, Immunitatem hanc Eccleſiarum jure divino, quod, ut lex divina, in Eccleſia Chriſti cuſtodiendum eſt, minimè ſtatuitur. Leges enim Veteris Teſtamenti adventu Chriſti expirarunt, *cap. translato. d. conſtit.* Quare in *n. 8.* quoad raptorem diſſentit, & aſſerit crimen raptus eſſe graviſſimum & Reip. admodum pernicioſum, ac ſimillimum his, quæ in *d. cap. inter alia.* excipiuntur. Quare ſub finem capitis monet, In Franciæ & Gallorum regno delinquentes ſtatim ab Eccleſiis abduci, vinctosque à Laicis

Neque homicidis, neque adulteris, neque virginum raptoribus delinquentibus terminorum cuſtodies cautelam, ſed etiam inde extrahes & ſupplicium eis inferes. Non enim talia delinquentibus parcere competit, ſed hoc patientibus, ut non talia à præſumptoribus patiantur. Deinde Templorũ cautela non nocentibus ſed læſis datur à lege, & non erit poſſibile utrumque tueri cautelâ ſacrorum locorum & lædentem & læſum, N. 17. c. 7. Vid. Camillum Borellum in *ſpeculum Principum Petri Belluga c. 18. lit. 18.* Coraſium *libr. miſcell. 5. c. 23.*

art.3.gl.2.n.1. & 2. tom.2. fol.339. ut refert Speidel. *Notab. Jurid. Hiſtor. polit. lit.B.num.8.* Vid.Covarr. *libr. 2. variar. reſol. c. 20. n.14.*

Non o. quòd ex Covarruvia *libr. 2. var. reſol. c.20.n.* 11. Card. Tuſcho *concl.10.n.27. tom.3. lit.E.* Judæi,Hæretici,Apoſtatæ, infideles univerſi, à beneficio immunitatis Eccleſiaſticæ removeantur. Reſp. hoc non fieri ratione delictorum admiſſorum, quibus alter læderetur,ſed ratione vitiorum adhærentium, quæ alterum non lædunt,ſed vitiatæ animæ amiſſionem procurant.

Judicibus obſervari: ac demum tractatur, ſitne is, qui abductus fuit,dignus juxta Canonicas ſanctiones Eccleſiarum immunitate: quòd ſi dignus eâ judicetur,remittitur & reſtituitur Eccleſiæ,alioqui punitur à Judice ſeculari. Eo indigetare voluit promiſcuam hanc & nil minùs quàm canonicam impunitatem non per omnia nec in omnibus eſſe permittendam. Ad ſecundum reſpondetur,inani cum cura nugas agere,qui leniùs nos interpretari poſſe jus Canonicum exiſtimant. Leniorem interpretationem mutuantur ab authoritate Auguſtini, quæ pleriſque canonibus,in quibus de jure Aſylorum, præſcribitur. Conſiderandum eſt cum Petro Sarpo *d. jure Aſyl.c.1 pag mihi* 21. Epiſtolas Auguſtini nomine allatas,quæ conſcriptæ fuerunt ad BonifaciumComitem, & Bonifacii ad Auguſtinum,cujusvis potius quàm eorum eſſe poſſunt. Id vero cum ipſa ſcribendi ratio ſatis ſuperque demonſtrat,tum multo magis verba illa, *Spectabilis & Magnifici*, honoris causâ Comiti tributa ab ejus tempeſtatis conſuetudine longe remota, nec ab ipſomet Auguſtino unquam adhibita iis in literis,quas ad eundem Comitem ipſe perſcripſit, in quibus etiam quàm maximâ Divus ille Vir agit cum modeſtia,non autem ſuperbè & arroganter atque imperioſè, prout Sycophanta,quisquis ille,ſcribere voluit. Quod verò multò magis earum falſitatem vel cæco demonſtrat, Bonifacius Comes Hipponam nunquam incoluit Divi Auguſtini civitatem: ut fieri omnino non poſſit id unquam accidiſſe, quod ſpuriæ narrant literæ, habuiſſe Comitem ibi domicilium atque familiam. Alii leniorem interpretationem inde mutuantur,quòd cùm juſtitia atque delictorum pœna,publicæque tranquillitatis conſervatiò magis Deo Maximo grata ſit,quam Eccleſiarum immunitas,non permitti,ut leges & canones ad alia loca pertrahantur præter ea , quorum ſigillatim mentio facta fuerit; Eccleſias ſcl. ipſas, quæ reapſe,non autem nomine tantùm Eccleſiæ ſunt. His enim temporibus tanta eſt ubique locorum frequentia,quæ pietati alicui mancipata videntur,ut ſi omnia comprehenderentur, jam, quæcunque incolimus, Eccleſiaſticæ immunitatis privilegio donata eſſent. Concludimus circa ſecundum hoc quæſitum, Vera fuerit Sarpi conſideratio,vel à vero abludat,non movere Auguſtini autoritatem,nec aliquid ſub commento alienæ pietatis eſſe aſſeverandum. Multiplicata fuerint Aſylorum loca,agendum nobis,quod in Græcia antiquitus agebatur. In Græcia ſenſim adeo vires ſumpſit Aſylorum abuſus & in majus ſe extulit,tum in ſceleſtis hominibus defendendis,tum in novis immunitatibus conſtituendis,ut Romani tandem coacti fuerint medicinam facere. Narrat id Tacitus, Creſcebat Græcas per urbes licentia atque impunitas Aſyla ſtatuendi: complebantur templa peſſimis ſervitiorum: eodem ſubſidio obærati adversùs creditores ſuſpectique capitalium criminum receptabantur. Nec ullum ſatis validum imperium erat coërcendis ſeditionibus populi,flagitia hominum,ut ceremonias Deûm,protegentis. Igitur placitum,ut mitterent civitates jura atque Legatos: & quædam,quòd falsò uſurpaverant, ſponte omiſere: multæ vetuſtis ſuperſtitionibus aut meritis in populum Romanum fidebant: magnaque ejus diei ſpecies fuit,quo Senatus majorum beneficia, ſociorum pacta, Regum etiam,qui ante vim Romanam valuerant,decreta,ipſorumque Numinum religiones introſpexit. Tandem reſponſio ad tertium quæſitum erit illa Philippi Knipſchildo

tales ſiderum obſervationes. Non etiam obſt. quòd in *d.c. ſi quis* ſcientia mathematica non dicatur ſcientia pietatis, quia ſcientia pietatis non opponitur impietati, ſed, ut habet canon, ſcientia pietatis eſt noſſe legem, intelligere Prophetas, Evangelio credere, Apoſtolos non ignorare.

ASYLA adeò ſunt permiſſa, ut qui confinia Eccleſiarũ confringere tentaverit, aut perſonam hominis vel bona ejùs inde ſubtraxerit, niſi publicus latro fuerit, quouſq; ſe emendet, & quod rapuerit, reddat, excommunicetur, *c. ſicut.* 17. *q.* 4. ita ut non excipiatur, qui uxorem aut matrem occidit *c. admonere. c. latorem.* 33. *q.* 2. Excipiuntur præterea depopulatio agrorum nocturna, obſeſſio viarum publicarum, homicidium inſidioſum, facinus in ipſa Eccleſia & contra eam perpetratum: deniq; delictum ſpe immunitatis deſignatum, *c. inter alia. X. d. immun. Eccleſ.* Hunnius in *colleg. jur. Can. diſput.* 2. *theſ.* 77. Recedunt igitur ab indulgentia Juris Canonici hi Canoniſtæ, qui eam ad decoctores fraudulentos & doloſos non porrigunt, in quibus ſunt Steph. Gratianus *libr.* 2. *diſcept.* 380. *num.* 4. *& ſeqq.* Boerius *deciſ.* 215. *n.* 6. *&* 7. Rebuff. *d. immun. Eccleſ.*

Circa jus Aſylorum ut innoteſcat quodnam juſtitiæ proximè accedat, tria ſunt expendenda. 1. *An juri Canonico ſit ſtandum?* 2. *An idem lenius ſit interpretandum?* 3. *An utrumqe rejiciendum?* Ad primum reſpondet opinio nonnullorum, in quibus eſt Hunnius in *coll. Jur. Can. diſp.* 2. *theſ.* 78. Reſpondemus Hunnio ex *l.* 7. §. *ult. ff. d. ſupell. leg.* Nemo exiſtimandus eſt dixiſſe, quod non mente agitaverit. Idem ante eum dixit Covarruvias *tom.* 2. *var. reſol. c.* 20. *n.* 3. quòd ſtandum ſit potiùs Juris Pontificii decretis & ſtatutis, quàm Juris Cæſarei ſanctionibus: pertinet enim hoc ad honorem & reverentiam exhibendam locis ſacris, quorum cura ad Pontifices & Prælatos Eccleſiaſticos ſpectat, & ideo eorũ leges hac in re ſecularibus præferendæ. Sed penitiùs Covarruviæ mentem inſpiciamus. Si ſeriò hoc ſenſit, quare in *eod. num.* ſubnectit cautelam, *Modò* ſacrorum Canonum deciſiones rectè & juxta authorum ſenſum intelligantur. E quibus colligitur Covarruviam formidare dubium, quod refragari poſſet. Quare idem Covarruvias *num.* 2. monet, Immunitatem hanc Eccleſiarum jure divino, quod, ut lex divina, in Eccleſia Chriſti cuſtodiendum eſt, minimè ſtatuitur. Leges enim Veteris Teſtamenti adventu Chriſti expirarunt, *cap. translato. d. conſtit.* Quare in *n.* 8. quoad raptorem diſſentit, & aſſerit crimen raptús eſſe graviſſimum & Reip. admodum pernicioſum, ac ſimillimum his, quæ in *d. cap. inter alia.* excipiuntur. Quare ſub finem capitis monet, In Franciæ & Gallorum regno delinquentes ſtatim ab Eccleſiis abduci, vinctosque à Laicis

Neque homicidis, neque adulteris, neque virginum raptoribus delinquentibus terminorum cuſtodies cautelam, ſed etiam inde extrahes & ſupplicium eis inferes. Non enim talia delinquentibus parcere competit, ſed hoc patientibus, ut non talia à præſumptoribus patiantur. Deinde Templorũ cautela non nocentibus ſed læſis datur à lege, & non erit poſſibile utrumque tueri cautelâ ſacrorum locorum & lædentem & læſum, N. 17. *c.* 7. Vid. Camillum Borellum in *ſpeculum Principum Petri Bellugæ c.* 18. *lit.* 18. Coraſium *libr. miſcell.* 5. *c.* 23.

art. I.

art.1. gl.2.n.1. & 2. tom.2. fol.339. ut refert Speidel. *Notab. Jurid. Hiſtor. polit. lit.B.num.8.* Vid.Covarr. *libr. 2. variar. reſol. c. 20. n.14.*

Non o. quòd ex Covarruvia *libr. 2. var. reſol. c.20.n.* 11. Card. Tuſcho *concl.10.n.27. tom.3. lit.E.* Judæi,Hæretici,Apoſtatæ, infideles univerſi, à beneficio immunitatis Eccleſiaſticæ removeantur. Reſp. hoc non fieri ratione delictorum admiſſorum, quibus alter læderetur,ſed ratione vitiorum adhærentium, quæ alterum non lædunt,ſed vitiatæ animæ amisſionem procurant.

Judicibus obſervari: ac demum tractatur, ſitne is, qui abductus fuit,dignus juxta Canonicas ſanctiones Eccleſiarum immunitate: quòd ſi dignus eâ judicetur,remittitur & reſtituitur Eccleſiæ,alioqui punitur à Judice ſeculari. Eo indigetare voluit promiſcuam hanc & nil minùs quàm canonicam impunitatem non per omnia nec in omnibus eſſe permittendam. Ad ſecundum reſpondetur,inani cum cura nugas agere, qui leniùs nos interpretari poſſe jus Canonicum exiſtimant. Leniorem interpretationem mutuantur ab authoritate Auguſtini, quæ plerisque canonibus,in quibus de jure Aſylorum, præſcribitur. Conſiderandum eſt cum Petro Sarpo *d. jure Aſyl.c.1.pag mihi* 21. Epiſtolas Auguſtini nomine allatas,quæ conſcriptæ fuerunt ad BonifaciumComitem, & Bonifacii ad Auguſtinum,cujusvis potius quàm eorum eſſe poſſunt. Id verò cum ipſa ſcribendi ratio ſatis ſuperque demonſtrat,tum multo magis verba illa, *Spectabilis & Magnifici*, honoris causâ Comiti tributa ab ejus tempeſtatis conſuetudine longè remota, nec ab ipſomet Auguſtino unquam adhibita iis in literis,quas ad eundem Comitem ipſe perſcripſit, in quibus etiam quàm maximâ Divus ille Vir agit cum modeſtia,non autem ſuperbè & arroganter atque imperiosè, prout Sycophanta,quisquis ille,ſcribere voluit. Quod verò multò magis earum falſitatem vel cæco demonſtrat, Bonifacius Comes Hipponam nunquam incoluit Divi Auguſtini civitatem: ut fieri omnino non posſit id unquam accidiſſe, quod ſpuriæ narrant literæ, habuiſſe Comitem ibi domicilium atque familiam. Alii leniorem interpretationem inde mutuantur,quòd cùm juſtitia atque delictorum pœna,publicæque tranquillitatis conſervatiò magis Deo Maximo grata ſit,quam Eccleſiarum immunitas,non permitti,ut leges & canones ad alia loca pertrahantur præter ea, quorum ſigillatim mentio facta fuerit; Eccleſias ſcl. ipſas, quæ reapſe,non autem nomine tantùm Eccleſiæ ſunt. His enim temporibus tanta eſt ubique locorum frequentia,quæ pietati alicui mancipata videntur,ut ſi omnia comprehenderentur, jam, quæcunque incolimus, Eccleſiaſticæ immunitatis privilegio donata eſſent. Concludimus circa ſecundum hoc quæſitum, Vera fuerit Sarpi conſideratio,vel à vèro abludat,non movere Auguſtini autoritatem,nec aliquid ſub commento alienæ pietatis eſſe aſſeverandum. Multiplicata fuerint Aſylorum loca,agendum nobis,quod in Græcia antiquitus agebatur. In Græcia ſenſim adeo vires ſumpſit Aſylorum abuſus & in majus ſe extulit,tum in ſceleſtis hominibus defendendis,tum in novis immunitatibus conſtituendis,ut Romani tandem coacti fuerint medicinam facere. Narrat id Tacitus, Creſcebat Græcas per urbes licentia atque impunitas Aſyla ſtatuendi: complebantur templa pesſimis ſervitiorum: eodem ſubſidio obærati adversùs creditores ſuſpectique capitalium criminum receptabantur. Nec ullum ſatis validum imperium erat coërcendis ſeditionibus populi,flagitia hominum,ut ceremonias Deûm,protegentis. Igitur placitum,ut mitterent civitates jura atque Legatos: & quædam,quòd falsò uſurpaverant, ſponte omiſere: multæ vetuſtis ſuperſtitionibus aut meritis in populum Romanum fidebant: magnaque ejus diei ſpecies fuit,quo Senatus majorum beneficia, ſociorum pacta, Regum etiam,qui ante vim Romanam valuerant,decreta,ipſorumque Numinum religiones introſpexit. Tandem reſponſio ad tertium quæſitum erit illa Philippi Knipſchildo

tales ſiderum obſervationes. Non etiam obſt. quòd in *d.c. ſi quis* ſcientia mathematica non dicatur ſcientia pietatis, quia ſcientia pietatis non opponitur impietati, ſed, ut habet canon, ſcientia pietatis eſt noſſe legem, intelligere Prophetas, Evangelio credere, Apoſtolos non ignorare.

ASYLA adeò ſunt permiſſa, ut qui confinia Eccleſiarũ confringere tentaverit, aut perſonam hominis vel bona ejùs inde ſubtraxerit, niſi publicus latro fuerit, quousq; ſe emendet, & quod rapuerit, reddat, excommunicetur, *c. ſicut.* 17. *q.* 4. ita ut non excipiatur, qui uxorem aut matrem occidit *c. admonere. c. latorem.* 33. *q.* 2. Excipiuntur præterea depopulatio agrorum nocturna, obſeſſio viarum publicarum, homicidium inſidioſum, facinus in ipſa Eccleſia & contra eam perpetratum: deniq; delictum ſpe immunitatis deſignatum, *c. inter alia. X. d. immun. Eccleſ.* Hunnius in *colleg. jur. Can. diſput.* 2. *theſ.* 77. Recedunt igitur ab indulgentia Juris Canonici hi Canoniſtæ, qui eam ad decoctores fraudulentos & doloſos non porrigunt, in quibus ſunt Steph. Gratianus *libr.* 2. *diſcept.* 380. *num.* 4. *& ſeqq.* Boerius *deciſ.* 215. *n.* 6. *&* 7. Rebuff. *d. immun. Eccleſ.*

Circa jus Aſylorum ut innoteſcat quodnam juſtitiæ proximè accedat, tria ſunt expendenda. 1. *An juri Canonico ſit ſtandum?* 2. *An idem lenius ſit interpretandum?* 3. *An utrumqe rejiciendum?* Ad primum reſpondet opinio nonnullorum, in quibus eſt Hunnius in *coll. Jur. Can. diſp.* 2. *theſ.* 78. Reſpondemus Hunnio ex *l.* 7. §. *ult. ff. d. ſupell. leg.* Nemo exiſtimandus eſt dixiſſe, quod non mente agitaverit. Idem ante eum dixit Covarruvias *tom.* 2. *var. reſol. c.* 20. *n.* 3. quòd ſtandum ſit potiùs Juris Pontificii decretis & ſtatutis, quàm Juris Cæſarei ſanctionibus: pertinet enim hoc ad honorem & reverentiam exhibendam locis ſacris, quorum cura ad Pontifices & Prælatos Eccleſiaſticos ſpectat, & ideo eorũ leges hac in re ſecularibus præferendæ. Sed penitiùs Covarruviæ mentem inſpiciamus. Si ſeriò hoc ſenſit, quare in *eod. num.* ſubnectit cautelam, *Modò* ſacrorum Canonum deciſiones rectè & juxta authorum ſenſum intelligantur. E quibus colligitur Covarruviam formidare dubium, quod refragari poſſet. Quare idem Covarruvias *num.* 2. monet, Immunitatem hanc Eccleſiarum jure divino, quod, ut lex divina, in Eccleſia Chriſti cuſtodiendum eſt, minimè ſtatuitur. Leges enim Veteris Teſtamenti adventu Chriſti expirarunt, *cap. translato. d. conſtit.* Quare in *n.* 8. quoad raptorem diſſentit, & aſſerit crimen raptûs eſſe graviſſimum & Reip. admodum pernicioſum, ac ſimillimum his, quæ in *d. cap. inter alia.* excipiuntur. Quare ſub finem capitis monet, In Franciæ & Gallorum regno delinquentes ſtatim ab Eccleſiis abduci, vinctosque à Laicis

Neque homicidis, neque adulteris, neque virginum raptoribus delinquentibus terminorum cuſtodies cautelam, ſed etiam inde extrahes & ſupplicium eis inferes. Non enim talia delinquentibus parcere competit, ſed hoc patientibus, ut non talia à præſumptoribus patiantur. Deinde Templorũ cautela non nocentibus ſed læſis datur à lege, & non erit poſſibile utrumque tueri cautelâ ſacrorum locorum & lædentem & læſum, N. 17. *c.* 7. Vid. Camillum Borellum in *ſpeculum Principum Petri Bellugæ c.* 18. *lit.* 18. Coraſium *libr. miſcell.* 5. *c.* 23.

arr. l.

*art.*1.*gl.*2.*n.*1.*&* 2. *tom.*2. *fol.*339. ut refert Speidel. *Notab. Jurid. Hiſtor. polit. lit.B.num.*8. Vid.Covarr. *libr.* 2. *variar. reſol. c.* 20. *n.*14.

Non o. quòd ex Covarruvia *libr.* 2. *var. reſol. c.*20.*n.* 11. Card. Tuſcho *concl.*10.*n.*27. *tom.*3. *lit.E.* Judæi,Hæretici,Apoſtatæ, infideles univerſi, à beneficio immunitatis Eccleſiaſticæ removeantur. Reſp. hoc non fieri ratione delictorum admiſſorum, quibus alter læderetur,ſed ratione vitiorum adhærentium, quæ alterum non lædunt,ſed vitiatæ animæ amiſſionem procurant.

Judicibus obſervari: ac demum tractatur, ſitne is, qui abductus fuit,dignus juxta Canonicas ſanctiones Eccleſiarum immunitate: quòd ſi dignus eâ judicetur,remittitur & reſtituitur Eccleſiæ,alioqui punitur à Judice ſeculari. Eo indigetare voluit promiſcuam hanc & nil minùs quàm canonicam impunitatem non per omnia nec in omnibus eſſe permittendam. Ad ſecundum reſpondetur,inani cum cura nugas agere,qui leniùs nos interpretari poſſe jus Canonicum exiſtimant. Leniorem interpretationem mutuantur ab authoritate Auguſtini, quæ pleriſque canonibus,in quibus de jure Aſylorum, præſcribitur. Conſiderandum eſt cum Petro Sarpo *d. jure Aſyl.c.*1.*pag.mihi* 21. Epiſtolas Auguſtini nomine allatas,quæ conſcriptæ fuerunt ad BonifaciumComitem, & Bonifacii ad Auguſtinum,cujusvis potiùs quàm eorum eſſe poſſunt. Id verò cum ipſa ſcribendi ratio ſatis ſuperque demonſtrat,tum multo magis verba illa, *Spectabilis & Magnifici*, honoris causâ Comiti tributa ab ejus tempeſtatis conſuetudine longè remota, nec ab ipſomet Auguſtino unquam adhibita iis in literis,quas ad eundem Comitem ipſe perſcripſit, in quibus etiam quàm maximâ Divus ille Vir agit cum modeſtia,non autem ſuperbè & arroganter atque imperiosè, prout Sycophanta,quisquis ille,ſcribere voluit. Quòd verò multò magis earum falſitatem vel cæco demonſtrat, Bonifacius Comes Hipponam nunquam incoluit Divi Auguſtini civitatem: ut fieri omnino non poſſit id unquam accidiſſe, quod ſpuriæ narrant literæ, habuiſſe Comitem ibi domicilium atque familiam. Alii leniorem interpretationem inde mutuantur,quòd cùm juſtitia atque delictorum pœna,publicæque tranquillitatis conſervatiò magis Deo Maximo grata ſit,quàm Eccleſiarum immunitas,non permitti,ut leges & canones ad alia loca pertrahantur præter ea , quorum ſigillatim mentio facta fuerit; Eccleſias ſcl. ipſas, quæ reapſe,non autem nomine tantùm Eccleſiæ ſunt. His enim temporibus tanta eſt ubique locorum frequentia,quæ pietati alicui mancipata videntur,ut ſi omnia comprehenderentur, jam, quæcunque incolimus, Eccleſiaſticæ immunitatis privilegio donata eſſent. Concludimus circa ſecundum hoc quæſitum, Vera fuerit Sarpi conſideratio,vel à vero abludat,non movere Auguſtini autoritatem,nec aliquid ſub commento alienæ pietatis eſſe aſſeverandum. Multiplicata fuerint Aſylorum loca,agendum nobis,quod in Græcia antiquitus agebatur. In Græcia ſenſim adeo vires ſumpſit Aſylorum abuſus & in majus ſe extulit,tum in ſceleſtis hominibus defendendis,tum in novis immunitatibus conſtituendis,ut Romani tandem coacti fuerint medicinam facere. Narrat id Tacitus, Creſcebat Græcas per urbes licentia atque impunitas Aſyla ſtatuendi: complebantur templa peſſimis ſervitiorum: eodem ſubſidio obærati adversùs creditores ſuſpectique capitalium criminum receptabantur. Nec ullum ſatis validum imperium erat coërcendis ſeditionibus populi,flagitia hominum,ut ceremonias Deûm,protegentis. Igitur placitum,ut mitterent civitates jura atque Legatos: & quædam,quòd falsò uſurpaverant, ſponte omiſere: multæ vetuſtis ſuperſtitionibus aut meritis in populum Romanum fidebant: magnaque ejus diei ſpecies fuit,quo Senatus majorum beneficia, ſociorum pacta, Regum etiam,qui ante vim Romanam valuerant,decreta,ipſorumque Numinum religiones introſpexit. Tandem reſponſio ad tertium quæſitum erit illa Philippi Knipſchild

in *tract. Polit. Hiſtor. Jurid. de civitatum Imperialium Juribus & Privilegiis libr.2.c.28.n.35.* Non proficere Pontificum conſtitutiones, quibus indifferenter omnibus, paucis exceptis, immunitatem conceſſerunt, & maleficis Eccleſias aperuerunt. Cùm enim hujuſmodi conſtitutiones neque jure naturali neque divino nitantur, ſed eidem contrarientur, ideo easdem non eſſe obſervandas & in deſuetudinem abiiſſe non obſcurè aſſerit Clar. *prax. crimin.* §.*fin.q.*30. *verſ. ſcias tamen.* Cujuſmodi conſuetudinem validam eſſe in terminis aſyli docet Alciat. *d.præſumpt.33.n.4.* eandemque optimâ ratione fundatam, ne domus Dei fiat ſpelunca latronum, ſcribit Damhouderus in *prax. crimin. c.10. n.21. & ſeq.* Vide Wiſſenbach in *contradict. jur. Can.15.*

AUTHORITATE propriâ poteſt fieri apprehenſio poſſeſſionis. Sic apud Covarruviam *tom. 2. variar. reſ. libr.3.c.16.n.6.* qui collationem habet, abſque Prælati licentia poteſt corporalem poſſeſſionē apprehendere.

Covarruvias *d.loc.* non tam proponit generalem deciſionem, quàm eam ſuis limitationibus includit. Prima eſt, cum Prælatus, qui beneficium contulit, quique potuiſſet corporalem poſſeſſionem tradere, non tantùm ſimpliciter beneficiū contulit, ſed & ipſum, cui contulerat, aliquo ſigno inveſtivit, nempe pileo. Secunda proponitur in eo, qui collationem canonicam beneficii abſque inveſtitura ſolenni obtinuit, iſque apprehendat propriâ autoritate poſſeſſionem vacuam, tunc enim non incurrit pœnam *c. eum qui. d. præbend. in 6.* niſi poſſeſſorem beneficii propriâ autoritate expulerit, & poſſeſſione privaverit. Tertia eſt in ea poſſeſſione, quæ à nemine obtinebatur.

Non eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratum publicè poteſt fieri, ne occaſio ſit majoris tumultûs faciendi, *l.176. in pr. ff. d. R. J.* Hinc eſt pœna *l. ſi quis in tantam 7. C. und. vi*, cujus ratio eſt in *l. 13. ff. quod met. cauſ. l. 7. ff. ad l. Jul. d. vi priv.*

B.

BELLUM deſerens infamis eſt, *c. infames. 6.q.1.*

Hæc differentia non eſt ſpecialis, ſed generalis & communis omni caſui, in quo gladii animadverſionem non agnoſcit jus Canonicum. C[illegible]m eſt præferendum jus Civile propter rem mali exempli. Unde Ammianus [illegible] 4. refert Julianum Imperatorem decem milites ex illis, qui fugerant, [illegible] addixiſſe ſupplicio, Strein. in *antinom. jur. Pontif. & Cæſar. tit.16. diff.32.*

Capite plectitur, *l. omne delictum. §. qui in acie. ff. d. re milit.*

BENEFICIA Eccleſiaſtica non dantur ſub conditione vel ad tempus, *c. paſtoralis. 7. q.1.* Vid. differentiam, in qua *Actus legitimi conditionem non recipiunt.*

Nulla eſt differentia, quamvis in *d. c. paſtoralis.* non interveniat conditio aut tempus. 2. Quoad jus Civile non ſufficit, ut quid non recipiat diem vel conditionem, referri inter actus legitimos, ſed oportet referri inter eos actus

Recipiunt diem vel conditionem, quia non referuntur inter actus legitimos, qui in *l.77. d. R. J.* non recipiunt diem vel conditionem.

Digitized by Google

legitimos, qui non recipiunt diem vel conditionem, quia non omnes recipere poſſunt.

Beneficia ita ſe habent, ut quæcunque in iis poſſidentur, non præſcribantur, *c. ſi ſacerdotes. 16. q. 3.*

Nulla eſt differentia, quia beneficia non præſcribuntur limitata. 2. beneficia non pręſcribuntur ab eo, cui conceſſa ſunt, ut inde naſcatur jus perpetuū. 3. beneficia non præſcribuntur adverſùs eum, cui conceſſa ſunt.

Nullum jus privatum vel publicum in quacunque cauſa vel quacunque perſona, quod quadraginta annorum extinctū eſt jugi ſilentio, moveatur, *l. omnes. 4. C. d. præſcript. 30. vel 40. ann.* Vid. differentiam, in qua *Præſcribi non poteſt res depoſita.*

Beneficiorum Eccleſiaſticorum reſcripta ſtrictè & in ſuis terminis accipiuntur, neque ad caſum non expreſſum producũtur, *c. cui non. 27. d. præbend. in 6. c. ſuſceptum. 6. d. reſcript. in 6.*

Non o. *c. gratia. 7. d. reſcript. in 6.* Nam ejus deciſio ſingularis eſt non tantùm propter juſtam ignorantiam impetrantis, ſed & quòd is, qui acceptare potuit beneficiū, alterum beneficium ſibi ab Epiſcopo collatum nondum acceptaverit.

Nulla eſt differentia, ſed ſubdiviſione beneficiorum, quæ priùs à principali indulgentia proficiſcebantur, partem beneficiorū, quæ Eccleſiaſtica vocantur, ſibi vindicat Pontifex, vultque ſua beneficia non eâ indulgentiâ excipi, quâ ſecularia excipiuntur, quia tanta ſit beneficiorum Eccleſiaſticorum reverentia, ut remota quidem ſit ſuperſtitio, nil tamen eis, quibus conceduntur, extenſione creditâ permittatur. Non etiam in jure Civili pleniſſima & ſtricta interpretatio ſibi invicem opponuntur, quia pleniſſima eſt character geminus voluntatis primùm, dein facultatis eorum, qui beneficia conferunt, non verò patitur ultra ſuam naturam ſui extenſionem. Ad *l. 3.* reſpondemus verbis *l. 13. §. 2. ff. d. excuſ.* Etſi maximè verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens Legislatoris aliud vult.

Beneficium Imperatoris, quod à divina ejus indulgentia proficiſcitur, quàm pleniſsimè interpretari debemus, *l. 3. ff. d. Conſt. Princ.*

Beneficium decet eſſe manſurum, quod à Principe eſt conceſſum, *c. decet. 16. d. R. J. in 6.* eſt autem manſurum, ſi in nullius vergat injuriam, quia locupletari non debet aliquis cum alterius injuria, *c. locupletari. 48. eod.*

Differentiam hanc ſuggerit Ant. Matth. in *colleg. fundam. Jur. diſp. 7. th. 26. diſp. 9. th. 7.* Sed nulla eſt: quod enim jus Canonicum, idem aſſeverat jus Civile, quod ſemel conceſſa non auferre dicit eſſe Imperialis Majeſtatis proprium, *Nov. 10. in præf. Cap.* autem *locupletari* parallela habet loca in *l. 14. ff. d. cond. ind. l. 206. ff. d. R. J.* Denique beneficia non in alicujus injuriam eſſe tribuenda habet *l. 4. C. d. emanc. liber.* Quoad *l. aſſiduis* ſcit Boehauſen in *peric. Academ. part. 1. q. 14.* hoc à Dd. quibusdam objici iis, qui mulierem præferri omnibus mariti creditoribus, etiamſi priorem expreſſam hypothecam habeant, defendunt, quòd ſcl. ita jus illis quæſitum cum injuria auferatur, & fatetur videri eam injuriæ quandam ſpeciem, ſi nudè & ſimpliciter

Mulier in repetenda dote omnibus mariti creditoribus etiam expreſſam anteriorem hypothecam habentibus præfertur, *l. aſſiduis. ult. C. qui pot. in pign.*

conſideretur,quod & fatetur Ant.Fab. 8.*conj.*11. Sed ſi conſideretur ex altera parte favor uxorum & dotium,cui publica quodammodo utilitas implicata eſt, *arg.l.*1.*ff.ſol.matrim.* facilè injuriæ illa ſpecies excuſatur,cum nec novum ſit,ut prætextu publicæ utilitatis in caſibus ſingularibus juri privato aliquando detrahatur, quod præter alia oſtenditur exemplo uſucapionis, quæ ſecluſà circumſtantiâ boni publici defendi nequit, quod rectè ex Molina *t.*1.*d.J.& J.diſp.*4. docet etiam Bachovius *vol.ad Tr.*1.*diſp.*1.*th.*2.*lit.B.* Non ergo hoc aſſertum cum Ant.Matth. *d.loc.th.ult.* referimus inter maculas,quibus abſterſis aſpectabile & viſu jucundum ſit immenſum Corpus noſtrum.

BLASPHEMUS qui fuerit, in eum ſolennis pœnitentia & pœna pecuniaria ſtatuitur, *c.*2.*X. d.maled.* Schulz in *Syn. Inſt. Imp. ad tit. d. publ. judic.lit.d.*

Conſultius erat Juri Canonico ab ultimo ſupplicio recedere. Vide Franciſcum Hotomannum in *bruto fulmine Sixti V. ſub. titul. Crimen impietatis multiplex,ac primùm de arrogata divinitate.* Manzium ad §.10. *I. d.R.D.* ubi in *num.*30. addit, Hodie (proh dolor) non modò impia vulgi Acatholici fæx blaſphemam ſuam linguam contra ſanctos Dei impunè relaxat,verùm etiam illi,qui quinti Evangelii præcones eſſe volunt,eos publicè pro concione convitiis, contumeliis,fœdis agnominibus proſcindunt & traducunt cum applauſu populi,conſenſu & autoritate magiſtratûs. Sed hos omnes judicabit aliquando ille, qui venturus eſt judicare ſeculum per ignem. An hoc ſit blaſphemiæ obloqui,an verò fovere blaſphemiam ecquis in reſpondendo animi pendeat?

Ultimum ſupplicium, *N.*77. *c.*1.*§.ult.* Vid. Rittershuſ. *libr. d. differ. jur. Civ.& Can.*6.*c.*9.

BONA à juribus ſunt ſeparata & diſtincta legimus, velut in *cap.*1.*verſ. contra natos.d. Schiſmat. in* 6.ibi, *bonis & juribus.Clem.* 1. *d. jurejur. circ.f.* ibi, *bona jura. Clem. paſtoralis. verſ. præhabitis. d. ſenten. & re jud.* ibi, *bonorum jurium. Clement.* 2. *in pr. & verſ. ut autem. d. relig. dom.* ibi, *bona,jura.*

Nulla eſt differentia, quia multa ſæpe in textibus, præſertim in conſtitutionibus Pontificum, non neceſſariò, ſed omnis dubitationis tollendæ gratiâ adjiciuntur, & quòd verbum bonorum aliquando ſtrictiſſimè accipitur. Ut autem ſpecialiter reſpondeatur, in *c.*1. Pontifex bonorum mobilium & immobilium,ſub quibus jura non contineri receptum eſt, fecerat mentionem: ad reliqua tria capitula vel clementinas; quòd ibi tractetur de privilegiis Eccleſiarum & regiæ dignitatis,ut proinde verbo generali jurium fuerit utendum: facit quòd in *d.clem.*2. ſeparatim etiam res nominantur, Bachov. *Vol.ad Treutl.*2.*diſp.*19.*th.*5.*lit.C.* Quantumvis nolim nomine Bachovii viſo nos omnino acquieſcere. Interdum tam ſubtiliter pro veritate ſtat,ut cum Caſparo Barlæo opinetur nates ſibi eſſe vitreas, quæ ſedendo rumpantur. Nemo tam delicatè progredi debet,ut reprehenſionem mereatur,*l.*137.§.2.*ff.d.V.O.*

Æquè in bonis noſtris adnumeratur, etiamſi quid eſt in actionibus, petitionibus,perſecutionibus. Nam hæc omnia in bonis noſtris eſſe videntur, *l.*49.*ff. d.V.S. l.*9. *ff. rem pup.ſalv.for.* Vid. Harpprecht. *ad pr. I.d.ſatisd.tut.vel cur.n.*7.

BONA delinquentium deferuntur ad fiſcum Eccleſiæ, *c.vergentis*, 10. *X. d. hæret.*

Præfertur *auth.* ad quam tamen notat Bocerus *c.*3. *d.regalib. n.* 72. eam per Irnerium,hominem privatum, per-

Graviter delinquentium bona relinquuntur hæredibus, *l.*19. *cum auth. idem C. d.hæret.& Manich.*

peram

peram deſcriptam eſſe ex *Nov.*134.*c.ult.* ubi de cognatis ex latere nihil agitur, ſed juſti tantùm liberi & parentes usque ad gradum tertium præferri jubentur. Hic ſemel eſt dicendum, quod pluribus in locis eſſet repetendum, in ſugillationem eorum, qui commune auxilium, etiam ubi non eſt neceſſarium, in emendationibus, transpoſitionibus, omiſſionibus, ſenſuum mutationibus aucupantur, nobis placere Bachovium in *errorem* 3. *decad.*79. *Ant. Fabri* in his verbis, Simus reverentiores Juris noſtri, quàm ut ſtatim aut ad emendandum aut potiùs corrumpendum textum proruamus: nec ſatis eſt emendationem commodam & tolerabilem eſſe, ſed oportet, ut nullam ſanam explicationem textus ferat, ut ad extrema iſta remedia, quaſi ad ferrum & ignem, confugiamus. Ceteroquin quivis facilè in hac re cerviculam jactaret.

auth. bona damnatorum. C. d.bon.damn.

BONA mobilia vindicari poſſunt eo in loco, ubi ſunt ſita, *gloſſ. ad c. ult. verb. poſſeſſorio. X. d. for.comp.*

Hanc diſcrepantiam intermediâ quaſi viâ ingreſſus Petrus de Bella pertica & poſt eum Cynus, Bartolus, Joh. Faber in *d.l. ult.* hoc diſtinctionis fœdere cõciliare conantur, ut ſi res mobilis in locum aliquem ſit delata eo animo, ut ibi ſit & maneat, idem juris obtineat in ipſa, quod circa rem immobilem eſt receptum, atque tum procedat ſententia gloſſæ: ſin autem non ſit eo animo illuc delata, ſed vel tranſitura, vel cuſtodiæ causâ ibidem reperiatur, juxta ſententiam Hugolini non poſſit eo loco vindicari, quam diſtinctionem probari contendunt per *l. debitor.*32. *ff. d. pign. & hyp. l. generali.* 32. §. *uxori. ff. d. uſu & uſufr. leg.* Sed relinquit Carpzovius in *proc.jud. tit.* 3. *art.* 3. *num.*12. cuique ſua cogitata, & inhæret præciſè opinioni gloſſæ, libero actoris arbitrio tribuens, num in loco rei ſitæ, vel foro domicilii res mobiles velit vindicare. Quàm & per totam ferè Germaniam in praxi atque uſu receptam atteſtantur Sichardus in *d. l. ult. in fin.* Vultejus in *l.*1.*n.*19.*eod.* nec fundamentis, quæ ibidem Carpzovius addit, ea deſtituitur.

Hugolinus, cujus ſenſa plerique deoſculantur, Paul. de Caſtro in *l. ult. C. ubi in rem act.* Tiraq. *d. jur. primog. q.* 48. *num.*7. Cothm. *reſp. jur. Acad.* 27. *num.* 145. forum actionis de re mobili ad domicilium poſſeſſionis reſtringit, ut ſi res ibi ſit, ubi poſſeſſor domiciliũ habet, is de ea re ibi conveniatur, non quòd ibi res ſit, ſed quòd poſſeſſor domicilium ibidem habeat.

BONUS non præſumitur, *c.*1.*X.d.reſcript.*

Nulla eſt differentia, Nam utrumque jus aliquem in dubio bonum præſumit: Vid. Harpprechtum *ad* §.4.*I.d.publ.judic.num.* 64. non verò ſi palam ſit actum eſſe vel licitum vel illicitum. In actu licito præſumitur bonus; ſecus eſt in illicito, qualis eſt actus *d.c.*1. Sic in injuria hæc excuſatio non admittitur, quod per jocum quid dictum vel factum ſit. Joco enim non præſumitur illata injuria, quando aliquid injurioſum in aliquem fuerit dictum vel factum. Itaque tunc neceſſum habet aliquis probare, ſe joco id dixiſſe vel feciſſe, Maſcard. *concluſ.*902.*num.*7.& 9. quia omne verbum injurioſum animo injuriandi prolatum præſumitur, niſi contrarium probetur, *l ſi non convitii. C.d.injur.* Manzius ad §.1. *I. d. Injur.num.*35. Deinde in *d.l.*29. non proponitur maritus bonus, ſed qui in uxo-

Bonus præſumitur, *l.*51.*ff. pro ſoc. l. quoties.* 18. §. *qui dolo ff.d.probat.* adeo ut bonus præſumatur maritus in *l.*29.§.4.*ff. ad L. Jul. d. adult.* qui patitur uxorẽ ſuam delinquere non ob quæſtum, ſed ob negligentiam, vel culpam, vel quandam patientiam, vel minimam credulitatem, Vid. De-

re ſua non exerceat lenocinium. Ceterùm, quibus talis eſt negligentia, ii non magis ſapere poſſunt, quàm bene olere, qui in culina habitant: quibus talis eſt culpa, ut per caliginem non videant, quæ ſunt manifeſta; ii porro cæcutiant: quibus talis eſt patientia, ut admittant mellitos verborum globulos, & omnia dicta factaque ſeſamo exotico ac papavere ſparſa, quaſi intra ſe contineantur, nec pudorem ultra ſolicitent aut extorqueant, ii laudando augeant malitiam: quibus denique nimia hæc credulitas, ut putent eſſe urbanitatis oſcula bonâ fide exigere, uxorem arctiſſimo alligare complexu; ne attingam manus, quas lactentibus papillis implent: illud denique unum, in quo omnia vota conjunguntur, iis ſera nimis erit querela, quam premant. Tardiùs apud Lucilium evigilavit Capius, qui roſtro ſeu naſo ſtertebat, & ſomnum in menſa ſimulabat, ut rivali uxoris ſuæ morem gereret, Vid. *diſp. d. fidejuſſ. ſub meo præſidio habitam ſect. 5. lit. b.* Camillum Borellum in *Petri Bellugæ ſpec. Principum rubr. 12 lit. p.*

cium ad *l. 15. C. d. teſtam. mil. num. ult.*

C.

CALUMNIÆ juramentũ etiam habet locum in cauſa criminali, ut notat gl. in *c. 1. X. d. juram. calumn.* Rittershuſius *libr. d. diff. jur. Civ. & Can. 5. c. 18.*

Non video differentiam, & concedit ipſe Rittershuſius *d. c. 1.* non agere in ſpecie de juraměto calumniæ, ſed in genere de quovis jurejurãdo, quod Clericus, cujuſcunque ordinis, ſubire non cogatur. Ita non neceſſum fuiſſet Rittershuſio reſpondere. ad *l. 1. 2. C. d. jurejur. propt. cal. dand. l. ult. C. d. fid. inſtr. N. 124.*

Quoad actorem ſufficit ei ſubſcriptio in crimen, de qua in *l. 7. in pr. ff. d. accuſ.* Quoad reum accuſatum, ei licet qualiter qualiter ſanguinem ſuũ redimere, *l. 1. ff. d. bon. eor. qui ant. ſent.*

CALUMNIÆ juramentum hodie per procuratorem præſtari poſſe res expedita eſt, *d. c. fin. in 6.*

Præfertur jus Canonicum. Sic juramenta hujusmodi per procuratores in animam rei principalis in Camera præſtantur. Sed ad hoc non ſufficit generale mandatum, Gail. *libr. 1. obſ. 83. n. 2.* Vid. Weſenbecium in *paratitl. C. d. jurejur. propt. cal. dand. num. 6. ſub fin. verſ. contra tamen uſu receptum eſt.* Schultz in *Syn. Inſt. Imper. ad tit. d. pæn. tem. litig. lit. b.* De Syndico in cauſa univerſitatis & Abbate in cauſa monaſterii agit Rittershuſ. *libr. d. diff. jur. Civ. & Can. 5. c. 18.* Joach. Haſſæus in *ſesquicent. differ. jur. Civ. & Can. th. 43. 44. diſſ. Baſil. tom. 7.* De fiſci procuratore Arnoldus de Reyger in *proc. jud. diſp. 5. th. 8.*

Nullibi hoc in jure Civili eſt diſpoſitum, Perezius *ad. d. C. tit. n. 6.*

CALUMNIÆ juramentum in primo litis exordio omitti poteſt, cum hujusmodi præſtari juramenta ab initio de ſubſtantia ordinis Judiciarii non exiſtat, *d. c. 1. h. t. in 6.*

Faciliùs omitti poteſt jure Canonico, quia ſuperſunt juramentum malitiæ & dandorum reſponſorum. Gailii diſtinctio *libr. 1. obſ. 84. n. 1.* quâ diſtinguit inter juramentum non exactum &

Omitti non poteſt, ne forſitan quidam colluſione aliquâ utentes remittere videantur hoc ſacramentum, & ex diſſimulatione ſanctionem deludant. Ratio ratio-

in 6. Vid. diff. in qua *calumniæ juramentum.*

Non o. quòd hoc juramentum ſit de ſubſtantia judicii. Reſp. Hoc referendum eſt ad exigendi facultatem; non ad neceſſitatem præſtationis, ſi exactum non fuerit.

& ſic tacitè remiſſum, & inter remiſſionem, quæ partium conſenſu exprimitur, heic adhiberi non poteſt, quia hoc quæritur, An ullo modo calumniæ juramentum omitti queat? Vid. Arnold. de Reyger in *proc. jud. diſp. 5. th. 6.*

nis eſt non in commodo privatorum, ſed in communi utilitate, *l. 2. §. 4. C. h. t.* In Camera licet in prima vel ſecunda inſtantia juramentum calumniæ à parte exactum, ſed præſtitum non ſit, attamen proceſſus ob id non annulatur, ſed eo non obſtante in cauſa principali pronunciatur: maximè eo caſu, quo pars, quæ tale juramentum exegit, Judice ad ulteriora procedente, non appellavit, ſed cauſam ad concluſionem usque proſecuta eſt, Gail. *d. obſ. n. 4.*

CALUMNIÆ juramentum in ſpiritualibus cauſis remittitur, *c. 1. in fin. d. juram. calum. in 6.* quia tales cauſæ non legum civilium diſtinctione, ſed ex canonum æquitate finem debitum ſortiuntur.

Non diſtinguit *auth. hoc ſacr. C. d. jur. propt. cal. d.*

Wiſſenbachius in *contrad. jur. Can. 32.* & hic contradictionem notat. Sichardus ad *d. tit. C. d. jurej. propt. calumn. dand. n. 6.* diſtinguit, Antiquitus in cauſis ſpiritualibus illud non præſtari ſolitum, ſed pro eo fuiſſe præſtitum juramentum de veritate dicenda: quod tamen hodie eſt immutatum, *d. c. 1. & ibi gl.* unde officiales cauti, cum agitur de cauſis beneficiorum, Simoniæ & aliis ſpiritualibus, ſolent ſimul proponere partibus juramentum calumniæ & de veritate dicenda. Adhæc in quibusdam cauſis ob reverentiam remitti juramentum calumniæ hoc non arguit differentiam juris Civilis à Canonico. Sic & Martianus Imp. in *l. 25. C. d. Epiſc. & Cleric.* Clericis Conſtantinopolitanis hoc juramentum remiſit. Vide Hiltropff in *proc. Judic. part. 3. tit. 2. qui jurent de calumnia. num. 9. 10. & in quib. cauſ. jur. de calumn. num. 2.* Rittershuſium *lib. d. differ. jur. Civ. & Can. 5. c. 18.* Non etiam arguunt differentiam locorum aliquorum mores, ſecundùm quos calumniæ juramentum remittitur, & ratio eſt ex Socino in *c. ceterum. num. 8. X. d. juram. cal.* Cum hac noſtra ætate magis de calumnia committenda, quàm evitanda jurent litigantes, tantaque levitate & facilitate hoc juramentum tam à partibus, quàm earum procuratoribus præſtetur; ut magis more recepto, quàm judicio certo proferatur, conſultiùs videtur propter anceps perjurii periculum illud omitti. Ratio tamen rationis deſumi poteſt ex jure Civili partim arg. *l. 2. C. d. indict. vid. toll.* partim ex jure Canonico in *d. c. ceterum.* cui convenit novis morbis nova præparari antidota.

CALUMNIÆ juramentum ita ſe habet, ut ei accedat juramentum malitiæ & de veritate dicenda ſive dandorum reſponſorum, Vid. Carpzov. in *proceſſ. judic. tit.*

Præter calumniæ juramentum eſt nullum, *d. auth. hoc ſacramentum.*

Juſta eſt animadverſio Juris Canonici, & quodammodo revocatio ejus, quod ante *auth. hoc ſacramentum* obtinebat, quia cùm non ſufficiat generale juramentum de calumnia, Pragmatici alia juramenta introduxerunt, veluti malitiæ & de veritate dicenda: hoc autem una cum juramento calumniæ frequenter præſtatur, *d. c. 1. in f. h. t. in* 6. magnamque cum eo

12. artic. 1. num. 4. & ſeqq. affinitatem habet, niſi quòd iſtud credulitatis ſit, illud verò veritatis, & poſſit repeti circa omnes articulos, quod non fit in juramento calumniæ, Sichard. *ad h. C. tit. n. 7.* Juramentum verò malitiæ etiam, quoties Judici æquum viſum fuerit, præſtatur, ſi præſumptio eſt contra aliquem, quòd malitioſè aliquid proponat, *d. c. & ult. eod. in 6.* pœna nolentis jurare de malitia eſſe videtur, ut pro confeſſo habeatur, *c. fin. d. confeſſ. in 6.* quanquam alii pœnam hanc arbitrariam ſive extraordinariam eſſe exiſtiment. Gail. *lib. 1. obſ. 87.* Ratio eadem militat, quæ in diff. in qua *Calumniæ juramentum in ſpiritualibus.* ut coërceantur calumniantes, ſimiles calvis mimis, quos qui per capillos capiebant, fruſtrabantur ac decipiebantur, Vid. Non. Marcell. *d. propr. ſerm c. 1.* Non obſt. huic differentiæ, quod idem videatur juramentum calumniæ & malitiæ, nam calumnia malitia eſt nimis callida & malitioſa interpretatio. Reſpondet Cujacius ad *c. pen. X. d. juram. calumn.* Juſjurandum calumniæ & juſjurandum malitiæ diſcretionis causâ ita appellari, quòd juſjurandum calumniæ ſit de lite inſtituta calumnioſè, aut quam veremur, ne inſtituatur vel ſuſcipiatur calumnioſè: juſjurandum autem malitiæ eſt de alia quacunque calumnia.

CALUMNIÆ juramentum licèt præſtitum ſit, tamen in omnibus cauſis tam ante, quàm poſt litis conteſtationẽ, à partibus litigantibus malitiæ juramentũ exigi poteſt, ut hujus juriſjurandi religione à malitioſis contentionibus abſtineant, *c. 2. d. jur. cal. in 6.*

Vid. differentiam, in qua *Calumniæ juramentum ita ſe habet, ut ei accedat juramentum malitiæ, &c.* Vid. Frantzkium *ad tit. ff. d. jurejur. num. 59. & ſeqq.* & Hiltropff *part. 3. tit. 2. quand. jur. de cal. num. 6.* ubi adducitur ordin. Cameræ *tit. 13. part. 3.* §. dergleichen/ in quo juramentum calumniæ quandocunque exactum præſtandum eſt. Ungebaur ad *d. tit. X. num. 19.*

Poſtquam generale juramentum de calumnia ſemel in totam litem præſtitum, non poteſt ulteriùs juramentum malitiæ à partibus exigi, *d. auth. hoc ſacramentum.*

CALUMNIÆ juramentum præſtiturus, id præſtet jejunus *c. honeſtum. 22. q. 5.*

Præfertur jus Civile, & jus Canonicum ſatis jejunè, aut in gratiam egenorum, quibus jejunium eſt frequens, hoc induxit. Et verò ſi jejunus ſtomachus in jurante de calumnia requireretur, ille, qui cauſæ ſuæ diffideret, ne adigeretur ad juramentum, ſemper in ore cibum haberet. Forſan jus Canonicum id, quod honeſtum eſt, opponit ei, quod eſt neceſſarium: non, ut vult gl. in *lit. g.* ei, quod eſt juſtum. Sic in *c. quando. diſt. 44.* qui volunt panem cum charitate frangere; in domo fratris ſui ſimul cum fratribus frangant: & ſinguli ſingulum bibere faciant (*ne vox ſiccis faucibus adhæreſcat*) & maximè ultra tertiam vicem poculum (*licet capaciſſimum, quod tribus in gynæceo aviis abunde eſſet*) non contingant. Tale jejunium Antoninus in *Diana Panormitani in voc. jejunium. n. 16.* indulget, cui vini potus, etiam immoderatus, non violat jejunium. Quum locus hic moneat, explorandum, Num etiam jus Civile jejuniorum curam egerit? Reſpondet *l. 6. C. d. feriis.* in qua quadraginta diebus, qui auſpicio ceremoniarum paſchale tempus ancipitant, omnis cognitio inhibetur criminalium quæſtionum. Reſpondemus & nos cum Wiſſenbachio ad *d. C. tit. d. feriis.* Quadraginta dierum obſervationem, de qua in *d. l. 6.* ſive jejunium quadrageſimale Eccleſiæ Romanæ, i. e. ſuperſtitioſum ciborum delectum, conjunctum cum opinionibus & cultûs divini per ſe, & neceſſitatis abſolutæ, & meriti vel ſatisfactionis, quotannis certo tempore poſt prolixam & effrænem Saturnaliorum licentiam inſtitutum improbari & damnari. Probari contra religioſum

Ab omnibus etiam non jejunis exigi poteſt.

jejunium,

Digitized by Google

jejunium, i.e. abſtinentiam voluntariam à cibo & potu & deliciis omnibus, ad certum tempus ſuſceptam, & cum pœnitentia, afflictione animæ, precibus, humiliatione ſingulari conjunctam, ad macerandam carnem, ſubigendum animum, excitandas preces, caſtigationibus & judiciis divinis vel avertendis vel mitigandis.

CANONES non adeo ſibi conſtant, ut contra eos conſuetudo induci non poſſit, *Clem. fin. d. ætat. & qual. præfic.* ubi antiquis juribus præfertur conſuetudo generalis. Sic in *c. 3. d. conſuet. in 6.* probatur conſuetudo, quâ Epiſcopus ſolus ſibi uſurpat poteſtatem advertendi in delinquentes, cum tamen jure communi requiratur conſenſus capituli, *c. 2. X. d. his, quæ fiant à maj. part. cap.*

Non o. *diſt.* 11. quæ non admittit conſuetudinem contra canones, nam vel intelligenda de ea, quæ non eſt rationabilis, & non præſcripta juxta *cap. fin. X. h. t.* Vel de ea, quæ eſt contra jus naturæ ſeu divinum.

Non o. *can. inſtitutionis. 25. q. 2.* Nam loquitur de inferioribus expreſsè derogantibus, aut contravenientibus juri communi, quod gravius eſt: minùs enim delinquitur à populo tacitè inducente contrariam conſuetudinem, quàm expreſsè legi non parente, quæ res conjunctam habet contumaciam

Nulla eſt differentia, quia *l. 2.* ita intelligenda eſt, non vincere rationem aut legem, i.e. non vincere legiſlatoris autoritatem, quin poſſit lege novâ, lege certiori & æquiori, ſuâque ratione ſtabilitâ priorem conſuetudinem tollere & abrogare. Sic in *c. quanto. 3. X. d. magiſtr.* non vincit rationem illa conſuetudo, quæ à cupiditatis ratione proceſſit & decorem eccleſiaſticæ honeſtatis confudit. Sic non procedit illa abrogatio, quæ eſt aut temeraria, aut omitti poteſt. Poſitas leges, inquit Auguſtus Imperator, conſtanter ſervate, nec ullam earum mutate: nam quæ in ſuo ſtatu eademque manent, etſi deteriora ſunt, tamen utiliora ſunt Reipubl. his, quæ per innovationem vel meliora inducuntur. Non convaleſcit planta, quæ ſæpius transfertur, & vileſcit Princeps, qui ſic vacillat, fœdaque inconſtantia, quæ juſſerat, vetat, quæ vetuerat, jubet. Etiam in minimis rebus omnia antiquæ conſuetudinis momenta ſervanda ſunt, Th. Frantz. in *oratione, pro Carolo Magno, primo Feudorum autore in Italia.*

Conſuetudinis uſûsq; longævi non eſt vilis autoritas, verùm non adeò ſui valitura momento, ut aut rationem vincat aut legem, *l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.*

CANONICÆ conſtitutiones non ſolùm futuris dant formam negotiis, ſed etiam ad facta præterita revocantur, *c. cum tu. X. d. Vſur.*

Nulla eſt differentia, *c. cognoſcentes. 2. c. fin. X. d. conſtit. c. ante trienniū. diſt. 31. c. propoſuiſti. diſt. 82.* ſi hæc loca conferantur cum appendice *d. l. 7.* Niſi nominatim & de præterito tempore & adhuc pendentibus negotiis cautum ſit, ut in *l. un §. fin. C. d. contr. Jud. l. 21. in f. C. d. SS. Eccl.* Huc reſpicit gl. ad *d. c. ult.* quòd conſtitutio juris naturalis, qualis ibi erat, reſpiciat quoque præterita: & quod vulgò obſervatur juxta dictam appendicem, ſi dicatur in ipſa conſtitutione, quòd reſpiciat quoque præterita. Vel, Quòd conſtitutio juris naturalis declarativa extendatur ad præterita, quia ille, qui declarat, nihil de novo inducit.

Secus eſt in jure Civili, *l. 7. C. d. LL.*

CANONICI Juris cauſa efficiens eſt Pontifex Romanus, Concilia & Patres, Lancell. *c.* 3. *Inſt. jur. Can.*

Hanc differentiam introducit Emericus à Rosbach in *compar. jur. Civ. & Can. in ſummar. num.* 6. Verùm differentias non indagamus in jure conſtituendo, ſed conſtituto. 2. ab eodem autore ſi argumentari liceret ad eandem rem, actiones Publiciana & Reſciſſoria, quæ eundem habent autorem, *l.* 35. *ff. d. O. & A.* eadem forent actio. Idem Emericus à Rosbach *d. loc num.* 7. & *ſeqq.* vult hæc duo jura differre ratione objecti ſeu materiæ: quum tamen differentias etiam non indagemus in diverſis objectis ſeu materiis, ſed in collatione ejusdem rei ad eandem rem. Denique *n.* 10. & *ſeqq.* vult hæc duo jura differre ratione finis ſeu effectûs. Sed & hæc vel nulla vel generalis eſt differentia. An autem jus Canonicum hunc finem, felicitatem & ſalutem æternam dirigere, ſemper intendat: hunc effectum, omnes ad obedientiam vel ad pœnam obligare, præ jure Civili conſequatur, ex ipſis differentiis fit liquidum.

Civilis cauſa efficiens eſt populus, vel magiſtratus civilis ſeu politicus, penes quem eſt juris condendi poteſtas, *l.* 7. & *l.* 9. *ff. d. J. & J. l. ult. ff. d. O. J. l.* 1. & 2. *ff. d. LL. l.* 1. *d. Conſt. Princ.*

CANONICUM Jus prævalet Civili, ſi de rebus Theologicis præcipiat, Rennemannus, *diſp. d. princ. Jurispr.* 17. *th.* 2. *lit. b. membr.* 1.

Rennemanno *d. loc.* differentia hæc videtur ſuperflua, quia ſi de rebus Theologicis quid præcipiat jus Canonicum, quod cum Sacræ Scripturæ præceptis congruit, illud amplecti debemus, non equidem eò, quòd in Canonicis decretis propoſitum, ſed quia in S. Scriptura nobis à Deo eſt præceptum, atque ideo in decretis Pontificum ſupervacuè eſt cautum. Et hoc eſt, quod volunt jus Canonicum non valere ex authoritate Pontificis, quam nullam habet, ſed ex conſuetudine quadam, & quatenus juri divino ac rectæ rationi non repugnat. Non tamen differentia hæc eſt ſuperflua, quoniam ea, quæ in Canonicis decretis proponuntur, ſunt trium generum. Vel in Sacra Scriptura ſunt præcepta: vel vetita: vel nec præcepta nec vetita, ſed cum Sacra Scriptura conveniunt, aut ei quàm proximè accedunt. Quod in *Nov.* 83. *c.* 1. non dedignentur Leges ſacras & divinas regulas ſequi: & in *l.* 45. *C. d. Epiſc. & Cler.* ſacri canones non minùs quàm leges valeant, hoc explicat *Nov.* 131. *c.* 1. in qua vicem legum obtinent Sanctæ Eccleſiaſticæ regulæ, quæ à Sanctis quatuor Conciliis expoſitæ ſunt aut firmatæ. Deinde qui Sanctæ Eccleſiaſticæ Regulæ vicem legum obtineant, Vid. differentiam, in qua *Uſurarum crimen.* Tandem utriusque Juris Canonici & Civilis mixtura Doctores exhibere poteſt ejus, quod ſcire oportet, ſapientiâ eximios. Adhibeamus heic in exemplum Carolum Molinæum & Bartolum, utriusque Juris Præſtantiſſimos, de quibus Wiſſenbachius in *C. d. advoc. diverſ. judicior. th.* 1. Quum enim exæquaſſet milites Togatos & armatos, quorum hi exercitibus tueantur Rempublicam, illi exercitationibus: hi ferramentis, illi argumentis: hi miſſilibus, illi conſiliis: hi haſtâ, illi aſtu, documentum ejus ſupponit Carolum Molinæum, cujus invictus calamus Eccleſiæ ſimul ac regni Gallici libertatem validiùs aſſeruit, quàm ingentes militum copiæ. Eum enim Momorantius, magnus Equitum magiſter, Henrico II. Regi commendaturus, En tibi Rex, inquit, hominem, qui quod triginta bellatorum millibus perficere non potuiſti, ut Julium Pontificem placatum haberes, uno in publicum edito libello effectum dedit. Et quid mentis, quid animi habuiſſe putabimus Carolum IV. Imperato-

Si Jus Canonicum politicas decernat res, Pontifex jurisdictionis ſuæ limites transgreditur, Vid. differentiam, in qua *Eccleſiæ ita ſe habent.* & differentiam, in qua *Papa eſt ſucceſſor Petri.*

peratorem, cum Bartolo (ipſo hoc teſtante in *tract.d.Inſign.*) Peruſino Juriſconſulto, leonem purpureum bifidâ caudâ in area inaurata ferocientem indulgeret?

CAPITIS diminutionis genera non habentur, ut nec de conſuetudine Germaniæ, quæ veros ſervos nunquam habuit, uſu recepta ſunt: maximè hodie inter Chriſtianos, ubi ſervitus antiqua jamdudũ ubiq; ſublata eſt, eoque noviſſimo jure ex ſupplicio ſervus pœnæ nemo amplius reddatur, *Nov.22.*

Emericus à Rosbach in *theſaur.rec. differ. jur. Civ. & Can. libr.* 1. *tit.*1. *num.*11. notat hanc differentiam, verùm eas capitis diminutiones jus Canonicum non improbat, licet ſui fori deciſionibus non applicet. Quid conſuetudine Germaniæ & hodie inter Chriſtianos ſit abrogatum excutere noſtra non intereſt. Quoad ſervitutem, quantumvis ex ſupplicio pœnæ ſervus nemo fiat, non tamen omnis ſublata eſt ſervitus: nam & captivitas, quæ prima ſervitutis fuit origo, ſervos facit, licet captivitate matrimonium ſtatim & ſimpliciter non ſolvatur: quod Juſtinianus voluit, veritus fortaſſis, ne hac ſpe multi non inviti ab hoſtibus facilè caperentur, vel etiam affectarent captivitatem, Matth.Steph.ad *d.Nov.22.num.*35.

Capitis diminutionis tria genera habentur, maxima, media, minima. Tria enim ſunt, quæ habemus, libertatem, civitatem, familiam. Igitur cum omnia hæc amittimus, i.e. libertatem, civitatem & familiam, maxima eſt capitis diminutio: cum verò amittitur civitas, & libertas retinetur, eſt media capitis diminutio: cum & libertas & civitas retinetur, familia tantùm mutatur, minimam eſſe capitis diminutionem conſtat, *l. ult.ff.d.cap.min.*

CARCER eſt pœna, *c.quamvis.d. pœn. in 6. c. ſi Clericos.*15. *d. ſentent.exc.in 6.* Vid. Harpprechtum *ad* §.1.*I. d.injur.n.*16. Emericum à Rosbach in *theſ. rec.diff.jur.Civ.& Can.libr.* 3.*tit.*30.

Nulla eſt differentia, Nã in *c. quamvis.* eſt ratio ſpecialis, quâ Judex Eccleſiaſticus non poteſt aliquem condemnare ad mortem, ideoque loco illius pœnæ poterit condemnare ad perpetuos carceres, vel ad certum tempus, gl.ad *d.c.* Hinc colligunt aliam differentiam, quòd jure Canonico, quod mores ſequuntur hodierni, carcer ſit perpetuus, *c.ut commiſſi.*12.*d.hæretic.in* 6. quod jure Civili partim eſt incredibile, partim mandatis principalibus prohibetur, *l. 6. C. d. pœn. l. 35. ff. eod.* Sed ex priori ratione etiam perpetui hujus carceris ratio eſt ſpecialis. Nunc exploremus fundamen juris Canonici. In *c. ſi clericos.* aliud eſt carcerem eſſe pœnam, aliud in carcere quem debitâ pœnâ caſtigari, Vid. Taborem in *theſaur.loc.comm.Jprud.ex axiom.Barboſ.l.3.c.7.axiom.*1. Deniq; poteſt intelligi in ſenſu comparato, ſic plus pœnæ ineſt carceri, quàm cuſtodiæ, quatenus cum Joach.à Beuſt ad *l. admonendi. n.*1082. cuſtodia non niſi impropriè pro carcere accipitur, & carcer magis eſt odioſus quàm cuſtodia. Quod notandum eſt pro illis, ſo auff dem Rathhauſe oder in der Herberge beſtricket werden, i.e. qui in curia aut hoſpitio obſtringuntur, ut quotidie accidere ſolet.

Carcer ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet, *l.* 8. §. 9. *ff. d. pœn.* Exceptio, quam quærunt in *l.* 1.§.*ult.ff.d.aleat.* nulla eſt.

CASTRATIO permiſſa eſt, ut ſi quis in cu-

Nulla eſt differentia: caſtratio enim non eſt permiſſa, niſi caſtratio-

Nemo liberum ſervumve, invitum ſinen-

nabulis ſectus fuerit, ſi quis fecerit ſibi virilia amputari: ſi ſentiens lepræ periculum, *c. 3. 4. 5. X. d. corp. vit. ord. vel non.*

nis cauſa ſit ſperata in caſtrato ſanitas, aut ſubſit caſtrati culpa, ut ſi quis deprehenſi in adulterio virilia amputet, aut caſtrati majus ſit pretium. Sic apud Quintilianum 5.*c.*12. Mancipiorum negotiatores formæ puerorum virilitate exciſâ lenocinantur. Vid. *l.*27.§ 28. *ad l. Aquil.* & ad eam Dion. Gothofredus *lit. n.* Deinde poteſt eſſe caſtratio non permiſſa, non tamen caſtratus meretur pœnã, ut ſi caſtrati voluntas vel non acceſſerit, vel accedere non potuerit. Vide Covarruv. *tom.*1.*relect. clem. ſi furioſus. d. homic. part.*1.*d. irregularitate. n.*6.*libr.*1.*var. reſol. c.*2.*n.*8. *& libr.*2.*c.*1.*num.*11. Tiraquellum in *tract. d. nobilit. c.*31. *num.*475. *& num.*520. Gothofredum ad *d. l.* 4. Non obſt. quòd caſtratio inconceſſæ veneris ſit remedium, nam utrumque jus dicit, mala admittenda non eſſe, ut inde ſequantur bona, *can. fortè.* 3. *cauſ.*14. *q.*5. *can. ſic non ſunt.*10. *cauſ.*32. *q.*4. *can. fin.*32. *q.*8. *c. ſuper eo. X. d. Uſur. c.*3. *& ibi gl. X. ne Cler. vel mon.* ſed diffugiendum quod malum eſt, muniendum verò undique quod melius, ut loquitur Juſtinianus in *N.*89. *in p. & c.*7. Vid Taborem in *theſaur. loc. comm. Juriſpr. ex axiom. Auguſt. Barboſæ libr.*2.*c.*19.*num.*9.

temve, caſtrare debet: neve quis ſe ſponte caſtrandum præbere debet. Ac ſi quis adverſùs edictum meum fecerit, Medico quidem, qui exciderit, capitale erit: item ipſi, qui ſe ſponte excidendum præbuit, *l.* 4. *in fin.* §. *ff. ad l. Corn. d. Sic.* Vid. Gudelinum in *comment. d. jur. noviſſ. lib.*5.*c.*17. Wiſſenbachium ad *tit. C. d. Eunuch.*

CAUSÂ plus petere non licet, *c. un. X. d. plus petit.*

Ut eò faciliùs pateſcat differentię alicujus certitudo vel dubietas. 1. videndum quid ſit illud, de quo quæritur. 2. idem in ſuis terminis eſt proponendum. Illud, de quo quæritur, eſt quid ſit causâ plus petere. Causâ plus petit, qui in debito alternativo electionem, quæ eſt debitoris, *l.*10.§.*ult. ff. d. jur. dot.* debitori adimit, & alterutrum debitum pro lubitu petit. An autem hanc licentiam, quâ causâ plus petamus, in ſuis terminis propoſuerit jus Civile valde eſt ambiguum. Quoad objectas leges enim, illæ intelligendæ ſunt in ſenſu electivo, ita ut debitori ſalva eligendi facultas relinquatur. Ad §.35. reſpondetur. 1. ex alia cauſa quid fuiſſe petitum, ſed non plus causâ. 2. fuit petitum, quod omnino non debebatur. 3. proponitur errans, cui in eodem judicio errorem ſuum corrigere permittitur.

Plus petere licet, quia in obligatione generis quęlibet ſpecies eſt in obligatione. *l.* 66. §. 3. *d. leg.* 2. *l. ſi optio.* 3. *D. qui & à quib. manum.* Deinde in §. 35. *I. d. action.* aliud pro alio petere licet.

CEDENDI licentiam qui cum inſtantia poſtularunt, ad cedendũ ſunt compellendi, *c. quidam.*12. *X. d. renunciat.*

Nulla eſt differentia, Nam 1. jus Canonicum non diſtinguit inter rem integram & non integram. 2. Alia eſt ceſſio beneficii Eccleſiaſtici, quod non eſt in bonis noſtris: alia eſt ceſſio bonorum inſtituta ab eo, qui non habet, unde ſolvat. Si autem aliqua eſſet ſtatuenda differentia, præferendum cum Rittershuſio *libr. d. diff. jur. Civ. & Can.*7.*c.*5. jus Canonicum, quia qui ſemel petiit cedendi licentiam, & obtinuit, is procul dubio vel Eccleſiæ, cui præeſt, commoda, vel ſuam ſalutem ante oculos habuit. Cum autem mutat conſilium, videtur id vel ex levitate aliqua ſua facere, vel ſuaſionibus inductus aliorum, quæ ſua ſunt, quærentium, non quæ Chriſti.

Poteſt is, qui ſemel bonis ceſſit, revocare illam, quamdiu res eſt integra, nec præjudicat ipſi ceſſio ſemel facta vel tentata, *l. is qui.* 3. *ff. d. ceſſ. bon.*

CEDENS

Cedens bonis, ſi ad pinguiorem fortunam devenerit, debita perſolvat, *c. Odoardus.3. X. d. ſolution.* de quo Heringius *c.d.fidejuſſor.5.num* 85.

Non video, quæ in his duobus textibus quæratur differentia, nam poſt ceſſionem bonorum manet obligatio, quæ vi ceſſionis bonorum conſtringit, ad quid? ad id, quod pinguior fortuna ſubminiſtrat. Vel utroque jure pinguior fortuna ſolidum non ſemper ſolvit, alioqui qui ſemel ceſſit bonis, non iterum cedere poſſet. Vid. Hering. *d.c.5.num.*128. ſed non ante liberat, quàm ſolidum ſolvatur. Atqui videtur bonis cedens omnino non teneri, quia cedens vice ſolutionis ſuas patitur pœnas, de quibus Mevius *in diſcuſſ.lev.inop.c.4.n.*103. Carpzov. in *aſyl.debit. c.2. poſ.43. num.66. & ſeq.* nam cogebatur debitor ritu ignominioſo nudatus publico ſaxo inſidere, aut etiam poſteriora remotis femoralibus ad illud percutere, & proclamare Bonis Cedo, eo ipſo ſignificans cum ſuis ſimilibus quaſi per podicem bonis turpiter egeſtis digni ſint, qui ſe ipſos prodant, culpâque ſuâ obæratos ſe etiam cum ignominia teſtentur, Hering. *c. d. fidejuſſ.19. n[illegible]*102. Vel cogebatur in foro ſedere plebeque circumſtante in os corbem accipere: quibusdam in locis in publicum traducebatur, grege puerorum concomitante, qui inane marſupium geſtabant. Reſpondeo Pœnam non liberare à ſolutione ejus, quod debetur, alioquin ſequeretur hoc abſurdum, actionem furti tollere condictionem furtivam. 2. pœna non eſt vice ſolutionis, ſed afficit ſui irrogatione eum, qui ſolvere non poteſt. Non o. quòd L.12. Tabb. dura obæratorum fuerit conditio, dum eos in nervum & compedes ducere, venum exponere, aut ſi plures eſſent creditores, quibus debebant, addictione factâ in partes corpora ſecare & partiri liceret, Vid. Rittershuſ. ad *l.12. Tabb.claſſ.3.c.*11. Gell. *libr.N.A.*20.*c.*1. Cujac.3.*obſ.*39. Reſpondet Mevius ad *jus Lubecenſe libr.1.tit.3.art.1.num.*4.5. Poſterius hoc de diſſectione corporis debitoris nunquam in uſum pervenit, ſed publico conſenſu eraſum eſt, uti ait Tertullianus in *apologet.c.*4. Prius etiam, ut ob æs alienum liberi homines in libera Republica ſervirent, luctuoſum & invidioſum fuit, *l.12. C.d. O. & A.* In univerſum ſubſumit Heringius *d.c.d.fidejuſſor.*19.*num.*102. Quòd hodie ceſſent & ceſſare debeant omnes modi introducti vel conſuetudine locorum, vel aliquâ obſervantiâ, quibus debitor bonis cedendo cogitur facere aliquid vituperabile. Crediderim ego, coactos fuiſſe eos, qui non erant ſolvendo: non eos, qui bonis cedebant. Innuit hoc Mevius *d.num.*5. Tandem inquit, L. Julia adverſùs carceris & corporis afflictiones remedium ceſſionis bonorum ſuſcitavit, quâ debitor vincula, ſervitutem, carcerem, infamiam effugere poteſt.

Qui cedit bonis, is, ſi ad pinguiorem fortunam devenerit, poteſt conveniri denuo, ſed non niſi quatenus facere poteſt, *l.4. in pr. ff. d. ceſſ. bon.*

Cedere non poteſt debitor ex L. Aquilia, qui propter inopiam damnum, quod dedit alii, reſarcire non poteſt, *c. finem.5. X. d.dol.& contum.* ubi condemnatus ad expenſas propter exceptionem temere & litis differendæ gratiâ objectam arbitrio Judicis punitur,

Certè, tametſi plerique contradicant, veriùs eſt pœnam, quæ non merè eſt pœna, ſed reſpectu creditoris eſt rei perſecutio, & ei damni illati loco addicitur, non eſſe ob delinquentis inopiam in corporalem mutandã, adeoque in ea ceſſionem locũ habere poſſe, Panormitan. in *c. Odoardus. X. d. ſolut.* Co-

Debitor ex L. Aquilia, qui propter inopiam damnum, quod dedit alii, reſarcire non poteſt, ad ceſſionem admittitur. Hæc quæſtio plana erat & expedita, ſi cognoverimus, utrùm in pœna, quæ reſpectu debitoris tantùm eſt pœna, reſpectu autem creditoris rei ſi ſol-

ſi ſolvendo non ſit. Hinc colligi poſſe videtur, ceſſionem admittendá non eſſe in pœna, quæ non merè & propriè pœna eſt, ſed tantùm ſatisfactionem, æſtimationemque damni alteri illati reſpicit.

varruvias *libr. var. reſ.* 2. *c.* 1. *n.* 8. *ad finem.* Hanc non parū juvat ſententiam regula generalis, quòd cuivis creditori bonis cedere liceat, niſi prohibeatur. Atqui nullâ lege bonis cedere prohibetur ille, qui non ad meram pœnam, ſed talem, quæ ex parte creditoris rei perſecutio eſt, tenetur. Non adverſatur *d.c.*5. Nam in eo debitor bonis cedere ideo non potuit, quia expenſarum condemnatio adversùs ipſum duplici fine ſuſcepta fuit, Primùm, ut per expenſarum ſolutionem parti læſæ, in cujus fraudem exceptionem oppoſuerat calumnioſam, ſatisfaceret: deinde, ut debitas quoque calumniæ & temeritatis ſuæ pœnas lueret. Vid. tamen Krembergh ad *d.* §. *ult. num.* 10.

perſecutio, bonorum ceſſioni ſit locus, Harpprechtus ad **§.** *ult. I. d. act. num.* 7.

Cessio præſumitur alieni juris ſimulata, quoties Clericus eam recipit, *c. ult. X. d. alien. jud. mut. cauſ. fact.*

Utrumque jus conciliari poteſt, nam ſi effectus ceſſionis conſideretur, utroque jure eſt improba.

Ceſſionis cauſa ſimulata non præſumitur, ſed probanda eſt, *l.* 22. *&* 23. *C. mand.*

Chirographi vel alterius inſtrumenti amiſſio nihil nocet, ſi aliis modis puta teſtibus vel argumentis res probari poſſit, *c. cum olim.* 12. *X. d. privil.*

Qui poſſet ſtatui differentia, quum idem, quod jus Canonicum, jus Civile determinet. In *l.* 1. *C. d. fid. inſtrum.* reſpondet Antoninus Imperator, Debitores tuos quibuscunque rationibus deberi tibi pecuniam ſi probaris, ad ſolutionem compellet aditus præſes provinciæ: Nec oberit tibi amiſſio inſtrumentorum, ſi modò manifeſtis rationibus eos debitores eſſe apparuerit. Vid. etiam *l.* 11. *C. eod.* cujus ratio poteſt eſſe *l.* 1. *C. plus valet, quod ag. quàm quod ſimul. conc.* quia in contractibus rei veritas potiùs, quàm ſcriptura perſpici debet. Adeò autem hoc procedit, ut ſi negotium neceſſariò ſcripturam requirat, aut ab initio placuerit in ſcriptis contrahi, *d. l.* 11. *&* ad eam Donell. *num.* 12. *in fin. & num.* 13. *d. l.* 1. & ad eam Sichardus, Hotomannus, Tuldenus. Nec o. *d. l.* 3. quia ſupponendum cum Accurſio & Wiſſenbachio ad *d. l.* 1. hoc pactum aliis modis, teſtibus vel argumentis, non poſſe probari.

Deperdito emphyteuſeos inſtrumento, quo ſuper alienatione rei emphyteuticæ pactum conventum fuit comprehenſum, nulla iſtius pacti habetur ratio, *l. ult. in pr. verſ. ſancimus. C. d. jur. emphyt.*

Citans ut jurisdictionem ſuam fundet, ei neceſſaria eſt adjectio cauſæ, ut præventioni ſit locus: neceſſaria etiam eſt adjectio cauſæ quoad hoc, ut adimatur facultas

Nulla eſt differentia. Nec ob. *d. clem.* quæ explicationem recipit ex *c.* 19. *X. d. for. compet.* in quo ſimpliciter per citationem induci dicitur præventio, & ſcl. verba extrema *d. clem.* ad hoc, quæ ſit legiti-

Sufficit citanti cauſam generaliter eſſe expreſſam, ad hoc ſcl. ut Judex vel tum vel poſtea concurrens cauſam ad ſe trahere non poſſit, velut in caſu *l.* 7. *d. judic. l. pen. d. ju-*

excuſandi

excuſandi citato, qui ideo ſe non coram citante comparuiſſe excipere poſſit, quod ad quam citatus eſſet cauſam, ignoraſſet, *clement. ult. ut lit. pend.* Vid. Arnoldum de Reyger in *proc. judic. diſp.* 2. *th.* 20.

ma citatio, explicandum pertinent; ut cum quis ex loco remoto ad judicium vocatur, ea inſerantur citationi, ex quibus an cedere, an contendere debeat, ſatis inſtrui poſſit. Nec o. *d. l. pen.* Non tam quòd ibi ſpeciale ſit in caſu mutati fori per matrimonium, aut quod iſta L. ſit ſupplenda per textus juris Canonici, ut notat Jaſon in *d. l. pen. col.* 2. quàm potiùs, quia alia eſt ratio citationis ex jure Canonico & moribus, quàm vocationis priſtinæ in jus, quæ quòd etiam privatâ autoritate fiebat, præventionem non poterat operari: ſed & aliàs argumentum à contrario ſenſu non usque adeo magni ſemper eſt momenti, Bach. *d. loc.*

riud. Bachovius ad *Treutl. vol.* 1. *diſp.* 4. *th.* 3. *lit. D.*

CITATIO ad diem feriatum valet, & citatus proximâ die comparere tenetur, *c. cum dilecti X. d. dol. & contum.* Vid. Gail. *libr.* 1. *obſ.* 53. *num.* 1. *& ſeqq.*

Nulla eſt differentia, nec quicquam è *d. cap.* elicitur, quàm quòd facultas ſe defendendi citato indulgeri debeat. Dein & jure Civili citatio ad diem feriatum facta toleratur, nec tamen habet juris effectum in perſona ejus, qui citationi non obtemperat arg. *d. l.* 2. Tunc foret differentia, ſi jus Canonicum à citato exigeret ad eundem diem feriatum comparere, quod ipſum exigere non poteſt, ſecus, quod tamen Canoniſtæ *ex c.* 1. *X. d. cauſ. poſſ. & propr. c.* 11. *X. d. probat.* deducunt, citatio non foret univerſi judicii principium ac fundamentum; verùm & in anteceſſum actûs extrajudicialis daretur. Hiltropff. in *Proc. jud. part* 2. *tit.* 1. *d. requiſ. citat. n.* 32. 33. diſtinguit, Aut in citatione error eſt expreſſus, veluti compareas die dominicâ, & non valet, etiam parte non opponente, niſi ſpecialiter in citatione talis cauſa exprimatur, quæ tempore feriato expediri poſſit: Gailio *d. loc.* non inducit præventionem, nec perpetuat jurisdictionem, Wurmſ. *pract. obſ. tit.* 6. *obſ.* 13. *num.* 6. Aut non eſt expreſſus, & tunc ſecundùm Juris Canonici definitionem citatio valet. Vid. eund. *part* 2. *tit.* 36. *d. feriis num.* 13. 14. ubi citatio die feriato decerni & ejusdem executio per nuncium fieri poteſt. Verùm hæc poſteriora à noſtra quæſtione ſunt aliena. Aliud eſt quærere, an citatio facta in die feriato, ut citatus ad diem non feriatum compareat, valere poſſit? quod negamus cum Ungebaur ad *tit. X. d. fer. num.* 31. ex *l. fin.* §. 1. *C. d. fer.* ubi ita generaliter reſcribunt Imperatores, Dominicam diem ita ſemper honorabilem decernimus & venerabilem, ut à cunctis executionibus excuſetur: nulla quenquam urgeat admonitio, nulla fidejuſſionis flagitetur exactio, taceat apparitio, advocatio deliteſcat, ſit ille dies à cognitionibus alienus, præconis horrida vox ſileſcat. Ne autem quis opinetur, aliud eſſe circa ferias diei dominicæ; circa omnes ferias aſſerimus citationem pertinere ad proceſſum, & eſſe fundamentum judicii, §. *ult. I. d. pœn. tem. litig.* proceſſus autem die feriato habitus eſt nullius momenti, *c. ult. X. d. fer.*

Ad diem feriatum non valet, *l.* 2. *ff. ſi quis in jus voc. non ierit. l. fin. C. d. fer.* Vid. Arnoldum de Reyger in *proc. judic. diſp.* 2. *theſ.* 21. Wiſſenbachium ad *tit. C. d. feriis. th.* 1.

CITATIO ad ſingulos actus judiciarios requiritur ſpecialis, Rittersh. *libr. d. diff. jur. Civ. & Can.* 5. *c.* 13.

Tametſi nonnulli ſic diſtinguendum putarint, ut generalis citatio valeat ac ſufficiat eo caſu, quando citatus procul abeſt à loco judicii: quando autem eſt in loco vicino, tunc ad ſingulos actus ſpecialiter vocetur, Vid. differentiam, in qua, *Citans ut jurisdictionem ſuam fundet.* In Camera Imperii citationes initio proceſsûs fiunt generali-

Una generalis ad totam cauſam ſufficit, Rittersh. *d. loc.*

ter ad totam cauſam, omnesque & ſingulos ejus actus, nec poſtea iterantur aut multiplicantur, ne quidem ad audiendam ſententiam, Mynſing *cent.4.obſ.33.* Ubi tamen annotat aliquando in Camera ſecundùm ejus ordinationem plures requiri citationes, Gail.1. *obſ.* 15. *&* 109. Vid. Arnoldum de Reyger in *proc.judic.diſp.2.th.17.*

CITATIO prima ita ſe habere debet, ut ei non nimis brevis & peremptorius terminus ſtatuatur, quia non ſpectat ad juris ordinem diem peremptorium taliter mutare, *c. dilecti. 1. X. d. dilation.*

Nulla eſt differentia, nam jus Canonicum proponit regulam, cui tamen in rebus civilibus & caſu neceſſitatis ſuas ſubjicit exceptiones. Nec ſimpliciter jus Civile loquitur, ſed nonnunquam edictum peremptorium ſtatim dari.

Edictum peremptorium nonnunquam poſt alia edicta datur, nonnunquam poſt unum vel alterum, nonnunquam ſtatim, quod appellatur unum pro omnibus, *l. 72. ff. d. Judic.*

CITATIO ſine die expreſſo valet, *c. cum parati. 19. X. d. appell.*

Nullam eſſe differentiam oſtendit Carpzovius in *proceſſ. judic. tit.7.art.2.n.50. & ſeqq.* Dein eundem caſum juris Canonici ſubmittit *d.l.115.* Tertiò hæc citatio non fit tam ad inſtantiam partis, quàm ad mandatum Pontificis: non tam ad cauſæ cognitionem, quàm innocentiæ purgationem. Quartò, Conſultiùs interdum omittit Pontifex determinationem certi temporis, *arg. c. veniens. 15. X. d. accuſation.* Quintò, Sat determinatum eſt tempus, ſi propter occupationes determinari non potuit, & occupato fuerit injunctum, ut in perſona propria, vel per nuncios idoneos, quatenus fieri poteſt, ſe Apoſtolico conſpectui repræſentet. Denique in *c. cum dilecti. X. d. dol. & contum.* eſt humanitatis negligi hanc præciſam indictæ diei obſervantiam, Vid. Carpzov. in *d. proc. tit. 8. art. 6. num. 23. 24.*

Valet, *l. 115. in pr. ff. d. V. O.*

CITATIONEM Pontifex de plenitudine poteſtatis omittere poteſt. Vid. Arnoldum de Reyger in *proceſſ. judic. diſp. 2. th. 7.* ubi in allegatione Vulteii errat ratione loci & aſſertionis, quia locus reperitur in *Jurisprudentia Rom. libr. 2. c. 28. num. 15.* Deinde refert duntaxat Petrum Duennam Vulteius, & ſubjicit in contrarium eſſe veritatem teſtari Wurmſerum *tit.6.obſ.10.*

Hic nulla eſt quærenda differentia, nec enim hæc quæſtio tantùm veſtigiis J. Canonici inſiſtit, ſed tam de Imperatore, quàm de Pontifice quærunt Dd. An per eos omitti citatio poſſit? & de utroq; negat Arnoldus de Reyger *d. loc.* quia citatio defenſionem reſpiciat: defenſio autem nemini deneganda, *l. 7. defenſionis facultas & ibi Bart. C. d. jur. fiſc. l. 18. unius. §. pen. ff. d. quæſt.* Facit textus *clem. paſtoralis. d. ſentent. & re jud.* & apprime *l. fin. in pr. ubi Dd. C. d. L. L.* Unde ſententia inferioris ſine citatione lata ab iisdem ne quidem *cum clauſula ſupplentibus* confirmari poterit, Dd. in *l. 2. C. Si contr. jus vel util. publ.* Vid. Hiltropff. in *proc. judic. part. 2. tit. 1. d. citatione. n. 4. & ſeqq.* ubi negat citationem vel ſtatuto vel in notoriis tolli poſſe.

Omitti non poteſt, quia citationis nullitas inter alias potentiſſima, Vantius in *tract. d. nullit. ex def. cit. num. 2.* Vid. Cam. Borellum in *ſpec. Princip. c. 2. lit. c.*

CITATUS ſi peremptoriâ citatione re-

Diſtinguit Donellus *libr. comm. 23. c. 11.* inter tempus litis conteſta-

Adverſarius, ſiquidem per contumaciam

ceptâ

ceptâ venire contemnit, ſeu quia malitioſè ſeipſum occultat, ſeu quia impedit, ne poſſit ad eum citatio pervenire, nihilominus ad ſententiam definitivam eſt procedendum, *c. ult. X. ut lit. non conteſt.*

tæ,& tempus litis nondum conteſtatæ. Lite conteſtatá agitur cauſa,& ad ſententiam definitivam proceditur. Tempus tamen litis conteſtatæ non ſemper eſſe attendendum, ex Weſenbecii paratitlis *ad tit. d. in jus voc.* probant. Sic Bachovius ad eundem *lit. aa* In veteri editione ſimpliciter hunc effectum (ſcl. Weſenbecius) tribuit citationi. Sed poſteriores habent, *fortaſſis jure Pontificio.* Et ſanè jure noſtro hoc nusquam citationi aut vocationi in jus,ſed litis conteſtationi tribuitur. Quamvis ſi tergiverſando reus judicium tentet extrahere,ita ut dies actionis labatur, facilèadmiſerim hunc effectum citationis.

actor abſit, à judicii obſervatione abſolvitur: ſin reus abſit, actor in bonorum poſſesſionem mittitur, *Nov.* 53. c. 1. *N.* 69. & 112.

Clerici cujuscunq; gradûs ſint, non agnoſcunt Judicem ſecularem, *c. etſi Clerici.* 4. *X. d. Judic.*

Vid. inferiùs ſub perſona Clerici & juris Civilis limitationem in tribus authenticis, quæ *l.* 33. *C. d. epiſc. & Cleric.* ſubjiciuntur.

Non o. *c.* 2. *& ult. X. d. Judic.* in quibus poteſtas ſecularis Florentina de cauſa poſſeſſoria juris eligendi Rectorem usque ad ſententiam definitivam cognovit. R. Non fuiſſe controverſiam de poſſeſſorio rei ſpiritualis vel juris eligendi ad dignitatem aliquam Eccleſiaſticam,ſed actum fuiſſe ibidem de poſſeſſione vel quaſi rei temporalis, i. e. illius electionis Præſidis, Rectoris ſive Regentis, cujus officium revera erat dignitas ſecularis; quare nihil mirum, ſi Florentina poteſtas cognoverit contra ſecularem communitatem: quamvis ſi lis eſſet ſeu contentio circa ſubſtantiam illius electionis, & ageretur petitorio ſuper proprietate contra Eccleſiaſticos,dubium eſſe non poſſit,quin eccleſiaſtica poteſtas non cognoſcat. Non o. *c. cauſam.* 4. *X. qui fil. ſint leg.* quia cognitio cauſæ poſſeſſoriç fuit per Pontificem ad Regem Angliæ delata,quç quamvis concurreret cum cauſa matrimoniali,ipſa tamen de ſe non ſpiritualis, ſed merè temporalis & civilis erat, & inter Laicos vertebatur. Vel Textus de caſu loquitur profano,ſpoliationis vid.invaſionisq; bonorum per Laicos, quia ſpoliaverat illic Anglus quidam nepotem defuncti ſui fratris eo prætextu, quòd fratris matrem ſcilicet hujus nepotis dictaret non fuiſſe legitimam: cujus quidem ſpoliationis cauſam non ab Eccleſiaſticis Judicibus, ſed ab Anglorū Rege vel Judice Regio cognoſci dirimiq; non invitus patitur Pontifex, causâ ſtatûs autem ſobolis legitimæ ſolis reſervatâ Judicibus Eccleſiaſticis, tanquam ſpirituali. Non omittit Cujacius ad *d. c.* 4. quod plerisque videtur, Clericum in flagranti crimine

Ad extranea quidem judicia non trahantur: aut provinciam, aut locum, aut regionē, quam habitant,exire cogantur. Nullus eorum Eccleſias, vel monaſteria propria, quæ religionis intuitu habitant, relinquere miſerabili necesſitate jubeatur,ſed apud ſuos Judices Ordinarios, id eſt, provinciarum Rectores, in quibus locis degunt, eccleſiarum miniſteriis obſecundent,omniumq; contra ſe agentium excipiant actiones: ut his horis ſaltem atque temporibus, quibus religioſos viros à turbulenta obſervatione prætorii vacare contigerit, cumq; eos ad tempus petitorum intentio calumnioſa laxaverit, ad ſua ſe

deprehenſum habitu militari aut laicali poſſe à Judice ſeculari puniri tanquam Laicum, quia talis quis eſſe præſumitur, qualis reperitur in habitu, *l. item apud.* §. *ſi quis virgines. ff. d. injur.* Exemplo eſt Lentulus quidam nobilis, quem vetus interpres Juvenalis refert ſuſcepto ſervi habitu perſonam egiſſe mimi & deprehenſum in falſo crucifixum fuiſſe tanquam ſervum, in *ſat.* 8.

monaſteria & venerabiles Eccleſias conferentes ſapienti animo, precatione ſolicitâ, faciliùsq; de proximo ſacro-ſanctis altaribus obſecundent, in ſuis laribus domiciliisque conſtituti.

CLERICI non committunt crimen læſæ majeſtatis, eò quòd Laicorũ imperio ſint exempti, Zœſius ad *tit. ff. ad l. Jul. majeſt. num* 9.

Jus Civile attendimus, non Zœſium, qui nubes Pontificias, de quibus in differentia, *Eccleſiæ ita ſe habent*, nobis obtendit: non tamen adeò eſt liberalis, quin eos pœnæ reos faciat. Non o. differentia, in qua *Clerici non trahantur à Laicis*: nec differentia, in qua, *Clerici, cujuscunque gradûs ſint*. Etenim à cauſis civilibus ad leges publicorum judiciorum, è quibus deſcendit lex Julia majeſtatis, non argumentamur.

Quisquis crimen læſæ majeſtatis committere poteſt, *l. quisquis*. 5. *in pr. C. ad L. Jul. majeſt.*

CLERICI non trahantur à Laicis ad judicium ſeculare, quod omnino fieri prohibet *c. qualiter & c. quando.* 17. *X. d. Jud.* Vid. Antoninum in *Diana Panormitani, voc. Eccleſiaſtici, num.* 1.

Jus Canonicum vult debere nunquam deficere juſtitiam in judicio Eccleſiaſtico. Adeo ut Clerici, qui apud Laicum Judicem confeſſi vel convicti ſunt, nondum damnati, ab Epiſcopo damnandi non ſint, quia pro confeſſis vel convictis non habentur, Cujac. ad *c. etſi Clerici.* 4. *X. d. Judic.* Jus Civile vult deficienti ſurrogandum eſſe ſeculare judicium. Non tamen hoc ad jus feudale porrigitur, quo Clerici tenentur, & coram domino feudi etiam Laico conveniuntur, *c. ex tranſmiſſa* 6. *& c. ſeq. X. d for. compet.* in quibus ipſe Pontifex remittit Clericos ad dominos feudi, quamvis ſeculares, quia natura cauſæ, quæ ſecularis eſt & feudalis, perſonam ad ſe trahit, non perſona cauſam, ut monet ex Baldo Ludvv. in *ſynopſ. jur. feud. c.* 1. *num.* 19.

Volumus Reverendiſſimos monachos apud ſolos civitatis Epiſcopos, ſub quibus ſunt monaſteria, conventiones ſuſcipere. Si verò aut propter cauſæ naturam, aut propter quandam fortè difficultatem non fuerit poſſibile Deo amabili Epiſcopo decidere negotium, tunc licentiam eſſe & ad civiles Judices pergere. *Nov.* 83. *in præf.*

CLERICI poſſunt eſſe fidejuſſores, *c.* 2. *X. d. fidejuſſorib.* Rittershuſius *libr. d. differ. jur. Civil. & Can.* 7. *c.* 13.

Nulla eſt differentia, Et in *c.* 2. hoc tantùm reſcribitur, ut fidejuſſori clerico, qui ſolvit, reſtituatur pecunia, factum tamen interceſſionis non probatur, niſi fortè hic facit, quòd & fidejuſſio nulla fuiſſet, utique creditor cogi ad reſtitutionem pecuniæ à fidejuſſore ſolutæ debuiſſet, Coppen *libr.* 2. *obſ.* 27. *n.* 7. Reſponderi etiam poteſt cum Hunnio *vol. ad Treutl poſt. diſp.* 28 *. th.* 2 *. q.* 12. & Bachovio *lit. E.* Ibi Clericum pro aliis duobus Clericis interveniſſe apud mercatores Bononienſes, quo caſu fidejuſſio admitti videtur non aliter atque admittitur, quando inter ſe mutuò fidejubent. Atqui ita continet, iſtud *cap.* exceptionem a regula. Tametſi enim Clerici prohibeantur fidejubere, tamen hoc fallit,

Non poſſunt, *N.* 123. *c.* 6. Hering. *d. fidejuſſor. c.* 7. *num.* 321.

fallit, quando Clerici lite pulſati pro ſe invicem fidejubent; eſt quippe hæc vicaria fidejuſſio, & manus manum fricat. Non o. *c. conſtitutus. 3. X. eod.* quod non loquitur de Clerico, verum de Laico. Vid. Hering. *d. loc. num. 247. diſput. ſub meo præſidio d. fidejuſſ. habitam. ſect. 4. lit. n.* Id denique miror, Quare Dd. in diſquiſitione, Utrùm is, qui jurejurando ſuo confirmavit, ſe pro nemine fidejubere velle, fortè ne repentinis rei familiaris damnis implicetur, ſi poſtea ab amico egente rogatus fidem interponat, obligetur? diſtinguant inter Clericum & Laicum, & velint Clerici juramentum eſſe obſervandum; cum tamen Clericus fidejubere nequeat.

CLERICI poſſunt delegare, quod per ſe non poſſunt exercere, *c. Sacerdotibus. 2. c. ſententiam. 9. X. Ne Cler. vel Mon. ſec. neg. ſe imm.*

Non o. *c. Rex debet. 23. q. 5.* quoniam multa licent in genere, quæ in ſpecie non licent, *c. ſi Sacerdos. 2. X. d. offic. Jud. ord.*

Utrumque jus admittitur. Civile continet regulam, Canonicum exceptionẽ, quam non diffitetur jus Civile, quippe quod etiam poſſeſſionem munerum & perſonarum immunitatem obſervat. Sic jus Civile dicit in *l. 17. C. d. epiſc. & Cler.* nihil commune eſſe Clericis cum publicis actionibus: & in *l. 41. eod.* abſurdum eſſe, imò etiam opprobrii, ſi clerici peritos ſe velint oſtendere diſceptationum forenſium. Idem eſt in jure Canonico: ſic in *c. non magnopere. 3. X. d. t. Ne Cler. vel monach. ſec. neg. ſe imm.* Clerici de clauſtris ſuis educi non debent, ut confectiones phyſicales ponderent, & leges mundanas legant.

Delegare nemo poteſt, quod exercere non poteſt, *l. 1. ff. d. off. ejus, cui mand. eſt jurisd.*

Atqui nec jure Civili ſanguinis & vitæ poteſtas corporalis eſt in perſonis Eccleſiaſticis: R. In iis non eſt formaliter, ſed eminenter, quemadmodum poteſtas creandi Dd. eſt in Imperatore.

CLERICIS permiſſæ ſunt & Laicis tantummodo interdictæ diſputationes de fide & Religione chriſtiana, *c. 2. §. inhibemus. d. hæretic. in 6.*

Nulla eſt differentia, quia 1. *gl. ad d. c. 2. lit. n.* in dubium vocat, qui per Laicos intelligantur, an illi illiterati, quos Ultramontani Laicos vocant. 2. Laicis non ſimpliciter interdicuntur diſputationes, ſed ob cauſam latentem, ne forſan in myſteria iniquitatis, quam fovent Clerici, penetrent. 3. prohibetur in jure Civ. magis abuſus, quàm legitima uſurpatio; ut ruſtico, quæ veter. Interpretum eſt aſſimilatio, petituro ligna prohibetur ſylvæ abuſus, non legitima uſurpatio: vel quemadmodũ pica jubetur, ut garrula taceat. Vel denique ut coerceatur loquax affectatio ignorantum, qui, verba ſunt Ammiani Marcellini, ita ſunt rudes, ut nunquam ſe codicem habuiſſe meminerint, & ſi in circulo Doctorum autoris veteris inciderit nomen, piſcis aut edulii peregrinam fieri denominationem arbitrantur. Ut tamen cunque non cedam ignorantiæ, ſcientiæ tamen cedo, quam obliteratam velle Pontificios fatetur invitus Zœſius ad *tit. X. d. ſumm. Trinit. num. 3.* in his verbis, Magnæ temeritatis ſunt arguendi quidam tenebriones, quorum hoc ævum eſt fertile, excitati non ſtudio veritatis, ſed vanæ ambitionis ſtimulis aut odio, vindictæ lucrive cupiditate, privatim diſputantes & in dubium revocantes ea, quæ ſemel rectè ſunt definita, ipſi ingreſſi viam erroris, alios ad eam trahentes. Quæ res non eſt citra ſacrilegium: cum enim inſtar ſacrilegii habeatur diſputare, an quem ad munus aliquod elegit Impe-

Æquè Clericis ac Laicis interdictæ ſunt hæ diſputationes, *l. nemo. 4. C. d. ſumm. Trinit. & fid. Cath.* Vid. in *quæſt. miſcell. 154.* Berneggerum.

rator, ſit dignus; quid nì diſputare de iis, quæ ſunt fidei, ſemel rectè definita. Hæc omnia, quæ præſupponuntur, tardiùs intelligenti imponerent.

Clericus pacto efficere non poteſt, ut coram Laico conveniatur, *c.1.c.2.c.ſi diligenti.§.fin.X.d.for.comp.*

Clericus pacto id efficere poteſt, *l.pen.C.d.pact. l.ſi quis in conſcribendo.C.d.Epiſcop. & Cler.*

Utroq; jure obtinet fori privilegium, ſed non utroq; obtinet renunciatio. Præferendum jus Canonicum, quippe eo jure ampliùs Judex Laicus Clerici ordinarius non eſt, neque privilegium fori Clerico conceſſum pro perſonali favore habetur, ſed & pro univerſi ordinis beneficio, Gœdd. ad *l.3.in pr.ff.d.V.S.n.45.* Cujacius admittit conſtitutionem *d.cap.ſi diligenti.* at non admittit prætextum, quòd pactis privatorũ juri publico detrahi non poſſit, quia hæc ratio non congruit. Clericus enim, qui ſe ſubjicit juriſdictioni alienæ, & ſuo foro renunciat, de jure ſuo & commodo proprio detrahit, non de jure publico, & id plerumq; facit ex uſu & commodo adverſarii, qui alioqui cum eo contracturus non erat, & ſine ullo alterius incommodo, ſine injuria aliorum Clericorum, quibus in ſuis cauſis integra eſt præſcriptio fori. Sed reſpondemus Cujacio, committi fallaciam ignorationis elenchi, opponuntur enim ſubordinata, nam hoc eſt in quæſtione, Num Clericus pacto univerſi ordinis beneficio renunciare poſſit? 2. Num univerſi ordinis ſit beneficium, quod aliquis renunciando non agnoſcere poteſt? 3. Num ſit juris privati prohibitio illa, quæ ſtatum perſonarum, quatenus conveniantur vel non conveniantur, diſtinguit? 4. Num attendendus finis renunciationis, quòd renuncians plerumque id faciat ex uſu & commodo adverſarii, quum tamen commodum adverſarii Ordinis dignitati ac exemptioni nihil derogare debeat, ne privilegium fori Clerico conceſſum in perſonalem ſeu privatum degeneret favorem? 5. Num poſſit abeſſe injuria aliorum Clericorum, ſi in renunciante abeſt contemptus beneficii, quod cunctis Clericis eſt conceſſum. 6. Num ſi Clericus renunciet, Clericis in ſuis cauſis integra ſit præſcriptio fori? Non eſt integrum, quod renunciatio abrupit: non eſt integrum in ſuis cauſis, quas renunciatio diviſit, quaſque renuncians Clericus voluit non eſſe Clericorum. Non quærimus, ſed quæreret Pontificius, quâ temeritate Cujacius Pontificius in Pontificem Innocentium graſſetur? Indulgent Pontificii Gallis ſuas rationes, quibus, quàm legibus plus deferunt, ſed non illam cenſuram, quâ Pontificum autoritatem in dubium vocant, præſertim ſi verum definiant, ſingulorum eandem eſſe rationem, quæ univerſitatis, in iis ſcilicet caſibus, in quibus univerſitas refertur ad privilegium: ſinguli ad eos, quibus privilegium eſt conceſſum. Forſan Cujacio impoſuit *c.dilecti.17.X.d.tit.d.for.comp.* Sed ibi, quod habet Zœſius ad *d.c.num.20.* non renunciatur privilegio Ordinis, ſed tantùm ſingulari privilegio, certo loco conceſſo, ne ſcilicet poſſint conveniri citra mare, cujus derogatio cum non concernat aliquod Ordinis detrimentum, eſt ſervanda.

Cognatio alia eſt ſpiritualis, quæ matrimonium impedit, ne contrahatur, & contractum poſt hoc impedimentũ dirimit. Atq; hoc impedimentum J. Can: inſtitutum fuit. Oritur verò ex Baptiſmi con-

Nulla eſt differentia, Nam ante jus Canonicum tradidit idem Imper. in *l. 26. C. d. nupt.* quæ prohibet omnimodo eam perſonam ad nuptias venire, quam aliquis, ſive alumna ſit ſive non, è ſacro-ſancto ſuſcepit baptiſmate, cum nihil aliud ſic inducere po-

Cognationis ſubſtantia bifariam apud Romanos intelligitur. Nam quædam cognationes jure Civili, quædam naturali connectuntur: nonnunquam utroque jure concurrente & naturali & Civili copula-

firma-

firmationisve ſacramento, in quo is, qui ſacramentum confert, parentis vicem gerit, *c.* 1. *& fin. d. cogn. ſpirit. in* 6. Covarruvias *tom* 1. *d. matrim. part.* 2. *c.* 6. §. 4. *num.* 1. *ubi* miratur Lagum in *meth. jur. tit. d. nupt.* dixiſſe prohibitionem matrimonii in cognatione ſpirituali ſine cauſa factam ab Eccleſia, eamque valere ſuâ autoritate, quantum poſſit.

teſt paternam affectionem & juſtam nuptiarum prohibitionem, quàm hujusmodi nexus, per quem Deo mediante animæ eorum copulatæ ſunt. E quibus fruſtra dubitat Covarr. *d. loc.* an juri Canonico, an vetuſtiori juri Eccleſiaſtico inſtitutum hoc debeatur. Fruſtra etiam miratur Lagum dixiſſe, quod dixit. Vid. Vinnium ad §. 1. *I. d. nupt. num.* 1. qui non ignorat Juſtinianum, ut fuit Princeps usque ad ſuperſtitionem religioſus, de hac quoque ſpecie legem condidiſſe.

tur cognatio, *l.* 1. *§.* 2. *ff. d. grad. &. aff. & nom. cor. l.* 1. *§.* 4. *ff. und. cogn.*

Colloquium inhoneſtum improbatur, *c. nec aliqua.* 27. *q.* 1.

Nulla eſt differentia, nec eam diſtinctio juris Civilis facit. Sive enim blandâ oratione pudicitia attentetur: ſive turpibus verbis quis utatur, utrinque peccatur adversùs bonos mores: utrinque eſt quod improbetur, licet non utrinque naſcatur actio injuriarum. Hoc quia iniquum videtur, Bocerus in *mod. amitt. feud. tract.* 3. *num.* 9. blandam orationem & turpia verba conjungit.

Inter blandam orationem & turpia verba diſtinguit *l.* 15. *§.* 20. 21. *ff. d. injur.*

Communitas rerum eſt ex jure naturali, *c.* 1. *diſt.* 8.

Hic non tam eſt differentia utriusque Juris, quàm ignorantia Gratiani, quæ ſuos habet adſtipulatores, in quibus eſt Connanus *libr.* 1. *c.* 6. *num.* 8. Adfert Gratianus authoritatem Auguſtini ex *tract.* 6. *ad c.* 1. *Joann. Evangeliſtæ* quo in loco ita ait Auguſtinus: Unde quisque poſſidet, quod poſſidet? Nonne jure humano? Nam jure divino Domini eſt terra & plenitudo ejus, ut ait *Pſalm.* 8. Pauperes, inquit Auguſtinus, & divites una terra ſupportat: Dominus de uno limo fecit pauperes & divites. Jure ergo humano dicitur: Hæc villa eſt mea: hic ſervus eſt meus: hæc domus mea eſt. Jura autem humana jura Imperatorum ſunt. Quare? quia ipſa jura humana per Imperatores & Rectores ſeculi Deus diſtribuit humano generi. Et eodem loco Auguſtinus: Tolle jura Imperatorum, & quis audet dicere. Hæc villa eſt mea: meus eſt ille ſervus: mea hæc eſt domus? Si autem, ut teneantur iſta ab hominibus, Regum jura fecerunt, &c. Quibus verbis videtur Auguſtinus id velle, dominium ſive dominiorum diſtinctionem eſſe ex jure Civili & ex jure humano, non verò ex jure divino. Sed reſpondendum eſt, Auguſtinum eo in loco, ut & in epiſtolis quibusdam adversùs Creſconium Grammaticum, aliisque in locis contra Donatiſtas id tantùm agere, ut conſtitutionem Honorii Imperatoris, quâ hæreticis bona Eccleſiaſtica adimuntur, & attribuuntur Eccleſiis Catholicis, demonſtret eſſe legitimam & rectam, nec de ea conqueri debere Donatiſtas, quia bona jure & conſtitutionibus Imperatorum habentur ac poſſidentur. Quanquam Auguſtinus paulo liberiùs videtur locutus. Nam tametſi verum eſt, dominia rerum confirmari jure Civili & legibus atque conſtitutionibus, adeò ut Cicero *pro Cæcinna & alibi* idem fere dicat, quod hic Auguſtinus: nempe ſublato jure Civili nihil cuiquam eſſe certi: non poſſe quem rerum ſuarum dominium tueri: tamen origo & jus primum dominii non eſt ex ipſo jure Civili, ſed ex jure naturali ſive gentium, Giphanius in *lectur. Altorf. ad l.* 1. *ff. d. A. R. D. num.* 7.

Non eſt ex jure naturali, *l.* 1. *§. ult. ff. d. furt:*

Compen-

COMPENSATIO in delictis admittitur, *c. ſignificaſti. 4. X. d. divort. c. pen. & ult. X. d. adult.*

Nulla eſt differentia, quia etiam in jure Civili, ut eſt compenſatio negligentiæ, *l. 10. in pr. ff. d. compenſ.* ſic delictorum, *l. 7. ff. d. act. rer. amot.* & quidem eorum, de quibus allegata loca juris Canonici loquuntur, *l. 39. ff. ſol. matrim* Sic in *l. 13. §. 5. ff. ad l. Jul. d. adult.* Judex adulterii ante oculos habere debet, & inquirere, an maritus pudicè vivens mulieri quoque bonos mores colendi autor fuerit; periniquum enim videtur eſſe, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipſe non exhibeat. Nec o. *d. l. 5.* quæ non agit de eo, qui poteſt vel vult objicere compenſationem, ſed agit de accuſato accuſatione eâ, quæ tendit ad vindictam publicam, & quærit, an pendente accuſatione accuſatus, ut ab accuſatione ſe liberet, aliam accuſationem inſtituere queat, quod negatur, quia eo modo accuſatus innocentiam ſuam non probat.

Non admittitur, quia non relatione criminū, ſed innocentiâ reus purgatur, *l. 5. ff. d. publ. Jud.*

COMPENSATIO ipſo jure non habet locum, *c. cum Johannes. X. d. fid. inſtrum.*

Nulla eſt differentia, quia in c. proponitur debitum illiquidum, cujus nec jure Civili eſt compenſatio, *l. ult. C. d. compenſat.* Igitur ut utrumque concilietur jus, diſtinguenda ſunt duo interrogata, Unum, An compenſatio habeat locum? & reſpondetur ipſo jure habere locum, ita ut Judici non prolixè ſit deliberandum, Num jus compenſationis ei, qui compenſationem opponit, prodeſſe debeat. Alterum, Quando compenſatio habeat locum? & reſpondetur, ubi debitum eſt liquidum & ſuper quo non demum eſt definiendum.

Ipſo jure habet locum, *l. 21. ff. d. compenſ.*

COMPROMISSUM fit nudo pacto, *c. per tuas. 9. X. d. arbitr.*

Ut concilietur hæc differentia, vid. differentiam, in qua, *pactum ita ſe habet, ut ex eo detur actio.*

Non fit nudo pacto, ex quo nulla naſcitur obligatio, *l. 27. §. ult. ff.* & *l. pen. C. d. tit. d. recept. arb.*

COMPROMISSUM habet pœnam ſtatutam, per quam obſervatur, *c. dilecti. 4. X. d. arbitr.*

Jus Canonicum eſt ſecurius, Civile tamen ſufficit. Vid. *diſp. ſub meo præſidio d. arbitr. compromiſſ. Anno 1659. die 7. Octobr. habitam c. 8. lit. c.*

Si compromittentibus non ſufficit pactum, ſed adhibent inſuper ſtipulationem, illa protenus committitur, ubi laudo non fuerit paritum, *l. 2. l. 21. §. 4. ff. l. 1. 2. C. h. t.*

COMPROMITTI poteſt cum juramento, *c. 5. X. d. arbitr.*

Probo hanc abrogationem, non tamen rationem, quàm addit Bartolus, quòd præſtatio hujus juramenti ſit contra juramentum Principis, cui parere omnes teneamur ſub reatu mortali & per conſequens juramentum ſervari non debeat, cum vergat in diſpendium ſalutis æternæ. Nam ſic juramentum non obſtringit ſub reatu mortali, cum juramenti vis non ad forum Principis, ſed Eccleſiaſticum, tanquam res ſpiritualis, pertineat, *c. 34. verſ. idem etiam cum verſ. ſeq. X. d. elect. & elect. poteſt. c. novit. 3. X. d. Judic.*

Jure Veteri accedebat juramentum, quod præſtabatur ab arbitro & litigantibus, vel à ſolis litigantibus, vel à ſolo arbitro, *l 4. C. d. t.*

Hoc abrogatum propter periculum perjurii & conſtitutum, ne arbitri, cum jurejurando aſſumantur; ac ſi jusjurandum interpoſitum fuerit, ne

rit, ne eo adſtringatur quiſquam, ſed relinquatur totum ejus, qui juraverit, religioni ſeu conſcientiæ, *Nov. d. Judicib.* 82. §. *quia verò. auth. decernit. C. h. t.*

CONATUS delinquendi non habetur, ac ſi delictum eſſet commiſſum. Ne verò facilitas veniæ incentivum tribuat delinquendi, ſtatuit Pontifex in *c. ut Clericorum.* 13. *X. d. vit. & honeſt. Cleric.* ut qui comprehenſi fuerint incontinentiæ vitio laborare, prout magis aut minùs peccaverint, puniantur.

Nulla eſt differentia, ſi caſuum examinetur diverſitas. In *l.* 1. non ſufficere poteſt conatus, quia agitur de eo, qui iniquum jus adverſùs alium impetravit: non de eo, qui iniquum jus adversùs alium impetrare eſt conatus. 2. Conatus puniri non poteſt, ubi non verſatur res mali exempli, aut alterius præjudicium, aut ipſius delinquentis odium. Denique conatus punitur ut ipſum delictum in conatibus actui proximis, in quibus voluntas coinquinata habetur pro effectu, delictum attentatum pro conſummato, ut in *l. ſi quis non dicam.* 5. *& ibi Dd. C. d. Epiſc. & Cler. l.* 1. §. *fin. ff. d. extraord. crim.* Cum quo concordat Gail. *libr.* 1. *d. P. P. c.* 14. *n.* 26. ubi idem iiſdem ferè verbis recenſet & addit: licet nonnulli aliter ſentiant, nimirum quòd non pœnâ mortis, ſed extraordinariâ attentans puniendus ſit: tamen veriorem & ſanctiorem in contrarium eſſe, ubi hoc peccatum maximè eſt deteſtandum & execrandum, & non ſimplici & levi morte puniendum, ſed maximis ſuppliciis & execrandis modis ad terrorem aliorum mulctandum. Vid. Boerium *deciſ.* 316. *n.* 4. Tuſchum *lit. S. concl.* 31. Menochium *d. arbitr. jud.* 44. 286. *num.* 27. *&* 28. Carpzovium in *pract. crim. q.* 76. *n.* 58. *& ſeqq.* Manzium in *cent. deciſ. palatin. q.* 85. *n.* 17. *& ſeqq.* De generali totius Italiæ conſuetudine Taborem *d. loc.*

Conatus vel omnino non punitur, Quid enim officit conatus, cum injuria nullum habuerit effectum *l.* 1. *in f. ff. quod quisq; jur. in alt. ſtat. &c.* vel punitur, ut ipſum delictum, Vid. Taborem in *theſaur. locor. comm. Juriſpr. ex axiom. Auguſt. Barboſæ libr.* 1. *c.* 44. *ax.* 7.

CONCUBINAM nemo habeat, nam nemo ſibi blandiatur de legibus hominum, & quicquid in ea, quæ non eſt legitima uxor, committitur, adulterii crimine damnatur, *c. nemo.* 32. *q.* 4.

Non o. *c. Chriſtiano. diſt.* 34. ubi qui non habet uxorem, pro uxore autem concubinam habet, à communione non re-

Aut nulla eſt differentia, Vid. Hochauſen in *per. Acad. part.* 1. *q.* 14. aut eſt. Si nulla eſt, tria illa requiſita, quæ jus Civile propoſuit, jus Canonicum propria ſibi vindicabit. Si eſt differentia, quod ſanctitas Canoniſtarum dubium facit, juri Canonico ſtabimus. Sed ipſi invicem pugnant canones, vid. Wiſſenbachium in *contrad. Jur. Can.* 15. ita ut heic opportunum ſit, quod Eraſmus in *Antibar-*

Concubinatus eſt permiſſus, *l.* 1 *ff. d. concub. l.* 2. *C. d. don. int. V. & V.* Ad eum tamen requiruntur tria. 1. ut ab omni vinculo mas & fœmina ſoluti ſint. 2. ut eâ ſolâ mas contentus ſit. 3. ut indubitatus inter eos affectus ſit, quemadmodum in uxore.

Non o. *t. t. C. d. natur. lib.* quia aliud eſt concubinatum eſſe ſublatum,

I

pellatur, tamen ut unius mulieris, aut uxoris aut concubinæ conjunctione ſit contentus, *c. is qui. ead. diſt.* Reſp. Ibi non agi de concubinatu permiſſo vel non, ſed hoc ſolum infertur, propterea à communione quem non eſſe repellendum. Alexander II. utcunque ſtatuerit Miſſam non eſſe audiendam à Sacerdote concubinario factâ, hoc tamen obſoletum videtur Szegedino in *ſpeculo Pontificum*, alioqui nemo Miſſas audiret ſub toto ferè Papatu. Alii de iis interpretantur, quæ veræ concubinæ non ſunt, ſed uxorum animo domi habentur, quamvis ſolenniter ductæ non ſunt; quod probari poteſt, arg. *N.* 74. *c.*5. Facit Carpzovius in *Jprud.conſ. libr.* 2. *tit.* 14. *n.* 1. *& ſeqq.* Vid. etiam Bachovium *vol. ad T.* 2. *diſp.* 16. *theſ.* 3. *lit. A.* Covarruviam *tom.* 1. *d. ſponſal. part.*1.*c.*4.*n.*9.

Non o. *c. inter opera.*20. *X. d. ſponſal. & matrim.* in qua lupanar ingredi omnino permittitur: permittitur etiam publicas mulieres de lupanari

barorum libro ſingulari, Gratianus de quibusdam quæſtionibus in utramque partem diſputat & quidem pari copiâ parique facundiâ: quòd idem olim Gorgiam & Carneadem feciſſe legimus. Lectori autem ubi jam longâ lectione cerebrum vertigine rotari & caligare acies cœperit, non multò certior ſurgit, quàm Demipho ille Terentianus, qui ex tribus advocatis cōſultis, cum unus ſuaſiſſet, alter negaſſet, tertius deliberandū cenſuiſſet, Feciſtis, inquit, probè, incertior ſum nunc multò, quàm dudum. Vid. Hunnium *vol. ad Treutl.* 2. *diſp.* 15. *th.*3.*q.*25.26. Non poſſunt intra Veſtæ penetralia abſcondi illa Antonini in *Diana Panormitani in voc. conſilium.* Quando quis decrevit committere grave aliquod delictum, licet ei ſuadere minus. Ut ſi viderem Petrum velle & certò ſtatuiſſe adulterium committere, & non poſſem aliter ab hoc propoſito eū avocare, niſi ſuadendo fornicationem loco adulterii, poſſem ei ſuadere fornicationem, non quatenus ipſa peccatū eſt, ſed quatenus impedit peccatum adulterii. Quia tale conſilium non fertur abſolutè in malum, ſed in bonum, ſcilicet in fu-

aliud ſuas habere pœnas.

Non obſt. *N.*6.*c.*1.*§.*3. quia videndum, de quibus perſonis ibi ſit ſermo, ut in *N.* 115. *c.*3. *§.*6. nam etiam concubinatum jure Novellarum fuiſſe permiſſum ejus fidem ſubminiſtrant illa loca, de quibus Carpz. *d. libr.*2. *Jprud. Conſiſt. tit.* 14. *n.*5. Vid. eund. in *pract. crimin. part.* 2. *q.* 70. *n.* 38. *& ſeqq.*

Non o. quòd concubina & uxor non differant: Reſpondet *l.*49. *§.* 4. *d. leg.*3. Vid. omnino Merillium *variantium ex Cujacio libr.*1. *c.*34. Didacum Sahagum de Villa Sante *d. ſacram. matrim. num.* 20. *& ſeqq.* Havemannum in *Gamologia ſynoptica libr.* 3. *tit.* 2. Bocerum in *mod. amitt. feud. tract.*3.*num.*12.

Non o. quod apud Julium Paulum *lib.*2. *recept. ſent. tit.* 20. *d. concub.* legimus concubinam ab uxore ſolo delicto ſeparari, unde argui videtur concubinatum eſſe delictum. At ſciendum, quòd locus ille ſit corruptus & pro *delicto* ſit legendum *delectu*, ut convincitur ex

extrahere

extrahere & ducere in uxorem: ergo facilior erit conceſſionis indulgentia, Reſp. Hoc factum non eſſe opus miſericordiæ, ſed miſericordiæ obtentu poſſe excuſari. 2. non nudè lupanaris ingreſſus permittitur. 3. poteſt talis duci in uxorem, ſed fuerit honeſtior, qui talem non duxerit. 4. an hoc proficiat in remiſſionem peccatorum? Theologus decidat: an non tam proficiat in remiſſionem peccatorum, quàm in non meretricum turpem ignominiam. 5. vid. contrarium in *gl. ad d. c. lit. b.*

gã majoris mali, dummodo tamen nullum creetur damnum ſeu corporale ſeu ſpirituale tertio. Hoc quidem Antoninus ad imitationem juris Civilis, in quo eligendum eſt, quod minimum habet iniquitatis, *l. 200. d. R. J.* Seu, ut alii efferunt, inter duo mala minus eſt eligendum. Cui reſpondetur, Niſi utrumque evitari queat.

l. pen. h. t. ubi Paulus JC. concubinam ait ex ſola animi deſtinatione æſtimari oportere, Bocer. *d. l.*

CONDICTIO ob turpem cauſam habet locum, ſi quis ob turpem cauſam promiſerit, & promiſſum ſolverit, *c. prohibeas. X. d. magiſtr.*

Nulla eſt differentia, quia jus Canonicum loquitur de turpitudine accipientis, qui, quod gratis accepit, gratis dare debebat. Jus Civile loquitur vel de turpitudine promittentis, vel de turpitudine promittentis & accipientis, & tunc poſſeſſor potior haberi debet.

Si ob turpem cauſam promiſeris Titio, quamvis, ſi petat, exceptione doli mali, vel in factum actione ſummovere eum poſſis, tamen ſi ſolveris, non repetere potes, *l. 8. ff. d. condict. ob turp. cauſ.*

CONDITIO impoſſibilis in matrimonio vitiatur, *c. fin. X. d. cond. appoſ.*

Mœſtertius *lib. d. juſt. LL. Rom.* 2. *c.* 4. hujus differentiæ meminit. Sed in duobus peccat. 1. ut ad eum notat Cyprianus Regnerus, quòd hoc fieri velit ad exemplum ultimarum voluntatum, quum tamen ratio non in ultima voluntate, ſed in favore matrimonii ſit fundata. 2. Matrimonium non eſt vera ſpecies contractûs; ſiquidem hic utriusque conſenſu diſſolvi poteſt, illud nequaquam. Prætulerim tamen cum Mœſtertio jus Civile, quia imputent ſibi, qui talem conditionem adjecerint, poſſuntque, ſi velint, conſenſum iterare. Tamen nuptiis ſub contraria vel impoſſibili conditione conceptis, adhibitâ ſolennitate publicâ, contractæ videntur.

Matrimonium, cum ſit actus duorum, ut contractus, ſtipulatio, per impoſſibilem conditionem vitiatur, *l. 31. ff. d. C. & D.*

CONDITIO impoſſibilis jure eſt etiam ea, quâ ſyrmata papicolarum obliquantur, aut turpia patent, quia licet Eccleſia Romana nemini dicatur laqueum injicere, arg. *c. mulieri. 34. X. d. jurejur*, tamen dum ſeſi-

Quærit Syringus *d. pac. relig. concl.* 45. An Legatarius, cui legatum ſub hac conditione relictum eſt, ſi Pontificiã religionem amplexus fuerit, inque ea ad extremum usq; habitum perſtiterit; ut legati capax fiat, hanc conditionem præciſè adimplere teneatur? Reſp. habèri pro non adjecta: imò

Quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram & (ut generaliter dixerim) contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt, *l. 15. d. cond. inſt.*

mulat plenam humilitatis & affectûs, quem Imperatori debet, *c. convenio. 23. q.8.* legibus humanis ſubjici non vult. Putat non lędi pietatem, dum pietatis obtentu impiiſſima jubet.

abominandam eſſe & ad extremos Indos relegandam. Animæ enim ſalus rebus etiam pretioſiſſimis præferenda eſt, *l.21. C. d. SS. Eccl.* Nec eſt, quòd quis dicat, quia utraque religio in Imperio permiſſa eſt, hanc conditionem de amplectenda religione Pontificia pro impoſſibili haberi non poſſe. Poſſibilitas enim illa, quę in hoc caſu attendenda venit, non ex legis permiſſu, quæ etiam quandoque turpe ac inhoneſtum conniventiâ quadam pro temporis ratione permittit, ſed ex Legatarii religioſa conſcientia æſtimanda ac definienda eſt. Quis enim pietatis adeo prodigus eſt, qui dixerit, ſi vetuſtis temporibus, cum gentilis Idololatria una cum religione Chriſtiana à piis Imperatoribus ad tempus permitteretur, paganus Chriſtianâ religione imbuto legatum ſub tali conditione reliquiſſet; ſi ad paganiſmum reverteretur; talem conditionem pro poſſibili habendam fuiſſe; quod tamen omnino ſtatuendum foret, ſi ex permiſſu legis ad implendæ conditionis neceſſitatem firmum argumentum deduceretur. Neque caret ea res exemplo illuſtriſſimo. Georgius Saxoniæ Dux, Pontificiæ religionis propugnator acerrimus, cum nullam poſt ſe relinqueret prolem, fratrem Henricum una cum duobus filiis heredem inſtituit, eâ lege, ne formam religionis mutaret. Miſſi hortatu Nobilitatis ad fratrem Legati, qui cum variis argumentorum illecebris Principis animum pertentaſſent, finitâ oratione è veſtigio hoc reſponſum tulerunt: Sanè veſtra hæc legatio planè mihi repræſentat illud, de quo proditum eſt in Sac. Literis, cum Sathanas Chriſto polliceretur totius mundi regna, modò procumbens ad pedes ipſum adoraret. An verò tanti apud me putatis ullas opes, ut earum causâ à veritate agnita deſiſtere velim? multum certè vos expectatio veſtra fallit. Ita dimiſſis Legatis cum reſciviſſet fratrem è vivis ſublatum eſſe, ilico Dreſdam & ad reliqua profectus oppida populum in fidem ſuam adegit, quatumvis Cæſarem ac Ferdinandum in caſum ſpretæ conditionis ſubſtitutos adverſarios haberet potentiſſimos, Sleidanus *libr.12.*

CONDUCTOR tenetur de culpa leviſſima, imò & de caſu fortuito, *c. propter ſterilitatem.3.X.d. loc. cond.*

Nulla eſt differentia, quia quoad culpam leviſſimam nihil definit jus Canonicum. Vid. differentiam, in qua, *Locatio ita ſe habet.* quoad ſterilitatem idem definit jus Civile in *l.8. C.d.loc.cond.* Videtur tamen contra diſpoſitionem Juris Canonici in *d.c.3.* diſtinguere *l.15.§.2. ff. loc.* inter caſum ſolitum, qui ſit damno coloni, & inſolitum, qui ſit damno domini.

Tantum de culpa levi, *§.pen.I.d.loc.& conduct.*

CONFESSIONEM revocare licet, *c.Mulieri.X.d. jurejur.*

Neutro jure confeſſionem revocare licet, non enim revocatur jure Canonico, *c. per tuas.10. X. d. probat.* Et ad *c.mulieri* reſpondent Mynſing. *cent.4. obſ.51.* Arnoldus de Reyger in *proceſſ. jud. diſput.7. th.2.* eam per Judicem eſſe reprobatam. Vel poſſum reſpondere, confeſſionem non revocare eum, qui confeſſus eſt. Vel poſſum diſtinguere inter confeſſionem factam ad obligandum quenquam in judicio, & inter confeſſionem liberatoriam. Quoad priorem, illa facta eſt vel in gratiam partis, vel in gratiam Judicis. Si in gratiam partis, non aliter præjudicat confitenti, niſi expreſsè à parte ſit acceptata. Si in gratiam Judicis, obtinet illud Gailii *libr.2.obſ.89.num.5. & ſeqq.* ubi ſi mulier coram Judice & in figura judicii confiteatur pecuniam verſam eſſe in ſuam utilitatem, huic confeſſioni mulieris

Revocare non licet, Nimis enim indignum eſſe judicamus, quod ſuâ quisque voce dilucidè proteſtatus eſt, id in eundem caſum infirmare, teſtimonioque proprio reſiſtere, *l. generaliter. 13. C. d. non num. pec.*

mulieris ſtandum erit, ita ut efficaciter obligetur; præſentia enim Judicis omnem doli præſumptionem excludit, text. in *c. præſentia. d. renunc.* & in *c. ficus nobis. § fin. d. ſent. & re jud.* text. in *l. 1. C. d. præd. & al. reb. min.* alias nunquam tutum foret contrahere cum mulieribus. Quoad poſteriorem confeſſionem, quæ eſt liberatoria, in illa ſufficit ſola partis præſentia per *l. tale pactum. in princ. ff. d. pact. & l. poſtquam liti. C. eod.*

CONFESSO de ſe ſuper alienum crimen credi non oportet, *can. ult. 15. q. 3. c. 1. X. d. conf.*

Nulla eſt differentia, nam minus eſt interrogare, quàm interrogato credere. Suggerit hoc ad *d. l. 6. tit. d.* Dio. Gothofredus, qui vult denunciatoribus non ita eſſe credendum, ut ex eorum denunciatione reus condemnetur: quamvis ex eorum denunciatione ad inquiſitionem procedi poſſit, ut factâ inquiſitione reus vel condemnetur vel abſolvatur. Deinde periculoſa confeſſio adversùs quemlibet admitti non debet; adversùs tamen conſcios & participes & ſocios. Tertiò diſtinguendum eſt inter confeſſum convictum & non convictum, qui adversùs alios non interrogatur. Tandem ſpecialis caſus in crimine læſæ majeſtatis obeſſe non debet.

Irenarchæ cum apprehenderint latrones, interrogent eos de ſociis & receptatoribus, & interrogationes literis incluſas atque obſignatas ad cognitionem Magiſtratûs mittant, *l. 6. ff. d. cuſt. & exh. reor.*

CONSANGUINITAS ſumitur pro cognatione omni & jure ſanguinis, Cujac. ad *t. X. d. conſ. & aff.*

Quod patet ex *l. ſancimus. C. d. pœn. can. 1. 35. q. 2. can. lex. 27. q. 2.* voces conſanguinitatis, cognationis, affinitatis ſignificatu ſuo dilatari poſſunt.

Conſanguinitas eſt ſpecies agnationis, *§. vulgò. I. d. ſucceſſ. cogn.*

CONSENSUS plurium non habetur ſemper ac ſi omnes conſenſiſſent, *c. cum in cunctis. 1. X. d. his, quæ fiunt à mai. part. capit.*

Utrumq; jus admittitur, nam in jure Civili ei, quod major pars Curiæ effecit, aut ei, quod publicè fit per majorem partem, nemo ſe oppoſuit. Optādum tamen foret, præſertim in Rebuspublicis, omnes conſentire, ne partialitatis minetur periculum, quod, ut Petr. Gregorius *libr. d. Republ. 23. cap. 3. num. 13.* ex Baldo refert, eſt tanquam vermis in caſeo. In jure Canonico diſcernuntur abuſus & ratio: abuſus equidem eorum, qui non tam ratione, quàm propriâ voluntate ad ordinationem Eccleſiaſticam procedere non permittunt, quum tamen incunctanter debeat obſervari, quod pluribus & ſanioribus fratribus viſum fuerit. Ratio a. eſt eorum, à quibus, quantumvis ſint pauciores & inferiores, aliquid rationabiliter objectum fuerit & oſtenſum; tunc enim ratio numerum vincit, vel ratio conſenſum plurium mutare poteſt, *arg. l. 17. § ult. ff. d. recept. c. quia propter. 42. X. d. elect. & el. pot.* Hinc in Prælatorum electione ſi altera pars eligentium numero, altera eligentium autoritate & electi meritis præcellat, neutra valet electio, quia ut à majori & ſaniori parte ſit electus, conjunctim requiritur, *c. Eccleſia veſtra. 57. X. d. z. d. elect. & elect. pot.* Quoad electionem Pontificis, de qua in *c. 6. X d. tit.* vel dicendum eſt duas partes Cardinalium conſtituere parte tertiâ partem majorem: vel in electione Pontificis valere rationem, *c. ubi. 3. d. tit. in 6.* ubi periculum majus intenditur, ibi plenius eſſe conſulendum: ſicut poſtulatio valeat, non ſufficit, ſi major & ſanior capituli pars conſentiat, ſed neceſſum eſt, ut ex tribus partibus duæ in eam conveniant, *c. poſtulationem. 5. X. d. poſtul. prœl.* quia cum poſtulatio gratioſè quodammodo à Collegio fieri dicatur, congruum non eſt tot collegis ingratis alios Collegii benignitatem velle impertiri,

Quod major pars Curiæ effecit, pro eo habetur, ac ſi omnes egerint, *l. 19. ff. ad municip.* Sic refertur ad univerſos, quod publicè fit per majorem partem, *l. 160. § 1. ff. d. R. J.*

invitoſque ad gratiam faciendam compellere, Vid. Corvinum *jur.Canon.libr.1 tit.5.* Sic ubicunque major pars aliquid contrarium faceret juri communi, omnes debent conſentire ſecundùm Innocentium in *cap. humilis. ult. X.d.major. & obed.* Otto Tabor in *theſaur. loc. comm. Juriſpr. ex axiom. Aug. Barboſæ libr.6. c.3. axiom.8.* Vel dicendum eſt electionem Pontificis ſpernere ea, quæ juris ſunt ordinarii, ſic in electione Pontificis citatio non eſt neceſſaria.

CONSOBRINI matrimonium non ineunt, *c. non debet. X. d. conſang. & affinit.*

Non o. quòd à prima creatione viri conjuges ſorores ſuas acceperint. Reſpondet *c. cum igitur. 35. q. 1.* Hoc quanto eſt antiquius compellente neceſſitate, tanto poſtea factum eſt damnabilius religione prohibente.

Ineunt, *§. 4. I. d. nupt. l.3.ff.d.rit.nupt. l.celebrandis. 19. C d. nupt.*

Hodie ex decretis Pontificum (qui voluntatem habere pro ratione in his, quæ volunt, dicuntur, & qui divinis humaniſque rebus pervertendis nati eſſe videntur) iſtiusmodi conſobrinorum nuptiæ apertè improbatæ ſunt. Jure ſiquidem Pontificio matrimonium ad quartum usque gradum incluſive (qui ſecundùm computationem civilem eſt octavus) prohibitum eſt, *can. ad ſedem.35. & d. c. non debet.* Ratio iſtius prohibitionis hæc perhibetur: quòd quatuor ſunt humores in corpore humano, qui conſtant ex quatuor elementis. Ergo usque ad quartum gradum fit prohibitio in matrimonio. Quæ ratio quoniam inepta ac ridicula eſt, meritò iſthæc prohibitio ubique locorum non obſervatur, Harppr. ad §. 4. *I. d. nupt. n.6.* Vid. Olemannum ad *libr. 1. diſput. Jur. Civil. Giphanii diſput. 3. num. 41.* & differentiam, in qua, *Graduum computatio in linea collaterali ſic ſe habet.* Non obſtant rationes Pontificiorum, quas cumulat Zœſius ad *tit. X. d. conſanguin. & affin num.7.* Fundata eſt prima in reverentia, quam liberi debent parentibus, & conſequenter iis, qui his ſanguine ſunt juncti. Reſpondeo reverentiam eſſe triplicem, alia impedit matrimonium: alia diſſuadet: alia etiam eſt eorum, inter quos eſt matrimonium. Fundata eſt ſecunda in pudicitia, quam frequenter periclitari faceret familiaritas cognatorum, ſi inter eos licitum eſſet matrimonium. *Reſp.* Licitum matrimonium non facit periclitari pudicitiam; verùm pudicitiæ eſt ſepimentum. 2. Si familiaritati cognatorum eſſet metuendum, omnis familiaritas, etiam non cognatorum, eſſet prohibenda. Fundata eſt tertia in dilatatione neceſſitudinis inter plures ad conſervandam caritatem inter cives, & tranquillitatem ſocietatis, quæ magis procuratur per confœderationem nuptialem cum remotioribus. *Reſp.* A ratione civili ad prohibitionem juris divini ſeu naturalis non argumentamur. 2. Invitatio ad confœderationem cum remotioribus non infert neceſſitatem. 3. Caritas nuptialis non eſt ſolum ſocietatis ſervandæ remedium. 4. Si nullam aliam ſocietatem inire vellent Clerici, an eis Pontificii matrimonia permitterent.

CONSUETUDO irrationabilis non valet, quia in *c. ſi conſuetudinem. diſt. 8.* Dominus dicit, ego ſum veritas, & non dicit, ego ſum conſuetudo. Ita in *c. ex parte. 10. X. d. conſuetud.* inducitur

Quod non ratione introductum, ſed errore primùm, dein conſuetudine obtentum eſt, in aliis ſimilibus non obtinet, *l.39.ff.d.LL.*

Nulla eſt differentia, quia conſuetudo irrationabilis dicitur tribus modis. Vel quatenus nunquam valuit, ſic conſuetudo peccandi veniam peccatori non indulget. Vel quatenus revocatur, ut in textu Juris Canonici & generaliter in relatione ad utrumque jus, quod ratione caret, extirpari neceſſe eſt, *can. 5. q. 1. c. 68.* *Novell.134.c.1.* Vel qua-

conſue-

Digitized by Google

conſuetudo, ut ſi vir ducat uxorem, quæ fide conjugii violatâ committat adulterium, nihilominus ipſa medietatem omnium bonorum improbè apprehendat, quæ potiùs privanda eſſet omnibus bonis. Ratio eſt in *c. aqua. X. d. conſecrat.* quia hæc conſuetudo potiùs eſt corruptela.

tenus in ſuis caſibus toleratur, ad ſimiles non porrigitur, ut in textu Juris Civilis, quoniam ex abrupto conſuetudinem non abrogamus. Applicemus heic verba Eraſmi in *colloq. Franciſcanorum*, Quod penitus infixum eſt animis hominum, multoque uſu inveteravit, ac velut in naturam abiit, ſubitò tolli ſine magna pernicie tranquillitatis humanæ non poteſt, ſed ita paulatim ſubmovendum eſt, quemadmodum ille revulſit pilos caudæ equinæ.

CONSUETUDO jus ſcriptum non explicat nec tollit, etiamſi ſit poſterior, *c. 9. X. d. major. & obed. c. 2. in pr. verſ. nos inter cetera. d. elect. in clem.*

Non negatur in jure Canonico conſuetudinem tollere jus ſcriptum, *c. novit. 13. X. d. judic.* ſed conſuetudinem non tollere canonica ſtatuta, & non legem ſuperioris per inferiorem tolli poſſe, quod allegata loca innuunt. Vid. differentiam, in qua, *Canones non adeò ſibi conſtant.*

Conſuetudo jus ſcriptum explicat, aut tollit, ſi ſit poſterior, quia in rebus novis conſtituendis evidens utilitas eſſe debet, ut recedatur ab eo jure, quod diu æquum viſum eſt, *l. 2. ff. d. conſt. princ.*

CONSUETUDO ſi inducatur præter jus, ſufficit tempus decennii: contra jus verò, quia in eo prejudicium ſuperioris verſatur, quadraginta annorum curſus requiritur, gl. *in c. fin. in verb. legitime. & ibi Panorm. n. 1. X. d. conſuet.* exceptis iis, quæ in ſignum ſingularis præeminentiæ & prærogativæ reſervata ſunt, in quibus tempus, cujus initii non extat memoria, requiritur, *c. ſuper quibus. 26. §. præterea. X. d. V. S.*

Tutius ad decidendas lites eſt jus Canonicum. Hinc etiam jus Saxonicum introduxit, ut ſive præter ſive contra jus conſuetudo introducatur, ad inſtar immobilium & jurium ſpatium 31. annorum, ſex hebdomadarum & trium dierum requiratur, Schulz in *Syn. Inſt. Imp. ad tit. d. J. N. G. & C. lit. d.*

Cum nullâ l. Civili hoc definitum ſit, arbitrio Judicis determinatur, *arg. l. 1. §. ult. ff. d. jur. delib.*

CONTRACTUS innominati ita ſe habent, ut in iis non ſit locus pœnitentiæ, *gl. in c. cum inter. X. d. elect. & el. poteſt.* Mantica *libr. 1. d. tac. & ambig. convent. tit. 8. n. 17. & ſeqq.*

Vel periclitatur gloſſæ autoritas, vel cauſa ſpiritualis pœnitentiâ impedit. Vide Mœſtertium *libr. d. juſt. leg. Rom. 1. c. 3. n. 1. 2.* quia totiens jus Civile Romanorum actionem & exceptionem dat, quotiens inter aliquos deliberato animo quid placuit, idque propter naturalem æquitatem, & ut fides ſervetur, Vid. differ. in qua, *Pactum ita ſe habet & ibi all. Ottonem Taborem.*

Pœnitere licet *l. 3. §. 2. l. 5. in pr. ff. d. condict. cauſ. dat.* Strein. *in antim. jur. Pontif. & Caſ. tit. 4. diff. 16.*

CRIMINA omnia ſunt publica, *can. infames. 17.*

Nulla eſt differentia, Nam jus Canonicum non tollit diviſionem

Crimina alia publica ſunt, alia privata, *l. 1. ff. d.*

cauſ. 6.

cauſ.6.q.1.c.1.2.ult.X.d. colliſ.deteg.

criminis in publicum & privatum, ſed proponit caſus utrique crimini communes. Vid. *can.nullus ſervus.* 11. *cauſ.* 3. *q.5.c.ſi quis.22.§.porro ſimoniæ.cauſ.6.q.1. c.d.crimine.1. cum ſeqq.cauſ.15. q.3.* Schulz in *Syn.Inſt.Imp. ad tit.d.publ.jud.lit.a.*

publ.jud. niſi vox criminis ſumatur ſpecialiùs, ut in *l.17.* §.18.*ff.d.ædil.ed.*

CRIMINA omnia, ſive publica, ſive privata, infamant, gl.in *c.2. X. d.colluſ. deteg.* & per ea, quæ habet Emericus à Rosbach in *theſ.rec.diff.libr.3. tit.25.num.6.*

Aut jus Canonicum non potuit eſſe feverius, aut leviorem, quàm jus Civile, exiſtimat infamiæ irrogationem. Deinde ne dubium ſub hac quæſtione occultetur, non quærimus, an omnia crimina irrogent infamiam, ſed an dolus in committentibus crimina non irroget infamiam.

Illa tantùm infamant, quæ nominatim exprimuntur in *tit.ff.d.his,qui not.inf.* & *l. infamem.ff.d. publ.judic.*

CRIMINIS conſcius non eandem pœnam ſubit, quàm is, qui crimen patravit, *c. felicis.fin. in verb. Illud autem non duximus omittendum &c.d.pœn. in 6.*

Nulla eſt differentia, nam jure quoque Civili conſcius criminis non ordinariâ, ſed extraordinariâ ſolùm pro arbitrio Judicis & quidem mitiori, & ad ſummum relegationis pœnâ eſt plectendus per textum in *l. Metrodorum.* 40.*ff.d.pœn.* ubi is, qui non prodit reum læſæ majeſtatis, in inſulam deportatur. Hacpropter juxta Carpzovium in *pract. crim. part.1. q.11.num.55.* notandum, Conſcium in Jure duplici modo accipi; Uno, quando ſimul particeps eſt delicti; quo ſenſu reperitur hoc vocabulum in *l.7.C.d.pag. l.16.in pr.ff.d.pœn. l.2.C.qui teſtam.fac.poſſ.* Alio modo dicitur conſcius, qui absque ulla participatione ſolummodo ſcivit delictum, quo ſenſu accipi debet in *l.2.ff.d.L.Pomp.d.parricid.* & de conſciis iſtis, qui absque omni participatione ſolam notitiam habent, veriſſimum eſt, quòd pœnâ ordinariâ puniendi non ſint. Vid. Carpzovii in *d.pract. part.3. q.134. num.* 63. limitationem ſecundam in iis perſonis, quæ delicti adhuc perpetrandi ſcientiam aliquam habent, illudque impedire cum poſſent, non faciunt: & ibidem *num.*66. in delictis atrociſſimis, & reſpondebis ad loca è jure Civili mutuata. Sic etiam poſſet extrui differentia juris Canonici & Civilis in crimine læſæ Majeſtatis, nam jure Canonico filiis peccata parentum poſt ipſorum nativitatem à parentibus commiſſa, *c.non imputantur.1.q.4. c.ſi habes.24.q.3.* non imputantur. Jure Civili filii reorum criminis læſæ majeſtatis paterno deberent perire ſupplicio, quippe in quibus paterni, i.e. hereditarii criminis exempla metuuntur, *l.quisquis.*5.§.1.*C.ad l.Jul.majeſt.* Verùm Pontificum Canones non faciunt ad ejusmodi crimina, quibus ſuæ peculiares conſtant rationes.

Etiam conſcii eâdem pœnâ afficiendi, licet extranei fuerint, *l.6.ff.d.L.Pomp.d.parric. l.un.* §.2.*C.d.rapt. virg. l.5.* §.*pen. C.ad l.Jul.Majeſt.*

CULPA eſt genus, ſub quo continentur dolus & culpa, arg. *can. quia ſunt. diſt.28.*

Præfertur jus Civile, quod nunquam dolum & culpam, nec culpam dolum, niſi exæquationis modo, aſſeverat, quia commodius erat ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui, §.5. *I. quib. mod. teſtam. infirm.* Bachovius in *decad.76. err.Ant.Fabri.c.1.* duos notat errores. Unus eſt Zaſii, cui alia eſt lata culpa ignaviæ, alia

Dolus & culpa diſtinguuntur, ſic actio de dolo non poteſt dici actio de culpa. Sic in L. Cornelia culpa lata pro dolo non accipitur. *l.7.ff.ad L. Corn.d.ſicar.*

verſutiæ:

verſutiæ: Sed utique hæc verus eſt dolus. Alter eſt Antonii Fabri, qui quandam latam culpam ait eſſe dolo proximam, quæ ſit craſſa negligentia, conjunctam habens ſcientiam quandam à dolo omnino remotam, quæ ſit ſtoliditas & ignorantia. Ita Faber, ſed ineptiùs & prorſus non ad rationem juris, quo omnis lata culpa dolo proxima & dolo æquiparata, & falſum eſt, quòd iſta à Prudentibus noſtris diſtinguantur, & quædam lata culpa dolo non proxima ſtatuatur. Quoad jus Canonicum, ei fortean eſt indulgendum, quod & ſuas pollicetur indulgentias. Sic in *c. indignum. diſt.* 38. ſuaviter ſe excuſat Pontifex, Indignum vehementer exiſtimans, ut verba cœleſtis Oraculi reſtringantur ſub regulis Donati.

CULTUS divinus conſiſtit in alimentis. Unde offerendo pro alimentis offerens debet recipi, ut cultus divinus augeatur, *c. ex parte. d. conſtit. & in c. vaſa. d. conſecr. diſt.* 1.

Huic differentiæ anſam præbuit Decius ad *l. 2. C. d. inſtitut. & ſubſt. num.* 11. Sed nulla eſt, Nam poteſt equidem alimenta offerre, qui vult divini cultus miniſterio adhiberi, ut cultus divinus augeatur, non in relatione ad ipſum cultum, ſed in relatione ad numerum eorum, qui cultui divino adhibentur: vel in relatione ad ipſum monaſterium, quod paupertatis obtentu eum, qui alimenta offert, repudiare non poteſt.

Cultus divinus conſiſtit in iis, quæ ad miniſterium Dei dedicata ſunt, Manzius ad §. 8. *I. d. R. D. num.* 1.

D.

DARE nemo poteſt, quod non habet, *c. Nemo. 79. d. R. J. in 6. c. quomodo. 41. diſt. 4. d. conſecr.*

Si uterq; locus conciliatur, Jure Canonico dare nemo poteſt, quod non habet, id eſt, quod eſt alterius, eo invito dare non poſſum, arg. *l. traditio. 20. in pr. ff. d. tit. d. A. R. D.* Vel dare non poſſum, quod in me ipſo præexiſtere eſt neceſſum. Sic qui ipſe liber non eſt, alii libertatem dare non poteſt. Vel dare non poſſum, quòd à perſona ad perſonam non tranſit. Sic venditus à fructuario uſusfructus in perſona ſecundi fructuarii non diutiùs durabit, quàm in perſona primi duraturus erat. Poteſt tamen uſumfructum cedere, qui eum non habet, quatenus cedit jus illud, quod ſuâ die ad proprietatem reverti poteſt, *l. 63. junct. l. 72. ff. d. Uſufr.* Digreditur heic Wiſſenbachius *diſp. ad R. J. 9. reg. 54. num.* 2. ad Philoſophiam, ita ut cauſa nihil poſſit dare effectu, quod ipſa non habeat formaliter vel eminenter. Formaliter, i. e. eſſentialiter & ſubjective. Eminenter ſeu virtualiter, i. e. eminentiori modo. Ita ignis dicitur calidus formaliter: Sol eminenter. An malè quis ſubſumeret rem alteri per ſententiam Judicis aſſignatam, licet formaliter non ſit Judicis, eminenter tamen eſſe in ſententia judicis, ſive bene ſive malè judicaverit, quia ſemel officio ſuo eſt functus, *l. 55. ff. d. re jud.* Ridiculum fuerit Apolonii apud Philoſtratū judicium, qui controverſo inter venditorem & emptorem theſauro, arbiter ſumptus, probiori ex his deberi putavit theſaurum; tamen theſaurus alteri aſſignatus eminenter fuit in Apollonii arbitrio. Vanum fuerit vel ipſius Apollinis Delphici oraculum, qui litigioſum tripodem aureum, piſcatorio Mi-

Non eſt novum, ut qui dominium non habeat, alii dominium præbeat; nam & creditor pignus vendendo cauſam dominii præſtat, quam ipſe non habuit, *l. 46. ff. d. A. R. D.*

leſiorum verriculo extractum ſapientiſſimo, adeoque Socrati adjudicavit apud Val. Maximum *libr.* 4. *c.* 1. tripos tamen aureus Socratis fuit eminenter. Vapulet meritiſſimò Cyrus, qui judicandi calculum ſortitus inter duos de duabus togis litigantes prolixiorem proceriori, breviorem breviori attribuit, nihil penſi habens, quæ cujus eſſet propria apud Xenophontem *libr.* 1. *Cyropæd.* tamen, quod nihil penſi habuit Cyrus, in Cyro fuit eminenter: quod litigantibus attribuit, in iis fuit formaliter.

DECIMÆ non poſſunt à Laico, ne quidem tanto tempore, cujus initii memoria non extat, præſcribi, *c. cauſam. X. d. præſcript.* Wurmb. in *pract. obſ. tit. d. præſcr. obſ.* 17. *n.* 1. Vid. Cam. Borellum in *ſpecul. princip. Petri Belluga rubr.* 13. *c.* 1. *lit. a.* & *ſeqq.* Cujacium ad *d. c. cauſam.*

Clerici decimas in aliena parochia cum titulo, vel tanto tempore, cujus memoria non exiſtit, præſcribere, *c.* 1. *d. præſcr. in* 6. & habentes terras conſuetas ſolvere decimam in libertatem per præſcriptionem vindicare poſſunt, gl. *in c. aliquibus in ult. gl. d. decim.*

Émericus à Rosbach in *theſ. recept. diff. jur. Civ. & Can. libr.* 1. *tit.* 2. *num.* 12. *& ſeqq.* hanc proponit differentiam, Sed nulla eſt, quia utrinque allegatur jus Canonicum. Deinde hoc jus Canonicum non in eodem, ſed in diverſis ſubjectis quærit differentiam. Hoc tamen cum Emerico à Rosbach notandum, quòd Laici decimas nec poſſidere nec præſcribere poſſunt, hoc intelligendum eſt de decimis, quæ ſpirituales habentur. Sunt aliæ decimæ, quæ feudales & prophanæ dicuntur, quas Carolus Martellus devictis & profligatis hoſtibus fidei à ſummo Pontifice obtinuit, ut in poſterum Laici decimas poſſiderent. Poſtea verò in Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. Anno Chriſti 1179. vel ex Platina Anno 1160. ſancitum, ne in poſterum Laicis liceret decimas prædiis imponere. Sed quæ ante illud Concilium acquiſitæ fuerunt, remanſerunt, & feudis annexæ feudorum naturam ſecutæ ſunt. Vid. Maſtertium *libr. d. juſt. Rom. LL.* 1. *c.* 21. *& ad eum* Cyprianum Regnerum. Bocerum *d. præſcript. feud. c.* 2. *num.* 129. *& ſeqq. & num.* 155. *& ſeqq.* Sub his decimis continentur primitiæ, de quibus Rennemannus in *Jurispr. Romano-German. membr.* 2. *th.* 12. *diſp.* 73. & ſunt primi cujusque rei, primâ vice parturientis vel fructiferæ fructus. Quæ res ex jure Moſaico traxit originem, *Exod. c.* 23. *&* 25. *Num. c.* 5. *Deuter. c.* 26. *Proverb. c.* 3. Quam licet Canoniſtarum avaritia ad neceſſitatem traxerit, *c. præter hoc.* §. *præcipientes. verſ. deinde. diſt.* 32. in Moſaica tamen hierarchia magis conſilii quàm præcepti fuit. Vid. Petrum Greg. Tholoſanum *Syntagm. jur. Civ. libr.* 2. *c.* 19. *& d. Annatis c.* 21. *In partit. jur. Can. libr.* 1 *tit.* 23. 24. Carpzovium in *defin. forenſ. part.* 2. *conſt.* 2. *def.* 4.

DECIMARUM eſt neceſſitas, *c. non eſt. & ſeq. X. d. decim. c. à nobis. & ſeq. X. d. t.* in quo ne Imperiali indulgentiâ impetratam im̃unitatē & exemptionem quis allegare poteſt.

Non de neceſſitate, ſed ex voto decimæ debentur, *l.* 2. §. 2. *l.* 6. *in pr. ff. d. pollicitat.*

Joachimus Haſſæus in *jejunicent. differ. Jur. Civ. & Can. theſ. ult. diſp. Baſil. tom.* 6. hic inducit Celeſtinum III. ferè ſceleſtum, Innocentium III. multis nocentem: avaras ac ſordidas Harpyias hujusque farinæ paraſitos, qui horribilem execrationem comminantur in *c. decimæ.* 66. *q.* 1. 16. *ibi Decimam niſi dederis, ad decimam vocaberis*, h. e. gloſsâ interprete, Dæmonibus ſociaberis, qui ſunt decima pars Angelorum. Ut ego addam, quod ſentio, Inverecundiam extorquentium Canoniſtarum tollo, non tamen tollo decimarum neceſſitatem. Vid. differ. in qua *Decimas conſuetudo tollere non poteſt*: & differ. in qua *Decimæ non poſſunt à Laico.*

DECI-

Decimas conſuetudo tollere non poteſt. Quinimo, quod plus eſt, non ſolvens decimas ex Papæ permiſſu non eſt tutus apud Deum, Abbas in *c. tua nobis. num. 5. X. d. decim.* Vid. differentiam, in qua *Conſuetudo irrationabilis non valet.*

Nulla eſt differentia, quia jus Civile 1. agit de conſuetudine minuenti. 2. nihil definit. Quicquid ſit, concludit Borellus *d. loc.* ego conſului nullo modo valere conſuetudinem diminuentē decimam, quia cum decima ſpirituale quoddam jus ſit & Dei ſanctuarium, à Laicis poſſideri nequit, Panormit. in *c. ad hæc. num. 10. X. d. decim.* & cum qui præſcribit, poſſideat, nec detur ſine poſſeſſione præſcriptio, dicendum eſt decimas à Laicis præſcribi non poſſe. Idem Abbas Panormitanus in *c. cum contingat. num. 3. in c. cum homines. num. 3. 7. & in c. tua nobis. num. 10. X. eod. tit.* Nec vigore cujusvis conſuetudinis, tacitiq; conſenſus Prçlatorum ac Clericorum decimas non ſolvens tutus eſt à peccato, Abbas in *c. Parochianos. n. 3. 7. X. d. ſepult.* Cum enim Deus ſibi decimas reſervaverit in ſignum univerſalis dominii & recognitionis, & pro alimonia, quæ Sacerdotibus datur pro cultu, quem Deo tribuunt. Ob quod cum ſit ipſius Dei dominium, quomodo poterit hominum, Sacerdotum, Prælatorumve placitis ſubmoveri? & quòd talis conſuetudo decimam minuens non teneat, voluit Canoniſtarum maximus Hoſtienſis in *ſumm. ejus tit. §. & utrumque. q. 7. per totum.* ubi opinionem hanc fulcit lege, ratione & autoritatibus, ſubdens, abſit, quòd contrarium dici rectè poſſit, quia magis credendum eſt Eccleſiæ, ejusque Doctoribus, quàm aliis quibusvis ſecularium zelo contra fortè conſulentibus.

Circa dubium autem, An conſuetudo minuens decimam valeat, diſſentiunt inter ſe magnopere Legiſtæ, Cam. Borell. in *Petri Bellugæ ſpeculum Princip. rubr. 13. c. 1. lit. i.* Cardinalis Tuſchus *lit. D. concl. 62.*

Defendere alterum in periculo mortis conſtitutum quis tenetur, Damhouderus in *prax. rer. crimin. c. 80. num. 5. & ſeqq.*

Ut intelligatur quæſtio, ita eſt formanda, An quis ad alterius, etiam extranei, propugnationem, ſi modò hæc ſine corporis periculo inſtitui poſſit, omni jure obligatus ſit, vel ſi defenſionem omiſerit, competenti Judicis moderatione adhibitâ ſit puniendus? Aſſerunt Covarruvias in *c. peccatum. d. R. J. in 6. part. 2. relect. §. 3. num. 4. & in clem. ſi furioſus. part. 2. § 2. num. 7. d. homic.* Gomezius *tom. 3. var. reſol. c. 2. num. 9.* Vaſquius *libr. 1. contr. illuſtr. c. 9. num. 5. 6.* Berlichius *part. 4. concl. practic. concl. 12. num. 45.* quos & plures refert Harppiechtus ad *§. 5. I. d. publ. judic. num. 131.* eamq́ue ſententiam ait omnium eſſe optimam veriſſimamque; quæ confirmari poſſit rationibus juris Divini, quibus accedit egregium exemplum Moſis, *Exod. c. 2. v. 11. 12.* virum Ægiptium indignè tractantem & percutientem quendam de Hebræis fratribus ſuis & cognatis interfecit. Cujusmodi facinus tantùm abeſt, ut in Moſe improbatum fuerit, ut ex eo tempore etiam ipſius miniſterio Deus in Hebræis ex Ægipto educendis ac gubernandis mirificè uſus ſit: cumq́ue Spiritus Sanctus (*Actor. 7. verſ 24. & ſeqq.*) hanc defenſionem Moſis juſtam fuiſſe agnoſcat & comprobet, non convenit nos de Spiritus Sancti judicio curioſiùs diſceptare. Deinde eadem ſententia jure Canonico evidentiſſimè comprobatur, *c. non inferenda. 7. cauſ. 23. q. 3.* ubi dicitur, Qui non repellit à ſocio injuriam, ſi poteſt, tam eſt in vitio, quàm ille, qui facit. Et in *can. ſeq. 8.* Qui poteſt obviare & perturbare perverſos & non facit, nihil eſt aliud, quàm favere impietati eorum, &c. Et in *can. ult.* Qui deſinit obviare, cum poteſt, perverſis, & non facit, conſentit. Similes textus habentur in *c. quantæ. 47. d. ſentent. excomm. & c. dilecto. 6. verſ. & quidem. eod. tit. in 6. & c. ſicut*

Non tenetur, Paulus Berens *diſp. 1. ad Inſt. them. 1. q. 3. & 4.* Faciunt *l. 9. §. 1. ff. quod met. cauſ. l. 3. ff. d. J. & J.*

dignum.6.§.illi etiam.d.homicid. ubi ſcriptum eſt, Qui potuit hominem liberare à morte, & non liberavit, eum occidit: nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare. Nunc videamus, An in hac quæſtione ſit differentia inter jus Canonicum & Civile? Et reſpondetur, quod juris eſt Canonici, idem jure Civili eſt cautum, arg. *l.ſervus.7.ad fin.ff.a ſerv.export.* in qua beneficio affici hominem intereſt cujusvis hominis. Et in *l.culpa.50.d.R.J.* Culpâ caret, qui ſcit, ſed prohibere non poteſt. Ergo à contrario ſenſu qui prohibere & damnum avertere poteſt, nec avertit; culpæ reus eſt. Vid. *l.109.ff. eod.l.4.in pr.ff.ad L. Aquil. l.2. & 3.d.nov.act.l.2.C.d.comm & mercat.* Addidi clauſulam, ſi modo ſine periculo, quia interula magis ſtringit quam tunica: ſive tunica propior pallio eſt, & genu propius tibia, & unusquisque ſibi proximus judicatur, Erneſtus Cothmannus *vol.3. reſp.31. num.48. & reſp.49. num.155.* Cum his non pugnat *d.l.9. §.1.ff.quod met.cauſ.* ibi dum Ulpianus ex Pomponio refert licere cuipiam ab alio pecuniam accipere in hunc finem, ut ipſum adversùs vim hoſtium tueatur, inferri poſſe videtur gratuitò & ex officio neminem ad alterius defenſionem obligatum eſſe, quaſi turpiter aliàs pecunia iſta acciperetur per *l.pen.ff. d.cond.ob turp.cauſ.* Primò namque reſpondet Harpprechtus *d.loc. num.* 141. quod multa honeſtè accipiantur, quæ minùs honeſtè petuntur, *l.1. §.5. d.extraord.cogn.l. cum illud. 25. §. 1. ff. quand. dies legat. ced. l. naturaliter. 13. l. eleganter. 23. cùm l. ſeq. l. repetitio. 44. ff. d.cond.ind.* Exempli loco eſſe poteſt mandatum, quod cum originem ex officio atque amicitia trahat; gratuitum eſſe debet, *l.1.§.ult. & l.ita ut omnes.36.§.1.ff. mand.§.fin.I.d.mand.* & nihilominus tamen remunerandi gratiâ pecuniam admittit, quæ honor dicitur, *l.ſi remunerandi gratiâ. in pr.ff.mand.* & ſalarium, *l.ſalarium.7.ff.eod.* Deinde textus *d.l.9.* procedit, quando quis alteri generaliter operam defenſionis ad dies vitæ vel ad certum tempus locat, quod absque turpitudine vel privato homini permiſſum eſt; idque probatur exemplo vaſalli & militum. Ille enim, qui defendendi domini ſui causâ adversùs omnes, omnique loco & tempore, vitam quodammodo ſuam devincire & obligare ſolet, rectè & honeſtè feudum, ceu beneficium non omnino gratuitum, accipere intelligitur, *tit. 28. §.fin.libr. 2.feud.* Hi verò, qui armis occupantur, ut numeris & ſignis juncti Rempublicam ab omni incurſione defendant, non minùs rectè a belli Duce ſtipendia accipere judicantur. arg. *l.miles.6. in pr.ibi.ſtipendia meruit. ff d.re jud. can.quid culpatur.4.verſ.unde neque Joannes. cauſ.23. q.1.l.1. & 2. C.d.re milit* At vero præſens quæſtio ejusmodi caſum reſpicit quando quis fortuitò incidit in hominem, cujus vitæ ſalus periclitatur. Hunc qui non juvat & defendit, cum juvare & defendere poteſt, tam eſt in culpa, quam eſt is, qui homini iſti vim facit. Ad *l.3.ff.d.J.&J.* in qua proponitur tutela corporis ſui, non alieni; facilè reſpondebit, qui conſideraverit ſalutem & incolumitatem totius corporis Reip. quæ ſingulorum hominum, ceu membrorum ipſius, læſione & mutilatione labefactatur. Adhæc qui conſideraverit cognationem illam, quam natura inter omnes conſtituit.

DEFENDERE quis ſe ita non poteſt, qui ut plagam inſtantem evitet, apprehenſum alium hominem percuſſori pro clypeo opponit, Felin.in *c.ſignificaſti.num.14.verſ.3. X.h.t.* Zœſ.in *π. ad L.Corn.d.ſicar.num.38.*

Nulla eſt differentia, quia in *l.3.* continetur deciſio illis casûs, Si quis percuſſorem ad ſe venientem gladio repulerit, an ut homicida teneatur? non deciſio illius casûs, quo quis alienam ſalutem in periculum deducit, qui de ſua deſperavit, quod non tentandum probant ex *L.ult.C.d.Accuſ*

Defenſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur, *l.3.C.ad l.Corn.d.ſicar.*

DEFENSIO ita proportionaliter fieri debet,

Accedimus juri Canonico, quia committitur defenſionis exceſ-

Qui mortem minatur, eam excipiat, & id, quod

ut occi-

ut occidi non debeat, qui apprehendi citra occiſionem poteſt, *c. interfeciſti.2.X.d.homicid.* igitur minæ occiſi occiſionem non excuſant.

intendebat, incurrat, *l.1. C.quand.lic.unic.ſine Judic. ſe vind.*

ſum & pœnæ homicidii ordinariæ non eximitur, qui minantem, vel eum, à quo vulnera, verbera, aut cædem ſibi inferri ſuſpicatur, occidit. Solæ namque minæ tam gravem offenſam non habent, ut ob eas ſolas alterum cædere liceat. Sunt enim minæ verba, quæ non verberibus, ſed verbis ſunt repellenda, Damhouder. in *prax. crim. c.76. n.19.* Quoad jus Civile nec illud ſolas minas ſufficientes judicat, quia metum non jactationibus aut conteſtationibus, ſed facti atrocitate probari convenit, *l.9. C.d.his, quæ vi met. cauſ.* Nec o. *l.* 1. quæ loquitur de milite aut privato, qui ad agros nocturnus populator intraverit, aut itinera frequentata inſidiis aggreſſionis obſederit, nam in hoc ſufficit terror armorum arg. *l.3.§.5.ff.d.vi & vi arm.* Vid. *l.15.§.1.ff.d. injur.* & Carpzovium in *pract. crimin. part.1.q.29.n.58. Conſtit. Caroli V. art.*140. §. *fin. in verb.* vnd ſo er alſo den benötiger entleibet/iſt er darumb nichts ſchuldig: iſt auch mit ſeiner gegenwehr/biß er geſchlagen wird/zuwarten nicht ſchuldig/vnangeſehen ob es den geſchribenen rechten vnd gewohnheiten entgegen were. An hic articulus juri ſcripto adverſetur? vid. *l.3.C.ad.L.Corn.d.ſicar.* Tunc tantùm eſt præventio phyſica, at defenſio eſt moralis, Hahn. *diſp. ſel.12.th.*22. Ex his tribus differentiis, in quibus defenſionis ventilatur proportio, nondum de armorum proportione conſtat, nec de ea conſtare admodum erat neceſſum. Etenim propulſationem vis & injuriæ jus generaliter concedit; omneque id, quod fit corporis tuendi causâ, nullam mereri pœnam ſancit. Ergo hoc facere licet, utcunque magis commode quimus. Cumque nullibi jura noſtra diſtinguant; frivolum eſt curioſâ velle uti diſtinctione: cum ea libertas defendendi reſtringatur. 2. paria arma in continenti parare nequimus: ſtultumque eſt cum ad tuitionem magis idoneis uti poſſis, abjectis iis in vitæ venire diſcrimen. 3. Haut percuſſoris arbitrio permitti debet, quomodo aggreſſus ſe tueri debeat: id quod fieret ſane, paritas ſi armorum neceſſaria foret; & aggreſſus etiam pluribus armis inſtructus, non optionem haberet, quo ſe tueri velit. Itaque proportionem attendi potiùs Geometricam quàm Arithmeticam Noſtrates volunt: ut ſcilicet ſi aggreſſor plus valeat pugnis, aggreſſus impunè armis ſe defendere poſſit, Bocerus *d.duell. c.10.n.55.* Eſt namque innoxius ſemper, qui damnum dat, ſi aliter tueri ſe non poteſt, *l.45.§.4.ad l.Aquil.* & defenſor propriæ ſalutis, in nullo peccaſſe videtur, *l.3.C.ad l.Corn.d.ſicar.* Ubi tamen diligens omnium circumſtantiarum penſiculatio neceſſaria eſt, an nempe ad ſumendam vindictam magis quam ad injuriam propulſandam quid fuerit factum, arg. *c.ſignificaſti.X.d. homicid.* Non o. quod aliquoties conſtitutum reperimus; eum, qui cum armis venit, armis repellere licere, *l.5.C.d.jur. fiſc. L.1 §.vim vi. l.3.§.9.d.vi & vi arm.* ſeu ut Ovidius canit *3.d.art.am.* *Armaque in armatos ſumere jura ſinunt.*

Reſpond et Beſoldus ad *l.3.ff.d.J.& J.th.*22. Non ex contrario eſt ratiocinandum; ſi ſine armis veniat invaſor, etiam abſque armis defenſionem perficiendam eſſe. Argumentatio quippe à contrario ſenſu haut procedere reputatur, ſi leges in contrario caſu aliud diſponant: at jam modò eſt edoctum, omne id, quod fit corporis noſtri tuendi causâ, nullam mereri pœnam. At ſi quis fortior me pugno aggrediatur, aut ſi quis faucium cõmpreſſione me jugulare, calcibus impetire, lumbosve mihi elumbes facere conetur; hic jam ſatis eſt armatus audaciâ ſuâ, & corporis animique vigore, ita ut armis me aggredi videatur: & mihi viciſſim integra ſit quæcunque ratio defenſionis.

DEFENSIO juſta ac legitima eſt non quovis modo facta, ſed ea ſolummodo, quæ ſit pro-

D. Hadrianus reſcripſit eum, qui ſtuprum ſibi vel ſuis per vim inferentem occidit, dimit-

Etiam jure Civili requiritur defenſio, quæ proportionaliter fiat, *l.3.§.4.& ſeqq.ff.d.vi & vi arm.* Nec pro pudi-

Digitized by Google

portionaliter, veluti ſi vis eodem modo repellatur, quo infertur, *c. uti famæ. 35. X. d. ſentent. excomm.* Hinc pro pudicitiæ tutela aggreſſorem occidere non licet.

Non o. *c. non eſt noſtrum.* 23. *q.* 5. ad quod reſpondet gloſſ. ibidem *lit. g.* hanc dictionem *absque* legendam eſſe incluſivè, q. d. nec in iſtis (in quibus magis videtur) licet alicui ſe occidere. Sic ponitur ibi, Pulchræ ſunt genæ tuæ, absq; eo quod intrinſecus latet. Sic ponitur hæc dictio *absq;* incluſivè *c. 35. q. 3. c. progeniem.*

citiæ tutela aggreſſorem occidere licet. Rationem reddidi in *diſp. mea inaug. d. lege. theſ* 24. quia non idem pudicitiæ, quod vitæ periculum, cum vi oppreſſis ab omnibus ignoſcatur. Bachov. in *vol. 1 ad Treutl. diſp. 1. lit. C.* Non o. *l. 8. §. pen. ff. quod met. cauſ.* in qua ſtupri metus major, quam mortis eſſe debet. Reſp. eam loqui de morte noſtra, propter quam imminentem moriturus culpæ reus non ſit, non de morte propter pudicitiam alteri inferenda.

Non o. Crudelem fore eam, quæ pudicitiæ ſuæ famam negligit. Reſp. Non crudelis eſt, quæ crudele facinus invita patitur: non famam negligit, quæ, dum non perpetrandis fortiter reſiſtit, famam adauget.

Non o. *d. l.* 1. §. *pen.* quæ vel innuit caſum, quo altero reſiſtente aggreſſio pudicitiæ in corporis aggreſſionem degenerat, ita ut hæc appendix ſit neceſſaria, niſi læſioni pudicitiæ ſubſit periculum mortis, ejus inferendæ aperta voluntas, vel etiam certior propter antecedentes ſeu juratas inimicitias promiſſio. Vel hæc dimiſſio non omnem tollit pœnam, ſed temperat tantùm ordinariam. Quo intendit *d. mea diſp. in verb.* ſi quæ violenta luctu & neſcia tolerandi, aut ex pavore aliquem occiderit, occidenti ignoſcerem ideo, quia animus perturbatus & irritatus nec cohibere ſe poteſt, nec, quo loco vult, ſemper conſiſtit. Vid. Bocerum *cent. 3. diſp. 4. th. 45.* ubi meminit ſtudioſi, qui quòd ancillæ vitium per vim adferre laboraverit, ab ea virilibus eſt privatus.

tendum, *l. 1. §. pen. ff. ad l. Corn. d. ſicar.* Vid. Carpzovium in *Juriſpr. Conſiſt. lib. 2. tit. 14. defin. 237. n. 1. 2.*

Defensio juſta eſt, etiamſi non proportionaliter facta, ſic pro defenſione rerum aliquem occidere licet, *c. interfeciſti. 2. X. d. homicid. c. ſuſcepimus. X. eod.* Vid. Grotium *d. J. B. & P. c. 1. num. 11. 12.*

Nulla eſt differentia, ita ut Dd. ſuper utroq; Jure definiant non licere furem vel raptorem equo proprio, vel tibi ſurrepto inſidentem, & cum rebus tuis aufugientem, ſi aliter eum aſſequi resq; tuas recuperare nequeas, ſagittæ aut bombardæ ictu proſternere, cum in fugiente voluntas inferendæ cædis non fuerit, ſed fugâ potiùs ſalutem ſibi quærat, Schulz in *Synopſ. Inſt. Imp ad tit. d. L Aquil.*

Non o. *c. interfeciſti.* & committitur fallacia compoſitionis & diviſionis, quia in *d. c.* non agitur tantùm de liberatione bonorum, ſed de liberatione ſui ipſius cum bonis; ſecus graviſſimam irrogat Pontifex pœnam ei, qui moderamen inculpatę tutelæ non obſervaverit, ut aliquo genere leguminum, vel oleribus, pomis, & parvis piſciculis, cum mediocri cereviſia utatur temperatè. Non o. *c. ſuſcepimus.* quod non diſtinguit inter res viles & majoris pretii, ſed in relatione ad vitã res omnes cenſet eſſe viles ac tranſitorias, & concludit expediviſſe potiùs poſt tunicam relinquere pallium & rerum ſuſtinere jacturam.

Proportionaliter fiat, ſic eum, qui cũ armis venit, poſſumus armis repellere, *l. 3. §. 9. ff. d. vi & vi arm.* Vid. *l. 52. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. 54. §. 2. ff. d. furt. l. 1. C. quand. lic. un. ſe ſine Jud. def.*

Delegata jurisdi-

Nulla eſt differentia,

Per litis conteſtatio-

ctio

ctio perpetuatur per citationem, *c.gratum.20.X.d.off.& pot.Jud.deleg.*

quia etiam rei geſtio initium ſumit ſola citatione *arg. §. ult. I. d. pan. tem. litig.* Vid. tamen Hillig. *ad Donell. enucl. libr.17. c.18.lit.e.* & differentiam, in qua *Judicium conſtituitur per ſolam citationem.*

nem, *l.6.ff.d.jurisd.*

Delegatus in cauſa ſibi commiſſa non obſtante triennii lapſu procedere poteſt, *c. venerabilis. X.d.judic.*

Nulla eſt differentia, nam jus Civile proponit judicii exercitium: jus Canonicum quærit, an idem ſit cenſendum de illo judicio, in quo agenti nihil imputari poteſt, ſed reus conventus per ſubterfugia & cavillationes triennium prorogavit.

Judiciis exercendis præſcriptum eſt triennium, *l. properandum. 13. C. d. Judic.*

Delegatus Papæ exequi poteſt ſententiá per *cap. allegata à Treutl. vol.1. diſp.3. theſ.2. lit. c. ex tit. d. offic. deleg. junct. cap. paſtoralis.eod.* Hiltropff in *proc.judic.part.1.tit.7.d.Judice deleg. num.51.* rationem addit *tit. 8. d. Judice ſubdeleg. n. 3.* quia major eſt quovis ordinario. Emericus à Rosbach in *theſ.rec.diff.jur.Civ. & Can.libr.3.tit.2.n.26.& ſeqq.*

Utroque Jure à jurisdictione ad executionem, ſive ab eo, cui jurisdictio eſt mandata, ad eum, qui exequi poteſt, argumentamur. Nec o. *d.Nov.* ad quam reſpondet Bachovius *d.loc.* eam non tam de ſpeciali quadam coactione, quàm potiùs de ſubdelegato delegati Principis tractare, quod ex verbis ipſis textûs apparet.

Delegatus exequi non poteſt, *Nov.53.§.4.* Bachovius *ad d. Treutl. loc.* Vid. Arnoldum de Reyger in *proceſſ.jud.diſp.8.th.30.*

Delegatus Papæ poteſt principium, medium & finem cauſæ conjunctim & diviſim ſubdelegare, *c. ſuper quæſtionum.27.verſ.intentionis. X.d.offic.& pot.Jud.deleg.*

Non o. quòd in *d.c.* Judex debeat cognoſcere per ſe ipſum in principio, in medio & in fine. Reſp. hoc non procedere in caſu ſubdelegationis, ſed ſi delegatus ferre velit ſententiam, tunc enim, antequam ferat ſententiam, univerſa, quæ acta ſunt in judi-

Poſſet & in hoc convenientia utriusque Juris fundari, quod in delegato Papæ aliud obtineat. Vid. Carpzov. in *proc.Jud.tit.2.art.3.num.12.13.* Verùm & in hoc eſt differentia, quòd alia ſubdelegatio ad aliqualem cauſæ cognitionem tendat: alia ad ſententiam, quæ poſterior neutro jure admittitur. Sic jure Civili non permittitur pedaneis Judicibus totam cauſam audire & finire, ſed hoc conſtituitur, ut omnibus modis conteſtationes litium apud ipſos ordinarios Judices fiant, ut & ipſi quoque probationes per ſe audiant, & ut denique ſententiam dicant & appellationes recipiant, *Nov. 60. c.2.* Relucet imago quædam adhuc in Auditoribus, quos paſſim Principes & majora Conſiſtoria habere videmus: illi enim audiunt cauſam: cognoſcunt de cauſa; ſed jus non dicunt: reſervatur ſententia Principi, niſi à Papa auditores conſtituti ſint: illi enim & judicant & exequuntur ſententiam. Textus in *clem. auditor. d. reſcript.* Hiltropff in *proc. judic. part.1. tit.1.d.jurisd. num.11. & tit.7. num.7.* ubi *num.11. & ſeqq.* facit triplicem delegationem, aliam ſpecialem, aliam generalem, aliam univerſalem. Specialis eſt, cum alicui una aliqua

Delegatus omnino per ſe litem una cum conſiliariis examinet, *auth. ad hæc. C.d.Judic.*

cio,

Digitized by Google

cio, diligenter inveſtigare debet.

cauſa decidenda committitur, prout communiter ab ordinariis Aſſeſſoribus Judicii ſeu Curiæ ſolent fieri commiſſiones, veluti cauſæ vertentis inter Cajum ex una & Titium ex altera partibus. Generalis, ſi alicui plures cauſæ committuntur, ſive commemoratione territorii, puta cum ordinarius committit alicui omnes cauſas, quæ verti poſſunt inter Caium & Titium, puta ſi duo litigatores plures & diverſas cauſas coram uno eodemq; ordinario habent, poteſt ordinarius volens ex cauſis moventibus ab iis ſe exonerare, eas uni alicui Aſſeſſorum committere, illa commiſſio generalis eſt. Univerſalis commiſſio eſt, quando alicui committuntur omnes cauſæ alicuius certi territorii, vel diſtrictus cum commemoratione illius territorii, & ille delegatus dicitur delegatus ad univerſitatem, & habetur inſtar ordinarii; proinde ſubdelegare poteſt.

DENUNCIANS nomine præmii nihil accipere poteſt, *d. c. qui cum fure. X. d. furt.* Vid. Ungebaur ad *tit. Decretal. X. d. furt. num.* 7.

Videtur ex lege diſtinguendum inter delicta manifeſta, quorum veritatem delinquens negare non poteſt: & inter delicta, quorum cognitio ex ambiguo pendet eventu. Priori caſu præfertur jus Civile: poſteriori Canonicum, ne forſan lucelli ſpes quem ad denunciandum præcipitet.

Quis præmium recipere pro indicatione furis aut rei furtivæ poteſt, *l. ſolent. ff. præſcript. verb.*

DENUNCIATIO eſt neceſſaria, & præcisè quis cogi poteſt, ut furem indicet, *c. qui cum fure. & ibi gl. X. d. furt.* Vid. differentiam, in qua *Furtum eſt judicium publicum.*

Dicam cum Dion. Gothofredo ad *l. 4. §. ult. ff. d. condict. ob turp. cauſ. lit. b.* quod ſentio. Inprimis ſpectandum eſſe, quibus legibus vivas, ut ſi lege municipali denunciatio delicti cujusvis à quovis exigatur, id præſtetur: ſin minùs, non paſſim Judicis inquiſitionem antevertas, arg. *l. 31. in pr. ff. depoſ.* nec in omnibus alterum deferas, ſed in gravioribus, *l. 2. l. 7. ff. ad l. Pomp. d. parricid.* & futuris præſertim delictis, arg. *l. 6. ff. d. pæn.* Item ne ſolus, ſed cum alio teſte deferas: quid enim ſi ſolus denuncies, & reus (verus alioqui ſed non manifeſtus) actione, *l. 5. C d. ingen. manum.* te convenire velit? Et indignum quoque eſt te invidiam ac pœnam pati legis præſcripto ſervientem. Ex contrario ſi denunciaſſe vel alium detuliſſe ſufficerit, quis innocens tandem futurus erit? Hactenus Gothofredus. Denunciatio tamen admittitur, vel etiam requiritur in iis caſibus, quos cumulat Sichardus ad *d l. 5.* Rittersh. *libr. d. differ. jur. Civ. & Can. 6. c. 3.* vel in ſignum pietatis, ut quando quis poſſidet rem Eccleſiæ, cujus dominum ſcit eſſe Eccleſiam: tunc enim ille tenetur indicare, à quo rem Eccleſiæ habeat, niſi velit teneri furti actione, *c. ordinarii. d. offic. ord. in 6. & per notata in c. ad noſtram. X. d. jurejur.* Vel in ſignum innocentiæ, Sic in *d l. 5.* Si penes aliquem inventa fuerit res furtiva, quam dixerit ſe emiſſe, debet indicare autorem, i. e. eum, à quo emerit, ſi modò à ſe vult amoliri ſuſpicionem. Vel in ſignum fidelitatis, Sic Vaſallus cogitur Domino ſeu Seniori ſuo denunciare autorem maleficii, quòd ſcit adversùs eum parari ſeu committi per alleg. à Rittershuſio. Vel in ſignum obedientiæ, ſic denunciat is, quem Judex per inquiſitionem ſeu ex officio procedens jubet delinquentem indicare: is enim id facere cogitur, Dd. ad *l. Divus. ff. d. off. Præſ.*

Nemo cogitur denunciare furem vel alium malefactorem, quamvis eum ſciat, *l. qui vas. §. qui furem. ff. d. furt. l. 5. C. eod.*

DEPOSITARIUS tenetur de levi culpa, quia bona-fides in eo abeſſe

Nulla eſt differentia, nec ad excluſionem culpæ levis ſufficit quem æqualiter in ſuis & alienis eſſe diligentem, quæ præſu-

De culpa lata, *l. 1. §. 7. ff. depoſ.*

præſumitur, ſi rebus ſuis ſalvis exiſtentibus depoſitas amittat, *c. ult. X. d. depoſ.* æqualiter autem in ſuis & alienis eſſe diligentem culpam excludit levem, *l. 10. & l. 33. ff. d. adm. & per. tut.*

diligentia in negligentiſſimum cadere poteſt, ſed requiritur diligentia diligentis ac idonei patrisfamilias, quod allegatæ LL. 10. & 33. innuunt, & confirmat Gothofred. ad *l. 32 ff. d. depoſ. lit. i.* cui lata culpa duobus indiciis deprehenditur. 1. Si quis quid non ad eum modum faciat, quo omnes homines faciunt. 2. Si quis non eodem modo in re aliena, ac ſi in ſuis rebus verſetur. Quæ tamen adjicit Gothofr. non probo, Levem culpam eſſe conſuetam in rebus ſuis & alienis negligentiam: ſic enim maneret differentia.

Depositum conſiſtit in re immobili, *c. 1. X. d. ſequeſtr. clem. un. eod.*

Nulla eſt differentia, quia jus Canonicum non de omni depoſito loquitur, ſed tantùm de ſequeſtratione, quæ, ut patet ex *l. un. C. d. prohib. ſequeſtr. pec* potiùs cadit in res immobiles, ne judicio pendente deteriorentur: proinde ſi adverſarius agros depopuletur, fructus conſumat; ſi maritus res dotales diſſipet, aut quivis alius poſſeſſor re, quæ in controverſia vertitur, malè utatur, dum fortè arbitratur, quòd judicio ſit inferior, quodque ab eo ad adverſarium tranſibit re judicatâ, tunc legitima cauſa erit ſequeſtrationis petendæ etiam lite pendente, *l 7. §. ult. ff. qui ſatisd. cog. l. fin. C. d. ord. cogn.* Deinde nec quoad depoſitum ſimplex illud ſemper aut tantum in re mobili cōſiſtit: nec attendenda eſt alluſio ad ſonum vocis, quæ fragili nititur argumento, nec attendendus eſt motus, qui rebus deponendis ineſt, ſed finis, qui eſt cuſtodia, in quam res & mobilis & immobilis venire poteſt. Quod vero depoſiti rei immobilis exemplum non extet, non anxii ſumus, num in jure extet, ſed an in rerum natura extare poſſit. Adhæc inde non ſequitur non eſſe depoſitum rei immobilis, ſed depoſitum rei immobilis non eſſe æquè frequens. Poſtremò quod aſſeritur curam rei immobilis in ſpeciem mandati tranſire, hinc ſequeretur abſurdum, depoſitarium de culpa leviſſima teneri. 2. Quæ tranſitûs hujus eſt neceſſitas? Nam ſi res immobilis, de qua controverſia eſt, rectè deponi dicitur, cum ea à litigatoribus aut Judice ſequeſtro collocatur, atque ex ea depoſitione ei, qui vicerit, actio depoſiti ſequeſtraria competit, cur non ſimiliter res immobilis non litigioſa deponi dicatur, cum ea a domino alicui cuſtodienda traditur. 3. Acutè, meo judicio, diſtinguit Frantzius ad *tit. ff. depoſ. num. 6. & ſeqq.* inter primævam originationem, cui depoſitio rerum mobilium magis quadrare videatur: & tractum temporis, quo, ut fieri ſolet, paulatim depoſitum ad res immobiles extenſum fuit.

Depoſitum tantùm conſiſtit in re mobili arg. ſumpto ab etymologia nominis, quòd à ponendo dictum, *l. 1. ff. depoſ.* tum quòd nullum depoſiti rei immobilis exemplum in jure noſtro extet: poſtremò quòd cura rei immobilis in ſpeciem mandati tranſeat, arg. *l. 5. §. 4. ff. d. præſcr. verb.* Vinnius ad *§. 3. I. quib. mod. re contr. obl. num. 1.*

Desponsatio clandeſtina valet, modò eam vir vel mulier non neget, *c. ſi quis. 1. X. d. clandeſt. deſponſ.*

Nulla eſt differentia, quia etiam jus Canonicum in *c. aliter. 30. q. 5.* non aliter legitimum ait matrimonium, niſi ab his, qui ſuper ipſam feminam dominationem habere videntur, & à quibus cuſtoditur, uxor petatur, & à parentibus & propinquioribus ſponſetur. Hacpropter Covarruvia *tom 1. d. matrim. part. 2. cap. 6. num. 8.* prohibetur ab Eccleſia hic clandeſtinus matrimonii contractus propter damna, quæ Reipubl. ex his

Nuptiæ conſiſtere non poſſunt, niſi conſentiant omnes, i.e. qui coëunt, quorumque ſunt in poteſtate, *l. 2. ff. d. R. N.*

conjugiis clandeſtinis contingunt quotidie. Lites enim oriuntur plures ac diſcordiæ maximæ. Unde in *d.cauſ.*30. *q.*1. potiùs hæc clandeſtina matrimonia adulteria appellanda ſunt, quàm conjugia, quæ etiam doctiſſimè reprehendit Colonienſe Concilium *tract. d.matrim. cap. incipienti. De ritibus & cap. verbum itaque.* Nam & Apuleius *libr. 6. aſini aurei* inducit Venerem argumentantem non videri legitimas nuptias inter Cupidinem & Pſychen ob diſtantiam & quòd res eſſet acta furtim, & ſine teſtibus patre non cognoſcente, quæ verba retulit Virgil. Polyd. *libr.*5.*d.invent.rer.c.*5. Quo fit ut mortale peccatum ſit matrimonium clandeſtinè contrahere, niſi adſit cauſa aliqua, ex qua talis contractus circumſtantiâ illâ videri poſſit licitus. Quemadmodū ſi virgo ſub tutela iniqui tutoris conſtituta clandeſtinè contrahat, ne tutor eam viro ignobili ac indigno tradat in uxorem. Nec o. *d. c. ſi quis.* quia vel poteſt diſtingui inter clandeſtinam deſponſationem jam contractam, quæ tolerari poteſt & contrahendam. Vel, valet clandeſtina deſponſatio non negata, ut confirmari queat. Vide etiam Renneman. in *Jprud. Romano-Germ. membr.*2. *diſp.*41.*th.*12.*lib.*6. ubi verba juris Canonici effectui opponit.

DILATIO non ſemel tantùm datur, ſed ſæpiùs, ut ſecunda, tertia, quarta, quamvis hæc nonniſi prȩviâ cauſæ cognitione detur, *c. quoad conſultationem. X. d. ſentent. & re jud.*

Videtur hæc differentia non diſtare à poſteriori, in qua *Dilationis, quæ ſequitur libelli oblationem.* Nam dilationem non ſemel tantùm dari, intellige de viginti dierum induciis: dilationis tempus eſſe arbitrarium, intellige de dilatione prorogata, quæ prorogatio quartæ dilationis conceditur etiam in Camera, quando cauſæ revelantes allegantur, & quòd petens prorogationem juret, talem cauſam eſſe veram, adjectâ tamen eadem ſolennitate legali (cujus fit mentio in *c. ultra tertiam. d. teſtib.*) quâ quarta dilatio fuit conceſſa, nempe ut eam petens denuo juret ſe non malitioſè & doloſe talem prorogationem expoſcere juxta Caſtrenſem, Fulgoſium, Alex. & alios in *l. ult. & l. oratione. ff. d. fer.* Mynſ. *cent.*1. *obſ.*72. Vide Gailium *libr.*1.*obſ.*91. quem allegat in *diſp. Baſil. vol.*6. *ſeſquicent. diff. jur. Civ. & Can.* Joach. Haſſæus. Vide etiam Guilhelmum Rodingum in *pand. Cameral. libr.*3.*tit.*26.*num.*25 26.27.

Dilatio probatoria non facilè ampliùs quàm ſemel datur, *l.*1.*C.d.dilat.*

DILATIONIS, quæ ſequitur libelli oblationem, ut interea deliberet reus, an velit cedere, an ſibi contra contendendum putet, tempus eſt arbitrarium, *c. dilectus. ubi gl. X. d. procur. c. quoniam frequenter. §. ſi verò. X. ut lit. non conteſt. c. cum ſit Romana. X. d. appell.*

Jus Canonicum in Camera receptum eſt, ut ſcilicet tempus ſit arbitrarium pro vicinitate vel longinquitate loci, in quo vivit citatus, cui libellus eſt exhibitus, Gail. 1.*obſ.*53.*num.*20. Vid. differentiam, in qua *Citans ut jurisdictionem ſuam fundet.*

Reo dantur viginti dierum induciæ poſt libelli oblationem, *Nov.* 53. *c.* 3. & ibi Cujac. *N.*56. *c.*2. *§. ſancimus. Nov.*82.*c.*10.

DIOECESIN vel jus Parochiæ in locis ab hoſte occupatis, vel nemini attributis conſtituere abſque conſenſu Papæ non licet, *c. cum cauſam.*

Nulla eſt differentia, niſi quod jus Civile tribuit rationi naturali vel juri gentium, jus Canonicū tribuit conſenſui papæ. 2. non fit relatio ad loca, in quibus Diœceſis vel jus

Quod nullius eſt, occupanti conceditur, *§. feræ.*12.*I.d.R.D.* & in §.17. *ibidem*, ea, quæ ex hoſtibus capimus, ſtatim noſtra fiunt.

Digitized by Google

33. *X. d. probat.* Parochiæ conſtituatur, ſed ad modum, quo fieri conſtitutio ſolet. 3. Caſum juris Canonici ex *d. alleg.* exſculpere id verò eſſet arduum.

DIVORTII appellatio longè latiùs patet, nam etiam eſt divortiũ, quod non dirimit matrimonium, ſed tantùm inducit quandam ſeparationem inter virum & uxorem impedientem, quò minùs ſibi invicem cohabitent. *c. usque adeo.* 32. *q.* 7. Vide differentiam, in qua *Matrimonium omnino eſt individuum.*

Id tantum dicitur divortium, quod verè & omninò in univerſum ſolvit matrimonium, Rittersh. *d. diff. jur. Civ. & Can. libr.* 2. *c.* 8. Cujac. ad *c.* 1. 2. 4. 5. *X. d. divort.*

Hæc differentia elucefcit non tam in appellatione, quàm in effectu. Nam jure Civili poſt factum divortium licet alias contrahere nuptias utpote priore matrimonio dirempto. Jure Pontificio id non licet utpote priore matrimonio non in totum dirempto, ſed quoad vinculum & jus ipſum durante. Quæ profectò, verba ſunt Rittershuſii *d. loc.* durissima eſt conditio & valdè iniquum, ut propter nocentis culpam ſic plectatur etiam innocens, & cogatur vel redire in gratiam cum adulterante, vel perpetuò cœlibem vitam ducere. Ex qua coactione ad cœlibatum multa quoque alia mala conſequi poſſunt, præſertim ſi quis non ſit aptus natus caſtitatem colere, ſi non habeat donum continentiæ, ut loquuntur.

DOCENDI licentiam qui habet, precium non exigat, *c.* 1. *X. d. magiſtr.*

Qui officium omittit, non debet fructus lucrari, *l.* 1. *C. d. his, quib. ut ind. ubi Baldus num.* 1.

Ne de aliis Doctoribus agam; In Doctore Juris conſidero munus, fata, fortunam. In munere conſiderantur iterum dignitas & neceſſitas. Dignitas cohæret & Jurisprudentiæ & Jurisconſulto. Nam Jurisprudentia eſt civilis ſapientia, quæ pretio nummario non eſt æſtimanda, nec dehoneſtanda, *l.* 1 §. 5. *d. extraord. cogn.* Jurisconſultus verò obſervet, quod in *l.* 19. *in pr. d. off. Præſ.* obſervandum eſt jus reddenti, ut in adeundo quidem facilem ſe præbeat, ſed contemni non patiatur. Juxta dignitatem muneris eſt etiam muneris neceſſitas, quâ Jurisconſultus tenetur unicuique jura aperire, *l.* 1. §. 1. *d. J. & J.* quâ etiam nemo eſt, qui doceri non egeat. Elegans eſt locus Ambroſii *libr.* 1. *offic. c.* 1. *in fin.* quem Otto Tabor in *theſaur. locor. comm. Jurispr. ex axiom. Auguſtin. Barboſ. libr.* 4. *c.* 43. *ax.* 3. laudat, Ego, ita de ſeipſo Ambroſius, raptus de tribunalibus atque adminiſtrationis infulis ad ſacerdotium docere vos cœpi, quod ipſe non didici. Itaque factum eſt, ut priùs docere inciperem, quam diſcere. Diſcendum igitur mihi & docendum eſt, quoniam non vacavit ante diſcere: & quantumlibet quisque profecerit, nemo eſt, qui doceri non egeat, dum vivit. Quoad fata Jurisconſultorum paupertas quod habet Tabor in *d. theſ. libr* 14. *c.* 15. *ax.* 7. ex Petronio, Eruditorum plerumque eſt contubernalis. Ita Maſſurio Sabino Jurisconſulto non fuerunt amplæ facultates, ſed ut plurimùm a ſuis auditoribus ſuſtentatus eſt, *l. ult. circ. fin. d. O. J.* ubi annotavit Mornacius Molinæum ſæpe conqueſtum fuiſſe, ingrata ſibi ſua ſtudia fuiſſe, quòd redactus ad anguſtiam rei familiaris deſpicatui eſſet multis. Nota etiam eſt priſca paupertas & ſedulitas, cui maximè ſtudebant Veteres, §. *pœna. Inſt. d. injur. l.* 3. §. *ult. d. ſupell. leg.* Cujacius latè *libr.* 11. *qq. Papin. l.* 35. *ſolut. matrim.* Fortunam ſuam ſic temperent Juris Doctores, ut non abludant à veteri proverbio, quod eſt in *l.* 6. §. 3. *d. offic. Proconſ.* Neque omnia, neque quovis tempore, neque ab omnibus; nam valdè inhumanum eſt à nemine accipere: ſed paſſim viliſſimum: & omnia avariſſimum. Quæ diſcentibus ex *d. l. ult.* §. *ult. d. O. J. d. l.* 1. §. 5. *d. extraord. cogn.* incumbant, ne pelluceat habendi deſiderium, liberali ſecuritate tranſeo. Reſtat, ut reſpondeamus ad *d. c.* 1. *X. d. magiſtr.* Summatim ibi, ut & in *c.* 2. notante Ungebaur, proponitur licentia docentium, quæ eſt inſtar ſpiritualium. Et ſcribitur in *c.* 1. quod pro licentia docendi nullus cujusque conſuetudinis obtentu pretium exigat vel promittat:

ſi quid verò exactum eſt, reſtituere promiſſumque remittere debet. Qui autem contra hoc venire præſumpſerit, ab Eccleſiaſtico fiat beneficio alienus. Dignum quippe videtur, ut in Eccleſia fructum ſui laboris non habeat, qui cupiditate animi, dum vendit docendi ſcientiam, Eccleſiaſticum profectum nititur impedire. Magiſtris autem, qui gratis docere debent, pro labore docendi competens aliquod beneficium eſt præbendum.

DOCTOR, qui ſe obligavit contra alium non poſtulare, contra eundem privatim conſulere non poteſt, *arg. c. ult. ubi gl. X. d. poſtul.*

Contra eundem privatim conſulere poteſt, Bartolus ad *l. 1. §. 11. d. extraord. cogn.*

Si expendamus veritatis aſſertionem, prohibitus poſtulare conſulere prohibeatur, Buſius ad *l. pen. & ult. ff. d. poſtul.* Beſold. in *delib. jur. ad eund. tit. q. 2.* Nempe magis obeſt, qui clanculum alicui adverſatur, quàm qui apertè. Et nulla eſt peſtis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus: quod ait Boeth. 3. *d. conſol. Philoſoph.* Tacitæ inimicitiæ magis ſunt metuendæ quàm apertæ, Cic. in *Verr.* Ac ut Seneca Tragicus alicubi ait: *Profeſſa perdunt odia vindictæ locum.*
Si expendamus poſitam contradictionem utriusque juris, nulla eſt. Nec locus juris Civilis pro Bartolo facit. Cum enim in ea re par utriusque ad minimum ſit ratio, quid abſurdius accidere poteſt, quàm ſi in fraudem contractus & juris in prævaricatores conſtituti aliquid admittamus. Itaque è loco juris Canonici ſi ita concludamus hoc non magis obſtabit, quàm ſi cum Feudiſtis aſſererem iis, quibus interdicta eſt poſtulatio, eadem ratione conſultationem in ſecreto factam eſſe interdictam.

DOCTORANDUS, ſi eſt maximi ingenii, ita ut de ipſo habeatur bona ſpes, poteſt ſine examine doctorari, ut voluit eleganter Innocentius in *c. cum in cunctis. 7. X. d. elect. & elect. pot.* Vel ſaltem interveniat modica examinatio, ut dicit ex Abbate Bologninus in *repetit. ſup. auth. habita. C. ne fil. pro patr. n. 21.*

Quisquis docere vult, non repentè, nec temerè proſiliat ad hoc munus, ſed judicio ordinis probatus decretum Curialium mereatur, optimorum conſpirante conſenſu, *l. 7. C. d. Profeſſ. & Med. libr. 10.*

Nulla eſt differentia. Et quod jus Civile dicit in *l. 162. ff. d. R. J.* quę propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi, id ſibi in *d. c. cum in cunct.* applicat jus Canonicum. Deinde Doctorandus refertur vel ad tituli dignitatem, & ita jure Civili planè erat ignotus: vel ad officium, de quo in *l. 6. §. 12. ff. d. excuſ.* utcunque autem ſe res habeat, vigebit ſemper *d. l. 7.* Hinc Julius III. & Pius V. Pontifices, nec non Concilium Tridentinum *ſeſſ. 22. c. 2. d. reform. & ſeſſ. 24. c. 12.* creationem Bullatorum Doctorum prorſus interdixerunt. Creati in Collegium Eccleſiaſticum non cooptantur, nec in numerum Aſſeſſorum Cameræ Imperatoris recipiuntur, Vid. Richterum in *exp. auth. habita. C. ne fil. pro patr. priv. 6. num. 9.* Rennemannum in *Jprud. Romano-Germ. membr. 2. diſp. 47. parerg. 2.* Sic Benedictus Paſſavantius non dicit eos Doctores, qui ſe putant ideo Doctores, quod habeant unum pileum ſicut unum paſtillum ad calidum ſalſamentum, & caput, ſicut caput braſſicæ capitatæ. Totam rem accuratè definit Beſoldus ad *l. 7. & 8. ff. J. & J. th. 5.* Quamvis enim Doctoratus quædam dignitas ſit; ipſæque Academiæ Cæſareâ authoritate, non jure proprio ejusmodi dignitates conferant dignis. Attamen non ego hic autoritatem ſolùm requiro creantis, ſed vel maxumè eruditionem & habilitatem creati: de qua quis quæſo meliùs judicabit, quis certiùs atteſtetur, quam qui eo in negotio omnium judicio exercitati peritique habentur? Non ipſius Imperatoris, qui plerumque talium minutiarum incurioſus, non unius Comitis Palatini (accedat licet unus atque alter harum rerum

fortuitò

Digitized by Google

fortuitò vocatus) ſufficere videtur; ſed de certa ſcientia teſtimonium exigitur omnimodo. In Academiis è contrario ſunt jurati examinatores, & publicam habentes ejus rei vocationem: Studioſorum ibidem accedit applauſus, in quorum præſentia de more varia edere ſolent ſpecimina Candidati. Nobilitatem & dignitates ſimiles pro lubitu conferat Imperator: naturales legitimos pronuncient Comites Palatini, & ſi quæ his non diſſimilia expediant iidem ritè; alia negotii hujus, de quo nunc quærimus, eſt natura, quod nempe præſtari magis quàm dari ſolet.

DOLUS ei, qui dolum commiſit, non ſemper nocet, *c. ſi ſervus. diſt.* 54. ubi non ſemper deponitur ordinatus, qui occultavit crimen. Vid. Card. Tuſchum *lit. D. concl.* 61.

Nulla eſt differentia, quia jus Canonicum ſubinfert factum alienum: Civile factum proprium, quòd alicui factum proprium non ſuccurrat, vel inde conditio ejus melior fiat, ne quis doli ſui præmium conſequatur *arg. l. 31. ff. d. recept.*

Dolus nemini debet patrocinari, *l. nec ex dolo. 12. ff. d. dol. l. 3. ff. d. tranſact. l. is qui dolo. 69. ff. d. R. V. l. pen. in f. ff. d. jur. dot. l. ſi ex dolo. 51. ff. d. re jud. L. etiam. 81. §. 1. ff. ſol. matrim.*

DOLUS non requiritur ſemper, ut dicatur delictum commiſſum, ſed ſufficit indirecta voluntas, *gl. ad can. propoſitio. 32. q. 5. c. conſtat. 1. q. 1. c. presbyteros. diſt.* 50.

Nulla eſt differentia, ſi modò diſtinguatur pœna ordinaria ab extraordinaria. Nec o. gl. alleg. quæ increpat Auguſtinum inducentem exemplum Lucretiæ. Vere dixit, Duo fuerunt & adulterium unus commiſit: in duorum corporum commiſſione fuit unius inquinatiſſima cupiditas, unius caſtiſſima voluntas, Vid. *can. non fidelibus in ead. cauſ. diſput. autoris d. leg. inauguralem. theſ.* 22. Non o. *c. conſtat.* quòd ei, qui non ſponte Eccleſiæ renunciavit, ſed ad eam rediit, excuſationis juſtum colorem tribuit. Non denique obſt. *c. presbyteros.* quod agit de iis presbyteris & diaconis, qui coacti coactione conditionali dæmonibus immolaverunt. De quibus quæſitum eſt, quomodo debeant puniri? & reſpondetur, presbyteri & diaconi, qui coacti fuerunt coactione conditionali, ſi verè pœnitet eos feciſſe, & poſtea fideliter & non fictè paganos impugnaverunt, honorem ſuum retineant. Sic è contrario non ſemper in jure Civili requiri videtur dolus, *l. 38 §. 5. ff. d. pæn.* Reſp. me non poſſe aſſequi, qui poſſit in eo, qui abortionis poculum dat, abeſſe dolus, in quo tamen delinquendi eſt intentio, nam ſi non eſſet delinquendi intentio, delicti pœna non ultimum eſſet ſupplicium: Sic nec in eo, qui poculum dat amatorium, abeſt dolus, niſi dicamus in iis, qui quovis modo amores conciliant, magis eſſe furorem, quam dolum, quod foret abſurdum, quia in amoribus furor acceſſitus & dolus non differunt. Adhæc ponamus abeſſe dolum, dolus & res mali exempli æquiparantur, quatenus ſub impunitate mali exempli quilibet dolum admitteret.

Dolus requiritur, ut dicatur delictum commiſſum, quia animus & voluntas diſtinguũt maleficia, *l. 53. in pr. ff. d. furt.* Sic adulterium ſine dolo malo non committitur, *l. pen. ff. ad l. Jul. d. adult.* Vid. Barboſam in *axiom. libr. 4. c. 44. axiom.* 20.

DOLUS ſimpliciter omnem contractum reddit nullum, Bald. *in c. un. X. d. plus petit.*

Putabam primo intuitu hanc differentiã magis fundari in æquitate Canonica, quàm in *d. cap.* quod tantùm agit de mutuo & ita de contractu ſtricti juris. Sed pri-

Dolus qui dat cauſam bonæ fidei contractui, reddit eum ipſo jure nullum; ſi verò det cauſam contractui ſtricti juris,

mus hic intuitus nodum non ſolvebat, nam dubium relinquit, An Canoniſtæ diſtinguant inter contractus bonæ fidei & ſtricti juris. Deinde ponamus eos ſtatuere contractus ſtricti juris: ſi in contractibus ſtricti juris procedit, dolum eos reddere nullos, in omni contractu hoc procedet. Sequimur autem hic jus Canonicum, quia ſuper eo, quod eſt facilius, concludit. Vid. Ottonem Taborem in *theſ. locor. comm. Jurisprud. ex axiom. Barboſ. libr.4.c.4.axiom.5.*

ipſe quidem contractus valet, & non ipſo jure nullus redditur: datur tamen contra decipientem exceptio doli, vel actio ad reſcindendum iſtum contractum, *l. ſi quis cum aliter.36.ff.d.V.O. l. dolo.5.C.d.inutil.ſtip.*

DONARE meretricibus non licet, *c.qui venatoribus.8.diſt.86.*

Præfertur jus Canonicum ex ratione d.canonis, in quo qui meretrici donat, non attendit naturam operis Dei, ſed nequitiam operis humani.

Donare meretricious licet, *l.5.ff.d.donat.* quia meretrix turpiter facit, quòd ſit meretrix, non tamen turpiter accipit, cum ſit meretrix, *l.4.§.3.ff.d.cond.ob turp.cauſ.*

DONATIO etiamſi excedat quingentos ſolidos, juramento confirmari poteſt, Vid. differentiam, in qua *Juramentum omne ſervandum.* & Hilligerum ad *Donell.lib.24.c.13.lit.c.*

Ut intelligatur, num aliqua ſubſit heic differentia, diſtinguendum inter renunciationem ſimplicem & juratoriam. Simplex renunciatio non ſufficit, Bachov. ad *Treutl. vol.2.diſp.19.theſ.6. lit.F.* Sed eidem Bachovio *d.loc.* ſufficit renunciatio juratoria, quoniam hæc donatio valet ex ratione juris g. nec quicquam committitur contra bonos mores juris naturalis gentium vel Canonici: eſtque prohibitio aut ſolennitas iſta inſinuationis juris merè poſitivi, vel hoc argumento, quòd olim usque ad ducentos, poſtea ad trecentos & tandem quingentos ſolidos donare permiſſum fuit, & cum adeo quantitas lege, ſtatuto vel conſuetudine variari, augeri & minui poſſit, nihil hic naturale eſſe apparet. Neque o. ratio Baldi in *l.illud.C.d.SS.Eccleſ.col.4.verſ. quintò quæritur*, quòd inſinuatio requiratur pro forma. Etenim reſp. vel quod forma ſit accidentalis tantùm, vel potiùs, quòd ſit de forma ex jure Civili, non etiam jure Canonico, quatenùs conſideratur cum juramento, aliàs non poſſet ſtatuto aut conſuetudine hoc mutari. Non obſt. 2. quòd inſinuatio introducta ſit publicæ utilitatis gratiâ, ne quis re ſuâ abutatur. Reſpond. Ut ne confirmari poſſit actus per juramentum, requiri, ut principaliter jus publicum offendatur, aliàs vix ullus actus jure Civili invalidus juramento confirmari poſſet. Non obſt. 3. quòd inſinuatio introducta ſit ad excludendas fraudes. Reſp. eſſe tantùm præſumptionem, non veritatem, & ſicut in donatione quingentorum ſolidorum vel infra eam poteſt admitti fraus, ita poteſt abeſſe ab ea, quæ excedit quingentos ſolidos: & aliàs nec renunciationem mulieris nec ejus interceſſionem, nec conſenſum de alienando prædio dotali, nec contractum minoris juramento confirmari poſſe ſequeretur: quòd ſemper mulier aut minor fraude inducti videri poſſint. Sed Canones potiorem juramenti conſiderationem & vinculi animæ, quàm damni in re familiari eſſe voluerunt, cum præſertim vulgò tradi ſoleat, juramentum ex deliberato & circumſpecto animo profectum præſumi.

Confirmari non poteſt per jura allegata in qua Donationes inter virum & uxorem.

DONATIO facta Eccleſiæ ſub conditione, ſi

Nulla eſt differentia, quia exceptionem juris Canonici facit favor

Si doceas nepti tuæ eâ lege eſſe donatum à te, deficiat

deficiat illa, non revocatur, ſed agitur ad conditionem implendam, *c. verum. 4. X. d. condit. app. in deſponſ.* Vid. Rittershuſium *libr. d. differ. jur. Civ. & Can. 3. c. 23.*

Eccleſiæ, ob quem donationes etiam revocabiles non revocantur, Vid. differentiam, in qua *Donavit quidam.* Deinde in jure Canonico donator adjecit quidem conditionem, quæ tamen & omitti poteſt, quod patet ex appendice capituli in his verbis, Niſi forte tali ſit conditione collatum, quòd eâ ceſſante debeat revocari. An male pro *qualibet* legeretur qualibet? videtur ſenſus colligi ſolidior, ne vel intelligatur poſſeſſio incerta, vel omnium bonorum; vel aſſeratur, omnem poſſeſſionem donari poſſe. Vid. Mœſtertium *d. juſt. Rom. LL. libr. 1. c. 12. & ad eum* Cyprianum Regnerum.

ut certa ſibi alimenta præberet, vindicationem, eò quòd legi illa obtemperare noluerit, imperare potes, *l. 1. C. d. donat. quæ ſub mod.*

DONATIO poteſt excedere quingentos ſolidos, qualis eſt illa donatio, quæ à Pontifice prętendi ſolet, Conſtantini Romam Italiamque totam cum omni Occidentalis Imperii Majeſtate complexa, *c. Conſtantinus. diſt. 96. c. futuram. 12. q. 1.*

Nulla eſt differentia, quia quoad jus Civ. nõ nudè aſſeritur donationem non poſſe excedere, ſed non poſſe citra inſinuationem: 2. in *d. l. 34.* excipitur donatio ab Imper. in aliquem collata. 3. quoad jus Canonicũ communiter affirmant Interpretes, quod donatio collata in Eccleſiam vel alias pias cauſas inſinuationem reſpuat, licet legitimam excedat ſummam, ut conſtat ex Julio Claro *libr. 4. ſent. §. donatio. q. 17. num. 1.* 4. Donatio Conſtantini nunquam facta eſt, uti ſcripſit Æneas Sylvius, qui poſtea Pius II. dictus in dialogo, ubi ſtolidos Legiſtas appellat, quòd tantopere ſudent, An hæc donatio valeat, cum nunquam facta fuerit, Thom. Michael *d. jurisd. concl. 18. lit. C.* Vid. brutum fulmen Sixti V. ubi repugnant inter ſe Chriſtum dediſſe Papæ principatum in omnes Eccleſias, & eidem principatum à Conſtantino donatum, quia quod ſuum cuique eſt, pluribus ac præſertim contrariis ex cauſis eſſe non poteſt, *l. & an eadem. 14. d. except. rei jud. l. non ut ex pluribus. 159. ff. d. R. J.* Vid. Hotom. in *diſp. feud. c. 8.* Cujac. *libr. 1. reſponſ. Papin.* Bocer. *c. d. regal. 4. num. 41. 42.* ubi *c. Conſtantinus* in antiquis decretis non habetur: & vox paleæ levem ejus autoritatem arguit: denique nugatorem fuiſſe Gratianum & pro Legislatore non recipiendum *d. loc.* vult Hotomannus. Vid. eund. Bocerum in *tract. d. inveſt. feud. c. 3. num. 69.* Limnæum *d. jure publ. tom. 1. libr. 1. c. 9. num. 37. & ſeqq.*

Non poteſt excedere, *§. 2. I. d. don. l. 34. & l. 35. §. ult. C. eod.*

DONATIO revocatur ex quatuor cauſis. 1. Si donatarius in donatorem impias manus injecerit. 2. Si donatori atroces injurias inferre præſumpſerit. 3. Si grave rerum ſuarum damnum. 4. Si vitæ periculum, *c. ult. X. d. donat.*

Poſſent hic moneri exempla juris Canonici, è quibus demonſtratur donatarii ingratitudo, non reſtringere regulam, ut ad ſimilia porrigi non poſſit. Sed monendum eſt diverſam utriuſque juris eſſe intentionem. Canonicum proponit nudam donationem. Civile proponit donationem & nudam, & eam, cui donator adjecit conventiones, quas donatarius implere ſpoponderit. Canonicum proponit eas ingratitudinis cauſas, quæ ſunt perpetuæ. Civile proponit etiam eam, quam conventionis contemptus notat. Canonicũ proponit eas, quæ committuntur maximè circa perſonam

Donationem revocant quinque cauſæ, *l. ult. C. d. revoc. donat.*

perſonam. Civile proponit etiam, quæ eſt circa rem, quâ donatarius forſan non tam ingratitudine donatori nocere, quàm omiſſo conventionum implemento ſibi prodeſſe voluit. Ceterùm ſi inſpiciatur textus juris Canonici, rigore juris, quo revocari donatio potuit, ipſum jus Civile intelligitur. Denique vocat jus Canonicum rigorem juris, non quod ab eo æquitas recedat, ſed quia donatarii ingratitudo hunc juris rigorem mereatur: vel quia hunc juris rigorem ſtrictè interpretari debeamus; quod indigetat ſubjecta exceptio, quâ donatoris ſucceſſores donationem non revocant.

DONATIONES inter virum & uxorem non valent, ne mutuo amore invicem ſpoliarêtur donationibus non temperantes profuſâ erga ſe liberalitate, *l.1.ff.d.donat.int.V.& V.* juramento tamen confirmari poſſunt, Vid. differ. in qua *Juramentum omne eſt ſervandum.* & Decium ad *l.6.C.d.pact.num.6.7.*

Donationes adeo ſunt prohibitæ, ut nec juramento confirmentur, *l.7.§.16.ff.d.pact.l.112.§.ult.ff.d.leg.1.l.5.C.d.LL.* Emericus à Rosbach. in *theſ.rec.diff.jur.Civil.& Canon.tit.3.*

Præfertur jus Canonicum. Nec ob. *c.1.& ult.X.d.donat.int.V.& V.* in quibus reſpondet Pontifex ſecundùm jus Civile in terminis donationis ſimpliciter factæ, non juramento confirmatæ. Non ob. *c.12.X.d.for.compet.* in quo juramentum præſtitum eſt contra ſtatuta canonica, ſed prohibitio donationis conjugalis merè eſt civilis: & vulgò traditur, quòd jus Canonicum ſequatur jus naturale & gentium, ſecundùm quòd donatio inter conjuges non eſt nulla; & rationes prohibitionis in *d.l.1.& 2.ff.h.t.* non tam neceſſariò quàm probabiliter concludunt, & incommoda ibi propoſita non per ſe, ſed ex accidenti ſequuntur: ut proinde meritò per juramentum confirmari debeat donatio, quæ nec utilitatem publicam, nec bonos mores naturæ vel gentium, nec pietatem, nec proximum offendit. Non o. *c.21.X.d.jurejur.* Reſp. præterquam quòd ibi extorſionis cujusdam violentæ mentio fit, ipſe Pontifex juramentum ab Archiepiſcopo de obſervando ordine judiciario præſtitum ita interpretatur, ut intelligatur præſtitum quoad caſus dubios non notorios, qui ex Inſtitutionibus Canonicis ſummariè ſunt decidendi: hic autem nec offenduntur inſtituta Canonica, nec ulli interpretationi locus eſt. Non o. *c.inter cætera.cauſ.22.q.4.* quia ibi proponitur juramentum metu extortum, & quia eſt contra bonos mores naturæ & gentium, ut mater & frater de domo expellantur, nec alimenta iis præſtentur. Vid. Bachov. ad *Treutl.vol.2.diſp.19.th.4.lit.C.* & in annot. ad *Weſenb.tit.ff.d.donat.int.V.& V.lit.c.* ubi miratur contrariam opinionem placuiſſe tam multis, quos citat Gail.2.*obſ.*40. & quidem placuiſſe per rationes *l.1.& ſeqq.d.t.* Vid. Wiſſenbachium *diſp.ad ff.47.th.15.* Poſſent adjici caſus, quibus etiam donationes inter virum & uxorem citra juramenti vinculum valent, ſed illi ſunt juris Civilis: hunc unicum notaſſe ſufficiat de reciproca donatione, quam *d.loc.num.5.* vult Weſenbecius non valere. In contrarium eſt juxta Bachovium tum expreſſus textus in *l.7.§.ſi vir & uxor.h.t.* tum manifeſta ratio, quòd hoc caſu non fiat pauperior alter, in quibus terminis valere donationem certum eſt. Utriusque conſiſtere poteſt opinio, ſi attendatur, an interveniat æqualitas vel inæqualitas, quod ex re ſeu tempore deprehenditur: non ſi uxor ſimulet reciprocam donationem, ut ſimulavit Leo apud Æſopum contrahens ſocietatem, quam ſimulationem detexit aſini calamitas: non ſi fingat liberalitatem, ut locupletior fiat, à qua vix maritus quicquam conſequitur. Sunt uxores, quæ citiùs ex ore ſibi dentem excuti, quàm ex loculis unum erogari nummum patientur.

DONAVIT quidam, cum filios non haberet

Donatio revocatur ob ſupervenientiam libero-

Forſan non ineptè hoc jus fori & poli diſtingueretur ex *l.1.§.3.*

neque

neque ſperaret, res ſuas omnes (retento ſibi uſufructu) Eccleſiæ. Nati ſunt ei filii poſtea, & reddidit Epiſcopus illi, quæ donaverat. In poteſtate habebat Epiſcopus non reddere, ſed jure fori, non jure poli, *c. quicunq.* 17. *quæſt.*4.

rum, *l.*8. C. *d.revoc. donat.* Wiſſenbachius *diſput. ad Inſt.*56. *th.*10.

ff. d. peric. & comm. rei vend. in quo jure fori vinum quis poteſt effundere: ſi tamen, cum poſſet effundere, non effundit, jure poli laudandus eſt potiùs. Sunt qui exiſtimant hunc revocandi modum non habere locum in donatore quovis, ſed patrono tantùm, qui donavit ſuo liberto, ut dicitur in *d.l.*8. cujus deciſio nova eſt, & continet jus ſingulare, ut minimè protendi debeat ad conſequentias, *l.*14. *& l.*16. *ff.d.ll.* Eſt enim id proprium in liberto ob inæſtimabile libertatis beneficium, quod à patrono accepit, ut non ſit, cur conqueratur, ſi donatio ſibi à patrono non habente liberos facta revocetur liberis poſtea natis, quæ ratio non habet locum in extraneis. De quibus ſi legem ſuam intellectam voluiſſet Imp. id utique expreſſiſſet, Don. ad *d.l.*8. Ant. Fab. *lib.*7. *conject.c.*14. *& ſeq.* Connan. *libr.*3. *comment.c.*10. *n.*3. Contraria tamen ſententia verior eſt, quam multis rationibus defendit Tiraq. ad *d. l.*8. eâq; præcipuè nititur, quòd *d.l.*8. deciſio fundetur potiſſimùm in conjectura pietatis donantis bona ſua, cum non haberet liberos, quæ donaturus non fuiſſet, ſi de liberis aut uxore ducenda cogitaſſet, *l.*102. *ff. d.C. & D.* Sic ut iſti donationi, quam cœlebs aut orbus fecit, tacita hæc inſit conditio, ſi liberi non naſcantur, quę cum nō tantùm locū habeat in patrono donante, verùm & aliis, idem jus in iis ſtatuatur neceſſe eſt. Eſt generale, quòd ubi non poteſt reddi diverſitatis ratio, ſed eadem apparet, idem jus ponatur, arg. *l.*3. §.1. *ff.d.injuſt.rupt.&c.* Huc pertinet præter ea, quæ ſunt apud Hahn. *diſp.feud.*9. *th.*17. *lit.b.* textus in *l.*5. *C.d.inoff.donat.* in quo revocatio conceditur nullâ factâ mentione donationis factæ per patronum liberto. Nec movet, quòd *d.l.*8. contineat caſum donationis à patrono factæ libertis, nam ibi ſpecies facti quidem proponitur, fortè quia frequens erat hujusmodi donationes fieri libertis, non etiam quòd in eo ſe fundet deciſio, cujus tota ratio ponitur in ſuſceptis poſtea liberis, atque ita in conjectura pietatis erga liberos potiùs quàm donatarium, Cujac. *libr.*20. *obſ.c.*5. *& in comm.C.h.t.* Fachin. *libr.*3. *controv.c.*85. Quid igitur ſi ab eo, qui liberos non habet, Eccleſiæ facta ſit donatio? Non videtur revocanda, illis poſtea ſuſceptis, quoniam videtur animæ donator conſuluiſſe, cujus ſalus filiis præferenda eſt. Saltem non revocabitur in totum donatio, ſed ad legitimam usque filiorum, qui poſtea naſcuntur, quia Eccleſia habetur loco filii, & proinde non plus erit revocanda, quàm ſi filio facta eſſet, Covarruv. *var. reſol. c.*19. *num.*5. Gomez. *tom.*2. *var.reſol.c.*4. Alii contra dicunt Eccleſiam non eſſe loco filiorum per *auth.niſi rogati.C.ad SC.Treb.* niſi in caſibus à jure expreſſis, inter quos non eſt iſte, & idcirco in totum revocari cenſent donationem natis poſtea liberis ex mente donantis, Perez. in *C.d.revoc.donat.num.*20.21. Addit Hilliger in *Don.enucl.libr.*14. *c.*32. *lit.t.in not.* Si honeſtum eſt, ut Eccleſia reddat, neceſſum id erit obſervare, cum cultrix ſit & auctrix juſtitiæ; & non magis favendum ſit illi, quàm liberis, quibus jus naturæ bona parentum aſſignat.

Dos eſt res ſpiritualis, *c.*2. *X. d.don.int. V. & V.* in quo Pontifex mandat uxori dotem reſtitui.

Non eſt res ſpiritualis, quia ibi dos eſſe debet, ubi ſunt onera matrimonii, *l.* 56. §. 1. *ff. d. jur.dot.* vel quia niſi matrimonii oneribus ſerviat, dos nulla eſt, *l.*76. *in fin. ff. d. tit.*

Idem, quod jus Civile, dicit Canonicum in *c. causam quæ.*7. *X. qui fil. ſint legit.* Conſiderandum itaque an dotis cauſa principaliter in judicium deducatur, an acceſſoriè ratione vid. matrimonii diſſoluti vel diſſolvendi. Priori caſu ad judicem ſecularem pertinet, non caſu poſteriori. Sic in *d.c.*2. non judicialiter actum fuit de re-

ſtitutione dotis, ſed per denunciationem Evangelicam propter peccatum iniquè retinentis dotem, quo caſu etiam in civilibus cauſis adiri poſſe Judicem Eccleſiaſticum Canoniſtæ ex *c.13. X. d. judic.* autumant.

Dos non ſoluta non dirimit matrimonium, quia error fortunæ conjugii conſenſum non excludit, *c. quòd autem. 29. quæſt.1.*

Non o. *c. per veſtras. 7. X. d. donat. int. V. & V.* ad quod eadem eſt reſponſio, quæ *ad l. ult. C. ad SC. Vell.*

Dirimit matrimonium, *l. ult. C. ad SC. Vell. l. 9. in §. ff. d. cond. cauſ. dat. cauſ. non ſec. d. l. 56. §. 1. & l. 76. in fin. ff. d. jur. dot.*

Nulla eſt differentia, Gail. *libr. 2. obſ. 95. n. 16.* Ad oppoſitas autem leges reſpondetur. Primò *ad l. ult.* reſpondet Hillig. *ad Donell. libr. 14. c. 21. lit. k.* Non permittere Imperatorem ob dotem non ſolutam dirimi matrimonium, ſed loqui de periculo, ne tali caſu diſtrahatur matrimonium de facto ſcl. non de jure. Vel reſponderi poteſt, In *l. ult.* non tam ſubeſt divortii veritas, quàm metus, qui objiciatur ſpontaneâ voluntate ab initio liberalitatem ſuam oſtendenti, ſed poſtea ſuis promiſſionibus non ſatisfacienti, ut quod ab initio ſponte ſcriptum, aut in pollicitationem deductum, ab invito etiam compleatur. Vel non tam dirimitur matrimonium, quam diſtrahitur conſenſus eorum, qui matrimonium contraxerunt, ita ut in matrimonio, ſed diſcordes, vivant. Secundò *ad l. 9.* Reſp. nec ibi eſſe quæſtionem, an propter dotem non ſolutam dirimatur matrimonium, ſed eum, qui contraxit matrimonium, à promiſſore dotis non eſſe decipiendum, ſed eſſe neceſſariam vel promiſſæ dotis præſtationem, vel impediri præſtitæ condictionem; quia licet argui poſſet dolus mulieris, cujus juſſu dos eſt promiſſa, non tamen argui poteſt dolus mariti, cui dos eſt promiſſa. Tertiò *ad l. 56. 76. ff. d. jur. dot.* reſpond. ex iis hoc ſequi dotis promiſſionem conſiſtere in ſuo fine, qui eſt ſervire oneribus matrimonii, & extra matrimonii terminos non vagari, Vid. *diſp. meam inaug. d. leg. th. 41.* Sic inverti poſſet hæc differentia, quia in *d. c. per veſtras. 7.* maritus uxorem à ſe repuliſſe dicitur. Vid. Covarruviam *part. 2. d. ſponſal. & matrim. c. 7. n. 2.* Fachin. 3. *contr.* 48. Buſ. in *l. 21. ff. d. jur. dot.* Bronchorſt 2. *miſcell.* 1. Wiſſenbach. *ad d. l. ult.*

Dos poteſt repeti conſtante matrimonio, *c. 1. X. Ut lit. non cont. non proced. ad teſt. recept.*

Soluto matrimonio ſolvi mulieri dos debet, *l. 2. in pr. ff. ſol. matrim. quemadm. dos pet.*

Quoad repetitionem dotis jure Canonico poteſt dici de eodem matrimonio eſſe conſtans & ſolutum. Conſtans in relatione ad vinculum: ſolutum in relatione ad cohabitationem. Nec jure Civili quoad dotis repetitionem diſtinguitur inter verum divortium & ſolutam cohabitationem, quia utroque caſu ceſſat cauſa, propter quam dos ſit penes maritum, nam matrimonii ceſſant onera: ibique dos eſſe debet, ubi ſunt onera matrimonii, *d. l. 56. §. 1. ff. d. jur. dot.* aut niſi oneribus matrimonii dos ſerviat, dos nulla eſt, *d. l. 76. in fin. ff. eod.* Adhæc utroque caſu attenditur rei dotalis periculum, quod facit, ut etiam conſtante matrimonio, ſi maritus vergat ad inopiam, dos repetatur, *l. 24. in pr. ff. d. tit. ſolut. matrim.* quoniam in repetitione dotis idem eſt matrimonium eſſe ſolutum & maritum vergere ad inopiam.

Dotare filiam pater cogitur, cum in contrahendis liberorum matrimoniis parentum conſenſus non neceſſarius

Pater ad dotandam filiam, quæ eo inſcio & invito nubit, non tenetur; ſi enim filia, quæ ſine conſenſu patris nuducatur

Diſtinguunt aliqui, Utrùm ſcilicet filia marito ſuo dotem promiſerit, annon. Priori caſu patrem ad dotandam filiam, quæ digno viro nupſit, teneri vo-

ducatur per ea, quæ tradit Emericus à Rosbach in *theſ. recept. diff. jur. Civ. & Can. libr. 1. tit. ult. n. 18.*

lunt. Secundò non item. Vid. Gailium *lib. 2. obſ. 95.* Nulla eſt diſtinctio, quia non attendenda eſt promiſſio

pſerit, exhæredari ab eo poteſt, *Nov. 115. c. 3.* cur non & dos negari poſſet?

filiæ, ſed ejusdem contemptus, in quem non adhibito patris conſenſu incurrit. Pendet igitur deciſio præſtationis ex differentia, in qua *Matrimonium ſi contrahat filiusfamilias.* & ex eo, quod habet Matth. Stephani ad *N. 115. n. 171* de patre moram nectente in quærenda matrimonii conditione.

Dotis nomine poteſt intervenire cautio idonea, *c. per veſtras. 7. X. d. donat. int. V. & V.* Vid. differentiam, in qua *Pignus pro dote conſervanda, &c.*

Nulla eſt differentia, quia jus Civile hoc quidem vult, nomine dotis conſtitutæ & conſtante matrimonio nō poſſe intervenire idoneam cautionem: poſſe tamen matrimonio ſoluto, aut marito ad inopiā vergente, quia tunc, quæ poſtea emergunt, auxilio indigent, *l. 11. §. 8. ff. d. interr. in jur. fac.* Vel quia idem eſt matrimonium eſſe ſolutum, & maritum vergere ad inopiam, *arg. d. l. 24. in pr. ff. ſol. matrim.* Poſſet etiam convenientia utriusq; juris in

Dotis nomine non poteſt intervenire. Si enim credendam mulier ſeſe ſuamq; dotem patri mariti exiſtimavit: quare fidejuſſor vel alius interceſſor exigitur, ut cauſa perfidiæ in connubio eorum generetur, *l. ult. C. Ne fidejuſſ. vel mand. dot. dent.*

cautione idonea quæri, quòd alia referatur ad pignus, & illud nomine dotis intervenire poſſe tradit *l. 7. §. 6. ff. d. donat. int. V. & V.* alia ad fidejuſſorem. Verùm quod pignus poſtulamus ab eo, qui inopiâ laborat?

E.

Ecclesiæ, aliæque piæ cauſæ, ut & Principes in diſpoſitione ultima privatorum jure non utuntur, arg. *c. relatum. 11. ibiq; gloſſ. X. d. teſtam.* Vid. Julium Clarum *3. ſentent. §. teſtamentum. q. 5. & duab. ſeqq.*

Dubitandum non eſt, quin magnus ſit piarum cauſarum favor, adeò ut in dubio pro iis pronunciandum, & in teſtamentis ad pias cauſas factis pleræque ſolennitates juris Civilis ſint remiſſæ; id tamen ad finem ultimarum voluntatum (ut fiat id, quod diſponens fieri voluit) pertinere non videtur; ſed quoad iſtum Eccleſiæ aliæque piæ cauſæ & Principes eodem jure cum prophanis & privatis utuntur: cum alias quoque cauſæ privilegium non habeant,

Privatorum jure utuntur, Ludvvell in *tract. d. ultim. volunt. part. 1. c. 4. num. 3.*

niſi quod jure expreſſum eſt, arg. *l. in fraudem. 15. in f. ff. d. teſtam. mil.* Hinc ſi non ſolennitatis, ſed voluntatis ipſius ratione imperfecta ſit diſpoſitio (puta fortè teſtator teſtamentum condere inceperit, ſed poſtea ſuperveniente aliquo impedimento abſolvere non potuit) ne quidem ad pias cauſas eam valere verius eſt: non tam quòd ejusmodi diſpoſitio nec inter liberos valeat: nam diſpoſitionum harum non eadem fortaſſe ratio eſt, ut notat Bachovius ad *Trentl. vol. 2. D. 10. th. 6. lit. I.* quàm quòd regulariter teſtamentum ratione voluntatis imperfectum non valeat, *l. furioſum. 9. C. qui teſtam. fac. poſſ.* à qua regula nunquam excepta legitur ad pias cauſas diſpoſitio, Boër. *deciſ. 93. num. 50. & deciſ. 240.*

num.5. Clar. *d.§. teſtam.47. num.4.* Mynſing. *cent.5. obſ.28.* Nec o. *l. in teſtamento. 38. ff. d. fideicomm. libert.* qua in contrarium movetur Tiraquellus *d. piæ cauſ. priv.7. verſ. tu tamen.* Reſpondetur enim ibi non de imperfectione ratione voluntatis, ſed ſolennitatis ſermonem eſſe, & libertatem in teſtamento imperfecto propterea valere contra *l. ſi jure.11. C. d. teſtam. manumiſſ.* quoniam alumnæ relicta erat, quam procul dubio omnino liberam eſſe voluit teſtator, arg. *l. cum pater.77. §. filius matrem.23. d. leg.2. l. cum alienam.10. C. d. legat.* Ant. Faber *dec.35. err.7.* textum *d. l.38. in fin.* putat ab imperito Interprete corruptum, & libertatem ibi non ex teſtamento imperfecto, ſed manumiſſione liberorum ex cauſa pietatis facta competere. Verùm hæc reſponſio divinatoria eſt, nec textui ſatis convenire videtur. Nunc videamus, an ex allegato *cap. relatum.* probetur aſſertum juris Canonici, cujus ne veſtigium vel hallucinanti appareret, Nam illud *cap.* tractat caſum differentiæ, in qua, *Teſtamentum ut valeat.* & aſſeritur, cum de teſtamentis agitur, non ſecundùm leges, ſed ſecundùm canones eſſe judicandum, qui cauſa teſtamentaria ad Judicem Eccleſiaſticum pertineat. Adhæc in *d. cap.* non, ut vult gloſſa, in relictis Eccleſiis & ad pias cauſas, eſt ſpecialis caſus, ſed conſiderantur relicta Eccleſiis & ad pias cauſas, ut commune teſtamenti objectum, nam in præcedenti *c. cum eſſes.10. d. tit.* generaliter aſſeritur, quòd leges humanæ decernant ſubſcriptionem ſeptem vel quinque teſtium, id à divina lege & Sanctorum Patrum inſtitutis, & à generali Eccleſiæ conſuetudine noſcitur eſſe alienum, cum ſcriptum ſit, In ore duorum vel trium ſtet omne verbum. Quid ſi Pontificii (ne dicamus inter hæc capitula obrepſiſſe contradictionem) cenſuerint, hunc caſum ſpecialem eſſe generalem, quatenus optarent omnium pertuſam eſſe crumenam, ut ſuam implerent, nihilque piè poſſe relinqui, quod iis non relinquatur. Hæc prima & ultima eſt eorum voluntas, ſic quamvis ſe habere voluntatem. Sed enim illis laborem hunc creſcere, quò pecunia creſcat, avaritiam definient ii, quos obtentæ religionis opinio non moratur.

ECCLESIÆ ita ſe habent, ut ſuper iis Laicis nulla ſit tributa poteſtas, nulla facultas: quos obſequendi manet neceſſitas, non autoritas imperandi: à quibus ſi quid motu proprio ſtatutum fuerit, quod Eccleſiarum etiam commodum reſpiciat & favorem, nullius firmitatis exiſtit, niſi ab Eccleſia fuerit adprobatum, *c. Eccleſia.10. X. d. conſtitut.* Vid. *can. convenior. 33. q. 8.* Bocerum *c. 2. d. feud. diſtr. ex cauſ. n.8.* Rittershuſium *libr. d. diff. juris Civ. & Can. 7. c. 9.* Bru-

Ubi maneret Sanctitas, quam ſibi aſſignat Imp. in *l. 87. §. ult. ff. d. leg.2.* Æternitas, de qua in *l 2. C. d. fabricenſ. lib.11.* & concidet illa oratio, quâ ſacratiſſimus noſter Princeps in *l. pen. ff. ad SC. Tertyll. & Orphit.* cavet. Vid. Struven in *Syntagm. jur. feud. c.1. n. 6. & ſeqq. c. 2. n. 2.* ubi refert Adriani Papæ literas ad Fridericum I. Imperatorem ambitioſè ſcriptas. Cum enim Adrianus hæc inter alia ad Imperatorem ſcriberet verba, Debes, Glorioſiſſime Fili, ante oculos mentis reducere, quàm gratanter & quàm jucundè alio anno mater tua Sacro-ſancta Romana Eccleſia te ſuſceperit, quantâ cordis affectione tractaverit, quantam tibi dignitatis plenitudinem contulerit, & honoris, & qualiter Imperialis inſigne coronæ libentiſſimè conferens, benigniſſimo gremio ſuo, tuæ ſublimitatis apicem ſtuduerit confovere: nihil prorſus efficiens, quod regiæ voluntati vel in minimo cogno-

His paſſim adverſantur *tit. C. d. SS. Eccleſ. tit. C. d. Epiſc. & Cler. tit. C. d. Epiſc. aud. Nov.6. in princ.* Vid. Thomam Michaelem *d. juriſd. concl. 4. & ſeqq.* Hahn *diſp. feud. 4. concl. 2. lit. E.* ubi *ad c.* in quo Papa eſt Sol, & *ad text. libr. 2. feud. c. 100.* reſpondet. Vid. Cam. Borellum in *ſpecul. Princ.* Petri Bellug. *rubr. 6. lit. F.*

tum

tum fulmen *Sixti V. p.* 4. *&* 66. & Stephani Szegedini ſpeculum Romanorum pontificum. Joannem Limnæum ad *Capitulation. Impp. proleg. ſect.* 7. *num.* 10.

ſceret obviare. Neque tamen pœnitet nos deſideria tuæ voluntatis in omnibus impleviſſe, ſed ſi majora beneficia Excellentia Tua de manu noſtra ſuſcepiſſet, ſi fieri poſſet, conſiderantes, quanta Eccleſiæ Dei & nobis per te incrementa poſſint & commoda pervenire, non immeritò gauderemus. Imperator autem illis commotus ita literis ad Ordines Imperii datis conquerebatur, Cum per electionem Principum à ſolo Deo regnum & imperium noſtrum ſit: quicunque nos imperialem coronam pro beneficio à domino Papa ſuſcepiſſe dixerit, divinæ inſtitutioni & doctrinæ Petri contrarius eſt, & mendacii reus erit. Ideo Pontifex alia ad Imperatorem conſcriptâ epiſtolâ his ſe purgat verbis, Occaſione cujusdam verbi, quod eſt beneficium (ſicut dicitur) tuus animus eſt commotus, quod utique nedum tanti viri, ſed nec cujuslibet minoris animum meritò commoviſſet. Licet enim hoc nomen, quod eſt beneficium, apud quosdam in alia ſignificatione, quàm ex impoſitione habeat, aſſumatur: tunc tamen in ea ſignificatione accipiendum fuerat, quam nos ipſi poſuimus, & quam ex inſtitutione ſua noſcitur retinere. Hoc enim nomen ex bono & facto eſt editum, & dicitur beneficium apud nos non feudum, ſed bonum factum. Et Tua quidem Magnificentia liquido recognoſcit, quòd nos ita bene & honorificè imperialis dignitatis inſigne tuo capiti impoſuimus, ut bonum factum valeat ab omnibus judicari. An & in his Imperator noſter jus imperii ſibi aſſerat, innuit *Nov.* 9. in his verbis, Habeat itaque Sanctitas Tua hanc legem Catholicis totius Occidentis Eccleſiis profuturam, & in Orientales partes propagandam, in quibus aliquid Sacroſanctæ poſſident Eccleſiæ, ut ſit Deo Omnipotenti dignum donarium, divinarum rerum tuitio. Si penſiculatiùs rem perpendamus, inveniemus Imperatori fuiſſe jus olim eligendi Pontificem, *can. Agatho.* 21. *can. Hadrianus Papa. & can. in Synodo.* 23. *diſt.* 63. Vid. differentam, in qua *Imperator electus.* Inveniemus Papæ initium eſſe humilitatem, progreſſum in excelſa quævis elevationem. Humilitatem agnoſcit Barboſa in *collect. ad proam. Decret. n.* 15. 16. ubi ait electum Romanum Pontificem in ſede forata collocari, ut de humilitatis virtute non obliviſcatur. In die Coronationis ante Papam ſtupæ in ſummitate arundinis comburuntur, & ſtentoreâ voce inclamatur, Sic tranſit gloria Mundi Sancte Papa. In excelſa quævis elevationem agnoſcunt, qui in initio vulpem, in progreſſu leonem experiuntur. Quadrat in affectationem ſupereminentis juris Pontificii illud Senecæ *libr. d. benef.* 6. *c.* 30. Monſtrabo tibi, cujus rei inopiâ laborent magna faſtigia, quid omnia poſſidentibus deſit, ſcilicet ille, qui veritatem dicat. Vid. Lanſium. in *conſult. d. prim. int. provinc. Europ. in orat. contr. Ital. p.* 110. 111. 124. 127. Maneat illud Chryſoſt. in *c. multi. diſt.* 40. Quicunque deſiderabit primatum in terra, inveniet confuſionem in cœlo, nec inter ſervos Chriſti computabitur, qui de primatu tractaverit, nec unusquisque eorum feſtinet, quomodo aliis major appareat, ſed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam non qui major fuerit in honore, ille eſt juſtior, ſed qui fuerit juſtior, ille major. Conſervatio ergo melior eſt deſideranda, ſed non dignior gradus. Verùm enimverò apud Szegedinum in *tract. d. tradit. Pontif. Roman.* Nullus & nemo mordent ſe in ſacco, id eſt, Papa eſt dominus & caput univerſalis Eccleſiæ. Vid. Rennemannum *diſp. d. princ. jur.* 10. *th.* 2. Limnæum *de jure publ. tom.* 1. *libr.* 2. *c.* 11. ubi *num.* 21. ſacco cæruleo, qui in Bibliotheca Vaticana aſſervatur, reponitur illud Philippi Pulcri, Francorum Regis, qui Bonifacio ſe gerenti pro ſummo Pontifice; Salutem modicam, ſive nullam. Sciat tua Fatuitas maxima nos in temporalibus nemini ſubeſſe, ſecus credentes fatuos reputamus & dementes. Nolim ego, ſi eſſem ſub Romanenſium jugo, ita opinari. Vide vocem bovis in *diſp. Baſil. vol.* 7. *in ſeſquicent. differ. jur. Civ. & Can. reſpondente. Joach. Haſſao th.* 2. Vindicet Papa ſibi eam imaginationem, quâ ferunt adeò laboraſſe mulierem, ut medium manus ſuæ

digitum conſtringeret, tanquam in ipſo totum geſtaret orbem. Ploravit quoque verita, ne quando digitum ſuum inflecteret, totus orbis corrueret, & omnia ſtatim interirent.

ECCLESIÆ regimen nemini infra annum decimum quartum committi debet, *c. indecorum. 3. X. d. æt. & qual. & ord. præfic.*

Accedimus magis juri Civili, Nam eximit quidem annus decimus quartus à tutela, non tamen omnia tutelæ ejus, qui agit annum decimum quartum, committit. Nec ii, qui veniam ætatis impetraverunt, idoneè rem ſuam adminiſtrare videntur, *l. 1. C. d. his, qui ven. æt. impetr.* Qui nondum impetrarunt, eos morum equidem honeſtas, non tamen mentis ſolertia commendare poteſt: edocent teſtimonium vitæ melioris ac animi probitatem, non tamen aptæ inſtituta adminiſtrationis.

Presbyterum minorem triginta quinque annis fieri non permittimus. Sed neque Diaconum aut ſubdiaconum minorem viginti quinque, neque minorem lectorem decem & octo annis, *Nov. 123. c. 13.*

ELECTIO fit citra juramentum, *cap. cum dilectus. 8. X. d. conſuetud.*

Preferendum jus Canonicum, quia in perſonas eligentium nulla cadere debet perjurii, læſæ conſcientiæ aut temeritatis ſuſpicio: quodque à dubiis perſonis extorquet jurisjurandi vis, in magis idoneis ſimplex loquela præſtat.

Fit juramento ſeu tactis Evangeliis, *N. 123. c. 1.*

ELECTIO ut valeat, debet fieri per aliquam trium formarum, ſcilicet ſcrutinii, compromiſſi & inſpirationis, *c. quia. 42. X. d. elect. & elect. pot.*

Præferendum jus Civile, Nam electio, quæ fit per inſpirationem, ſuo peccare poteſt impetu: quæ fit per compromiſſum, aliquando merenti, etiam immerenti prerogativam tribuit.

Quoties opus fuerit Epiſcopum ordinari, Clericos & Primates civitatis, cujus futurus eſt Epiſcopus, ordinari ſancimus, mox in tribus perſonis decreta facere, propoſitis eis ſacroſanctis Evangeliis, periculo ſuarum animarum dicentes in ipſis decretis: quia neque propter aliquam donationem, neque propter aliquam promiſſionem, aut amicitiam, aut aliam quamlibet cauſam, ſed ſcientes eos rectæ eſſe fidei, & honeſtæ vitæ & literas noſſe, *d. N. 123. c. 1.*

EMENS rem alienam à fiſco non eſt ſecurus, ſed reſtituere Eccleſiæ tenetur, *c. 2. d. reb. Eccl. alien.* vel non. Wiſſenbachius *diſput. ad Inſtit. 56. theſ. 9.*

Nulla eſt differentia, quia à re fiſcali, quæ poteſt alienari, non argumentamur ad rem Eccleſiaſticam. Hinc *d. cap.* 1. prohibet ſubmiſſionem Eccleſiarum, ſuorum immobilium bonorum vel jurium fieri Laicis abſque conſenſu capituli & licentia Papæ. 2. caſſat contractus quacunque firmitate vallatos contra hoc de cetero faciendos. 3. punit Prælatos contra-

Olim ex edicto D. Marci cautum fuit, ut ſi quis emerit à fiſco, vel ejus procuratore rem quandam, quam ipſe credebat fiſci eſſe, cum in rei veritate eſſet aliena, & poſt venditionem quinquennium præterierit,

venientes

venientes & Clericos non contradicentes, & laicos, qui ipſos Prælatos ad hoc compulerunt vel compellent. 4. præcipit laicos tales contractus eo caſu, quo valent, ultra debitum non uſurpare & pœnam apponit, Joann. Andr. in *ſumm.*

ceteris paribus præſcriberet, & dominum poſtea ſupervenientem, & quæſtionem ei moventem per exceptionem præſcriptionis repellere poſſet, *l. ult. C. d. jur. fiſc.* Poſtea per conſtitutionem Zenonis hoc privilegium in tantum fuit extenſum, ut ſi quis à fiſco per venditionem aut donationem, vel alium juſtum titulum rem bonâ fide acciperet, ſtatim ſine ulla præſcriptione aut temporis lapſu dominium ejus conſequeretur, & in omnem caſum ſecurus fieret, victorque exiſteret, ſive ille experiretur, ſive ab alio conveniretur. Vid. Manzium *ad §. ult. I. d. Uſucap. n. 1. & ſeqq.*

EMI res à fiſco non poteſt, *c. intellecto. 33. X. d. jurejur.*

Cap. 33. non loquitur de rebus fiſci, ſed de civitatibus ac parte ditionis: item de juribus regni non alienandis.

Emi à fiſco poteſt, *l. ult. C. d. quadr. præſcr.*

EMPTA res ex pecunia aliena non fit emptoris, *c. cum tu. 5. X. d. Uſur. c. non eſt putanda. 1. q. 1.*

Cap. cum tu agit de uſuris, quarum nomine quicquid fit, pro infecto habetur. *Can. non eſt putanda.* non eſt putandus agere de aliis rebus, quàm illicitis, ſeu hoſtiis impiorum abominabilibus, quæ offeruntur ex ſcelere.

Jus Civile proponit regulam, quę etiam patitur exceptionem, *l. 8. C. d. i.* Jus Canonicum proponit exceptiones.

Si ex ea pecunia, quam depoſueras, is, apud quem collocata erat, poſſeſſiones ſibi comparavit, ipſique traditæ ſunt, tibi vel omnes tradi, vel quaſdam ex his compenſationis causâ ab invito eo in te transferri injurioſum eſt, *l. 6. C. d. R. V.*

EMPTOR læſus ultra dimidium juſti precii habet beneficium *l. 2. C. d. reſcind. vend. c. cum cauſa. pen. X. d. empt. vend.*

Hoc beneficium habet venditor, *l. 2. C. d. reſcind. vend.*

Huic differentiæ anſam ſubminiſtravit Cujacius *lib. 16. obſ. c. 18. & libr. 23. c. 32. & libr. 2. notat. ad animadv. Robertic. 13.* eumque ſequentes Ant. Faber *part. 1. d. err. Pragmat. dec. 8. err. 7.* Phil. Matthæus ad *l. in omnibus cauſis. 68. num. 34. & ſeqq. d. R. J.* communem tamen ſententiam Harpprechtus *ad §. ult. I. d. empt. vend. num. 106. & ſeqq.* non usque adeò levibus rationibus motus veriorem eſſe cenſet. Tum quia emptor & venditor correlativè ſibi opponuntur. At verò in correlativè oppoſitis jus indubitatum eſt, ut quod in uno ſtatuitur, idem ſtatuatur in altero, *arg. l. non debet. 41. ff. d. R. J. l. cum emptor. 5. ff. d. reſcind. vend. l. ſi cum dies. 22. §. pen. ff. d. recept. l. fin. C. d. indict. vid. toll. l. 1. C. d. cupreſſ. libr. 11.* Tum quia ſicut æqualiter ſeſe invicem in pretio circumſcribere permittitur, *l. 16. §. pen. ff. d. minor. l. 22. §. ult. ff. locat.* ita & in his, in quibus ratione circumſcriptionis aut alterius cauſæ vel reſciſſio contractûs fit, vel adversùs eum reſtitutio datur, aliterve ſubvenitur, tam emptoribus quàm venditoribus, ſive majoribus ſive minoribus, æqualiter lege ſuccuritur, *l. Julianus. 13. § ſi venditor. 4. & §. ſeq. ff. d. act. empt. l. alioquin. 11. ff. d. contrah. empt. l. 1. §. ſed ſi emeris 13. ff. ſi quid in fraud. patron. l. patri. 27. §. 1. verſ. prædium quoq; ff. d. minor. l. 3. & d. l. cum emptor. 5. ff. d. reſcind. vend.* Tum etiam quia cum beneficium *l. 2.* non perſonale ſit, ſed venditori idcirco tributum; quòd is nimiùm leſus fuerit, ſequitur inde, quod idem & emptori, ſi læſus nimiùm erit, ſit indulgendum. Ubi enim eadem læſionis eſt ratio, ibi idem jus

ſtatui debet, *l.quædam. 9. §. nummulariot.ff.d.edend.* Tum poſtremò quia beneficium illud ex humanitate profluxit. Atqui longè humanius eſt emptori ſubveniri quàm venditori. Siquidem venditor circumventus habet,quod ſibi imputet,cur tam vili levique pretio rem ſuam diſtraxerit,cum valoris iſtius rei notitiam habere præſumatur, *l.15 C.d.tit.d. reſcind.vend.* Emptori verò nihil tale imputari poterit,cum non ſcientiam,ſed ignorantiam in factis rebusque alienis præſumi manifeſti ſit juris, *l.ult.in fin.ff.pro ſuo. l.2.& ſeqq. ff. d. J. & F. Ign.* Præter alia argumenta, quibus diſſentientes obſtant,eſt illud Cujacii, quod non eadem ſit ratio ſubveniendi emptori, propterea quòd venditorem plerumque neceſſitas rei familiaris compellat vendere pretio minore, *l.non idcirco. 12. & l.ſi quos.16. C.d.reſcind.vend.* Emptor autem ultro accedat ad emptionem prædii ſæpe fraudandi causâ, & plerumque emat pretio impenſo & immenſâ affectione opportunitatis,vel vicinitatis, vel cœli, vel quòd illic educatio ſit, vel parentes ſepulti, vel majorum ejus fuerit. Reſpondet Harpprechtus *d. loc. num.115.* Sæpius venditor etiam non neceſſitate aliquâ compulſus, ſed ſpe lucri allectus rem ſuam diſtrahit: contra verò emptor ſummâ neceſſitate coactus, rerumque indigentiâ & penuriâ adductus ad emendum accedit, ita ut par utriusque hac in cauſa ratio deprehendatur. Malim ego notare fallaciam non cauſæ ut cauſæ, Cauſa enim reſciſſionis non eſt neceſſitas, quæ non requireret læſionem ultra dimidium,ſed ipſa læſio,quæ hoc beneficium impetravit. Sed redeamus ad differentiam, quæ ſi ſtatuenda eſt aliqua, videtur eſſe illa, quòd in jure Civili electio ſit venditoris, an velit pretium reſtituere,an verò accipere, quod juſto pretio deeſt. Jure Canonico electio eſt emptoris: verùm utroque jure,quod patet ex *d.l.2.* electio eſt emptoris.

EMPHYTEUSEOS objectum ſunt bona immobilia & jura in emphyteuſin conceſſa, *c.hoc conſultisſimo. 2. d. reb. Eccl. non alien.in 6.*

Nulla eſt differentia, Nam bona immobilia, quatenus emphytheuſeos ſunt objectum, opponuntur rebus mobilibus, in quibus emphytheuſis non eſt, quia uſu ipſo non fiunt meliores,quinimò aut eas perire neceſſum fuerit,aut fieri deteriores, Perezius in *C. ad tit.d.jur.emphyt.num.3.* non autem juribus, quæ in rei immobilis acceſſionem veniunt, licet non ſint res immobiles, Vid. *gloſſ.ad d.c.2.in verb.jura.* differentiam, in qua *Bona à juribus ſunt ſeparata.* Notat Bachovius *libr.d.pign. & hyp.1.c.6.num.6.* errorem Hunnii, qui ſub immobilibus propriè & verè contineri pronunciat nomina & actiones, & hanc ſententiam longè veriſſimam & rationi conſentaneam eſſe pronunciat hoc argumento, Quòd quæ non poſſint moveri, ſint immobilia, nomina autem actionesque non poſſunt moveri. Utitur quidem eo argumento etiam Accurſius in *l. moventium.93.d.V.S.* Sed non eò minùs vitioſum eſt argumentum,quo quidem & lapidem,quia non videt,dixeris eſſe cæcum. Logici ſciunt, quòd habitus & privatio non niſi de ſubjectis propriis prædicentur; motus autem & quies ſint propriæ affectiones corporis naturalis.

Objectum hujus contractus ſunt bona immobilia ſeu res ſoli aut prædii ruſtici, *arg.t.t.ff. ſi ager vectig. i.e. emphy.pet.*

EMPHYTEUSIS Eccleſiaſtica ſimpliciter data alicui nullâ filiorum nec heredum factâ mentione ad filios & nepotes accipientis tranſit, Covarruvias *var.reſol.lib.2.c.17.num.ult.*

Differentia quidem eſt inter emphyteuſin Eccleſiaſticam & ſecularem,ſed eam facit jus Civile, *l.2.C.d.jur.emph. Nov.7.& 120.*

Emphyteuſis Civilis non tantùm ad ſuos,ſed etiam extraneos heredes tranſit, Perezius in *C. ad tit.d.jur.emph.num.4.*

EMPHYTEUSIS eſt perpetuus contractus, *c.*

Nulla eſt differentia, Nam *d. cap.* intelligitur vel de emphyteuſi civi-

Eccleſiaſtica ultra generationem tertiam ſe

nulli.

Digitized by Google

nulli.§.X.de reb.Eccleſ.alien. vel non.

li ſeu ſeculari: vel etiã de Eccleſiaſtica, quæ dicitur perpetuus contractus, quatenus non finitur cum perſona ejus, cui conſtituitur.

non extendit, Vult. in *Jprud.Rom.libr.1.c.36.*

EMPHYTHEUTA ceſſans in ſolutione canonis per biennium juſtè poteſt repelli, niſi celeri ſatisfactione poſtmodum ſibi conſulere ſtuduiſſet, *c.ult.X.d.loc.*

Præfertur jus Civile, quia Canon non ſolvitur propter rei uſum, ſed in recognitionem dominii, quam ſprevit, qui tanto tempore non ſolvit.

Celeri ſatisfactione ſibi conſulere non poteſt, *l.2.C.d.jur.emph.* quia neminem oportet conventionem vel admonitionem expectare, ſed ultro ſeſe offerre, & debitum ſpontaneâ voluntate perſolvere.

EPISCOPI & Adminiſtratores Eccleſiarum poſſunt teſtari & diſponere pro lubitu de bonis propriis aliter, quàm contemplatione Eccleſię quęſitis ex ſua induſtria, *can. ſint manifeſtæ res. c.12. q.1. & can.1. eadem causâ. quæſt.5.*

Vid. Dion.Gothofr. ad *h. auth. lit. a.* & ante eum Baldum. Deinde ſtudium acquirendi in Pontificiis tollit diſcrimen, quippe quibus omnia contemplatione Eccleſiæ acquiſita videntur; ſive ſit acquiſitionis veritas, ſive ambitio. Vid. differentiam, in qua *Epiſcopus moriens.* ubi prolixè Author judicium ſuum interponit.

Omnia coguntur relinquere Eccleſiæ, *auth. licentiam, ubi Salicetus. C.d. Epiſc. & Cler.*

EPISCOPUS in ſua tota diœceſi jurisdictionem habens in quolibet loco ipſius diœceſis non exempto per ſe vel per alium poteſt pro tribunali ſedere, *c. cum epiſcopus.7.d.off.ordin.in 6.*

Quis ſit ille, qui vicem præſidis obtinere dicitur, an inter ordinarium ac delegatum velut intermedius, de quo Weſ.*ad tit. C. d. pedan. Jud. num.32.* inquirere alterius eſt operæ: an idem, qui in *c.2. X. d. off. vicar.* vicarius epiſcopi? hoc nullam facit differentiam, ſed oporteret ei eandem, quæ eſt epiſcopi in ſua diœceſi, juris dicendi aſſignare libertatem. Adhæc quantumvis epiſcopi jurisdictio extendatur latiùs, extẽditur jure ſuo, non jure aliunde arrogato. Denique nil abſurdi inde ſequitur, ſi dicamus, Quod jus habet Epiſcopus in ſua tota diœceſi, id jus habet vicem Præſidis obtinens, ut in eodem loco & eodem tribunali judicet, in quo ordinarius judicare conſuevit, Vid. Covarruviam *pract. quæſt. c.4. num.8.*

Differt is, qui vicem præſidis obtinere dicitur, de quo *tit. C. d. offic. ejus, qui vic.* ab eo, cui mandata eſt jurisdictio, quòd ille ex præcepto Principis vel Præfecti Prætorio provinciam adminiſtrat jure ordinario, qui etſi non ſit Præſes aut Proconſul, Proconſulatum tamen obtinet, *l. 1. d. tut. dat.* vid. Petr. Fabrum *ad l.70.d.R.J.* Et jus dicit in eodem loco ac eodem tribunali.

EPISCOPUS moriens poteſtatẽ habeat de propriis, quibus voluerit &

Præfertur jus Canonicum, cujus prælationis cauſam subminiſtrat ipſum jus Canon.

Licentiam habeat Epiſcopus, quæcunque ante epiſcopatum probatus

ſicut voluerit relinquere, *can. ſint manifeſtæ.* 12. *quaſt.* 1.

quæ porrigitur vel ad æquitatem naturalem, cui conveniens eſt voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferre ratam haberi, §. *per traditionem.* 40. *I.d.R.D.* vel ad commiſerationem uxoris, filiorum, propinquorum, ſervorum, quibus hoc relinquendi modo plenius ſubvenitur: vel ad defuncti famæ conſervationem, ne mortuus epiſcopus malæ famæ injuriis ſubjiciatur: vel deniq; ad integritatis Pontificiæ tutelam, ne manus, quas alii rapacitate infeſtas habent, & ipſa polluere videatur.

fuerit habuiſſe & quæcunque poſt epiſcopatum jure cognationis usque ad quartum gradum ad eum pervenerunt, ad quos voluerit, ultimâ voluntate transmittere: cæteris rebus alio modo acquiſitis, domino Eccleſiæ reſervatis, *auth. licentiam.* C. *d. Epiſc. & Cler.*

EPISCOPUS vel Presbyter aut Diaconus, quem ſciens prudensq; Epiſcopus fecit presbyterum aut diaconum, ex ſervo fit liber, etiamſi id fecerit ignorante domino, *can. ſi ſervus abſente.* 54. *diſt.*

Nemo ambigit Canoniſtas heic juri ſuo tribuere primas, idque eò faciliùs, quòd damnum ignoranti domino reſarciatur: quòd ſacrum miniſterium majoris æſtimetur: quòd ipſum jus Civile vel ob dignitatem perſonæ, vel ob utilitatem publicam, vel ob criminis detectionem, vel ob ultimæ voluntatis integritatem conſervandam, etiam ſine manumiſſione, libertatem conferat.

Si ſervus ſciente & non contradicente domino in clero ordinatus fuerit, ex hoc ipſo, quòd conſtitutus eſt, liber & ingenuus erit. Si verò ignorante domino ordinatio fiat; licet domino intra ſpatium unius anni & ſervilem fortunam probare & ſuum ſervum recipere, *Nov.* 123. *c.* 17.

EXCEPTIO & præſcriptio differunt, quia præſcriptio eſt tantùm exceptio temporis: unde definit gloſſa in *ſumm. cauſ.* 16. *q.* 3. præſcriptionem, quòd ſit exceptio ex tempore ſubſtantiam capiens, quæ actioni perſonali vel in rem opponitur.

Hanc definitionem gloſſæ utcunque rejiciat Abb. ad *rubr. Decretal. d. præſcript. num.* 1. eam tamen defendit Parladorius *libr.* 1. *rer. quotid. c.* 1. §. 1. *num.* 3. *& ſeqq.* ubi etiam Gothofredum Rogerium, Alciatum, Didacum Covarruviam, qui eidem definitioni ſubſcripſerunt, allegat. Ut tamen utrumque jus concilietur. In præſcriptione conſiderari poteſt vel convenientia, quâ ſicut aliis exceptionibus; ita etiam præſcriptione removentur agentes: vel idem effectus, qui in convenientia apparet: vel denominatio, nam exceptio vocari poteſt præſcriptio, quatenus ei, adversùs quem agitur, an, quando & quomodo ſit excipiendum, præſcribit. Non obſt. quod

Exceptio & præſcriptio promiſcuè uſurpantur. Sic exceptio rei judicatæ appellatur præſcriptio rei judicatæ in *l.* 29. *in pr. d. exc. rei jud.* Doli mali exceptio nominatur etiam doli mali præſcriptio in *l. ſi debitor.* 91. *d. ſolut. & liberat.* quæ omnia probant voculam *ſeu.* quæ habetur in rubrica. C. *d. except. ſeu præſcr.* non conjungere res diverſas, ſed interjici inter res numero qui-

exceptio

dem duas, ſed easdem, Donell. ad *rubr. C. d. except. num.* 15. *& libr.* 22. *comm. jur. Civ. c.*1.

exceptio & præſcriptio ſub diverſis juris Canonici rubricis proponatur, nam jus Canonicum progreditur à diverſa ſpecie ad diverſam: jus Civile dicit eam eſſe interdum vocis amplitudinem, ut genus & ſpeciem complectatur.

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ etiam poſt biennium opponi poteſt, cum malæ fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribat, *c. poſſeſſor. d. R. J. in* 6.

Ultra biennii metas hujusmodi exceptio non extenditur, in *fin. tit. l. d. lit. oblig.*

Præfertur jus Civile, quia hoc non tantùm ſpectat perſonam creditoris, qui intra biennium potuit pecuniam numeraſſe vel non numeraſſe; ſed etiam debitoris, qui potuit vel movere exceptionem: vel eâ non expectatâ proponere querelam, *l.* 7. *&* 8. *C. d. non num. pec.* quam querelam vel exceptionem ſi omiſerit, negligentiæ ſuæ expenſum ferat, *l.* 203. *ff. d. R. J.* Vide tamen Hiltropff in *proc. jud. part.* 2. Strein. in *antinom. juris. Pontif. & Cæſ. tit.* 4. *diff.* 15. Sneidevvinum ad *tit. d. Lit. obl. num.* 11. *tit.* 24. *d. except. non num. pec. num.* 8. Aſſequi non poſſum ſubtilitatem, cui me implicat Vinnius ad §. 9. *I. d. Except.* dictas eſſe perpetuas exceptiones, non à tempore proponendi, quòd quacunque judicii parte opponi poſſunt, ſed à tempore, quo effectus propoſitarum durat; eoq; ſenſu etiam exceptio non numeratæ pecuniæ verè perpetua eſt. Idem equidem ante Vinnium in ſuis miſcellaneis affirmavit Bronchorſt, ſed neutrum intelligo. Concedo non dici perpetuas exceptiones à tempore proponendi, quatenus illa propoſitio refertur ad hanc vel illam judicii partem: hoc enim commune eſt cum exceptionibus dilatoriis; dicuntur tamen perpetuæ, quatenus referuntur ad tempus non judicii propoſiti, quod certo tempore proponi debuit: ſed ad tempus judicii proponendi, ut quocunque tempore fuerit propoſitum, ei obſtet exceptio; & in hunc ſenſum Gajus in *l.* 3. *ff. h. t.* quem allegat Vinnius, perpetuas atque peremptorias exceptiones definit, quæ ſemper locum habent, nec evitari poſſunt. Non etiam intelligo effectum propoſitarum exceptionum, à quo diviſio exceptionum deſumi non poteſt, quoniam illa diviſio conſiſtit in facultate opponendi, quæ vel certo tempori eſt alligata, vel in perpetuum extenſa. Denique in effectu exceptionum propoſitarum omnes exceptiones conveniunt, ita ut etiam exceptio temporalis hoc effectu fiat perpetua, quemadmodum litis conteſtatione actio temporalis perpetuatur, *l.* 9. §. 3. *ff. d. jurejur. l.* 139. *in pr. ff. d. R. J.*

EXCEPTIO quandocunque opponitur ante ſententiam, *c. exceptionem.* 12. *X. d. exception.* Vide tamen Rittershuſ. *libr. d. diff. jur. Civ. & Can.* 5. *c.* 17.

Exceptio dilatoria debet opponi ante litem conteſtatam, *l.* 13. *C. d. procurat.*

In hoc equidem opponitur æquitas Canonica juri Civili, quòd eas exceptiones, quæ jure Civili ante litem conteſtatam erant opponendæ, poſt litem conteſtatam admittat. Sic ſpolii exceptio ante litis conteſtationem eſt opponenda, nec admittenda, ſi lis jam fuerit conteſtata, Hartm. Piſtor. *part.* 4. *q.* 18. *num.* 21. *& obſ.* 7. *num.* 1. Nihilominus tamen quandoque etiam poſt litem conteſtatam exceptio hæc validè objicitur, ſcilicet ſi forſan de novo ſpolium factum proponatur, aut reus fidem faciat juramento ſuo, ſpolium ante litis conteſtationem perpetratum, poſt judicium demum acceptum ad ejus notitiam perveniſſe, *c. paſtoralis.* 4. *X. d. except. c. inſinuante.* 25. *X. d. offic. deleg.* Carpzov. in. *proceſſ. judic. tit.* 9. *art.* 6. *num.* 26. In allegatis verò locis nullam deprehendo differentiam, nam jus Civile proponit præſcriptionem militiæ, quæ declinatoria litis conteſtationem neceſſariò præcedit. Jus Canonicum proponit exceptionem excommunicationis, in qua ſpecialiter aliquid ſit obſervandum. Quando exceptiones ante

vel poſt litis conteſtationem & quę ſint opponendæ, vid. Hillig. in *not. ad Donell. lib. 22. c. 8.* Quæ exceptiones non tam ſententiam impugnent quàm executionem, vid. Zœſium ad *tit. X. d. exception. num. 7.* Hunnium in *coll. Jur. Can. diſp. 12. th. 33.* In ſpecie ſi interrogetur circa pactum de non petendo, cujus exceptio eſt perpetua? reſpondetur hanc exceptionem opponi & ante & poſt litem conteſtatam. Licet enim perpetua ſeu peremptoria ſit, poteſt tamen ante litem conteſtatam opponi, non quidem ut peremptoria, ſed ut dilatoria in vim differendi judicium & impediendi litis ingreſſum: quem quidem effectum conſequitur, ſi in continenti probata fuerit; ſin ita non probetur, tunc poſt litem conteſtatam proponitur, & probata ſi fuerit, reus ab actione eſt abſolvendus.

EXCEPTIONEM qui oppoſuerit, & eam non probaverit, ſtatim in expenſas condemnatur, *c. finem. 5. X. d. dol. & contum.*

Ut præferam jus Canonicum *d. cap.* ſuadet, quia frequenter ad impediendum vel differendum proceſſum exceptiones hujusmodi per excogitatam malitiam opponuntur. Addit Rittershuſius *libr. d. differ. jur. Civ. & Can. 5. c. 17.* Cujacium nullam hic agnoſcere differentiam, Moribus tamen paſſim in Judiciis receptum eſſe, ut in expenſas protractæ litis etiam ante definitivam, & quidem plus vice ſimplici condemnetur, nec reſerventur omnes expenſæ usque ad finem judicii.

Qui actoris intentione fundatâ propoſitam exceptionē dilatoriam non probat, ejus condemnatio quoad expenſas rejicitur in finem litis, *l. properandum. 13. §. 6. C. d. Judic.*

EXCEPTIONIBUS pluribus nemo utitur, *c. veniens. 19. X. d. præſcript.*

Nulla eſt differentia, & quod in *c. veniens.* exceptio præſcriptionis poſt exceptionem privilegii priùs objectam non admittatur, hoc ideo accidit, quod præſcriptioni per impetrationem privilegii renunciatum præſumatur; fruſtra igitur præſcriptionis exceptio obtenditur: alioquin abſurdum non eſt exceptiones privilegii & præſcriptionis ſimul vel ſeparatim poſſe objici, *c. cum perſonæ. 7. d. privileg. in 6.*

Nemo prohibetur pluribus exceptionibus uti, quamvis diverſæ ſunt, *l. 8. ff. d. except.*

EXCOMMUNICATI appellare non poſſunt, *c. per tuas. X. d. ſentent. excomm. d. c. paſtoralis.*

A jure Civili divortium non facit Canonicum. Sic in *c. 5. X. d. except.* excommunicato non quidem permittitur actio vel accuſatio, conventio vel reconventio, *c. 2. & 7. X. d. judic.* ſed permittitur tamen exceptio & defenſio juris, cauſæ ſuæ vel Eccleſiæ ſuæ tuendæ causâ. Ac præterea objicere exceptionem teſtibus contra ſe productis excommunicatus poteſt: imò etiam ipſis Judicibus, tanquam iniquis meritovè ſuſpectis. Et hoc quidem permittitur excommunicato non favore ejus; nec enim jura illi favent ullo modo, ſed juris naturalis id exigente & efflagitante ratione ſummâ. Quâ ratione etiam excommunicato ei aliqua in cauſâ condemnato appellatio permittitur, quum excommunicatus non ſit exſors juris naturalis ſive gentium, ſicut nec deportatus, cui excommunicatum gloſſâ comparat in *§. minor. I. d. cap. dim.* Nec obſtant d. juris Canonici loca, quibus reſpondet Cujacius ad *c. cum inter. X d. except.* Ut breve faciam, ibi à ſententia ipſa excommunicationis, quæ interponitur, dicitur appellatio eſſe inefficax, proptèrea quòd tametſi cauſam transducat ad eum, ad quem appellatum eſt; tamen judicatum non extinguit, nec elidit excommunicationem ſemel inuſtam. At appellatio, quæ ab excommunicato ab alia ſententia interponitur, condemnationis

Appellandi uſus frequens eſt & neceſſarius, *l. 1. in princ. ff. d. appell.* nec excommunicato interdictus *arg. l. 6. ff. eod.*

tionis pronunciationem extinguit. Vid. eundem Cujacium ad *c.dilecta.10. c ſignificavit. 11. & c.ult.X.d.excep:*

Excommunicati teſtamenti factionem retinent utramque, quia ſimiles ſunt relegatis, *gloſſ. in c.paſtoralis.§.verùm.X.d. appell.* 2. quia non prohibentur expreſſim.

Nulla eſt differentia, quia utroque jure non omnis excommunicatio tollit teſtamenti factionem, cauſa tamen excommunicationis tollere poteſt, quæ cauſa hic eſt hæreſis, & eſt cauſa utrique Juri communis, nam *d. auth.* repetitur in *c.excommunicamus.13.§.credentes.X.d.hæretic.*

Non retinent, *auth. credentes, C. d. hæretic.*

Excommunicatus eſt infamis, ut Panormitanus notat in *c.propoſuit.d.Cler.excomm.*

Neutro jure eſt infamis, utroque pro infami habetur.

Infamis non eſt, Cujacius ad *d.tria capitula.*

Excussionis exceptio, cum ſit de apicibus juris, & ubicunque cauſa decidenda eſt, ſecundùm æquitatem pronuncietur, in fidejuſſore non eſt attendenda, Gail. *libr.* 2. *obſ.*27. *num.* 26. Vid. Bachovium *vol. ad Treutler.* 2. *diſp.*28.*th.* 5. *lit.* C. & D. Emericum à Rosbach. in *theſ. rec. diff. jur. Civ. & Can. tit.*11.

Hinc eſt, quòd inter Mercatores non habeat locum exceptio excuſſionis, quæ eſt de apicibus Juris, quia in foro mercatorum ſummariè, de plano & de æquitate, non inſpectis juris apicibus proceditur, Gail. *d.loc.num.*27. Vid Fachin.8. *contr.*53. Ant. Fabr. *Cod. ſuo h.t. def.*3. quid Suprema apud Hollandos Curia aliquando cenſuerit; recenſet Vinnius ad §.4. *I. d. fidejuſſ.num.*4. Quæ mea ſit opinio, vid. *diſputationem d. fidejuſſ. ſect.7.lit.g.* nec probo diſcrimen Bachovii in *d.diſp. th.6.lit.E.* inter exceptionem juſtam, & eam, quæ eſt de apicibus Juris.

Hac excuſſionis exceptione fidejuſſor conventus agentem creditorem repellit, donec excuſſerit reum principalem; *auth. præſente.* C. *d. fidejuſſ.* N. 4. *c.*1.

Executor requiſitus ut ſententiam exequatur, non poteſt juſtè, nec tenetur eandem exſequi, quoties notoriam iniquitatem aut intolerabilem errorem habuit, Innoc. in *c. cum in jur. d. off. deleg.* Covarruv. *tom.* 2. *var. reſ. libr.* 1. *c.* 1. *num. ult.* ubi addit ex Cajetano, ſi ſententiæ iniquitas executori ex ſcientia particulari & priva-

Quoad jus Canonicum addendum, Non teneri Judicem, qui ſententiam tulit, executori, etiam ſi alioqui jurisdictionem habeat, acta, ex quibus ſententiam dixerit, oſtendere, ut paſſim receptum eſt in *c.2.d.excepṭ.in* 6. & in *c.1.d.off.ordin.* Quoad jus Civile non verum eſt, ſententiam in criminalibus non tranſire in rem judicatam, imò falſum, ubi ab ea appellatum non fuerit ab ipſo condemnato vel alio quocunque, *l.Divi ff.d.pœn.* &

Procedit in cauſa civili, cum ea ſententia, à qua appellatum non eſt, in rem tranſierit judicatam: at in criminali quæſtione, ubi proceſſum eſt ad corporis pœnam, & poteſt quilibet appellare ipſo condemnato minimè provocante, *l. non tantùm. ff. d. appell.* ſecus cenſendum erit, Covarruvias *d. loc.*

vel poſt litis conteſtationem & quę ſint opponendæ, vid. Hillig. in *not. ad Donell. lib. 22. c. 8.* Quæ exceptiones non tam ſententiam impugnent quàm executionem, vid. Zœſium ad *tit. X. d. exception. num. 7.* Hunnium in *coll. Jur. Can. diſp. 12. th. 33.* In ſpecie ſi interrogetur circa pactum de non petendo, cujus exceptio eſt perpetua? reſpondetur hanc exceptionem opponi & ante & poſt litem conteſtatam. Licet enim perpetua ſeu peremptoria ſit, poteſt tamen ante litem conteſtatam opponi, non quidem ut peremptoria, ſed ut dilatoria in vim differendi judicium & impediendi litis ingreſſum: quem quidem effectum conſequitur, ſi in continenti probata fuerit; ſin ita non probetur, tunc poſt litem conteſtatam proponitur, & probata ſi fuerit, reus ab actione eſt abſolvendus.

EXCEPTIONEM qui oppoſuerit, & eam non probaverit, ſtatim in expenſas condemnatur, *c. finem. 5. X. d. dol. & contum.*

Ut præferam jus Canonicum *d. cap.* ſuadet, quia frequenter ad impediendum vel differendum proceſſum exceptiones hujusmodi per excogitatam malitiam opponuntur. Addit Rittershuſius *libr. d. differ. jur. Civ. & Can. 5. c. 17.* Cujacium nullam hic agnoſcere differentiam, Moribus tamen paſſim in Judiciis receptum eſſe, ut in expenſas protractæ litis etiam ante definitivam, & quidem plus vice ſimplici condemnetur, nec reſerventur omnes expenſæ usque ad finem judicii.

Qui actoris intentione fundatá propoſitam exceptioné dilatoriam non probat, ejus condemnatio quoad expenſas rejicitur in finem litis, *l. properandum. 13. §. 6. C. d. Judic.*

EXCEPTIONIBUS pluribus nemo utitur, *c. veniens. 19. X. d. præſcript.*

Nulla eſt differentia, & quod in *c. veniens.* exceptio præſcriptionis poſt exceptionem privilegii priùs objectam non admittatur, hoc ideo accidit, quòd præſcriptioni per impetrationem privilegii renunciatum præſumatur; fruſtra igitur præſcriptionis exceptio obtenditur: alioquin abſurdum non eſt exceptiones privilegii & præſcriptionis ſimul vel ſeparatim poſſe objici, *c. cum perſonæ. 7. d. privileg. in 6.*

Nemo prohibetur pluribus exceptionibus uti, quamvis diverſæ ſunt, *l. 8. ff. d. except.*

EXCOMMUNICATI appellare non poſſunt, *c. per tuas. X. d. ſentent. excomm. d. c. paſtoralis.*

A jure Civili divortium non facit Canonicum. Sic in *c. 5. X. d. except.* excommunicato non quidem permittitur actio vel accuſatio, conventio vel reconventio, *c. 2. & 7. X. d. judic.* ſed permittitur tamen exceptio & defenſio juris, cauſæ ſuæ vel Eccleſiæ ſuæ tuendæ causá. Ac præterea objicere exceptionem teſtibus contra ſe productis excommunicatus poteſt: imò etiam ipſis Judicibus, tanquam iniquis meritove ſuſpectis. Et hoc quidem permittitur excommunicato non favore ejus; nec enim jura illi favent ullo modo, ſed juris naturalis id exigente & efflagitante ratione ſummá. Quá ratione etiam excommunicato ei aliqua in cauſa condemnato appellatio permittitur, quum excommunicatus non ſit exſors juris naturalis ſive gentium, ſicut nec deportatus, cui excommunicatum gloſſa comparat in *§. minor. I. d. cap. dim.* Nec obſtant d. juris Canonici loca, quibus reſpondet Cujacius ad *c. cum inter. X d. except.* Ut breve faciam, ibi à ſententia ipſa excommunicationis, quæ interponitur, dicitur appellatio eſſe inefficax, propterea quod tametſi cauſam transducat ad eum, ad quem appellatum eſt; tamen judicatum non extinguit, nec elidit excommunicationem ſemel injuſtam. At appellatio, quæ ab excommunicato ab alia ſententia interponitur, condemnationis

Appellandi uſus frequens eſt & neceſſarius, *l. 1. in princ. ff d. appell.* nec excommunicato interdictus *arg. l. 6. ff. eod.*

tionis pronunciationem extinguit. Vid. eundem Cujacium ad *c.dilectæ.10. c ſignificavit. 11. & c.ult.X.d.except.*

EXCOMMUNICATI teſtamenti factionem retinent utramque, quia ſimiles ſunt relegatis, *gloſſ. in c.paſtoralis.§.verum.X.d.appell.* 2. quia non prohibentur expresſim.

Nulla eſt differentia, quia utroque jure non omnis excommunicatio tollit teſtamenti factionem, cauſa tamen excommunicationis tollere poteſt, quæ cauſa hic eſt hæreſis, & eſt cauſa utrique Juri communis, nam *d. auth.* repetitur in *c.excommunicamus.13.§.credentes.X.d.hæretic.*

Non retinent, *auth. credentes, C. d. hæretic.*

EXCOMMUNICATUS eſt infamis, ut Panormitanus notat in *c.propoſuit.d.Cler.excomm.*

Neutro jure eſt infamis, utroque pro infami habetur.

Infamis non eſt, Cujacius ad *d.tria capitula.*

EXCUSSIONIS exceptio, cum ſit de apicibus juris, & ubicunque cauſa decidenda eſt, ſecundùm æquitatem pronuncietur, in fidejuſſore non eſt attendenda, Gail. *libr. 2. obſ. 27. num. 26.* Vid. Bachovium *vol. ad Treutler. 2. diſp. 28. th. 5. lit.* C. & D. Emericum à Rosbach. in *theſ. rec. diff. jur. Civ. & Can. tit.* 11.

Hinc eſt, quòd inter Mercatores non habeat locum exceptio excuſſionis, quæ eſt de apicibus Juris, quia in foro mercatorum ſummariè, de plano & de æquitate, non inſpectis juris apicibus proceditur, Gail. *d.loc.num.*27. Vid Fachin.8. *contr.*53. Ant. Fabr. *Cod. ſuo h.t. def.*3. quid Suprema apud Hollandos Curia aliquando cenſuerit; recenſet Vinnius ad §.4. *I. d. fidejuſſ. num.* 4. Quæ mea ſit opinio, vid. *diſputationem d. fidejuſſ. ſect.7. lit.g.* nec probo diſcrimen Bachovii in *d.diſp. th.6.lit.E.* inter exceptionem juſtam, & eam, quæ eſt de apicibus Juris.

Hac excuſſionis exceptione fidejuſſor conventus agentem creditorem repellit, donec excuſſerit reum principalem, *auth. præſente. C. d. fidejuſſ.* N. 4. c.1.

EXECUTOR requiſitus ut ſententiam exequatur, non poteſt juſtè, nec tenetur eandem exſequi, quoties notoriam iniquitatem aut intolerabilem errorem habuit, Innoc. in *c. cum in jur. d. off. deleg.* Covarruv. *tom. 2. var. reſ. libr. 1. c. 1. num. ult.* ubi addit ex Cajetano, ſi ſententiæ iniquitas executori ex ſcientia particulari & priva-

Quoad jus Canonicum addendum, Non teneri Judicem, qui ſententiam tulit, executori, etiam ſi alioqui jurisdictionem habeat, acta, ex quibus ſententiam dixerit, oſtendere, ut paſſim receptum eſt in *c.2.d.except.in 6.* & in *c.1.d.off.ordin.* Quoad jus Civile non verum eſt, ſententiam in criminalibus non tranſire in rem judicatam, imò falſum, ubi ab ea appellatum non fuerit ab ipſo condemnato vel alio quocunque, *l. Divi ff. d. pœn.* &

Procedit in cauſa civili, cum ea ſententia, à qua appellatum non eſt, in rem tranſierit judicatam: at in criminali quæſtione, ubi proceſſum eſt ad corporis pœnam, & poteſt quilibet appellare ipſo condemnato minimè provocante, *l. non tantùm. ff. d. appell.* ſecus cenſendum erit, Covarruvias *d. loc.*

tim nota ſit, poterit ac tenebitur ſententiam ipſam executioni tradere.

in *l.1.ad fin.d.quæſtion.* Covaruv. *d.loc.*

EXHEREDARI an poſſit, ſi quis liberorum contra parentis voluntatem nuptias contrahat? Jure quidem Canonico certa eſt concluſio negativa, Bachov. *ad π. Weſenbecii in tit. d. lib. & poſth. lit. h.*

Ratio dubitationis, quam ſubdit Bachovius, non reſpondet ad quæſtionem juris Canonici, ſed potiùs ad illam, An reſcindi poſſit illa conjunctio, quæ non adhibitâ parentis voluntate a filio vel filia inibatur. Vel an poſſint eſſe nuptiæ ſine nuptiis, quemadmodum Cicero in *orat. pro M. Cælio ſub finem* inducit Clodium ſine re, ſine fide, ſine ſpe, ſine ſede, ſine fortunis. Igitur quoad exheredationem, illam non admittit jus Canonicum, non quòd ſecundùm quoſdam parentis conſenſus non requiratur, Vid. differentiam, in qua *Matrimonium ſi contrahat filiusf.* ſed quia gravior eſt pœna, quam jus Civile non ſtatuit & naturale debitum, quo liberi hereditatem conſequuntur, recuſat.

Idem Bachov. *d. loc.* de jure Civili dubitat, quia in eo filia ſine conſenſu patris viro ſe conjungens non dicitur nuptias contrahere, ſed ſtuprum committere: in filio poteſt pro ſimplici fornicatione haberi.

EXHEREDARI omnino filius non poteſt, & & quicunque vult exheredato filio heredem facere Eccleſiam, quærat alterum, qui ſuſcipiat, non Auguſtinum, imò Deo propitio neminem inveniat, *c. quicunque.* 17. *q.* 4. Vide tamen Hunnium in *coll. Jur. Can. diſp.* 14. *th.* 33.

Præferendum jus Civile, quod convenit cum jure Divino, Hillig. in *Don. enucl. libr.* 14. *c.* 32. *lit. t.* Vel videtur Pontifex non tam juſtam improbare exheredationem, quàm abominabilem eluere maculam, quâ alioqui credi poſſet Eccleſiam ambire id, quod liberi obſequio parant ſibi & jus naturæ tacitâ lege iis addicit, *l. ult. in pr. ff. d. bon. damn.* Sic in *c. non eſt putanda. c.* 1. *q.* 1. ſtuduit Gregorius ſub obtentu eleemoſynæ nihil cum peccato accipere.

Exheredari filius poteſt, ſi juſta ſubſit exheredationis cauſa, *N.* 115. *c.* 3.

F.

FABULARUM nullus eſt uſus, imò lectio interdicitur, *c. ideo. diſt.* 37. *c. convivia. diſt.* 44.

Præferimus jus Civile, ſive fabula figmentum rei ſive opinionis deſignet. Contrarium non infert §. 3. *proœm. Inſt.* in quo cupida legum juventus prima legum cunabula non ab antiquis fabulis diſcit, ſed ab Imperiali ſplendore appetit. Nam hoc ipſo non improbantur antiquæ fabulæ, nec ea, quæ Juriſconſulti anteriores poſteritati relinquebant, ſed præfertur cura Imperatoris, cum in ordine, tum in materia. Ordo eſt in §. 4. *d. proœm.* in quo ſtudioſis initium & finis legum eruditionis à voce principali procedit. Materia eſt in §. 5. *d. proœm.* in quo breviter expoſitum eſt, & quod antea obtine-

Fabularum licet ſtudium non ſit præcipuum, uſu proſunt, exemplo illuſtrant, §. 2. *I. d. inutil. ſtip. l.* 29. §. *ult. ff. pro ſoc.*

obtinebat, & quod poſtea deſuetudine inumbratum, Imperiali remedio illuminatum eſt. Deinde Imperator vult commendare ſuam ipſius diligentiam, qua in §.6 *d.proœm.* Inſtitutiones ſibi oblatas & legerit & recognoverit & pleniſſimum robur accommodaverit. Tertiò commendat ſuam authoritatem Imperator, quâ in *l.2.§.10.C.d.V.J.E.* quicquid ſcriptum eſt, hoc Imperatoris eſſe appareat, & ex ejus voluntate compoſitum. Quartò, ita tamen ſuam commendat autoritatem, ut & antiquitati autoritatem deferat, quippe à quo in *d.*§.10. tanta antiquitati habita eſt reverentia, ut nomina prudentum taciturnitati tradere nullo paſſus ſit modo. Quintò, quemadmodum honeſta matrona ſub ſqualido habitu digna eſt honore; ita etiam leges ſuâ non ſunt defraudandæ exiſtimatione. Sextò, Eſto bonum opus operatus fuerit Juſtinianus ex ſcriptis antiquorum JCtorum pauca quædam & utilia excerpendo, non tamen debuiſſet tot bonos libros omnino tollere, & nobis prudentiam tot illuſtrium Prudentium ſubtrahere. Valde dolendum eſt, inquit Manzius ad §.2.*d.proœm.num.*13.*ex Vivio*, per ipſum Juſtinianum pulcherrimam illam & tot librorum admirabilem bibliothecam, quot à ſanctiſſimis legum conditoribus deſcripti erant, deperiſſe, & tot illuſtrium Scriptorum congeſtos labores, tot libros prope divinos, tantam elegantiam doctrinamque, quæ, quanti nunc emeretur, exprimi non poſſet, perditam fuiſſe. Pergit Manzius, De hoc ipſo lamentatur Catell. Cotta in *memorab.rubr.d.Juriſperit.* & Dd. alii, ita ut Jacobus Cujacius & alii anſam & occaſionem caperent, antiquorum Juriſconſultorum fragmenta recolligendi, & quantum eis poſſibile erat, reſtituendi. Sed dubitandum non eſt, quin Imperator Juſtinianus optimâ intentione illud fecerit, & tam Reipubl. quàm ſtudioſæ legum juventuti conſulere voluerit. Si enim antiqua iſta volumina adhuc extarent, ſemper aliqui reperirentur, qui nimis acutè ea inſpicientes leges in varios ſenſus torquerent & Compilatores incuriæ arguerent. Imò nec hodie Doctores ſibi temperant, ſed tot gloſſemata, interpretationes & libros conficiunt, ut numerum antiquorum voluminum multoties ſuperent, adeo quidem ut ſuperiori ſeculo multi & magni nominis Juriſconſulti extiterint, qui exiſtimabant jus noſtrum denuo reformandum, & rejectis inutilibus, ſubſtitutis autem utilioribus de novo digerendum eſſe. Neque defuerunt, qui ſtudium & operam ſuam ultro ad hoc offerrent, imò ſubducto calculo prædicerent, quot annorum opus futurum, & quanti ſumptus neceſſarii eſſent, iique adeò parvi, ut ſubinde Principes in unum ludum equeſtrem plus impendere ſoleant. Septimò, Prodeſt fabularum ſtudium exemplo, ſic in *d.*§.2.*I.d.inutil.ſtip.* inducitur à Commentatoribus Hippocentaurus, Sphinx, Pegaſus, Chimæra, de quibus & ſimilibus fabuloſis monſtris videantur Plinius *libr.7.c.2. & libr.*10.*c.*49. Covarruvias *libr.* 4. *var.reſ.c.2.* Alciatus *libr.* 9. *pareig.c.*13. Coraſius *libr.5. comment. jur. Civ. c.*2. hosque laudans Henricus Salmuth in *not. ad libr.1. rer. memorab. Guid. Pancirolli tit. d. equis.* Octavo prodeſt fabularum ſtudium uſu, qui in legibus interpretandis & quæſtionibus ex facto emergentibus potiſſimùm emicat. Sic in *d.l.*29.§ *ult.ff pro ſoc.* quid ſit Leonina ſocietas fabula monſtrat, nam Leo (ut eſt in pervulgato Æſopi fabulatoris Phrygii apologo) ſic communem ex venatione prædam cum vulpe dividebat, ut ſibi illam totam, vulpi nihil prorſus concedens, retineret, Dicebat enim: hæc prima pars erit mea ratione ſocietatis: ſecunda itidem erit mea, quia majorem contuli operam: tertia ſimiliter erit mea, quia te ſum fortior, & denique quartam partem qui acceperit, amicus meus non erit. Vel ſecundùm alios apologus talis eſt, Leo, Aſinus, Vulpes ſocietatem coierant, ut, quod venatu cepiſſent, in commune divideretur. Prædam ubi erant nacti, Leo aſinum eam diſtribuere in partes jubet. Hic, ut erat ſtolidus, portiones tres æquales fecit. Cujus rei gratiâ indignatus Leo, quòd ceteris æquaretur, aſinum adortus dilaniat. Reſtabat vulpes: hanc de novo prædam partiri voluit. Vulpes totam ferme prædam Leoni attribuit, vix paululum ſibi ſervans Leo comprobatâ diſtributione quærit, quisnam illam partiendi rationem docuiſſet? Cui vulpes, Aſini calamitas, Harpprecht. ad §.2.*I.d.ſociet.num.*19. Alium fabularum uſum inducit Card. Tuſchus *lit.ſ.concl.*4. Gonnella, inquit, bannitus à Duce Ferrariæ in capite, ſi pedem mitteret in

territorio

territorio ſuo, fecit ſe ducere ſuper plauſtrum explanatum de terra territorii Veronæ, & comparuit coram Duce, dicens non ponere ſe pedes ſuper ſuo. Hæc potiùs eſt fraus ejus, quod verè contigit, quàm fabula. Hactenus jus Civile. Nec jus Canonicum omnem fabularum uſum abolere ex allegatis locis apparet, quod & in aliis locis fabuloſis commentis adumbrat, ſeu potiùs oblimat veritatem. Non o. *c. ideo. diſt.* 37. qui autumat nulla eſſe figmenta Poëtarum, niſi quæ per oblectamenta nimiùm mentem excitant ad incentiva libidinum. Ad hæc diſtinguuntur ſubjecta, quæ ejusmodi figmentis inverſantur; alia quippe aliis ſunt proniora. Sic ait Berneggerus in *quæſt. miſcellan.* 98. neſcio, quomodo mulierum eruditio libidinem atque laſciviam comitem habet, quod Sapphus & aliarum exemplo conſtat. Vel poteſt admitti canon, ſi pro particula quia ſubſtituatur particula quæ, ita ut prohibitio deſinat eſſe univerſalis. Non o. *c. convivia. diſt.* 44. ubi commendatur decor conviviorum, quibus non omnes ſed inanes ſecularium negotiorum fabulæ abſint: quod idem in *c. nullus. ejusd. diſt.* habetur.

FACTUM præcisè quis præſtare cogitur, *c. cum Joannes.* 10. *X. d. fid. inſtr.* in quo venditor domûs venditæ poſſeſſionem vacuam tradere tenetur. Vid. Bachov. in *errorem 4. dec. 85. Ant. Fabri. in errorem 6. dec. 96. n. 3.* Coraſium *lib. miſcell. 2. c. 3.* Guiliel. Maſium in *tract. d. rei deb. æſtim. part. 1. c. 7. 8.*

In facti obligationibus ſi non fiat quod promiſſum eſt, id quod intereſt, præſtandum venit, *l. 13. §. ult. ff. d. re jud. l. 72. verſ. Celſus tamen. l. quotiens. 81. in pr. ff. d. V. O.*

Antequam explorem hanc differentiam, an vera ſit, explorandum eſt priùs, quo ſenſu Frantzkius *ad. titul. ff. d. O. J. n.* 51. dicat, quæſtiones facti à Juriſconſulti officio alienas eſſe; hoc ita autumo intelligi, Juriſconſultum non quærere, an factum ſit certum vel non, ſed præſupponere factum certum. Etſi enim, inquit ibidem, jus ex facto oriatur, hoc eſt, non ex theſi, ut generaliter ſcriptum eſt, ſed ex circumſtantiis caſuum propoſitorum, quæ id ſubinde variant, id æſtimandum ſit, attamen Juriſconſultus factum tanquam certum ſemper præſupponit; quippe omnis illius cura in ſtatu finitivo vel judiciali, ut Rhetores loquuntur, poſita eſt: non in conjecturali, in quo conjecturâ ſaltem, quod verum ſit, quæritur: qua in re tanquam infinita nullus ſcientiæ locus eſt, *arg. l. 2. ff. d. J. & F. I.* Vid. Ottonem Taborem in *theſ. loc. comm. Juriſpr. ex axjom. Barb. libr. 6. c. 3. axiom. 2.* Quoad ipſam differentiam, nullam agnoſco, nec bene allegatur *d. c. Joannes.* quia traditio, ad quam venditor tenetur, non eſt res meri ſive nudi facti; ſed aliquid juris, imò dationem aliquam in ſe incluſam habet, *arg. l. 11. §. 2. l. 46. ff. d. act. empt. l. 80. §. ult. ff. d. C. E.* Vid. Ant. Fabr. *libr. 6. conjectur. c. 17. & part. 1. d. error. Pragmatic. dec. 17. err. 7.* Harppr. *ad pr. I. d. empt. vend. num.* 60. ubi adjicit ex Saliceto, Quod objicitur leges Romanas neminem præcisè cogere ad factum, hoc de factis nudis in labore perſonali conſiſtentibus intelligendum eſt. Cum enim illa facta ſucceſſivè expediantur, putà ædificare, fodere, &c. ſi quis ad ea præcisè compelleretur, ſpecies quædam ſervitutis induceretur. Quæ omnia de facto traditionis, quod momento ferè temporis fieri poteſt, dici haud poſſunt, juxta Zoanettum ad *l. 2. C. d. pact. int. empt. & vend. comp. num. 73.* His ita perpenſis nullam inveniemus differentiam, quam proponit circa rei venditæ traditionem Emericus à Rosbach in *theſ. recept. diff. jur. Civ. & Can. libr. 2. tit. 12. num. 1. & ſeqq.*

FACTUM præſumitur, *c. 1. X. d. poſtul. Prælat. c. cum tamen. X d. teſtib.*

Factum non præſumitur, niſi probetur, *l. in bello. 12. §. facti. 2. ff. d. captiv. & poſtlim. rev. l. ſi emanci-*

Jus Civile procedit quoad facta, quæ ſui naturâ ſunt incerta, per *d. l. in omni. 2. ff. d. J. & F. I.* non procedit quoad facta, quæ fieri conſueverunt, *l. ſi*

cui

cui.14.ff. d. ann leg. facit *l. ſi filiusf.10.C. d. hered pet.* vel quæ de jure erant facienda, Maſcardus *d. probat. concl. 734.* Cardin. Tuſchus *tom.2. lit.F. concl.10. num.9.* Nec jure Canonico factum præſumitur, non obſtante d. capitulo 1. quod continet factum notorium & publicum. Non etiam obſtante capitulo *cum tamen.* cui ſubeſt cauſa præſumendi urgens. Vid. Barboſam *libr.6. c.3. axiom.26.27.*

pari.9. ubi Jaſon. C. d. Collat. l.1. C. d. probat.

FACTUM revocari poteſt, quia magnæ ſapientiæ eſt revocare hominem, quod malè locutus eſt. *c. magna. 32. q.4.*

Nulla eſt differentia, ſi diſtinguamus inter factum & id, quod in verbis ſubſiſtit: inter factum finitum & inchoatum: inter factum legitimum, ſub quo continetur conventionale ac illud, in cujus neceſſitatem ſe quis conjecit, & illegitimum.

Factum proprium nemo impugnare poteſt, tanquam vitioſum, *l. poſt mortem. 25. ff. d. adopt. l. per fundum. 11. ff. d. S. R. P. l. ſicut. 5. C. d. O. & A. l. cum à matre. 14. C. d. R. V. l. generaliter. §. fin. C. d. non num. pec.*

FALSARIUS charactere ſive ſtigmate & bullâ in facie notatur, in ſignum videlicet maleficii *c. ad audientiam. 3. X. d. crim. falſ.*

Probamus quidem jus Civile, non tamen rationē eidem à Conſtantino adſcriptam, quia non debeat maculari facies, quæ ad ſimilitudinem cœleſtis pulcritudinis figurata eſt. Quaſi ſcilicet imago Dei in facie hominis externa, ac non potiùs in interna pulcritudine ſive conformatione virium animæ cum Deo & ejus lege conſiſtat, aut quia Deus habeat ſpeciem humanam, ut Anthropomorphitæ voluerunt, Rittershuſius *libr. d. differ. jur. Civ. & Can. 6. c. 8.* Ideo autem probamus jus Civile, quia ſtigmata non perpetuò ob crimina, ſed & ob alia judicanda inurebantur, ſic in *l. pen. C. d. aquad. libr. 11.* univerſos aquarios vel aquarum cuſtodes, quos hydrophylacas nominant, qui omnium aquæductuum cuſtodes deputati ſunt, ſingulis manibus eorum nomina imprimenda eſſe decernit Imperator Zeno. Pariter in Fabricenſibus ſtatutum erat ab Arcadio Cæſare, illorum brachiis ſtigma i.e. notam publicam infigi, *l. 3. C. d. Fabricenſ. libr. 11.* Hic duo oriuntur dubia. 1. Cur Carpzovius in *pract. crim. part. 3. q. 129. n. 11.* velit ſupplicio ſtigmatum ſimile eſſe ſupplicium pro furto nautis in Gallia impoſitum, cum quis multoties ſublevatus poſteriori parte corporis ad malum navis vel aliud lignum adigitur. Ubi & illud Tholoſæ in blaſphemis puniendis frequens eſſe dicit, ut caveâ incluſi ſæpius aquæ immergantur, veluti apud nautas ſuni alligatus in mare projicitur, & ſubtus navim raptatus atque ſublatus denuo ſubmergitur? Priori enim caſu ſtigmata non patent: poſteriori non neceſſum eſt ſequi ſtigmata. 2. Cur Rittershuſius *d. loc.* nullam agnoſcat differentiam, quum *d. c. 3.* generaliter & indiſtinctè præcipiat imprimendum eſſe characterem aliquem: non addito in qua parte corporis imprimi debeat? non enim quæritur, An faciei, brachiis, manibus vel facinoroſi furis imprimendum ſit ſtigma, ſed an ſit imprimendum.

Nemini ullum ſtigma ſive ſignum in facie imprimi debet, *l. ſi quis in metallum. 17. C. d. pœn.*

FALSARIUS, qui pondera & menſuras falſas habuerit, triginta diebus jubetur pœnitentiá agere in pane & aqua, *c. 2. X. d. empt. vend.*

Hic etiam non tam eſt differentia, quàm appendix pœnæ canonicæ arg. *gl. ad d. c. in lit. g.* Vid. differentiam, in qua *Venditio ita ſe habeat.*

D. Hadrianus eum, qui falſas menſuras habuit, in inſulam relegavit, *l. 6. §. ult. d. extraord. crim.*

FALSITATIS vitium qui per ſe vel per alios exercent, cum fautoribus & defenſoribus ſuis anathematis vinculo decernimus innodatos: ſtatuentes, ut Clerici, qui falſarii fuerint, deprehenſi omnibus officiis & beneficiis Eccleſiaſticis perpetuò ſint privati, ita quòd qui per ſe falſitatis vitium exercuerint, poſtquam per Eccleſiaſticum Judicem fuerint degradati ſeculari poteſtati tradantur ſecundùm conſtitutiones legitimas puniendi, *c. ad audientiam. 3. X. d. crim. falſ.*

Nulla eſt differentia, quia etiam in jure Civili falſum retinet vel nomen generis & per conſequens eandem pœnam: vel aſſumit nomen ſpeciale arg. *l. 1. C. d. falſ. mon.* Deinde jus Canonicum addit quidem pœnas juri Canonico proprias, ſed non eliminat pœnas juris Civilis, imò vult Clericum degradatum eſſe puniendum ſecundùm conſtitutiones legitimas.

Pœna falſi in libero quidem homine eſt deportationis & publicationis omnium bonorum, in ſervo autem ultimum ſupplicium, *l. 1. §. ult. ff. ad L. Corn. d. falſ.*

FAMA publica probat, *c. cum deſideres. 15. X. d. ſent. excomm.* Hinc fama eſt vox & opinio hominum multo tempore perdurans, arg. *cauſ. 4. q. 3. c. 3.* Unde Dd. plerique eam derivant à fando, quaſi fama fando & loquendo permeet linguas & aures hominum. Vide Rittershuſium *libr. d. differ. jur. Civ. & Can. 5. c. 23. & Can. libr. 3. tit. 19.*

Nulla eſt differentia, quia in *d. l.* conſentiens fama confirmat rei, de qua quæritur, fidem. Nec video, quemadmodum hæc differant facere fidem in dubitante, & confirmare fidem dubitantis. Hic fama publica ſeparanda eſt à vocibus populi, quæ juxta *l. 12. in princ. C. d. pœn.* non ſunt audiendæ. Joannes XXIII. Pontifex Romanus interrogatus aliquando, quid foret à veritate remotius? reſpondit Vulgi ſententia. Quicquid laudat, vituperio dignum eſt: quicquid cogitat, vanum: quicquid loquitur, falſum: quod improbat, bonum eſt: quod approbat, malum: quicquid extollit, eſt infame.

Fama conſentiens fidem confirmat, non facit, *l. 3. §. 2. ff. d. teſtib. & ad eam* Gothofred. *lit. a.* Arnold. de Reyger in *proc. judic. diſp. 7. th. 5.* Emericum à Roſbach in *theſ. rec. diff. jur. Civ.*

FAMILIÆ erciſcundæ judicium ita ſe habet, ut major teneatur facere diviſionem, minor verò electionem habeat, *c. ſi epiſcopus. X. d. paroch. & alien. paracian.*

Jus Canonicum ex generali quadam Germaniæ, & in Camera Imperiali approbatâ conſuetudine receptū eſſe atteſtatur Gail. *libr. 2. obſ. 116. num. 14.* Mynſing. *cent. 4. obſ 37. n. 4.* Schultz in *Syn. Inſt. Imp. ad tit. d. action. lit. n.*

Actio familiæ erciſcundæ proficiſcitur è lege 12. Tabb. Namque coheredibus neceſſarium videbatur aliquam actionem cōſtitui, quâ inter eos res hereditariç diſtribuerentur, *l. 1. in pr. ff. fam. erciſc.*

FERIÆ computantur de veſpera ad veſperam,

Si neceſſum foret, ſequeremur jus Canonicum, quod convenit

Incipiunt à media nocte, & ſequentis noctis

Digitized by Google

c.1. X. d. fer. c. 1. d. conſecr. diſt. 2. Covarruvias *libr. 4. var. reſol. c. 19. num. 9.*

cum jure divino, de quo *Exod. 12. verſ. 18. Levitic. 23. verſ. 5.* ut notat Ungebaur ad *tit. X. d. fer. num. 16.* Sed dicimus jus Canonicum loqui de feriis ſacris: Civile de profanis, quarum diverſa eſt computatio.

mediâ parte finiuntur *arg. l. more. 8. ff. d. fer. & dilat.*

Feriis renunciari non poteſt, *c. ult. X. d. fer.*

Conciliat utrumque jus Gailius *libr. 1. obſ. 53. n. 16.* Feriis in honorem Dei renunciari non poſſe, eò quòd principaliter cultum divinum, non privatorum favorem concernant. Idem in feriis repentinis ad victoriam Principis inductis ſimili ratione receptum eſt, quod videlicet publicum magis quam privatorum favorem concernant. Sed feriis publicis & ruſticis, puta vindemiarum & meſſium partes rectè renunciare poſſunt, quia verba edicti de his ipſis feriis habent, quòd nemo invitus in iis in jus vocari poſſit.

Feriis renunciari poteſt, *arg. à contr. ex l. 1. ff. d. fer.* in qua nemo invitus in feriis in jus vocari poteſt.

Feudalis cauſa ſi tractetur, in dubio ſequimur jus Canonicum, *arg. c. novit. 13. X. d. judic. cap. fin. d. for. comp. in 6.*

Utrumque conciliat Hahn. in *feud. controv. ill. diſp. 1. th. 10.* Quando agitur de cauſis pietatem & conſcientiam concernentibus, non immeritò ſequimur juris Canonici, quatenus convenit cum jure Divino, diſpoſitionem: quando verò caſus extra pietatem & conſcientiam obveniunt, juri Canonico præferendum eſt jus Civile. Ratio eſt, quia ipſi Pontifices legibus Imperialibus ſe ſubjecerunt in cauſis temporalibus, *d. can. cum verum. diſt. 96.* Cauſas autem civiles per ſe temporales eſſe nemo ibit inficias. Diſſentit poſt Niellium Hunnius *c. 3. q. 5.* jus Civile ſimpliciter juri Canonico præferens. Non obſtat 1. quòd jus Civile ſemper ſequendum ſit, quia nulla eſt Eccleſiaſticorum in hiſce cauſis, utpote non ſpiritualibus, cognitio, nulla jurisdictio, nullum forum. Reſpond. Hæc procedunt, quatenus in feudis agitur de bonis temporalibus, militiâ ſcl. & negotiis civilibus, ſecus eſt in cauſis pietatis & conſcientiæ. Non obſtat, quòd in caſu conſcientiæ res tota ex jure divino definienda ſit. Reſpond. Hoc admitti poteſt in caſu, quo jus Pontificium à Divino diſcrepat, & cum eo pugnat, *arg. can. fruſtra. 7. diſt. 8. ibi. id in ſpiritualibus ſequendum, quod in melius eſt à Spiritu Sancto revelatum.* Non obſt. *tit. 1. libr. 2. feud.* in quo ſtrenuus Legiſlator, ſicubi caſus emerſerit, qui conſuetudine feudi non ſit comprehenſus, abſque calumnia uti poterit lege ſcripta. Reſpond. Non tantùm juri Civili legem ſcriptam accenſemus, cum etiam canones & capitula vi ſuâ legi ſcriptæ exæquentur. Vid. Ludvvell. in *Synopſ. jur. feud. c. 1. p. 22. 23.* Non obſtat denique, quod Pontifex non ſemper cauſas diſcreverit. Sic in *c. 3. X. d. Judic.* rebus ſpiritualibus, quamvis ipſæ non ſunt ſpirituales, adjunguntur cauſæ juris patronatûs. Reſpond. Etſi jus patronatûs Laico competat, qui Eccleſiæ, quam fortè exædificavit & dotavit, patronus eſt: tamen in hoc ſolum Laico competit, ut defuncto rectore alium in ejus locum nominet & offerat Epiſcopo, ut ab Epiſcopo ordinetur, inſtituatur & præficiatur Eccleſiæ: non verò in hoc Laico competit, ut de cauſis juris patronatûs ipſe cognoſcere poſſit: & multo minùs ut ordinare & inſtituere rectorem inconſulto Epiſcopo poſſit, *c. cum Laici. X. d. jur. patron.* Igitur cauſam juris patronatûs eſſe ſpiritualem Pontifex non diffitetur. Hoc ſi attendatur non opus eſt nos eò delabi, quò Cujacius ad *d. c. 3.* cui ſcripta eſt hæc conſtitutio ad Henricum II. Anglorum Regem, quòd in eo regno Laici quidam connivente rege, imò & reges ipſi vindicarent ſibi cognitionem cauſarum, quæ de jure patronatûs Eccleſiarum inter aliquos movebantur: imò & ordinationes Clericorum in Eccleſiis, quarum patroni erant, ut eſt proditum in *c. relatum. d. jur. patron.* quod eſt ſcriptum ad Epiſcopos Angliæ. Et hoc jure etiam ſuâ

ætate uſos eſſe Reges Angliæ Hoſtienſis eſt teſtis: idque ſumebant ex capitulis antiquis libertatum & conſuetudinum Anglicarum. Hoc quippe, ut agnoſcit hoc primum Cujacius, eſt in controverſia, An Pontifices conſuetudinem hanc Anglicam probarint. 2. An poſito eo Pontifices hanc conſuetudinem Anglis reliquiſſe, inde derivari poſſit conſuetudo generalis, quæ tamen nullo jure, ſed capitulis tantùm antiquis fulciatur? Dicendum potiùs illud legis 13. §. *ult. ff. d. injur.* Uſurpatum & hoc eſt, tametſi nullo jure.

FIDEICOMMISSUM ſi familiæ ſit relictum, admittendus etiam eſt is, qui monaſterium intravit, *can. ſtatutum. cauſ.* 18. *q.* 5.

Quicquid ſit, niſi alia appareat teſtantis voluntas, tentari fortaſſis poſſet indiſtinctè eum, qui monaſterium ingreſſus eſt, à fideicommiſſo agnatis & familiæ relicto excludendum eſſe; cum agnati in dubio ſemper familiæ conſervandæ causâ vocati videantur. Nec obſt. textus in *d. c. ſtatutum.* reſpondetur enim eum de ſimplici ſucceſſionis jure loqui, cujus & monachos capaces eſſe non negamus, ſed aliam rationem eſſe fideicommiſſi familiæ relicti, quod tanquam mutato ſtatu, ut per hunc, licet agnatum, familia conſervari ampliùs non poſſit, ſalvâ defuncti voluntate, ipſi deferri haud poteſt. Ex quo ſimul & illam rationem corruere neceſſum eſt; quippe monachi agnationis quidem & ſucceſſionis jus per ingreſſum monaſterii non amittunt, juxta *l. 56. §. 1. C. d. Epiſc. & Cler.* ad familiam tamen conſervandam inhabiles reddi plus quàm manifeſtum eſt.

Alii, uti videre eſt apud Ludvvell. in *tract. d. ultim. vol. part.* 1. *c.* 4. *num.* 4. diſtinguunt, Utrùm fideicommiſſum agnatis ſimpliciter ſit relictum, an verò conſervandæ familiæ causâ, ut bona in familia maneant, & priori quidem caſu eum, qui monaſterium ingreſſus eſt, non excludi, ſed poſteriori.

FIDEJUSSOR in criminalibus intervenire poteſt, *c. ſi clericos.* 15. *d. ſent. excomm. in* 6. *c. cum homo.* 19. *cauſ.* 23. *q.* 5.

Nulla eſt differentia. Nam in *d. c.* 15. videtur Bachovio *d. loc.* ſubeſſe error Typographicus. Reſponderi & hoc poteſt in *c.* 15. agi de Clericis, qui de parendo juri fidejuſſoriam dederint cautionem. Ad *c. cum homo.* ex eodem Bachovio reſpondetur, in eo proponi, non quid juxta juris rationem fiat, ſed quod de facto contingere poſſit, ut quis pro alio fidejuſſorio nomine ſupplicium luat, quale vadimonium Damonem pro Pythia ſubiiſſe apud Dionyſium tyrannum hiſtoriæ memorant, & ex iis Cicero in Lælio, & principaliter hoc in *d. cap.* tractatur, quod occidere intelligatur, qui præbet cauſam mortis. Vid. Langium in *cent. inſign. jur. quæſt. dec.* 8. *theorem.* 3. Tandem ab eventu, qui ſtultorum eſt magiſter, non conſideratur fidejuſſio, ſed ab officio fidejubentis, quod alienæ laudis non indigum ſe omnibus conſpiciendum præbet. Imò ſi cum Oſtermanno *Colleg. Colon. Jurid. extraord. diſp.* 2. *th.* 2. tale aliquid animo trutinarem, verendum eſſet, ne idem mihi contingeret, quod Sophiſtæ cuidam apud Plutarchum in *apophth.* cui cum ſcripti alicuius adornaret recitationem, & Antalcidæ de

Aut quæritur de fidejuſſore dando pro ipſa pœna principali, quæ in condemnationem venit, & ita de judicato ſolvendo: aut de fidejuſſore de judicio ſiſtendo, ne reus in carcerem detrudatur. In illis terminis non admittitur fidejuſſor jure Civili, quod non patitur pœnam vagari extra autorem delicti, neque ut alter alterius pœnæ fiat ſuccedaneus, quò pertinet illud, neminem eſſe dominum ſuorum membrorũ. Hic

argumen-

argumento ejus interroganti reſponderet Herculis encomium eſſe, ſcitè ac prudenter Antalcidas, quis unquam illum vituperavit.

autem an de judicio ſiſtendo fidejuſſor admittendus ſit, magiſtratûs officio relinquendum videtur; quod officium vel arbitrium Judicis in quibus rebus conſiſtat vid. Bachov. *vol. ad Treutl. 2. diſp. 28. th. 3. lit. B.*

FIDELIUM una univerſalis eſt Eccleſia, extra quam nullus omnino ſalvatur, *c. firmiter. 1. X. d. ſumm. Trin.* quod Pontifex credere, an & ſibi applicare poteſt?

Hic error Ulpiani vel non eſt communis, & ita non facit jus, vel eſt communis, & faciat jus inter eos, quibus erroris ſui credulitas palpum obtrudit. Deinde in *l. 3.* non intelligi fidem Chriſtianorũ monet Dion. Gothofr. in *not. ad h. tit. lit. n.* 3. In *l. 1.* nolumus equidem cum Alciato emendare textum, ſed dicimus vanas voces populi, quibus impoſtores etiam non impoſtores vocantur, non eſſe audiendas *arg. l. 12. in §. C. d. pœn.* Denique ignaræ Gentilitati, quâ Cicero in *orat. pro L. Flacco.* Judæorum religionem dicit barbaram ſuperſtitionem: Suetonius in *vita Neronis c. 16.* Chriſtianos appellat genus hominum ſuperſtitionis novæ ac maleficæ, reponimus Chriſtianos ex eo, quod ſunt, non ex eo, quod aliis videntur, eſſe definiendos. Non eos ſimulatæ lacrumæ aut ſolicitudines adeo terrent, quin interna conſcientiæ ſolamina magis alant.

In *l. generaliter 3. §. ult. d. decur. & fil. eorum.* fides Chriſtianorũ dicitur ab Ulpiano ſuperſtitio Judaica. In *l. 1. §. Medicos. 3. d. extraord. cogn.* ab eodem Chriſtiani impoſtores vocantur.

FIDES non ſemper ſervanda. Abſolutos ſe noverint à debito fidelitatis, hominii, & totius obſequii, quicunq; manifeſtè prolapſis in hæreſin, aliquo pacto quacunque firmitate vallato tenebantur adſtricti, *c. ult. X. d. heret.* Vid. differentiam, in qua *Hareticis fides data non eſt ſervanda.*

Si Ant. Contius ex initio *cap. 10. libr. 1. ſubſec. lect.* maxima cum minimis, cum Imperatore monachum, cum Legislatore rhapſodũ, cum Juſtiniano Gratianum conferret, in ipſo Gratiano Juſtinianum aut potiùs Auguſtinum palam faceret. Sic enim ex Auguſtino *c. noli. 3. cauſ. 23. q. 1.* Fides, quando promittitur, etiam hoſti eſt ſervanda.

Nihil magis bonæ fidei congruit, quàm id præſtari, quod inter contrahentes actum eſt, *l. 11. §. 1. ff. d. act. empt.*

FILIIFAMILIARUM poſſunt eſſe ſine conſenſu parentum in judicio, *c. accedens. 10. X. d. procurat.*

Nulla eſt differentia, Nam quoad jus Civile, diſtinguat licet inter primam & ſecundam ætatem, tamen acquieſcit in ea ætate, in qua nolente patre res filii gubernare propter cauſæ neceſſitatem facultatem habeat filius adire competentem Judicem, & ab eo petere curatorem hereditati dari, per quem gubernatio rerum ad eum delatarum procedat. Deinde non omnem intelligi ætatem inde patet, quod dicatur in utroque caſu reſtitutionis remedium ei non ſit denegandum. Quoad jus Canonicum potuerunt ipſi parentes nomine filiorum litigare.

Non poſſunt eſſe in judicio ſine conſenſu parentum nec propter peculium caſtrenſe, nec quaſi caſtrenſe, *l. ult. in pr. C. d. bon. quæ lib.*

Hinc quærit gl. in *lit. b. ad d c. accedens.* Nunquid poſſint iſti parentes litigare de matrimonio filiorum, ut fiat præjudicium ei, contra quem ſententiatur pro matrimonio. Utroq; igitur jure manet Filiumfamilias poſſe eſſe in judicio ſine conſenſu parentum, ſed non minorem: nec ex allegatis locis inferri contrarium poteſt. Vid differentiam, in qua, *Judicium filius absque conſenſu patris.* & in *diſput. Baſil. tom. 7. ſeſquicent. diff. jur. civ. & Can. th. 12. reſpondente Joah. Haſſæo.*

FILIUSFAMILIAS patrem ſine venia & permiſſu in jus vocare poteſt *c. queritur. 36. q. 7. cauſ. 2. & c. prohibentur. 14. q. 12.*

In hoc forſan eſt differentia, quod Pontifex permiſſum Prætoris non deſideret, non tamen nullius non deſiderat. Eò adducit in *d. diſp. Baſil. vol. 7. ſeſquicent. diff. jur. Civ. & Can. th. 11. reſpondente Joachimo Haſſæo*, cui jus Civile non eſt mutatum, quod tamen plenis buccis vulgò Doctores docent, allegantes ea capitula, quæ ſecundùm juris Civilis diſpoſitionem oppidò intelligi queunt: imò *d. cap. prohibentur* ad verbum extat in *l. qui accuſare. 8. cum ſeqq. ff. d. accuſat.*

Prætor ait parentem in jus ſine permiſſu meo nequis vocato, *l. 4. §. 1. ff. d. in jus voc.*

FILIUS hæres non implens voluntatem defuncti, ejusdem privatur hæreditate, ita ut nec ſalva ſit legitima, *c. Sylveſter. 11. quæſt.*

Præferendum eſt jus Civile, quia legitima eſt debitum naturale, quo filius propter adſcriptam à patre voluntatem non defraudatur, *l. 36. §. ult. C. d. inoff. teſt.* Vel ex ejusdem legis §. 1. quia legitima eſt quarta pars, quæ pura vel filio relinquitur, vel reſtituitur.

Secundùm legem antiquam filius, qui non adimplebat voluntatem defuncti, etiam omni ſucceſſione privabatur, *l. ult. C. d. fideicom.* Jure novo hoc tantùm obtinet in herede extraneo, *auth. hoc ampliùs. C. eod.*

FILIUS hæres non tantùm legitimam integram, ſed & quartam Trebellianicam ex fideicommiſſo in diem vel ſub conditione relicto detrahere poteſt, *c. Raynutius. 16. & c. Raynaldus. 18. X. d. teſtam.* Schulz in *ſyn. Inſt. Imper. ad tit. d. fideicomm. hered. lit. a.* Vid. Ant. Contium *libr. diſp. jur. Civ. 1. c. 3.*

Aliqui neutrum jus rejiciunt, ſed diſtinguunt, in quibus eſt Gail. 2. *obſ.* 121. Hahn. *ad ff. n. 6.* ut purè gravatus filius unam quartam deducat; in diem verò vel ſub conditione fideicommiſſum reſtituere juſſus duas detrahat quartas. Cujus diſtinctiōis fundamentum in eo conſtituunt, quòd ſi filius purè gravatus eſt eodem tempore, duæ deductiones concurrere non poſſint; ſin ſub conditione, poſſint diverſo tempore; ſeu, ut clariùs loquar, quòd cum filius purè gravatus eſt non poſſit dici utram portionem priùs deducere debeat, legitimam ne, an Trebellianicam, quia ſimul utraque deſertur, & conſequenter altera alteram non

Filius heres inſtitutus & fideicommiſſis aut legatis gravatus duplicem non poteſt detrahere quartam, *l. 6. C. ad. SC. Trebell.* ubi filius rogatus eſt reſtituere portionem hereditatis paternæ fratribus ſuis, & nominatim conſtituitur eum retentâ quartâ, ex SCti autoritate dodrantẽ illius portionis paternæ reſtituere cogendum. Non reſtitueret dodrantem, ſi ampliùs aliam quartam retineret. Vid. Ant.

præcedit: quod non ſimiliter contingit, cum fideicommiſſum in diem aut ſub conditione relictum eſt; ſiquidem eo caſu legitima purè debetur, Trebellianica verò non priùs, quam fideicommiſſum deberi incipiat. Sed hæc diſtinctio nec in ullo Juris textu eſt fundata, nec in æquitate, quia filius favorabilior eſt, qui purè, quàm qui in diem aut ſub conditione hereditatem reſtituere juſſus eſt: is ſiquidem nullum aliud ex hereditate reſtituenda commodum ſentit, quam quod ex deductione ſperare poteſt, cum tamen is, qui in diem aut ſub conditione hereditatem reſtituere rogatus eſt, medii temporis fructus lucretur. Alii inter utrumque jus nullam differentiam agnoſcunt, *Nov.* 39.*c.*2. pro quorum opinione nihil probat allegata *Nov.* in qua hoc tantùm habetur, quòd legitima filio jure naturæ debita in fideicommiſſi reſtitutionem non veniat, ſed à filio deducatur, antequam fideicommiſſum reſtituatur: non autem, quòd præter legitimam iſtam deductam à filio quoque Trebellianica retineri queat, Schultz *d. loc.* Putaveram ego ſtante hoc utriusque juris diſcrimine commendandum eſſe cum Petro Heigio in *quæſt. Jur. tam Civ. quàm Sax. part.*1. *q.* 32. *num.* 10. *& ſeqq.* Jus Canonicum. Cui enim filius non idem commodum ſentiat, quod extraneus? an ideo deterioris eſſe conditionis debet? Imò ipſamet legitima ſemper undiquaque libera, pura & integra eſſe debet, nullo onere affecta, aut fideicommiſſo implicata, *l. quoniam. d. inoff. teſtam.* Quòd ſi in aliis cauſis pluribus circa eandem perſonam juribus concurrentibus effectus diverſi non impediunt ſe invicem, ſed vires ſuas æqualiter exercent, cur non & hic idem obtineat? *l. tutorem. d. his, quib. ut ind.* Addit Contius *diſp. libr.*1.*c.*3. *& libr.*2. *ſubſec.* quoties duplex auxilium aut lucrum defertur ex diverſis cauſis, utrumque locum habere & concurrere, niſi nominatim id lex prohibeat, quomodo heres & prælegata & Falcidiam ſimul conſequitur, *l. qui non militabat. D. hered. inſt.* Quæ certè probabiliter & ſatis æquè dicuntur: maximè tamen à Conſuetudine corroborantur. Namque poſt diſpoſitionem Juris Canonici Interpretes noſtri paſſim fatentur, hanc opinionem eſſe communem, & frequentari in judiciis, ſcholis & toto mundo, ſecundùm quam & in Scabinatu Witteberg. pronunciatum ſcit P. Heig. *d. loc.* Si cui tamen allubeſcat defenſio juris Civilis, is obſervet ſequentia. 1. Quamvis legitima naturæ ſit debitum, & ita principaliter à teſtatore non proveniat, quia tamen jure inſtitutionis capitur, non malè teſtatoris judicio percipi dicitur, quamvis minùs principaliter. 2. Quamvis jura interdum reperiantur diverſa, quorum unum alterum non conſumit; hoc tamen ad legitimam & Trebellianicam perperam accommodatur, quia legitima imputatur in Trebellianicam, ſi liberi eam elegerint. 3. Filius juſſus reſtituere hereditatem poteſt quartam Trebellianicam deducere, ſi nondum deduxerit legitimam. 4. Argumentum deſumptum à contrario ſenſu fallit, quando textus aut bona ratio eſt in contrarium. 5. Poteſt videri detractio duplicis quartæ; ſi tamen totum aſſem numeremus, eſt una duntaxat quarta. 6. Specialis caſus ſpecialem etiam habet rationem.

Fabr. 11. *error. prag.* 7. Hotom. *Illuſt. q.* 44. Cujac. 8. *obſ.* 3. Govean. *ad l.*1.*ff. d. vulg. & pup. ſubſt. num.* 39.

Filius ſi delinquat, patrem ex ejus delicto legitimam ſolvere teneri valet hæc conſuetudo vel ſtatutum per textum Juris Canonici in *c. referente nobis.*2.*verſ. ſecundum conſuetudinem illius terræ, X. d. delict. puer.* Gail. *libr.*1. *obſ.* 36. *num.*3. *verſ. item quod ex del. teneat. pat.*

Hæc tamen conſuetudo vel ſtatutum, quod vult patrem ex filii delicto legitimam ſolvere teneri, reſtringitur, niſi pater ex filio, qui deliquit, nepotem habeat; tunc enim legitima magis debetur illi nepoti, quàm filio, vel ejus nomine fiſco. Schultz in *Syn. Inſt. Imp. ad tit. d. noxal. act. lit. b.* Wiſſenbachius ad *tit. C. ne fil. pro patr.*

Nemo eſt alterius delicti ſuccedaneus, *l.* 26. *ff. l.* 22. *C. d. pœn.*

FOETUS

FOETUS eſt homo, Ita ſi partus vitalis in utero perimatur, pœna L. Corneliæ, gladii ſcilicet, obtinebit Si verò fœtus nondũ fuerit animatus, relegatio, fuſtigatio, aut etiam carceris pœna pro ratione delicti matri irroganda erit, Hoſtienſ. in *ſumm. X. d. homicid. n. 1. §. 1. poſt med. verſ. in hoc etiam caſu intelligo.*

Fœtus in utero non eſt homo, ſed ſpes ſolùm animantis portioq́; mulieris vel viſcerum ejus, *l. 9. §. 1. ad l. Falcid. l. 14. C. d. fideicomm. lib. l. 2. d. mort. inf. l. 1. §. 1. d. inſpic. ventr. gl. in l. qui in utero. 7. d. ſtat. hom.* Tiraquell. in *l. ſi unquam, in verbis, ſuſceperit liberos. num. 149. cum ſeqq. C. d. revoc. don.* Ungebaur *exerc. Juſtin. 14. q. 6. in aio.*

Nulla eſt differentia, Nam Hoſtienſ. eodem modo diſtinguit, quo Legiſtæ, inter fœtum animatum & non animatum. Deinde quoad fœtum diſtinguitur inter actum ſuæ operationi relictum, & inter actum in ſua operatione impeditum. Vel diſtinguitur inter actum licitum & illicitũ. Vel diſtinguitur inter fœtum naturaliter conſideratum & conſideratum in relatione ad effectum Juris. Vel diſtinguitur inter fœtum eſſe hominem, & haberi pro homine quoad pœnam ejus, qui in fœtum in utero adhuc latitantem delinquit. Imò interdum in fœtum magis delinquitur, quàm in hominem natum. Sic apud Carpzovium in *pract. crim. part. 1. q. 11. num. 28. 29. 30.* Infanticidii quoque pœna ceſſat, quando mater infanti jam nato auxilium & opem debitam non præſtat, ſed eum in ſqualore ac ſtercore jacentem interire ac mori ſinit, eo animo, quo vituperium fornicationis effugiat, nec fama periclitetur. Etſi enim negari nequeat, hoc caſu matrem pariter infantem necare ac infanticidium committere, cum & is, qui per negligentiam cauſam mortis dat, à parricidio immunis non ſit, uti ex Plutarcho in *vita Romuli* refert. Tiber. Decian. in *tract. crimin. libr. 9. c. 15. num. 35.* attamen pœna parricidii ordinaria, culei nimirum, vel deficiente aquâ, fluminis, Rotæ neutiquam hoc caſu imponenda: ſed mater, quæ infantem, quem vivum conſervare poſſet, deſerit, ac ſtudioſè mori ſinit, gladio punienda eſt. Tum quòd manu infantem non occidit, ſed ſolùm auxilium & opem denegando eum mori patitur. Inter hæc duo autem (occidere & opem denegare) cum aliqua diverſitas ſit, utique etiam diverſa pœna obtinebit. Tum, quòd hoc caſu ſemper in dubio verſemur, an infans ob deſertionem & culpam matris, an verò ex aliis ſymptomatibus, ex debilitate vel aliunde ſupervenientibus mortuus fuerit. In dubio autem mitior pœna eligenda eſt, *l. 32. in fin. & l. 42. ff. d. pœn.* Menochius *d. præſumpt. fin. num. 2.* Addit hic Antoninus in *Diana Panormitani in voce Abortus num. 1.* Non licet fœminæ prægnanti, etiam ante fœtûs animationem, procurare abortum, ad vitandum periculum vitæ vel gravis infamiæ. Tamen ſi poſt fœtûs animationem, mater periculoſè ægrotaret, nec ullum aliud eſſet remedium, poſſet ei præberi medicamentum directè tendens ad curationem, licet indirectè & per accidens ſequatur mors fœtûs; quia mater jus habet ad tuendam vitam per ejusmodi medicamenta. Si verò conclamata ſit ſalus matris & fœtûs, poſſunt applicari matri remedia ad ſalutem matris, licet cum interitu fœtûs.

FORNICATIO & adulterium non diſtinguuntur, *c. plerumque. 4. X. d. donat. int. V. & U.* in quo ſi mulier ob cauſam

Quæ eſt ſtupri, eadem eſt fornicationis cum adulterio convenientia. Secundùm Papinianum & Modeſtinum inter adulterium & ſtuprum intereſt.

Adulterium & fornicationem differre docet differentia, in qua *Adulterium tribus modis committitur,* adeò ut fornicatio

fornica-

fornicationis judicio Eccleſiæ aut propriâ voluntate à viro receſſerit, nec reconciliata ſit poſtea eidem, dotem vel dotalitium repetere non valebit.

Adulterium in nupta committitur: ſtuprum vero in virgine vel vidua: utroque tamen verbo L. Julia promiſcuè utitur, *l.6.§.1.ff.ad L. Jul. d. adult. l.* 101. *in pr.ff. d. V. S.* Quam differentiam carpit Laur. Valla 6.*eleg.*45 probans ex Claſſicis authoribus inter ſtuprum & adulterium tantum intereſſe, quantum inter genus & ſpeciem. Omne quidem adulterium ſtuprum eſſe, non contra, omne ſtuprum etiam adulterium. Vallæ adſtipulantur Budæus & Brechæus. Sed quis credat verborum vim, ita ſubſumit Wiſſenbachius *diſp. ad d.tit.ff. d.V.S* 26.*th.*11. Vallæ magis, quàm Papiniano & Modeſtino, fuiſſe proſpectam? Etiam, inquam, adulterium interdum non minùs eſt nomen generis, atque vox ſtupri. Adulterii appellatione quandoque denotatur ſtuprum, *l. mariti* 29. §.1. *ff. d. t. ad L. Jul. d. adult.* Et cum paſſim alibi in jure adulterare nihil aliud ſit quàm corrumpere, quid vetat, quò minùs utramque corruptionem tam nuptæ, quàm viduæ aut virginis adulterii verbo deſignemus? Ita enim adulterinos nummos, ſtateras, teſtamentum, rationes pro corruptis dicimus, *l.aut facta.*16. *in fin. ff. d.pœn. l.*6. §. *ult.ff d.extraord.crim. l.*6 *ff. ad L.Corn. d falſ. l.*1.*d.ſerv.corrupt.* Wiſſenbachius dum vult tollere differentiam Vallæ genericam & ſpecificam, eam non tollit, ſed è contrario adſtruit novam, quod etiam nomen adulterii ſit generale. Sic è mente Canoniſtarum vox fornicationis eſt vel generalis, ut in *d.c.plerumque.* vel eſt ſpecialis, & eſt cujuslibet illiciti coitûs genus, qui fit extra uxorem legitimam ſpecialiter in uſu viduarum, meretricum vel concubinarum, ut notat ex Panormitano in Lexico Briſſonius.

committi queat cum ea, quæ in *l.*15.*§.ult.ff.d.inſtr. vel inſtr. leg.* villæ cuſtos eſt perpetua: non tamen intelligamus fornicatorem, de quo in *l.*14. *ejuſd. tit.* quique, ut habet Turnebus 8 *adverſ.*9. & ex eo Dion. Gothofredus, fornacem balnei caminumque ſuccendit.

FORNICATIO ſimplex in Laico pro arbitrio Judicis; in Clerico verò ſuſpenſione tantùm, vel ſi eſt notorius & ſcandaloſus fornicator, depoſitione etiam punitur, *c.audite.6.diſt.34. c.nubendi.27.q.1. c.meretrices. 32.q.4.*

Vid. Schultz in *Syn.Inſt. Imp. ad tit. d. publ. Jud. lit.m.* Thom. Aquin. in *Summ.tot.Theolog.* 2. *2dæ q.*154.*art.*2. ubi concludit non debere dici venialem turpitudinem, quæ eſt venalis. Pateſcit inde, ſi nec in ſimplici fornicatione venialis ſit turpitudo, quantam turpitudinem permiſerit Plato *libr.* 5. *d. rep.* permittendo uxorum communionem: quantam hæreſin Simonitæ, Nicolaitæ, Carpocratiani, de quibus Beſoldus *part. opuſcul.Jurid.*4. *c.*4.*num.*3. permittendo uxorum permutationem, de qua etiam Cæſar *d.bell. Gall.lib.*4. & apud Calecuthios obſervari memorat hiſtoria Indicana: quantam denique imprudentiam Solon, qui tamen prudentiſſimus habebatur, negando Viro ſtrenuo denegandam eſſe uxorem, cujus ratio eſt apud Plutarchum in Solone, ad ſimilem prolem ſuſcitandam.

Nulla fornicationis pœna nominari poteſt, Speidelius in *Notab. Jurid. Hiſtor. Politic. lit. H. n.* 50. Vid. *differentias, in quibus de Lupanaribus & Meretricibus.*

FORUM competens non facit conſenſus, quo litigantes conſentiunt in

Nulla eſt differentia, quia à perſonis, quæ eundè Judicem agnoſcere non poſſunt, ad

Forum fit competens etiam litigantium conſenſu, *l.*1.2.*ff.d.Judic.*

Judicem alioqui incompetentem, *c. 18. X. d. for. comp.*

perſonas, quarum conſenſus eundem Judicem facit, non progredimur: & hanc reſponſionem ipſum *cap.* ſubminiſtrat.

FRUCTUS naturales ſunt uſuræ, quia ex auro aurum naſcitur, *c. ſicut. 8. diſt. 47.*

Rectè ſe habet jus Civile, quia eſſe in cauſa rei & acceſſione eſt eſſe fructum civilem. Hinc civiles fructus Harpprechto ad §. 35. *I. d. R. D. num. 5.* ſunt, qui non naturaliter ex ipſo rei corpore proveniunt, ſed jure & ex obligatione ſive conventione partium percipiuntur, ut ſunt uſuræ, penſiones, mercedes, ſalaria, vecturæ navium & jumentorum, ceteræque obventiones, quæ propriè fructus non ſunt, ſed vicem fructuum obtinere dicuntur, *d. l. 121.* Quoad jus Canonicum, ſi ſtatuenda aliqua eſſet differentia, hæc potiùs eſſet ſtatuenda, Uſuram jure Canonico nec eſſe fructum civilem, Vid. differentiam, in qua *Uſurarum crimen &c.* Ad *c. ſicut. 8.* reſpondetur in eo non proponi veritatem, ſed avari votum, quo aurum ex auro naſci optaret.

Sunt fructus civiles, quia uſura pecuniæ in fructu non eſt, ſed in cauſa rei & acceſſione, *l. 121. ff. d. V. S.*

FRUCTUS non intelliguntur deductis impenſis, ſed decimæ ſolvendæ ſunt de omnibus fructibus prædiorũ nullâ factâ deductione, *c. cum homines. 7. c. non eſt. 22. c. tum nobis. X. d. decim.*

Si facienda eſt differentia, præferendum jus Canonicum, quia ſub impenſarum obtentu vel omne deduceretur, vel quàm pauciſſima in reditu decimarum manerent. Si non facienda eſt differentia, à bonæ fidei poſſeſſore, de quo in *d. §. ult.* ad dominum: à cauſa privata ad publicam, cujus in acquirendo major eſt neceſſitas: à fructibus naturalibus ad civiles, ſeu quemvis reditum, non argumentamur.

Fructus intelliguntur deductis impenſis, quæ quærendorum, cogendorum, conſervandorumque eorum gratiâ fiunt, *l. 36. §. ult. ff. d. hered. pet.*

FUGAM indifferenter quilibet arripere debet: de Clericis alii affirmant, Beſoldus ad *l. 3. ff. d. J. & J. th. 23.*

Variæ, ut *d. loc.* monet Beſoldus, hac de queſtione Interpretum ſententię exiſtunt. Quidam neminem fugere teneri; alii de jure Canonico quemlibet indifferenter fugam arripere debere; alii Clericos ſaltem ad illum terminum adſtringunt: plerique inter Nobiles & plebeios hac in parte differentiam eſſe dicunt. Nos quaſcunque rixarum & homicidiorum occaſiones evitandas, fugiendas, & quocunque fieri poteſt modo, quàm ſtudioſiſſimè eſſe declinandas; non verò jam aggreſſum incertæ & periculoſæ fugæ ſe dare teneri pronunciamus per *d. l. 3. ibi: propulſemus.* Nec quicquam impedit §. *injuria. I. d. L. Aquil. ibi: ſi aliter periculum effugere non poteſt.* Non etenim effugere periculum eſt fugam pedibus capeſſere, ſed evitare & avertere, ut notat Tim. Faber. *diſp ad Inſt. 26. th. 8.* Nec omni ſine conditione in eorum caſtra tranſire poſſum, qui nunquam neceſſariò

Inſultatus ab aliquo cedere & fugere non tenetur, eò quòd fuga illa non tãtum ignominioſa, ſed etiam propter lapsûs periculum periculoſa ſit; quodque ob eam aggreſſor animoſior & audacior reddatur, atque fugientem plerumque acri & vehementi incitatione inſectetur, Bartolus, Baldus, Angelus, Salicetus, & ceteri ad *l. 1. Cod. Und. vi.* quos refert Harp-

Digitized by Google

prechtus ad §.5. *J.d.publ. judic.num.*120.

fugam ſuſcipiendam eſſe cenſent. Aiunt 1. fugere ideo neminem teneri, ne famæ periculum incurrat: turpem verò & probroſam eſſe ingenuo homini fugam. Resp. Militi, qui contra diſciplinam militarem in acie fugam facit; *l.3.l.6.§.qui in acie.d.re milit. l.1.in pr. & l.2.d his,qui not.inf.* ut & Vaſallo ignominioſum eſſe, ſi dominum deſerat in prælio periclitantem, *c. un. quib. mod. feud. amitt.* & quòd ille dedecus committat, qui fugâ non tam propriæ, quàm ipſius adverſarii vult conſulere ſaluti, quique cedere mavult, quàm iratum lædere aggreſſorem, hoc nullus, qui ſciverit quid ſit Chriſtianiſmus, puto, dicet. Neque id pro facti quadam infamia reputari poteſt, cum eam id tantùm importet, quod exiſtimationem apud bonos viros gravat, non apud homines fide rationeque carentes. Non etiam impedit, quòd fuga propter lapſus & alias cauſas, quæ accidere fugienti, & adverſario vel animum addere, vel ad offendendum commodiorem viam ſternere poſſunt, admodum periculoſa, nec tuta videri queat: exemplo Niſi Virgiliani — — — — *feſſique ſub ipſum*

Finem adventabant, levi cum ſanguine Niſus
Labitur infelix.

Nos loquimur de caſu, quo abſque diſcrimine vitæ ſe ſubducere licet. Præterea non impedit Conſtitutio Carolina. *artic.*140.142. Nam Carolus iis in locis moderamen pietatis minimè excludit, ſed potiùs vitæ & honoris ſive exiſtimationis periculum conjungit: ac proinde Conſtitutio iſthæc Carolina non disjunctivè accipienda eſt: ſcilicet ſi cum honore vita quoq; ipſa in periculum incidat, ut tum illa procedat, ſecus ſi honor tantùm, arg. *c.interfeciſti.* 2. *ibi: te tuaque liberando. X. d.homicid.* Denique diſtinctionem inter Nobiles & ignobiles admittere non poſſumus, cum ea, quæ ex jureg. primævo & charitate deſcendunt Chriſtianâ, non ex ulla perſonarum æſtimentur qualitate. Notanda hic ſunt verba Molinæi in *addit. ad Alex.conſ.*118. *ſub num.*5. *vol.*7. ubi inquit, Contrariam opinionem de Barbaris intelligendam eſſe & hominibus mente corruptis, qui affectus ſeu mores brutorum & ferarum pro recto rationis judicio & honeſta ſanctaque habent lege. Quales multi hodie ſunt (ita loquitur ille) qui nobilitate ſe venditant, cum ſint perditiſſimi, quaſi ad facinora tantùm turpia nati.

FURES ſi in furando occiduntur, pro eis non eſt orandum, *c.fures.* 2.*X. d.furt.*

Nulla eſt differentia, quia jus Civile proponit quæſtionem Juris, An queant fures occidi? Jus Canonic. proponit quæſtionem è facto emergentem, An ſi occiſi fuerint, pro iis ſit orandum? & reſpondet in *c. placuit.*23. *q.*5. Qui pro ſuis ſceleribus puniuntur, pro illis in oblatione nulla prorſus commemoratio fiat, neque cum pſalmis ad ſepulturam eorum cadavera deducantur.

Lex 12. Tabb. furem noctu deprehenſum occidere permittit, ut tamen id ipſum cum clamore teſtificetur: interdiu autem deprehenſum ita permittit occidere, ſi ſe telo defendat, ut tamen æquè cum clamore teſtificetur, *l.* 4. *in §. ff. ad L.Aquil.* Vid. Carpzov. in *pract. crim. p.*1. *q.* 32. *n.*37. *& ſeqq.* & differentiam, *Fur nocturnus quoquo modo occidi poteſt.*

FURIOSI nullus eſt conſenſus, *c. dilectus. X. d. ſponſal. & matrim. c. neque furioſus.*32.*q.*7.

Nulla eſt differentia, quia etiam jure Civili furioſus per omnia & in omnibus abſentis vel quieſcentis loco habetur, *l.*2.*§.pen.ff.d.jur.Codicill.* Et ad *d.l.*2.*§.*2. reſponde-

Quaſi ex voluntate filiæ videtur experiri pater, ſi furioſam habet filiam, *l.*2.*§.*2.*ff.ſol.matrim.* & illud quæſitum inter

tur diſtinguendum inter actus, qui ab ipſo furioſo proficiſci debent, & inter actus, qui nomine furioſi aliunde proficiſci poſſunt: quoad priores vera eſt, *l. 2. §. pen.* quoad poſteriores ſufficit non evidentem intervenire contradictionem, ſive quis contradicere nolit, ſive ob furorem contradicere non poſſit. Ad *pr. l. d. nupt.* reſpondetur cauſam non eſſe in conſenſu adhibito vel non adhibito, ſed in præjudicio, quo invito ſuus agnoſcitur heres, quod præjudicium in furioſo non ceſſat. 2. aliqua præſupponitur voluntas non præſens, ſed forſan reditura. 3. magis ſuper filio quàm ſuper filia variabatur, non quia pater filiæ conſentire potuerit, ſed quia cenſetur filiæ, in alienam familiam tranſeunti, conſenſiſſe. Quid igitur quoad furioſum delinquentem? Negat Ant. Matth. *d. criminib. pag. 27. & ſeq.* eum teneri: nec diſtinguendum inter delicta levia & valde enormia: non etiam attendendum factum Capitonis, hominis furioſiſſimi, de quo Wiſſenbach. *diſp. ad R. J. 7. l. 40. num. 6.* qui cum Henricum, Franciſci Regis filium, occidere velle videretur, & in eum enſem exeruiſſet, capitis pœnas dedit. Sic memorat Jul. Clarus *5. ſentent. §. fin. q. 60.* Sereniſſimam Caſtellæ Reginam puniviſſe hominem furioſum, qui vulnus inflixerat marito ſuo Ferdinando. Vid. Wiſſenbach. *d. loc.*

furioſi filium ac filiam in *pr. l. d. nupt.* aliquam præſupponit voluntatem.

FURIS vel alterius delinquentis bona etiam contra heredes delinquentis vel quemcunque alium à damnificato vi & vigore tacitæ hypothecæ peti poſſunt, Baldus in *l. furti. C. d. furt. arg. c. parochiano. ult. X. d. ſepultur.*

Quatenus jus Canonicum velit heredes poſſe conveniri in ſolidum, vide differentiam in qua *Heres ſive ſcripſerit inventarium.* An autem vigore tacitæ hypothecæ? ejus nullum extat veſtigium. Abbas in *d. c. parochiano.* ut refert Neguzant. *d. pignor. & hypo. part. 2. membr. 4. n. 124.* referendo opinionem Bartoli in *l. 1. in 2. columm. d. privat. del.* dicit non eſſe faciendam differentiam in hoc inter jus Civile & Canonicum, & reſpondet ad jura allegata per Bartolum, quòd illa procedant, quando delinquens in articulo mortis fuit contritus, & mandavit res reſtitui per heredes, tunc enim non dicitur agi ex dolo, ſed ex quaſi contractu, & ideo tunc detur actio contra heredes in ſolidum, etiam ultra facultates hereditarias: ſed in aliis caſibus, in quibus delinquens non injunxit iſtud onus heredi ex pœnitentia & contritione, tam de jure Civili quàm Canonico, heres ex delicto defuncti conveniri non poteſt ultra vires hereditarias, ſed ſolùm quatenus ad eum pervenit à defuncto. Vid. *d. differentiam*, cum qua Bartoli opinio non conſiſtit.

Vigore tacitæ hypothecæ peti non poſſunt, ſed contra furem vel ejus heredem datur condictio furtiva, quæ eſt rei perſecutoria, *l. ſi pro fure. 7. §. 1. ff. d. cond. furt.* & hoc, etiamſi res furtiva non extaret, quia datur ad æſtimationem illius *l. in re furtiva. in pr. eod. tit.*

FUR nocturnus quoquo modo occidi poteſt, *can. ſi perfodiens. 3. X. d. homicid.*

Nulla eſt differentia, nam abſolutè loquitur *l. 9. ff. ad L. Corn. d. ſicar.* Furem nocturnum ſi quis occiderit, ita demum impune feret, ſi parcere ei ſine ſuo periculo non potuit. Non o. *l. 4.* nam clamor non eſt nota innocentiæ, ſed ejus probandæ facilior modus arg. contrarii, quod deducitur ex *l. 54. §. 2. ff. d. furt.* Quæ addit Dion. Gothofr. ad *d. l. 4.* clamorem eſſe inclamationem auxilii publici & magiſtratûs. Forſan eſt incuſſio terroris, quo fur nocturnus abigitur, nam in vitæ periculo conſtitutus ſi eum in finem clamaret, vindictæ aut auxilii morâ ſuccumbere poſſet. Denique cum jus Canonicum dicit, furem nocturnum quoquo modo occidi, i. e. occidentem quoquo

modo

Idipſum cum clamore teſtificetur, *l. 4. in §. ff. ad L. Aquil.*

Digitized by Google

modo vitam ſuam conſervare. Quod Bartolus ad *d.l.*9. ſtatuit, quòd eum, quem interdiu furantem cognoſcere nequeo, propter loci ſcil. obſcuritatem, occidere poſſim perinde ac nocturnum, falſum eſt; ſic enim omnes fures occidere liceret, quia omnes obſcura loca amant.

FURTI commiſſi non eſt pœna, ſed ſufficit rei furto ablatæ reſtitutio, *c. ſicut.*6. *verſ. eos inſuper. X. d. homicid.*

Accedimus juri Civili, ſi enim nullus alius ſubeſſet metus præter pœnitentiam, cuivis hanc fiduciam, nolle aut non poſſe deprehendi, augeret contemptus ille metus: niſi talis eſſet pœnitentia, quæ non tam conſcientiæ dolorem acueret, quam crumenam ultra duplum vel quadruplum evacuaret.

Furti non manifeſti pœna eſt duplum, manifeſti eſt quadruplum, *§.*23. *&* 25. *J. d. action.*

FURTI finis non ſemper eſt lucrum: nam etiam comittit furtum, qui diviti, avaro cupido ſuum abſtulerit, & pauperibus dederit, *c. fortè aliquis.*14.*q.*5. An Epiſcopus uni poſſit dare & alteri auferre? an hoc ſit privilegium ſolius Papæ? vid. *gl. ad c. Eccleſia.*16. *q.*1. *lit. K.*

Nulla eſt differentia. Nec movere quem debet quaſi auferens nihil lucri ſui causâ fecerit. Species enim lucri eſt ex alieno largiri, & beneficii debitorem ſibi acquirere. Unde & is furti tenetur, qui ideo rem amovet, ut eam alii donet, *l.*54. §.1. *ff. d. furt.*

Furtum fit lucri faciendi gratiâ, *d. l.*1. *§. fin. ff. d. furt.* Vid. Matth. Stephan. ad N.69. *n.*9.

FURTI ignorans non obſtringitur, quia dignum eſt, ut vita innocentis nullâ maculetur pernicie accuſatoris, *c. dignum.*3.*q.*9. quia voluntate ac propoſito maleficia diſtinguuntur, *c. cum voluntate.*54. *X. d. ſent. excomm.*

Utrumque jus ſibi conſtat. Canonicum loquitur de ignorantia totali: Civile de partiali, quâ non ſufficit ignorantia rei alienæ, ſed debet vel neceſſaria vel probabilis rei alienæ ſubeſſe ſcientia.

Qui alienum quid jacens lucri faciendi gratiâ ſuſtulit, furti obſtringitur, ſive ſcit, cujus ſit, ſive ignoravit; nihil enim ad furtum minuendum facit, quod, cujus ſit, ignoret, *l.* 43. *§.* 4. *ff. d. furt.*

FURTUM calicis fit in Eccleſia, *c. ult. X. d. furt.*

Pontifex voce furti generali etiam indigetat ſacrilegium, quatenus ubicunque eſt contrectatio, ibi etiam eſt furtum, nec res ſurrepta facit aliquid non eſſe furtum, licet faciat non tantùm eſſe furtum. Vid. Conſt. Car. V. *art.*172. Schulz in *Syn. Inſt. Imp. ad tit. d. publ. jud. lit. c.*

Sacrilegium à furto diſtinguitur, Vid. different. in *Sacrilegii triplici ſpecie.*

FURTUM eſt judicium publicum, quia non fur ſolùm, ſed ille reus tenetur, qui furti conſcius quærente poſſeſſore non indicat, *c. qui cum.* 4. *X. d. furt.* Vid. differentiam, in qua *criminis conſcius &c.*

Nulla eſt differentia. quia nota judicii publici non eſt omnibus & adverſùs omnes competere, ſic enim actio popularis eſſet judiciū publicum. Deinde etiamſi hæc eſſet nota, requireretur inſuper illius competentiæ finem eſſe vindictam publicam.

Non eſt judicium publicum, *arg. l.*1. *ff. d. publ. judic.*

FURTUM etiam fit in re, cujus nemo eſt dominus, ut in re hereditaria, *c. ſicut. 6. verſ. eos inſuper. X. d. homicid.* Vid. differentiam, in qua *Hæreditariæ rei fit furtum.*

In ſenſu vulgari admitti poteſt jus Canonicum, quod magis refertur ad rem furto ablatam, quàm ad eum, cui res furto aufertur. In ſenſu Juridico præfertur jus Civile, quod non acquieſcit in perſona ficta, quâ hæreditas repræſentat perſonam defuncti, ſed requirit perſonam veram, quæ poſſideat rem, in qua poſſeſſa fiat furtum.

Furtum fit, ſi vetet dominus. Vetare autem dominum accipimus etiam eum, qui ignorat, id eſt, eum, qui non conſenſit, *l. 48. §. 3 ff. d. furt.*

FURTUM etiam fit in re incorporali; ſic in *c. dudum. 54. X. d. elect. & el. pot.* qui beneficium retinere contendit, quo ipſo jure privatus eſt, rem contrectat alienam, & ſic furtũ quodamodo facit.

Utrinque eſt furtum, ſi furtum ſumitur, ut in differ. in qua, *Furtum calicis fit in Eccl.* Deinde quoad jus Canonicum diſtingue inter juris, quod eſt incorporale, conſtitutionem: & inter juris conſtituti retentionem, quatenus ſub ea res ab alio percipiendæ continentur.

Furtum tantùm committitur circa rem, cujus poteſt eſſe uſus & poſſeſſio: *§. 1. I. d. obl. quæ ex del. naſc.* incorporalia autem non poſſidentur, *l. 3. ff. d. A. vel A. P.*

FURTUM etiam in pecore committitur, *can. ſi quis. X. d. furt.*

Nulla eſt differentia, quia aliud eſt furtum in pecore committi: aliud pecora ex paſcuis vel armentis abigere. Sic *d. §. 1.* diſtinguit in his verbis,

Abigei propriè hi habentur, qui pecora ex paſcuis vel ex armentis ſubtrahunt, *l. 1. §. 1. d. abig.* Ceterùm ſi quis bovem aberrantem, vel equos in ſolitudine relictos abduxerit, non eſt abigeus, ſed fur potiùs. Priori caſu eſt ſubductio inermis: poſteriore abigei ferro utuntur, *l. 2. ff. d. t. d. abig.* Vid. *§. 11. I. d. oblig. quæ ex del. naſcuntur. & ad eum Manzium num. 11.*

FURTUM fieri poteſt ſine cõtrectatione, Deus enim cor interrogat, non manum, *c. ſi quid invenisti. 14. q. 5. c. homicidium. d. pœnit. diſt. 1.*

In materia furti ſpectatur jus Civile, quod agit aut ad pœnam pecuniariam dupli ſeu quadrupli, *§. 23. & §. 25. J. d. action.* aut extra ordinem, *l. ult. ff. d. furt.* Vid. Rittershuſ. *libr. d. differ. jur. Civ. & Can. 6. c. 4.* Vid. etiam *c. tres perſonas & ad eam gloſſ. lit. n. cauſ. 23. q. 4.* in qua fur aliquis eſt, quod non intrat per oſtium. Secundum leges non ſtatim eſt fur, licet clam intraverit furandi causâ, *l. 21. §. 7. ff. d. tit. d. furt.*

Furtum eſt contrectatio, *l. 1. §. fin. ff. d. furt.*

FURTUM fit in re minima. Quomodo in fornicatione non idcirco diverſa fit fornicatio, ſeu mulier ſit pulcra aut deformis: ancilla aut ingenua: paupercula aut opulenta; ita & in furto,

Nulla eſt differentia, quia definitio furti non diſtinguit inter rem minimã & majoris momenti in *l. 1. §. ult. ff. d. furt.* Lege autem non diſtinguente nec noſtrum eſt diſtinguere. Deinde etiam in jure Civili minima attenduntur, *l. 22. in fin. pr. ff. d. damn. inf.* Ad *oppoſ. l. 4.* reſpõdetur 1. prohibitionem furti eſſe antiquiorẽ illo jure, in quo minima non

Furtum non fit in re minima, quia minima non curat Prætor, *l. 4. ff. d. in integr. reſt.*

quantu-

quantulumcunque quis abſtulerit, furti crimen incurrit, *c. ult.* 14. *quæſt.* 6. Tuldenus in *Jprud. extempor. libr.* 1. *c.* 20.

FURTUM non committitur in caſu neceſſitatis. Eſurientium panis eſt, quem tu detines; nudorum indumentum eſt, quod tu recludis, & miſerorum redemptio eſt & abſolutio pecunia, quam tu in terram defodis. Tot te ergo ſcias invadere bona, quot poſſis præſtare, quot velis, *can. ſicut ii. diſt.* 47. Vid. Streinium in *ſumm. jur. Can. ad c. quod non. X. d. R. J.* Cam. Borellum in *ſpecul. Princ. Petri Belluga rubr.* 1. *lit. f.*

Furtum etiam committit, qui neceſſitate impellenti rem alienam cōtrectat, quamvis committens credat ſe volente domino contrectare, *arg. l.* 46. *§. pen. ff. d. furt.* Vid. *diſputation. meam inaug. d. lege. th.* 34. Nicol. Mongeorgium in *Cod. d. Moſaico & vetere jur. enucl. pag.* 164. Antonium in *Diana Panormitani in voc. furtum. num.* 1. Zœſium ad *tit. Decretal. X. d. furt. n.* 7.

curantur. 2. minima non curantur in iis, quæ juris ſunt extraordinarii. 3. minima res non curatur, ſed minimum factum. 4. minima non curantur, niſi rei majori faciant præjudicium. 5. Diverſæ ſunt quæſtiones. An in re minima fiat furtum? an propter rem minimam furti fur teneatur?

Nulla eſt differentia, Nam furti definitio complectitur rem propriā. In neceſſitate autem & iis, quæ ad eam ſublevandam faciunt, omnia ſunt communia *arg. l.* 2. §. 2. *ff. d. L. Rhod. d. jact.* Siquidem naturâ ipsâ inſtitutum eſt, ut res inferiores ſint ordinatæ & deſtinatæ ad hominum neceſſitatem. Quapropter diviſio rerum, quę poſt inſtitutionem juris naturalis facta eſt, non derogat rationi naturali, quæ dictat, ex rebus temporalibus ſubveniendum eſſe hominum neceſſitati. Nec quicquam impedit contraria poſſeſſoris voluntas, quippe quæ inordinata ſit & iniqua; & ideo qui patitur extremam neceſſitatem, ſi rem alienam accipiat, propriam aut ſaltem communem accipere videtur, & ex conſenſu ſaltem debito poſſeſſoris, ſicuti communi omnium ſententiâ traditum extat. Et notatur in *c. diſcipulos. d. conſecr. diſt.* 3. Diſcipulos, inquit Apollonius, cum per ſegetes transeundo evellerent ſpicas & ederent, ipſius Chriſti vox innocentes vocat, quia coacti fame hoc fecerunt, Covartuvias *tom.* 1. *relect. c. peccatum. d. R. J. in* 6. *part.* 2. §. 1. *num.* 5. Hinc idem veram deducit interpretationem ad *cap. ſi quis. X. d. furt.* Cujus hæc ſunt verba: Si quis propter neceſſitatem famis aut nuditatis furatus fuerit cibaria, veſtem vel pecus, pœniteat hebdomadas tres? & ſi reddiderit, non cogatur jejunare. Ex quo patet, occupantem rem alienam, vel eam accipientem propter neceſſitatem, peccare quidem & debere peccati pœnitentiā agere: quod contrarium ex his, quæ modo tradidimus. Et ob id ea deciſio tunc obtinet, cum neceſſitas extrema non eſt, ſed aliquando remiſſior, nam eo caſu peccatum rem alienam accipiens committit & pœnitere debet. Sed tunc quæritur, quâ ratione in *eod cap.* reſponſum eſt, quòd ſi reddiderit, non cogatur jejunare: aut enim is peccavit accipiendo rem alienam: & tunc, etiamſi reſtituat, pœnitere debet ob crimen commiſſum: aut non peccavit, & tunc pœnitentia neceſſaria non eſt. Huic verò objectioni reſpondendum erit, hanc pœnitentiam agendam eſſe non propter peccatum commiſſum in accipiendo rem alienam, nam ea major eſſe debet, ſed propter moram commiſſam in reſtitutione. Item & aliter eadem deciſio intelligenda erit juxta eundem Covarruviam, ut cum neceſſitas extrema ſit, accipiens alienam rem teneatur ex quadam ſupererogatione tribus hebdomadis pœnitere, eò quòd illa acceptio imaginem furti habeat, & tamen ab ea pœnitentia ſit liber per accepti reſtitutionem. Quæ addit Covarruv.

à primis

primis non diſcrepant. Vid. Cyprianum Regnerum *lib. d. injuſt. LL. Roman. 2. c. 21.* ubi *l. 43. §. 5. d. R. N.* examinatur.

FURTUM non eſt delictum, *c. tu bonus. 2. cauſ. 23. q. 4.* in quo Chriſtus Judam, cum ſciret furem eſſe, toleravit.

Imò furtum eſſe delictum tradit differentia, in qua *Furtum eſt judicium publicum.* Conſentiunt Canoniſtæ, juxta quos ita Zœſius ad *tit. Decretal. d. furt. num. 2.* furtum in ſuo genere inducit peccatum mortale, cum contineat injuſtam detentionem rei alienæ domino invito, & ſic contra præceptum Decalogi, *c. peccatum. d. R. J. in 6.* Et *num. pen.* Furti damnatus fit infamis & jure Civili, §. *ex quibusdam. I. d. pœn. tem. litig.* & Canonico, quo ut talis ab Ordine, ſi quem habet, deponitur, *c. presbyter. diſt. 81.* ita multò minus ad eum admittitur. Non o. *c. tu bonus.* Nam licet Chriſtus Judam, quem ſciebat eſſe furem, toleraverit, ejusdem tamen inhiationem non adprobavit. 2. Chriſtus ea, quæ ſunt fori civilis, non examinavit. Sic non movet exemplum Chriſti, qui *Luc. c. 12. v. 12.* interpellatus à quodam de procuranda inter ipſum & fratrem diviſione hæreditatis, reſpondit: *Homo, quis me conſtituit Judicem, aut diviſorem ſupra vos?* Et *Joann. c. 8. v. 11.* adulteram condemnare noluit. Chriſtus etenim, verba ſunt Harpprechti ad *pr. I. d. action. num. 60.* terreni Judicis munus, tanquam ab officio ſuo planè diverſum, detrectans officium ordinarii magiſtratûs non improbavit: ſed officium duntaxat Eccleſiaſticum à politico diſcrevit, oſtenditque quòd quisque ſe intra metas ſuæ vocationis continere debeat. Adulteram verò damnare noluit, non quòd non condemnari ex lege deberet; ſed quòd ipſe magiſtratus civilis non eſſet, & propterea in mundum veniſſet, ut Evangelium doceret, & pro peccatis humani generis ſatisfaceret. Adeoque monere Chriſtus nos voluit, ne in alienam functionem nos ingeramus. 3. Et homines pati inter ſe criminis reos, donec eos pœna ſeparet, exemplum Judæ indigetat.

Furtum eſt delictum, & quando in §. 1. *I. d. oblig. quæ ex del. naſc.* furtum definitur contrectatio, vox hæc denotat cauſam formalem, & non eſt intelligenda juxta rigorem Grammaticum pro quovis contactu rei alienæ, qui nullum obligat ullo crimine, ſed juridicè pro actuali rei alicujus ablatione & amotione, Manzius ad *d. §. 1. num. 5.*

FURTUM pœnitentiâ purgatur, *c. ult. X. d. furt.*

Nulla eſt differentia, quia ex mente Canoniſtarum purgatur furtum pœnitentiâ, quatenus tollitur reatus pœnę & macula ex peccato remanens in anima. Hęc pœnitentia conſiſtit in ipſius furti reſtitutione, quæ alia fit per ipſius rei ablatæ redditionem, alia per ipſius pretium, alia ſolâ animi præparatione, ut in illis, qui propter inopiam, unde reſtituant vel ſatisfaciant, non inveniunt, Streinius in *ſumm. Jur. Can. ad c. peccatum. d. R. J. in 6.* Cenſetur etiam fieri reſtitutio, quam libera domini, cui res ablata eſt, remiſſio repræſentat: diſtinguenda tamen eſt conditio culpæ à conditione debiti, illam non tollit remiſſio, Strein. *d. loc. num. 4.* ubi contra P. Peckium ſubinfert.

Qui eâ mente quid alienum contrectavit, ut lucrifaceret, tametſi mutato conſilio poſtea id reddidit, fur eſt. Nemo enim tali peccato pœnitentiâ ſuâ nocens eſſe deſiit, *l. 65. ff. d. furt.*

FURTUM rapinæ non opponitur, *c. meretrices. 32. q. 4.* ubi furtū eſt illicita uſurpatio rei alienæ.

Nulla eſt differentia, Nam etiam in jure Civili quis magis alienam rem invito domino contrectat, quàm qui vi rapit? *pr. I. d. vi bon. rapt.* & raptor

Furtum & rapina ſunt delictorum privatorum diverſæ ſpecies.

Digitized by Google

ptor manifeſtus fur exiſtimandus. In jure Canonico furtum non eſt rapina, ſed ideo quia prohibendo furtum prohibet rapinam, cum utrinque ſit illicita rei alienæ uſurpatio, ſub ſurto rapina continetur.

G.

GLeba non facit ſervum, ita ut alii ſint adſcriptitii, alii ſervi, *c. multorum. 2. X. d. Judæ. Sarac. & eor. ſerv.* in quo Judęus Chriſtianum in ſervum habere non poteſt, in adſcriptitium verò poteſt.

In jure reperitur aliud genus Ruſticorum, qui vocantur Cenſiti: alii Originarii: alii Adſcriptitii. Cenſiti vocantur, qui cenſum, tributum ſeu publicam penſitationem præſtant ſecundùm qualitatem prædiorum, unde alio nomine Tributarii appellantur. Originarii ſunt, qui ab adſcriptitiis fuerunt nati, atq; ideo ſic dicti, quia origine ſive nativitate ſuâ colonarium jus in fundo contrahunt. Adſcriptitii dicuntur, qui agris ſive glebæ, vel villæ alicui colendæ ita ſunt adſcripti, & quaſi alligati, ut inde recedere non poſſint, & poſſeſſionibus ipſis accedunt, Manzius ad §. 13. *J.* d. *action. num. pen. & ult.* De his adſcriptitiis quæritur, *An ſint liberi, an ſervi?* Jure Canonico non ſunt ſervi; nec nobis convenit cum Ludvvell. in *tract. d. ultim. volunt. part. 2. c. 1.* cui errore quodam hoc in jure eſt conſtitutum: vel Pontifex in d. textu vocabulo adſcriptitiorum abuſus eſt pro iis agricolis, qui diutiùs, i. e. tempore annorum 30. terris colendis adhæſerunt, quos cum rebus ſuis liberos manere, & nihilominus cogi terram colere, eanonemque præſtare expeditum eſt ex *l. 18. C. d. tit. d. agric. & cenſ.* Ad prius enim reſpondetur, non potuiſſe hoc errore quodam conſtitui, quem manifeſta oppoſitio ſervi & adſcriptitii tollit. Aut oportet eundem ſubeſſe errorem in *Nov. 123. c. 17. l. quisquis. 16. C. d. Epiſc. & Cler.* ubi adſcriptitii, cum in certo duntaxat loco ſervitia præſtare Domino obnoxii ſint & teneantur, poſſunt in eodem loco Clerici fieri præter domini voluntatem, hac tamen conditione, ut poſt Clericatum aſſumptum impoſitam ſibi agriculturam nihilominus adimpleant. Servi autem Clericatum aſſumere nequeunt, *l. jubemus. 37. §. 1. C. d. tit. d. Epiſc. & Cler.* quia non uno aliquo in loco inſervire poſſunt Eccleſiæ, quin in aliis & locis & rebus domino exigenti ſubtrahatur ea opera, quam ubique & in aliis rebus, quàm in opere ruſtico faciendo, domino debuerunt. Huic deductioni ad abſurdum cum metueret Ungebaur *exerc. Juſtin. 2. q. 11. in aio.* ſubijicit, Quod cum ſit, re ipsâ non mutatur eorum conditio, nec dominorum jus læditur. Ideoque utilitatis publicæ causâ à ſtricto jure receditur, ut ſine dominorum injuria adſcriptitiis Clericatum ſubire licitum ſit. Mi Ungebaur, Et nos cum Imperatore in *l. 10. C. d. SS. Eccleſ.* generaliter cupimus obſervari, ut, ſi quid contra jus vel utilitatem publicam in quolibet negotio proferatur, non valeat. Quæ autem hic publica militat utilitas? oportet eam niti neceſſitatis vinculo. Quod militat neceſſitatis vinculum? omnis angulus diffluit his hominibus, qui Clericatum aſſumunt. Adhæc quis Clericorum totâ ſuâ penulâ, utcunque latenti mulierculæ idoneâ, concipiat.

Adſcriptitii à ſervis in genere conſideratis non differunt, Donell. *libr. 2. comm. jur. Civ. c. 9.* Valaſc. *d. jur. emphyt. q. 37. n. 6.* Is enim dicitur verè & propriè ſervus, qui in domini eſt poteſtate, *§. ſervus. 2. J. d. jur. perſon. l. manumiſſiones. 4. ff. d. J. & J.* Sed adſcriptitii ſunt in domini poteſtate, *l. ne diutiùs. 21. ibi: cum uterq; in domini ſui poſitus ſit poteſtate. C. d. agric. & cenſ. libr. 11.* Addit eadem *l. Quæ enim differentia inter ſervos & adſcriptitios intelligatur?*

poſſe quem eſſe Clericum & habere dominum: poſſe quem habere dominum, & tamen aſſumpto Clericatu non lædi domini jus? fungi Clericatu & tamen Clericatu operis dominorum nihil decedere, veroſimile hoc videatur cæcutientibus dominis, non aliis. Deniq; ſtrictum jus non examinatur, Num ii, qui priùs erant ſervi, ſi Clericatũ aſſumant: deſinant eo ipſo ſervi eſſe, an ſervi maneant? licet eundem errorem erret Bachovius ad *Treutl. vol. 1. diſp. 1. th. 2. lit. D.* qui tamen ubique cornicum oculos vult configere. Scimus omnes mancipia terræ adſcripta manere mancipia. Hoc quæritur, An adſcriptio faciat ſervum? Quid maximè ſtatuerem, apud vetuſtiores Interpretes reperire non potui. Ne tamen eadem mihi ſit, quę Evandro apud Virgilium — *tarda gelu ſeclisque effœta ſenectus*, recentiores conſulo, in quibus eſt Ungebaur *d. loc.* ubi conſiderat ſervos vel in genere vel in ſpecie: quum tamen ſi concurrant genus & ſpecies, arguatur differentia, quæ in ſervorum conditione eſt nulla, *§. ult J. d. jur. perſ.* Eſt deinde Harpprechtus ad *pr. J. d. tit. d. jur. perſ. num* 14. *& ſeqq.* cum quo concludimus, etiam jure Civili Adſcriptitios eſſe liberos, & hæc probabilior ſaniorque ſententia. 1. quia poſſidere poſſunt, *l. litibus.* 20. *C. d. tit. d. agric. & cenſ. Nov.* 128. *c.* 14. At ſervi, qui poſſidentur ipſi à dominis, poſſidere nequeunt, *l. placet.* 79. *ff. d. A. vel O. H. l.* 23. *§.* 1. *ff. d. A. vel A. P.* 2. quia partem fructuum ſibi retinere queunt, nec integrum, quod ex cultura provenit, ſemper domino ſolvunt, *l.* 1. *C. in quib. cauſ. col. cenſ. dom. accuſ. poſſ. libr.* 11. Quod magno argumento eſt, illos non eſſe ſervos, qui nihil proprium habent, nec poſſident. 3. Quia Arcadius & Honorius Impp. reſcribunt, adſcriptitios dominorum reſpectu pene ſervos videri, *l.* 2. *C. d. tit.* Quæ verba *pene* & *videri* ſatis arguunt eos non eſſe ſervos. 4. Quia in *d. l.* 21. *C. eod.* dubitabatur: ex patre ſervo & matre adſcriptitia editi ſervilisne conditionis, an adſcriptitiæ cenſendi eſſent? Juſtinianus ad iſtam ambiguitatem tollendam ſancivit, non ſervorum, ſed adſcriptitiorum conditionem hos ſequi: cum partus non patris, ſed matris conditionem quoad ſtatum imitetur. Jam ſi ſervorum & adſcriptitiorum una eademque foret conditio, abſurda & inſulſa dubitatio fuiſſet, cujus conditionis eſſent ex ſervo & adſcriptitia procreati: nec minùs abſurda & inepta fuiſſet reſponſio. 5. Quia ſervi alienari poſſunt ſeparatim ſine prædio: adſcriptitii verò non niſi cum ſolo alienantur, *l.* 2. *l. quemadmodum.* 7. *C. eod.* 6. Quia ſervi perſonæ inſerviunt: adſcriptitii rei, h. e. reſpectu rei, cui addicti ſunt, inſerviunt domino, *d.* 18. 21. 7. Quia ſervi domino ad quodlibet opus addicti ſunt: ad- adſcriptitii ad unum, i. e. glebæ, vel terræ colendæ, Turnebus *libr.* 15. *adverſ. c.* 16. 8. Quia dominus cum adſcriptitiis nullam innovationem in præſtandis reditibus facere poteſt: ſed coloni ſub iiſdem modis & conditionibus, ſub quibus genitores eorum in poſſeſſione fuerunt, remanebunt, *l. cum ſatis.* 23. *§.* 1. *verſ. caveant &c. C. eod.* 9. Quia ſervi & adſcriptitii invicem opponuntur in *d. N.* 123. *c.* 17. Hæc Harpprechti argumenta, ſuppreſſo tamen nomine, refutat Hunnius in reſolutionibus ſuis, ſed & non refutat, ſi veritatem magis, quàm Hunnium, revereamur. Deflectit à recto tramite cum Ungebaur, de quo modò dictum, eum conſideraſſe ſervos vel in genere, vel in ſpecie; ſic ille dicit, duo eſſe ſervorum genera: quoſdam enim domino ubivis terrarum, ac quocunque tempore ad quævis ſervitia teneri; atque hos generali nomine ſervos appellari; quoſdam verò certo alicui loco adſcriptos & velut affixos eſſe, ubi ſolùm domino ſerviant agros colendo. Et hos peculiari nomine adſcriptitios appellari. Regererem potiùs duo eſſe liberorum genera: quoſdam enim eſſe, quibus ſit naturalis facultas agendi ea, quæ non prohibentur nec vi nec jure. quoſdam etiam prohiberi voluntate conventionis, quâ glebæ ſe adſcribi patiuntur. Retardaret volentem cogitatio, qua ſub primis auſpiciis brevius maluiſſem opus, ſed prolectat dulcis perſuaſio eorum, in quorum gratiam ſcribimus, ut credam etiam feſtinata mea nondum ſat intelligentibus eſſe deliciarum illecebras, quæ connubii literarii aſſenſu ſe his differentiis jungant, ſintque operum, ſi Cœli annuant, pleniore manu exhibendorum indicina. Igitur videamus argumenta aſſignantium adſcriptitiis ſervitutem. *Primum eſt*, quòd omnes, qui in domini ſunt poteſtate, non ſunt liberi, ſed ſervi, *§. ſervitus.* 2. *J. d. jur. perſon.* Atqui Adſcriptitii ſunt in poteſtate domini,

uti ex-

uti expreſsè ſcriptum eſt in *d.l.21.* Igitur Adſcriptitii ſunt ſervi. Reſp. In opppſita lege Adſcriptitii à ſervis diſtinguuntur. Prior enim pars eſt è jure antiquo: Poſterior è jure novo; ubique tamen diſcrimen diſpaleſcit. Nam tota lex ſic habet, *Quòd ſi quis ex adſcriptitia & libero, vel ex adſcriptitia & ſervo, vel adſcriptitio & ancilla fuiſſet editus, cujus ſtatus ſit, vel quæ pejor fortuna ſit, utrùmne adſcriptitia, an ſervilis, ſanciamus ea quidem, quæ in anterioribus legibus cauta ſunt pro tali progenie, quæ ex mulieribus adſcriptitiis & viris liberis progenita ſit, in ſuo ſtatu relinqui; & ſic ſit adſcriptitia proles ex tali copulatione procreata. Si quis autem vel ex ſervo & adſcriptitia vel ab ancilla & adſcriptitio fuerit editus, matris ſuæ ventrem ſequatur, & talis ſit conditionis, qualis & genetrix fuit, ſive ancilla ſive adſcriptitia, &c.* In quibus modò adſcriptitia ſervo, modò ancillæ adſcriptitius opponuntur: modò fortuna adſcriptitia & ſervilis, quæ pejor ſit, invicem comparantur: modò inducitur is, qui ex ſervo & adſcriptitia: vel ab ancilla & adſcriptitio fuerit editus: modò genetrix alia dicitur ancilla, alia adſcriptitia. Nec obſtant finalia oppoſitæ legis, in quibus hæc interrogatio, *Quæ enim differentia inter ſervos & adſcriptitios intelligatur, cum uterque in domini ſui poſitus ſit poteſtate, & poſſit ſervum cum peculio manumittere, & adſcriptitium cum terra dominio ſuo expellere?* Interrogatio eſt ſimplex: reſponſio eſt ſecundùm quid, ſecundùm videlicet ſimilitudinem & aliquam qualitatis convenientiam, quę non eſt perſonæ ſervilis cum adſcriptitia, ſed in particulari dominicæ poteſtatis conſiſtit effectu, quo ſicut poteſt dominus ſervum cum peculio manumittere; ita poteſt adſcriptitium cum terra dominio ſuo expellere. Adhæc in ipſa convenientia eſt quædam diſconvenientia, quemadmodum in omni ſimilitudine eſt idem & diverſum. Protaſis continet dominum benevolum: Apotheſis dominum in ſuum adſcriptitium ſævientem, eumque expellentem. Harpprechtus *d.loc.num.22.* in eo vult exæquationem fieri, ut utrorumque liberi non patris, ſed matris conditionem ſequantur: quam reſponſionem capere non poſſum, quia ſemper hoc verum eſt, nec in hac tantùm vel illa perſona, quod partus ventrem ſequatur, *l.7.C.d.R.V.* Deinde & hanc reſponſionem obſcuram facit, quod, quæ in uno tertio conveniunt, ea inter ſe conveniant; nec quivis intelligit illam regulam non valere per omnia, ſed ratione tertii duntaxat, aliàs non eſſet convenientia inter duo, ſed ejuſdem eadem natura. *Secundum argumentum* aſſignantium Adſcriptitiis ſervitutem eſt: Qui manumitti poſſunt, illi ſunt ſervi, arg. *pr.J.d.Libertin.* Adſcriptitii manumitti poſſunt, *d.l.21.* Ergo ſunt ſervi. Reſp. Adſcriptitium non manumitti in *opp.l.* ſed cum terra dominio expelli. Deinde poſito hic aliquam eſſe manumiſſionem, non eſt manumiſſio perſonæ, ſed eſt liberatio ab illo vinculo, quo adſcriptitius adſtringebatur, ſe fundum excolendum ſuſcepturum eâ lege, quòd à gleba, agrorumque cultura nunquam diſcedere velit. Tandem ſi eſſet manumiſſio perſonæ, manumittens fuiſſet perſonæ dominus, cum tamen ſit duntaxt dominus poſſeſſionum, in quibus tales coloni ſunt conſtituti. *Tertium argumentum* eſt: Quicunque liberis hominibus contrariè opponuntur, illi non ſunt liberi, ſed ſervi; ex natura oppoſitorum. Adſcriptitii contrariè opponuntur liberis in *l. fin. C.d.tit.* Reſp. In illa l. Adſcriptitii non opponuntur liberis ſimpliciter, ſed opponuntur liberis, quibus liberum eſt incundi matrimonia arbitrium. Lex ſic habet, *Si qui adſcriptitiæ conditionis conſtituti mulieres liberas quacunque mente aut quacunque machinatione ſive ſcientibus, ſive ignorantibus dominis ſibi uxores conjunxerunt vel conjunxerint, in ſua libertate permanere tam eas, quàm prolem, quæ ex his cognoſcitur procreata, ſancimus: illo procul dubio obſervando, ut ſi ex libero marito & adſcriptitia uxore partus fuerit editus, is maternæ conditionis maculam, & non paternam ſequatur libertatem: ſed ne adſcriptitii putent ſibi impunitum eſſe tale conamen, quod maximè verendum eſt, ne liberarum mulierum nuptiis ab his excogitatis paulatim hujuſmodi hominum conditio decreſcat: ſancimus & ſi quid tale fuerit ab adſcriptitio perpetratum, habere liberam poteſtatem dominum ejus ſive per ſe, ſive per præſidem provinciæ talem hominem moderatâ corrigere caſtigatione, & abſtrahere à tali muliere: quod ſi neglexerit, ſciat in ſuum damnum hujuſmodi deſidiam reverſuram.* 2. Scientia domini non continet ejuſdem conſenſum, ſed conſenſui opponitur, alioquin ſi conſenſus præceſſiſſet, non poſſet ſequi moderata caſtigatio, nec ſervus à tali abſtrahi mu-

liete. 3. Non neceſſum eſſet allegare deſidiam domini. 4. Non attenderetur conamen, quo adſcriptitius liberam mulierem uxorem ſibi conjungit. 5. Non attenderetur præjudicium, quod adſcriptitius conjunctione matrimoniali cauſatur ei, qui adſcribit. 6. Si adſcriptitius eſſet ſervus, perperam quæreretur, An adſcriptitius poſſit contrahere matrimonium? vid. differentiam, in qua *Matrimonium adeo eſt juris gentium.* ne dicam, An cum tali poſſit contrahere matrimonium? quia conjuncta non poſſet eſſe uxor, ſed eſſet talis, qualis in contubernio femina viro eſſe poteſt. 7. Sequitur inde, quod jam eſt prælibatum, in adſcriptitia conditione conſtitutos opponi mulieribus liberis non in ſummo gradu, quem ſibi vindicat modus libertatis. In genere libertatis libertas eſt naturalis facultas, quâ cuique facere licet, niſi ſi quid vi aut jure prohibetur. In modo libertatis libertas eſt naturalis facultas, quâ cuique facere licet, niſi ſi quid vi, aut jure, aut voluntate ſuæ conventionis fieri prohibetur. 8. Sic quando partus ex libero marito & adſcriptitia uxore editus maternæ conditionis maculam, & non paternam ſequitur libertatem, maternæ conditionis macula non in eo eſt, quòd adſcriptitia ſit ſervilis conditionis, ſed quia matrimonium contraxit cum eo, inter quem & adſcriptitiam matrimonium nullum conſiſtit. 9. Quòd nulla alia videtur ſubeſſe cauſa, ob quam inter adſcriptitium & liberam ſeu liberum & adſcriptitiam non ſubſiſtit matrimonium, niſi quòd altera perſona ſit libera, altera ſervilis, ad hoc etiam reſponderi poſſet, hoc matrimonium non ſubſiſtere, non ob conditionis diverſitatem, ſed vel ob tacitum pactum, quo adſcriptitius promiſit, ſe nullam uxorem matrimonio copulaturum, ne hujusmodi hominum conditio decreſcat, i.e. ne vinculum illud ſeu lex, quâ promiſerunt ſe à gleba agrorumve cultura nunquam receſſuros, hoc matrimonio ſenſim diſſolvatur, vel etiam voluptatibus, quæ inter conjuges titillare ſolent, aut curis domeſticis detenti ſegniùs fungantur iis, quæ adſcriptitiis incumbunt. Vel ob damnum, quod ejusmodi matrimonio adſcribenti immineret, ſi augeſcenti familiæ plura ſuppeditanda eſſent alimenta. Aliter reſpondet Harpprechtus *d. loc. num.* 24. Licet expreſſum ſit, Adſcriptitios matrimonium cum liberis perſonis contrahere non poſſe, non tamen continuò inde ſequi, liberis hominibus eos non eſſe accenſendos: quandoquidem & Chriſtiani quantumvis liberi cum Judæis ſive Gentilibus inire matrimonium jure prohibentur, *l. ne quis. 6. C. d. Judæ. & Calic.* Sed meo judicio hęc reſponſio non quadrat. Longè enim alia eſt ratio, quare Chriſtiani cum Judęis ſive Gentilibus matrimonium inire nequeant. Quoad Judæum ideo eſt prohibitum, quia per matrimonium cum Chriſtiana cultus Judaicus inquinari videtur, arg. *l. 15. §. 6. ff. d. excuſ.* Quoad Chriſtianum ideo eſt prohibitum, quia filii, qui ex talibus nati exiſtunt, fidem atque conditionem matris ſequuntur. 2. quia malorum conſortia etiam bonos corrumpunt; quò faciliùs corrumpet matrimonium, quod omnis vitæ eſt conſortium, *l. 1. ff. d. R. N.* 3. quia utrique conjugum ad orationem noctu eſt ſurgendum, & conjunctis precibus obſecrandus Deus, *c. 10. 12. 15. cauſ. 28. q. 1.* Quàm autem horrendum, filium, qui haberet patrem Chriſtianum, ſequi conditionem matris non Chriſtianæ! Quam cavendum bonis, ne malorum conſortia eos corrumpant! Quæ denique futuræ ſunt illæ preces, cujus tenoris aut devotionis, quam Chriſtianus & non Chriſtiana conjungent? Debuiſſet igitur Harpprechtus adducere exemplum, quo uterque matrimonia contrahere non potentium eſt Chriſtianus, ſive ſit in gradu prohibito, ſive permiſſo, quo quis non ab alio coactus, ſed conventione ſpontaneâ matrimonium ſe non initurum ſpondet. Ut verbo abſolvam, nec enim prolixiori eſſe licet, vult tertium hoc argumentum, in ſubjecta materia unicum matrimonii contrahendi impedimentum eſſe ſervitutem, quod annon à vero abludat, quivis intra propoſita & intra ſe cogitet. *Quartum argumentum* in *d. reſolut. libr. 1. tract. 2. quæſt. 5.* format Hunnius, ſed nihil aliud eſt, quàm primi geminatio, & patet ex ejus reſponſione, quæ inter adſcriptitios & ſervos ſit differentia. Si hoc ſolum, nullam eſſe differentiam, Hunnii ſententiam luculenter confirmat, ita ut ei nullum ampliùs fuerit dubium, quin ea veriſſima ſit, jurique noſtro per omnia conſentanea, quare in primo argumento non acquievit? Planiùs agam, ne Hunnianis videar difficilior, diſtinguen-

Digitized by Google

ſtinguendo inter poteſtatem plenam & abſolutam, quam qui veri ſunt domini, in ſuos ſervos habent: & poteſtatem minùs plenam ac limitatam, quæ in certi juris obligatione vim dominii & ſervitutis ſpeciem imitatur; hæcque poteſtas veram ſervitutem non inducit, licet eam non habeat libertatem, de qua Ammianus *libr. 3. c. 25. d. Epictet. diſſert. in perſona manumiſſi*, qui cum omnibus loquitur ut æqualis: quocunque voluerit, proficiſcitur: undecunque libuerit, diſcedit. Deinde diſtinguendo inter vinculum, Aliud eſt, quo quis contra naturam alieno domino ſubjicitur, & hoc vinculum arguit ſervitutem perſonæ: aliud vinculum eſt, quo quis ſe per conventionem ad certum opus exequendum ſubjicit, & hoc non arguit ſervitutem perſonæ totalem, ſed ſervitutem rei aliqualem, quâ adſcriptitio ea adempta eſt facultas domino præſcribere modum, quo ei vel in totum vel ex parte ſerviat, vel ſi lubido ferat, ei ſervire nolit.

GRADUS eſt primus in linea collaterali, *c. ad ſedem 35. q. 5.* Cujacius ad *tit. X. d. conſang. & affin.*

Videtur aliqua ſubeſſe juris Canonici ratio, quia illud tantùm conſiderat, quòd duo fratres & duæ ſorores tribuunt initium tranſverſali lineæ, & ideo in primo gradu illius lineæ eos conſtituit Henricus Cnauſtinus in *numeratione graduum conſang. & affin.* ſed jus Civile eſſe præferendum docet differentia, in qua *Graduum computatio in linea collaterali.*

Non eſt gradus primus. *l. 2. ff. d. grad. & aff. & nom. eor.*

GRADUUM computatio in linea collaterali eſt gemina. Eſt enim vel lineæ æqualis, vel inæqualis. In linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe. In linea inæquali quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe, *d. c. ad ſedem.* Vid. Decium ad *l. ult. C. d. ſucceſſ. edict. num. ult.*

Largiuntur omnes, aliam eſſe computationem Canonicam, aliam Civilem. Canonicam tamen ſervari in cauſis matrimonialibus: Civilem verò in tutelis & ſucceſſionibus. In legibus ſiquidem præcipuè ipſorum graduum mentio facta eſt, ut hereditas vel ſucceſſio ab una perſona ad alteram inter conſanguineos deferatur: In Canonibus verò ob hoc progenies computatur, ut apertè monſtretur, usque ad quotam generationem à nuptiis conſanguineorum ſit abſtinendum, Manzius *d. loc. num. 17.* Subit heic admiratio, quare communem hanc obſervantiam vix ſit, qui in dubiũ vocet, quum ſub ea tenebroſiſſimus lateat error. Audiamus Sithmannum, de quo in *diſſ. prox.* Communis eſt Dd. Pontificiorum non tantùm, ſed & plerorumque Lutheranorum & Reformatorum traditio, computationem graduum juris Civilis propriè reſpicere tantùm tutelam & ſucceſſiones ab inteſtato, in qua proximior remotiorem regulariter excludit: Canonicam verò ſupputationem reſpicere matrimoniorum cauſas, quoad gradus licitos & prohibitos. Miror ſæpe hanc conni-

In linea collaterali tot ſunt gradus, quot ſunt perſonæ ſtipite dempto. Praxis ſive modus ſupputandi in linea tranſverſali difficilior eſt, quàm in linea recta, ut agnovit Paulus in *l. ult. §. 8. d. gradib.* nimirum talis, ut rectà ſurſum in directo limite quæratur ſtipes, deinde ab eo per obliquum deflectatur ad illum, de quo quæritur. Dicam clariùs, Numerationem graduum tranſverſalium ſic inſtituere debeo, ut aſcendam à perſona defuncta ſurſum versùs, donec perveniam ad eum, qui & defuncti, & illius, qui heres eſſe cupit, autor,

Google

ventiam à noſtris Theologis & ICtis indultam & hactenus continuatam. Reſtitutâ pace religioſâ noſtri Theologi & JCti papalibus traditionibus minimè fuerunt adſtricti, nec fas & æquum erat in gratiam Papæ approbaſſe, quæ ſimpliciter juri Divino & rationi naturali & civili non ſunt conſona, præſertim cum diu jam conſtitit, Civilem computationem Canonicâ longè eſſe meliorem & ſaniorem. Pergit idem *cap.3.num.4.* Magna abſurditas eſt, quòd jus Canonicum in linea obliqua æquali non tranſit per communem ſtipitem & ita per generationes inquirit, ſed ſubſiſtit ſaltem in altero latere, quaſi in utroque non eſſent diſtinctæ generationes, ad quas numeratio per communem ſtipitem transeundo neceſſariò ſimul inſtitui deberet. Et ita dicunt fratres & ſorores diſtare inter ſe primo gradu. Regerit ibidem *num.5.* Quamvis inter plures fratres & ſorores unus non longiùs diſtet à patre, quàm alter, inter ſe tamen neceſſariò longiùs abſunt propter aliam generationem, quæ tamen ultra ſecundam non intelligitur, quantumvis pater aliquis viginti vel plures generaſſet filios & filias. Huic *num.6.* regerunt CC. ideo inter ſe diſtare gradu primo, quia à duobus conjugibus patre & matre ſunt concepti & nati, qui duo dicuntur duo in carne una, atque ſic reputantur duo unum. Ergo & liberi ex hiſce nati inter ſe fratres & ſorores in uno inter ſe diſtant gradu, quæ ratio Sithmanno admodum rudis, inepta ac jejuna eſt. Ponamus conjuges ex voluntate Divina reputari unam carnem propter conjunctionem matrimonialem, imò filios & filias ex hiſce natos eſſe in primo gradu. Ex hoc tamen minime ſequitur, ipſos filios & filias inter ſe, quatenus ſunt fratres & ſorores, diſtare ab invicem gradu primo, non enim frater generat fratem, quemadmodum pater filiam & filium. Eadem ratio eſt Conſobrinorum, quos locant in gradu ſecundo, & Sobrinorum, quos locant in gradu tertio: cum tamen illi ex naturali generatione revera ſint in quarto, hi verò in ſexto; quia tot amborum ſunt generationes. Si enim nudæ ac ſolæ perſonæ facerent gradus ſine ſanguinis ac generationis conjunctione, monſtroſa hæc admodum fieret graduum computatio, V.C. pono Abrahamum, Ciceronem & Julianum Apoſtatam, ſunt quidem hæ tres perſonæ, verùm quia nulla inter eos doceri poteſt generatio, Abrahamum patrem generaſſe Ciceronem & Julianum, Ergo & nulli hi gradus cenſendi, multò minùs Cicero diſtat à Juliano gradu primo aut ſecundo. Præſtat itaque ad generationes legitimas haberi intuitum, aut ad perſonas tantùm, ſed quatenus ſunt generatæ à patribus ſuis immediatè vel mediatè, quod utut ſatis rationabiliter intelligant CC. præfractæ ſuæ abſurditati inſiſtere malunt. Ulteriùs in linea aliqua inæquali major adhuc conſpicitur ineptitudo, quòd in illa linea remotior à communi ſtipite perſona æqualiter diſtare fingatur ab alia quadam perſona alterius lateris, quæ tam longè à communi ſtipite abeſt vel non abeſt. Præter ea, quæ habet Sithmannus *d.loc.n.15.16.17.* non obſtat illud *num.18.* quòd matrimonium ſit ſpirituale & ſacramentum, ideoque jus Canonicum ſit ſequendum. Operosè ibidem reſpondet, nos breviter, An ſit ſacramentum? vid. differentiam, in qua *Matrimonium Clericis non eſt commune.* An ſit ſpirituale? ponamus, non manet ſpirituale, hoc modo à Canoniſtis novâ graduum computatione inquinatum. Ecquis idem affirmet eſſe ſpirituale, & eſſe à Canoniſtis traditum. Sed enim mutavit Pontifex hanc computationem, ut etiam in quarto gradu videatur permittere conjunctionem, quibus fundamentis vid. differentiam, in qua *Conſobrini matrim.* Etiam in ſucceſſione feudali computationem obſervari civilem pluribus tradit Hahn. *diſp.feud.6.th.38.* & qui potuiſſet obſervari Canonica tunc temporis ignota, nunc temporis malè nota? NB. Si jus Canonicum fortè à ſeipſo diſſentiat, in hoc agnoſcimus errorem, quem Julius Paulus admixtis Aniani interpretamentis ſub nomine quidem Iſidori, ſuggeſſit.

origo ſive ſtipes eſt. Quo invero deſcendo ad eum usque, qui heres eſſe cupit, & omnes deinde generationes ſive perſonas numero, tam in aſcenſu quàm deſcenſu, ſingulisque ſuum gradum aſſigno, Manz. *d.loc.n.28.*

Quæ

Digitized by Google

Quæ aliæ & frivolæ rationes ſunt Canoniſtarum, eas congeſſit Rittershuſius in *differ. Jur. Civ. & Can. libr. 1. c. 8. claſſ. 1.* ut quòd hereditas rerum per legales inſtrumenrorum definitiones usque ad ſeptimum gradum protendat heredum ſucceſſionem. Quid hoc eſt dicere, aut quis ſanus unquam ita locutus eſt? hereditas rerum protendit heredum ſucceſſionem. Ex hac ratione inferre volunt: Ergo etiam prohibitio conjugii protendi debet ad ſeptimum gradum usque. Sed quæ eſt hujus conſequentiæ ratio? profectò nulla. Infertur enim à ſeparatis. Quid enim commune habet hereditas cum matrimonio? Certè matrimonii ratione inter conjuges non ſucceditur, niſi deficientibus omnibus cognatis, *t. t. ff. & C. und. vir & ux.* Deinde jus Civile non tantùm ad ſeptimum usque gradum vocat ad ſucceſſionem cognatos: ſed etiam ad decimum usque agnatos, *§. fin. d. ſucc. cogn. l. ult. C. und. legitim.* Si ergo ubique ab hereditatibus ad matrimonia rectè arguere poterimus, hinc efficietur, ut debuerint matrimonia etiam ad decimum usque gradum prohiberi ſaltem inter agnatos, quoniam hi, etiamſi decimo gradu ſint, ad ſucceſſionem admittuntur. Altera ratio deſumpta in *c. un. 35. q. 4.* à ſex ætatibus totius mundi, ex arena funiculos nectit, & quidvis ex quovis infert ac probat. (Tertiam rationem in *d. diff.* indigitavi.) Subdit Rittershuſ. in *d. loc.* Mirum eſt, quòd non addiderint his quatuor humoribus, qui conſtant ex quatuor elementis, quia & quatuor ſunt venti principes, & quatuor cardines cœli, quatuor plagæ mundi, & quatuor Evangeliſtæ, & quatuor rotæ plauſtri, & quatuor virtutes Cardinales, & quatuor partes ſeu horæ anni, & quia quaternario numero Pythagorei ſingulare myſterium & divinitatem quandam ineſſe putarint, & quæ alia hujusmodi ab Arithmologis curioſè obſervata ſunt. Non immeritò igitur hæc ratio à viris doctis deriſa, exſibilata & exploſa eſt: quam tamen impudentia Jeſuitica defendit, vid. Bellarminum *libr. 1. d. matrim. ſacram. c. 29. in fin.* ubi addit non eſſe quidem rationem primariam, ſed tamen ut congruentiam quandam afferri, nec eſſe ineptam aut ridiculam, ſed planè phyſicam. In quarta generatione ex *Thom. Aquin.* videri totum ſanguinem paternum periiſſe: in prima generatione confundi ac perire vim igneam i. e. id, quod eſt ſubtiliſſimum. 2. vim aeream. 3. vim aqueam. 4. vim terream. Sed ineptias has Phyſicis refellandas relinquamus, & plus deferamus diſpenſationi Pontificis, qui has conſobrinorum nuptias permittere poteſt, quam ejusdem conſtitutioni, quâ eas & ulteriores prohibet.

GRADUUM computatio in linea recta ſic ſe habet, Quot ſunt perſonæ dempto ſtipite, tot ſunt gradus. *c. ad ſedem. 35. q. 5.* Vid. Cujac. ad *c. 3. & ult. X. d. conſang. & aff.* non fuiſſe ullam idoneã cauſam, cur Rom. Pontifices aliter numerarent gradus, quàm juris Civilis authores, niſi fortè nimium ſtudium, quo ducebantur coërcendarum, ne dicam arcendarum nuptiarum,

Eandem ferè retinuerunt Canoniſtæ, quæ juris Civilis eſt, ut tamen quodammodo ſingulares videantur, loquuntur dempto ſtipite. Canonicæ hujus computationis abſurditatẽ demonſtrat Sithmannus in *idea arboris conſanguinitatis & affinitatis c. 3. n. 2. 3.* Jus, inquit, Canonicum gradus numerat ex nudo perſonarum numero: jus Civile vero ex generatione, quæ verior eſt ſupputatio: perſona namque addita perſonæ per generationem facit gradum: non perſona per ſe & ſeorſim conſiderata: perſonarum enim, quâ talium, nulla inter ſe, niſi generationis earum intuitu, poteſt eſſe dependentia & neceſſitudo. Deinde jus Canonicum in linea recta ſupputat gradus ex perſonarum numero, & ſtipitem, qui cognationis eſt origo, & per quem perſo-

Quot ſunt generationes, tot ſunt gradus. Addit Manz. *ad rubr. J. d. grad. cogn. num. 24.* quot ſunt remotiores generationes: nec citra rationem, quia plures generationes poſſunt eſſe in eodem gradu.

næ, de

næ, de quarum cognatione quæritur, conjunguntur, planè tollit: perquam autem abſurdum eſt dari filium, qui non numeretur à patre, vel dari patrem, qui non deſcendat ab avo, & ſic in ceteris. Hactenus Sithmannus. Si tamen intueamur praxin, res eodem recidit. Praxis eſt talis apud Manzium *d.loc.num.21.* Initium facio ab eo, de cujus cognatione quæritur, Paul. in *l.*10. §.9. *ff. d.gradib.* V. G. à defuncto, de cujus hereditate diſceptatur, & progredior ſurſum vel deorſum rectà per ſingulas generationes, usque dum perveniam ad eum, qui heres eſſe cupit: vel vice verſâ ab eo, qui heres eſſe cupit, usque ad eum, qui defunctus fuit, & tunc numeratis iſtis duabus & omnibus perſonis (ſive generationibus potiùs) intermediis, tot eſſe gradus pronuncio, quot perſonas (ſive generationes) reperio, unâ ſolâ demptâ, vel eâ, de cujus cognatione quæritur, vel eâ, à qua incipit numeratio, vel quacunque aliâ, quia parum intereſt.

Graduum prohibitio in linea recta non procedit in infinitum, *c.non debet. X. d.conſang.& affin.*

Nulla eſt differentia, quia *d.c.* non eſt accipiendum de linea recta, quæ non fuit controverſa, ſed de tranſverſa, ut ex textu ipſo facile eſt colligere, qui eſt correctorius juris veteris, quo inter tranſverſales erant prohibita matrimonia usque ad ſeptimum gradum, *can.1. can. nullum & paſſim.* 35 *q.2.* Adhæc ſuper linea recta non eſt, cur valde ſimus ſoliciti, cum vix contingere poſſit, ut cupiant aliqui inire matrimonium in gradu quinto aut ulteriori. Aut enim ante moriuntur, aut ita ſunt inæquales quoad ætatem, ut abſurdiſſimum foret tales conjungi, imò velle conjungi, Bellarm. *contr.tom.2.d.matrim. c.24.in fin.*

Procedit in infinitum, *§.1. J.d.nupt.l.53. ff. d.Rit. nupt.*

Græca legit Pontifex, imò ad græca exemplaria provocat, *c. etſi Chriſtus.X.d.jurejur.*

Etiam græcos textus eſſe authenticos oſtendit Cujacius ad *l.1.d.ll. ad libr. defin. Papin.1.obſ.* 10. & ex eo Tabor ad *axiomata Barboſæ libr.7. c.13. axiom. ult.* licet autem variè arioletur gloſſa in reddenda phraſi græca, *l.* 29. §.1.*ff.qui teſtam. fac. poſſ.* tamen benè græciſſat, *l.*1. §.3.*verb.dietarii. Naut. caup. ſtabul. &c.* interpretatur græca, *l.6.* §. 1. *verb. theatra. d. div. rer. & qual.* laudatque Græcos Interpretes in *l.6.* §. *ult.d.religioſ in voce cenothaphium.* Obſervanda tamen ſunt duo. Unum quoad Græcos Interpretes, alterum quoad Græcorum Interpretes. Quoad Græcos Interpretes non exaggerabo quid de Harmenopulo & aliis judicarint Commentatores; ſed poſt Fornerium *libr.ſelection.2.c.18. in fin.* haud ſcio, ſatin ſani ſimus in dijudicandis Romanorum ſcriptis, ſi perpetuò à Græculorum ſcriptis pendeamus, & quicquid *μεταφραστικῶς* attulerint, ad digiti crepitum protinus amplectamur & probemus. Quoad Græcorum Interpretes, in iis tria deprehendo vitia. 1. licentiam. 2. affectationem. 3. ignorantiam. Licentiam, de qua etiam in differentia, *Bona delinquentium.* Et nihil aliud eſt quàm callidum veteratorum conſilium, cui diſplicet ſimplex docendi juris via, & pluris æſtimant emendatrices manus, quæ, quòd ſinceris & integris locis corrumpendis admoveantur, audaces ferulaque dignæ communi indignationi obnoxiæ ſunt. Affectationem deprehendo eam, quæ eſt *l.*31. *in pr.ff.d.ſolut.* in qua inter artifices longa differentia eſt & ingenii & naturæ & doctrinæ & inſtitutionis. Ignorantiam denique Accurſianam deprehendo in latinis partim, partim in græcis. Quot obſecro in Accurſianis gloſſis occurrunt deliramenta. In §.*itaq; in verb.vacuæ.proœm. Digeſt.* vacuam notionē Accurſius exiſtimat eſſe eam, quam à magiſtratu conſequebantur diſcipuli, eò quòd tunc vacarent in ſcholis. In §.*filiusfamilias. Inſt. quib. mod. jus patr. pot. ſolv.* patres conſcriptos dictos eſſe autumat, eò quòd haberent nomina ſcripta in diademate. In

Græca ſunt, ergo legi non poſſunt. Ideò *§. 1. l. 15. ad L.Corn.d.ſicar.* planè à veteribus eſt omiſſus, à Gothofredo reſtitutus. Hic ſequitur Græcum, quod intelligi non poteſt, inquit gloſſa in *l.19. §. 2.verb. à viatore.d.Judic.*

te. In *l. ſi quis mihi.16.ff.mandat.* ſphæriſterium & hypocauſtum interpretatur loca amœna herbis & ſtatione ſubterraneâ in æſtate bona. In *l.57.ff.d.t.* Venaliciarium ex provincia reverſum intelligit ſervorũ emptorem, quum tamen mango per eum intelligatur, qui ſervos vendere ſolet, arg. *l. mercis.66.ff.d.V.S.* Quis non errorem animadvertit in *l. item legato. 49. in pr.ff.d.leg.3.* ubi Burdones dicit eſſe baculum, quo efferatur dominus vel domina, vid. *l. qui duos. ff. eod.* In *l. fin. C.d. judic.* duumviros dictos eſſe putat quòd duorum ſuffragiis eligerentur, cum tamen nemo non videat vocabulum illud à numero potiùs originem ſortiri, quod duo viri ſint: efficeretur enim aliàs hac ratione duumviros etiam eſſe, licet decem eorum ſint, modò duorum ſuffragiis ſint electi, quod æquè inconveniens eſt. In *d. proœm. Dig. §. ſed quia ſolet.5.* Imperator λύτας eos vocat, qui juris nexus ſolvunt, à græco verbo λύω, quod eſt ſolvo. Ibi Accurſius legit pro vocabulo λύτας hircos, quaſi idem ſit, quod ſubtiliter videre. Non erat, quare Accurſius in *l. facta. §. ſi in danda. ff. ad SC. Trebell.* de ſuo nomine gloriaretur, ſe inde denominatum, quòd occurrat contra tenebras juris: honeſtiùs ſe excuſaſſet, ut in *§. item pretium. 2. I. d. empt. vend.* Vid. Langium *d. pact. c. 4. num.57. & ſeqq.*

GRAMMATICA & Grammaticæ ignorantia æquiparantur; ſic in *c. Cleros. diſt.21.* Lectores à legendo dicuntur: licet quidam lectores ita miſerabiliter pronuncient, ut quoſdam ad luctum lamentationemq; compellant. Vid. Barboſam ad *c. ad audientiam. X. d. reſcript. & ad c.37. num. pen. X. d. R. J.*

Utrumque jus conciliari poteſt, ſi modò in Grammatica obſervetur, quod in jure, ut neq; negligentia craſſa, aut nimia ſecuritas expedita ſit, neque delatoria curioſitas exigatur, *l. 6. ff. d. jur. & fact. ign.* Sic enim quadraret illud *c. ideo. diſt.37.* qui ignorat, ignorabitur. Fuerit M. Pomponius Marcellus ſermonis Latini exactor moleſtiſſimus, & adeo ſolœciſmum à Cliente factum exprobrare perſeveraverit, ut neceſſe habuerit dilationem petere, ut Grammaticum adhibere poſſet; nos non rigidè exigendam, aut ſubtilem Grammaticæ ſcientiam in viro practico requirimus. Sic Benedictus Paſſavantius deprehendit in Petro Lyſeto mulitatem Alvernicam ac aſinitatem Arcadicam, quàm ſit in proceſſibus ſecularibus multùm finis, qui intitulavit præfationes ſuas ſanctis & ſanctabus paradyſi. Idem error deprehenditur in quæſtione, quâ quæritur, ſi quis ita dixerit: *Baptizo te in nomine patria, filia & ſpiritu ſancta*, utrùm talis ſit rebaptizandus? Reſpondet Zacharias Papa in *can. retulerunt nuncii. 86. d. conſecr. diſt.4.* hiſce verbis, Sanctiſſime frater, ſi ille, qui baptizavit, non errorem introducens aut hæreſin, ſed pro ſola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguam baptizans dixiſſet, non poſſumus conſentire, ut denuo baptizentur. Vid. Alciat. *libr.9. par. c.24.* juxta quem reſpondemus adverſario, de jure, non de ſolœciſmo inſtitui controverſiam. Ad *c. Cleros.* reſpondetur, illud adeo non refragari, ut oſtendat, quemadmodum à lectione ad miſerabilem pronunciationem non progredimur; ita nec ab iis, quæ ſunt juris, ad ea, quæ ſunt facti, ne tandem jus & injuria unius aſſertione terminentur. Denique ii, in quibus Grammaticæ dominatur ignorantia, ſui non recuſent emendationẽ, aut idem faciant, quod aſini cicutâ paſti facere in Thuſcia dicuntur, quos Matheolus ſcribit tam arcto ſomno conſopiri, ut planè mortui videantur: adeò ut ruſtici plerumque ad pellem detrahendam accedant, & partem ejus dimidiam detra-

Non tantùm Grammatica & Grammaticæ ignorantia, ſed etiam Grammatici & Grammatiſtæ opponuntur, ita ut Grammatici ſint, qui Homerum, Virgilium, alioſque graves autores profitentur: Grammatiſtæ ſunt magiſtelli illi abecedarii, qui pueros primis tantùm literis imbuunt, Borcholt. ad *§.5. I. d. excuſ. tut.* Harpprecht. ad *eund. num.4.*

hant, priusquam aſini excitentur. Verùm ubi ad mediam tergoris partem ventum eſt, tum illos repente in pedes exſilire, & dimidiâ pellis parte propendente fœdum faucibus ruſſis rudorem edere, ſic ut ruſtici interdum magno terrore afficiantur. Eodem terrore afficiant obſcuri illi Gymnaſiorum & macilenti inſidiatores, qui periculoſæ artis profeſſione Scholaribus imponunt, & rei novitate pecuniolam ab incautis emungunt: oſtentant, quod puerulis eſt gloriæ, memoriam: denique multorum lectionem ante fores explicant, cum interim vacua ſit domus: roſas ſpargunt, quas comedant, qui inde ſui mutationem cum Apuleio acquirunt. Mereantur Equæ hæ Cantabricæ, vento imprægnatæ facili, ſuos Compatres: fallant ætatulam eorum, qui videri volunt gens togata: emendicent ſubdole ſuos admiratores, qui tot tremendis nominibus illaqueati aures arrigant, manus compectinent, naturæ miracula venerentur. Nos exoletorum majeſtati non aſſurgimus. Loquantur Pharmacopolæ, non adeo ægri ſumus, ut iis nos committamus. Si nobis in aſſidua vocabulorum enodatione ſedentibus lumbi doleant, levis erit opera erigi in pedes & ipsâ inambulatione contemnere Medicum: levior erit non ſedere, ne doleant. Poſſet & hoc addi, ſecernendas eſſe perſonas. Sic apud Linmæum *de jure publ. tom. 1. libr. 2. c. 8. num. 33.* non illepide Sigismundus reprehenſus in Concilio Conſtantienſi à Cardinale Placentino ob verbum vitioſum, Si ſupra leges, inquit, ſumus, quare ſupra Grammaticam eſſe non poſſumus? Sed enim poſſit eſſe Imperator ſupra Grammaticam & ſuæ eminentiæ radiis totum impleat mundum, non tamen adeo errorum pellere poteſt nubem, ut error non ſit error. Vid. eundem Limnæum *libr. 6. c. 6.* apud quem Baldus in *l. quoniam. C. d. teſt.* leges Priſciano ſubjacere non vult. & poſtquam reprehendiſſet Valla Bartolum, quod inſigniis pro inſignibus dixit, ſubjicit Limnæus, Sed iſtas penulatorum argutias nec Bartolus, nec cæteri Juris Commentatores magnifecerunt. Hoc tamen in honorem Bartoli eſt adjiciendum, Nos non concedere Bartolum contra Grammaticam eſſe loquutum: tribuit quidem hoc dictum (de verbibus non curat JCtus) Ludovicus Vives Bartolo, ſed unde Hiſpanus homo hauſerit, nec Chriſtophoro Walthero in *tract. Juridico-polit. d. ſtat. jurib. & privil. Doct. omn. Facult. c. 11.* conſtat, nec verſatiſſimo alioquin in libris Bartoli JCto. Cunrado Dinnero in *præf. epith. Græc.* conſtare poteſt. Fatemur tamen, quod de ſuo mihi largiatur Pontifex in *c. Clericis. d. imm. Eccleſ. in 6.* Bartolum nonnunquam ignorantiam verborum ita habere ſaiſitam ac arreſtatam, ut inde eluctari nequeat. Idem ſæpenumero accidit Baldo, non tamen Grammaticalem curam prorſus ejurat. Sic enim *conſ. 209. Illa verba, poſt med. ver. caſus eſt dubius. libr. 3.* Expoſitio debet fieri, ut falſa Latinitas Grammaticæ evitetur, quia rectum ſermonem ſequi debemus. Non obſt. aliquos Grammaticæ eruditioni ignorantiæ antehabere barbariem, & credunt fortean meliùs habuiſſe Germaniam, quum, ut eſt apud Tacitum, eſſet in univerſum aut ſylvis horrida, aut paludibus infœcunda, aſpera cœlo, triſtis cultu conſpectuque, humidior, quà Gallias, ventoſior, quà Noricum ac Pannoniam adſpicit, frugiferarum arborum & omnis culturæ impatiens: vel, ut eſt apud Senecam, quum Germani errarent incertis ſedibus: eſſent apud eos perpetuæ hyemes: ſolum infœcundum: nullæ ædes: quum venationibus viverent: ubicunque nox feſſos laboribus deprehendit, cubarent ſub frondibus, aut in ſpeluncis foveisve: quum non haberent domos, ſed caſas foliis & culmis contectas. Sic Laurentius Surius, Carthuſianus in *commentar. rer. in orb. geſt. ad ann. 1509.* Videmus cum literarum excultiori peritia tot paulo poſt errores invectos, ut nemo id pro dignitate deplorare queat. Solent horum temporum novi Evangelici, qui plerumque ſolâ linguarum peritiâ imperitæ multitudini ſeſe venditant, acerbiſſimè in Catholicæ Eccleſiæ abuſus invehi, ita ut propter abuſus etiam res ipſas è medio tolli velint, imò & è medio locis non paucis ſuſtulerint. Sed cur illi non eodem zelo è tota Europa literas politiores & linguarum cognitionem proſcribunt? An verò obſcurum eſt permultos hodie literarum peritiâ petulantiſſimè abuti? Cum ergo propter literarum & artium abuſum eas damnari nolint, quid ita impotenter Eccleſiæ abuſus unà cum rebus ipſis tollendos vociferantur? Multi hodie inſigniter eru-

diti tur-

diti turpiſſimè errant, nec erroris alia ferè cauſa eſſe videtur, quàm ipſa eruditio: quanquam non eſt in cauſa eruditio, ſed eruditionis abuſus. Cum enim qui verè eruditi ſunt, tantò debeant eſſe ſubmiſſiores & modeſtiores, quantò ſunt inſigniori eruditione prædit; iſti contra ſuâ eruditione efferuntur: & cum linguas utcunque calleant, putant ſe etiam in rebus Theologicis plus videre, quàm vel tota videat Schola Pariſienſis, imò Eccleſia univerſa. Mi Suri, non dulcia cantas & impudentiſſimè Carthuſiani capitis jactas cerviculam. Eſſe eruditionem, deeſſe autem eruditioni propitium famæ calculum, quis in hoc errore Pontificio candoris legem non deſideret. Maneat impietas impia, impietatis gravitatem vera non tolerat eruditio: non ab arrogantia audaciam ſumit: non ſpe impunitatis inſtructa in præpoſtera circa religionem ſenſa exſurgit. Et verò ſi iniqua fovet ac tueri poteſt eruditio, cur religio Pontificia tot in locis, qui eruditionis prærogativâ meliuſcule audiunt, deſerta, tot iniqua, quæ ſub eruditionis velamento latebant, eruta, tam horrenda, ſolis ſubtilitatibus infeſta, juſtæ vindictæ expoſita? Graſſata ſit aſſertionum temeritas, tandem meritiſſimò vapulat, recenſetur, impugnatur, ſtigmata, quæ in probis autoribus notabat, ſub cruce excipit.

GRAMMATICÆ artis ignorantia toleratur in epiſcopis vel presbyteris, ita ut, licet aliquid vitioſum proferant, non tamen ideo à Scholaſticis ſint diſpiciendi, *can. quamvis. can. ſedulò. diſtinct.* 38.

Hoc quidem inculcat jus Civile, an ſemper aſſequatur? vid. Ant. Matthæũ in *colleg. fund. Jur. in corollar. poſt diſp.* 12. Lycklamam. 3. *membran. ecl.* 16. P. Fabr. *ad l.* 12. *ff. d. R. J.* Sic inculcat jus Canonicum in *c. cum in cunctis.* 7. *X. d. elect. & elect. pot.* in *can. ſi in.* 3. *diſt.* 38. in cunctis ſacris ordinibus & Eccleſiaſticis miniſteriis ſint ætatis maturitas, gravitas morum & literarum ſcientia, quâ quis commendabilis demonſtretur. & in *c. ad audientiam.* 11. *X. d. reſcript.* iis, quæ manifeſtum continent in conſtructione peccatum, non adhibetur fides. Niſi peccatum ſit modicum, aut aliquid ſit omiſſum. Sic in *c. ex parte.* 11. *X. d. fid. inſtrum.* Honorius III. interrogatus, an reſcriptum valeat, in quo deerat lit. O. in verbo ſpoliarunt, reſpondit, hoc non obſtante in negotio ipſo præviâ ratione procedendum eſſe. Vel niſi tale ſit peccatum, quod primæ in docendo celebritatis magiſtro excidere poteſt. Vel niſi peccatum videatur proletariis, qui promptiùs prolem, quàm verba ſufficerent. E quibus pateſcit, in utroque jure errorem poſſe committi, ignorantiam ſupinam non tolerari, & cujusvis eſſe, etiam in jure Canonico cogitare illa initialia, quæ ſunt in *c. ſtudeat.* 39. *diſt.* 50. Studeat Sanctitas tua, ne indignatio erumpat, ut Ruffinus erupit apud Pontificiorum legenda in Diabolum, adversùs Latinitatis rudes, Aperi os tuum & ego ſtercoriſabo in illud. Vel ut erupit Eraſmus in *colloq. d. captandis ſacerdotiis.* cui felicius redeunt, qui aſini redeunt ſacerdotiorum ſarcinâ graves. Vel, ut Phil. Francus ad *c. cum ex eo.* 34. *d. elect. in* 6. Univerſalem Eccleſiam indigere ad ſui regimen viris literatis, & non porcis & aſinis ferratis. Vel, ut molliſſimè agamus, quod in Laicis eſt ignorantia, in Epiſcopis & Presbyteris errore excuſatur, ne forſan ignorantiæ ſuſpicio, quæ facilè poſſet deprehendi, *c. num ſit ars.* 14. *X. d. ætat. qual. & ord. præfic.* eruditam eorum famam contaminet. Denique unius aut paucorum error non magis Latinitatis aſſertoribus in jure Pontificio detrahit, quàm oleum non conſecratum, quod conſecrato oleo commiſceri poteſt, *c. quod in dubiis.* 3. *X. d. conſecrat.*

Utrumque requirit Imp. Julianus in *l.* 7. *C. d. profeſſ. & Med. libr.* 10. juxta quem magiſtros ſtudiorum Doctoresque excellere oportet moribus primùm, deinde facundiâ.

Non o. *l.* 8. *d. ſtat. hom.* in qua non eſt error in voce, ſed eſt error falſæ denominationis.

Google

H.

HABILITAS ſuperveniens convalidat actum nullum, quia utile per inutile non vitiatur, *c. utile. d. R. J. in 6.* & non præſtat impedimentum, quod de jure non ſortitur effectum, *c. non præſtat. eod.*

Triplex interpretatio extrahi poteſt. Prima eſt, Quòd habilitas ſuperveniens convalidet actum nullum. Secunda eſt, Quòd non convalidet. Tertia eſt, Quòd convalidet, ita tamen ut novus accedat conſenſus. Sub prima interpretatione cõtinentur caſus, quos cumulat Cardin. Tuſchus *lit. H. concl. 6.* & ſunt circa minorem, qui tacuit per quinquennium major factus: circa eum, qui contraxit matrimonium ante ætatem: circa electionem factam ad beneficium de perſona incapaci ſub conditione, ſi fiat capax; quia ſequutâ capacitate electi valet electio à principio: circa ſpurium incapacem, quatenus efficiatur legitimatus & capax. Putaverim tamen cum Aretino *conſ. 142. num. 3.* hanc conditionem, ut ſit vera, vel debere reſtringi, vel declarari, quando inhabilitas non eſt expreſſa per ſe, nec per relationem certam, ſed ſub velamine & verbis generalibus. Alios duos caſus ex Menochio & Bartolo ibidem ſubjicit Tuſchus circa ſucceſſiones ab inteſtato, & circa actum, qui ab initio valuit, & medio tempore ſupervenit inhabilitas. Verùm neuter caſus ad rem facit. Non prior, quoniam in ſucceſſione ab inteſtato non attenditur tempus facti teſtamenti: ſecus eſſet in ſucceſſione extranei ex teſtamento, de qua notiſſimum eſt requiri tria tempora, tempus conditi teſtamenti, mortis teſtatoris, aditæ hæreditatis. Non poſterior, quoniam non dubitatur circa actum, qui ab initio valuit. Secunda interpretatio videtur eſſe juris Civilis, verùm aliam in eodem invenimus, non quòd habilitas ſuperveniens non convalidet, ſed quòd inhabilitatem perſeverare ſit neceſſum. Sic in *l. pen. ff. d. condict. ſine cauſ.* nihil refert, utrumne ab initio ſine cauſa quid datum ſit, an cauſa, propter quam datum ſit, ſecuta non ſit. Non obſt. *d. l. 83. §. 5. ff. d. V. O.* ad quam ipſa l. reſpondet. Nec diſtinguimus cum Porcio inter ſcientes & ignorantes: non etiam diſtinguimus, An ſtipulator ignoret, & promiſſor ſciat conditionem rei, quia nec hoc caſu ſtipulatori competit actio ad intereſſe propter dolum promiſſoris, licet contrarium teneat in contractu emptionis, *§. ult. I. d. empt. vend.* Non o. *l. 29. ff. d. R. J.* quam limitant vulgò, niſi ſequantur duo, vitii ceſſatio & noviſſimus actus. Tertia interpretatio eſt juri Canonico & Civili communis, nam modò novus requiritur conſenſus, modò abeſſe poteſt. Abeſſe poteſt in iis caſibus, qui ſub interpretationem ſecundam ſunt relati. Requiritur vel in caſu electionis, vel in caſu delegationis, vel in caſu compromiſſi, vel in caſu matrimonii. In caſu electionis, ſi tempore electionis quis erat illegitimus, non ſufficit, ſi tempore confirmationis ſit legitimatus per ſubſequens matrimonium, Calder. *conſ. 47. in fin.* In caſu delegationis qui hodie eſt habilis, & tempore impetrationis erat inhabilis, non poteſt procedere, gl. in *c. ſtatutum. in verb. habentibus d. reſcript.* In caſu compro-

Vel non attenditur habilitas ſequutura. Sic in *l. 83. §. 5. ff. d. V. O.* non valet ſtipulatio liberi hominis, licet ſervus fieri poſſit: non valet ſtipulatio loci ſacri religioſive, licet profanus fieri poſſit, quia caſum adverſamque fortunam ſpectare liberi hominis neque civile neque naturale eſt, & de his rebus rectè negotium geritur, quæ ſubjici uſibus dominioque noſtro ſtatim poſſunt. Vel attenditur habilitas ſequutura, an ejus aliquis ſit effectus? tunc reſpondet, *l. 29. ff. d. R. J.* Quod initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis convaleſcere.

Digitized by Google

compromiſſi Arbiter inhabilis tempore compromiſſi, licet tempore laudi habilis ſit factus, ut quia major ſit factus, laudum non valet, Specul. in *tit. d. arbitr.* §. *poſſunt. ver. quid ſi pendente.* In caſu matrimonii, ut non procedat in matrimonio contracto inter inhabiles ad contrahendum, puta quia ſint conſanguinei; quia licet contrahant ſub conditione, ſi Papa diſpenſaverit, ſequutâ diſpenſatione requiritur novus conſenſus, nec convalidatur matrimonium ex conſenſu primo, Aretinus *d conſ.* 142. *in pr. num.* 1. & 2. *ver. Sed eſt advertendum.* Novo huic conſenſui non obſtat *c. utile. d. R. J. in* 6. quia in illo quæritur, An utile, quod antecedit, vitietur per inutile, quod ſequitur, cui reſpondet regula juris Civilis *l.* 85. §. 1. *ff. d. R. J.* in qua non eſt novum, ut, quæ ſemel utiliter conſtituta ſunt, durent, licet ille caſus extiterit, à quo initium capere non potuerunt. 2. utile per inutile non vitiatur, ſi inutile ſegregari poſſit. Sic in *l.* 94. *ff. d. tit. d. R. J.* Non ſolent, quæ abundant, vitiare ſcripturas. Vid. Gailium 1. *obſ.* 124. *num.* 3. & 2. *obſ.* 1. *num.* 2. 3. Utile per inutile non vitiatur, ſi diverſi ſint actus, ut poteſt quis actum conſtituere, licet alius tam anguſtum locum demonſtraverit, ut neque vehiculum neque jumentum agi poſſit. 4. Utile per inutile non vitiatur, ſi inutile conſiſtat tantùm in cauſa impulſiva, nam cauſæ finalis utilitas non tollitur per cauſam impulſivam non æquè efficacem. Non etiam o. novo huic conſenſui *d c. non præſtas. d. R. J. in* 6. Non enim ibi quæritur, An utile per inutile vitietur; verùm an ejus, quod eſt inutile, aliquis ſit effectus. Vid. Gailium 1. *obſ.* 21. *num.* 12. *obſ.* 48. *num.* 3. *obſ.* 105. *num.* 13. & *d. arreſt. c.* 4. *num.* 13. Deinde non præſtare impedimentum juxta Peckium ad *d. cap.* eſt viribus carere, omnique juris (etiam Canonici) ſubſidio deſtitui.

HABITUS non facit monachum, ſed profeſſio regularis, *c. porrectum.* 13. *X. d. regular.*

Habitus diſtinguit homines, *l.* 15. §. 15. *ff. d. injur.* *l.* 15. §. 5. *ff. d. Uſufr.*

Nulla eſt differentia, quia mens juris Canonici hęc eſt, etiam quem eſſe monachum, antequam habitum induat, poſtquam verò ſe monachum profeſſus fuerit, ejuſdem habitum affirmat. Sic ſtatuit Clemens V. *clem.* 1. *d. ſtat. monach.* ut ſuperior veſtis, monachorum habitui proxima, nigri, bruni aut albi coloris exiſtat: nec in qualitate panni regularis excedatur modeſtia, nec quæratur, quòd pretioſius & ſubtilius, ſed quod utilius valeat inveniri. Sic etiam veſtis ipſa rotunda per circuitum & non ſciſſa, nec longitudine nimiâ aut brevitate notanda: largas etiam manicas habeat uſque ad pugnum protenſas, non conſutitias, vel quomodolibet botonatas. Almutiis de panno nigro vel pellibus caputiorum loco cum caputiis habitus, quem geſtaverint, ſint contenti: juxta tamen diſpoſitionem Abbatis ſciſſis ſuper humeros, & honeſtis caputiis uti poſſint. In veſtibus ſendatum pro ſoderaturis non portent. Æſtivalibus largis aut botis altis pro calceamentis utantur, &c. Vel poteſt jus Canonicum ita explicari, quod etiam in monacho, qui habitum aſſumpſerit, non æquè habitus æſtimetur, ac profeſſio regularis. Facit *gl. ad d. clem. in verb. ſacra.* Sanctitatem, inquit, & venerationem hujus Ordinis oſtendunt documenta patrum & abundantia temporalium, quibus monaſteria hujus Ordinis pullularunt: ſed nunc, proh dolor! quod in multis deficiunt verborum & exemplorum documenta: & ad inſtar filii prodigi diſſipatæ ſunt patrum ſubſtantiæ: & quandoque noſtri cupiunt de ſiliquis replere ventrem ſuum. Et cum habitûs nigredo in modificationem carnis, & vitiorum fuerit inventa, utinam meritorum & virtutum obfuſcationes per illam hodie non ſignentur. Hactenus gloſſa. Sic textus eſt expreſſus in *c. ex multa.* 9. *X. d. vot. & vot. redempt.* in quo religioſi vocantur etiam epiſcopi, qui religionis habitum ſuſceperunt, quorum plures idiotæ ſunt & ignari juris; ſed etiam epiſcopi, qui ſicut dignitate præcellunt, ſic & religione debent aliis præeminere.

HÆREDIS inſtitutio confertur in alterius ar-

Non confertur in alterius arbitrium, quia

Vide tamen Covarruviam *tom.* 1. *d. teſtam.*

Digitized by Google

bitrium, *c.cum tibi.X.d.teſtam.* ubi abſolutè intelligenda eſt ultima voluntas commiſſa alterius arbitrio, ſive ad pias cauſas, ſive non, quod ſit legitima, adeoque teſtator inteſtatus non moriatur, Ludvvel. in *tract.d.ultim.volunt.part.*1. *c.*1. *num.* 2. *in fin.*

*c.*13.*n.*9.10. Mœſtertium *libr. d. juſt. ll. rom.*1. *c.*15. *& ad eum* Cyprianum Regnerum, ubi diſtinguit inter expreſſum arbitriū tertii, in quod inſtitutio conferri non poteſt, & inter tacitum tertii arbitrium, in quod aliquid per conſequentiam confertur. Expreſſa autem nocent, non expreſſa non nocent, *l.*52. *ff.d.C. & D.* Alia eſt quæſtio, Num in ejus diſpoſitionem, qui aliàs teſtamentum per ſe facere non poteſt, poſſit quis committere extremam ſuam voluntatem? quod videtur dicendum. Sæpe enim quod quis ex ſua perſona non habet, hoc per extraneum conſequi poteſt, *l.Ariſto.*3.*in fin. quæ res pign. oblig. non poſſ.* Exemplum occurrit in *cap.ult.d.off.Jud.Ord.* ubi Sacerdoti, qui non habet poteſtatem abſolvendi ab excommunicatione, poteſt hanc abſolutionem Epiſcopus, vel cui reſervata eſt abſolutio, committere. Licet igitur Commiſſarius ſibi non poſſit facere teſtamentum, tamen poteſt alteri, qui teſtamenti factionem activam habet. Pro negativa autem opinione facit *cap. quod alicui.*67. *d. R. J. in* 6. ubi dicitur, quod alicui ſuo non licet nomine, nec alieno licebit. Nobis placet Didaci Spino à Caceres apud Ungebaur ad *tit. Decretal. X.d.teſtam.& ultim.volunt.num.*26. opinio, diſtinguentis inter Commiſſarium, cui à Committente certa præſcripta eſt teſtandi forma, puta inſtituendi certum hæredem in teſtamento, & relinquendi certis perſonis legata: & inter eum, cui modus teſtandi certus non eſt præſcriptus, ſed qui ex judicio ſuo debet teſtari. Ille poteſt facere nomine alterius teſtamentum, quamvis ipſe inhabilis ſit ad teſtandum, quia nudus tantùm eſt miniſter. Et ita procedit prior opinio. Hic verò alterius nomine non poteſt facere teſtamentum ſecundùm poſteriorem opinionem.

teſtamentorum jura per ſe firma ac illibata eſſe oportet, non ex alieno arbitrio pendere, *l.*32. *in pr.ff.d.hered.inſt.*

HÆREDITARIÆ rei fit furtum, Sic in *c. ſicut.*6. *verſ. eos inſuper. X. d. homicid.* aliqui dicuntur illius ſancti Viri (intellige Archiepiſcopum Cantuarienſem) & ſuorum poſt mortē ſpolia occupaſſe.

Nulla eſt differentia, quia aliud eſt furari, aliud ſpolia occupare. 2. etiamſi in c. intelligeretur furtum, furtum de quavis occupatione illicita intelligi poteſt, Vid. differentiam, in qua *Furtum rapinæ non opponitur*; non tantùm de illa, quæ fit circa rem poſſeſſam.

Hæreditariæ rei furtum fieri Julianus negabat, niſi fortè pignori dederat defunctus, aut commodaverat, *l.*68.*ff.d.furt.*

HÆREDITAS pacto dari poteſt, *c. fin. X. d.ſucceſſ.ab inteſt.*

Nulla eſt differentia, quia *d. cap.* nihil aliud continet, quàm Archipresbyterum quendam monaſterio de Bruſia ad participationem orationum ac precum ſe ſuaque bona obtuliſſe, ex quo non poteſt argui pactum. Vid. Rittershuſium, *libr.d.differ.jur.Civ. & Can.*4.*c.*4.

Hæreditas pacto dari non poteſt, quia non eſt viventis hereditas, *l.*5.*C. d.pact.com.*

HÆRES in re, quam quis alienare non poteſt, inſtitui prohibetur,

Primò ad *d.c. Raynutius.* non unanimem eſſe Canoniſtarum conſenſum monet gloſſa.

Hæres inſtitui non prohibetur, *l.* 8. §.3. *ff.d. alien.jud.mut.cauſ.f.*

Dd. ad

Dd. ad *c. Rajnutius. X. d. teſtam.*

Deinde ſi aſſerenda hæc eſſet regula juris Canonici, non excluderet tamen exceptionem juris Civilis, quam habet *d.l.*8.§.3. Idcirco autem ab edicto illo, in quo prohibetur alienatio judicii mutandi causâ, excipitur hæredis inſtitutio, quia edictum requirit, ut alienatio ſit facta judicii mutandi causâ, dolo malo. Hæredem autem inſtituendo vel legando ſi quis alienet, num Judex arbitrabitur judicii mutandi causâ id eſſe factum? Wiſſenbachius ad *l.ult.C.d.reb.alien.non alien.*

Hæres ſive ſcripſerit inventariũ, ſive non: ſive aliquid ex hæreditate perceperit, ſive non: ſive litis conteſtatio intervenerit, ſive non; ſimpliciter obſtringitur, *c.in literis.* 5. *X. d. raptor. c. ſi Epiſcopum.*3. *c.*16.*q.*6.*c.ult. X.d.ſepultur.* Vid. Wiſſenbach. *diſp. ad R.J.*7.*l.*38. *num. ult.* Schulz in *Syn. Inſt. Imp. ad tit.d.perpet. & temp. act. lit.* C. Rittersh. *libr. d. diff. jur.Civ. & Can.* 4.*c.*7.

Hæc 3. ſecernuntur, Nam

1\.

Hæres, qui ſcripſit inventarium, non tenetur ultra vires hæreditarias, *l.ult.C.d.jur.delib.*

2\.

Hęres non niſi lite conteſtatâ tenetur ex defuncti maleficio, *l. un. C. ex delict. def. in quant. her. conv.*

3\.

Non poteſt cõveniri ultra, quàm ex hæreditate percipit, *l.*2.*C.d.hæred.act.*

Quæ in' utramque partem accuratè diſputat Bachovius *diſput. d. act.*5.*theſ.*4. paucis contraham. Primò inventarii confectionẽ, quid illa operetur, non tangit. Igitur hoc nobis ſubminiſtret Wibelius *d. contract. mulier.* §.7. *n.*61. *& ſeqq.* ubi hæres inventario ſolenniter confecto ultra vires hęreditarias non poteſt cõveniri, *l.fin.*§.*etſi præfatam.* 4. *C. d. jur. delib.* §.*extraneis.* 5. *I. d.hæred. qual. & diff.* Nec ultra, quàm à defuncto accepit, gravatur, ejusque jura ſarta tecta ab omni damno ſervantur, actiones non confunduntur, ſed integræ manent. Verùm omiſſo inventario in ſolidum & ultra vires hæreditatis, qualis revera eſt, obligatur. *d.l. fin.* §.*ſin verò poſtquam.* 14. *C.d.jur.delib.* Hæcque de jure Canonico æquè procedere vult Fachin. 6.*controv* 23. Quod tamen in foro conſcientiæ non admittit Treutl 2.*diſp.*12. *theſ.*9.*lit.C.* quia conſcientiam & judicium Dei ex veritate, non fictione & præſumptione metiri fas eſt, *c. à nobis.* 28. *verſ. nos igitur. c. inquiſitioni.* 44. *X. d. ſentent. excomm.* Equidem hoc etiam juri gentium convenit, ut hæres in jus defuncti ſuccedens creditoribus reſpondere teneatur, verùm præſumptio illa juris & de jure, ut omnimodo hæres non confecto inventario in ſolidum teneatur, rationi naturali non ſatis congrua eſt, quæ utique purgationem & probationem in contrarium admittit, ut ad d. Treutleri locum notat Bachovius. Hæc quoad primum. Quoad ſecundum notat Bachovius. Delictum ita ipſius delinquentis afficere perſonam, ut extra illam & ab illa relatio illa transferri, & ad alium tranſire non poſſit, nec quidem in hæredem, qui delicti ſucceſſor non eſt. Tertiò aliam contractuum & conventionum eſſe rationem, ex quibus obligatur quidem perſona, ſed propter res, quoniam omnis conventionis finis eſt, ut aliquid conſequamur: itaque in quem tranſit patrimonium, & quicquid habuit defunctus, in hunc etiam obligatio ex conventione tranſit. Quartò. Quòd teneatur hæres, in quantum pervenit, non eſt ex obligatione delicti, ſed ex ipſa re. Quod adducitur ex *l.*3. §.5. *ff. quod quisque jur.in alt.ſtat.ut ipſ. l.*2.*d.l.Jul repet. l.*12.*ad SC.Syll.* ad id expeditæ ſunt reſponſiones, ut & expedita reſponſio ad id, quòd à quibusdam hic jus Civile accuſatur, ſic iniquam alteri inferri conditionem. Quintò, Tantò minùs iniquum eſt jus Civile, ex quo poſt litem conteſtatam demum actiones ex delicto tranſeunt in hæredes, quoniam hoc ampliùs

procedit,

procedit, ubi ficta, ut ita loquar, litis conteſtatio intercedit, i.e. pro conteſtata habetur, vid. ubi reus tantùm conventus eſt, ut eſt textus ſecundùm literam in *l.conſtitutionibus.33.ff.d.O.& A.* Vid. differentiam, in qua *Judicium conſtituitur.* Sextò fatetur Bachov. Nihil à ratione alienum habituram ſanctionem vel diſpoſitionem, quæ ex delicto hæredem in ſolidum obliget, non quidem ad pœnam, ſed ad reſtituendum, quantum abeſt ei, in quem defunctus deliquit, quatenus ſcl. hęreditas ſolvendo eſt, vid. Vaſquium *contror.ill.lib.3.c.96.n.28.* Gomeſ.3. *var. reſol. c.1.n.85 inf.* Fachin.9.*controv.5.concl.2.* quamvis hac in re non tam actori canones conſulere voluiſſe videantur, quam potiùs defuncto, ut ejus conſcientia oneretur. Vid. ad *π. Weſenbecii* Hermannum Hermes *in tit. d.accuſ.* Vid. differentiam, in qua *Succeſſor non præſtat factum def.* De condictione furtiva ſubdubitari poteſt, Annon inde eliciatur convenientia inter jus Civile & Canonicum, quia licet ex delicto originem trahat, adversùs hæredes tamen in ſolidum datur. Reſpondent vulgò hoc odio furum eſſe introductum, verùm ſubeſt & ratio in *l.8.ff.d.cond.furt.* quia furtum commiſſum & mora non reſtituentis rem furto ablatam ſunt connexa inſeparabilia, Quid Cujacium diſſentientem perſuaſerit, vide Wiſſenbachium in *exercit. ad pand. part.1. diſp.26. th.5.* Camera Imperialis in cauſa fractæ pacis profanæ violato non ſolùm contra violatorem ipſum, verùm etiam contra hæredes ejus actionem inchoatam reo vel ante vel poſt litis conteſtationem defuncto perſequi licet, *Ordin.part.2.T.9.§.fin.* Intellige tamen, ſi actio civilis ad reſtitutionem conjuncta & ſimul intentata fuerit, vel ſi ad reſtitutionem tantùm, vel ad pœnam pecuniariam actum fuerit, quibus caſibus hæredes damni dati & mulctæ pecuniariæ nomine tenentur & convicti condemnantur. *Receſſ. viſit. Anno 57. §.* Nemblich da, Ciſnerus ad *d.T 9.* Secus ſi ad bannum ſolummodo agatur, quæ actio in hæredes non tranſit. Mynſing. *obſ.98.cent.1. obſ.8.cent.2. obſ.31.cent.4.* Guilhelmus Rodingus in *pandect. Camer.libr.1.c.7.*

HÆRETICI poſtulare poſſunt, *arg. c.1. & c. fin. X.d.poſtul.*

Nemo poſtulare poteſt, niſi Sacro-ſanctis catholicæ religionis imbutus fuerit myſteriis, *l. ult.C.d.poſtul.*

Rectè monet Manzius ad *tit. ff. d. poſtul. n.17.* hoc recipere dubium. Deinde palpum vult obtrudere ſuis Papicolis, ac ſi per Sacro-Sanctis Catholicæ religionis imbutos myſteriis Pontificii intelligerentur, cum intelligantur omnes, quos etiam non Pontificii tanquam hæreticos proſcribunt. Non etiam attendimus illam ſubtilitatem, quâ Pontificii non Pontificios, ut notat Timæus Faber in Diatyp. *quæſt.illuſtr. n.4* negativè Chriſtianos dicunt, non affirmativè, cum negativè Chriſtianum eſſe nihil aliud ſit, quàm omnino Chriſtianum non eſſe. 3. Non juvat Pontificios *l.inter Claras.C.d.S.Trin.* quam, apud d.T.Fabr. *d.loc.num.*10. ſuſpectam habuerunt jam pridem Docti. Undequaq; fraus ſe effert, & ſi vera ſunt, quę noſtri colligũt, doli comprobandi indicia, ſatis convicta eſt. Expende homines, rem, tempora, ſcriptionem totam. A manu eâdem eſſe liquidò deprehendes, à qua reliquæ iſtæ ſuppoſititiæ Pontificum Epiſtolæ, quarum jam patronos ipſos pudet. Vid. Zœſium ad *tit.X.d.conſtit.* ubi inducit Hotomannum novatorem & leguleium, qui prodiderit ſimul impietatem ſuam atque inſcitiam, quique odio in Romanam ſedem, non etiam ſtudio veritatis mutuas iſtas Juſtiniani & Joannis Pontificis epiſtolas non genuinum, ſed ſuppoſitium partum eſſe aſſeruerit. Quàm verò ineptiant, qui Primatum (de quo in diff. *Eccleſiæ ita ſe habent.*) aut Principatum Pontificis hodiernum inde evincunt, multa oſtendunt. Archiepiſcopus vocatur & Patriarcha urbis (non orbis, non œcumenicus, ut in inſcriptione *l.cognoſcere.7.C.d.eod.* Conſtantinopolitanus, non univerſalis (ut in *Nov.92.*) Romæ. Præmittit nomen, titulos Imperatoris. Ipſe obſecrat Imperatorem, non imperat. Heu quantùm mutatus ab illo Hectore! Quàm appoſitè ad hypocriſin Inquiſitorum noſtri temporis, quando pro damnatis devotisque jam igni deprecantur Crocodili. Quartò nullá divinatione aſſequi poſſum, quæ ex *d.c.1. & ult.* colligi poſſit aſſertio, quoniam in *d. capp.* non agitur de hæreticis, ſed aliis, qui ratione ſui

ſtatûs

Digitized by Google

ſtatûs liciti poſtulare non poſſunt, quales ſunt Clerici, quorum in *d. capp.* officium eſt nulli nocere, omnibus autem velle prodeſſe. Deniq; hę exceptiones, niſi ſit cauſa propria: niſi ſit perſona conjuncta: niſi ſit perſona miſerabilis: niſi neceſſitas immineat; etiam ſunt juris Civilis. Mulier non poteſt eſſe procuratrix, *l. 18. C. d. procur.* niſi in rem ſuam, *l. 4. C. eod.* niſi pro conjuncta perſona interveniat, *l. 41. ff. eod.* Sic diſtinguitur perſona conjuncta à perſona extranei in *l. 2. §. 2. & 3. ff. qui ſatisd. cog. l. ult. ff. d. receptis.* Perſona miſerabilis modum conveniendi mutat: perſonas convenientes auget: depoſito pœnam adjicit. Neceſſitas, ut in negotiorum geſtione, facit licitum, quod ſtricto jure non procederet, *l. un. C. quand. Imp. int. pupill. l. 1. §. 7. ff. d. ſuſp. tutor. l. 1. §. 3. ff. depoſ. l. 3. §. 9. ff. d. neg. geſt. junct. l. 5. in pr. ff. d. O. & A.* Hoc etiam, ne circa hæreticos in hæreſin delabamur, definiendum, qui ſint Hæretici? Imperatores Gratianus, Valent. & Theodoſius in *l. 2. C. d. hæretic.* hæreticorum vocabulo eos contineri ſtatuunt, qui vel levi argumento à judicio Catholicæ religionis ac tramite detecti fuerint deviare. Quæ Hæreticorum definitio Wiſſenbachio ad *h. C. tit. th. 1.* vaga eſt & falſa, nam ut ſapienter monet Auguſtinus *libr. d. hæreſibus*, non omnis error hæreſis eſt: unde idem eos, qui ſententiam ſuam, quamvis falſam & pernicioſam, nullâ pertinaci animoſitate defendunt, præſertim quam non audaciâ ſuæ præſumptionis pepererint, ſed à ſeductis, atq; in hæreſin lapſis parentibus acceperint, quærunt autem cautâ ſollicitudine veritatem, corrigi parati, cum invenerint, nequaquam Hæreticos deputat *c. dixit Apoſtolus. 24. q. 3.* E quibus ſimul apparet differentia juris Canonici & Civilis circa hæreticorum definitionem, & quòd juri Canonico, quod imitatur divinum, *ad Tit. 3. v. 10. 1. Timoth. 1. verſ. 19. & 20. 2. Timoth. 2. verſ. 17. & ſeq.* ſit adſtipulandum, ita ut hæreticus definiatur, qui doctrinam, cum regula fidei pugnantem, legitimè admonitus & convictus, tamen pertinaciter tuetur. In quibus Lutherus, Calvinus & novitii Hæretici peccent: quàm nihil impollutum relinquant, nihil in divinis vel in humanis violabile vid. Tuldenum in *h. C. tit. & eid. loc.* reſpondentem Wiſſenbachium; & in proclivi erit judicare, quis inconſulto ſeveritatis ſtudio deliret? An Pontificii, an non Pontificii majore in homines contumeliâ, in Deum impietate conſpirent: qui ſolicitudinem virtutis & verecundiam flagitiorum adimant: qui aſſerant nulla eſſe virtutis officia: ridiculam eſſe perfectioris vitæ diſciplinam: ſaluti ſufficere fidem: delictorum diſcrimen non ex ipſorum indole eſſe, ſed ex ſorte delinquentium: Numini charos ſemelque ab æterno conciliatos non cæde, non adulterio amicitiam delibare; ceteros verò vel oleris furto omnibus ſe inferorum pœnis ſubjicere: quemadmodum anſerinum genus inoffenſo tenore pennarum immergitur aquis, quibus minore morâ cæteræ aves labefecerint alas.

HÆRETICIS fides data non eſt ſervanda, *c. ult. X. d. hæret.* Vid. differentiam, in qua *Fides non ſemper ſervanda.*

Primo intuitu molliùs ſentire videtur Pontifex, & in *d. c. ult.* non loqui de eo caſu, quo cum hæreticis paciſcimur, ſed de eo caſu, quo ii, cum quibus pacti eramus, pacto jam inito labuntur in hæreſin. Sic enim habent verba, Abſolutos ſe noverint à debito fidelitatis hominii & totius obſequii, quicunque lapſis manifeſtè in hæreſim aliquo pacto quacunque firmitate vallata tenebantur adſtricti. Sed enim eodem redit utraq; quæſtio, ſive quæramus, An Hæreticis fides data ſit ſervanda? ſive quæramus, An hæreſis ſuperveniens fidem datam reſcindat? quod utrumque negamus: quoniam idem eſt effectu juris, ab initio eſſe nullum, & in eum

Cum quibus jus gentium commune eſt, his fides data ſervari debet. Eſt autem cōmune cum hoſte, *l. ult. D. d. Legation.* cum latrone, *l. bona fides. 31. D. Depoſ.* cum maleficis, *l. ſunt quidam. 17. l. qui ultimo. 29. D. d. pœn.* cum barbaris, *l. 6. d. bon. damn.* cum hæreticis & infidelibus, arg. *l. mutu. 43. §. 1.*

Digitized by Google

caſum incidere, à quo actus initiũ capere non potuiſſet. Seu idem eſt eſſe nullum, & eſſe ſine effectu, Barboſa in *axiom. lib.*12.*c.*28.*axiom.*6. Subſumit Wiſſenbach.*diſp.ad ff.*9.*th.*10 *part.*1. æterna meritò infamia Pontificis Eugenii IV. eſt, qui Ladislao, Hungariæ Regi, author fuit, ut pacem cum Turcis factam violaret; cujus conſilium etiam infeliciſſimus Regis exitus perfidiæ damnavit, *Anno* 1444. *Chronic. Carion. libr.*5. Eâdem infamiâ Patres Concilii Conſtantienſis deflagrant, qui Sigismundo Imp. authores fuerunt, ut Joannem Huſſum & Hieronymum Pragenſem, Bohemos, contra fidem datam, infauſtis ignibus necaret, *Anno* 1415. *Chron. Carion. d. libr.*5. Sapientiùs Carolus V. qui Lutherum publicâ fide ad comitia Wormacienſia evocatum inviolatum dimiſit anno 1519. dicens, Fidem rerum promiſſarum, etſi toto mundo exulet, apud Imperatorem tamen conſiſtere oportere, Sleidan. *libr.*3.

D.d.procur. Wiſſenbach. *diſp.ad ff.*9.*th.*9.*part.*1.

HÆRETICIS ſepultura denegatur, *c. ſicut.*8. *X.d.hæret.* in quo & hæretici & defenſores & receptatores anathemati ſubjacent: & ſub anathemate prohibetur, ne quis eos in domo vel in terra ſua tenere vel fovere, aut negotiationem cum eis exercere præſumat. Si autem in hoc peccato deceſſerit, neque ſub privilegiorum quibuscunque indultorum obtentu, neque ſub alia quacunq; occaſione oblatio pro eo fiat, aut inter Chriſtianos accipiat ſepulturam.

Acquieſcimus ſacris Canonibus, quibus inſtitutum eſt, ut quibus non communicavimus vivis, non communicemus defunctis: & ut careat Eccleſiaſticâ ſepulturâ, qui priùs erant ab Eccleſiaſtica unitate præciſi, nec in articulo mortis Eccleſiæ reconciliati fuerint. Unde ſi contingat interdum, quòd vel excommunicatorum corpora per violentiam aliquorum, vel alio caſu in cœmitorio Eccleſiaſtico tumulentur, ſi ab aliorum corporibus diſcerni poterunt, exhumari debent, & procul ab Eccleſiaſtica ſepultura jactari. Quod ſi diſcerni non poterunt, expedire non credimus, ut cum excommunicatorum oſſibus corpora extumulentur fidelium, cum licet non obſit juſtis ſepultura nulla vel vilis, impiis tamen celebris vel ſpecioſa non proſit, *c. ſacris.* 12. *X. d. ſepultur.* De hodiernis moribus notat Carpzovius in *Jprud. Conſiſt. lib.*2.*tit.*24 *defin.*382. Quamvis impiis, contemptoribus Verbi & Sacramentorum non omnis denegetur ſepultura; nec enim cadavera inſepulta relinqui debent, *l.ſi quis.*12.§ *hoc edictum.*3. *l.juns perſonæ.* 43. *ff. d. relig. & ſumpt. fun.* attamen digni haut ſunt honeſtâ ſepulturâ, ſed absque ceremoniis in loco remoto ac ſeparato ſepeliendi, ut vel ſaltem ex ratione identitatis beneficia Eccleſiæ denegentur defunctis, qui adhuc viventes ſuâ ſponte à commerciis & beneficio ejusmodi abſtinuerunt, *c. quod in te.* 11. *X. d pænit. & remiſſ.* Quod autem Carpz. *d.loc.def.*383.*num.*9. Calviniſtas quoad ſepulturam vult Orthodoxæ religioni haud eſſe addictos hanc injuriæ eruptionem ſanctiùs cohibuiſſet, & ſuæ religionis morbum, quem animi incitatiores fovent, tranquilliùs occuluiſſet. Non alienum arbitror tranſcribere illud Iſaaci Wake in *Rege Platonico pag* 55. Petri Martyris conjugem, jam triennio ſepultam, Mariani temporis rabies, (cui non ſatis erat vivis Sanctorum corporibus rogos accendere, niſi in mortuos etiam deſæviret) è poliandrio vexatam ex Legati Pontificii mandato fœdiſſimi ſterquilinii operculo dehoneſtavit; quod eorum factum ſugillationi huic veriſſimæ anſam præbuit.

Sepultura non denegatur, *l.* 9. *C. d. hæretic. & Manich.* in qua humanum & pium arbitratur Imperator Marcianus ſepeliri hæreticos legitimis ſepulcris. Jul. Pacius ad *d.tit.num.*59.*in fin.*

Fœminium ſexum Romani ſemper amarunt,
Projiciunt corpus cur muliebre foras?
Hoc tu ſi quæras, facilis reſponſio danda,
Corpora non curant mortua, viva petunt.

Cujusmodi deinceps feritati ut occurrerent Orthodoxi, omnia piiſſimæ matronæ oſſa ſedulò recollecta in veneratiſſimo Fridesvvidæ monumento cum ejusdem oſſibus permiſtim confuderunt, eo conſilio ut alterius veneratio alteram à violatione immunem redderet. Idem manerer conſilium talibus in locis tam parum honoratos Calviniſtas, ſiquidem eos mortuos ſuperſtitioſa oſſium cura ſequeretur: aut, niſi interveniret hæc cura, non ſubeſſet animoſæ violationis metus. Dignè ad æthera evehetur, quicquid immerita indignatio deprimit.

HÆRETICORUM exterminiũ proſequantur diœceſani epiſcopi & inquiſitores hæreticæ pravitatis à ſede Apoſtolica deputati, *c. ut inquiſitionis.* 18 *d. hæret. in 6.* quum idipſum ſoleat ſedes Apoſtolica. Sic quantumvis Papa ſalutet illos, quibus ſcribit, hoc tamen fallit, quando ſcribit hæreticis, Phil. Francus in *proœm. ſuper. VI. Decretal. num.* 3.

Examen hoc Judici Seculari permittitur: moderatoribus item provinciarum, eorumq; apparitoribus, defenſoribus etiam civitatum, *l. 8. §. 3. & ult. C. d. hæret. & Manich.* Vid. Giphanium in *lectur. Altorf. ad l. 1. ff. d. A. R. D. num.* 7.

Atqui jus Canonicum etiam in *d. c.* hoc committit univerſalis ſeculi poteſtatibus & dominis temporalibus provinciarum, terrarum, civitatum aliorumque locorum Rectoribus, quibuscunq; dignitatibus vel officiis aut nominibus cenſeãtur. Reſp. Jus Canonicum imperium mutat in miniſterium. Ut verò ſciamus, quo-usque Examen Judici Seculari permittatur, vid. differentiam, in qua *Eccleſiæ ita ſe habent.* Reinking *lib 1. claſſ. 1. c. 1.* Joh. Gothofredum Freyer Jenenſem in *diſſert. d. Super. terr. theſ.* 4. juxta quem notandum ea, quæ de regimine Eccleſiaſtico Principibus competente dicuntur, de externo accipienda eſſe, dum quædam præcipere & vetare poſſunt, quæ ad cultum divinum externum pertinent, aut diſciplinam Eccleſiaſticam externam concernunt: interna verò, qualia ſunt ſpiritum hominis regere, fide inſtruere, ſacramentis munire, ad Principis poteſtatem non ſpectant. Exemplo rem declarat, quod ante nos applicuit Otto Tabor. *proleg. in Cod. Juſtin. th. 11. ſect. 2.* Phil. Melanthon. *libr. 3. Chronic. in Conſtantino.* Poſtquam enim breviter narraſſet, quemadmodum Conſtantinus M. Synodum Nicænam convocaſſet, eique præſediſſet, hæc ſubjicit: Digniſſimum eſt opus magnis & ſapientibus Regibus juſto modo & ordine tollere diſſidia Eccleſiarum: indicere & regere rectè Synodos, ſicut fecerunt Conſtantinus, Theodoſius primus, Theodoſius ſecundus & Martianus: Nec rectè ſentiunt, qui dicunt hanc curam indicendi Synodos ad ſolos Epiſcopos pertinere, quia lex divina & politicæ poteſtati & Doctoribus præcipit tollere blaſphemias & idola. Cum igitur diſſidia oriuntur, etiam politica poteſtas curet legitimam cognitionem inſtitui, in qua Doctores & alia membra Eccleſiæ idonea & ipſi Principes, re inquiſitâ, dicant ſuas ſententias. Quia judicium illud non eſt unius gradus, ſed omnium membrorum Eccleſiæ, quæ ſunt idonea ad judicandum. Poſtea cum veritas patefacta eſt, fiat executio. Doctores referant & damnent blaſphemias. Poteſtas politica prohibeat externam profeſſionem impiam, ſemoveat blaſphemias, ne virus ſuum aſſlentaliis, &c. Ut tandem ſciamus, quo-usque Hæreticorum exterminium terminetur, Pontificii diſtinguunt Hæreticos, ut videre eſt apud Tuldenum in *C. d. hæretic. num.* 4. Quidam namque publici ſunt, qui errore ſuo Rempublicam lædunt: alii verò privati,

qui tantùm ſibi ipſis errant, Clement. Alex. 7. *Strom.* Lipſ. 4. *politic. c.* 3. Barcl. *libr.* 2. *Argen.* Illi propriè violatores religionis appellantur, & ex jureq. ſupplicio rectè afficiuntur, Seneca *libr.* 3. *d. benef. c.* 6. quod mores usque ad deflagrationem exaſperarunt, quos Lipſius itemque Zaſius improbat *conſ.* 23. Coraſius defendit ad *l. cunctos. C. d. Summ. Trin.* Sanè Lipſius de una religione cenſet, quatenus ſine detrimento Reip. manifeſto poteſt, parendum ſanguini eſſe; atque etiam cum ratio mortem exigit, eam mitem eſſe infligendam, & ferè arcanam, ut evitetur vulgi miſeratio. Quomodo & publici hæretici ſint in triplici differentia, vid. Tuldenum *d. loc.* & quæ ſit religionis libertas, vid. differentiam, in qua *Religionis ea eſt libertas.*

HÆRETICORUM improbiorum, ut Manichæorum & Donatiſtarum bona publicantur, etiamſi liberos habeant Orthodoxos, *c. vergentis. X. d. hæretic.*

Præfertur jus Civile, quoties enim æquitatem deſiderii naturalis ratio aut dubitatio juris moratur, juſtis decretis res temperanda eſt, *l.* 85. §. *ult. d. R. J.* Atqui Fridericus quorumvis Hæreticorum bona publicat, etſi liberi orthodoxi eis ſint ſuperſtites, *auth. Gazaros C. d. t. d. hæret.* Reſp. Reſcriptum illud Frederici non eſt pars juris Civilis, quia extra libros noſtros earum conſtitutionum numero continetur, quæ extravagantes appellantur, & dubiæ ſunt authoritatis. Quid, quòd Imperator, cui Pontifices infenſiſſimi fuerunt, in gratiam eorum id reſcripſiſſe videatur. Minus authoritatis apud nos habet *c. vergentis.* Quid enim ad Pontifices attinent confiſcationes bonorum, quibus Servator noſter adeò ſe non immiſcuit, ut ne arbitri quidem officio fungi & dividere hæreditatem inter fratres voluerit, *Luc.* 12. *v.* 13. *& ſeq.* Opp. Ex cauſa criminis læſæ majeſtatis bona publicantur, *Nov.* 134. *c. ult.* Hæreſis comparatur crimini majeſtatis, *l.* 4. §. *in mortem.* 4. *C. h. tit. d. hæretic.* Reſp. Comparatur non in omnibus, ſed in eo, quòd in mortem inquiſitio extenditur: nec comparatur quælibet hæreſis, ſed apoſtaſia, *l.* 4. *C. d. apoſtat.*

Non publicantur, ſi liberos habeant Orthodoxos, qui fiſco præferuntur, *l. Manichæos.* 4. *l.* 19. *C. d. hæret.*

HÆRETICORUM libri leguntur, *c. legimus.* 37. *diſt.* in quo legimus aliqua, ne negligantur: legimus, ne ignoremus: legimus, non ut teneamus, ſed ut repudiemus.

Poſſet diſtingui inter communem conſenſum, quo pro hæreticis habentur, qui verè hæretici ſunt, & inter opinionem depravatosque animos, quibus ſeducti vel perverſi meliori doctrinâ imbutos hæreticis accenſent, & eorum dogmata, tanquam facinoroſæ impietatis veſtigia, omni dilatione ſummotâ flammarum exuſtionibus mancipanda exiſtimant. Imperatorium eſt de Imperatoribus judicare, verùm eſt & Theologi. Juriſconſultus ego proponam (probet, qui vult) factum Caroli V. qui, notante Surio in *comm. rer. in orb. geſt. ad annum* 1540. gravi edicto propoſito per omnes ditiones ſuas hæreditarias Germaniæ inferioris omnibus interdixit lectione librorum Lutheri & quorumcunque aliorum hæreticorum, ac in immorigeros capitis pœnam decrevit. Addit Surius, Hoc etſi plerique permoleſtè ferunt, putantque omnibus ejusmodi librorum lectionem permitti debere, tamen conſultiſſimè fit, nec eſt in Eccleſia novum, ſed etiam longè ante mille annos tempore Nicænæ illius Sanctiſſimæ Synodi

Non leguntur, *l.* 6. *in* §. *C. d. Hæret. & Manich.* in quo impios libros nefandi & ſacrilegi Neſtorii adversùs venerabilē Orthodoxorum ſectam, decretaque ſanctiſſimi cœtûs Antiſtitum Epheſi habiti ſcriptos habere aut legere aut deſcribere nemo audet. Vid. in *eod. tit. l.* 8. §. *ult. l.* 16. §. *ult.* & differentiam, in qua *Clericis permiſſa ſunt.*

Digitized by Google

Synodi non modò ipſa Synodus Arrii & Sectariorum ejus libros comburi juſſit. Non o. *c. legimus.* qui loquitur de iis, quorum lectione non interdicit jus Canonicum: interdicit autem lectione librorum Hæreticorum in *c. Sancta Romana. diſt.* 15. An vero Pontificii magis excitant ſalutis dubietatem, an alunt ejus fiduciam, dum metu & totius ſuæ religionis periculo coacti convicio, imò exilio dammnant illos libros, qui non omnino conſentiunt? An poſſunt alere fiduciam in eis, quos dicunt non eo eſſe præditos judicio, ut poſſint verum à falſo ſecernere, de dogmatibus judicare? Annon excitant ſalutis dubietatem in eis, de quibus queruntur, quòd judicium hoc ſibi tribuant, quo indiſcriminatim ſcripta quorumcunque legant, & capti ac illaqueati inſidioſiſſimâ verſutiſſimorum hominum blandiloquentiâ dent pœnas confidentiæ & temeritatis ſuæ. Ecquis non credat hanc turbulenti capitis admonitionem, Cavendum eſſe incauto lectori, ne exitiale virus imis viſceribus hauriat, dumque ſe non poteſt ex callidiſſimorum hominum argumentationibus extricare, falſum pro vero amplectatur, atque ſibi ipſi mortem conſciſcat ſempiternam. Mehercles religio erit credere id, quod non intelligimus: hæreſis erit id, quicquid non intelligenti caliginem ſubducit. Falſum pro vero amplectuntur, qui è lectione eorum, quibus Papatus impugnatur, mortem indicunt ſempiternam: quique velut parentes liberis, dum modis omnibus operam dant, ne quid inde toxici aut exitialis cibi potusve ſumatur, intempeſtivas curas agitant. Pereat ſub ſpongia tam turpis inhibitio, tam ſtupidus ſopor, ubi ſaluti invigilandum erat. Extorris fiat diſſimulata hæc ſub modeſto zelo rabies, quâ viam ad æterna præcludunt, qui & Sacram Scripturam libris Laico non uſurpandis, non aperiendis inſerunt, nihilque effectum putant, niſi quod affectu calumnianti metiuntur.

HERMAPHRODITUS ordinari non poteſt, quia nec ab Archiepiſcopo ſine conſilio ſuffraganeorum ordinari poteſt, qui maculam in oculo habuerit, *c. cum de tua.* 2. *X. d. corp. vitiat. ord. vel non.*

Hermaphroditus ordinari poteſt ſecundùm diſtinctionem *l.* 10. *ff. d. ſtat. hom.* in qua Hermaphroditus magis ejus ſexûs eſt æſtimandus, qui in eo prævalet.

Nulla eſt differentia, nam à macula in oculo, quæ incurrit in oculos, ad vitium latens, quod etiam poteſt eſſe non vitium, non argumentamur. Si ergo de Hermaphradito quæratur, non promiſcuè cum aliquibus reſpondetur Hermaphroditum propter monſtroſitatem & ex ea indecentiam non eſſe ordinandum, quum hæc monſtroſitas, quæ latere poteſt, non attendatur. Sed reſpondetur, Si Hermaphroditus in ſexum fœmineum inclinet, non tantùm eſſe irregularem, ſed & incapacem characteris. Idem eſt ſi utrumque ſexum participet, quia non eſt vir, quòd ejus denominationem abſolutè non recipiat. Non o. quod hoc caſu illi detur optio: hoc enim procedit quoad actiones externas & civiles, non etiam quoad Ordinum capacitatem, quę non pendet ex electione unius aut alterius ſexûs, ſed ex naturali perſonę conditione. *Quid ſi contingat fœminam erumpente naturâ in virum mutari?* Reſp. Hoc factum eſſe colligi ex Plinio *Natur. hiſt. lib.* 7. *c.* 4. Vide *arenam Juridicam de arbitris compr. ſub meo præſidio ſparſam c.* 2 *lit.* 9. Reſpondet Zœſius ad *tit. Decretal. X. d. corp. vitiat. non ordin. num.* 13. eam non incapacem videri nec irregularem, cum tota in virum ſit mutata, nec aliqua obſtet monſtroſitas. Quid verò ſi urgeat neceſſitas, quâ Pontifex etiam mulieribus virilia imponit, ut ſi monialibus, per fenoſtellam altari propinquam adminiſtrent, concedant. Reſpondeo tantam eſſe copiam, ut metus hic neceſſitatis ſubeſſe nequeat. 2. copiam hanc augent inutiles monachi, de quibus Campanella in monarch. Hiſpanica, qui trunci ſint & ſtipites, mulieribus præferuntur: inutile ſint lignum, ſunt illud lignum, quod cæcutientes adorant. 3. feneſtellâ, non feneſtrâ, ne forſan tranſitus ad Sacerdotem pateat, altari propinquam adminiſtrare ſacerdoti non eſt fieri ſacerdotem.

HOMICIDA eſt, & ut homicida tenetur, ſi aliquis cauſâ explendæ libidinis, vel odii meditatione homini aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, ut non poſſit generare aut concipere, vel naſci ſoboles, *c. ſi aliquis. 5. X. d. homicid.*

Hactenus differunt hæc duo jura: quòd ſi eo mulier aut homo perierit, in eo conveniunt. Deinde jus Canonicum latiùs extendere poteſt homicidiũ, quia mitiorem irrogat pœnam. Vid. differentiam, in qua *Supplicio ultimo nemo afficitur.*

Qui abortionis aut amatorium poculum dant, etſi dolo non faciant, tamen quia mali exempli res eſt, humiliores in metallum, honeſtiores amiſſâ parte bonorum in inſulam relegantur, *l. 38. ſſ. 5. ff. d. pœn.* Vid. differentiam, in qua *Dolus non requiritur ſemper.*

HOMICIDA & latro ſunt unus & idem, *c. periculosè. d. pœnit. diſt. 1.*

Nulla eſt differentia, quia, ut in *l. 28. §. 10. ff. d. pœn* graſſatores proximi latronibus habentur, ita & hi, qui vites cædunt, quatenus conveniri criminaliter poſſunt.

Etiam qui vites cæciderint, tanquam latrones puniuntur, *l. 2. ff. arb. furt. caſ.*

HOMICIDÆ omnes tenentur, quando ſimul plures unum vulnerarint, quamvis certum ſit, cujus ictu ſit occiſus, *c. præſentium. d. Cler. percuſſ. c. ſicut dignum. d. homicid. viol.*

Præferendum jus Civile, juxta quod non puniuntur homicidia, quæ ex corde procedunt, & in effectum non deducuntur: non enim, ut in contractibus, ſic in delictis jure Civili ſufficit initium.

Homicida reputatur ſolus ille, cujus ictu vulneratus periit, *l. ſi rixa. ff. ad l. Corn. d. ſicar. l. huic ſcriptura. ff. ad. l. Aquil.*

HOMICIDÆ ſunt, qui manibus hominem occidunt, *d. c. periculosè. d. pœnit. ut. diſt. 1.*

Non o. *c. 1. d. homicid. in 6.* in quo ſolus conatus ſufficit. Reſp. Hoc in Aſſaſinis ſpecialiter inductum eſt in odium eorum, qui horrendâ inhumanitate deteſtâdaq; ſævitiâ mortem ſitiunt aliorum, Vid. Carpz. in *pract. crimin. part. 1. q. 19. num. 56.*

Præferendum eſt jus Canonicũ, quia in delicto homicidium effectu non ſecuto ordinariâ pœnâ coërceri non debet, Gomezius *d. delict. c. 3. num* 30. Non o. huic opinioni *l. ſi quis aliquid. 38. §. ult. ff. d pœn. l. omne delictum. §. 7. ff. d. re milit.* Quia illi textus loquuntur tantùm de militibus, in quos ob tentatum homicidium graviùs animadvertendum eſt, cum etiam graviùs delinquant, ſiquidem majorem animi conſtantiam atque fortitudinem oſtendere debent, quàm ceteri homines, Carpz. in *pract. crim. part. 1. q. 2. num. 50.*

Is qui cum telo ambulaverit hominis necandi causâ, ſicut is, qui hominem occiderit, vel cujus dolo malo factum erit commiſſum, legis Corneliæ de ſicariis pœnâ coërcetur, *l. 7. C. ad l. Corn. d. ſic. l. 1. ff. eod.*

HOMICIDII crimine

Ipſum jus Civile agno-

Legis Corneliæ de ſi-

innecti-

innectitur, & eſt occidendus, quisquis hominem occiderit, *can. ſi non. in fin. cauſ. 23. q. 5.* Vide tamen *c. cum non ab homine. §. conſultationi tuæ. X. d. judic.*

ſcit pœnam homicidii delicto non eſſe adæquatam in ead. l. in his verbis, ſed ſolent hodie capite puniri: repetit idem in *l. 16. ff. eod.* ubi diſtinguit iterum eos, qui in honore aliquo poſiti ſunt, ab iis, qui ſecundo ſunt gradu. Et ſimpliciùs loquitur *l. 3. C. d. epiſc. aud.* homicida, quod fecit, ſemper expectet. Vid. *conſt. crim. Caroli V. art. 137.* Carpz. in *pract. crimin. n. 8. & ſeqq. q. 2. num. 3. & ſeqq.* Schultz in *Syn. Inſt. ad tit. d. publ. jud. lit. O.*

cariis pœna eſt in inſulam deportatio, & omnium bonorum ademptio, *l. 3. §. pen. ff. ad l. Corn. d. ſic.* Quamvis & pro homicidio videatur impoſita pœna pecuniaria, vid. quinquaginta aureorum in *l. 1. §. 1. ff. d. his, qui eff. vel dej. l. 4. ff d. cuſt. & exh. reor. §. item. 15. Inſt. d. obl. quæ ex q. del. naſc.* attamen hoc ſolùm accipiendum de eo caſu ſpeciali, quando nimirum agitur ex edicto de his, qui dejecerint vel effuderint, ſecus quando agitur criminaliter ex L. Cornelia de ſicariis, Carpz. *d. loc. num. 9.*

Homicidii pœna in populo occidente Epiſcopum eſt in *can. ult. 25. q. 2.* ut tali populo vel civitati deinceps Epiſcopalis dignitas ſubtrahatur, & vicini Epiſcopi viſitationi ſubjiciatur.

Tunc differentiæ foret locus, ſi utrinq; ageretur de pœna corpori irroganda. Vel ſi inquireretur in autorem homicidii. Vel ſi eadem eſſet pœna totius populi, quæ ſingulorum, aut ejus, qui populi vice plecteretur.

Quod jure Civili non reperitur cautum, quo homicidæ aliis pœnis ſubjiciuntur, Rittershuſius *libr. d. differ. jur. Civ. & Can. 6. c. 5.*

Homicidio cauſam dans eadem pœnâ tenetur quâ homicida, *c. d. cetero. X. d. homicid. c. admonere. 33. q. 2.* Vid. *Novell. Leonis. 70.*

Nulla eſt differentia, Nec enim jus Canonicum dicit eum, qui homicidio dat cauſam, ad homicidii pœnam teneri, ſed licet non ad eandem teneatur pœnam, tamen ad ſacerdotium non eſſe promovendum. 2 mandans vulnerari homicidio non dat cauſam, licet homicidium ſequatur, nam ille dat cauſam, qui vel ipſus homicidium patravit, vel cujus voluntate homicidium eſt patratum, Vid. præter *diſp. meam d. leg.* Carpzovium in *pract. crim. part. 1. q. 4. num. 17. & ſeqq.* Vid. Berneggerum *quæſt. miſcell. 123.* Præterea in gratiam ſtudioſorum, qui tam rigidi reputationis ſunt aſſertores, ne quid gravius, hoc tantùm quæritur, *An in duellis quæ nulla ſolidâ ratione etiam quoad provocatos ſuſtineri & excuſari poſſunt, provocatus adverſarium occidens homicidio non det cauſam, & ordinariæ homicidii pœnæ obnoxius ſit?* Duo ſunt animadvertenda, Primum eſt, An duellis ſolida ſubeſſe poſſit ratio? Reſpon-

Quid ſi mandatarius mandati terminos exceſſerit, ut ſi juſſus vulnerare aliquem eum occiderit, mandatorem capitalis pœna non manet. Ita ſi quis faciat adunantiam armatorum ad baſtonandum aliquem, & ex accidenti ſequatur homicidium, autor, qui fecit adunantiam, ad homicidium non tenetur, Caſtrenſ. *conſ. 277. in cauſ. carcer. col. 1. in fin.* Vid. *diſp. meam inaug. d. leg. th. 69.*

Digitized by Google

deo hoc negare conſtitutionem Carolinam *art.* 140. quod cum ita ſit, ubi corpus, imò vita ipſa impetitur, quæ ſemel amiſſa irrecuperabilis eſt, facile hinc æſtimare licet, quid de duellis, ubi alter alterum injuriis fortè aliquibus laceſſitus provocat, & alter comparet, ſentiendum ſit: illa ſcl. illicita, nec in Republ. præſertim Chriſtiana, ullo modo permittenda, vel impunè ferenda eſſe. Quæ quidem vitio ſeculi, proh dolor! etiam in Germania noſtra adeò invaluerunt, ut fere pro ignominioſo habeatur, ſi viâ juris injuria illata vindicetur. De provocante hoc ſatis conſtat, quia ille non invaditur, quod ad neceſſariam defenſionem principaliter requiritur, ſed alterum ipſe aggreditur, & invaſio, quæ fortè verbis facta, ita comparata eſt, ut nec corpori nec famæ noceat, & facile aliâ ratione, puta recantatione ſeu revocatione & aliis mediis per injuriantem, ſive ſponte ſive juſſu Judicis præſtitis elui poſſit. Nec enim in poteſtate cujuſquam eſt injurioſis verbis alterius famæ & exiſtimationi revera detrahere, quæ ſicut virtute & honeſtate vitæ comparatur, ita non niſi per facta turpia & inhoneſta, quæ vel lex ipſa propter evidentiam directò, vel, ubi clanculum admiſſa probationibus legitimis detecta ſunt, miniſterio Judicis per ſententiam notat: alioquin uno momento quis integram univerſitatem hominum infamem reddere poſſit. Sane quia fama bona non parum juvatur & quaſi declaratur honeſtâ concivium opinione, quam de altero conceperunt, hactenus aliquâ ratione illi detractum videri poſſit, ſi quis illatam injuriam diſſimulet, tanquam ex conſcientia ſceleris impacti hoc faciat: ſed ob id neceſſe non eſt, ut alterum ſtatim ad pugnam provocet, ſeq; ipſe viâ facti privatim ulciſcatur. Nam præterquam quòd illa repulſio, ſeu potiùs vindicatio injuriæ incerta ſit, dum non raro contingit, ut hujusmodi provocantes in duellis ſuccumbant, & ita convitia illata per victoriam injuriantis quaſi confirmentur, longè fortiùs & certiùs, quicquid videtur exiſtimationi detractum eſſe per revocationes & recantationes judiciales reſtituitur, & dum pro ratione injuriæ illatæ injurians inſuper infamiâ notatus propriam exiſtimationem amittit, ut de pœna irroganda nihil dicam. Quod ſi grave ſibi putet quis & ſumptuoſum judicium ſubire, ſuppetit illi remediũ verbalis retorſionis (de quo tamen non aſſentior Frantzkio *l.* 2. *reſol.* 23. ubi hanc quæſtionem tractat, vid. different. in qua *Retorſioni non eſt locus*) quo in continenti injuriam in adverſarium rejiciat. Imò nec ſi re injuria illata fuerit, & injurians ſe ſtatim ſubduxerit, provocationi ſub prætextu honoris vindicandi locus erit. Honor enim eſt opinio de excellentia, quæ in ferendo magis, quàm in provocando & ulciſcendo conſpicitur: quoniam & gentiles Philoſophi dixerunt, puſilli eſſe animi contumeliam ferre non poſſe, ut refert & ampliùs deducit Hugo Grotius in *jur. belli ac p.* ubi addit, non referre, ſi quidam corrupto judicio virtutem hanc improbis confictis nominibus traducant: perverſo enim illo judicio nec rem nec æſtimationem immutare. Facit præterea pro hac ſententia, quòd hujusmodi provocator Magiſtratui Politico & autoritatem ſuam detrahat & contra manifeſtam ſanctionem juris divini vindictam ſibi ſumat, injuſtitiæque illum quaſi arguat, qui tamen in hunc finem à Deo Opt. Max. conſtitutus eſt, ne quis ſibi ipſi jus dicat & propriam autoritatem exerceat, *Rom.* 13. *l. extat.* 13. *quod met. cauſ. l ult. C. d. vi privat. l. nullus.* 14. *C. d. Jud. & Cælic. junct. l. non eſt ſingulis.* 176. *d. R. J.* ubi Paulus notanter ait, Non eſſe concedendum ſingulis, quod per Magiſtratum publicè fieri poteſt, ne occaſio ſit majoris tumultûs faciendi. Quæ cauſa eſt, quod & provocator, licet provocatus ad certamen non comparuerit indifferenter, etiamſi provocatio verbis non contumelioſis facta ſit, extraordinariâ pœnâ afficiatur. Confer Carpzovium *part.* 1. *pract. crim. q.* 29. *num.* 71. Obrecht. *d. nec defenſ. c.* 11. *num.* 61. Et ſanctiſſima lex eſt, quæ apud barbaros populos Moſchovitas ſancita fertur, ut ejus, qui aliquem provocaverit, omnia bona confiſcentur. Nec quicquam in annalibus Turcorum & aliorum paganorum ferè legas de duellis hujusmodi temerariis, ut dolendum planè ſit praviſſimum hunc morem inter Chriſtianos adeò invaluiſſe, quos tamen in tanta luce S. Evangelii, ex quo illis de voluntate divini Numini longè meliùs conſtat, major illius reverentia & obſervantia deceret. Quod verò provocatum attinet, nec is injuriam, ſi quæ cum provocatione conjuncta putetur, nec, ſi citra

cam

eam facta fuerit, metum infamiæ aut puſillanimitatis ſibi imminentem obtendere poteſt. Tum quia metus ille juſtus non eſt, ut quis ob eum alterum aggrediatur & occidat, qui nec aliàs juſta cauſa eſt reſtitutionis ex edicto Prætoris, *l. nec timorem. 7. quod met. cauſ.* Tum quia infamia illa ſaltem putativa eſt, cum per duellum ſuſceptum nulla virtus defendatur, ſed ſanctio legis prohibitoria potiùs violetur. Nec fortitudo in eo conſiſtit, ut quis temere & ſine ratione, ſed cum conſilio certo & intuitu honeſtatis, utilitatis & laudis alicujus virtute condignæ pericula ſuſcipiat. Quod in præſenti caſu tantùm abeſt ut fiat, ut impotentia potiùs quædam animi appareat, dum provocatus pravis affectibus indulget, & cæco impetu vindictam privatam & ipſe perſequitur. Et certè ſicut aliàs pro imbelli non habetur, qui abſtinet ab eo, quod ſibi etiam civiliter dedecori vel probro reputatur, utique nec is pro puſillanimi habendus erit, qui tam ſuum quàm adverſarii periculum, æternam ſalutem ſcilicet, quæ momentum famæ & exiſtimationis civilis longè ſupergreditur, concernens penſi habet, pugnam rationabiliter detrectat, documentumq; fortitudinis in aliud commodius & Reip. magis proficuum tempus rejicit. Nec quicquam facit, ſi conſuetudine, præſertim nobilium vel militum opinione, detrectans duellum pro infami habeatur, & à conſortio quoque aut menſis & compotationibus aliorum arceatur, ſicut in hujus putativæ ignominiæ ſignum apud Germanos conſuetum dicunt, laciniam ſeu mappam, quâ menſa integitur, pro ea parte, quam talis in accumbendo occupat, arceri teſte poſt Rud. Agricolam in epiſt. congreſsus Friderici III. Cæſaris cum Carolo Duce Burgundiæ, Obrecht. *c.d. neceſſ. defenſ. 11. num. 63.* Opinio enim illa prorſus erronea & conſuetudo irrationabilis, & directò contra jus divinum & bonos mores eſt, unde nequaquam attendenda, *l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. c. ult. ubi gl. in verb. rationabilis d. conſuetud.* Vid. differentiam, in qua *conſuetudo irrationabilis non valet.* adeò ut nec ullo temporis ſpatio receptus in hac vel illa provincia mos duellorum præſcribi & validari poſſit, Berlich. *part. 4. concluſ. 16. n. 5.* cum aliis, quos ibidem refert. Sed duo graviter huic noſtræ ſententiæ adverſari videntur. 1. ſuprà allegatus *art. 140. in Conſt. crim. Carol.* ut & *art. 142. in verbis* ohne fährligkeit ſeines leibs vnd lebens / ehr vnd guten leumunds *ꝛc.* ubi diſertè cum periculo vitæ, propter quod aliàs defenſio cum alterius occiſione licita eſt, conſideratio famæ & honoris conjungitur, & non minùs propter hanc, atque periculum ipſius vitæ, ſuſcepta defenſio neceſſaria, legitima & impunis eſſe dicitur. Reſp. Frantzkius *d. loc. num. 31.* non neceſſe eſſe, ut verba illa in genere de quacunque fama & exiſtimatione uniuscujusque qualitercunque læsâ accipiantur, cum verificari poſſint in illis, qui ratione aut poteſtatis aut fidei datæ ex ſpeciali obligatione, quales ſunt ſervi aut famuli ratione dominorum, Vaſalli ratione Seniorum: aut etiam alii, qui ex affectione alteri periclitanti ſuccurrere obſtricti ſunt. Vid. differentias, in quibus de defenſione, Boccrum *d. duell. c. 10. num. 54.* 2. dicti articuli de diverſis prorſus terminis loquuntur. Hic enim quæritur de eo, qui verbis ſaltem ad duellum provocatus vel ſtatim, vel etiam, quod plerumque fit, ex intervallo aliquo comparet, in arenam deſcendit, & alterum occidit. Quòd ſi etiam verba illa ratione honoratiorum, puta nobilium, militum, & id genus aliorum hominum, intelligas, hoc ſaltem ad ſummum inde probabiliter elici poſſet: ſi invaſoris impetum, cum poſſint, ſeceſſione factâ non declinent, ſed ſubſiſtant, armisque, quibus induti ſunt, vim repellant, & invaſorem occidant, illis magis, quàm togatis, ignoſcendum eſſe, ſi intuitu ſtatûs vel profeſſionis dolorem honeſtè ſe temperare & adverſario cedere non poſſe crediderint. Aſt inde ad nudam verbalem irritationem, quæ per provocationem fit, nullo prorſus modo inferri poteſt. Alterum, quod adverſari videtur, eſt in *l. 14. §. 6. ff. d. bon. libert.* Reſpondet Frantzkius *num. 35.* tractare Ulpianum ibidem de edicto Prætoris, quo certis caſibus patrono, illiusque filiis etiam contra teſtamentum liberti pro dimidia parte bonorum poſſeſſio competit, & quærit, an ſi libertis patroni filium majeſtatis in judicio accuſaverit, vel etiam extra illud alio modo impetierit, filius eundem illic calumniæ & capitis puniri deſiderarit, vel hic crimen retorſerit, edicto locus ſit? Ratio dubitandi eſt, quòd patronus ejusque filii, qui liberti exiſtimationem per accuſationem ca-

Digitized by Google

pitis & ſimili modo gravant, à bonorum poſſeſſione excludantur. Ratio decidendi eſt, quòd hoc ſaltem procedat, ubi patronus & ejus filius directò libertum capitis accuſant, vel aliàs extra judicium criminantur, & ita offendunt: ſecus verò ſit, ubi irritati defendendi ſui causâ hoc faciunt, vel exceptionem calumniæ opponendo, vel extra judicium crimen objectum retorquendo, tunc enim, uti aliàs, ubi corpori vis infertur, defenſio licita eſt, ita & in verbali offenſione ignoſcendum eſt offenſo, ſi retorſione hujusmodi crimen à ſe repellere voluerit. Hæc ex mente Frantzkii.

HOMICIDIUM eſt omnis iniquus motus ad nocendum fratri, *c. homicidium. d. pœnitent. diſt.* 1.

Utrumque jus conciliari poteſt diſtinguendo inter pœnam temporalem, & eam, quam ſibi Omnipotentis juſtitia reſervat.

Homicidium eſt corporis peremptio, *l. 1. in pr. ff. ad l. Corn. d. ſicar.* Vid. differentiam *Furtum fieri poteſt ſine contrectatione.*

HONESTAS publica facit, ut non tantùm patri ſponſam filii, & contra filio ſponſam patris ducere non liceat; ſed nec cuivis ſponſo ſponſæ ſuę defunctę matrem, filiæ non matris ſponſum: imò ad alios quoq; ſponſi ſponſæque, etiam in linea transverſa usque ad quartum gradum incluſivè conſanguineos extenditur.

Tridentini Patres ad primum duntaxat gradum reſtrinxerunt, ut ſcl. frater fratris ſui ducere ſponſam, & ſoror ſororis ſuæ ſponſo nubere non poſſit. Quod ipſum licet etiam pleræque Eccleſię ſequantur reformatæ. Si tamen ſint, qui inſuper habeant, Rennemanno in *Jpr. Romano-German. membr.* 1. *diſp.* 41. *th.* 26. *lit. C.* aberrare non videntur.

Inter me & ſponſam patris mei nuptiæ contrahi non poſſunt: quanquam noverca mea non propriè dicatur. Sed & per contrarium ſponſa mea patri meo nubere non poterit: quamvis nurus propriè non dicatur. *l.* 12. *§.* 1. 2. *ff. d.* R. N. Vid. ibidem *§ pen. & ult.* *§.* 9. *I. d. nupt.*

HOSTILIS præda publico arbitrio diſtribuitur, *c. dicat aliquis.* 23. *quæſt.* 5.

Agnoſcit hanc differentiam Vinnius *ad d.* §. 17. quod confirmare videtur *c. ficut.* 29. *X. d. jurejur.* Sed ſciendum jus Canonicum diſciplinam militarem, quâ Regi ſervantur omnia, docere è Sacra Scriptura; verùm ex eadem diſtingui poteſt inter autoritatem & conſenſum ejus, qui autoritate præfulget. Autoritate diſciplinæ militaris omnia Regi ſervantur: conſenſu ejus, qui autoritate præfulget, ea, quæ ex hoſtibus capimus jure gentium ſtatim noſtra fiunt, idque publicæ utilitatis gratiâ, de qua Manzius *ad d.* §. 17. ut ſcilicet milites, cum ſcirent ſua eſſe (tam ex conſenſu & voluntate hoſtium, quàm ſui Ducis) quæ bello cepiſſent, propter iſtam ſpem faciliores eſſent & alacriores ad propugnandam Rempublicam.

Ea, quæ ex hoſtibus capimus, jure gentium ſtatim noſtra fiunt, *§. item ea.* 17. *I. d. R. D.*

HYPOTHECA eſt rei mobilis, nam etiam ruſticum mancipium, niſi ſit Eccleſiæ, ſpecialis hypothecæ titulo obligari

Placet animadverſio Bachovii *libr. d. pign. & hyp.* 1. *c.* 1. *adverſus Hunnium.* Hunnius, inquit, pignus tantùm mobilium, hypothecam tan-

Eſt rei immobilis, quę ad creditorem non tranſit, *l.* 9. *§.* 2. *ff. d. pign. act.* Vid. differentiam, in qua *Pignus eſt rei immobilis.*

poteſt,

Digitized by Google

poteſt, *c. nulli. 5. X. d. reb. Eccl. alien. vel non.*

tùm immobilium eſſe ſcribit, & malè omnia loca, quæ de immobilibus loquuntur, vult ad hypothecā reſtringi. Placet etiam ejusdem Bachovii animadverſio in *d. libr. 1. c. 6. num. 3.* ne videatur peccaſſe jus Canonicum ruſticum mancipium rei immobili opponens. Licet enim ad omnem dubitationem tollendam aliquando diſtinctiùs res mobiles & ſe moventes nominentur, non tamen id efficiet, quò minùs res ſe moventes rectè appellentur res mobiles, quod pueri ex Phyſicis principiis ſciunt.

I.

IMPERATOR electus ante Coronationem Rex tantùm Romanorum appellatur, poſt Coronationem demum Imperatoris nomen conſequitur, *c. venerabilem. 34. X. d. elect. & elect. pot.* Bocer. *d. regal. c. 1. n. 22. c. 2. d. feud. diſtr. ex cauſ. num.* 8. Hahn. *diſp. feud. 4. th. 1. lit. a.* Cardin. Tuſch. *lib. 1. concl. 39.*

Cui lateri ſit accedendum, vid. differentiam, in qua, *Eccleſiæ ita ſe habent.* Carpzovium in *Synopſ. jur. feud. diſp. ult. q. 4.* Hahn. *d. diſp. F. 4. concl. 4.* in qua cum Pius V. Coſmum, Ducem Florentiæ, coronâ & Magni Ducis Hetruriæ donaſſet, Maximilianus II. Pontifici, tanquam falcem in alienam meſſem mittenti, ſe oppoſuit. Vid. Magerum de *advoc. arm. c. 5. num. 315.* Vid. Boceium *de ſubſtant. nat. & accid. feud. in d. c. 2.* ubi, quod in differentia, *Eccleſiæ ita ſe habent*, tractamus in genere, in ſpecie quæritur, *Num Imperator Romanus Imperium Romanum à Pontifice in feudum poſſideat?* Limnæum *d. jur. publ. tom. 1. libr. 2. num. 56. & ſeqq.* En faciem rerum, Olim non ſubſtitiſſe Pontificum electionem, niſi authoritas Cæſaris vel Exarchi acceſſiſſet, probant *can. 21. cum ſeqq. diſt. 36.* Innocent. *c. 2. d. maior. & obed.* Vid. Arniſæum *libr. 2. d. jur. Maj. c. 6.* §. 10. ubi ex Platina in *Pelag.* refert, Nihil illis temporibus actum fuiſſe à Clero in eligendo Pontifice, niſi ejus electionem Imperator approbaſſet. Ut adeò mirari ſubeat, quomodo contrarium aſſerens diſceptatio Synodalis (quam ſic inſcripſerunt) inter advocatum Regis (hoc verbo Imperatorem Henricum IV. deſignant) & defenſorem Eccleſiæ: non ſolùm Pontificiis ſcriptoribus, vid. Baron. *tom. XI. anno* 1602. ſed & viris aliis doctis potuerit probari. Vid. Goldaſt. *tom. 2. elect. d. monarch. Rom. Imp.* Arniſ. 1. *relect. polit. c. 5. ſect. 9. num. 57.* cum tamen & tractandi ratio accuratiùs inſpicientibus facilè perſuadeat è vaporarii cujusdam triclinio figmentum illud prodiiſſe. Nec majus authoritatis pondus merentur *c. 1. 2. diſt. 63.* Si enim ullibi verum eſt, quod poſt Baronium, Gretſerum & alios Jeſuitas profitetur Waizeneggerus *diſſ. 2. d. jur. publ. c. 3.* §. 26. Cœpoll. *d. cogn. libr. jur. Can. num. 18. & ſeq.* (Gratianum in hoc opus ſuum aliquando apertè falſa & non raro dubia retuliſſe: exemplum ponens in *can. Hadrianus. 22. d. diſt. 63.*) in his prioribus *d. diſt.* canonibus id veriſſimum apparet. Certum enim conſtitutumque eſt ipſis Pontificiis Dd. plerosque canones conſutos aut concinnatos eſſe juxta ſeriem temporum, arg. *c. cum Hadrianus. 29. d. diſt. 63. ad verb. Gregorius.* Atqui canones, quos ex eadem

Coronationis in Imperatore poteſt eſſe admiſſio, non neceſſitas: prærogativa quæſita, non annexum Imperatoriæ Majeſtati perpetuum. Et ita reſpondetur facto Lotharii Saxonis, qui coronam accipiendo à Pontifice ſeſe ad pedes ejus abjecit: facto etiam eorum, qui pedes Pontificis oſculati ſunt, aut deſcendenti de equo ſtapedem tenuerunt.

diſt.63. citant, nempe *can.22.* & *23.* longè ſunt antiquiores: tractant enim de actis Caroli M. & Hadriani I. poſt devictum Deſiderium, Regem Longobardorum, circa annum 773. interpoſitis. At primus & ſecundus longè ſunt poſteriores tempore. Itaque vel contra mentem Gratiani aſſuti corpori Decretorum videntur, quod & alibi accidiſſe ipſi Canoniſtæ fatentur apud Barboſam in *proœm. Decret. Gratiani*, Otto Tabor *Prolegom. in Cod. Juſtin. ſect.2.th.2.* Quicquid ſit, agnoſcant Imperatores non tantùm coronam, ſed etiam coronationem, agnoſcant, ut agnovit Juſtinianus in *l.1. in pr. C.d.V.J.E.* ubi ſui gubernationem imperii Deo autori, à cujus cœleſti majeſtate traditum habeat, tribuit: quòd bella feliciter peragat, pacem decoret, ſtatum Reipublicæ ſuſtentare poſſit, hoc pendere è Dei Omnipotentis adjutorio, ut neque armis fuerit confiſus, neque ſuis militibus, neque bellorum ducibus, neque ſuo ingenio: ſed omnem ſpem ad ſolam retulerit ſummæ providentiam Trinitatis, unde & Mundi totius elementa proceſſerunt & rerum diſpoſitio in orbem terrarum producta eſt.

IMPERATORIS non ſunt univerſa, *c. convenior.21.cauſ.23.q.8.*

Angelus in *l.15.ff.d.R.V.* eum, qui Imperatorem ex plenitudine poteſtatis id poſſe negaverit, ut ſua faciat omnia, per gulam mentiri affirmat. Facit *l.3. C. d.primipil.libr.12. l.2.§.3.d. aq. & aq.pluv.arc. l.14.C.d.Oper. publ. l.13.§.1. Comm. præd. l.2.§.16.ff. ne quid in loc. publ. l.1.ff.d.C.P.*

Si facienda eſt differentia, præferendum eſt jus Canonicum, quippe quod confirmatur jure Divino. Sic Elias mittitur ad Achabum ob ereptam Nabotho vineam ſuam cum hoc mandato, Occidiſti inſuper & occupaſti. Ergo in loco, in quo linxerunt canes ſanguinem Nabothi, lambent quoque ſanguinem tuum, *1.Reg.21.v.19.* Sed non facienda eſt differentia, quia nemo alteri debet præjudicare, aut jus ipſi quæſitum ſine facto ſuo auferre, *arg. l.id quod noſtrum.11. ff. d.R.J. t.1. C.d. reb. al. non alien.* Ad objecta respondetur.. 1. quidem Angelo reſpondet ex Cravetta *conſ.241.* Hahn. in *diſp. feud.6. concl.6. lit.b.* Angelum non ut Angelum, ſed ut hominem mendacem loqui. Ad *l.3.* nihil eſt, quod reſpondeatur, quia affectata illa potentia ſeu ambitio, quâ Imperatoris fierent univerſa, eſſet utilitas potiùs privata, quàm publica, nam non poteſt eſſe utilitas publica, quâ utilitati publicæ decederet, aut diſcrimen illud inter utilitatem publicam & privatam tolleretur. Hinc Adrianus roganti populo, ut aurigam quendam libertate donaret, reſpondiſſe fertur, injuſte hoc a ſe poſtulari, ut aut alienum ſervum manumitteret, aut dominum ad id faciendum impelleret, autore Zonarâ *tom.2.annal.* Et Auguſtus forum anguſtius feciſſe fertur, non auſus extorquere poſſeſſoribus proximas domos, teſte Suetonio in ejus vita c.56. Ad *l.2.§.3.* reſpondetur, illa opera, quæ aquæ mittendæ cauſâ publicâ autoritate fit, non impedit privatam utilitatem, ſed publicam utilitatem curat. Ad *l.14 C. d. oper. publ* reſpondetur, Nullius privati intereſſe, vel quantumvis intereſſet, magis tamen intereſſe utilitatis publicæ, ædificia, quæ vulgò parapetaſia vocantur, vel ſi quæ alia opera mœnibus vel publicis operibus ita ſociata cohærent, ut ex his incendium vel inſidias vicinitas reformidet, aut anguſtari ſpatia platearum, aut minui porticibus latitudinem, aut ipſa ædificia dirui ac proſterni. Ad *l.13.§.1.comm.præd.* reſp. privatum non poſſe conqueri de utilitate ſibi intercepta, nam lapides ne quidem publico nomine, i.e. ex cauſa publicæ utilitatis cædi poſſunt, niſi priùs ſolutum ſalarium, i.e. honeſtum precium pro hoc domino præſtetur, *arg. l.ſervi. 2. ibi. eorum domini precium a fiſco percipiant. C.pro quib. cauſ. ſerv.* quia licet privatum commodum cedere debeat utilitati publicæ, attamen, quatenus utrumque ſimul ſubſiſtere poteſt, eatenus utrumque ſuſtinendum eſt. Hic vero ſufficit in eo privatum jus à publico vinci, quòd privato ex cauſa publicæ utilitatis res ſua adimi poſſit. Eatenus vero privatum jus una cum publico conſervari poteſt, ut privato pro re ipſi adimenda precium refundatur. Ad *l.2.§.16.ff. ne quid in loc.p.* Reſp. vel cum aliis, Quando Princeps in loco publico ædificare

Digitized by Google

care alicui permittit, quod tum nemini aliquid auferat. Publicus enim locus ipſius eſt Principis. E. jus in illo loco ſibi competens in alium transferre poteſt. Reſpondet 2. Hahn. in *d. diſſ. feud.* 6. non improbabiliter verba, *niſi fortè quis hoc impetraverit*, non ad Principem, ſed ad privatum referri poſſe, cujus cum injuria ædificatur. Circa quam reſponſionem non magis dubitari poteſt, quàm quæri poteſt, An Princeps à ſeipſo impetrare poſſit? Vel hæc verba referri poſſunt ad privatum, non qui impetret, ſed ad privatum, à quo impetrari eſt neceſſum, quia cum ejus incommodo ædificaretur. Ad *l. 1. d. C. P.* diverſimodè reſpondent. Simpliciter ſic habendum, Placitum Principis vim habere legis, ſi legis condendæ accedat animus: quem animum accedere oportet, quia etiam Principi placere poteſt abrogare legem; in abrogatis autem legibus animus condendæ legis non eſt. Et hæc quoad res: quoad homines, non omnes ſubeſſe Imperatori tradit Limnæus *d. jur. publ. tom. 1. libr. 2. c. 8. num. 14.* ex Ovidio, qui *libr. 1. d. Pont. eleg. 3.*

Maxima pars hominum nec te pulcherrima curat
Roma, nec Auſonii militis arma timet.
Dant illis animos arcus, plenæque pharetræ,
Quamque libet longis curſibus aptus equus.
Quodque ſitim didicere diu tolerare, famemque;
Quodque ſequens nullas hoſtis habebit aquas.

Vel poteſt imperatori univerſus Orbis tribui eo ſenſu, quo apud eundem Limnæum *d. loc. num. 21.* de quodam Imperatore dictum fuit, eum eſſe Regem Hungariæ privativè, Bohemiæ participativè, Germaniæ ſpeculativè.

IMPERATOR vocatur Rex, *c. ſolicitæ. 6. verſ. præterea. X. d. major. & obed.* ubi reſcribit Innocentius III. Conſtantinopolitano Imperatori, Fecit Deus duo magna lumina, i. e. duas inſtituit dignitates, quæ ſunt Pontificalis autoritas & regalis poteſtas. Sed illa, quæ præeſt diebus, i. e. ſpiritualibus, major eſt: quæ verò carnalibus, minor. Ut quanta inter ſolem & lunam, tanta inter Pontifices & Reges differentia cognoſcatur. Hæc autem ſi prudenter attenderet Imperatoria Celſitudo, non faceret aut permitteret Conſtantinopolitanum Patriar-

Nulla eſt differentia, quia ipſe Pontifex Regem & Imperatorem diſtinguit, *c. novit. 13. X. d. Judic.* Dein licet Imperator non ſit Rex in relatione ad inferiores; eſt tamen in relatione ad ſummam poteſtatem, quâ pollet, V. Joachim. Cluten in *ſyllog. rer. quotid. th. 23. lit. a. l. fin. C. d. L L. l. 3. C. d. quadr. præſcr.* Idem habetur in jur. feud. *libr. 1. feud. tit. 26. in pr. libr. 2. feud. tit. 54.* Conſidet in *tract. d. Regalib. c. 1. num. 13.* Sic in receſſibus Imperii Fridericus Imperator & Maximilianus I. ſe aliquoties Reges Romanos, & Cæſaream ſuam Majeſtatem regiam appellant Majeſtatem. Hinc denique lex illa, qua populus Romanus omne ſuum imperium & poteſtatem omnem in Imperatorem contulit, Lex Regia appellatur in §. *Sed & quod Principi. I. d. J. N. G. & C.* & in *l. 1. ff. d. Conſt. Princ.* Bocerus *d. Regalib. c. 1. num. 19. 20. 21.* Vid. Limnæum *d. jur. publ. tom. 1. libr. 2. c. 1. num. 38.* Vel ideo Pontifex Imperatorem vocat Regem, ut ſe Imperatorem faciat, qui ſibi in extravagantib. *c un. ne ſede vac.* vacante imperio imperium tribuit.

Imperatòr in *proœm. Inſt.* ſe non vocat Regem, ſed Imperatorem: Gilimerus, Vandalorũ Rex, de quo apud Giphanium in *comment. d. Imp. Juſtin.* Harpprecht. in *epigraph. proœm. Inſt. num. 43. & ad §. 1. num. 12.* agnoſcit Imperatorem, non ut Regem, ſed ut Regum victorem.

Digitized by Google

cham, magnum quidem & honorabile membrum Eccleſiæ, juxta ſcabellum pedum ſuorum in ſiniſtra parte ſedere, cum alii Reges, Principes Archiepiſcopis & Epiſcopis ſuis (ſicuti debent) reverenter aſſurgant, & eis juxta ſe venerabilem ſedem aſſignent, Vid. differentiam, in qua *Eccleſiæ ita ſe habent.*

IMPERITIS literarum officia non ſunt conferenda, *c. illiteratos.* 1. 26. *diſt. c. pœnitentes.* 3. 55 *diſt. c. cum in cunctis.* 7. *d. Elect. & c. ult. d. temp. ordin. in* 6.

Imperitis literarum officia conferri poſſunt, *l. certi. pen. C. d. Judic.* in quo conceſſa eſt etiam militaribus hominibus judicandi facultas. Scimus autem arma magis, quàm jura ſcire milites conſueviſſe, *l. ult. in pr. C. d. jur. delib.*

Nulla eſt differentia, Nam quoad jus Canonicum palam eſt quæ & quanta ſit ejus circa officiorũ collationem ſolicitudo, quam ſedula indagine imperitiam negligat. Si aliquod officium vacet, nullus eſt, qui hanc Helenam contrectare auſit, niſi eruditâ manu: neve impediatur in acquirenda indies majori cognitione, ſarcinatrici curas domeſticas committit. Tam attentus eſt in rerum interpretamenta, quisquis officium ſuſcipit, ut verba ſubinde deſpicatui habeat, Vid. differentiam, in qua *Grammaticæ artis ignorantia toleratur.* & differentiam, in qua *Grammatica & Grammaticæ ignorantia æquiparantur.* Quoad jus Civile in quolibet artis ſuæ imperito imperitia culpæ venit adnumeranda, *l. illicitas.* 6. §. *ſicuti. ff. d. off. Præſid. l. ſi quis domum.* 9. §. *Celſus. ff. locat.* §. *præterea. Inſt. ad L. Aquil.* Exempla in jure paſſim invenire licet. In Medico eſt exemplum in *l.* 8. *ad L. Aquil. l.* 132. *d. R. J.* in Mulione, *d. l.* 8. §. 1. Idemque in Doctore, Procuratore ac omnibus vel minimæ artis Profeſſoribus usque ad bubulcum, Otto Tabor in *Theſaur. loc. comm. Jurisp. ex axiom. Barboſ. libr.* 9. *c.* 16. *axiom.* 1. De peritia (verba ſunt Donelli *libr. comm. jur. Civ.* 17. *c.* 24. Juris quanta ſufficiat ad cauſam dirimendam, ita judicandum eſt, non aliud eſſe magis, quod deſideretur in Judice. Non enim hic quodvis requirimus judicium, ſed id, quod eſſe poſſit ex jure & legibus de re controverſa. Quem ergo juris moris imperitum eſſe conſtabit, ſciamus hunc judicem eſſe non poſſe. Quod & ſemper obſervatum fuit in omni bene conſtituta Republica: & ut non eſſet antea, hunc certè Juſtinianus à judicandi officio removit, *Nov.* 82. *d. Judic. in pr.* Neque enim putavimus convenire, inquit, ut illi Judicum nomen gerant, qui & legum ſint imperiti, & in rebus gerendis nullum habeant uſum, nullam experientiam. Et paulo poſt: cum verò erunt, qui nec magiſtratum gerant, nec nobis in miniſterio ſint, ſi iidem non à ſe jus accepturi ſint, ſed aliunde emendicaturi rectam judicandi rationem, annon magnum ea res Reipubl. detrimentum adferet, ſi his tradamus lites diſceptandas, ignorantibus quid facto ſit opus: Sinamus autem eos quærere alios, à quibus diſcant, quid ſe in judicando pronunciare oporteat. Non mutat hanc ſententiam, ſed confirmat potiùs idem Juſtinianus in *d. l. certi.* nam de quibus militaribus hominibus & quàm peritis ſentiat, ipſe in reliqua conſtitutione declarat. Quid enim obſtaculi, inquit, eſt homines, qui alicuius rei peritiam habent, de ea judicare? De iis ergo loquitur, in quibus ſaltem exigit peritiam ejus rei, de qua judicant: Neque nos in omnibus Judicibus majorem exigimus, aut exigendam putamus. Denique in extremo eos ſe dicere oſtendit, qui pro ſua & legis ſcientia finem altercationibus militaribus imponant. Ita in ſumma hac conſtitutione docemur, quod de Judice imperito dicimus eum Judicem eſſe non poſſe, ita verum eſſe, dum intelligamus non exigere nos in quovis Judice exactam omnis juris cognitionem, ſed tantam, quanta ad eas cauſas, quæ tractantur, decidendas ſufficit. Quæ ſi aderit, habemus, quantum ſatis ſit ad judicandi facultatem. Vid. Ottonem Taborem in *theſ. locor. comm. Juriſp. ex axiom. Barboſ. d. lib.* 9. *c.* 89. *axiom.* 17.

apud

Digitized by Google

apud quem rectè monet Cæpolla expertum ſe eſſe, eſſeque utilem cautelam, ut ſcil. aliquis bonam cauſam habens, non tantùm conducentia, ſed & frivola adducat. Cum enim quandoque imperiti judicent, ſæpe aliquid per ſocordiam & ignorantiam committunt. *l.*1.§.1.*d.fer.* inſtarq; boum ſunt, ut ait Pap. in *form. ſequeſtri.* Vid. Cothm. 1.*reſp.*18.*n.*298. fitque ut magis moveantur ad judicandum per rationem, quæ minus facit, & aliquando nihil valet, quàm per rationem urgentem, quæ eorum capita non intrat, adeò in hoc ipſo fallendi ſunt, ne errent, ut ait Quintilianus *libr.*2.*c.*17. Vid. notabiliter Zaſium *d.cumulat. act. & excep. præpoſter. ad* §. *ſin minus. num.*22.*in fin. d. action.* ubi ſcribit, Allegavi iſtas duas leges, ſed non potui obtinere: credo nimis ſubtilem fuiſſe Aſſeſſoribus.

IMPERIUM merum & jurisdictio criminalis indiſtinctè mandatur, *c. in Archiepiſcopatu. d. raptor.* *ubi gloſſ. c. aqua. d. conſecrat. Eccl. vel alt. c. ult. ne Cler. vel monach. in* 6. Thom. Mich. *d. jurisd. concl.* 82. *lit. a.* Weſenb. in π. *d. jurisd. n.*11. Ampliùs hoc confirmatur ex *clem.*1. §.1. *d. hæretic. c. licet. d. offic. vic. & in c. cum Epiſcopus. d. offic. ord. in* 6. *c. ult. X. d. offic. ord.* Vid. tamen Bachov. *ad Treutl. vol.*1. *diſput.*3. *theſ.*6. *lit.* G. Hahn. ad *tit. ff. d. jurisd. num.* 11.

Nulla eſt differentia, quia Canones ignorāt merum imperium. Vid. differentiam, in qua *Supplicio ultimo nemo afficitur.* Eccleſiaſtici ſuper ſanguine cognoſcere non poſſunt, *c. Clericis. & c. ſententiam.* 9. *X. ne Cleric. vel monach. ſec. neg.* Criminoſos remittunt puniendos ad Magiſtratum politicum, *c.*1. *X. d. offic. Jud. ord.* Fachin. 9. *contr.*99. Wiſſenbach. *diſp. ad. R. J.* 11. *th.*4. Ad *c. in Archiepiſcopatu* reſp. Quamvis Rex Siciliæ ſubditus ſit Romano Pontifici, *clem. paſtoralis. d. re jud.* Rex tamen & verus Princeps eſt, habens omnia ea jura, quæ Principibus jure conveniunt, & eis ſpeciali privilegio reſervantur: agnoſcit enim Romanum Pontificem jure feudi, & in recognitionem ſupremæ poteſtatis: ipſe nihilominus omnem & integram jurisdictionem in regno habet, & eam exercet & exequitur, nec tenetur appellationem admittere à propriis ejus ſententiis, Vid. Matth. d. Afflict. *q.*2.13. *præf. Conſt. Neap.* Ad *c. aqua.* reſp. hanc delegationem fieri poſſe juſtâ causâ, nempe ipſo Epiſcopo abſente vel impedito. Sic etiam jure Civili in caſu abſentiæ poteſtas gladii poteſt mandari, cum vis facta dicitur, *l.*1. *d. off. ejus, cui mand. eſt jurisd.* Ad *c. ult.* reſpondet Covarruvias *tom.*2. *var. reſol. libr.*3. *c.*20. *num.*3. Inferiorem quidem à Principe cauſas meri Imperii poſſe delegare; ſed id ex eo obtinet, quòd Epiſcopus habens merum imperium non poteſt illud exercere in cauſis, quæ ſanguinis pœnam requirunt: impedit enim ipſe Eccleſiaſticus ordo. Ad *clem.*1. reſpondet idem, Epiſcopum poſſe cauſas hæreſis delegare & alteri committere, nam, ut inibi expreſſum eſt, hæreticæ cauſæ inquiſitores non poſſunt de ea cognoſcere, nec eam tractare regulariter abſque Epiſcopo, vel ejus vicario & delegato. Igitur delegari poterit cauſæ hæreſeos cognitio ejusque punitio. Ad *cap. licet. num.*4. reſpondet obtinere illud in officialibus, qui ab Epiſcopis conſtituuntur & hi vicarii appellantur. Nam & iſti quadam conſcientiâ & permiſſione juris exercent ſibi mandatam à Prælatis jurisdictionem. Idem reſpondetur ad *c. cum Epiſcopus.* Ad *c. ult.* reſp. Bald. id non procedere in jurisdictione delegata, ſed in ordinaria competente alicui ex privilegio ſpeciali: nam hæc delegari poterit, ſicut & ea, quæ jure ordinario & communi data eſt. Reſponderi etiam poteſt cum Covarruv. *d. loc.* delegationem ejus, cujus Rom. Pontifex meminerit, factam fuiſſe tantùm quoad quendam actum & nudum miniſterium, nempe ſimplicem abſolutionem. Quod quidem nudum miniſterium abſolutionis Epiſcopus, quoties viderit id expedire, delegare & commit-

Nemo poteſt gladii poteſtatem ſibi datam, vel cujus alterius coercitionis in alium transferre, *l.*70. *ff. d. R. J.* Schultz in *Syn. Inſt. Imp. ad tit. d. mand. lit. a.*

committere poterit ex ratione textûs in *cap.ſuper quæſtionem.* §.*nos autem.d.off.deleg.* Quid moribus hodiernis ſit receptum, definit Zœſius in *π. d. juriſd.num.*28. & Hiltropff in *proc. judic. part.*1. *tit.*1. *d juriſd.n.*44. Hunnius *d.juriſd. part.*1. *c.*2. *q.*5. in dubium vocat Wiſſenbach *d.l.th.*5. Vid. Ant. Merend. *libr.contr.jur.*5.*c.*5. Quid vero de eo habendum, quod velit Zœſius hanc diſputationem, An jure Canonico detur imperium merum? eſſe de lana caprina. Reſpondet Ungeb. ad *tit.X.d.off. & pot. Jud. deleg.* Quamvis Eccleſia gladium non habeat, niſi ſpiritualem, *can.inter.*6. *cauſ* 33. *q.*2. tamen multi Prælati habent imperium merum, dē quibus quæritur, utrùm poſſint illud imperium aliis delegare. Deinde regerere poſſumus Zœſio, non omnis quæſtio de lana caprina eſt ſupervacanea arg. *l.*70. §.9.*ff.d.leg.*3.

IMPOTENTIA ſeu frigiditas à tempore celebrati conjugii triennali tempore ac oſcitatione probetur, *c.*5.*X.d.frigid.& malef.* Vid. Corvinum *lib. jur.can.*2.*t.*13.

Non o. *c.*1.*X.eod.* in quo ſufficit menſis, ſufficiunt tres menſes, ſufficit annus. R. In hoc c. non eſt determinatio temporis, ſed mentio fit temporis, intra quod mulier dixit virum eſſe frigidæ naturæ. Deinde triennalis illa oſcitatio conceditur ei, qui conſtante matrimonio frigidus eſt factus. Vel denique, ſi ſecunda hęc reſponſio non admittatur, poteſt aliud ſtatui in frigiditate jam probata: aliud in frigiditate, cujus calamitas nondum innotuit.

NB. Ex hoc *c.* 1. & *l.*10. C.*d.repud.* etiam differentia colligi poſſet. Verùm *d.l.*10. non facit mentio-

Ipſa Nov. ait biennium eſſe veteris conſtitutionis de qua in *l.*10.*C. d. repud.* & ſurrogandū eſſe triennium, quia ampliùs quàm biennium temporis non valentes poſtea potentes oſtenſi ſunt.

Sed quid ſi vitium ſit in muliere, & non in viro, ut quòd mulier fieri non poſſit, ut loquitur Ulpianus in *l. quæritur.*14.§.*mulierem.* 7.*ff. d. ædil. ed.* Cujac. tractat hanc quæſtionem in *c.pen.X.d.fug.& mal.* & dicit, quòd obſtetrices ex aſpectu *φύσεως* ſive fœminalis facilè dignoſcere poſſint, an apta ſit puella ad viriles amplexus nec ne, ideo facilè hac in re illas audiri: & ex hac cauſa dirempto matrimonio viro aliam uxorem duci permitti, Vid. Matth. Stephani ad N. 22. *num.* 23. Speculatorem *tit. d. frig. & malef.n.*2. & ex eo Joachimū Haſſæum in *ſeſquicent. differentiar. jur. Civ. & Can. diſput. Baſil. tom.* 7. ubi proponunt mulierem, quæ pharetram ita habet anguſtam, ut lanceam ſeu

Quando aliquis impotens fuerit coire mulieri & agere, quæ à natura viris data ſunt, biennium ex nuptiarū tempore transcurrat, *Nov.*22. *c.*6. ante quod non probatur.

Non obſtat, quòd nulla ſit probationis hujus neceſſitas, ſiquidem mulier tali cohabitare poteſt, R. Cohabitare poteſt: poteſt & ſeparari, & ſecurior erit ſeparatio, ne impotentia alienæ libidinis ſit velamentum. 2. Hac cohabitatione non ut uxorem, ſed ut ſororem vir eam habebit, *d. c.* 5. Quem autem conſortio ſororiæ appellationis decolorare deceret? vid. *l.*19. *C.d.Epiſc. & Cler.* Atqui mulier non cenſetur impotētiæ maritum accuſare, idque ob cultum verecundiæ, arg. *l.*20.*C.d.nupt.* Reſp. Cultus verecundiæ in illa L. nem

Digitized by Google

nem ullius temporis, intra quod mulier proclamavit, aut proclamare potuit, ſed determinat tempus, ante cujus terminum mitti repudium non poteſt.

ſagittâ viri capere non poſſit. Vid. & Antonium, Archiepiſcopum Florentinum, in *part.*3. *ſummæ.tit.*1.*c.*12.§.1. ubi ex Thoma Aquinate proponit Medicos, qui cum aliquo inſtrumento clauſtra pudoris reſerare poſſunt: proponit etiam virum proportionatum. An verò maritus ob ſuam impotentiam invitâ uxore ſeparationem petit? Affirmatur, quia intereſt ejus, ut ad matrimonii onera non teneatur, & maximè ne ſobolem alienam inſtar cuculi pullos nutrire, eisque ſubſtantiam ſuam relinquere cogatur, Beſoldus *opuſc. Jurid. part.*4.*d. nupt.c.*11.*num.*4.

non recuſat maritum, ſed electionem è pluribus procis Judici, ſpe bonâ electo meliori, relinquit. 2. Nunquid mulier non accuſat, quæ in *d. c.* 1. proclamat, Volo eſſe mater, volo filios procreare, & ideo maritum accepi; ſed vir, quem accepi, frigidæ naturæ eſt, & non poteſt illa facere, propter quæ illum accepi. Non obſt. quòd ſolutio matrimonii debeat eſſe difficilior. Reſp. Solutionem matrimonii debere eſſe difficiliorem favor imperat liberorum, *l.8.in pr.C.d.repud.* Qui autem illi ſunt liberi, qui impotentem habent patrem? Non obſt. *l.27.C.d.nupt.* in qua tollitur Lex Julia vel Papia, juxta quam majores ſexagenariis contrahere matrimonium prohibebantur. Ii autem, qui majores ſunt ſexaginta annis, liberorum procreationi ſtudere non poſſunt, *l.15.§.pen.ff.d. adopt.* R. Hoc equidem verum eſt, ne alienos pullos pro ſuis excludat & inſtar currucæ decipiatur, qui procreare non poteſt. Sed contrahentes ætatis lapſum, naturæ ordinem, ſuum aſſenſum, conditionem ejus, cum quo contrahunt, noviſſe debent. Non obſt. quòd alter alteri corporis poteſtatem denegare poteſt. Reſp. Ita equidem crediditiſſe Donellum *libr.comment.*13.*c.*24. cui civilis actio aut ratio per magiſtratum cogendi recuſantem nulla occurrit: non quia jus deficiat, ſed quia probatio. Nam neque hoc fert conjugum pudor, ut privata ejusmodi & quæ natura ſecreta eſſe voluit, palam efferre ſoleant, nec ſi unus ſe fraudari queratur altero negante, facilè hic quicquam probari poteſt. Ideo res hæc tota conjugibus amore & benevolentia, non jure judicioque tractanda commiſſa eſt. Sequimur heic Donelli, qui procul dubio offenſam ægræ mulieris maritali hoc ſermone placavit, conſilium. Quid verò, ſi poſito conſilio judicialiter agendum. Non obſt. *l.32.§.13.ff.d.donat.int.V.& U.* è qua elicitur etiam eos conjuges, quorum alter fuerit impotens, honorem matrimonii ſibi invicem exhibere poſſe. Reſp. Non dicendum honorem matrimonii poſſe exhiberi ipsâ impotentiâ, ne forſan ſint qui & in periculoſo hoc loco deſipiant, ac impotentiam affectent; ſed honorem matrimonii poſſe exhiberi, etiamſi potentes cohabitare ſeorſim habitave-

rint, quod ſcit oppoſita lex interdum inter Conſulares perſonas eſſe ſubſecutum. Sic in eadem *l.* §. 12. proponitur fribuſculum ſeu, ut alii legunt, friguſculum, non tamen inde tam intenſum naſcitur frigus, quod alterutrum impotentiæ faciat obnoxium.

INCENDIARII pœna non eſt capitalis, *c. cum devotiſſimam.* 12. *q.*2. Vid. Streinium in *antinom. jur. Pontif. & Caſ. tit.*16. *diff.*11.

Incendiarii capite puniuntur: qui ob inimicitias vel prædæ cauſâ, incenderint, intra oppidum plerumq; vivi exuruntur, *l.*28. §. 12. *ff. d. pœn.*

Accedimus juri Civili, quia ubi majus eſt periculum, ibi pleniùs eſt cavendum, *l.*1. §. 5. *d. Carbon. ed.* Quæ autem inde oriantur, vid. *l.* 9. *& ult. in* §. *ff. d. inc. ruin. naufr.* Vid. Carpzovium in *pract. crimin. part.*1. *q.*38. 39. & differentiam, in qua *Pœna eſt imponenda ſecundùm qualitatem criminis.* Hoc ſubinde deprehendo in Pontificibus, eos ſolere delicta exaggerare, minuere verò pœnam. Sic in *can. peſſimam.* 32. *q.*8. Innocentius II. peſſimam & depopulatricem & horrendam Incendiariorum malitiam autoritate Dei omnino deteſtatur & interdicit. Subdit ibidem, Si quis ergo poſt hujus noſtræ prohibitionis promulgationem malo ſtudio, ſive pro odio, ſive pro vindicta ignem appoſuerit vel apponi fecerit, aut appoſitoribus conſilium vel auxilium ſcienter tribuerit, excommunicetur: & ſi mortuus fuerit incendiarius, Chriſtianorum careat ſepulturâ. Nec abſolvatur, niſi priùs damno, cui intulit, ſecundùm facultatem ſuam reſarcito juret, ſe ulteriùs ignem non appoſiturum. Pœnitentia autem ei detur, ut Hieroſolymis, aut in Hiſpania in ſervitio Dei per annum integrum permaneat.

INCERTITUDO non vitiat diſpoſitionem, nec in contractibus, nec in ultimis voluntatibus, & regulatur ſecundùm qualitatem perſonæ ac patrimonii. Ita ſingulariter determinat Archidiaconus in *c. ſunt nonnulli.* 1. *q.*1. & illud dictum extollit & commendat Anton. in *c. ex parte. d. cenſib.* & ibi alii Canoniſtæ cum Abb. in *c.*1. *d. decim.*

Regulariter incertitudo vitiat diſpoſitionem in contractibus & ultimis voluntatibus, quod probant ex *l. ita ſtipulatus.* 115. *ff. d. V. O.*

Præfertur æquitas juris Canonici, ſi qualitas perſonæ ſeu patrimonii id, quod eſt incertum, redigere ad certitudinem poſſit. Deinde jus Civile debet intelligi de contrahenda vel inducenda obligatione: ſecus verò, ſi agatur de ea diſſolvenda vel proroganda, ut ſi creditor, poſtquam ceſſit dies obligationis, ſimpliciter prorogavit terminum debitori nullo determinato die vel tempore: quia talis incertitudo non vitiat prorogationem; imò moderabitur tempus judicis arbitrio favore liberationis. Ex *gl. ad l. Æmilius. ff. d. minor.* Gomezius *tom. variar. reſol.* 2. *c.*11. *num.*10.

INCESTAS nuptias ſe contrahere ſi uterque vel alteruter contrahentium ignoraverit, filii inde nati ſiunt legitimi, *c. cum inter.* 2. *c. ex tenore. pen. X. qui fil. ſint legit.*

Ignorantia non tollit, ſed minuit pœnam, *l. ult. ff. d. pœn.*

Nulla eſt differentia, quia jus Civile loquitur de pœna conjunctionis: Canonicum de filiis inde natis. Nec abnueret jus Canonicum pœnam, ſi de eo, quo ſciente inceſtæ nuptiæ ſunt contractæ, quæreretur.

Incestuosis alimenta debentur, *c.5. X.d. eo,qui dux.in matrim.quam poll.per adult.* Vid.Matth. Steph. ad *Nov.12 num.27.* Hunnium *vol.ad Treutl.2. diſp.15. th.3. q.33.* Ungeb. ad *tit.Decretal.X.d.tit.d.eo, qui dux.in matrim.&c.n.4.* ubi è *d. c. 5.* ſpecialem eruit caſum.

Præferendum eſt jus Canonicū. Licet enim juxta Interpretes jus Civile in tantum amaverit caſtitatē, ut etiam paternam deſtruxerit pietatem, tamen idem dicit necare eum, qui alimonia denegat, *l.4. ff.d.agn.& al.lib. l.5 C.d. l.Aquil.* V.Harpprecht. *ad pr. I.d.J.N.G & C. num.14. & ſeqq. ad pr. I.d.hered. quæ ab inteſt.def. num.347.* Schultz in *Syn.Inſt.Imp.ad libr.3. d.ſucceſſ.liber.ex damn. coit. nat.lit.a.* Hahn in *diſp.ſel.10.th.35.* Vid. Mœſtertium *libr. d.juſt.LL. Rom.2.c.7.* ubi novum intellectum juri Civili affingit, ſed refutatur à Cypriano Regnero. Gailium *libr.2.obſ.88.* ubi de Spuriis. Hinc quærit Bocerus *c.d.regal.2.num.109.* Sit ne hoc noſtro ſeculo poſt Juſtiniani faſces concubinatus illicita conjunctio, ita ut liberi ex ea prognati ſpuriis connumerari debeant, proindeque ad eos legitimationis beneficium non pertineat? Reſpondet, Quia nullâ lege novâ nominatim arceatur ab omni patris ſubſtantia omni caſu, aut beneficio legitimationis exuuntur concubinarum liberi, idcirco etiam hodie jura ex legislatione Juſtinianea competentia ad eos pertinere autumo. Non enim ut concubinatus novo jure vetitus eſt, ita eodem jure liberi ex eo nati omni caſu à patris ſubſtantia repelluntur, vel legitimationis beneficio privantur. Quocirca Juſtinianeum illud ſucceſſionis & legitimationis jus in his liberis ſalvum manſiſſe putandum erit. Neque enim ſicut illud receptum eſt, ita & hoc receptum, *l.pen.ff.d.R.C.* & in *l.præcipimus.32.§.ult.ibi.* quicquid hac lege ſpecialiter non videtur expreſſum, id veterum legum conſtitutionumque regulis omnes relictum intelligant, *C.d.appellat.* Sic licet adulterii pœna antiquitus ultimum non erat ſupplicium, ſed vel deportatio, ut quidam ſentiunt, Jul.Clar. *libr.5.ſentent.c.7.§. adulterium. num.8.* vel relegatio, ut alii volunt, Cujac. *libr.6.obſ.c.1. & libr.20. c.18.* proindeque de adulterio tranſigi non poterat per regulam in *l.tranſigere.18.C.d.tranſact.* attamen quamvis poſtea nova conſtitutio adulterium gladio puniri juſſerit, *l.quamvis.30.in fin.C.ad L.Jul.d.adult.* jus tamen vetus quoad tranſactionem intactum remanſit.

Omnis, qui ex complexibus aut nefariis aut inceſtis aut damnatis proceſſerit: iſte neq; naturalis nominatur, neq; alendus eſt à parentibus, neque habebit quoddam ad pręſentem legem participium, N.89.*c.ult.*

Ingressus monaſterium poteſt ſine peccato aliquid de ſuis bonis retinere loco prębendæ, *c.fin.X.ne Cler.vel Monach. c.tua nos cum ibi notat.X.d.Simon. c.in præſentia.X.d.probat. c.quoniam dilectus in fin.X.d.ſucceſſ.ab inteſt.*

Jus Canonicum videtur eſſe liberalius, ſed non plura indulget. Nam utriusque Juris intentio eſt eum, qui ingreſſus eſt monaſterium, nihil poſſe transferre in ſecularem uſum: & concedere de ſuis bonis loco præbendæ non eſt transferre in ſecularem uſum, quippe præbenda eſt jus percipiendi reditus Eccleſiaſticos ratione divini officii, cui quis inſiſtit.

Non poteſt quicquam de ſuis bonis retinere, *auth.ingreſſi.C.d.SS.Eccleſ.*

Injuria modica condemnatum non infamat, *c.cum te.X.d.ſent.& re jud.*

Præfert Rittershuſius *libr.d.differ.jur.Civ. & Can.6.c.4.* jus Canonicum; & profectò pro injuria levi ac exigua quem fieri infamem, ejus opinio-

Quomodocunque quis condemnatus fuerit de injuria ſive actione civili ſive criminali, ſive pro

nis levia ac exigua ſunt argumenta, quibus æquitas non adminiculatur.

magna & atroci, ſive pro levi & exigua, indiſtinctè infamiâ notatur.

INJURIARUM actio (dummodo per citationem in judicium deducta ſit, *clem. fin. ut lit. pend. nih. inn. c. propoſuiſti. 19. X. d. for. comp.*) etiamſi actor vel reus ante litem conteſtatam moriatur, tam activè, quàm paſſivè in heredes devolvitur per *c. in literis. X. d. raptor.* Schultz in *Syn. Inſt. Imp. ad tit. d. perpet. & temp. act. lit. c.*

De hodierna conſuetudine in Camera Imperiali recepta actio injuriarum, etiam lite intra annum non conteſtatâ, per ſolam citationem & ejusdem reproductionem perpetuatur: idque ex hac ratione; quia ob multitudinem cauſarum, & certam ex ordinatione procedendi formam plerumque intra annum litigantes ad litis conteſtationem pervenire non poſſunt, uti poſt Gailium tradit Harpprecht. *ad §. hæc actio. 12. Inſt. d. injur. num. 67.* ubi ſubjicit, Quod in ſummo Imperii Conſiſtorio receptum; eadem ratione in noſtris etiam judiciis admittendum videri: cum in illis quoque plerumque evenire ſoleat; ut actor in actione injuriarum propter exceptiones dilatorias à reo propoſitas, aliaque varia ejusmodi ſubterfugia impediatur: quò minùs intra annum litem conteſtari queat.

Injuriarum actio in bonis noſtris non computatur, antequam litem conteſtemur, *l. 28. ff. d. injur.*

INJURIARUM nomine licet reo agere ad palinodiam, Rittershuſius *libr. d. diff. jur. Civ. & Can. 6. c. 4.*

Nulla eſt differentia. Vel quia neutro jure hoc eſt introductum. Deinde poſito palinodiam jure Canonico eſſe introductam, non ſufficit eam jure Civili eſſe ignotam, ſed inſuper requiritur eam eſſe rejectam.

Hoc nusquam eſt cautum. Unde etiam nec Speculator, nec alii celebres Practici libellos in actione injuriarum formarunt, vel conceperunt ad revocationem procul dubio id facturi, ſi hujusmodi actionem ad id dari exiſtimaſſent.

INSINUATIO non eſt neceſſaria in donatione ad pias cauſas, *c. relatum. X. d. teſtam.* Vid. differentiam, in qua *Donatio poteſt excedere quingentos ſolidos.*

Videtur eſſe præferendum jus Canonicum, quo cum doceamur ſolennia juris non eſſe neceſſaria in teſtamento pio, ſequitur actus in piam cauſam factos non ſubjici legibus civilibus conſtituentibus ſolennitates. Solutionem hujus argumenti (tradente ita Antonio Merendâ *libr. contr. jur. 1. c. 14. num. 5. 6.*) ut aſſequamur, meminiſſe oportet, non licere quidem actus pios ſecundùm debitas circumſtantias factos vetare ſubditis, quia hoc cum jure divino ac naturali pugnat; non eſt tamen dubitandum in iis, in quibus fraudis dolique ſuſpicio adeſt, licere modos quosdam conſtituere, quibus actus hujusmodi fiant, quia cum de re & perſonis ſecularibus agatur, Principis jus eſt ſtatuere hujusmodi legem, nec injuria fit pietati: nam natura dictat, & vult Deus, ut fraudibus occurratur; neque enim tunc quis impeditur actus pietatis exercere, ſed forma non dif-

Quæſtio hæc poteſtatis eſt, non voluntatis, eam enim juris noſtri Authores ſub legibus de inſinuatione loquentibus diſertis verbis continent, *l. illud. C. d. SS. Eccl. l. ſancimus. §. 1. C. d. donat.*

ficilis obſervata conſtituitur, ut falſitatum & fraudum ſuſpicio tollatur. Nec contrarium dicit textus juris Canonici allegatus, quia cum inſcriptus fuerit Judicibus Veletrenſibus, agitur ibi de perſonis in temporalibus ſubditis Summo Pontifici; cum enim agitur de aliis, cur negabimus Principi jus eſſe de hujusmodi re ſtatuere, piè tamen & prudenter, ut bonum Principem decet, cum teſtamenti factio publici juris ſit, *l.3.ff.qui teſt.fac.&c.* His accedit in eo textu dici adversùs leges civiles ſtare Patrum decreta, quod cum non accidat in caſu noſtro, habet locum *c.1. & 2.X.d.O.N.N.* juxta quæ legum civilium decreta in iis ſunt ſervanda, de quibus nulla lex canonica extat.

INSTITUTIO captatoria valet, *c.13.X.d.teſtam.*

Differentiam tollit favor piæ cauſæ, & quia in *d.c.* 13. non videtur eſſe metuenda talis fraus, qualis in captatoria inſtitutione aliàs timetur, Vid. Fachin. *5.controv.c.57.* ubi integram ponit Innocentii epiſtolam, & vult id c. nullam continere differentiam, ſed omnino conſentaneum eſſe juri Civili.

Non valet captatoria, ſeu collata in ſecretum alienæ voluntatis, *l.32.in pr. l.70.ff.d.hered.inſt.*

INQUISITIO delicti facta, etiam non præcedentibus legitimis indiciis, arguit confeſſionem ſponte factam ad condemnandum ſufficientem, *c.1.d.accuſ.in 6.*

Jus Canonicum ſequitur praxis, de qua Gloſſa & Dd. *d.c.* cujus hæc verba ſunt, Poſtquam coram eo, qui contra te ſuper certis criminibus inquiſitor fuerat deputatus, de eodem crimine fuerat confeſſus, & fruſtra confeſſionem tuam (quò minùs puniaris ex illa, prout juſtitia ſuadebit) eo prætextu impugnare contendis, quia ſuper eisdem criminibus non fueras diffamatus. Non obſt. textus juris Civilis, quia non tractat, An confeſſio rei ſufficiat ad condemnandum, ſed an ſit habenda pro crimine explorato, i. e. an confeſſio rei efficiat, ut exploratum ſit commiſſum fuiſſe crimen, quod ſe patraſſe reus fatetur; inter hæc enim maximum diſcrimen eſt, quia de corpore delicti non dicitur ſufficienter conſtare per ſolam rei aſſertionem, ut omnes ſciunt. Vid. Ant. Merendam *libr.contr.Jur.5.c.8.*

Negativam ſententiam ſequuntur Sarmient. *libr.3.ſelect.c.13.num.4.* Riminald. *conſ.126.à num.9.lib.1.per text.in l.1.§.Divus Severus.ff.d.quæſt.* ubi D. Pius reſcripſit cōfeſſiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat.

INQUISITIO in omni crimine locum habet, *gl. & Canoniſta in c.infames.6.q.1. & notatur in c.un. X.ut Eccleſiaſtica benef.ſine dim.conſ. Item in c.qualiter & quando.X.d.accuſat.* Vide Streinium *in antinom.jur. Pontific. & Cæſar. tit.* 10. *differ.6.*

Præferendum videtur jus Civile, quia ſatius eſt impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem condemnari, *l.5.ff.d.pæn.* Adhærendum eſt tamen juri Canonico, quod uſu prævaluit, ut teſtatur Joannes Berber. in *aur. practic. part.4.d. judiciis. num.* 128. Ubi Rittershuſius *libr. d. differ. 6. c.3.* hanc notat cautionem ſive limitationem, Non paſſim neque temere contra aliquem inſtituendam eſſe inquiſitionem, ſed oportere præcedere diffamationem ſive famam publicam, aliaque neceſſaria requiſita. Exceptiones alias juris Civilis, vid. apud Rittershuſium *d.loc.*

Per inquiſitionem non proceditur, *l.2.§.ſi publico.ff.ad l.Jul.d.adult.*

INQUISITIO ultra 20. annos inſtitui poteſt Pa-

Pendet hæc differentia ex illa, in qua *Præſcribi criminibus non po-*

Inquiſitio præſcribitur 20. annis quo, elapſo

normit. in *c. cum haberet. X. de eo, qui dux. in matrim.*

teſt. Vid. etiam differentiam, in qua *Maritus poteſt etiam poſt quinquennium.*

tempore non amplius habet locum, *l. querela & ibi Bart. aliiq; communiter. C. ad l. Corn. d. falſ.*

Instrumentorum editio, ſi fiat ante litis exordium, niſi poſt litem conteſtatam iterum fiat adverſario, nihil priori editione actum volunt, *cap. Veniens. 38. X. d. teſtib.*

Vel juxta Vulteium. 1. *diſc. ſchol. 6. p. 63.* diſtinguitur inter editionem, quæ conſultandi causâ fit, & eam, quæ judicialiter producitur. Vel præfertur jus Canonicum, cui accedit jus Civile in *verb. d. l. ult.* Si prolato ſemel inſtrumento deſideret is, cui opus eſt, exhiberi denuo, ſi quidem rationi conſentaneum fuerit viſum Judici, ut iterum quoque charta proferatur, ille verò, qui eam protulit, ſecundam exhibitionem recuſet, quòd ſe dicat chartam perdidiſſe, vel alioqui non habere facultatem ejus exhibendi, juramento tantùm fidem faciat.

Oportet ſemel duntaxat inſtrumentorum oſtenſionem fieri, *l. ult. C. d. fid. inſtrum.*

Instrumentorum non major eſt fides, quàm teſtimoniorum, alioqui in *c. 1. X. d. teſtib. & atteſt.* non foret neceſſum in teſtimonium aſſumi teſtes quoscunque idoneos & fideles.

Non attenditur hic larga acceptio inſtrumentorum, quibus indigetatur omne id, quo cauſa inſtrui poteſt, *l. 1. ff. d. fid. inſtrum.* Sic enim teſtimonium & inſtrumentum non opponerentur; Sed intelligitur illud inſtrumentum, quod eſt diverſus probationis inſtituendæ modus, cujus diverſi modi nec jure Civili major eſt fides quàm teſtimoniorũ, *l. 15. C. d. fid. inſtr.* juxta quam in exercendis litibus eandem vim obtinent tam fides inſtrumentorum, quàm depoſitiones teſtium. Non obſt. *l. 10.* in qua non conferuntur inſtrumenta & teſtimonia, ſed proponuntur caſus, in quibus expedit fidem cenſuum & monumentorum publicorum adhiberi potiùs, quàm teſtes. Vel proponuntur caſus, in quibus, quia cenſus & monumenta publica potiora ſunt, teſtimonia non deſiderantur. Non o. *l. 3.* in qua non habetur probatio, quam inſtituat actor, ſed talis, quâ actoris, ſeu illius, qui impetrare vult in integrum reſtitutionem, intentio elidatur, quia non poteſt in integrum reſtitui, qui in inſtrumento per ſacramenti religionem ſe majorem eſſe aſſeveravit. 2. Non habetur probatio, qua minor ſe minorem probet: ſed illa probatio, quâ minor non dixit ſe eſſe majorem, quod palam & evidenter ex inſtrumentorum probatione, non per teſtium depoſitiones oſtenditur.

Cenſus & monumenta publica potiora teſtibus eſſe Senatus cenſuit, *l. 10. ff. d. probat. l. 3. C. Si minor ſe major. dix.*

Instrumentum ita ſe habet, ut ei proponatur ex obſervatione Canonum nomen Põtificis.

Nulla eſt differentia, niſi differentiam faciat alia atque alia cauſa, quam ſibi Pontifices tribuunt: aliud atque aliud corpus, cujus authoritatem fimbrię Pontificum tegunt. Vid. Zœſium ad *tit. Decretal. X. d. fid. inſtrum. num. 3.* Sed enim nec videtur præponendum nomen Pontificis, nec Imperatoris, quia nec nomen Dei, Ungebaur *exerc. 1. q. 1. in nego.* Reſp. Rationem, ob quam nomen Pontificis vel Imperatoris præponitur, in Deo ceſſare: non enim ut nomen Pontificis vel Imperatoris, ita nomen Dei, qui ſemper fuit, eſt & erit, temporis diſcrimina notat.

Pręponitur nomen Imperatoris, N. 47. 73.

Inter-

INTERDICTIS uti poſſidetis & utrubi is vincit, qui antiquiorem oſtendit poſſeſſionē, ex eo enim præſumitur alterius violentia, niſi contrarium probetur per text. in *c. licet. 9. X. probat.*

Utroque is vincit, qui litis conteſtatæ tempore nec vi nec clam nec precariò ab adverſario poſſidet, licet ab alio ita poſſideat, *§. 4. I. d. interd.*

Obſervari jus Can. tradit M. Weſenbecius in *π. uti poſſid. num. 4. verſ. tamen quoniam pinguiora in verb. eo jam uſu obtinuit; & in π. utrubi. n. 3. verſ. quod nec ipſum quidem nunc neceſſarium.* Quod ſi autem æqualiter probaverint, tum is præfertur, qui titulum ſuæ poſſeſſionis docet, Menoch. *d. retin. poſſ. rem. 3. num. 733.* Quòd ſi etiam quoad titulum pares ſint omnino probationes, ut probabiliter Judex ignorare poſſit, pro quo ſententiam ferre debeat; eum, qui tempore ſententiæ poſſidet, præferendum exiſtimat Schutz in *Syn. Inſt. Imp. ad tit. d. interd. lit. c.*

INTERDICTUM recuperandæ poſſeſſionis competit adversùs quemcunque rei ereptæ poſſeſſorem, *c. ſæpe. X. d. reſtit. ſpol. c. redintegranda. 3. q. 1.*

Non competit niſi adversùs dejicientem, vel eum, qui dejici mandavit, vel qui ſaltem ratum habuit, *l. 7. ff. d. vi & vi arm.*

Zœſius ad *tit. ff. d. vi & vi arm. num. 12.* quærit, An hoc interdictum contra tertium etiam bonę fidei poſſeſſorem competat? Et communiùs videtur receptum competere contra illum condictionem ex remedio, *d. c. redintegranda.* propter generalitatem verborum dicti canonis, in quo habetur quilibet ſpoliatus reſtituendus, fruſtra temporis aut aliâ quacunque conditione exceptâ. Sed contrarium verius eſt per *c. 15. 18. X d. reſtit. ſpol.* in quibus hoc remedium datur contra poſſeſſorem tertium, qui ſcienter alienam poſſeſſionem tenet, & eſt ſucceſſor in vitium; ut aliter ſe res habere ſit dicenda in eo, qui eſt bonæ fidei poſſeſſor, qui non ſucceſſit in vitium alterius: ut ratione, quâ nituntur iſta duo capitula, non militante in bonæ fidei poſſeſſore, nec debeat obtinere eorum deciſio. Deinde cum capitula illa ſint poſteriora *d. canone redintegranda.* omnino reſtringunt ejus generalitatem, ne alias male in iis excipiatur bonæ fidei poſſeſſor: neq; enim novum eſt, ut ait JurisConſultus in *l. non eſt novum. 26. ff. d. LL.* ut priores leges ad poſteriores trahantur, i. e. ab iis deſumant interpretationem, reſtringantur & iminutentur, *l. fin. d. conſt. Princ.* Poſſet & *d. can.* accipi de aliis competentibus actionibus, non etiam interdicto unde vi. Vid. differentiam, in qua *Spoliato tria potiſſimùm.*

INTERDICTUM unde vi & actio inde deſcendens anno non terminantur, Manzius ad *§. 1. I. d. interd. num. 88.*

Año terminantur, quia actiones prætoriæ pœnales ſunt tantùm annales, *l. 35. ff. d. O. & A.*

Et juri Civili ſuam fuiſſe rationem docet Manzius *d. loc. num. 85.* quia voluerunt humaniſſimi Legislatores, ut ad oblivionem vindictæ, quàm ad perſecutionem homines eſſent propenſiores, excepto ſolo caſu eorum, quæ ad dejectorem vel ſucceſſorem ejus pervenerunt. Præferendum tamen jus Canonicum, cui conſuetudo & uſus fori adſtipulantur, quoniam iniquum eſt exiſtimatum tam immane violentiæ crimen uno anno concludi.

INTERDICTUM unde vi non tantùm datur adversùs eum, qui vim fecit, qui vi dejecit poſ-

Cum à te vi dejectus ſum, ſi Titius eandem rem poſſidere cœperit; non poſſum cum alio, quàm

Licet jure Civili interdictum unde vi ſit ſcriptum in perſonam hoc modo: *Unde tu illum vi dejeciſti.* æquitas

ſeſſorem

ſeſſorem, ſed etiam adverſùs eum, ad quem res illa pervenit, *c. pen. X. d. reſtit. ſpol.*

tamen juris Canonici vult hoc interdictum vel quaſi interdictum unde vi dari in eum, ad quem non ignarum vitii res ea pervenit, cujus poſſeſſione alius poſſeſſorem vi dejecerat. Non obſt. quòd etiam jure Civili hoc interdictum detur in heredem prædonis, *l.1.§.ult. & l.2.d.tit.d.vi & vi arm.* Reſpondet Cujacius ad *d.cap.pen.* Aliam eſſe jure Civili conditionem heredis, qui eſt univerſalis ſucceſſor, aliam conditionem ſingularis ſucceſſionis; quia heres ſuccedit in omne vitium defuncti, *l.cum heres.d.diverſ.temp.præſcr. l.pen. C.d.acq.poſſ.* juxta quam *vitia poſſeſſionis à majoribus contracta perdurant, & culpa autoris ſui poſſeſſorem comitatur.* Quam ſententiam non eſſe aptandam ad quemlibet ſucceſſorem, ſed ad heredem tantùm vel bonorum poſſeſſorem verbum, *majoribus*, demonſtrat. Majores enim propriè ſunt, qui olim nobis fuerunt, nunc non ſunt, defuncti ſcilicet, quibus nos heredes extitimus, vel honorarii ſucceſſores, qui & veluti heredes ſunt. Non obſt. illud Canoniſtarum, qui exiſtimant *d.c.pen.* non pertinere ad interdictum unde vi, quod conſtat eſſe annuum, ſed potiùs ad beneficium in *can.redintegrandæ.3.q.1.* quod quidem beneficium eſt perpetuum. Præter id, quod reſponderi poteſt ex differentia, *Interdictum unde vi & actio* reſpondet Cujacius, Quod ſi ita eſt, ſequitur nullam hac in re eſſe differentiam inter jus Civile & Pontificium, cum tamen in *d.cap.pen.* dicatur apertè hanc conſtitutionem eſſe contrariam rigori juris Civilis. Præterea ille *can.redintegrandæ.* nihil novi inducit, ſed hoc tantùm vult, quod etiam jure Civili locum obtinet, ut etſi interdictum unde vi ſit annale, tamen rerum vi ablatarum, quæ extant, perſecutio ſit perpetua, *l.pen.d.interd. l.itaque in fin.d.dol.* Igitur maneat æquitas juris Canonici, quo mala fides, i.e. conſcientia deprædationis pro deprædatione eſt.

tecum, interdicto experiri, *l.7.ff.d.vi & vi arm.*

INTERDICTUM uti poſſidetis etiam competit nomine rei incorporalis, *c.licet.9.X.d.probat.*

Nulla eſt differentia, *l.8.§.5.ff. ſi ſerv.vind.* ubi quæſtio tractatur, An ex taberna caſearia fumus in ſuperiora ædificia jure immitti poſſit. Et concluditur, Interdictum uti poſſidetis poſſe locum habere, ſi quis prohibeatur, qualiter velit jure ſuo uti. Vid. Gothofredum ad *d.l.1.§.6.tit.d.*

Eſt hoc interdictum, quod vulgò, Uti poſſidetis, appellatur, retinendæ poſſeſſionis, *l. 1. §. 4. ff. Uti poſſid.*

INTERDICTUM uti poſſidetis & utrubi non differunt, *d.c.licet.*

Nulla eſt differentia, quia allegatum capitulum loquitur tantùm de rebus immobilibus. Deinde etiam jure Civili licet ratione objecti ſuperſit differentia, vis tamen interdicti utrubi uti poſſidetis interdicto eſt exæquata, ut & in hoc interdicto is vincat, qui nec vi nec clam nec precariò, dum ſuper hoc ab adverſario inquietatur, poſſidet, *l.un. in §. ff. utrubi.*

Aliud eſſe interdictum uti poſſidetis, aliud utrubi diverſæ rubricæ indigetant.

INTERPELLATIO non eſt neceſſaria, ſi in contractu interveniat juramentum, quia omni juramento ineſt conditio facultatis, *c. querelam. 10. c.brevi.17.X.d. jurejur.*

Si aliqua eſt differentia, jus Civile præferimus, quia quando eodem tempore contrahitur obligatio, & eodem tempore eſt præſtitum juramentum, illud ipſum non habet vim interpellationis.

Tamen interpellatio eſt neceſſaria, quia juramentum ad ea, quæ de novo accidunt, non extenditur, *l.1. in pr.d.ventr. inſpic. l.11. §. 1. d. interrog. in jur. fac.* Hanc ſenten-

nec

nec debitorem in mora conſtituit, ſed nova requiritur interpellatio *l.105.ff.d.Solut.* Treutl.2.3.*th.6.lit.C.* Deinde juramentum non extenditur ad incogitata, *l.qui cum tutoribus.9.d.transact. l.mater decedens.29.d.inoff.teſtam. l. fin. C.d.non.num.pec. l.fin.ff. ad municip. l.adigere. §.fin.ff.d.jur. patron. c.veniens.16. c.Quintavallis.23. c. ad noſtram.7. X. d. jurejur. c.2.d.renunc.* Otto Tabor in *theſ. locor. comm. Juriſp. ex axiom. Barboſ.libr. 9.c.93. axiom.24.* Non obſt. *d. c. querelam.* quando enim dicitur omni juramento ineſſe conditionem facultatis, intelligendum eſt de eo, quod juramento eſt expreſſum. 2. de eo, quod, quia juramento exprimitur, etiam exiſtere poteſt. 3. non tantùm de eo, quod exiſtere poteſt, ſed & in noſtro caſu eodem tempore exiſtit. Non obſtat aſſertioni juris Civilis *l.3. C.in quib.cauſ.in integr.reſt.* Hic enim non agimus de eo caſu, quo interpellatio non eſt neceſſaria, ſed quæritur, an juramentum interveniens interpellationis neceſſitatem tollat. Scimus interdum diem præſtationi adjectum ab homine vel lege pro homine interpellare, *l.12. C.d.C. & C.S.* ideo fruſtra aliam admonitionem expectamus lege ſolutionem requirente, *l.2.C.d.jur.emphyt.* Interpellat autem de ſolutione debitorem lex ex ſpeciali favore. 1. pro eo, cui fideicommiſſaria libertas eſt relicta per D. Pii conſtitutionem, *l.26. pr. & §.4. d. fideicomm.libert. l.15.C.eod.* niſi in fraudem legis Papiæ vel alterius aut Fiſci data ſit tacitè, *l.81. §.2.ff.d.leg.1.* cum tacita ejusmodi commiſſa odio habeantur, *l.1.l.3. l.13. & 48.d.jur.Fiſc.* 2. pro perſonis minorum, qui cum judicii imbecillitate laborare nec ſatis conſilii & diligentiæ ad debitorem interpellandum habere lege præſumantur, *l.1. d.minor. l.4.d.ſerv. export.* legum proviſione habent, ut in cauſis moram deſiderantibus, ſcil. in bonæ fidei contractibus, nec non legatis & fideicommiſſis (quæ in hac cauſa favore ultimarum voluntatum bonę fidei judiciis annumerãtur, Treutl.2.3.*th.7.lit.A.*) debitor re ipſâ ob ſolam tarditatem ſolutionis, ac ſi interpellatio præceſſiſſet, in mora conſtituatur, *d.l.3. C. in quibus cauſ. in integr.reſt. l.5.C.d.act.empt. l.87.§.1.d.leg.2.* 3. In debitis Eccleſiæ & piarum cauſarum, idque ex identitate rationis, quoniam Eccleſiam pupillo atque minori comparari, & omnibus beneficiis de jure communi hiſce competentibus gaudere aiunt, *c.1.X.d. reſt.in integr.min.* Gail.1.*obſ.30.num.16.* 4. in Reipublicæ debitis ex jure comparatorum, cum etiam jure minoris utatur, *l.4. C.ex quib.cauſ.major. l.22 ff.eod. l.3.C.d.jur.Reip.libr.11. & ad eum Cujac.* 5. Si quid Fiſco debeatur ex foricariis aut vectigalibus tardiùs illatis, *l.17.§.5. l.41.d.Uſur.* 6. in debito dotis promiſſor re ipsà moram incurrit, non extraneus ſaltem, ſed & ipſa mulier: ille nimirum poſt lapſum biennium, *l.fin.§.2.C.d.jur.dot.* hæc autem ſi ſtatim poſt contractum matrimonium dotem non ſolvat, *l.7.l.73.ff. l.20.C.d.jur. dot.* 7. Si quis ſit fructuum debitor, *d.l.5.C.d.act.empt.* 8. Mora ex re contrahitur in delictis, veluti furto, *l.8 §.1 l.ult.C.d.cond.furt.* pecorum abactione, *l.ult. C. d.cond. ob turp cauſ.* violentâ poſſeſſionis invaſione & occupatione, *l.pen. d. vi & vi arm.* rapinâ, in *pr. & §.1. I. d.vi bon.rapt.* & ſimilibus. 9. quando ſocius communem pecuniam per fallaciam dolove malo invadit, & in uſus proprios convertit, *l.45 l.60.pro ſoc.l.1.§.1.d.Uſur.* 10. quando hæres malitioſè falſi teſtamenti accuſat legatarium, *l.48. d. tit. d. Uſur.* 11. quando Emphyteuta ceſſat in ſolutione canonis pro diverſitate emphyteuſeos vel per biennium, vel per triennium, *l.2.C.d jur.emphyt. Nov.7.c.3.auth.qui rem.C.d.SS.Eccleſ. N.120.c.8. c.potuit.X. d.locat.* Examinat Simon Meinhardus Niderman. in *poſition.d.mora.2.* illam quæſtionem Menochii *caſ.220.num.3.&c. & conſ.924.num.2.* Num inducatur mora ex ſolo tempore

tiam egregiè confirmat exemplum Vaſalli, qui juramento obſtringitur domino feudi ad ſervitia feudalia ipſi præſtanda, *c. un.d.nov.form.fidel. tit.23.libr.2.feud.* Hoc tamen juramento Vaſallus non ſtatim cõſtituitur in mora, etſi domino ſuo ilico ſervitia non præſtet vel offerat, ſed ad hoc, ut in mora eſſe dicatur, ampliùs requiritur, ut dominus Vaſallum requiſiverit de ſervitiis præſtandis, *cap. unica.§.licet. ſi d.feud.def.cont.*

tardæ ſolutionis per geminatam promiſſionem? Et rectè negat, nam ſequeretur hoc abſurdum obligationem & moram uno eodemque tempore, & ex uno eodemque facto provenire contra *d.l.105.d.ſolut.* Negari etiam poteſt ex principali aſſertione, quia ſi non inducatur mora per juramentum, quod accedit promiſſioni, multò minùs per geminatam promiſſionem, vel per nudam promiſſionem, quæ promiſſioni accedit. Deinde hæc promiſſio accedens aut nihil operatur, aut operatur majorem obligationis efficaciam, quæ tamen interpellationi non eſt genuina, nec eam ceſſare facit.

INTERROGATIONES poſt concluſionem cauſæ faciendę non ſunt, *c.cum dilectus.9.ibiq; gloſſa. X.d.fid.inſtrum.*

Interrogationes tantùm fiunt ante litis conteſtationem, *l.1.in §.ff.d. interrog. in jur.fac.* ubi interrogatoriis actionibus hodie non utimur, quia nemo cogitur ante judicium de ſuo jure aliquid reſpondere.

Videtur hanc monere differentiam eſſe ſupervacaneum, quum interrogatoriis actionibus hodie non utamur. Reſpondet *d.l.1. in §. junct.l.2.* Licet interrogatoriis actionibus (quibus olim utebantur cives Romani) hodie non utamur, ideoque in deſuetudinem abierint, tamen ad probationes litigatoribus ſufficiunt ea, quæ ab adverſa parte expreſſa fuerint apud Judices vel in hæreditatibus, vel in aliis rebus, quæ in cauſis vertuntur. Deinde edictum de interrogationibus ideo Prætor propoſuit, quia ſciebat difficile eſſe ei, qui hæredem bonorumve poſſeſſorem convenit, probare aliquem eſſe hæredem, bonorumve poſſeſſorem. Tandem etiamſi eædem eſſent illæ interrogationes, quæ ob probationis difficultatem proponuntur, cum interrogatoriis actionibus, quæ in deſuetudinem abierunt, non potuerunt nec vi nec temporis ratione tollere aut impedire illas interrogationes, quas jus Canonicum, jure Civili longè poſterius, ad cauſæ uſque concluſionem fieri permiſit. Huic differentiæ non obſtat quorundam opinio, qui volunt fieri poſſe interrogationes etiam poſt litis conteſtationem quacunque judicii parte, *d.l.pen.d.tit.* Gail.1.*obſ.*79. Mynſing.5.*obſ.*88. Hinc etiam colligit Ant.Fab. *in ration.ad d.l.pen. in rat.decid.* Ubicunque Judicem etiam datum & pedaneum æquitas moverit dubium non eſt, quin æquè ac ante litem conteſtatam poſſit fieri interrogatio ſive à Judice, ſive ab ipſo etiam adverſario, ſi modo poſſit ea interrogatio, & quæ ad eam petitur reſponſio, aliquid facere ad litem totamque facti quæſtionem, cujus cognitio tota Judici pedaneo mandata eſt, promptioribus & certioribus probationibus inſtruendam. Reſpondeo, Quando interrogatio poſſit fieri à Judice, de hoc non controvertitur, nam Judex ex officio, quod vocant nobile, per ſe citraque poſtulationem alterius litigatorum, veritatis eruendæ causâ, & prout aliquid explanari opus, interrogationes facere poteſt, etiam poſtquam concluſum in cauſa: quod confirmant Interpretes partim ex jure Civili, *d.l.pen.* cum quibus aſſerit Wiſſenbachius *part. pr. ad ff. diſp.*23. *th.*9. (qui tamen ibidem *th.*6. vult ex *ead.l.pen.* interrogationes quacunque litis parte proponi poſſe) partim ex jure Canonico *c.ſuper.27.pr.verſ.intentionis. X.d.off.Jud.deleg.* Judici enim nunquam in cauſa concluditur, *c.cum Joannes.10.d.fid.inſtr.* quod tamen non intelligo ſecundùm Wiſſenbachium *d.loc.* ſed ſecundùm Menochium *d. arbitr. jud. libr. 2. caſ. 51. num.*18. *& ſeqq.* ubi diſtinguit quoad illa, quæ litis deciſionem non reſpiciunt, vel quoad declarationem exortæ jam dubitationis: id quod fortiùs verum arbitratur in Judice, qui procedendi arbitrium habet. Quò autem ad fundandam intentionem interrogari petentis ſeu ad litis deciſionem jure ordinario poſt concluſionem in cauſa interrogationes fieri non poſſunt, etiam ex ſolo Judicis officio. Igitur omiſsâ controverſia, Quando interrogatio fieri poſſit à Judice: omiſsâ quoque illâ controverſiâ; An *d.l.pen.* pertineat ad utrumque litigatorem, quæ non diſtat à priori, quia eâ nihil aliud quæreretur, quàm an Judex utrumque litigatorem interrogare poſſit; hoc quæritur, An ex *d.l.pen.* eruatur, Interrogationes ab actore poſt litis conteſtationem fieri poſſe? Reſp. legem hoc non inferre, ſed inferre duo alia. 1. quòd

ad ſimi-

ad ſimilitudinem illarum interrogationum, quæ ab actore fiunt, etiam Judex interrogare poſſit. 2. quando & quâ in litis parte interrogare poſſit? ubicunque Judicem æquitas moverit. Non etiam obſt. *l.4.in pr.ff.eod.* in qua voluit Prætor adſtringere eum, qui convenitur ex ſua in judicio reſponſione. Reſp. ab interrogatione, quæ præcedere poteſt litis conteſtationem, ad reſponſionem, quæ in judicio ſequi poteſt, non argumentamur. 2. per judicium non intelligitur actus litis conteſtatione poſterior, ſed intelligitur locus, in quo judicium redditur: qui intellectus juri noſtro convenit, *l.pen.ff.d.d.J. & J.* Non denique obſt. quod interrogationes hæ poſt litem conteſtatam procedant in infinitum, & ſæpenumero ſint ineptæ, ut quando Accurſius poſt Azonem exemplum adfert de cive Bononienſi, qui petit lectum, quem neſciat, cui locaverit ex Scholaribus. Reſp. Inde non aboleri interrogationes, ſed earundem abuſum. 2. Non ſpectant huc illæ interrogationes, quæ ante omnem moram controverſiam moventur.

JUDÆI veteres Synagogas ruinâ penitus collapſas in eadem ſpecie & qualitate reponere & reſtaurare poſſunt, *c. conſuluit.7.X.d.Juda.*

Præfertur jus Can. Etenim Judæis Synagogas fulcire, ſartas tectas conſervare, reparare permittitur: novas verò ædificare prohibentur, indictâ inobedientibus L. librarũ auri pœnâ, *l.ult.§.2.h.t.* ad quam forte Caſſiodorus reſpexit *lib.2.var.* dum ſecundùm divalia conſtituta Judæis tantùm permitti ait Synagogæ vetuſtis parietibus tegumen imponere. Non obſt. *d.l.20.§.2.* ad quam generaliter reſpondet Wiſſenbachius ad *tit. C.d.Judæ.& Cælicol. th.1.* quòd in re dubia nec definita palam benigniorem interpretationem ſequamur ſecundùm regulam juris, *l.ea quæ.192.§.1.d.R.J.* In ſpecie reſpondeo ſubeſſe diverſitatem caſuum, nam in Synagogis ſufficit manere aream, quæ in *d.§.2.* eſt pars ædificii: in uſufructu ſpectatur ipſum ædificium, quo ſublato uſusfructus interit.

Si ſtrictiùs interpretemur, aliud eſt, quod ſequenti loco ponitur, *l.20.§.2.ff.d.S.V.P.* ideoq; Judæi non videntur Synagogas reſtaurare, ſed novas erigere.

JUDÆIS cum Chriſtianis non eſt communio, *can. Judæi cum duob. ſeq.cauſ.28.q.1.*

Ubique eſt animadvertere Judæis indulgere Imperatorem. An & quatenus hodie Judæi in tutelam & protectionem recipiantur, vid. Knipſchild *d.civit.Imper.jur. & privil. libr.2.c.30.* Manzium in *centur. decij. palatin. q.95.* Wibelium *c.d.contract. mul.2.num.36.* Wiſſenbachium *ad tit.C.d.Jud.& Cælic.th.2.* Hic obiter notandum cum Wiſſenbachio *d.C.loc.th.6.* ne videatur jus Civile Judæos confundere cum Chriſtianis, quando in *l.3.§.ult.D.d.decurion.* Ulpianus cenſet eos, qui Judaicam ſuperſtitionem ſequuntur, honores adipiſci poſſe, pravâ opinione Ulpianum fidem Chriſtianam appellare ſuperſtitionem Judaicam. Ceterùm odium Sectæ Judaicæ etiam perſequuntur Juris Civilis Commentatores, ut quando tractant illam quæſtionem, An poſſit legari res, quæ non fuerit in commercio legatarii: ut obſtantes concilient leges, inter alia reſpondent cum Accurſio, An incapacitas verbi causâ ſit ex odio ſectæ, veluti ſi Judæo ſit relictum mancipium Chriſtianum, an ex alia cauſa. Vid. etiam differentiam, in qua *Orthodoxum inter & hæreticos.*

Judæi non Judæorum tutores erunt, ſicut & reliqua adminiſtrabunt: conſtitutiones enim in iis ſolis eos ſine moleſtia eſſe jubent, per quæ cultus inquinari videtur, *l.15.§.6.d.excuſ.*

JUDÆIS cum Chriſtianis quia non eſt com-

Acquieſcendum eſt juri Canonico. Et verò ſi differentia hæc pen-

Non multum intereſt Medicus ſit Chriſtianus

munio, Chriſtianus Judæo Medico uti non poteſt, *can. nullus. cauſ.* 28. *q.* 1.

vel Judæus, quia relata fuit olim medicina inter artes ſerviles, *l.* 16. §. 1. *d. alim. leg. l.* 41. §. 6. *d. fideic. libert. l.* 10. §. 1. *ff. d. ann. leg.* Hyppolit. à Collib. *d. Nobilit. th.* 49. Hinc medicina eſt ars ſine dignitate, gloſſ. ad *tit. C. d. Profeſſ. & Med. libr.* 10.

deret ab opinione hominum, etiam non multū intereſſet Chriſtianum Medico uti vel non uti, etenim Roma ampliùs quàm 400. annis absque medicis floruit, Plinius *libr.* 29. *c.* 1. Reink. *d. R. S. & E. lib.* 1. *claſſ.* 5. *c.* 11. *num.* 81. Sed referatur ad rei veritatem, quâ Medicina eſt ars ſaluberrima, imò Reipublicæ ſummè neceſſaria, *l. inter eos.* 33. *ff. Ex quib. cauſ. major. &c.* Sola eſt Medicina, quâ opus eſt omnibus ait Quintilianus *declam.* 268. Referatur dein ad Chriſtianorum ſalutem, nam Medicus, quod habet Otto Tabor in *theſ. locor. comm. Juriſpr. ex axiom. Barboſæ libr.* 11. *c.* 17. *axiom.* 3. ægrotum ad implorationem auxilii Chriſti, ad confeſſionem & pœnitentiam ante omnia invitare debet, *c. cum infirmitas.* 13. *d. pœnit. & remiſſ.* Nemo ergo ſe ſuosque Medicis Judæis committat; tum quia mortem appetere videtur, qui à Judæo ſanitatem exquirit: cum ſine auxilio Chriſti Salvatoris ſe ſanum fiere poſſe opinetur, *can. quia.* 7. *cauſ.* 26. *q.* 2. tum quia Judæi omnes Chriſti ſint inimici fideique Chriſtianæ hoſtes, blaſphemique nominis Chriſti, nec non pejores omnibus gentibus ac ſodomitis, *c. licet univerſis.* 23. *d. teſtib. c.* 1. *c. cum ſit nimis.* 16. *d. Judæ. c. nonne.* 37. *cauſ.* 1. *q.* 1. Non o. allegata juris Civilis loca, nam ab uſu Medicinę communi vel non communi non argumentamur ad dignitatem. Deinde nec quoad dignitatem allegata loca obſtarent, quoniam reſtringuntur ad Empiricos & Chirurgos, qui uſu magis quàm arte ſibi aliquam medendi facultatem compararunt: contra quos graviter diſſeritur apud Chriſtophorum Waltherum in *tractat. Juridico-pol. d. ſtat. jurib. & privil. Doctor. omn. Facult. c.* 12. Quid, ait, deinceps in corporis humani cura tutum erit, ſi liceat obvio cuique medicum ſe jactare, & ſalutarem iſtam profeſſionem tot tantisque fraudibus contaminare, quin potiùs publicè intereſt, ut Senatus curam civium habeat, & ſalutem plebis Chriſtianæ ab impuris impoſtorum manibus ſtudeat vindicare. Et *eod. cap.* Sancitum eſt legibus noſtris cerdones, piſtores, ceterosque etiam viles & mercenarios artifices non poſſe artis ſuæ magiſterio decorari, niſi facto priùs tyrocinio, atque alio artis ſuæ edito ſpecimine. At verò quod in rebus nihili tam exactè tantoque ſtudio obſervamus, illudne in ſalute hominum conveniens exiſtimabimus? Alii ſunt veri Medici, ſagaces & induſtriæ ſuæ præſtantiſſimi, de quibus teſtatur Berneggerus in *not. ad Sueton. Cæſarem. c.* 4. *n.* 2. *L. a.* fuiſſe Romæ plures ingenuos, eos quidem præcipuè, qui ex Græcia medicæ artis faciendæ gratiâ Romam profecti: Tales fuiſſe Magnatibus Romanis amicos locus Taciti 4. *annal. c.* 3. oſtendit. Idem Tacitus 6. *annal.* Charidem Medicum, Tiberii Cæſaris amicum inducit. Suetonius in *Auguſto. l.* 91. Artorium Medicum, Auguſti appellat. Ipſum jus Canonicum vel ridet, vel dolet eos medicam tractare artem, quos vel vita vel ignorantia avocaret. Si eſſem medicus, ſuſciperem anatomiam illius Monachi, de quo in *c. tua nos.* 19. *X. d. homicid.* qui credens ſe quandam mulierem à gutturis tumore curare juſſit Chirurgum cum ferro tumorem illum aperire, & cum tumor aliquantulum reſediſſet, ipſe mulieri præcepit, ne ſe vento exponeret ullo modo, ne fortè ventus ſubintrans gutturis apertionem ſibi cauſam mortis inferret, ſed mulier (ejus mandato contempto) dum meſſes colligeret, vento ſe expoſuit incautè & ſic per apertionem gutturis ſanguis multus effluxit, & mulier diem ultimum finivit: reſpondit Pontifex de rigore monacho interdicendam fuiſſe Sacerdotalis Ordinis executionem, quia tamen causâ pietatis & cupiditatis id egerit, quod ſibi minimè congruebat, divina celebrare valeat. Hac propter recedat in ſe Ant. de Guevarra in *horol. Princip. libr.* 1. *c.* 43. *num* 190. juxta quem gliſcente inter cives aliquo tumultu plus unicum poteſt conſilium, quàm centum purgationes de Rhebarbara. Recedant, qui Medicos bonæ famæ carnificibus aſſimilant. Recedant in ſe, qui apud Carpzovium in *deciſ. illuſtr. Sax.* 7. Medicos tam longo intervallo Juriſconſultis

conſultis poſtponunt, ut Doctor Juris, quantumvis ratione gradûs junior, in ſeſſione tamen, ſtatione ac proceſſione præferendus ſit Doctori Medicinæ Seniori, etiamſi in nullo officio publico ſit conſtitutus. Liceat mihi mea quoad ejuſmodi circa ſeſſiones ac prælationum jura cogitata pandere. Habeat Politicus ſua medicamenta, ſeque oblectet vel Concilio Baſileenſi, quod deſcripſit Æneas Sylvius: non inveniat alterius rei majorem curam, nullam diligentiam acriorem, nullam diſputationem contentioſiorem, quàm de Sellis & Sedibus Legatorum. Occupetur in ſcriptis Melchioris Goldaſti, ac inter Imperatores Orientalem & Occidentalem quid fuerit agitatum ſtupeat. Digrediatur per ſingula comitia; in ſingulis ferè novarum diſputationum clamoribus atria & ſubſellia perſonent. Habeant Reges juſtam prærogativæ litem, Principes eminentiæ ſtudium, Potentes ordinis ſui ſtudium: non in hæc diſſenſionum evehor ſublimia, quæ venerari eſt tutius, ſed duntaxat intra agelli mei fines reputo illud Carpzovii in *d. deciſ. num. 7. 8.* Utinam & iterum utinam concertationes de prærogativa in ſedendo, ſtando & procedendo, in familiis & atriis eorum, quibus illuſtrioris dignitatis character externè eſt poſitus, ſubſtitiſſent, nec domus inferioris fortunæ hominum, quibus interna generoſioris naturæ flammula reſtat, invaſiſſent. Sed proh dolor! contrarium experientia docet: & ſolet plerumque etiam à privatis jus illud *προεδρίας* ambitioſiùs, quàm par eſt, appeti, ac contentioſiùs, quàm conducibilius eſt, vindicari; & nullibi non Pompeji & Cæſaris ſpiritus, qui Romam priſcam hoc flatu accendit, quod neque alter ſuperiorem, alter ſibi neque parem ferre poſſet, in conventibus privatorum ſpectatur. Quorum auribus illud Lactantii inſuſurrandum: contentione de dignitate nihil arrogantius, nihil à ſapientis ratione ſemotius eſſe, *libr. 5. d. Juſtit. c. 15.* & illud Salvatoris, Væ vobis Pharisæi, quia diligigitis primas cathedras in Synagogis & ſalutationes in foro *Luc. 11. verſ. 43.* Quomodo tamen honor & præcedentia non ſimpliciter negligenda, ac inſtar decoctoris cedenda vel jactanda. quod eſſet abjectiſſimi, vid. Lymnæum *d. jur. publ. libr. 4. c. 9. num. 35.* Freherum *d. exiſtim. acq. conſ. & amiſs. libr. 2. c. 8. num. 11.*

JUDEX domicilii de quolibet crimine cognoſcit, Streinius in *ſumm. jur. Can. part. 3. tit. 1. §. 3. dub. 2.*

Eatenus præfertur jus Canonicum, quatenus per viam inquiſitionis Judex domicilii vel originis cognoſcere poteſt de delictis alibi perpetratis. Eatenus tamen attenditur jus Civile, quatenus tenetur Judex domicilii remittere reum Judici delicti, quando requirit, *auth. ut nulli Judic. §. ſi verò. collat. 11.* Secus poſt ſententiam, tunc enim remiſſio locum non habet, Dynus in *l. relegatorum. §. interdicere. ff. d. interd. & releg.*

Non permittitur inquiſitio, niſi ex eodem delicto etiam Judex domicilii & originis læſus ſit, vel in damnum aliorum ex eadem communitate redundet, Streinius *d. loc.*

Aliter format quæſtionem Wiſſenbachius ad *tit. C. ubi d. criminib. agi oport.* An crimen accuſari poſſit, ubicunque reus reperitur? Quod affirmat, quia vigor diſciplinæ publicæ ſontem juriſdictioni ejus loci ſubjicit, ubi reperitur, *l. locatio. 9. §. 5. D. d. publican. l. 3. l. congruit. 13. d. off. præſ.* Verba autem *l. 1. C. d. tit. ubi de crim.* ubi reperiuntur, generaliter & indefinitè ſunt accipienda, non ſolùm de iis, qui certo loco domicilium habent, contra quam Accurſius, Clarus, Farinacius, Decius exiſtimant, ita ratiocinantes: Accuſator debet ſequi forum rei, *l. 5. C. d. juriſd.* Atqui non eſt forum rei, ubicunque is reperitur, ſed ubi domicilium habet, aut deliquit, *l. 2. eod. d. l. 1. h. t.* Reſpond. ad minorem, Domicilium ſanè eſt forum rei: quia & locus admiſſi criminis. Sed præter hæc loca reus etiam ibi ſortitur forum, ubi repertus eſt, *d. l. 1.* quæ ſimpliciter & ſine diſtinctione docet reos, ubi reperiuntur, accuſari poſſe. Nec juvat Accurſium, quod alibi reſponſum eſt reos ibi puniri, ubi deliquerint, *l. 7. §. pen. l. ult. D. d. accuſat. l. capitalium. 28. §. pen. D. d. pæn.* Non enim hoc volunt JCti, tantùm in loco admiſſi eos puniri poſſe; Sed neceſſe non eſſe, ut accuſator ſequatur eorum domicilium, aut ut à Judice in locum do-

Digitized by Google

micilii remittantur, ſi in loco admiſſi deprehenſi fuerint. Certè ſi alibi deprehendatur reus, poteſt Judex ejus loci, ubi crimen eſt admiſſum, deſiderare, ut cum proſecutione idonea ad ſe remittatur, *l. ſolent. 7. ff. d. cuſt. & eph. reor. Nov. 134. c. 5.* Quâ remiſſionis poſtulatione omiſsâ utique reus ibi puniri poteſt, ubi reperitur. Ceterum hodie generali conſuetudine ſi qua fit remiſſio, non fit juris neceſſitate, ſed comitatis causâ.

JUDEX Eccleſiaſticus carcerem non habet, niſi ubi temporalem etiam jurisdictionem habuerit, quo caſu intelligunt *c. 1. d. offic. ord. c. dilectus. 55. d. appell. c. 1. d. depoſ. c. 2. d. adult. c. attendendum. 17. q. 4. c. contra idolorum. 26. q. 5. c. cum Epiſcopus. d. tit. d. offic. ordin.*

Judices ſine difficultate carceres habent & coërcendi facultatẽ, quæ pro officii dignitate eis neceſſaria eſt, ut conſtat ex *t. t. ff. & C. d. cuſt. & exh. reor.*

Idem quod in differentia, in qua *Judex Eccleſiaſticus non poteſt multare*, obſervandum, non de eodem Judice utrinque agi. Deinde Canoniſtę diſtinguunt inter Clericos & Laicos, quòd Judex Eccleſiaſticus Clericos poſſit carceri mancipare, Laicos autem excommunicationis ſententiâ opprimere, quia illa eſt Eccleſiæ poteſtas & Prælatorum gradus, *c. nemo contemnat. 11. q. 3. c. dilecto. d. ſentent. excommun. in 6.* Alii volunt Judicem Eccleſiaſticum habere carcerem, ſed non propria autoritate, verùm Secularis invocatione arg. *c. petimus. 11. quæſt. 1. c. 1. d. off. ord. c. poſtulaſti. d. homicid.* quia Eccleſiaſticus Epiſcopus familiam armatam habere non poteſt etiam ad incarcerandum, authore Abbate, in *c. ſignificaſti. h. t.* Aliorum opinio eſt, Poſſe Eccleſiaſticum propriâ autoritate capere & carceri mancipare etiam Laicos in caſibus jure permiſſis. Quare obſervandum eſt Secularis invocationem hac in ſpecie non eſſe de neceſſitate, ſed de modeſtia & prudentia Canonica. Ita equidem Canoniſtæ ſubſumunt: An autem hæc modeſtia Judici Eccleſiaſtico ſit genitalis, ſive Judex Eccleſiaſticus ſuo impetui eam imperare poſſit, niſi neceſſitas eam imperet, ſubſiſto. Forſan diſtingueretur meliùs, Num agatur de criminis pœna vel vindictâ Eccleſiaſticis contra Laicos competenti: num agatur de cauſa civili, in qua Laicus ab Eccleſiaſtico condemnetur, eique propter inobedientiam ſacris interdicatur, tunc ſi Judex Eccleſiaſticus in excommunicatione non acquieſcat, Laicus per Secularis invocationem capiendus erit, & in ſeculari carcere detinendus. Vid. Didacum Sahagum de Villa Sante *Oper. poſth. tom. 1. ad tit. Decretal. d. off. deleg. num. 15.*

JUDEX Eccleſiaſticus non poteſt multare, i. e. pecuniariam imponere pœnam, *c. irrefragibili. §. fin. X. d. offic. ord. c. ut clericorum. X. d. vit. & hon. Cler. c. nemo. 14. X. d. Simon. c. licet. X. d. pœn.*

Si quis in jus vocatus non ierit, ex cauſa à competenti Judice mulctâ pro jurisdictione Judicis damnabitur, *l. 2. §. 1. ff. ſi quis in jus voc. non ierit, & c.*

Tunc foret differentia, ſi de eodem Judice utrinq; ageretur. Deinde etiamſi non idem Judex attenderetur, idem, quod eſt in jure Civili, habet jus Canonicum, *c. ſtatuimus. 16. q. 1. c. ſi vos. 23. q. 5. c. dilectus in pr. d. offic. ord.* Tertiò utrumque jus eundem reſpicit finem, ut à peccatis & delictis homines arceantur, & omnes in officio & Reipublicæ tranquillitate contineantur. Nec obſtant contraria jura, quia improbant injuſtam pecuniæ exactionem ex Judicum avaritia pervenientem, quæ plerumque convertitur in ſimoniam, nempe quando pro celandis peccatis pecunia exigitur. Non denique obſt. *c. 1. X. d. Dol. & contum.* quod loquitur de eo caſu, quo non periclitatur juſtitia, & contumax cautionem præſtitit de obediendo: aliud eſt, ſi juſtitia periclitetur. Vid. Didacum Sahagum de Villa Sante *Oper. poſth. tom. 1. ad tit. Decretal. d. offic. deleg. num. 10.*

Digitized by Google

JUDEX in cauſis brevioribus, quas poteſt absque actorum ſcriptura definire, Vid. differentiam, in qua *Sententia etiam ſine ſcripto valet*: & differentiam, in qua *Executor requiſitus*. poteſt ſententiã dicere ſecundùm privatam & particularem ſcientiam adversùs allegata & probata, Felin. in *cap. paſtoralis. §. quia verò. num. 25. X. d. judic.*

Etſi Judex in his cauſis poſſit non confectis actis, nec proceſſu, jus dicere litigantibus, quod Bartolus & alii notant in *auth. niſi breviores. C. d. ſentent. ex brevic. recit.* tenetur ſententiam dicere ex his, quæ ut Judex; non quæ ut privatus cognoverit; & præterea ſi acta fuerint conſcripta, his oportet fidem exhiberi, non privatę ſcientiæ. Unde ex his cauſis Judex ferre ſententiam debet ex actorum probationibus: ex allegatis probatisque, & ex his, quæ ſibi ut judici manifeſta ſunt. Nec oberit deciſio Bartoli in d. auth. dicentis, in his cauſis minimis ſimplici aſſertioni Judicis credendum eſſe: nam etſi id verum ſit, quod valde dubium eſt, intelligi debet de his, quæ Judici, ut Judici, contigerint; non autem de his, quæ ut privatus perceperit, Covarruvias *tom. 2. var. reſol. lib. 1. c. 1. n. 9.* Vid. Streinium in *ſumm. jur. Can. part. 3. tit. 1. §. 3. dub. 3.*

Præſes Provinciæ ſequatur, quod convenit eum ſequi ex fide eorum, quæ probantur, *l. 6. §. 1. ff. d. offic. Praeſ.* Vid. *l. 3. §. 1. & 2. ff. d. teſtib.* & different. in qua *Executor requiſitus*. & differ. in qua *Sententia non ſit conformis.*

JUDEX in ſua cauſa quis eſſe poteſt, *c. cum veniſſent. 12. X. d. Judic.*

Nulla eſt differentia, quia, ut obſervat Cujacius ad *d. c. 12.* judicat Pontifex Romanus in cauſa propria, non quaſi omnino propria, ſed quaſi Eccleſiæ cauſa communi: ſicut magiſtratus injuriam ſibimet factam legimus ulciſci poſſe, *l. item apud. §. idem ait. d. injur.* at non tam ſe ulciſci, quàm magiſtratum, quem gerit, & rempublicam. Quinimò quaſi imminuti magiſtratus & læſæ majeſtatis reum eſſe eum, qui poteſtatem ſuam in adminiſtrando non defendit, Aſconius Pædianus ſcribit *tertiã in Verrem.* Præterea dico etiam exſortem, & ab omnibus eminentem poteſtatem, quàm Romano Pontifici poſteriores conceſſerunt, id pati, ut & de propria cauſa omnino judicet. Certè de Marcellino, Pontifice Rom. legimus, cùm argueretur ſe quamvis invitum immiſcuiſſe ſacrificiis paganorum, & collectum ob eam rem eſſet collegium ſive concilium multorum Epiſcoporum, nihil de ea re concilium pronunciaſſe, ſed acclamaſſe omnes; Tuo ore judica cauſam tuam, non judicio noſtro: noli audiri in judicio noſtro, ſed collige in ſinu tuo cauſam tuam: prima ſedes non judicabitur à quoquam, *can. nunc autem. 21. diſt.* Quæ in his Cujacianis poteſtatem Pontificiam concernunt, non reaſſumemus, ne eandem cramben, quam in differentia, *Eccleſiæ ita ſe habent*, & in aliis coximus, paulò aliâ patellâ apponamus. Unicum hoc ſufficiat etiam eum, qui non agnoſcit ſuperiorem, jure Civili poſſe eſſe Judicem in ſua cauſa. Sic Tiberius in perſona Parthenii, ſervi ſui, ut in *l. 41. ff. d. hered. inſtit.* refert Sextus Pomponius, Judex fuit. Quomodo Magiſtratibus liceat de ſuis cauſis cognoſcere vid. Weſenbecium ad *tit. ff. Si quis jus dic. non obtemp. num. 4.*

Nemo poteſt, *l. 10. ff. d. jurisd.*

JUDEX loci, in quo contractum eſt, eum, qui contraxit, nec mulctâ nec alio remedio compellere poteſt, ut veniat ad reſpondendum, ſed ſolùm pronunciat dimittendo actorem, ſi alibi reus exiſtat, *c. licet. 10. c. dilecti. 17. X. d. for. comp.*

Præferendum jus Civile, ne actor eludatur aut inani ſumptu vexetur contra *l. 6. ff. d. minor. l. 75. ff. d. judic.*

Secus eſt in *l. 19. ff. Judic.* Vid. Hahn ad *ff. d. Judic. quaeſt. ult.*

JUDEX

Judex ordinarius ad mandatum delegati exequitur ſententiá, etiamſi ſciat eſſe injuſtam, *c.paſtoralis.28.verſ.quia verò.d.offic.& poteſt.Jud.deleg.*

Judex ordinarius exequendæ rei judicatæ datus cognoſcere poteſt de rebus, in quas executio fit, itemque de exceptionibus, *l.15.inpr.* & *§.4.ff.d.re judic.*

Utrumque jus ut concilietur, tria diſtingui debent. 1. Ipſe Judex ordinarius. 2. Executio. 3. Exceptiones. Nam 1. Judex alius ordinarius eſt, qui ſolennem & plenam habet cognitionem: alius eſt Pedaneus. Itaq; cum de omnibus non poſſent Magiſtratus cognoſcere, neceſſe fuit cauſarum cognitionem delegare pedaneis, tanquam legatis, *l.9.ff.d.offic.Præſ.* ubi legati nomen videtur pedaneis communicari. Sic deinde placuit, ut Præſides propter occupationes publicas, & cauſarum multitudinem ſuo arbitratu poſſent pedaneos Judices conſtituere, iisque lites committere dirimendas, *l.2.C.d.pedan.Jud.* & *l.11.C.d.falſ.* Hi pedanei Judices ſolennem & plenam cognitionem non habent, quia non actis accuratè diligenterque confectis, ſed per annotationem tantùm cauſas humiliores, quæ non excedunt ſummam trecentorum aureorum, *Nov.82.c.5.* brevitatis causâ diſceptant, ita tamen, ut ipſi Magiſtratus litis conteſtationi & ultimæ cognitioni præſint, ac ſententiam definitivam pronuncient, *Nov.60.* & *Nov.82.c.1.* & *2.* Quoad executionem, eam diſtinguit gl. *ad d.verſ. quia verò lit.a.* cui executio alia eſt mera, alia mixta. Mera executio dicitur, quando partibus præſentibus (vel alterâ contumaciter abſente) cognitum eſt de cauſa ab aliquo, & ille mandat alicui, ut ſententiam ſuam exequatur, *l.executorem.pen.C.d.execut.rei jud.* Talis executor non debet audire exceptiones & de tali executione loquitur *d.verſ.* Secus ergo de mixta eſt habendum. Quoad exceptiones, aliæ ſunt, quæ ſententiam prioris Judicis non oppugnant: aliæ ejusdem ſententiæ opponuntur, eamque feriunt, ut eſt exceptio nullitatis, falſorum inſtrumentorum, corrupti Judicis, ſuper quibus Judex ordinarius cognoſcere non poteſt, ſed remittit negotium ad ſuperiorem, quem in jure Canonico repræſentat ſedes Apoſtolica, *c.d.cetero.5.X.d.ſent.& re jud.*

Judex Ordinarius & Delegatus, etiamſi eſſet Epiſcopus, recuſari poterit, *c.ſi quis contra Clericum.X.d.for.compet.* Gail. *libr.1.obs.33.n.1.* Hiltropff in *proc.Jud.part.2.tit.13.d.except.recuſ.num.12.13.14.*

Recuſari non poteſt ad eum effectum, ut removeatur tanquam ſuſpectus, ſed ſi aliqua ſuſpicionis cauſa, adjunctus ei dandus, *auth.ſi verò contigerit.C.d.Judic.* quia turpe viſum fuerit recuſari magiſtratum populo probatum, Marant. *p.4.diſt.jud.5.n.41.*

Deducit è Weſenbecio Hillig. in *Don.enucl.libr.17.c.25.lit.q.* eum putaſſe, ne quidem jure Pontificio removeri, ſed æquè alium adjungi, id ſic accipiendum, ut minimùm lædat jus commune. Sed apertè refellitur. Utut ſit, diſpoſitio Juris Canonici recepta dicitur. Et *d.auth.* in deſuetudinem abiit, P. Gregorius 49.*Synt.3.n.22.* & *ſeqq.* Hillig.*d.loc.* Vid. *proceſſum Judic.Arnoldi de Reyger diſp.1.th.25.*

Non o. N.86.*c.2.* in qua proponitur conſilium. Non o. *N.53.c.3.§.2.* Reſp. In ea licentiam tribui vel repudiandi Judicem ordinarium vel petendi adjunctum.

Judex Ordinarius etiam poteſt committere cauſas majores, *c.paſtora-*

Tantùm cauſas minores, i. e. 300. aureorum, *l.2.C.d.pedan.Judic.*

Præferendum eſt jus Canonicũ, quia commiſſio vel concedenda vel inhibenda deſumi

lis.28.

lis.28. X. d. off. & pot. Jud. del.

debet non à quantitate majori vel minori, quæ in commiſſionem venit, ſed à facili aut difficili cognitione juris, cujus plerumque ambiguus eſt eventus, *l. 51. ff. d. pecul.*

JUDEX, qui per ſordes, vel gratiâ vel aliàs dolo contra juſtitiam malè judicaverit, per annum ſuſpenditur ab officio, & in æſtimationem litis inſuper parti læſæ condemnatur, *c.1.d.ſent. & re jud. in 6. c. intimaſti. & ibi gl. & not. X. d. appell.* Emericus à Rosbach. in *theſ. rec. diff. jur. Civ. & Can. libr.3.tit.3.num.14.*

Præfertur jus Civile, quia multò magis pœnâ digni ſunt, quibus cum plurimum honoris delatum eſt, occulto inveniuntur in crimine, *l.8. in fin. C. d. Episc. & Cler.* Joachimus Haſſæus in *ſeſquicent. differens. Jur. Civ. & Can. th. 31. diſp. Baſil. tom.7.* Jus Canonic. mitiùs agere concludit: an autem meliùs? de eo altum eſt ſilentium. Admitti poteſt illud Menochii *cent.4. arbitr. jud. quæſt. caſ.342. n.15. verſ. quamobrem. &c.* ubi Judex, qui per ſordes corruptus judicavit, in cauſa demum criminali pro illius gravitate præter pœnam ad mortem usque pro arbitrio Judicis extendibilem & publicationem bonorum infamiâ notatur & dignitate privatur: in civili verò cauſa, ſi rectè judicaverit, acceptum ſolùm reſtituat, *l. 2. §. ult. d. cond. ob turp. cauſ.* ſin iniquè, litis æſtimationem læſæ parti ſolvat, *l. filiusf. 15. in f. ff. d. judic. d. l. ult. C. d. pœn. Jud. qui mal. jud* erga fiſcum verò in triplum condemnetur *d. auth. novo jure. C. eod.* & aliâ etiam pœnâ Judicis arbitrio, *pr. I. d. obl. quæ ex q. del. l. fin. d. extraord. cogn.* Vid. tamen Frantzkium *libr. 2. reſ. 13 à num. 9.*

Judex, qui per ſordes, vel gratiâ, vel aliàs dolo contra juſtitiam malè judicaverit, tenetur parti non ſolùm ad æſtimationem expenſarum, & totius litis, ſed etiam infamiæ notam ſubit, & punitur in triplum ejus, quod accepit, & in duplum ejus, quod promiſſum eſt, *l. eum qui temere. 79. §. judicibus. ff. d. Judiciis. auth. novo jure. cum l. ſeq. C. d. pœn. Jud. qui malè jud.*

JUDEX Secularis non cognoſcit de quæſtione nativitatis, *c. lator. X. qui fil. ſint. legit.*

Volunt præferendum eſſe jus Canonicum, cum iſta ſit cauſa merè ſpiritualis & pertineat ad Eccleſiam. Sed enim non magis eſt ſpiritualis, quàm cauſa matrimonii; igitur Judex Secularis illam vel ut bonorum diſceptationi concurrentem, ut in *l. 3.* vel ut incidentem, ut in *l. 1.* examinet.

Cognoſcit de ea Judex Secularis, *l. quoties. 3. C. d. judic. l. 1. C. d. ord. jud.*

JUDEX ſine cauſæ cognitione procedens non cenſetur eſſe Judex, ſed pro privato habetur, Felinus in *c. Eccleſia S. Mariæ col. 12. d. Conſt. Princip.* Omisſio tamen ordinis judiciarii, vel alius defectus ſuper uno actu non vitiat alium actum præcedentem legitimè fa-

Si è quovis dubio formaretur differentia, conatus videri poſſet ejus filii, qui à patre Mercurio acceptâ lyrâ adeò ſuaviter canebat, ut ſaxa ad ſtruendos muros Thebanos traxiſſe dicatur. Non opus eſt muta ſaxa huc trahere, ut vivum opus augeant, nec opus eſt adhibere lyram, cui non omnia ex æquo conveniant. Conſultum tamen eſt dubitanti ire obviam. Igitur nulla eſt differentia, quoniam utroque jure judicare non arguit proceſſum de facto, ſed cauſæ cognitionem præſupponit, ſine qua judicium nullum eſſe poteſt, *l. Judices. 9. ubi Jaſon num. 2. C. d. Judic.* idemque cenſet Hyppol. Marſilius in *ſua præ-*

Prætor etiam jus reddere dicitur, cum iniquè decernit, *l. 11. ff. d. J. & J. l. 1. §. 1. ff. d. fer.*

Digitized by Google

ctum: quia utile per inutile non vitiatur, *c. utile. d. R. J. in 6.* Intellige quando actus ſunt ſeparati & non habentes neceſſariã dependentiam unius ab altero, Philipp. Francus ad *c. ſi confirmationem.* 39. *n.* 1. *d. elect. & elect. pot. in.* 6.

Elica. §. *ſucceſſivè. num.* 3. ubi ait, quòd Judex non obſervans juris ordinem vel debitam conſuetudinem redigatur ad inſtar privati, nec juvetur ratione officii, cum in illud deliquerit, quam ob cauſam caſus inſolitus & inopinatus dicitur, ſi ordine judiciario non obſervato procedatur. Huc pertinet, quod ait textus in *l. nec Magiſtratibus.* 32. *ff. d. injur.* nec Magiſtratibus licere injurioſè aliquid agere, imò Innocent. in *c. deberet. d. ſentent. excomm. in* 6. profitetur, quòd non ſolùm Clerico, ſed etiam Laico licet ſe defendere etiam contra Judicem ordinarium, qui ordine judiciario non ſervato injuriam ſibi vel in rebus vel in perſonis facit. Hæc & plura Otto Tabor in *theſ. locor. comm. Juriſpr. ex axiom. Barboſ. libr.* 9. *c.* 89. *axiom.* 11. Non obſt. *l.* 11. *ff d. J. & J.* cujus pars duntaxat hic eſt relata. 2. agit illa l. de Prætore, qui ordine judicii ſervato pronunciat. 3. vult ut Prætor jus reddere dicatur, ſufficere juſtam intentionem. Vid. differentiam, in qua *Sententia poteſt eſſe injuſta.* 4. non poteſt Judex ſine cauſæ cognitione procedere: non poteſt Prætor jus reddere, cum iniquè decernit; non tamen præciſæ ſententiarum definitioni adſtringitur. Sic in *l.* 13. *ff. d. pœn.* licet ei, qui extra ordinem de crimine cognoſcit, quam vult ſententiam ferre, vel graviorem vel leviorem, ita tamen ut in utroque modo rationem non excedat. Non obſt. *l.* 1. §. 1. *ff. d. fer.* in quo non agitur de omiſſa cauſæ cognitione, ſed de Prætoris facto, qui tempore feriarum aliquem evocabat, & concludit lex, Si Prætor aut per ignorantiam vel ſocordiam evocare (occupatos circa rem ruſticam) perſeveraverit, hique ſponte venerint, ſi quidem ſententiam dixerit præſentibus illis & ſponte litigantibus, ſententia valebit, tametſi non rectè fecerit, qui eos evocaverit: Sin vero, cum abeſſe perſeveraverint, ſententiam protulerit, etiam abſentibus illis; conſequens erit dicere, ſententiam nullius eſſe momenti. Neque enim Prætoris factum juri derogare oportet. Vid. differentiam, in qua *Imperitis literarum officia.* Et quòd Imperator non admiſerit tales Judices, qui cauſæ cognitionem omittant, quiq; , ut apud Cothmannum *vol.* 1. *reſp.* 18. *num.* 294. loquitur Papienſ. in *form. ſequeſtri in pr.* velut equi ac muli intellectum non habeant, aut ſi intellectum habeant, eo pro lubitu abutantur; ſi nullus alius ſupereſſet locus, abunde hoc teſtaretur *l.* 1. §. 5. *C. d. offic. Præf. Præt. Afric. &c.* ubi ſic, Optamus ergo, ut omnes Judices noſtri ſecundùm voluntatem & timorem Dei, & noſtram electionem atque ordinationem ſic ſuas adminiſtrationes gubernare ſtudeant, ut nullus eorum aut cupiditati ſit deditus, aut violentias aliquas vel ipſe inferat, vel Judicibus, aut officiis eorum, aut quibuscunque aliis collatoribus inferre permittat. Licet enim per omnes provincias noſtras (Deo juvante) feſtinemus, ut illæſos habeant collatores, maximè tamen tributariis diœceſeos Africanæ conſulimus, qui poſt tantorum temporum captivitatem meruerunt (Deo juvante) per nos lumen libertatis aſpicere. Ergo jubemus omnes violentias & omnem avaritiam ceſſare, & juſtitiam atque veritatem circa omnes noſtros tributarios reſervari. Sic enim & Deus placabitur, & ipſi poſſunt celeriùs, ſicut collatores alii noſtræ reipublicæ, relevari atque florere.

JUDICEM alium Clericus ſubſtituere non poteſt, *c. ſi diligenti. X. d. for. compet.*

A' Cauſis Clericorum, quæ alterius perſonâ non æquè expediuntur, ad cauſas Laicorum, in quibus perſona perſonam repræſentat, non fit tranſitus.

Laicus Judex in cauſa civili ſecundùm leges alium Judicem Laicum ſubſtituere poteſt, *l.* 1. 2. *ff. d. Judic.*

JUDICIS officium eſt actio & pro actione pro-

Nulla eſt differentia, nam jus Canonicum non dicit officium Ju-

Aliud eſt actio, aliud officium Judicis, arg. *l.* 24.

ponitur,

ponitur, *c. Judicis. 2. X. d. offic. Jud.*

dicis eſſe actionem, ſed pro actione proponi, quod non ſignificat eandem naturam, ſed in aliquo tertio convenientiam. 2. Si jus Canonicum officium Judicis diceret eſſe actionem, ſimul diceret in integrum reſtitutionem, de qua agit, eſſe actionem. 3. ab ordinatione judiciali, juxta quam officium Judicis & actio diſcrepant, ad effectum, in quo non diſcrepant, non argumentamur.

§. ult. ff. d. minorib. l. 38. 50. in fin. l. ult. ff. d. pet. hered. l. deductâ. 58. circa princ. ff. ad SC. Trebell. & l. 7. ff. d. ann. leg. ubi licet ex teſtamento agi non poſſit, tamen interventu Judicis ea, quæ in teſtamento ſcripta ſunt, debent ad effectum perduci, Vid. Harpprecht. ad *pr. I. d. action. num. 6. 7. 8.*

Judicis recuſatio ut legitimè fiat, non verbis, ſed ſcripto fieri debet, quia hujusmodi recuſatio interlocutoriæ comparatur, à qua in ſcriptis appellari debet, *c. cordi. d. appell. in 6.* proinde libello opus eſt, *l. fin. C. d. Judic.* An autem cauſa ſuſpicionis in eo ſcripto vel libello exprimenda? Canoniſtæ volunt cauſam in libello recuſatorio exprimendam & coram arbitris electis probandam eſſe, *c. cum ſpeciali. X. d. appell.* Si non probetur aut illegitima ſit, cauſam ad Judicem recuſatum remittendam. Quòd ſi probata fuerit cauſa ſuſpicionis, tunc demum arbitros de cauſa principali cognoſcere poſſe, Gail. *libr. 1. obſ. 33. n. 14. 15.*

Vid. Arnoldum de Reyger *d. loc. th.* 26. Jus Civile præfertur, quatenus parcit exiſtimationi recuſati Judicis: Canonicum, ſi recuſatus Judex allegationi in genere factæ non acquieſcat. Vid. Mynſing. *cent. 3. obſ. 63. num. 5.* ubi dicit jus Canonicum hoc caſu de conſuetudine obſervari.

Legiſtæ tenent cauſam non exprimendam, ſed ſufficere allegationem ſuſpicionis in genere ſecundùm formulam recuſandi, quam tradit gl. in *l. apertiſſimi. 16. in verſ. libello. C. d. Judic.* quam ſequitur Baldus ibid. *n. 7.* Jaſon *n. 15.* Salicet. *n. 7.* comuniter Dd. gl. in *l. qua poterat & in verb. nec illud. ff. ad SC. Trebell.* Dummodo tamen recuſans juramentum præſtet de calumnia, quod calumnioſè non recuſet: nam hoc juramentum loco probationis erit, cum quilibet præſumatur memor eſſe ſalutis ſuæ, Gail. *d. n. 14.*

Judicium conſtituitur per ſolam citationem, *c. propoſuiſti. 19. X. d. judic.* Vid. differentiam *Injuriarum actio (dummodo per citationem &c.*

Nulla eſt differentia, ſi diſtinguamus inter judicium cœptum, *l. 15. ff. rat. rem hab.* & acceptum: ſive ſi intelligamus nomine judicii quicquid rem litigioſam facit: non duntaxat, quod inter citationem & ſententiam definitivam eſt intermedium. Placet comparatio Wiſſenbachii ad *tit. C. d. in jus voc.* Veſtibulum in ædibus, quamvis propriè domûs pars non ſit, quia tamen domui ita conjunctum eſt, ut non niſi per hoc deveniatur ad domum, ideo etiam domûs partem eſſe dicimus; idem etiam de citatione ſeu in jus vocatione dicere poſſumus. Non tamen, quod notat Bachovius in *decad. 76. err. Ant. Fabri err. 5. num. 2.* confundamus cum Fabro in jus vocationem & litis conteſtationem, niſi ficta

Per litis conteſtationem, N. 112. c. 1.

attendatur litis conteſtatio, de qua in differentia, *Hæres ſive ſcripſerit.* Sic poteſt videri ficta litis conteſtatio in *clem. ult. ut lit. pend. nih. inn.* ubi lis pendere tunc dicitur, non ſolùm cum conteſtata fuerit, verùm etiam poſtquam à Judice competenti citatio emanarit, & ad partem citatam pervenerit, dum tamen in citatione ea ſint expreſſa, per quæ poſſit quis inſtrui, ſuper quibus in judicio convenitur.

JUDICIUM filius absque conſenſu patris ſuſcipere poteſt, *c. accedens. X. d. procurat. c. ſi annum. d. judic. in 6.*

Si exceptio caſuum ſingulariũ novam pareret differentiam, innumerabiles forent. Ita hic nulla eſt differentia. Nam quoad jus Canonicum ipſum *c. ſi annum.* reſpondet, in hujuſmodi litibus & cauſis, puta ſpiritualibus, quanquam in poteſtate patris exiſtas, nec aliàs absque ipſius aſſenſu in judicio regulariter eſſe poſſis, ejus nequaquam requiri debet aſſenſus. Quoad jus Civile, etiam in illo excipitur cauſa ſtudiorum vel legationis, cujus gratiâ ſi abſit, & furtum vel injuriam paſſus ſit, utili judicio eum agere poſſe placet, *l. ſi longius. ff. d. judic.* Emericus à Rosbach in *theſ. rec. diff. jur. Civ. & Can. libr. 3. Tit. 5 num. 8.* ubi *n. 9.* alia differentia de pupillo in judicio ſtante eodem modo ſolvi poteſt.

Suſcipere non poteſt, *l. fin. §. neceſſitate. C. d. bon. quæ liber.*

JUDICIUM inter parentes & liberos admittitur. Sic in *c. queritur. 36. cauſ. 2. q. 7.* queritur pater de malo filio: queritur filius de duro patre. Servamus honorificentiam patri, quæ debetur à filio. Non æquamus filium patri in honore: ſed præponimus filium patri in veritate: & ſic tribuimus honorem debitum, ut non perdat æquitas meritum.

Hanc differentiam non tam facit neceſſitas, quàm conſilium In *l. 4. C. d. patr. pot.* ita diſponit jus Civile. Cõgruentius equidem videri intra domum inter te ac filios tuos, ſi quæ controverſiæ oriuntur, terminari. Sed ſi ita res fuerit, ut pro injuriis eorum & ad jus experiendum & ad vindictam proceſſeris, aditus præſes provinciæ ſuper diſceptationibus quidem pecuniariis conſuetum exerceri jubebit juris ordinem: reverentiam autem debitam exhibere matri filios coget. Non obſt. *l. 4. ff. Judic.* quia lis nulla nobis eſſe poteſt cum eo, quem in poteſtate habemus ratione bonorum, quæ patria poteſtas ſibi aut ſervat aut acquirit: ſecus eſt quoad pietatem patri debitam, quam ſi non agnoſcit filius, eum caſtigare jure patriæ poteſtatis pater non prohibetur: acriore remedio uſurus, ſi in pari contumacia perſeveraverit, eumque præſidi provinciæ oblaturus, *l. 3. C. d. t. d. patr. poteſt.* Non obſt. *l. 52. §. 5. ff. d. furt.* quæ in nullo reluctatur, niſi quòd videatur pugnare cum *d. l. ſi ſuperſtite.* Sed reſpondetur furti aliquem teneri duobus modis: vel in relatione ad furtum commiſſum, vel in relatione ad actionem furti: priori modo pater tenetur furti; poſteriori modo non: ſed, ut patris reverentiæ parcatur, ſufficit actio in factum.

Judicium inter parentes & liberos non admittitur, niſi in cauſa caſtrenſis vel quaſi caſtrenſis peculii, *l. 4. ff. d. Judic. l. 52. §. 5. d. furt.* Utcunq; tamen res ſe habeat, nullo modo adversùs parentes actione famoſâ poſſunt experiri, ſed duntaxat actione in factum, *l. ſi ſuperſtite. 5. C. d. dol. mal.*

JUDICIUM liberi adversùs parentes inſtituere poſſunt, etiam non moderatâ actione in fa-

Emericus à Rosbach. in *theſ. diff. jur. Civ. & Can. libr. 3. tit. 5. num. 6.* hanc agendi ex jure Can. licentiam etiam

Famoſam actionem nullatenus liberis adverſùs parentes inſtituere licet, ſed moderatâ actione

ctum,

ctum, *can. quæritur & ibi gl. cauſ. 2. q. 7. & c. prohibentur. cauſ. 2. q. 1.*

conſuetudini tribuit; quam tamen conſuetudinem dicit potiùs eſſe corruptelam hujus ætatis, quâ videmus liberos parentes ſine ulla reverentia, honore & venia in jus vocare, & è contrario parentibus cum propriis filiis & filiabus litem ſæpe inexorabilem intercedere.

in factum experiendum eſt, *l. ſi ſuperſtite. C. d. dol.*

JUDICIUM omne eſt publicum, *c. infames ubi gl. 6. quæſt. 1. gl. in §. fin. 2. q. 4. c. 1. ſcripta fraternitatis. c. novit. X. d. judic.*

Præferimus jus Canonicum, quod non acquieſcit in vindicta privata, ſed vindictæ publicæ mixturâ amat. Vel dicimus nullam eſſe differentiam. Vid. differentiam, in qua *Crimina omnia ſunt publica.*

Judicium aliud eſt publicum, *t. t. d. publ. Jud.* aliud eſt privatum, *t. t. I. d. action. pr. I. d. obl. quæ ex del. naſc.*

JUDICIUM petitorium & poſſeſſorium cumulari poſſunt, ita ut Judices deputati gravibus partium ſumptibus parcere cupientes de utroque commiſtim audiant, *c. 2. X. d. cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Imò videtur ſemper cumulari debere, & poſſeſſorium ſeorſim ſubſiſtens eſſe nullum, quia dolo facit, qui petit, quod reſtituere tenetur, *c. dolo facit. 59. d. R. J. in 6.* Reſp. hoc procedere, ſi ſemper reſtituere teneatur. Unde fit, ut ſi vaſallus nondum ſit inveſtitus, & feloniâ commiſſâ inveſtituram petat, Dominus ipſum inveſtire cogi non poſſit, Roſenth. *d. feud. concl.* 104. *cap.* 10. Deinde ſpoliatus, etiam ſi reſtituere teneatur, judicium poſſeſſorium inſtituit, quia ante omnia ei poſſeſſionem, à qua dejectus eſt, reſtituere oportet, *l. 7. C. ad l. Jul. d. vi publ.* Gail. 2. *obſ. 75. n. 4.*

Nulla eſt differentia. Diverſa enim quantumvis ſint judicia, Petitorium & Poſſeſſorium, cumulari tamen ſimul bene poſſunt, *l. cum fundum. 18. §. ult. d. vi & vi arm. l. heredes. 25. § d. pluribus. ff. fam. erciſc.* Gail. *libr. 1. obſ. 63. n. 2. in f. & ſeqq.* Menoch. *rem. 3. retin. poſſ. n. 523.* Quod tamen tantùm de interdicto ſeu poſſeſſorio adipiſcendæ vel recuperandæ poſſeſſionis intellectum velim: nequaquam verò de interdicto retinendæ poſſeſſionis, quod petitorio planè adverſatur, Bartol. in *l. 1. in pr. & §. interdictum. ff. uti poſſ.* Hartm. Piſtor. *part. 4. q. 18. n. 4.* In dubium ſi hoc vocare propterea quis auſit, quòd vulgò dicitur, cognoſcendum priùs eſſe de poſſeſſione, quàm de proprietate; huic reſpondemus, Juris quidem ordinem id regulariter expoſcere, attamen ſi litigatoribus placuerit utrumque cumulare judicium, ipſis annuendum fore, cum omnia dicantur hodie judicia extraordinaria, §. *ult. I. d. interd.* ita ut extra ordinem pro lubitu agere valeant litigantes, Carpzov. in *proceſſ. jur. tit. 1. art. 5. n. 11. & ſeqq. tit. 3. art. 5. n. 9. & ſeqq.* Vid. Frantzkium *exerc. 15. q. 1. 2. 3.*

Judicium petitorium & poſſeſſorium cumulari non poſſunt, *l. 35. ff. d. A. vel A. P. l. 13. C. d. R. V. l. 3. C. d. interd.* Hinc cauſa proprietatis appellatur actio ſecunda, *l. 2. C. quor. bon.* Vid. Hiltropff. in *proc. jud. part. 2. tit. 14. d. exceptione, ne continentia cauſæ dividatur.*

JUDICIUM petitorium & poſſeſſorium etiamſi

Diverſi ſunt caſus, nam jus Canon. agit de Judice ad utrumq; ju-

Judex datus, ut cognoſcat de proprietate, non

cumulari queant ac eodem actu cumulentur, poteſt tamen Judex de ſola poſſeſſione pronunciare, *d.c.2.X.d.cauſ.poſſ. & propr.*

Non obſtat, quod & jure Canonico ſententia debeat eſſe conformis libello, *c.licet.31.X.d. Simon.* in quo juxta judicii formam ſententiæ quoque forma pronunciatur. *Reſp.* Hoc verum eſt in cauſa criminali,in qua judicium eſt idem. 2. Judicii forma ſententiæ formâ finem agentium ſequatur.

dicium dato. Jus Civile agit de Judice ad proprietatis judicium dato. Igitur vera differentia eſt in eo, quòd jure Civili ſententia debeat eſſe conformis libello ,*l. in fundo.* 38. *ff. d.R.V.* Jure Canon.hoc non requiratur. Vid. Wiſſenbachium ad *ff. part.1.diſp.23.th.*10.

poteſt judicare ſolâ poſſeſſionis cauſam, *l.pen.C. ſi à non comp.Jud.jud.*

Non obſt. *d. c.* 2. *X. d. cauſ. poſſ. & propr.* in verb. cum hoc ſit jure Civili expreſſum. Reſp. Pellucere heic Pontificis oſcitantiam, nam ſi proponeretur coram Judice utrumque judicium, jus Civile alterius ſeparationem non permitteret.

Juramenti relaxatio à Pontifice Romano vel Judice Eccleſiaſtico impetrari debet, Covarruvias. 1. *var.reſol.c.4.n.5. & in c. quamvis. p.* 1. §. 3. *n.*27. Farinac. in *prax. crimin.q.8.num.*143.

Volunt equidem Canoniſtæ eam à Pontifice Romano vel Judice Eccleſiaſtico impetrari debere: quia in hac abſolutione à vinculo juramenti de religione & ſpirituali quadam ac divina obligatiõe agatur; cujus remiſſio & abſolutio ei, ad quem religionis ſpectat cura,incumbat. Tamen cum in omni juramento ſemper excepta cenſeatur Superioris autoritas, *c.conſtitutus.d.reſcript. c.venientes.d.jurejur.* juramentumq; proinde minimè ſit ſervandum,quoties ipſum Superiorem,penes quem legum condendarum eſt poteſtas, nolle illud ſervare conſtiterit. Ac juramentum non debeat eſſe vinculum iniquitatis, *d.c. venientes.* atque Reip. maximè interſit, ne iniqua juramentorum exactio vires obtineat, *l. quæ ſub conditione. §. ſi quis ſub jurisjurandi. ff. d. condit. inſt.* Inde Princeps, qui legis ſolvendæ habet facultatem, juramenti effectum (nam conſcientiæ ſecuritas ſolius Dei opus eſt) tollere,juramentoque gravatum,legitimâ ſeſe offerente causâ, remiſſioneque ritè impetratâ,ſecurum reddere poteſt; in ea præſertim materia, quæ ſeculari ſubeſt poteſtati: quia juramentum ſub hac conditione devincit jurantem, niſi Princeps, cui juramenti ſubjicitur materia,aliud decreverit. Sicuti ſatis cenſetur juramenti vinculum remiſſum, ſi ejus à privato, in cujus favorem conceptum jusjurandum, impetretur liberatio, *c.* 1. *X. d.jurejur.* Hæc ſi dextrè intelligantur, nulla cauſa remanebit, ex qua Imperatori juſtè adimi queat hæc,de qua agimus,juramenti relaxatio. Quin Imperiali quoque Cameræ relaxandi hæc poteſtas ab Imperatore & Statibus Imperii conceſſa eſt, *Ordin. Camer.part.* 2. *tit.*24. Mynſing. 3.*obſ.*99. Beſoldus in *delib. Jur. ad libr.* 1. *Pandect. rubr. juramenti relaxatio.*

Juramenti relaxatio, cum reſpiciat agendi & excipiendi effectum per textum in *l.* 38. *in pr. ff. ad municip.* refertur ad ordinem Regalium, Borcholten *d. Regal.num.*4. Bocerus *c. d. Regal.* 2. *num.* 135. Roſenthal in *ſyn.jur.feud. c.5.concl.3.*

Juramentum ad ſubſtantiam ſuam verba non deſiderat, Abbas &

Nulla eſt differentia, quia etiam jus Canonicum verba deſiderat, *c.* 26. *& c. pen. X. d. jure-*

Verba deſiderat N. 17. *c.* 6. Beſoldus in *delib. jur. ex libr.*12.*pandect. q.*5.

Cano-

Canoniſtæ plerique in *rubr. X. d. jurejur.* quos ſequitur Alciatus *libr. 2. parerg. c. 2. & in rubr. d. tit. X. d. jurejur. n. 21.* Covarruvias in *c. quamvis d. pact. part. 1. in pr. n. 5.* Fachin. 3. *controv.* 8. Borcholt. *d. jurejur. c. 1. num.* 27. *& ſeqq.*

jur. Inſiſtendum heic eſt veſtigiis Frantzkii *libr. 2. reſ. 1. num. 16. & ſeqq.* juxta quem juramentum dupliciter conſiderari poteſt. 1. in ordine ad Deum & in foro conſcientiæ 2. in ordine ad homines, quibuscum pacta & contractus ineuntur, & ita in foro politico. Quod forum conſcientiæ attinet, ſcientia juris Canonici veriſſima eſt, neque Interpretes Juris Civilis, ſi rectè inſpiciantur, diſſentiunt, cum de abſoluta hac & quaſi abſtractiva conſideratione juramenti non loquantur. Juramentum enim non in ipſa promiſſione conſiſtit, ſed in invocatione nominis divini ad illam confirmandam. Invocatio autem verba externa non deſiderat, ſed ſolâ mentis, cujus Deus inſpector eſt & exactus agnitor, oratione perficitur, *c. ſi quid inveniſti. 14. q. 5. & c. erubeſcunt. 11. diſt. 32.* Quod notabiliter Franc. Suarez. *lib. 1. d. juram. c. 1. n. 4.* declarat maximè procedere in juramento promiſſorio, non item aſſertorio. Cum enim juramentum aſſertorium ſit ſolùm de aſſerenda veritate, eaque vel in præteritum vel in præſens, nec Deus, qui jam ſatis de omni veritate & conceptu hominis ad ipſum loquentis certus eſt, per juramentum ſuperveniens de illo certior, nec homo religioſior fieri poteſt. In promiſſorio autem, quod præter veritatem aliquam obligationem in futurum continet, jurans, quantum in ipſo eſt, ad majorem firmitatem, ſuæ promiſſioni in futurum exſolvendæ, adſtringi poteſt, cujus reſpectu non immeritò & in ordine ad Deum mentale hujuſmodi juramentum effectum habet. Ex his ultimis illa ſequitur differentia, in qua *juramentum & votum.*

JURAMENTUM calumniæ non præſtatur, *c. 2. X. d. juram. calumn.*

Nulla eſt differentia, nec opus eſt diſtinguere cauſas ſpirituales, quæ non ex legum diſtrictione, ſed ex canonum æquitate definiebantur, nam poſtea contra c. 2. propter calumnias Clericorum contrarium ſtatutum eſt, ut etiam in cauſis ſpiritualibus de calumnia juraretur, *c. 1. §. ult. d. juram. calumn. in 6.* Weſenb. in ſupplem. Sneid. ad *§. 1. I. d. pæn. tem. litig.* Vid. differentiam, in qua *calumniæ juramentum in cauſis ſpiritualibus remittitur.*

Præſtatur calumniæ juramentum regulariter in omnibus cauſis & litibus, in quas calumniæ ſuſpicio cadere poteſt, & quæ probationem deſiderant *l. 1. in pr. ibiq; Bald. & Sicbard. n. 1.* & *l. 2. in pr. ibi in in omnibus litibus. C. d. jurejur. propt. cal. dand.* Harpprecht. *ad pr. I. d. pæn. tem. litig. num. 61.*

JURAMENTUM & votum eſſe eadem; ſiquidem votum eſt, quod in ordine ad ſolum Deum fit, & propter cultum divinum ſuſcipitur ac intenditur, Franzk. *d. loc. num. 21.*

Nulla eſt differentia, quia in voto & juramento aliquid commune eſt & aliquid proprium. Commune eſt, quod in utroque intendatur cultus Dei & ex divino jure aliqua obligatio producatur. Proprium eſt, quòd in voto cultus divinus intendatur per promiſſionem, quando ſcilicet homo aliquid Deo obſervandum promittit, quod propter ipſum eſt. In juramento verò Deo nihil promittitur, ſed nomen ſaltem ejus ad promiſſionem confirmandam aſſumitur & invocatur, àdeoque obligatio ejus non ex quadam fidelitate, ſed ſolùm reverentiâ divini Numinis cauſatur.

Inter juramentum & votum diſtinguit *t. t. ff. d. jurejur. l. 2. in pr. d. pollicit.* ita ut votum ſit alicujus faciendi vel non faciendi verſùs Deum declarata promiſſio, Alciat. in *l. ſi calumnietur. 233. ff. d. V. S.*

JURA-

JURAMENTUM metu extortum ſervandum, ſi ſine peccato & ſalutis æternæ interitu ſervari poſſit, licet ob probabilem cauſam Eccleſia poteſtatem abſolvendi habeat, *c.ſi verò.* 8. *c. verum.* 15. *X.d.jurejur.* Vid. Schrœterum *ad Sutholt. differt.*6. *ad aph.*39.

Præfertur jus Civile, quia nihil conſenſui tam contrarium eſt, quàm vis atque metus, quem comprobare contra bonos mores eſt, *l.* 116. *in pr. d. R. J.* Hinc quoad jus Canonicum Pan.in *c.cum contingat.n* 2. & Felin.in *c.*2.*n.*2.*X.h.t.* diſtinguunt, Aut juramentum eſt metu præſtitum in caſu non prohibito à lege. Ut ſi juramento quis alicui promittat mille Joachimicos metuens, ne ſibi facultates auferantur & juramentum valet, ſed peti poteſt abſolutio: aut juramentum eſt per metum interpoſitum in caſu à lege prohibito. Ut ſi mulier per juſtum metum conſentiat cum juramento fundi dotalis alienationi: vel filia coacta per metum jurando renunciet hereditati paternæ. Et ipſo jure non valet juramentum, ita ut non opus ſit abſolutione, Beuſt in *rubr.d.jurejur.num.*10. Vid. omnino Zœſium ad *tit. ff. d. jurejur. num.*70. & ad *tit.Decretal.X. d. jurejur. num.*63. ubi *d.c.*2. clariùs enodat, nullis juramenti vinculis conſtringi eum, qui metu coactus juravit; illis verbis non ſignificari, juramentum illud non obligaſſe, quia jurare coactus juſtam habeat petendæ abſolutionis cauſam. Nec rectè objicitur votum metu juſto emiſſum non obligare; ut nec matrimonium metu juſto contractum tenere: nam hoc eſt propter ſummam eorum libertatem, quam viſum Eccleſiæ in iſtis permittere propter ſtatûs perpetuitatem, in quo coactio difficiles cauſaret exitus. Sic *d.loc.* reſpondet Zœſius.

Juramentum propter juſtum metum præſtitum non obligat, *auth. ſacramenta puberum. C. ſi adv. vend.* quia cenſetur præſtitum cogente imperio, *l.*41.*C.d.transact.*

JURAMENTUM non eſt aliquod neceſſarium, Aretin. *conſ.*13. *col.*5. & 6. Abb.in *c.mulieri.X. d. jurejurando.*

Nulla eſt differentia, & ſpecialis eſt caſus in cauſa matrimoniali, in qua non eſt deferendum juramentũ actori ab ipſo reo, nec reo ab actore, etiamſi nullæ aliæ eſſent probationes, quando ex hoc juramento poſſet præjudiciũ alii, quàm deferenti, inferri: cum ille, qui non detulit, contendat cum altero ex litigantibus matrimonium contraxiſſe, vel contractum non tenuiſſe: Si enim ex delatione alter juraret pro matrimonio, & iſtud juramentum teneret: tertius, qui prætendit matrimonium cum litigante contraxiſſe, maneret aliquo pacto eluſus. Ideo delatio juramenti, etiam ubi nulla eſt probatio in cauſa conjugali, minimè admittenda, ſed reus omnino eſt abſolvendus, Covarruvias *tom.*1.*d.matrim.part.*1.*c.*4.§.1.

Eſt aliquod neceſſarium in *rubr. ff. d.jurejur.volunt. ſive neceſſ. ſive jud.* Quomodo promiſſa Principum ac Nobilium, quantumvis nuda, ſint juramenti loco, vid. Hillig. ad *Donell.libr.*24.*c.*13.*lit.c.*

JURAMENTUM omne eſt ſervandum, quod non vergit in præjudicium tertii, nec in diſpendium ſalutis æternæ, *c.cum contingat.*28.*X.d.jurejur.c.cum juramento.* 4. *X. d. homic.*

Videtur nec hic ſubeſſe differentia, quia & in jure civili ſacramenta puberum ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis inviolabiliter cuſtodiantur, *auth. ſacramenta puberum, C.ſi*

Generaliter quoties actus aut pactum à jure communi removetur, etiamſi juramentum accedat, actus ille ſeu pactum non valet, *l.*7.§.16. *ff. d. pact. l.*112. §. *ult. ff. d.*

Donell.

leg. 1. *l.* 5. *C. d. ll.* Vid. Donell. *libr. comm.* 24. *c.* 9.

Non o. *cap. cum quid una. d. R. J. in* 6. Reſp. Hoc c. eſſe verum de prohibitione totali, non de illa probibitiōe, à qua jurantis religione recedimus.

Non o. *c. etſi Chriſtus.* 26. *X. d. jurejur.* ubi comitibus jurisjurandi annumeratur veritas. Reſp. Frantzkius *ad tit. ff. d. jurejur. num.* 8. Veritas ideo requiritur, ut jurans clarè exprimat, quid ſentiat, non ambiguè aut fucatâ arte, ne alter decipiatur.

Non obſt. quod in *eod. cap.* jurisjurandi comes ſit juſtitia. Reſpond. Juſtitiæ canonicæ gradus ſunt, ut ſervetur, quod minimum habet iniquitatis.

Non obſt. *c. cum in cunctis. X. quæ fiunt à maj. part. cap.* in quo aliquis ad conſervandam Eccleſiæ ſuę conſuetudinem juramento ſe dicit adſtrictū. R. ibidem, Non eſſe juramentum, ſed perjurium, quod contra utilitatem Eccleſiæ, & ſanctorum Patrum fuit inſtitutum.

Non obſt. Dionyſ. Go-

adv. vend. Sed enim illa *auth.* quæ eſt Friderici, non vult ea cuſtodiri juramenta, quę vult jus Canonicum. 2. quando Fridericus infert illa juramenta inviolabiliter eſſe cuſtodienda, hoc infert, nullo remedio nec civili nec prætorio eſſe reſcindenda. 3. Fridericus non agit de contractu nullo, ſed adverſus quem, niſi juramentum interveniſſet, reſtitutio eſſet imploranda. 4. Contractus eſt nullus vel in relatione ad contractum, de quo Fridericus non agit: vel in relatione ad contrahentes, quorum intuitu duntaxat contractus eſſet nullus. 5. Quantumvis hoc non admitteretur, diceremus Fridericum non agere de ulla confirmatione validi aut invalidi contractûs, ſed de perſonali juramenti effectu. 6. reſponderi poteſt cum Bulgaro, antiquo gloſſatore, quem ſecuti ſunt Ultramontani, Duarenus, Sichardus, Donellus, Pacius, Perezius, eam *auth.* intelligendam de contractibus validis & licitis, ut ſi minor rem tempore perituram alienaverit: Secus verò eſſe judicant, ſi contractus ſit illicitus, ut ſi minor ſine curatore rem non perituram alienaverit. An procedat hæc reſponſio, vid. Wiſſenbachium 1. *Exercit. ad Pand. p.* 164. *& ſeq.* Quomodo hanc *auth.* uſus fori antiquarit, repudiarint Galli, Friſii, Batavi: quid de ea cenſuerint Cynus, Mornacius, vid. d. Wiſſenbachium ad *d. C. tit. Si adv. vend.* Vid. differentiam, in qua *Jurare non poteſt minor.* Igitur manet differentia, quæ ne pro diverſitate materiarum infinitas pariat differentias, nam ſuper quovis actu invalido quæri poſſet, An juramentum ſit ſervandum, uno exemplo heic eſt explicāda. Lex commiſſoria in pignoribus improbata eſt jure Civili, Feudali & Canonico, *l. ult. C. d. pact. pign. c.* 1. *in pr. d. feud. dat. in vic. leg. com. c. ſignificante. X. d. pignor.* quia cum res, quæ nexui pignoris ſupponitur, communiter valore ſuo debitam pecuniam ſuperet, & egentes homines inter ſpem conſulendi rebus, & metum amittendæ occaſionis oblatæ pecuniæ conſtituti; facillimè, dum huc & illuc impelluntur, contingit eos in hanc duram & aſperam legem conſentire, quâ ob non ſolutum ſuâ die debitum dominio rei ſuæ excidunt. Accedit, quòd calliditate creditoris fraus conſtitutioni, quæ certum uſuris modum præſcripſit, quæritur. Et ait Odofredus ad *d. l. ult.* quòd hac admiſsâ pactione Creditores omnes non niſi ſub ea mutuum daturi eſſent, & ſic contra bonos mores invitarentur ad delinquendum, quod genus totum improbatum eſt, *l. illud convenire.* 5. *in pr. &* §. 1. *D. d. pact. dot.* Donell. ad *d. l. ult. num.* 4. Mœſtert. *d. leg. commiſſ. in pign. q.* 3. *num.* 1. 2. Nunc quæritur, an lex commiſſoria in pignoribus improbata

Hillig. ad *Donell. libr.* 21. *c.* 13. *lit. n. & ſeqq.* Bachov. ad *Treutl. vol.* 2. *diſp.* 19. *th.* 3. *lit. c.*

thoſr. *ad l.5.in* §. *C.d.LL. lit.r.* cui jure Canon.mulier jurejurando renuncians exceptioni dotis alienatæ non auditur. Reſp. non auditur, non quòd renunciare jurejurando non poſſit, ſed quia renunciationem jurejurando factam revocare volens non eſt audienda, Vid. Schulz in *Synopſ.Inſt.Imp.ad tit.quib. alien.lic.vel non.lit.b.* juramento confirmari poſſit? quod jure Civili negatur ex allegatis ſupra legibus, alias una viâ concederetur, quod aliâ non licet contra *l.ſcire oportet.21.§.1.D.d.tutor. & curat.d.at. ab his. & c. l. cum hi.8.§. ſi cum his.20.D.d. tranſact.l. heres meus.79.D.Cond.& demonſtr.* Idem affirmat Mœſtert. *d.tract.q.13.num.3.* Nec apud eum urget, quod ait Fachin. poſt alios, quos refert *libr.10.controv. c.73. ex d.c.cum contingat,& c.quamvis d.pact.in 6.* Nam jusjurandum hoc non poteſt ſervari ſine diſpendio ſalutis æternæ; eò quòd ſit contra leges, contra bonos mores, Apoſt. *ad Rom.cap.13.verſ.1. & ſeqq.* & manifeſtè tendat in præjudicium tertii, ſcilicet autoritatis publicæ. Deumque maximè offendat, qui eum vocat in teſtem ejus negotii firmandi causâ, quod ipſe per ſuos magiſtratus fieri prohibuit. Bachov. *libr.d.pign.1.c.16.* Jus Canonicum dupliciter conſiderat. 1. ut ſeparatum à jure Civili & in ſe: eoque reſpectu ubicunque juramentum vult ſervari, objectum & rem ſive actum, ſuper quo juratum eſt, non habet pro nullo, utcunque jure Civili actus ille ſit invalidus. 2. Canonicum jus conſiderari poteſt ut mixtum, quoniam non rarò ſanctiones juris Civilis comprobat, & actum aliquem ſimpliciter juxta jus Civile in nullitate ſua relinquit, quem tamen ob authoritatem juramenti vult ſervari. Et tamen talis actus juxta jus Canonicum ſeorſim conſideratum pro valido quodammodo poſſit haberi. Et hinc fortaſſe explicari poſſit & ſalvari illa Dd. diſtinctio, ut promiſſio aliqua ſit nulla juxta jus Civile vel Canonicum mixtum & maneat nulla, ut tamen nihilominus juramentum ſit ſervandum, quia propter Deum in teſtem vocatum ita conſcientiæ rectiùs conſulitur. Et in iisdem terminis poteſt admitti diverſitas effectûs, quòd cum tantùm ſervetur ob ſalutem animæ, hactenus ſit vinculum merè perſonale, adeoque cum conventio ſit nulla ad obſervandum juramentum ſolus jurans, non ejus heres, obligatur. Iſta ad rem noſtram accomodem: cum pactum commiſſorium naturâ turpe non ſit, & olim admiſſum, poſtmodum ob improbitatem fœneratorum fuerit improbatum, dixerim ejus tractationem ad jus Canonicum mixtum pertinere, & eo reſpectu eſſe & quidem manere nullum, cum ab ipſo jure Canonico improbetur, ſequente hactenus jus Civile, ſed tamen, ſi ei juramentum acceſſerit, eſſe ſervandum. Nunc ad ea reſpondeamus, quæ in contrarium congeſſit Mœſtertius. 1. abſurdum eſt non poſſe ſervari ſine diſpendio ſalutis æternæ, quod eſt contra leges; ſic enim jus Canonicum, ubi à juris Civilis obſervantia deflectit, nunquam eſſet ſervandum. 2. abſurdum eſt non poſſe ſervari, quod eſt contra bonos mores; nam aliquid eſt contra bonos mores duobus modis, vel ex neceſſitate juris naturalis, & ita ſervari non poteſt, vel ex diſpoſitione juris Civilis, quam conventio privata negligere poteſt. Vel alio modo reſponderi poteſt, Aliquid eſt contra bonos mores, ita ut ejus obſervatio peccatum inducat, & aliquid eſt contra bonos mores, ita ut ejus obſervatio peccatum non inducat. 3. abſurdum eſt, hoc juramentum manifeſtè tendere in præjudicium tertii, quum non tantùm jurantis præjudicium in eo verſetur. 4. abſurdum eſt tendere in præjudicium autoritatis publicæ, nam illa autoritas publica non eſt ſolius juris Civilis, ſed juri Civili & Canonico eſt communis. 5. Non equidem eſſe abſurdum dicere, quòd Deum maximè offendat, qui eum vocat in teſtem ejus negotii firmandi causâ, quod ipſe per ſuos magiſtratus fieri prohibuit. Hoc verò venit in quæſtionem, an Deus hoc juramentum fieri prohibuerit? vid. 1. abſurdum & Streinium *ad c.non eſt obligatorium.d.R.J.in 6.* Unicum addo, de quo Bachov. *d.loc.num.3.* quod Ant.Fab. *dec.21.error.8.* negat fieri poſſe nec juramento, ut tale quid poſſibile fiat, quod impoſſibile ſit per rerum naturam, nec poſſe juramentum pro Omnipotenti & pro

Deo

Digitized by Google

Deo haberi, quin & ab ipſius Dei omnipotentia alienum eſſe, ut ea faciat, quæ contradictionem implicant. En graphicum nugatorem. Prorſus delirus ſit, qui negat à Principe & legislatore tale quid diſponi poſſe: & ipſe Pontifex Innocentius juramento hoc pactum non confirmari credidit: & qui in Jurisprudentia & legibus, quæ pendent ab autoritate hominum, tale quid, quod per rerum naturam ſit impoſſibile, quæſiverit, ille ad agnatos & gentiles ſit deducendus, tantò magis, qui Deo ipſi id impoſſibile eſſe dixerit: quod in hac materia dicere pene impium, utique profanum & ridiculum eſt. Et quomodo verò impoſſibile eſſe poſſit, ut quod tempore aliquo ut pignus tenui, non ſolutâ pecuniâ, quæ jam manet debitoris, atque ita ex nova cauſa incipiam tenere jure & titulo empti aut in ſolutum dati. Et an tantum unica particula *Tunc* operari poteſt (hac enim adjectâ pactum conſiſtere poſſe ipſe concedit Faber) ut eâ omiſsâ contradictio, contra ipſam rerum naturam & quæ ipſi Deo ſit impoſſibilis, introducatur? Et annon illa particula facillimè ſubintelligi poſſit? Quàm ſecurus ille homo ſeculi ſui & poſteritatis fuit, & quàm contempſit (nolim enim hoc ſtultitiæ imputare) judicia Lectorum, ſi ejusmodi portenta & monſtra homini ſanæ mentis ſe perſuadere poſſe putavit. Sed piget ineptiarum. Vid. Frantzkium *ad tit. ff. d. jurejur. num.* 48. Perezium *ad tit. C. Si adv. vend. num* 7.8. Mœſtertium *libr. d. juſt. leg. Rom.* 1. *c.* 5 qui agnoſcit quidem jus Canon. ſed idem tribuit juri Civili ex Ciceronis *libr. off.* 3. ubi inquit, Nullum vinculum ad adſtringendam fidem jurejurando Majores arctius eſſe voluerunt. Reſp. 1. Duar. *c.* 1. *ad tit. d. jurejur.* M. Tullium nominnuiſſe, Majores ex jurejurando actionem dediſſe; ſed indicat tantùm illos ad fidem adſtringendam jusjurandum indicaſſe vinculum omnium arctiſſimum. Ad *l.* 2. *ff. d. jurejur.* §. 11. *l. d. action.* ſi ſpecies jurisjurandi diſtinguantur, reſponderi poteſt. Vid. Ludvv. in *Synopſ jur. feud. c.* 8. *pag.* 183. Göbhauſen *peric. Acad. part.* 1. *q.* 44. Heic introduci poteſt illa quæſtio, quam *ad Weſenb. paratitl. tit. d. jurejur. in ff.* introduxit Hahn. *num.* 5. quoad juramentum in ſpecie promiſſorium, quo quis ſimpliciter non adhibito vel prævio aliquo contractu promittit ſe quid daturum vel facturum, *An illud juramentum promiſſorium pariat obligationem.* Reſpondetur cum Doctoribus diſtinguendo inter jus Civile & Canonicum. Illo jure nulla exinde obligatio eſt. 1. *arg. l.* 95. §. 4. *d. ſolution. junct. l.* 5. *C. d. LL.* 2. quia jure Civili obligatio producitur vel ex contractu pactove legitimo aut adjecto vel ex delicto. Sed juramentum promiſſorium nihil tale, ſed potiùs actus quidam eſt non inducendæ obligationis, ſed inductæ jam probandæ vel confirmandæ: qui quidem aliquando fit per conventionem, *arg. l.* 17. *h. t.* ſed tamen differt ab ipſa conventione. Excipitur caſus in *l. ſi quis.* 56. *in pr. ff. d. fidejuſſ. l. fin. d. liber. cauſ.* Vid. etiam Bachovium in *annot. ad d. Weſenbec. locum lit. e.* & Herm. Hermetem. Ex hac differentia colligitur ſequens.

JURAMENTUM omne eſt ſervandum, ſive formiter, ſive informiter juratum ſit.

Jurari videtur ſimul formiter & informiter, Bachovius *diſput. d. act.* 8. *theſ.* 4.

Hoc quidem juris Civilis aſſertum verum ait Bachovius, ſi verba ſimplicis intentionis conſiderentur, quibus rem ſuam quis eſſe dicit & reſtitutionem petit: illud verò, quia implicitè ſemper cauſa adjecta eſſe intelligitur: quoniam, ut eſt in *l. & an.* 14. §. 2. *d. exc. rei judic.* qui in rem agit, etiam non expreſsâ causâ, ex qua res ipſius facta ſit, nihilominus tamen omnes cauſas ipſa petitione apprehendiſſe videtur, quoniam non ampliùs quàm ſemel & non niſi ex una cauſa res mea eſſe poteſt. Iſtud autem pro confeſſo ponunt Dd. quòd actio in factum ex jurejurando tantùm locum inveniat, ubi informiter eſt juratum. ubi autem formiter, actionem priorem ſupereſſe, cum nova qualitate tamen, propter quam utilis appellatur: & cum adeo in actione reali & informiter & formiter implicitè intendatur & juretur, utriq; actioni locum faciunt Dd. At verò cum ex plurimis cauſis res eadem mihi deberi poſſit, *d. l.* 14. §. 2. non poteſt videri, qui in perſonam informiter agit, certam aliquam vel

Digitized by Google

implicitè cauſam introduxiſſe. Hæc Bachovius, juxta quem & hoc aſſerimus, Actionem perſonalem moveri poſſe informiter id rationi juris noſtri prorſus repugnare ſecundùm quam reus primo omnium ad album prætoris ducendus, eique, quâ actione acturus quis eſſet, demonſtrandum, aut utique cauſa agendi in jure apud Prætorem proponenda, & ſecundùm eam formula conveniens concipienda erat: Cæteroquin non potuiſſet deliberare reus, an contendere an cedere vellet.

JURAMENTUM per Evangelium ſanctũ, ſeu per verbum quidam improbant, *c.4.inf.X.h.t.can. ſi quis. §. ult. cum can. ſeq. cauſ.* 22. *q.* 1. Rennemannus in *Jurisprud. Romano-Germ. membr.4. diſp.27.th. 38.lit.b.*

Si clauſula hæc ſobrio ſpectetur ſenſu; ut ſcl. per illam indicium fiat de vero Deo in verbo ſuo divino & Evangelio nobis patefacto & per illud nobis propitio nihil eſt, quod hominem hic offendere religioſum poſſit, Rennemann. *d.loc.* Quid in Camera Imperiali obtineat vid. *part.1.Ord.tit.57. cum aliquot ſeqq.* & Beſoldum in *delib. jur. ex libr.12. pand.q.5.* Nec obſtant allegata juris Canonici loca, quæ blaſphemiam improbant, hanc jurandi formulam adeò non tollunt, ut potius eam aſſeverent.

Probatur in *l.14.§.1. C.d. Judic. l.20. C.d. Episc. aud.* Vid. Petrum Bellugam in *ſpec. princ. rubr. 9. num.88.89.*

JURAMENTUM per procuratorem præſtari non poteſt, quia jusjurandum habetur quid perſonalisſimum, *c. veritatis.* 14. *X. d. jurejur. ubi Hoſtienſ.* Vid. Emericum à Rosbach in *proc.civ. tit.* 50. *num.*5. Hunnium in *colleg.Jur.Can. diſp.9. theſ.* 148. Hilligerum ad *Donellum libr.24.c.3.lit.K.*

Aut nulla eſt differentia, quod in calumniæ juramento eſt aſſertum, Vid. differ. in qua, *calumniæ juramentum hodie.* Nec o. *c. veritatis*, de quo vid. differentiam, in qua *Juramentum tranſit ad heredes.* Deinde etiam jus Civile dicit in *d.l.12. §.* 4. perſonaliſſima per procuratorem expediri poſſe, ita ut id, quod eſt perſonaliſſimum, ſit diſtinguendum. Aliud enim eſt perſonaliſſimum merum: aliud quod inhæret perſonæ propter rem, & hoc per procuratorem expediri poteſt. Aut eſt ſtatuenda differentia, & præfertur jus Civile, quanquam repugnet jus Saxonicum, & qualecunque etiam juramentum litigantibus imponatur, ſive ſit delatum, ſive in ſupplementum, ſive purgatorium, ſive etiam calumniæ, præſtandum eſt in perſona propria, nec admittitur procurator vel mandatarius alieno nomine jurare volens etiamſi ſpeciale ad id habeat mandatum; Andr. Rauchb. *part.1.q.8.n.15.* Dan. Molier *libr.4. quæſtr.* 20. Carpzov. in *proceſſ. judic. tit.* 11. *art.2 n.25.* ubi *num.*29. addit, Quin & magis ſoliciti ſunt litigaturientes, ipſimet jurantes in perſona propria, nec tam facile ad litigandum & jurandum proſiliunt, quam ſi per procuratorem admittantur, haud conſiderantes procuratorem quidem eorum nomine jurare, ſed non eorum nomine deſcendere in gehennam, Ventur. d. Valent. in *parthen. litig. libr.2.c.7.n.12.* Sed eidem reſpondemus, eandem debere eſſe ſolicitudinem, ubi eadem inſequitur pœna, nec quoad vim obligandi diverſitas ſubeſt, ipſe quid præſtet litigaturus, an ejus mandatu procurator: quamque quis audet temeritatem in perſona procuratoris, eandem in ſeipſo non veretur.

Juramentum judicialiter delatum perinde, ut alia juramenta legalia, non modò in propria perſona, ſed etiam per mandatarium ſeu procuratorem ad hoc ſpeciale mandatum habentem præſtari poteſt, *l.9. §.6. l.ult. §.pen. ff. d. jurejur.* modò adverſarius deferens conſentiat, *l.12.§.4. C.d.R.C.*

JURA-

JURAMENTUM ſpontaneum valet, *c. cum contingat. 28. X. d. jurejur.*

Ut concilietur utrumque, Juramentũ ſpontaneum opponitur ei, ad quod quis dolo, metu vel vi inducitur, & ita omne juramentum eſt ſpontaneum. Vel juramentum ſpontaneum opponitur ei, quod aliquo deferente præſtatur, quod non valet, alioquin juxta jus Civile quisq; ad jusjurandum decurrens, nemine deferente jusjurandum, oneribus actionum ſe liberabit, *l. 3. ff. d. jurejur.* Sic in *c. etſi Chriſtus. 26. X. d. jurejur.* Ad juramentum non debet quenquam ſpontanea voluntas inducere, ſed neceſſitas trahere importuna.

Juramentum ſpontaneum non valet, alioquin facillimus quisque ad jusjurandum decurrens nemine ſibi deferente juramentũ ab oneribus actionum ſe liberaret, *l. 3. in fin. pr. ff. d. jurejurando.*

JURAMENTUM teſtibus remitti poteſt, *c. tuis. X. d. teſtib. & atteſt. ibiq; Felin. num. 3.*

Juri Canonico defert Mynſinger. 3. *obſ.* 8. *n.* 6. Nec obſtat allegata lex juris Civilis; juramenti enim calumniæ, & ejus, quod teſtes præſtant, diverſam eſſe rationem, docent Panormitanus in *d. c. tuis. num.* 6. Illud à litigatoribus in propria cauſa; hoc à teſtibus in aliena præſtatur. Nihilominus tamen Judex juramentum à partibus remiſſum, ſi ita ſibi videatur, teſtibus deferre haud prohibetur, Gail. 1. *obſ.* 101 *num.* 5.

Remitti non poteſt, *l. 2. §. ſed quia. 4. C. d. jurejur. propt. calumn. dand.*

JURAMENTUM tranſit ad heredes, *c. veritatis. X. d. jurejur.* Vid. Cam. Borellum in *ſpecul. Principum Petri Bellugæ rubr. 12. lit. K.* Ant. Merendam *contr. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 8.

Nulla eſt differentia, & in *d. c.* (quod aliqui, ſed malè, putant agere de juramento præſtito ratione feudi) agitur de Pontifice & porro extenditur ad alios Prælatos, in quibus eſt ſpecialis ratio, cum non tam his, quàm Eccleſiæ juramentum fuerit præſtitum, Struven *d. loc.* Diſtingui inſuper poteſt cum Zœſio ad *tit. ff. d. jurejur. num* 83. *& ſeq.* inter jurantis, & ejus, cui juratur, heredem; & an perſonam concernat vel rem. Quantum ad ſucceſſorem jurantis communis reſolutio eſt, eum non conſtringi juramento auctoris, quia perſonale vinculum continet, perſonam non tranſiens; etiam in caſu, quo quis pro ſe & ſucceſſoribus ſuis juravit. Neque enim vis juramenti ſucceſſorem tangere aut obligare poteſt, niſi quoad rem promiſſam, quam tenetur heres præſtare ex contractu defuncti, ex quo tenetur tanquam ejus perſonam & jus repræſentans. Quantum ad heredem ejus, cui juratum, tralatitium eſt, tale juramentum non eſſe perſonale, ſed ad heredem tranſire jus à defuncto quæſitum; quia non tantùm ſibi, ſed heredi ſuo contraxiſſe videtur, Vid. Covarruv. *d. pact. part.* 1. §. 5. *n.* 11.

Non tranſit, *l. 3. §. pen. in f. ff. d. jurejur.* ſed ejus vis cum perſona extinguitur; ita ut etiam in contractu feudali, cujus tamen ſpecialis natura, non tranſeat ad heredem, qui quoniam non juravit, juramento fidem prŏmittit, Bocer. *d. inveſtit. c. 2. n. 26.* Roſenth. *c. 6. concl. 35. n. 1. 2.* Struven. in *Syntagm. jur. feud. c. 10. num. 5.*

JURARE non eſt neceſſum, quia inter juramentum & locutionem ſimplicem non eſt diſtinguendum, *can. juramenti. 22. q. 5.*

Nulla eſt differentia Nec o. *can. juramenti.* qui duntaxat procedit quoad obligationem. Quemadmodum ergo quispiam promiſſum cum juramento ſervare obnoxius eſt, ita & ſine juramento factam pollicitationem præ-

Maximum expediendarum litium remedium in uſum venit jurisjurandi religio, *l. 1. ff. d. jurejur.*

ſtare tenetur. Et ſicut in juramento nullam convenit intervenire perfidiam; ita quoque in verbis noſtris nullum convenit eſſe mendacium, quia utroque caſu peccatum dimittitur. Ceterum neutiquam illud locum habet quoad violationem. Etenim quoad hanc diſpar eſt ratio juramenti & promiſſionis ſimplicis aut aſſertionis: quandoquidem graviùs peccat, qui juramentum promiſſionemve juratam violat, quàm qui ſimplicem violat promiſſionem, vel mendacium ſimplex dixerit: ac proinde graviori pœnâ prius delictum, quàm poſterius, vindicatur, Harppr. *ad pr. I. d. pœn. tem. litig. n.14.* Aliquando tamen Pontifex juramentum requirit, ubi nuda fides ſuffeciſſet. Sic in *c. præterea. 12. X. d. ſponſal.* quod plus tribuatur jurijurando, quàm fidei nudæ Cujacius ibidem ſemper negavit eſſe admittendum. Verùm hoc emplaſtro Pontifex utitur, non quòd major ſit vis jurisjurandi, quàm fidei nudæ, quæ ſemper quaſi Deo præſente dari videatur inter ſponſos. Deniq; jurare non eſt non neceſſum, ſed Judici, cui & quodnam juramentum ſit præſtandum, diſcernere eſt neceſſium, quia hoc ſeculo nequiſſimo plerique homines juramenta non magis curant, quàm domûs antiquæ fumum, Gilhauſen *d. injur. & fam. libell. §. 9. num. 38.*

JURARE non poteſt minor, quia in *c. etſi Chriſtus. X. d. jurejur.* Jurisjurandi comes eſt judicium, i. e. ut jurans intellectu polleat, & non temere, ſed prævià conſultatione maturo judicio juret, Frantzkius *ad tit. ff. d. jurejur. num.* 8. hunc comitem ſic explicat. Vid. Antonium, Archiepiſcopum Florentin. in *ſecund. part. ſumma tit.10. c.4. §.2.*

Nulla eſt differentia, ne quidem quoad pupillum, qui etſi ante 14. annum jurare non cogatur, *l. jusjurandum & ad pecunias §. pupillo. & ibi gloſſ. ff. h. t. c. parvuli cum duob. cc. ſeqq. 22. quæſt. 5.* tamen proximus pubertati & ſic doli capax jurare & jurejurando ſe poteſt obligare, *c. ex literis & ibi gl. in verb. juramento.* Pan. *d. ſponſal. n.6.* Beuſt. in *rubr. d. jurejur. n.8.* Ecquo jure improbaretur illud *d. l. 26.* Qui juraſſe dicitur, nihil refert, cujus ſexûs ætatisve ſit: omni enim modo cuſtodiri debet jusjurandum adversùs eum, qui contentus eo, cum deferret, fuit.

Minor jurare poteſt, *auth. ſacramenta puberum. C. ſi adv. vend. l. 26. in pr. ff. d. jurejur.*

JURARE per creaturam non licet, *can. conſidera. 22. q. 1. c. movet. §. ſicut etiam eod.* & Canones contra facientem acerrimè caſtigandum, *c. ſi quis per capillum, §. & ſi quis. 22. q. 1.* vel, ſi in eo perſeveraverit, à conſortio fidelium abjiciendum ſtatuunt, *c. clericum. 22. q. 1.* Jurandũ ergo per Deum *c. etſi Chriſtus. §. licet enim. & §. ſic & juramentum. X. d. jurejur.* H. Hermes ad

Rennemannus in *Jp. Romana-German. membr. 4. diſp. 27. th. 22.* vocat quodammodo & impropriè jusjurandum, quo juraturi aliquam appellant creaturam, ex certa mentis devotione ſibi religioſam. Et quidem, quòd vel numine quodam credatur imbuta: vel abſque numinis intuitu propter precioſiſſimã & inæſtimabilem ſui caritatem ſummopere veneranda. Deinde qui per ſalutem ſuam jurat, licet per Deum jurare videtur (reſpectu enim

Licet. In *l. 41. C. d. tranſact. l. 13. §. ult. ff. d. jurejur.* juratur per genium Principis. In *l. 5. in pr. eod.* quis jurat per ſalutem ſuam. In *l. 3. §. ult. eod.* quis jurat per caput ſuum. Sic jusjurandum, quod præſtatur ab his, qui adminiſtrationes accipiunt, fit per ſanctos Archangelos Michaelem & Gabrielem, *Nov. 8. in fin.* Vid. Hillig. ad *Donellum libr. 24. c. 13. lit. e.*

π. Weſenb.

Digitized by Google

n. Weſenb. d. jurejur. n. 6. lit. g. Beſold. in *delib. jur. ex lib. 12. pand. q. 5.* Rauchbar. *2. q. 2. num. 40.* Antoninus, Archiepiſcopus Florentinus, in *ſec. part. ſumma. tit. 10. c. 3. §. 3.*

divini numinis ita jurat attamen, ſi non ita ſpecialiter jusjurandum ei delatum ſit, jurare non videtur, & ideò ex integro ſolenniter ei jurandum eſt, *l. 33. ff. d. jur. jur.* Denique juramus vel explicitè, cum ipſum Deum expreſſe adhibemus teſtem, Panormit. in *c. etſi Christus. X. h. t.* vel implicite, cum creaturæ canonibus deſignatæ (quod in aliis locum non habet) ita in religione exprimuntur, ut ad ipſum Creatorem tantùm habeatur, reſpectus. Hæc & plura H. Hermes, Pontificius d. loc. V. Rennemannum in d. *diſp. 27. th. 35. lit. c.* Heic quadrat definitio Barboſæ ad *rubr. X. d. jurejur.* cui juramentum eſt Dei in teſtem ad confirmandam dictorum veritatem actualis ſive virtualis invocatio.

JURISDICTIO prorogatur de perſona ad perſonam etiam invitâ alterâ parte, *c. 1. X. d. alien. jud. mut. cauſ. fact.*

Nulla eſt differentia, Nam idem aſſeritur jure Canonico, *c. de cauſis. 4. X. d. offic. & pot. Jud. deleg.* & ad *c. 1.* reſpondet gloſſa in *lit. e.* hoc eſſe ſpeciale in odium illorum, qui judicii mutandi causâ quid alienant.

Non prorogatur niſi à conſentientibus, *l. 1. 2. ff. d. Judic.* Vid. Hilligerum ad *Donellum libr. 17. c. 10. lit. p.*

Jus eſt vel gentium vel civile, *c. jus. diſt. 1.*

In *d. c. jus* tria quidem conſtituit jura Pontifex, verùm ſi tres ſequentes canones cum ſuis exemplis conſiderentur, apparebit jus Canonicum juri naturali, quod prius eſt jure gentium, nil detuliſſe, Vid. Omphalium *libr. d. Uſurp. leg. 3. c. 15.* cui tamen eſſe deferendum putamus.

Jus eſt vel naturale, vel gentium vel Civile, *rubr. I. d. J. N. G. & C.*

JUSGENTIUM inde appellatur, quia eo jure omnes ferè gentes utuntur, *c. jusgentium. 9. diſt. 1.*

Vel poſſum utrumq; locum conciliare ex iis, quæ congerit Pacius in *analyſ. ad. §. in bonæ fidei. I. d. action.* Quod in illo §. dicitur ſolam depoſiti actionem excipi, debet accipi, ut cum Dd. loquar, cum mica ſalis, i. e. ſubauditâ particulâ ferè, quæ aliis quoque in locis ſubaudiri debet. Sic enim in §. 1. *proœm. Inſt.* Juſtinianus ait omnes populos legibus à ſe promulgatis vel compoſitis regi, quia ferè omnes ſunt illis ſubjecti. Et in *l. pen. d. l. Rhod. d. jact.* Imperator ſe mundi dominum vocat, quia majori terræ habitabilis parti dominatur. Item in §. 1 *I. d. donat.* dicitur mortis causâ donatio per omnia legatis comparari, & mox in *eod.* §. dicitur comparari ferè per omnia. Similiter in §. *flumina. I. d. R. D.* dicitur omnia flumina eſſe publica. Sed in *l. 4. in fin. ff. eod.* additur particula *pene* ac dicitur omnia flumina pene eſſe publica. Item in § 1. *I. d. oblig. quæ q. ex contr.* dicitur neminem eſſe curaturum abſentis negotia, niſi impenſas poſſet repetere, quia pauci hoc facerent: quidam tamen facerent, nempe qui dicuntur donandi causâ negotia gerere, *C. d. negot. geſt. l. 1. l. alimenta. 11. l. quod in uxorem. 13. & l. ſi paterno. 15.* Item in §. *etſi in rem. 2. d. offic. Jud.* Imperator ait eadem circa fructus intervenire in rei vindicatione & in hereditatis petitione: deinde ſubjicit eandem pene rationem haberi. Vel poſſum jus Canonicum interpretari in relatione ad ipſas gentes: jus verò Civile in relatione ad fera animantia, quod dicit allegata *l. 1. §. ult. in his verbis.* Jus gentium à naturali recedere facilè intelligere licet, quia illud omnibus animalibus, hoc ſolis hominibus inter ſe commune ſit. Denique jus Civile conſiderat jus gentium, quatenus fluit è naturali ratione, quę jus gentium inter omnes homines conſtituit, §. 1. *I. d. J. N. G. & C.* Canonicum conſiderat jusgentium, quatenus ejus perpetuitatem interrumpit hujus vel illius gentis contrarium factum. Sic jure Civili prohibitio furti omnibus eſt communis: non jure Canonico.

Jus gentium eſt, quo gentes humanę utuntur, *l. 1. §. ult. ff. d. J. & J.*

Jus

Jus poteſt probari, *c. Abbati.25.X.d.V.S.* in quo conſuetudo probatur.

Si diſtinguantur jura, conſentiet utrumq; jus. Jus Civile proponit jus, quod deſcendit ex facto privato, & ſuæ incertitudini relinquitur. Jus Canonicum proponit jus, quod deſcendit ex facto publico eorum, qui inducunt conſuetudinem. Si tamen ex allegato *cap.* elicienda eſſet aliqua differentia, videtur jus Canonicum tantùm probare conſuetudinem per actus judiciales. Sed reſponderi poteſt 1. contradictorium judicium æquè requiri jure Civili, *l.34.ff.d.LL.* in quo tamen actus extrajudiciales ſufficiunt. 2. contradictorium judicium forſan eſt conſuetudinis origo. 3. Si non eſt conſuetudo, eſt conſuetudinis introductæ confirmatio. 4. conſideratur conſuetudo, quatenus ejus præſcriptio circa electionem Abbatis in judicio laudatur. 5. Non Pontifex ad ſuæ deciſionis neceſſitatem requirit actum judicialem, licet judicialem pars alleget.

Jus & probatio opponuntur in *l.30.ff.d.teſtam.tut.*

L.

LAici & Seculares quum die Dominicâ plus ſolito cæteris diebus accuratiùs cibos carnium appetant, & niſi novâ quadam aviditate ad medias noctes ſe ingurgitent, non aliter ſe hujus ſacri temporis obſervationem ſuſcipere putant : quod utique non rationi, ſed voluptati, imò cuidam mentis cæcitati adſcribendum eſt: unde nec à tali conſuetudine averti poſſunt, & ideo cum venia ſuo ingenio relinquendi ſunt; ne fortè pejores exiſtant, ſi à tali conſuetudine prohibeantur, *c.denique.ult.diſt.4.*

Ipſum jus Canonicum exigit in *can. conſuetudo.8. diſt.8.* conſuetudinem, quæ apud quosdam obrepſerat, impedire non debere, quo minùs prævaleat veritas & vincat. Nam conſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt: propter quod relicto errore ſequamur veritatem. Et in ejusd. *diſt.c mala.3.* Mala conſuetudo, quæ non minùs quàm pernicioſa corruptela vitanda eſt, niſi citiùs radicitus evellatur, in privilegiorum jus ab improbis aſſumitur, & incipiunt prævaricationes & variæ præſumptiones celerrimè non compreſſæ pro legibus venerari, & privilegiorum more perpetuo celebrari. Hinc ſubit admiratio, unde *c. denique.* dimanarit, an ex nimio illo ſtudio, quod eſt Pontificis circa perſeverantiam Sanctorum. Si aliquam æquitatem ſequi voluerunt, aut commiſerationem ſequi potuerunt Pontifices, ſequi potuiſſent illam Novellæ 154. c.1. in quo agitur de iis, qui in Osdrœna illicitas contrahunt nuptias. Dubitat Imperator, an hujusmodi quid contigerit; ut maximè tamen hujusmodi quid contigerit, id indulgendum eſſe iis, qui Osdrœnam & Meſopotamiam provincias incolunt, propter diverſas hoſtium irruptiones, quæ in ipſis fiunt, & quia agreſtis ut plurimùm multitudo fertur delinquere. Poſt illam verò legem ſi quis præſumpſerit tale quid facere, volumus, ut is extremis ſubdatur pœnis, ſciturus, quòd non intra pecuniarias pœnas perſiſtemus, ſed tam ipſum, quàm uxorem, & liberos ex illicitis procreatos nuptiis poſt noſtram conſtitutionem digna animadverſione perſequemur, & periculum capitis ſimul atque bonorum adem-

Quod non ratione introductum, ſed errore primùm, deinde conſuetudine obtentum eſt, in aliis ſimilibus non obtinet, *l.39.ff.d.LL.*

Digitized by Google

ademptionem irrogabimus, nulli parentes ſive majoris ſive minoris ſtatûs ſint aut conditionis. Quamplurima hodie in curiam Romanenſium irrepſerunt, quæ, niſi prava conſuetudo, nihil excuſare poteſt: nulla emendabit conſtitutio. Vide Platinam in *Gregorio IV.* ubi Ludovici Imperatoris conſtitutionem de Eccleſiaſticorum veſtitu laudat, ſed & addit, Indiget nunc, Ludovice, Eccleſia tuis ſanctiſſimis inſtitutis, tuâ cenſurâ, adeò in omnem luxum & libidinem ſeſe effundit eccleſiaſticus ordo; coccinatos & trabeatos nunc inſpiceres, non homines, quod leve fortaſſe videretur, ſed equos & jumenta, præcedente, dum incedunt, magno adoleſcentum & altero presbyterorum agmine ſubſequente, non in aſinis, ut Chriſtus noſtri dogmatis author, & unicum in terris bene vivendi exemplar, ſed in equis præferocibus & phaleratis, ac ſi ex hoſte devicto triumphum ducerent. De argenteis vaſis & egregia eorum ſupellectile, deque cibariis non attinet dicere, cum & Siculæ dapes & Attalica ornamenta & vaſa corinthia, ſi hæc inſpicias, nullius pretii dici poſſint.

LAICUS in cauſa ſpirituali adhiberi non poteſt, *c. 3. X. d. Judic.*

Nulla eſt differentia juris Civilis & Canonici, ſed inde colligitur antinomia juris Canonici. Verùm textus *cap.* 1. exaudiendus eſt non de qualibet tractatione, ſeu ea, quæ fit in judicando vel diſponendo, ſed de illa tractatione, quâ promovetur juſtitia. Unde fit, quòd & Laicus in cauſis Eccleſiaſticis rectè adhibetur Aſſeſſor, quia Aſſeſſoris officium eſt aſſidere & conſulere Judici, non judicare, *l. 1. C. d. Aſſeſſ.* Ecquis non demiretur Laicos in cauſa ſpirituali non poſſe adhiberi, cum frater Antonius piſces adhibuerit, qui ad concionem ejus audiendam omnes caput è mari levarunt, & grandiores quidem in locis profundioribus, minores verò in vadoſis conſtiterunt, & concione finitâ mirabilem harmoniam ediderunt. Huc pertinent Franciſci aves, quæ concionantem audiverunt; huc luſciniæ totum diem cum eo cantantes; huc ovis balare & ante altare B. Mariæ genua flectere docta; huc indomitus aſinus ad Sancti vocem dicentis, Subſiſte frater aſine, & permitte me populo concionari, ſubſiſtens & caput inter genua occultans. Denique huc pertinet cicada octiduum cum eo in templo B. Mariæ hærens, ad ejus nutum in caput volans, nec niſi veniâ impetratâ diſcedens. Vid. Joannem Crocium in *Ani-Becano controv. 6. num. 26.* ubi in fera animantia tanto honore animari poſſe homines, qui leget, meritiſſimò, ſed cum indignatione, mirabitur.

Procurator ad rem ſpiritualem in judicio agendam vel defendendam rectè conſtituitur, *c. 1. d. procur. in 6.*

LAUS improbatur propria, ne qua elatio de laude ſurrepat, *c. ſunt plurimi. cauſ. 6. q. 6.*

Quæ indoles ſit ambitionis Pontificiæ detegit Fridericus. I. Imperator. de quo in differentia, *Eccleſiæ ita ſe habent.* quem graviter Adrianus IV. Papa carpebat, quòd ille in literis nomen ſuum præpoſuiſſet. Lex divina, inquit, ſicut parentes honorantibus longævitatem promittit, ita maledicentibus patri & matri mortis ſententiam intendit. Veritatis autem voce docemur, quia *Omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur.* Quapropter, dilecte in Domino fili, ſuper prudentiam tuam non mediocriter admiramur, quòd beato Petro & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, non quantam deberes, reverentiam exhibere videris. In literis enim ad nos miſſis nomen tuum noſtro præponis, in quo inſolentiæ, ne dicam arrogantiæ,

Ex epigraphe proœmii Inſt. deducunt Doctores, quòd aliquis dignitates & honorum titulos ſine vitio ambitionis, jactantiæ, & vanæ gloriæ ſcribere poſſit, Aldobrand & Sneidevvin ut notat ibidem Manzius, cujus ratio poteſt eſſe in *l. 6. C. d. his, quæ vi metuve cauſ. geſt. ſunt.*

notam incurris. Quin minatur ipſi auferendam coronam, ni aliter fecerit. Quid dicam? Reſipiſce ergo, reſipiſce, tibi conſulimus. Quia, dum à nobis conſecrationem & coronam merueris, dum inconceſſa captas, ne conceſſa perdas, Nobilitati tuæ timemus. Vale. Quid ad hæc Imperator? num mutat ordinem? num facti pœnitet? nihil minùs: ita quippe reſcribit, Fridericus Dei gratiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Hadriano, Romanæ Eccleſiæ Pontifici, omnibusque adhærere volentibus iis, quæ cœpit Jeſus facere & docere. S.D. Deinde. Cum Rom. Pontifici ſcribimus, jure & ex antiquo nomen noſtrum præponimus, & ad juſtitiæ normam eidem nobis ſcribenti concedimus. Revolvite Annales, & ſi lectum neglexiſtis, quod aſſerimus, illic invenitur. Denique pro merito Papam, non jam cum ſuis, ſed cum Regibus gentium, cum Imperatoribus de præcedentia concertantem perſtringit. (vid. *Luc. XXII* 23.24.25.26.) Humilitatis autem, quæ eſt cuſtos virtutum, & manſuetudinis veſtræ non minimam notam incurritis, cum hujusmodi quæſtiones, religioni non multùm conferentes, ſecularibus perſonis proponitis. Provideat itaque paternitas veſtra, ne dum talia movet, quæ indigna ducimus, offendiculum ponat illis, qui ut ad imbrem ſerotinum ori veſtro aures ſuas arrigere feſtinant. Non enim non poſſumus reſpondere auditis, cum ſuperbiæ deteſtabilem beſtiam usque ad ſedem Petri reptaſſe videamus, paci Eccleſiæ bene ſemper providentes. Bene ſemper valete. En indolem ambitionis Pontificiæ, ut quod præſertim quærit, declinare videatur: laudem ſpernit, ut eam venetur, periculum procurati honoris obtendit, tamen procurat: elationem ſectatur, ſectando ſui interitum invenit. An non potiùs continuet quàm inveniat? ſubſiſtit mea ſententia, ut ipſa Pontificiorum obtineat. Si confundendus eſt nimius honor cum nimia laude, quam honoris adeptione nanciſcimur, Pontificii in honoris adeptione interitum fatentur. Marcellum II. ſcribit Onuphirus in *ejus vita*, & Thuanus *libr. XV.* revocatis ei in memoriam Hadriani IV. verbis, quibus miſeram Pontificum Romanorum conditionem deplorabat, mensâ manu percuſsâ ſubjeciſſe; non videre ſe, quomodo qui faſtigium hoc altiſſimum tenerent, ſaluti ſuæ conſulere poſſent. Pius V. ſtatim, ut Papa factus erat, dixit, ego, quamdiu ſui religioſus, bene ſperavi de mea ſalute, factus Cardinalis cœpi timere, jam creatus Pontifex pœne de ea deſpero. Vid. Cornelium a Lapide in *Eccleſiaſtic. XXXII.*1. & *Apoc. III.*1. Eò ſpectare exiſtimo, quod Eraſmus, quantumvis etiam dilectus Leoni P. filius, de eo ſcripſit in commentario ad *Pſalm. II.* Sic Leonem X. quum omnia Romæ perſtreperent triumphis & gratulationibus, ſubitò mors exemit rebus humanis, quò tranſtulerit, incertum. Et Henricus Albi inter elogia Cardinalium de Bellarmino adducit, quòd poſteaquam præteritus in electione fuiſſet, deinceps Litaniis ſuis hoc ſigillatim addiderit, quod Deus ipſum à Papatu liberaſſet. Subdit Hoornbeck in *examine Bullarum Papalium pag.*7. in coronatione Papæ priorem Epiſcoporum Cardinalium ſolere dicere, eum violenter ad iſtum locum protrahi: & in oratione, *eique univerſæ Chriſtianitatis molem ſuper humeros impoſuiſti, reſpice quæſo propitius hunc famulum tuum, quem de humili Cathedra violenter ſublimatum in thronum ejusdem Apoſtolorum Principis ſublimamus.* Miratur præterea Hoornbeck in *Bulla Innocentii X. th.*5. nusquam occurrere ſolennem illum titulum, *ſervus ſervorum*; niſi pro ſimplicitate ſuâ faſtidiat Innocentius ſtolidam illam hypocriſin, ut ſervus ſervorum dicatur, ubi ad ferendas Imperatoribus, Regibus, totique adeò Chriſtiano Orbi leges ſe accingebat. Imò jamdudum omnibus ſanæ mentis riſum debuit ille titulus, non minùs ac alterum illud, quod inter ſolennia coronati Pontificis uſurpatur, ut quando à ſibi aſſiſtente Camerario nummorum, quantum pugnus capit, ſumens inter ſpargendum dicit: *argentum & aurum non eſt mihi.* Videmus igitur Papicolas fateri interitum, qui ſequitur certus: ſimulare humilitatem, cum tamen Paulus IV. centies mori maluerit, & ſubjectis mundo per quatuor ejus plagas facibus, incendium rerum omnium ruinâ reſtinguere, quàm loci ſui dignitatem minùs curare. Sed

enim

quia ad invidiam alicui nocere nullam dignitatem oportet.

Digitized by Google

enim in maximo honore non eſt laus maxima: ille eſt vel nudæ ambitionis; hæc è ſolida veritate fluit. Ut tamen utrumque jus concilietur, jus Canonicum non tollit laudem, quam facta meritorum præceſſere, imò in ipſis cineribus occultam eruit; ſed tollit laudis affectationem, à qua eventus abludere poteſt. Sic in *c. imitare.* ejusd. *c.6.q.1.* ait Pontifex, *Imitare Petrum tertiò dicentem: Domine tu ſcis quia amo te. Etenim quia tertiò negaverat, tertiò confitetur: ſed negavit in nocte: confitetur in die. Hac autem ideo dicta ſunt, ut ſciamus neminem jactare ſe debere. Nam ſi Petrus lapſus eſt, qui dixit: Et ſi alii ſcandalizati fuerint in te, ego non: quis alius jure de ſe præſumat? Denique & David quia dixerat: Ego dixi in abundantia mea, non movebor in æternum: tam ſibi jactantiam obfuiſſe confitetur, dicens: Avertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* Tollit & vituperat, quod nemo laudavit. Non laudari & eſſe laudabilem id verò eſt magnum. Laudari & inde popularem mereri aſſenſionem id plebi eſt agnatum. Laudari laude alterius indigno contingere poteſt. Laudem tamen admittit jus Canonicum, quæ alterius vituperia excludit, & jubet, quod in advocatis *l.6.§.1.C.d. poſtul.* Illi ita patrocinia præbeant jurgantibus, ut non ultra, quam litium poſcit utilitas, in licentiam convitiandi & maledicendi temeritatem prorumpant. Agant, quod cauſa deſiderat; temperent ſe ab injuria. Nam ſi quis adeò procax fuerit, ut non ratione, ſed probris putet eſſe certandum, opinionis ſuæ imminutionem patietur. Nec enim conniventia commodanda eſt, ut quiſquam negotio derelicto in adverſarii ſui contumeliam aut palam pergat, aut ſubdolè. Uſurpant Pontificii jura ſua an jure belli, an pacis eſt dubiũ: protegunt religionis prætextu, ſed non religionem: juvant Eccleſiaſticorum laudem, non Eccleſiæ: gregem Domini cuſtodiunt, inter lupos, non à lupis ſecurum: amant, quod ſedis Romanæ illecebris ſeductus amare poteſt. Laudem præterea admittit jus Canonicum, quæ ratione officii eſt neceſſaria, & præcipit, quod tamen eſt Imperatoris præceptum in *Nov.69.c.1.* omnibus in provinciis Judicibus, quicunque obediunt ſceptris in univerſa ditione, & quæ aſcendentem videt, & quæ occidentem ſolem, & quæ ex utroque eſt latere. Laudem denique admittit Eccleſiæ Catholicæ, quam ei non invidemus, quatenus Eccleſia Catholica eſt Chriſtianorum cœtus, qui uſquam terrarum de fide rectè ſentiunt, pietatisque dogmata immota & inconcuſſa obſervant. Qui verò Eccleſiam Romanam credit eſſe Catholicam, ille aut ſibi reſtituatur, aut Tros Rutulusve fuat.

LEGATUM conſequimur quarto remedio, nempe condictione ex canone, ſive imploratione officii Epiſcopi; quod poſt Specul. monet Rittershuſius *libr. d. differ. jur. Civ. & Can. 4. c.5. ex c. 3.6.17.19. X.d.teſtam.* Emericus à Rosbach in *theſ. rec. diff. jur. Civ. & Can. tit. 6. num. ult.*

Ad legatum conſequendum tres dantur actiones, Rei vindicatio, Actio perſonalis ex teſtamento, Hypothecaria, *§.2. I. d.leg.* & ad eum Manzius *num.16. l.23. §.1. C. d.SS. Eccleſ.*

Aſſertio juris Canonici tantùm eſt particularis, nam obſervandum cum Rittershuſio *d.loc.* pleraque omnia capitula de hac re adducta loqui non de quavis ultima voluntate per Epiſcopum exequenda, ſed tantùm de piis voluntatibus, ſive de legatis, quæ venerabilibus & piis locis ſunt relicta. Hic obiter monet Rittershuſius etiam aliud quoddam pro legatis à Dd. excogitatum eſſe remedium, quod vocant Executivum, quo Legatarius nullo exhibito libello, & ordinariâ viâ actionis prætermiſsâ, poſſit ſimpliciter impetrare præceptum ſive interlocutionem Judicis contra heredem, ut de legato ſatisfaciat: quod remedium in Camera probatum fuiſſe teſtatur Mynſing. *cent.5.obſ.61. num.6.* Hoc remedium ut quartum admittimus, nec à quarto diſcrepare exiſtimamus. Imò ſi penitiùs rem excutiamus, ſit hoc Pragmaticorum inventum, quod eſt in Camera probatum, juri Civili incognitum; eidem non eſt incognitum, poſſe præceptum Judicis viâ actionis prætermiſsâ impetrari.

Digitized by Google

LEGATUM rei alienæ non valet nec quoad æſtimationem, gl. ad *c. filius noſter. 5. X. d. teſtam.* Vid. Mœſtertium *libr. d. juſt. Rom. LL. 1. c. 14.* Ludvvell in *Synopſ. jur. feud. c. 9.* Zœſium ad *ff. d. legat. c. 2. n. 23.* Vinn. ad *§. 4. I. d. leg. n. 2.*

Valet, ita ut heres cogatur redimere eam & præſtare, vel ſi eam non poteſt redimere, æſtimationem ejus dare, *§. 4. I. d. leg. l. 39. §. 7. ff. d. leg. 1.*

Pontificis ignorantia deprehenditur in eo, quod leges ſeculi accomodet caſui propoſito. 2. quòd leges ſeculi conſtringat ad rem & excludat æſtimationem, quæ, ubi res non præſtatur, præſtari debet: nam accuratè loquendo & in legato teſtator non de re aliena, ſed ſuâ propriâ diſponit, cum legato rei alienæ nihil aliud contineatur, quàm ut heres rem, ſi juſto pretio poſſit, redimere, ſin minùs, juſtam æſtimationem ſolvere teneatur, *l. non dubium. 14. §. ult. d. leg. 3.* Quæ æſtimatio procul dubio non aliena, ſed propria diſponentis res eſſe intelligitur, Ludvvell. in *tract. d. ultim. volunt. part. 1. c. 3.* 3. Pontificis ignorantia deprehenditur & in eo, quòd dicat ſe lege Dei, non ſeculi hujus vivere, cum & lex ſeculi hoc velit ea, quæ juris divini ſunt, humanis nexibus non debere illigari, *l. 21. C. d. SS. Eccl. Nov. 7. c. 12. N. 120. c. 7.* quod lex Dei, de qua in *can. nullus. 17. q. ult.* 4. quòd ſibi non conſtet, quia eo ipſo, dum excipiuntur res Eccleſiaſticæ, idem eſt in rebus alienis, quæ commercio non ſunt exemptæ. 5. Et in ipſis rebus Eccleſiaſticis probatur legatum, ſi teſtator tantundem de juris proprii facultatibus ſuppleverit, *c. ſi epiſcopus. 12. q. ult.* Vid. Schutz in *Syn. Inſt. Imp. ad tit. d. leg. lit. b.* 6. Hanc differentiam planè invertit Wiſſenbachius *diſp. ad Inſt. 56. th. 15. ex d. c. ſi epiſcopus.* & ait non obſtare *d cap. 5.* cui reſpondeat Fachin. *5. controv. 38.* Perez. in *tit. C. d. leg. num. 13.* 7. Diſtinguit Bachovius ad *§. 4. I. d. leg. num. ult.* cum Pontifice inter legem Dei & legem ſeculi, quam improbat, & ne poſſit videri erraſſe & exiſtimaſſe jure Civili domino cum injuria ejus auferri poſſe rem, illud facit, quod legibus hoc tantùm ſeculi conſtitutum ait, heredem teneri ſolvere, quod legatum eſt. Rurſus nimis abſurdum ſit exiſtimare, quod improbaverit Pontifex, ut teſtator poſſit gravare pro voluntate ſua heredem, ut rem redimat & præſtet: quæ diſtinctio Bachoviana convenit cum reſponſione tertia. Vid. eundem Bachovium in *not. ad paratitl.* *Weſenb. d. leg. 1. num. 6.*

LEGES condere non eſt ſolius Imperatoris, quia judiciū integrum, quod plurimorum ſententiis comprobatur, volumus obſervari, *clem. ex frequentibus. 1. d. ſent. excomm.*

Tam conditor, quàm interpres legum ſolus Imperator juſtè exiſtimabitur, *l. ult. in fin. C. d. LL.*

Nulla eſt differentia, quoniam Pontifex non tangit poteſtatem Imperatoriam, ſed medetur temeritati Clericorum, qui nunc patenter excuſationibus fucatis & frivolis innitentes, nunc latenter Eccleſiarum ſuarum januis perforatis, aut in eis factis feneſtris, ſeu modis aliis exquiſitis non abſque damno Cathedralium & Parochialium Eccleſiarum, & ſcandalo plurimorum, dirumpendo nervum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, civitatum, terrarum & aliorum locorum generalia interdicta præſumptione damnabili violare præſumebant.

LEGES de rebus Eccleſiaſticis ferre non poſſunt Imperatores, *c. Eccleſia. 10. X. d. Conſtit.* Vid. differentiam, in qua *Eccleſia ita ſe habent. &c.* Ar-

Leges de rebus Eccleſiaſticis ferre poſſunt Imperatores. Imperatoris etiam noſtri præcipua eſt lex, de qua Rittershuſius *d. loc. ad Novell. part. 1.*

Priùsquàm, verba ſunt Rittershuſii ad *Novell. part. 1. c. 3. n. ult.* ad alia juris ſacri capita tranſitum faciamus: de quibus non ſolùm alii Impp. Chriſtiani multa conſtituerunt,

niſæum

niſæum *libr.d.donat. Conſtantini.6.num.8.*

*c.3.n.*10. Nihil eſſe aliud, quod ſic placare poſſit miſericordè Dominum, quàm ſi omnes Chriſtiani unum idemque ſapiant in recta & immaculata fide, nec ſint diſſenſiones in ſancta Dei Eccleſia.

lib.1.C.Juſtiniani.& l.16. Cod. Theodoſiani. & Imperator noſter in *Novellis*: non poſſum omittere, quin ſignificem meum ſuper hac re diſſenſum à Cl. Domino Fachineo. Is enim *libr.8. contr. jur. c.1.* ubi *l.8.* ſive *epiſtolam inter Claras. C. d. ſumm.Trin. & fid.cathol.* vindicare conatur à ſuſpicionibus Hotomanni de crimine falſi, multaque in defunctum congerit maledicta; profitetur nolle ſe dicere, quòd Imperator noſter potuerit de rebus Eccleſiaſticis, de quibus multa ſtatuit, ſuo jure decernere, & leges ferre: quia ſcilicet certum ſit hanc Eccleſiaſticam poteſtatem ad ſummum Pontificem ſpectare. Quod probat teſtimoniis domeſticis *c.2. X. d. major. & obed. c per venerabilem. X. qui fil. ſint legit.* & addit: *Sed quis poterat Imperatorem impedire, quò minùs illas ſtatueret, cum tam potens eſſet: & ſummi Pontifices totaque Eccleſia continuis ferè perſecutionibus exagitaretur, & ope indigeret Imperatoris, nec leges injuſtas eſſe conſtitutas videret?* Ita Fachineus non obſcurè arguit Imperatorem; quaſi vi, clam aut precariò illam poteſtatem circa res ſacras condendi & promulgandi leges atque edicta exeruiſſet, aut falcem in meſſem alienam immiſiſſet. Quod minimè ipſi concedendum eſt. Meminiſſe potiùs debuerat *l.1. & 3. C.d. crim. ſacril.* ubi ſacrilegii inſtar eſſe dicitur diſputare de principali judicio ſive poteſtate Imperatoris: & divinę legis ſanctitatem aut neſciendo omittere, aut negligendo violare. Qualiſcunq; fuerit tunc ſtatus Eccleſiæ Rom. ſive Occidentalis, hoc teneamus, contra illam dubitationem D. Fachinei de poteſtate Imperatoris minimè certè neceſſariam, Juſtinianum in ſuis hiſce de jure ſacro conſtitutionibus promulgandis ſuo jure uſum fuiſſe, nec vi, nec clam, nec precariò: poſſe quoque illius exemplo alios Principes de jure ſacro aliqua conſtituere aut edicta promulgare. Quòd etiam à pluribus factum eſſe, ex hiſtoriis demonſtrari poteſt tam antiquis, quàm recentioribus. Interim acceptamus, quod fatetur Fachineus, leges à Juſtiniano conſtitutas non eſſe injuſtas. Sed hoc in ipſum retorqueri poteſt ad hunc modum: Si non ſunt injuſtæ leges Juſtiniani de rebus ſacris latæ: Ergo ante omnia neceſſe eſt, ut earum author habuerit jus poteſtatemque eas conſtituendi: quemadmodum ut juſtum ſit teſtamentum, ante omnia oportet eum, qui teſtari vult, teſtamenti faciendi jus habere. Hactenus Rittershuſius. Addit Beſoldus *libr.politic.1.c.3.num.*19. ſobriè intelligendum eſſe, quod contra Fachineum Rittershuſius diſputat. Et adhuc magis ſanâ indiget interpretatione, quod in concordia Anglicana ſcribit Richardus Harris, Regem ſupremum eſſe gubernatorem Regni tam in ſpiritualibus ſive eccleſiaſticis rebus, aut cauſis, quàm temporalibus. Ab eoque primatu regem vocatum primatem & ſupremum Eccleſiæ caput. Et ex ipſâ corona Regni ſui hunc habere primatum contendit. Nec abſurdum eſſe ait Regem quoque Ethnicum Eccleſiæ eſſe primatem. Sobriâ hæc (inquam) interpretatione indigere mihi videntur, ne pro papa rege regem papam agnoſcamus. Ac porro ſi omnes, qui habent ſuperioritatem, caput Eccleſiæ nominaremus; quid dicendum eſſet, Democratia ubi viget, aut ubi in uno regno multi Principes, Comites, Barones, vel etiam Nobiles ſunt, ſummo fereque regali jure gaudentes? Neſcio etiam an locum tueri poſſit, quod Jacobus, magnæ Britanniæ Rex, ſcribit (*ad finem monitoriæ præfat.*) Chriſtiano Regi conceſſum eſſe externam in rebus Eccleſiaſticis regiminis formam ſuis præſcribere, quæ ad civilis adminiſtrationis quàm proximè accedat: dummodo à fidei veræque religionis fundamentis nec tantillum abſcedat. Omnibus ætatibus in Eccleſiæ gubernatione homines politici, ignari doctrinæ Evangelii, finxerunt ſibi Eccleſiam quadam imaginatione politiarum, & magni errore hoc modo ſtabiliuntur. Multò minùs ipſa religio ſtatûs rationi eſt accommodanda, quod primus Jeroboam fecit, & apud Chriſtianos Theodoricus, Rex Gothorum. Nunc rationes nonnullas firmandæ noſtræ ſententiæ ſubjungere lubet. 1. Ab Imperii

Digitized by Google

juriſve regii ſi penderet judicio vel poteſtate externum ordinare divini Numinis cultum, ſubditi tenerentur obedire reformationi, ut alii alicui politicæ ſanctioni, ſemperq; mutabilis religio eſſet. Æquè enim architectonicâ poteſtate Rex Ethnicus & Hæreticus gaudet; eaque poteſtate uti vellet, quia nemo ſe hac in parte errare credit. Vel religio aliis conatibus prætexeretur. Nam varietas religionum citra controverſiam inde nata eſt, quòd ſomnia, traditiones ac ſcabiem hominum gubernatores Politici voluerunt Chriſti doctrinæ conferre, tantùm ſalvam ut haberent Rempublicam. 2. Diſſentire de vera religione non hæreſis ampliùs aut ſchiſma, ſed crimen foret læſæ Majeſtatis. 3. Ipſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus haud mundani Imperii ſubſidio Regnum ſuum ſpirituale inſtituere firmareque voluit. 4. Vim legis Eccleſiaſticæ habuerunt decreta primi Concilii (Actor. 15.) abſque afflatu aulæ Cæſareæ. At ais, vim non habuiſſe corporalibus cenſuris coactivam, ut replicat concordia Anglicana. Reſp. non eam requiri, aliàs enim primitiva ipſius Dei noſtri Salvatoris Eccleſia eâ carens haud perfecta (vel rebellis) fuiſſet. 5. In Deuteronomio commendatur Regi lectio L. Divinæ, ſed dicitur, quòd hunc librum debeat accipere à Levitis.

LEGIBUS & Conſuetudinibus poteſt inſeri clauſula derogatoria, *c. licet. 1. d. conſtit. in 6.*

Nulla eſt differentia, ſive intelligamus intentionem Legiſlatoris, quæ eſt vim legi perpetim valiturā tribuere, ſive ejuſdem cautionem, quâ faciliùs omittit, quàm admittit abrogationem. Vid. differentiam, in qua *Canones non adeò ſibi conſtant.* Deinde utroque jure ſubeſt & non ſubeſt clauſula derogatoria. Sic apud Phil. Francum ad *d. c. licet.* clauſula derogatoria appoſita in lege vel canone operatur effectum in qualibet lege vel canone condito ab eodem; tamen alteri ſucceſſori indicere abrogationem non poteſt, quia utroque jure par in parem non habet imperium, *l. 4. ff. d. recept. c. inferior. 4. c. denique. 6. diſt. 21. c. innotuit. 20. §. quamvis. X. d. elect.* Tertiò etiamſi ſubſit clauſula derogatoria, illa clauſula non tollit poſteriorem actum, ſed poſteriorem ſuis limitibus includit. Sic apud d. Philippum Francum *d. loc. num. 12.* alia eſt clauſula derogatoria voluntatis: puta quia in ea dicatur, quòd non valeat contraria conſtitutio, & tunc non valeret ſecunda illi contraria, niſi factâ mentione de prima: alia eſt clauſula derogatoria ſolennitatis, ut quia dicitur in lege, quòd ſi fiat contraria conſtitutio, non valeat, niſi certa ſolennitas interveniat; quia tunc valebit ſecunda conſtitutio illi contraria, etiam non factâ mentione de prima vel ipſius clauſulâ. Non obſt. *d. c. licet.* quod loquitur de conſtitutione priori, deque locorum ſpecialium & perſonarum ſingularium conſuetudinibus ac ſtatutis.

Non erubeſcit Imp. ſi quid melius etiam his, quæ ipſe priùs dixit, adinveniat, hoc ſancire, & competentem prioribus imponere correctionem, *N. 22. in præf.* & generalis hæc eſt natura conſtitutionum juxta Modeſtinum in *l. ult. ff. d. conſt. Princip.* Conſtitutiones tempore poſteriores potiores eſſe his, quæ ipſas præceſſerunt.

LEX & conſuetudo non differunt, quia non differt conſuetudo ſcripturâ an ratione conſiſtat, *c. conſuetudo. 5. diſt. 1.*

Nulla eſt differentia: quia poſſunt differre causâ efficiente, quæ non differunt effectu, quem parit vis obligandi communis. Nam in *d. l. 32.* quid intereſt ſuffragio populus voluntatem ſuam declaret, an rebus ipſis & factis. E quo patet in eo, quod parit obligatio, taciti & expreſſi parem eſſe efficaciam. Adhæc non tantùm quoad conſuetudinem, ſed etiam quoad legem non differt ſcripturâ, an ratione conſiſtat, non quia

Differunt ut jus ſcriptum & non ſcriptum, quod eſt conſuetudo, *§. 9. I. d. J. N. G. & C. l. 32. in fin. pr. ff. d. LL.*

quia non utrinq; requiratur ratio, verùm nec legis nec conſuetudinis rationem ſcriptura determinat. Deniq; magis conſideratur effectus legis, qui ſe exſerit lege jam latâ, quam cauſa efficiens, quę conſiſtit in modo ferendæ legis ſeu inducendæ conſuetudinis. Jactet de ſe Bonifacius VIII. in *c.1.d.conſtit.in 6.* quod Imperator in *l.19.C.d.teſtam.* ſe jura omnia in ſcrinio pectoris ſui habere, non tamen pectoris ejus latitudo cauſam efficientem, conſenſum tacitum vel expreſſum, comprehendit, de quo ante legem latam, vel conſuetudinem inductam conſtare non poteſt.

LEGITIMA liberorum revocari adeo poteſt, ut non diſtinguatur inter cauſas alienationis, lucrativæ ſint an oneroſæ, *c. Raynutius.X.d.teſtam. ubi Hoſtienſ.*

Præfertur jus Canonicum, ne per hujusmodi diſtinctionem filius defraudetur debito naturali, quia legitima mox filio & pura eſt reſtituenda, *l.36.§.1. & ult. C.d.inoff.teſtam.*

Diſtinguitur inter cauſam alienationis, an lucrativa ſit, an oneroſa, *t.t. C.d.inoff.donat. l.2.ſi à par. quis manum.ſit.*

LEGITIMATIO non requirit dotalia inſtrumenta, quoniam benedictio ſacerdotalis neceſſaria eſt in copulandis novis nuptiis, *c.aliter.30.q.5.* exque ea veritas matrimonii dilucidè probari poteſt, Vult. ad *§.11.I.d. nupt. n.7.* Vid. Cardinal. Tuſch. *lit. l. concluſ.229. n.4. & ſeqq.* Quoad jus feudale idem monet, Dion. Gothofr. ad *libr.2. feud. tit.26. §. naturales. lit. f.*

Nulla eſt differentia, ſive ſequamur opinionem Olemanni ad *antimon.jur.Civ.lib.1. Giph. diſp.4.n.7.* qui vult tacitè jus Canonicum leges civiles hac in parte ſequi. Vid. Ritterſhuſ. *libr.d.diff.jur. Civ.& Can.2.c.7.* ſive ſequamur opinionem Frantzkii *exerc.2. q.8.* cui ut plurimum in legitimandis liberis per matrimonium iſta inſtrumentorum confectio uſurpata fuerit, neceſſariò tamen ad eſſentiam legitimationis ſic requiſita non eſt, ut ſi aliunde de veritate matrimonii conſtitiſſet, legitimatio ea de cauſa perfecta non fuiſſet. Nec movet, quod regerit Tim.Fab. *diſp.6. th.1.* perpetuum non eſſe, quòd ſolo affectu, non dotibus nuptiæ contrahantur, cum & in illuſtribus perſonis, *N.74.c.4.§.1 N.117.c.4.* dotalia documenta deſiderentur, ſiquidem ita ſpecialiter Juſtin. in ipſorum perſona conſtituit propter dignitatis excellentiam, Joach.Steph. ad *d.N.117.c.4.* & quidem non indiſtinctè, ſed tum demum, quando ſupremam dignitatem nacti ſunt, non ante. Cetera argumenta, quibus opponit Hunnius in *reſol.ad Treutl.vol.1.diſp.2.th.6.lit.B.p.26.* refutat Frantzkius *d.loc.n.4. & ſeqq.* Vid. *diſp.meam inaugur.d.lege.th.62.*

Legitimatio requirit dotalia inſtrumenta, *§. ult.I.d.nupt.l.10.11.C.d.natur.lib. N.12. c.4. & N.18. c.11.* Andr. Gerhardi *dec. 2.q.9.* Harppr.ad *d.§.n.5.*

LEGITIMÈ aliquid poteſt fieri, quod tamen non eſt legitimum, *c. 11. X.qui fil.ſint legitim.*

Legitimum refertur vel ad legis convenientiam, & ita quod legitimè fit, etiam eſt legitimum: vel ad ejus, quod agitur, initium, & ita legitimè aliquid poteſt fieri, quod tamen non eſt legitimum. Sic legitimatio legitimè fieri poteſt, non tamen eſt ejus, quod initio erat legitimum: ita ut fieri legitimè ſit legitimationis: eſſe legitimum ſit legitimatis, cui legitimatio ulterior non eſt neceſſaria. Denique legitimum idem eſt, quod ſolenne. Sic teſtamentum adhibitis ſuis ſolennitatibus legitimum eſt & legitimè fit.

Legitimè quod fit, etiam eſt legitimum, ſic teſtamentum adhibitis ſuis ſolennitatibus legitimum eſt & legitimè fit.

Nunc

Nunc ſi ex *l.19. C.d.teſtam.* quis interroget, An teſtamentum Principis ſit legitimum & legitime factum, cui ſuæ non adhibentur ſolennitates? facilè reſponderi poteſt.

LIBELLI famoſi pœna eſt fuſtigatio: interdum excommunicatio & depoſitio, *c.qui in alterius. 1. c.quidam maligni.2.cauſ. 5.q.1.* Schulz *in ſyn. Inſt. Imper. ad tit d. injur. lit. a.* Wiſſenbach. *diſp. ad Inſt. 56. num.*20.

Ex conſtitutione Imperatorum Valentiniani & Valentis capitalis eſt, *l. un. C. d. fam. libell.* ubi etiam habetur, quod qui probabat libellum famoſum, debeat haberi pro autore, & puniri ſicut autor, donec eum nominet, à quo habeat.

Jus Civile hodie ita reſtringimus ac interpretamur; ſi in libello famoſo capitale aliquod, aut aliud grave ſcelus ad creandum alicui periculum objectum ſit, ſecus ſi non eſſet capitale, tunc enim pœna talionis locum habet, eâdemque animadverſione diffamator coërceretur, quâ unum quodque delictum & ſcelus in libello objectum, ſi verum eſſet, veniret puniendum, ſecundùm gl. in *d.l.un.* eſtque ratio apud Schulz in *ſyn.Inſt.Imp.ad d.tit.d.injur.lit.a.* quoniam abſurdum & iniquum eſſet, ut quis indiſtinctè, etiam propter leve aliquod delictum in libello objectum capite puniretur, quum pœna non debeat eſſe gravior, quàm ejus cauſa per *l. ſancimus. 22.C.d.pœn.* Vid. Dan. Moller. in *comment.ad Conſt.Sax.part.4.conſt.44.n.5.* Carolum V. *art.11.*

LIBELLUM tam in civilibus, quam in criminalibus mutare licet, Dyn. in *c.nullus pluribus.d. R.J.in 6.*

Libelli mutatio non admittitur, *l. non poteſt. 23. ff. d. Judic.*

Utrumque eſt verum, ſed relatione ad ſuum tempus. Jus Canonicum loquitur ante litis conteſtationem. Sic Gailius *libr. 1. obſ. 74. num. 4.* Die Klage mag für geſchehener Kriegsbefeſtigung verwandelt/ gemehret vnd gemindert werden. Jus Civile loquitur poſt litis conteſtationem, nam poſt litem conteſtatam libelli mutatio non admittitur, etiamſi partium conſenſus accedat, eò quòd litis conteſtatio & alii actus judicii ſubſtantiales partium conſenſu tolli nequeant, Gail. *d.obſ.num.*8.9. Hæc ex opinione Gailii & aliorum: Si autem penitus conſideretur *d.l.*23 illa propriè tempus illud, quo mos dandorum Judicum in uſu erat, ſpectare videtur. Hoc evidentiùs apparet ex §.35. *I.d.action.* in quo etiam, quando aliud pro alio eſt petitum, & ita in cauſa ipſa, quæ ad ſubſtantiam libelli pertinet, correctio accedit, libellus poſt id tempus mutari poteſt. Quæ enim olim apud Judicem pedaneum expediebantur, illa hodie incidunt in id tempus, quod conteſtationem litis, per quam judicium conſtituitur, ſequitur, *l. ædiles. 25.§.item ſciendum. 8.ff.d.ædil.ed.* Unde non improbabilis eſt eorum ſententia, qui hodie non ſaltem emendationem, ſed & mutationem libelli usque ad tempus ſententiæ ferendæ admittunt. Addit Frantzkius ad §.34. *I. d.tit. de action. num.*34. Sed tamen quia eſt communis ſententia in contrarium, & illius non leves rationes proferuntur, judicium meum nunc ſuſpendo. Et hæc quoad priorem partem obſervationis Gailianæ: quoad poſteriorem, quæ agit de accedente partium conſenſu, Beſoldus exiſtimat, ſi partes velint, mutationem quidem permitti, ita tamen, ut nova debeat litis conteſtatio intervenire, per rationem, quia ſententia ſine vitio nullitatis ferri non poteſt, niſi de iis tantùm, de quibus lis eſt conteſtata. Mynſingerus autem ſimpliciter putat, ſi partes in mutationem conſentiant, debere Judicem eorum conſenſum pro rato habere, eò quòd per talem conſenſum producatur litis conteſtatio ad rem mutatam. Facit & illa ratio, quòd à contractibus contrahentes mutuâ voluntate poſſint recedere, & à lite in totum deſiſtere. Ergo etiam libelli ſubſtantiam poſt litem conteſtatam unanimi voluntate mutare, Manzius ad *d. §. 35. n* 56.57. Ego non attentâ poſteriori hac parte, nec ſuſpenſo judicio ex *d.§.35.* cum Manzio ad *d.§.n.59.* exiſtimaverim etiam mutationem lite jam conteſtatâ habere locum, Nam Imp. expreſſis verbis ait, ſi quis

aliud

aliud pro alio intenderit, nihil eum periclitari placet; ſed in eodem judicio cognitâ veritate errorem ſuum corrigere ei permittitur. Veluti ſi is, qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit; aut ſi quis ex teſtamento dare ſibi oportere intenderit, quod ex ſtipulatu debetur. Ex quibus verbis manifeſte deprehenditur, mutationem libelli in eodem judicio, adeoque usque ad ſententiam permiſſam eſſe. Nam ipſo Mynſingero definitore & teſte mutare libellum eſt variare ipſius libelli ſubſtantiam, & veteri actione relictâ novam proponere, vel omiſsâ re petitâ aliam poſtulare. Vid. ad *d.* §. *Sneidevv. n.*6. Dicit quidem Beſold. hunc textum eſſe intelligendū ante litis conteſtationem, ſed obſtat ei vox, *in eodem judicio*, nam cum litis conteſtatio ſit principiū litis, non poteſt dici judicium, niſi lis conteſtata ſit, ut bene arguit Jul. Pacius ad *d.* §. In hac libelli materia prætulerim jus Saxonicum, de quo in *Conſt. Elect.* 1.9. *part.* 1. Quamvis enim utroq; jure, *auth. offeratur. C. d. lit. conteſt. c.* 1. *X. d. libell. obl.* Litigatores jus ſuum ſcripto defendant; Saxonico tamen jure tàm ante, quàm poſt litem conteſtatam vivâ voce, von mund in die feder proponere ſunt obligati, adeò ut nec ex charta intentionis fundamenta dictare liceat, Berlich *part.* 1. *concl.* 13 *num.* 16. ubi ſi priùs actor Judicii libellum in ſcriptis offerat, & poſtea in termino comparens paucis verbis ſe referat ad libellum, ſeu actionem in ſcriptis oblatam, nihil agat, & relatio omnino non valeat. Quia ſi quis ad ſcripturam ſe referat, perinde eſt, ac ſi tempore relationis primùm ſcripturam conficeret, & actum in ſcriptis faceret. Hinc, notante Carpzovio in *Jurispr. For. Romano. Sax. part.* 1. *conſt.* 1. *defin.* 1. ſeculo hoc noſtro non minùs litigioſo, quàm malitioſo, quod plus ſcientiæ quàm conſcientiæ habet, ut loquitur Vent. de Valent. in *parth. litigioſ. libr.* 1. *c.* 1. *num.* 10. plerique omnes conqueruntur de litium diuturnitate, ex qua ſæpiſſimè evenit eos ipſos, qui victoriam cum ſumptuum quoque adjudicatione reportarunt, tam longis anfractibus vexatos, ac tot ſumptibus miſerè fatigatos ſic affici, ut lugendum ſibi potiùs eſſe putent, quòd bonæ alioquin litis aut inſtituendæ, aut ſuſcipiendæ conſilium ab initio non abjecerint, quàm gratulandum, quòd tanto pretio nudam victoriæ gloriam compararint, teſte Ant. Fabro in *Cod. libr.* 9. *tit.* 22. *def.* 1. *in pr.* quod certè omnes mirantur, pauci rimantur. Nec ſolùm Galliam, quam Regnum vocat Rabularium Herm. Mater. *d. Cenſib. libr.* 2. *c.* 7. *num.* 55. hoc malum infecit, ſed & noſtrates uti omnia, ita quoque litigia, horumque protractionem protervam ac petulantem à Gallis hauſerunt, & ſic ortâ lite orta ſunt mala, Ant. d. Guevar. in *Inſt. vit. aulic. c.* 13 idque ipſum etiam ſummum Imperii Tribunal Spirenſe invaſit, ut ferè pudeat referre, quod impudenter nonnulli evomunt, Spiræ lites ſpirare, nunquam expirare: Litigantes diu ſperare, nunquam adſpirare. Largâ lacrymarum effuſione deplorandum eſt, quòd lites ad Cameram appellabiles fiant immortales, nec patris, filii, imò nepotis termino terminentur. Teſtis eſt Hermannus Vult. *vol.* 1. *conſ. Marpurg.* 17. *num.* 6. à die mortis ipſius, de cujus hereditate in Camera agebatur, usque ad litis conteſtationem elapſos eſſe annos ferme 38. & *vol.* 3. *conſ.* 30. *num* 41. ab inveſtitura nova usque ad litis conteſtationem annos 75. Ita nimirum lites non modò hominum plerumque, ſed & vivaces cornicularum atque cervorum ætates ſuperant.

LIBELLUS alternativus valet, *c. dilectus.* 2. *X. d. capell. monach.* Vid. differentiam, in qua *Actiones duæ ſucceſſivè concurrunt.*

Nulla eſt differentia, quia nec jure Canonico libellus alternativus valet, *c. ult. X. d. reſcript.* Sic Felin. in *c. tertio loco.* 5. *X. d. probat. n.* 5. libellum alternativum vocat ineptum, quem actor offerens audiendus non eſt, imò talis libellus per Judicem ex officio rejiciendus, &, ut loquuntur Dd. dentibus lacerandus eſt, Hiltropff. in *Proc jud. part.* 2 [illegible] *d. libell. obl. num.* 34. cum nullitas inde proveniens adeò leproſa ſit, ut totum proceſſum inſi-

Non valet, Sic in *l.* 7. §. 4. *ff. d. injur.* Prætor ait, quid injuriâ factum ſit, certum dicas, hoc quemadmodū accipiendum? certum eum dicere Labeo ait, qui dicat nomen injuriæ, neque ſub alternatione, puta illud aut

Digitized by Google

ciat, Hillig. ad *Donell. libr.23. c.4. lit. i.* Non obſt. *d. c. dilectus.2.* quia illa alternatio incertitudinem & obſcuritatem non parit, ita ut non ſimpliciter alternatio prohibeatur, ſed incertitudo & obſcuritas, quam libelluss parit. Sic jure Civili admittitur libellus alternativus, quando petitionis incertitudo ex facto adverſarii vel rei conventi exoritur, puta ſi actor neſciat, quòd omnes heredes vel alteruter ſaltem eorum ſe hereditati immiſcuerint: aut ſi agatur ad reſciſſionem contractus ex *l.2. C. d. reſcind. vend.* ſcl. ad rem reſtituendam vel læſionem reſarciendā, nec non actione hypothecariâ, vel ad excluſionem debiti, vel ad traditionem rei obligatæ: ut & actione criminali vel ad reum condemnandum, vel torturæ ſubjiciendum. Quarum aliarumque cauſarum ſimilium qualitas efficit, ut petitum in libello alternativum admittatur, veluti prædictas actiones earumque qualitates exactiùs inſpiciens haud inficias ibit. Vid. allegata loca apud Carpz. in *proc. jud. tit.6. art.2. n.46.* ubi *n.47.* addit, Pariter quoque Mercatoribus libellum alternativum offerentibus ſuccurendum dixerim, ne tanquam ineptus rejiciatur, quibus Pragmatici noſtri eatenus indulgendum aiunt, ut quamvis in libello unam allegent vel probent cauſam, ac poſtmodum ex probationibus ſive deductis in proceſſu appareat, eos aliâ ex cauſa commodiùs agere potuiſſe, non propterea ſuccumbant, ſed potiùs ex cauſa probata libellus ſuſtineatur, Stracch. in *tract. d. mercim. tit. quemadm. in cauſ. merc. proced. ſit.*

illud, ſed eam injuriam ſe paſſum.

LIBELLUS, quem reſpuunt apices juris Civilis, ſuſtinetur æquitate Canonicâ.

Præfertur jus Canonicum, quod non admittit ſubtilitates, quæ ſunt de apicibus Juris, ſed ſimplicitatem amplectitur, Hoſtienſis in *c. cum contingat. X. d. jurejur.* Et hoc Camera Imperii obſervat, neque immeritò: quoniam ipſa repræſentat Imperatorem, cui permittitur etiam judicare ex proceſſu nullo ratione ineptitudinis libelli, & rejectis ambagibus veritatem ſequi, adeoque veritatem non ſcriptam præferre rigori ſcripto, Matth. d. Afflict. in *tit. quæ ſint regalia. c.1. num.41.* Mynſing. *cent.4. obſ.5.*

Libellus probatur eatenus, quatenus eum probant apices juris Civilis.

LIBELLUS ſi plus debito contineat, rejicitur, Arnoldus de Reyger in *proc. judic. diſp.3. th.10.* Pœna autem plus petentis causâ eſt in expenſis adverſario cōdemnari: qui autem plus loco petit, ad intereſſe tenetur, *c. un. X. d. plus petit.* Vid. Arn. Corvinum jur. Canon. *libr.3. tit.18.*

Utrumq; jus ſtatuit pœnam plus petentis, ſed non utrumque ſtatuit eandem pœnam. Canonicum jus propiùs accedit ad æquitatem, quod manifeſtum facit pœna plus loco petentis, qui ideo in *d. c. un.* ad intereſſe tenetur, pro eo, quod utilitas adimitur debitoribus, quam haberent, ſi ſtatuto loco ſolviſſent. Hinc Frantzkius ad *§.33. I. d. action.* jus Canonicum moribus hodiernis conforme facit, & pœnam tripli ab aula receſſiſſe monet. Vid. Weſenb. ad *tit. C. d. plus petit. n.15.* Vinnium ad *§.33. I. d. action. num.2.* juxta quem conſtitutio Zenoniana, quæ continet pœnam plus tempore petentis, deſideratur. Epitomen ejus ex Baſilicis eruit Cujacius *libr. obſ.21.* Juſtiniani quoque hæc conſtitutio, quâ petitor pluris petitionem triplo compenſat, intercidit, & ideo multa hic nobis incerta relinquuntur.

Etiam jure Civili libellus, ſi plus debito contineat, rejicitur, quia ſententia debet eſſe conformis libello, *l. in fundo. 38. ff. d. R. V. l. ſi præſes. 32. d. pœn.* Sed pœna plus petentis eſt alia, nam ſi loco, re & causâ plus petitum fuerit, jure novo pœna eſt tripli, Zanger. in *tract. d. exception. c.9. num.7. & 8.*

LIBERA-

LIBERALITAS tollit offerentis ſuſpicionem, *c.de eulogiis.8.diſt.18.*

Nulla eſt differentia, nam alia eſt liberalitas, quæ exercetur actu licito, qualis eſt liberalitas eulogiarum, de quibus in *d.c.d.eulogiis*, quæ ſunt collectiones pro eleemoſynis ſeu collationibus: alia eſt liberalitas, quæ exercetur actu illicito, cujus finis non eſt ipſa liberalitas, ſed vel veritatis prævaricatio, vel impudens procacitas, vel ejus, quod conſequi non licet, impetrabilis indulgentia.

Non tollit, Vid. differentiam, in qua *Condictio ob turpem cauſam.* & differentiam, in qua *Munera pro adminiſtranda juſtitia.*

LIBERI ſequuntur conditionem matris, ſive ſit contractum matrimonium, ſive non ſit.

Rittershuſius in *libr. d. differ. jur. Civ. & Can. 2.c.7. ex Cujacio ad c. un. d. nat. ex lib. ventr.* hanc conſignat differentiam. Sed enim aut non neceſſum eſt illam differentiam ſejungere à differentia, in qua *Matrimonium adeo eſt juris q.* nam nihil aliud concludit, quam matrimonium jure Canonico permiſſum non impedire, quin liberi inde nati matris conditionem ſequantur. Aut ſi ſtatuenda eſt differentia, reſtringitur ad caſum, quo pater fuerit ſervus, quia ſi mater fuerit ſerva, applicari poteſt regula *pr.I. d.ingen.* quâ calamitas matris non debet ei nocere, qui in utero eſt. Si denique pater fuerit ſervus & mater fuerit ſerva, non intereſt, cujus conditionem liberi inde nati ſequantur.

Matrem ſequuntur, ſi matrimonium non ſit contractum.

LINEA recta etiam admittit matrimonium, nam in computatione canonica in quarto, quinto, ſexto & ulterioribus gradibus admittuntur perſonæ, inter quas habetur parentum & liberorum reſpectus. Ne autem fumum vendere videamur Pontificiis, cum Sithmanno in *idea arb.conſ.& aff.c.3.num. ult.* adducimus textum ipſius Gregorii *c.9. d.conſang.* ubi ait; Vir, qui à ſtipite quarto gradu, & mulier, quæ ex alio latere diſtat quinto, ſecundùm regulam approbatam, quâ dicitur: Quoto gradu remotior differt à ſti-

Longè major eſt penes Legiſtas, quàm Canoniſtas veritatis honeſtas, & divinæ legis obſervantiæ religio, & quidem optimè jus Civile ab hiſce abſurditatibus abhorret, ac non tam ex numero perſonarum generationum conjunctionē improbat, quàm ex parentum & liberorum habito reſpectu, Sithman. *d.loc. num.26.* Sic Connanus *libr. comm. jur. Civ.8. c.5. num.3.* Tantam patrum cum filiis familiaritatem non placere naturæ vel hoc exemplo doceri poteſt, quod refert Suetonius in Claudio: Feminam, inquit, non agnoſcentem filium ſuum dubiâ utrinq; argumentorum fide ad confeſſionem compulit indicto matrimonio juvenis. Non ta-

Inter eas perſonas, quę parentum liberorumque locum inter ſe obtinent, veluti inter patrem & filiam, avum & neptem, vel matrem & filium, aviam & nepotem, atq; ita in infinitum prohibitum eſt matrimonium, cujus ratio non inconcinna eſt apud Manzium ad *§.1.I.d.nupt. num.3.* deſumpta ex lege divina, quâ ſcriptum eſt, relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, *Geneſ.2.* relinquendi ſunt igitur in hac conjunctione pater & mater, i.e. omnes, qui parentum, & per conſequens liberorum locum

Digitized by Google

pite & à quolibet per aliam lineam deſcendentium, ex eodem poſſunt licitè matrimonialiter copulari.

men probo illud ejuſdem Connani, quod ibidem ſubſtituit. Si permitterentur hæ nuptiæ, ex diſcrepantium ætatum conjunctione nimiùm imbecilles partus ederentur; parentum enim jam provecta ætas adoleſcentulorum matrimoniis haud bene conveniret. Hic enim metus non eſt duntaxat lineæ rectæ, ſed etiam in extraneis ſuadet, ne tot annis diſpares matrimonium contrahant. Adhæc linea recta non tantùm vetat matrimonium inter annis diſpares, ſed etiam inter eos, qui annis convenirent.

obtinent, *Levit.* 18.

LITE pendente aliquid innovari poteſt, *cap. Tenor literarum. X. d. ſent. & re jud.*

Imò & jure Canonico lite pendente nihil debere innovari ejus in Decretalibus integer eſt titulus, è cujus *cap.* 2. conſtat, quòd accuſatus de adulterio ad ſeparationem tori non debeat lite pendente poſſeſſione conjugali aut commercio carnali privari. Non obſt. *d. cap. Tenor literarum.* ubi mulier ſecunda privatur jure ſuo ante finem cauſæ, quia matrimonium, cujus uſus prohibetur, fuit contractum lite pendente, & ita non erat poſſeſſio à jure approbata. Secus eſſet, ſi conjuges lite pendente eſſent in quieta & juſta poſſeſſione, Ungebaur ad *d. tit. num.* 6. Inde, quod lite pendente nihil innovari poſſit, edictum alienationis judicii mutandi cauſâ factæ ad præſentia judicia non pertinet, ſed ad futura, Weſenb. *ad ff. h. t. num.* 5. à quo cum diſſenſum extorquere conatur Bachovius in *not. lit. b.* non diſſentit, quia non hoc quæritur, an dominium transſeat, vel tranſeat tantùm poſſeſſio, ſed an id, quod tranſit, eò quòd lite pendente nihil ſit innovandum, habeatur, ac ſi non tranſiiſſet, quia, ut ipſe Bachovius ait, ſemel cœptum & inchoatum judicium, licet fuerit res in alium tranſlata, continuatur.

Sive prima ſit inſtantia, ſive ſecunda, præjudicium fieret ei, adverſùs quem agitur, & ei, qui agit, arg. *l. un. ff Nihil innovari appell. interpoſ.*

LITIS conteſtatio eſt conſequens narrationis, Gloſſa ad *c. un. X. d. lit. conteſt.*

Ex *d. c. un.* pateſcit litis conteſtationem demum ſequi narrationem, nam narratio conſiſtit in poſitionibus & reſponſionibus hinc inde coram Judice factis, per quas non litem conteſtamur, ſed demum per petitionem in jure propoſitam.

Eſt narratio, Lis enim tunc conteſtata videtur, cum Judex per narrationem negotii cauſam audire cœperit, *l.* 1. *C. d. lit. conteſt.*

LITIS conteſtatio in cauſa matrimoniali non eſt neceſſaria, *c. ult. §. porro. X. ut lit. non cont. non proc. ad teſt. recept.* Vid. Rittershuſium in *libr. d. diff. jur. Civ. & Can.* 5. *c.* 20.

Nulla eſt differentia, alioqui pugnaret *d. c. ult. cum c.* 1. *X. eod.* In *c. ult.* eſt caſus ſpecialis, & in relatione ad reum, qui per contumaciam abeſt; An matrimonium ſit legitimum vel non; citra litis conteſtationem quæritur, cujus rationem addit Innocent. III. ne propter longam moram fornicationis occaſio vel viro vel mulieri præbeatur. In *d. c.* 1. autem agitur non de fœdere ſeu validitate matrimonii, ſed de crimine adulterii, per quod non ad conjunctionem, ſed ad ſeparationem matrimonii tenditur.

Res in judicium deducta non videtur, ſi tantùm poſtulatio ſimplex celebrata ſit, vel actionis ſpecies ante judicium reo cognita, *l.* 1. *C. d. lit. conteſt.*

Litis conteſtatio ſi facta ſit in prima inſtantia, in cauſa appellationis omitti poteſt, quia durat poſt ſententiam, & extendit ſuum effectum ad cauſam appellationis, Mynſing. *cent.1. obſ.1. n.3. & 4.* Gail. *libr. 1. obſ. 76. num.1.* ubi eam rationem adfert, quòd appellationis cauſa diverſa quidem ſit inſtantia, tamen eadem cauſa ſit, per *text. in cap.per tuas X.d.appell.*

Gail. in *d. obſ. num. 5.* vult talem cauſam, in qua in ſecunda inſtantia lis conteſtata non eſt, ſi ad Cameram devolvatur, ſententiâ cõfirmari vel reformari poſſe non attento eo, quod in cauſa appellationis omiſſa ſit litis conteſtatio. Hodie autem ex noviſſima ordinatione Cameræ *part. 3. tit. 32.* §. Wo aber *&c.* in Camera litis conteſtatio ſemper fit in omnibus cauſis per appellationem à definitiva vel interlocutoria ad Cameram dovolutis.

Litis conteſtatio in prima & ſecunda inſtantia eſt neceſſaria, quia eſt fundamentũ judicii per petitionem actoris in jure propoſitam & congruam rei reſponſionem ſubſequutam, animo litis conteſtandæ factam, *l.2. in pr. C.d.jurejur.propt. cal. dand. & l. rem non novam.14. §.patroni. C.d.Judic.* Vid. Arnoldum de Reyger in *proceſſ. judic. diſp.10.th.2.*

Liti ſe offerens non perinde tenetur, ac ſi rem poſſideret, *c. Eccleſia.X. ut lit. pend. c. & ne ſi Epiſcopum.26.q.6.*

Hanc equidem differentiam notat Rittershuſ. *libr. d. diff. jur. Civ. & Can.5. c.15. & 16.* ſed loca ab ipſo allegata partim non invenio: partim nihil aliud dicunt, quàm eos, qui rem litigioſam alienant, ita ut redhiberi non poſſit, debere æquivalentem ſubſtituere in locum illius, quam alienare non poterit: Quomodo autem hic delictum perſonæ redundet in damnum Eccleſiæ, exſculpere non poſſum: Etenim nec nos aſſerimus rem Monaſterii poſſe alienari, ſed in locum illius rei aliam ſubſtitui.

Tenetur ac ſi rem, qua de agitur, poſſideret, *l. is qui ſe.25. ff.d. R.V. l. qui ſe litt.ff.d.pet.hered.*

Locatio cenſetur fieri ad triennium, *c.ambitioſæ.X.d.reb.Eccl.*

Hæc differentia non arguit differentiam Juris, ſed differentiam rerum, in quibus locatio conſtituitur. Deinde juris Canonici eſt diverſum tempus, & circa idem tempus diverſa determinatio. Nam olim diverſum erat tempus, quo ad ſeptennium cenſebatur conceſſa locatio, *clem.1.d.reb.Eccl.* Circa idem tempus diverſa erat determinatio in iis rebus Eccleſiæ, quarum fructus ſingulis annis percipitur, & in iis rebus, ex quibus triennio elapſo utilitas ſemel exoritur: has enim ad novennium elocare licet, Covarruvias *d. 2.reſol.c 15.num.6.*

Tempus biennii debet obſervari, *l.56.ff.locat.*

Locatio ita ſe habet, ut in eam veniat præſtatio culpæ leviſſimæ: ſic in *c.propter.3. X. d. loc. cond.* diſtinguitur inter ſterilitatem caſu fortuito & culpâ coloni contingentem.

Nulla eſt differentia, quia in fructibus percipiendis lata equidem culpa attenditur: in perceptis levis & leviſſima culpa vix diſtingui poſſunt: nam nullâ diligentiâ ſterilitas, quæ vitio rei ſeu caſu fortuito contingit, emendari poteſt. Ita in *l.15 §. ult. ff. h. t.* nullâ diligentiâ repentini incendii caſus arceri potuit, ideoque colono, ſi prædium

Conductor tenetur tantùm de levi culpa, quia mutua locatoris & conductoris utilitas in hoc contractu verſatur, *l.5.§.2.ff.commod.*

coluit, ſubveniendum eſt. Deinde in iis contractibus, in quibus non præſtatur culpa leviſſima, culpa leviſſima ſub caſu fortuito continetur, *arg.l.3.§.1.ff.naut.caup.ſtabul.ut rec.reſt.* Denique in locatione conductione ex natura contractus præſtatur culpa levis, ex natura ejus, quod in contractum venit, leviſſima *arg.l.25.§.pen.ff.eod.*

LOCATIO non eſt contractus conſenſualis, quia in inſtrumento conficitur, *c.inter dilectos.6.X.d.fid.inſtrum.*

Nulla eſt differentia, nam quoad jus Canonicum locatio præceſſit inſtrumentum, ita ut locatio non ſit confecta in inſtrumento, ſed inſtrumentum ſuper locatione ante inita fuerit confectum. Adhæc aliud eſt locationem contineri in inſtrumento: aliud confici per inſtrumentum. Quoad jus Civile ſpectanda eſt ipſa natura contractuum, ut à ſe invicem diſtinguantur, non declaratio, quæ ſequitur contractum, & ſcripturam requirit vel probationis causâ *arg.l.4.in pr.ff pro ſoc.* vel neceſſitatis majoris causâ, ut ſi ex intervallo conſenſus declaretur, quamvis enim hæc declaratio per nuncium fieri poſſit; major tamen videtur neceſſitas fieri per ſcripturam. Adhæc ſpectanda eſt iterum natura contractuum, non obſtinata voluntas contrahentium, qui non alio modo, quàm ſcripturâ interveniente, contrahere volunt, nam ſcriptura interveniens non tollit, ſed auget conſenſum. Denique ſecuritas non contractus, ſed pacti interdum requirit ſcripturam, *arg.l.1.C.d.jur.emph.*

Eſt conſenſualis, quia ſufficit eos, qui locationem-conductionem celebrant, conſentire. *t.t.I.d.Oblig. ex conſ.*

LOCATIO rerum Eccleſiæ non poteſt fieri ad longum tempus, *clem.1.d.reb.Eccl.non alien.* in quâ prohibetur edicto, ne quis religioſus monaſterio, prioratui, Eccleſiæ, ſeu adminiſtrationi cuivis præſidens jura, reditus aut poſſeſſiones ejusdem alicui ad vitam ejus, ſeu aliud certum tempus pecuniâ etiam inde receptâ, quovis modo concedat, niſi neceſſitas aut utilitas monaſterii, prioratus Eccleſiæ, aut adminiſtrationis hujuſmodi hoc expoſcat: conventûs ſui, aut ſi conventum non habeat, Prælati proprii aſſenſu ad hoc nihilominus accedente.

Jus Canonicum eſt inſtar Amphionis, qui quemadmodum in cœlo poetico circumvolitatur; ita jus Canonicum in zelo clericali circumvolutatur; ut etiam non neceſſaria animadvertat. Nam 1. ſi conſideretur natura locationis rerum Eccleſiæ, nulla eſt differentia. 2. ſi conventio privata, etiam nulla eſt differentia, quia utroque jure hanc conventionem privatam aut neceſſitas aut utilitas exigit. 3. quorum conſenſus deſideretur, jus Canonicum exprimit, Civile ſubaudit. 4. Minus ambigitur circa jus Civile, quod emphyteuſin Eccleſiaſticam non extendit ad perſonam privatam, quàm circa jus Canonicum, quod inter perſonam privatam & aliam Eccleſiam, cui locatio rerum Eccleſiæ fiat, non diſtinguit. 5. Si aliquid definire voluit jus Canonicum illud erat definiendum, *An ſi locatio rei Eccleſiaſticæ fiat ad longum tempus, totum vitietur, an verò ſubſiſtat, ad novennium à jure conceſſum?* Qua de re poſtquam Peckius ad *c.utile.d R.J.in 6.n.4.* pugnantes propoſuit ſententias, negationem cum dictione illa *aliquod.* etiam in qualibet minima parte vult verificari. Et eſt ratio, quia non eſt niſi unica

Poteſt fieri ad longum tempus, *Nov.55.c.2.* in quo ut aliis omnibus de jure Emphyteuſeos ſancitis & in ſanctiſſima majore Eccleſia & in aliis omnibus venerabilibus domibus proprium robur habentibus licentia ſit ſanctiſſimis Eccleſiis & venerabilibus domibus ad invicem emphyteuſin perpetuam agere.

unica conceſſio, & ſic cum peccet in forma, in totum vitiatur. Aliud eſt ſi cuæ locationes ſint diſtinctæ, diverſis temporibus factæ, & quarum ſingulæ per ſe conſiderantur. Vid. Covarruviam *libr. var. reſ. 2. c. 16.*

LOCATIONI per Prælatum Eccleſiæ factæ ſucceſſor ſtare non tenetur, *c. præſenti. d. offic. ord. in 6.*

Nulla eſt differentia, ſed diſtinguendū cum Oſtermanno *Colleg. Colon. vol. 1. diſp. 29. th. 24.* Vel enim locatio facta eſt in rebus Eccleſiæ ad Eccleſiam, non ad Prælati dignitatem pertinentibus nomine Eccleſiæ: aut facta eſt in rebus Prælatum concernentibus. Priori modo recedere non licet ſucceſſori, ſed ei eſt ſtandum, licet non poſteriori modo. Vid. Covarruviam *2. reſol. c. 15. num. 6.*

Stare tenetur, ſive ei ſit utilis, ſive inutilis, cum ſit adminiſtrator Eccleſiæ ſimilis tutori ex ratione *l. 8. ff. d. adm. & peric. tut.*

LOCUS non fit religioſus privatâ authoritate per illationem mortui, ſed per ſolius Epiſcopi conſecrationem, *t. t. X. d. ſepult.*

Non o. *c. fraternitatem. 3. X. d. ſepult.* quia aſſignatio loci poteſt fieri certæ familiæ, ſed tamen autoritate publicâ.

Hodie defertur juri Canonico, & vel per Epiſcopum vel ordinarium Magiſtratum locus ſepeliendis mortuis rite deſtinatur *c. adhæc. 4. X. d. relig. dom.* Et verò haberet locius, de quo quereretur, ſi ſe invito in communem locum inferretur, Et periret cultus religionis, ſi cuivis in quovis angulo locum religioſum facere liceret. Vid. differentiam, in qua *Sepultura [illegible] in Templis.* Illud hic explicare nequeo, quod poſt Beſoldum in *diſſert. d. jur. & div. rer. num. 5.* vult Manzius *ad d. §. 9* cœmiteria apud Catholicos (ita vocat Pontificios) non tantùm religioſa ſed ſacra eſſe. Utcunque enim largiar convenire ſacrum & religioſum in cauſa efficiente, quatenus utrumque autoritate publicâ conſtituitur; non tamen in cauſâ finali, niſi ſepulturæ hominum deſtinatum divino Numini conſecratum dicamus. In alia, propter quæ Epiſcopi Conſecratio requiritur, vel adhiberi non poſſe volunt, ut ſi parvuli ſine baptiſmo moriantur, non inquiro.

Locũ religioſum unusquisque ſua voluntate facit, *§. 9. I. d. R. D.* Vid. Zœſium ad *tit. ff. d. religioſ. & ſumpt. fun. num. 6.*

LOCUS ſacer diruto templo aut igne exuſto non ampliùs ſacer manet, ſed de novo conſecrari debet, *c. Eccleſiis. 20. d. conſecr. diſt. 1.* niſi tectum duntaxat corruiſſet, parietibus illæſis manentibus, *c. ligneis. X. d. conſecr.*

Quid ſit conſecratio & quid novæ conſecrationis religioni deferendum alii reſpondeant. Diſcrimen inter tectum & parietes fundant, quia in parietibus fiunt cruces & unctiones.

Locus in quo ædes ſacræ ſunt ædificatæ, etiam diruto ædificio, ſacer adhuc manet, *§. 8. in fin. I. d. R. D. l. 73. in princ. ff. d. C. E.* Vid. *ad d. §. 8.* Manzium in *n. 19* ubi acerbè in Lutheri & ejus aſſeclarum apoſtaſiam invehitur; an juſtè? vid. differentiam, in qua *Sacra res ab Hæreticis &c.*

LOGICAM non curet JurisConſultus, *c. vino inebriantur. diſt. 37.*

Et jus Civile curat Logicā, quamvis idem in *l. 6. §. 7. ff. d. excuſ.* aſſeveret raros eſſe, qui philoſophantur, quod non vergit in philoſophantium pudorem, ſed vergit in elogium, quo in *l. gen. C. d. his, qui-*

Logicam curet JurisConſultus, ſi diſputandi artem, quâ veritas luculentior apparet, *l. 2. § ex* [illegible]

bus ut

bus ut ind. Marcus Princeps ſe vocat Philoſophiæ plenum. Sic jus Canonicum in *c. ſi quis. d. diſt. 37.* Si quis artem grammaticam noverit, vel Dialecticam, ut rationem rectè loquendi habeat, & inter falſa & vera dijudicet, non improbamus. Non obſt *d. c. vino inebriantur.* quod prohibet ſimulatam philoſophiam, de qua in *l. 1. §. 1. ff. d. J. & J.* ſeu cavillandi artificium, de quo in *l. 65. ff. d. R. J.* Sic ait Card. Mantica in *conject. ultim. volunt.* Verbis ſubtiliter non eſt dialecticandum. Et quid aliud indigetant canonis verba. Sicerâ inebriantur, qui ſeculari abutuntur ſapientia, & Dialecticorum tendiculis, quæ non tam vincula ſunt appellanda, quam phantaſmata, i.e. umbræ quædam & imagines, quæ citò pereunt & ſolvuntur. Eandem vini comparationem uſurpat Pontifex in *c. etſi Chriſtus. X. d. jurejur.* ubi ad exemplum vini juramentum quidem per ſe malum non eſt, cum ſit confirmatio veritatis, ſed tamen prohibetur ex cauſa, quoniam ex frequenti & incauta juratione perjurium ſæpe contingit. Quantum ſpernenda ſit diſputandi imperitia, vid. Rubertum *libr. 1. animadv. c. ult.* ubi tamen quòd introducat Cujacium, qui Bituriges adventans ibidem à congrediente in eas anguſtias ſit conjectus, ut cum ejus objecta & argumenta, quibus urgebatur, nullo modo diluere poſſet, neque haberet, in quam ſe partem verteret, morbo correptum ſe ſimulans, inde vix cœpto congreſſu terga dare & ex ſuggeſtu turpiter ſe proripere eſt coactus, ei reſpondet Mercator in notatis ſuis ad has animadverſiones.

legibus. d. Q. J. l. cum quidam. 19. ibiq. Jaſon in 6. notab. d. lib. & poſth. l. Oſidius. 97. d. leg. 3. Otto Tabor in *loc. comm. Jurupr. ex axiom. Barboſ. libr. 4. c. 34.*

LOQUI quis poteſt id, quod non ſentit, Antoninus in *Diana Panormitani in voc. Aequivocatio.*

Non arbitratur Tubero quenquam dicere, quod non ſentit, *l. 7. ff. d. ſupell. leg.*

Antoninus *d. loc.* ita rem explicat, poteſt aliquis ex juſta cauſa abſque mendacio aliqua verba uſurpare, etiamſi ex ſua ſignificatione non ſint ambigua, & in alium ſenſum detorquere aliquo addito in mente proferentis retento; non quidem ad fallendum, ſed ad occultandum veritatem, quam non expedit manifeſtare. Sic Sacerdos interrogatus de peccato in confeſſione audito poteſt reſpondere ſe nihil tale in confeſſione audiſſe, ſubintelligendo tanquam privatum hominem. Item qui aliqua bona abſcondit ſibi neceſſaria, ne à Creditore capiantur, & ſic mendicare cogatur, poteſt interrogatus à Judice jurare ſe nulla habere abſcondita, ſubintelligendo quæ manifeſtare teneatur. Hæc & ſimilia exempla ſi non omnino improbamus, ſaltem in medio relinquimus. Ceterùm jus Civile probat Solon, qui ſapienter olim dixit: Oratio ſive ſermo imago eſt operarum & factorum. Apud Græcos in proverbium ceſſit, talis hominibus fuit oratio; qualis vita. Et verò quantumvis quis vellet loqui, quod non ſentit, animi motum vultus detegeret, *l. 19. §. 1. d. off. Præf.* Hinc Romulus vaſa fictilia volebat ſono & percuſſu, hominem ſermone eſſe explorandum. Hinc illa Politicorum obſervatio, juxta quam ut pulcritudo corporis aptâ compoſitione membrorum movet oculos & delectat hoc ipſo, quòd inter ſe omnes partes cum quodam lepore conſentiant; ſic hoc decorum, quod elucet in vita, movet approbationem eorum, quibuſcum vivitur, ordine ac conſtantia & moderatione dictorum omnium atque factorum. Hinc illud Senecæ in epiſtolis, quære quid ſcribas, non quemadmodum, & hoc ipſum, non ut ſcribas, ſed ut ſentias: ut illa, quæ ſenſeris, magis applices tibi & velut ſignes. Cujuſcunque orationem videris ſolicitam & politam, ſcito animum quoque non puſillis eſſe occupatum. Oratio vultus animi eſt: ſi circumtonſa eſt & manu facta & fucata, oſtendit quoque illum non eſſe ſincerum & habere aliquid fracti. Quæ alia in apertum per notas exeant, Vid. Philipp. Camerarium *hor. ſubſciſ. cent. 1. c. 57.* Reinholdum Condit, Poruſſum *libr. d. fid. publ. 1. c. 3. lit. a.* Non o. quòd facta magis probent voluntatem, quàm verba, *l. 48. §. 3. d. Ædil. edict.* Quòd res magis, quàm verba, intuenda, *l. 41. ff. d. jur. dot.* Quòd verba cum effectu ſint accipienda, *l. 5. §. 2. Ne quis eum, qui*

in jus voc.&c. l.1.§.2. quod quisque jur.in ali.&c. Reſp. hæc eſſe intelligenda, ubi verba non ſufficiunt: ubi autem illa ſufficiunt, qui aliud dixit, quàm vult: neque id, quod vox ſignificat, dixit, quia non vult; neque id, quod vult, quia id non loquitur, *l.3.ff.d.reb.dub.* quia quilibet loqui præſumitur, quod ex his, quæ ſignificantur, ſenſit, *l.125.d.V.S.* Adhæc, An quis loqui videatur, quæ ſentit, conſtantia ejus, qui nihil ſilentio involvit, omnia, quæ condidit, iterum promit, indigetat. Talis erat conſtantia, tam exacta gravitas in Eraſmo Roterodamo, quâ majorem à Philoſopho non deſiderares, *l.18.in pr. d. ædil.ed.* Ei cum deferretur Cardinalium dignitas, delatam ſponte renuebat: unde Italus quidam de eo dicebat, Eraſmum eſſe ſapientem beſtiam, qui eo ultro oblato uti neſciret, quod alii precio ac precibus adeò ambirent, neque tamen vel ſic impetrarent ſæpe. Forſan ideo quòd interdum tales creari Cardinales contingit, qui omnibus pudori ſunt & ludibrio. Hoornbeck in *diſp. ad Bull. Innoc. X. th.X.* non dicit Franciſcum Rapacciolum, lintearii alicuius filium: Johannem Jacobum Panzirolum, Sartoris; Martium Zimeti, Inſtitoris: ſed dicit Lælium Falconerium, qui literarum adeò rudis erat, ut vix nomen ſuum proprium legere vel ſcribere quiverit: Franciſcum Barberinum adoleſcentem, Cardinalem factum ab Urbano VIII. cui pædagogum addere opus habuit Aſcanium Filomarinum, poſtea quoque Cardinalem. Denique etiam quis loquitur, quod non loquitur. Papæ, qui creant Cardinales, in more habent, ut alios in pectore ſervent, ſuo tempore nominandos. Uti Paulus III. quando in tertia Cardinalium creatione duodecim in ordinem iſtum cooptaſſet, tres alios ſibi in pectore reſervavit, nominandos per Imperatorem, Regem Francorum, & Remp. Venetam. Ita quoque Innocentius in prima quidem creatione Cardinalem Cecchinum cogitabat ſed quem demum in ſecunda elegit.

LUDI ſcenici prohibentur, *c.qui die.d.conſecr. diſt. 2. c.his igitur. diſt. 23. c. in pœnitentia. d. pœnitentia.diſt.5.* qui ludi omnes publicos indigetant, non attento diſcrimine, quod faciebat vetuſtas.

Athletas Sabinus & Casſius reſponderunt omnino artem ludicram non facere: virtutis enim gratiâ hoc facere, & generaliter ita omnes opinantur, & utile videtur, ut neque Thumelici, neque Exuſtici, neque Agitatores, nec qui aquam equis ſpargunt, ceteraq; eorum miniſteria, qui ſacris certaminibus deſerviunt, ignominioſi habeantur, *l.4. in pr.ff.d. his, qui not.inf.*

Et hæc differentia referri poteſt inter celebriores congreſſus, qui juri Civili ſunt cum Canonico. Jus Canonicum ſimulat ſanctitatem, imbuit ſeveriores animos, ad omnia ſeculi avocamenta hortatur, ſuamq; gloriam reputat ab iis, quæ ſeductioni ſunt obnoxia, eſſe remotum. Verùm ſub hoc fuco quæ deformia educat monſtra: in quam facinorum aſſurgit molem: quibus diſcriminibus ſalutem mortalium committit? Cuncta ſi ſubdolæ ſuæ intentioni æquaremus, vel ludi eſſent ſcenici, vel eorum eventum repræſentarent. Plurima ſui experimentum præberent. Palmarium eſt in ſolennitate Jubilæi, quam primus excogitavit Bonifacius VIII. Cauſa fuit ſtudium colligendæ pecuniæ, quod Gregorius voluit inſtitui anno centeſimo, Clemens VI. quinquageſimo. Urbanus tamen, teſte Chamiero, *d. Anti-Chriſto libr. 16. cap. 17. num.8.9.10.* credidit iterum contrahendum tempus. Et prætexens Chriſtum vixiſſe annis tribus & triginta ſancivit, ut deinceps Jubilæorum tantum eſſet interſtitium: mortuus tamen citiùs, quàm ut ſuo commento frui poſſet: quod Bonifacio IX. recens electo commodum evenit, quem Theod. à Niem. *libr.1.c.68.* vocat voraginem inſatiabilem, & nullum ei fuiſſe ſimilem avaritiâ. Sic quum A.1600. Romæ celebratus eſſet Jubilæus, infinitâ undique adventantium multitudine, ſequentibus annis effusè vagatus eſt per Europam: Galliæ certè non paucas civitates. Jubilæus ergò Romæ quidem fuit plena

Digitized by Google

bus ut ind. Marcus Princeps ſe vocat Philoſophiæ plenum. Sic jus Canonicum in *c. ſi quis. d. diſt. 37.* Si quis artem grammaticam noverit, vel Dialecticam, ut rationem rectè loquendi habeat, & inter falſa & vera dijudicet, non improbamus. Non obſt *d. c. vino inebriantur.* quod prohibet ſimulatam philoſophiam, de qua in *l. 1. §. 1. ff. d. J. & J.* ſeu cavillandi artificium, de quo in *l. 65. ff. d. R. J.* Sic ait Card. Mantica in *conject. ultim. volunt.* Verbis ſubtiliter non eſt dialecticandum. Et quid aliud indigetant canonis verba. Sicerâ inebriantur, qui ſeculari abutuntur ſapientia, & Dialecticorum tendiculis, quæ non tam vincula ſunt appellanda, quàm phantaſmata, i. e. umbræ quædam & imagines, quæ citò pereunt & ſolvuntur. Eandem vini comparationem uſurpat Pontifex in *c. etſi Chriſtus. X. d. jurejur.* ubi ad exemplum vini juramentum quidem per ſe malum non eſt, cum ſit confirmatio veritatis, ſed tamen prohibetur ex cauſa, quoniam ex frequenti & incauta juratione perjurium ſæpe contingit. Quantum ſpernenda ſit diſputandi imperitia, vid. Rubertum *libr. 1. animadv. c. ult.* ubi tamen quòd introducat Cujacium, qui Bituriges adventans ibidem à congrediente in eas anguſtias ſit conjectus, ut cum ejus objecta & argumenta, quibus urgebatur, nullo modo diluere poſſet, neque haberet, in quam ſe partem verteret, morbo correptum ſe ſimulans, inde vix cœpto congreſſu terga dare & ex ſuggeſtu turpiter ſe proripere eſt coactus, ei reſpondet Mercator in notatis ſuis ad has animadverſiones.

legibus. d. O. J. l. cum quidam. 19. ibiq. Jaſon in 6. notab. d. lib. & poſth. l. Oſidius. 97. d. leg. 3. Otto Tabor in *loc. comm. Jurupr. ex axiom. Barboſ. libr. 4. c. 34.*

Loqui quis poteſt id, quod non ſentit, Antoninus in *Diana Panormitani in voc. Aequivocatio.*

Antoninus *d. loc.* ita rem explicat, poteſt aliquis ex juſta cauſa abſque mendacio aliqua verba uſurpare, etiamſi ex ſua ſignificatione non ſint ambigua, & in alium ſenſum detorquere aliquo addito in mente proferentis retento; non quidem ad fallendum, ſed ad occultandum veritatem, quam non expedit manifeſtare. Sic Sacerdos interrogatus de peccato in confeſſione audito poteſt reſpondere ſe nihil tale in confeſſione audiſſe, ſubintelligendo tanquam privatum hominem. Item qui aliqua bona abſcondit ſibi neceſſaria, ne à Creditore capiantur, & ſic mendicare cogatur, poteſt interrogatus à Judice jurare ſe nulla habere abſcondita, ſubintelligendo quæ manifeſtare teneatur. Hæc & ſimilia exempla ſi non omnino improbamus, ſaltem in medio relinquimus. Ceterùm jus Civile probat Solon, qui ſapienter olim dixit: Oratio ſive ſermo imago eſt operarum & factorum. Apud Græcos in proverbium ceſſit, talis hominibus fuit oratio; qualis vita. Et verò quantumvis quis vellet loqui, quod non ſentit, animi motum vultus detegeret, *l. 19. §. 1. d. off. Præſ.* Hinc Romulus vaſa fictilia volebat ſono & percuſſu, hominem ſermone eſſe explorandum. Hinc illa Politicorum obſervatio, juxta quam ut pulcritudo corporis aptâ compoſitione membrorum movet oculos & delectat hoc ipſo, quòd inter ſe omnes partes cum quodam lepore conſentiant; ſic hoc decorum, quod elucet in vita, movet approbationem eorum, quibuscum vivitur, ordine ac conſtantia & moderatione dictorum omnium atque factorum. Hinc illud Senecæ in epiſtolis, quære quid ſcribas, non quemadmodum, & hoc ipſum, non ut ſcribas, ſed ut ſentias: ut illa, quæ ſenſeris, magis applices tibi & velut ſignes. Cujuscunque orationem videris ſolicitam & politam, ſcito animum quoque non puſillis eſſe occupatum. Oratio vultus animi eſt: ſi circumtonſa eſt & manu facta & fucata, oſtendit quoque illum non eſſe ſincerum & habere aliquid fracti. Quæ alia in apertum per notas exeant, Vid. Philipp. Camerarium *hor. ſubſciſ. cent. 1. c. 57.* Reinholdum Condit, Poruſſum *libr. d. fid. publ. 1. c. 3. lit. a.* Non o. quòd facta magis probent voluntatem, quàm verba, *l. 48. §. 3. d. Ædil. edict.* Quòd res magis, quàm verba, intuenda, *l. 41. ff. d. jur. dot.* Quòd verba cum effectu ſint accipienda, *l. 5. §. 2. Ne quis eum, qui*

Non arbitratur Tubero quenquam dicere, quod non ſentit, *l. 7. ff. d. ſupell. leg.*

in jure

in jus voc.&c. l.1.§.2. quod quisque jur.in alt.&c. Reſp. hæc eſſe intelligenda, ubi verba non ſufficiunt: ubi autem illa ſufficiunt, qui aliud dixit, quàm vult: neque id, quod vox ſignificat, dixit, quia non vult; neque id, quod vult, quia id non loquitur, *l.3.ff.d.reb.dub.* quia quilibet loqui præſumitur, quod ex his, quæ ſignificantur, ſenſit, *l.125.d.V.S.* Adhæc, An quis loqui videatur, quæ ſentit, conſtantia ejus, qui nihil ſilentio involvit, omnia, quæ condidit, iterum promit, indigetat. Talis erat conſtantia, tam exacta gravitas in Eraſmo Roterodamo, quâ majorem à Philoſopho non deſiderares, *l.18.in pr. d. ædil.ed.* Ei cum deferretur Cardinalium dignitas, delatam ſponte renuebat: unde Italus quidam de eo dicebat, Eraſmum eſſe ſapientem beſtiam, qui eo ultro oblato uti neſciret, quod alii precio ac precibus adeò ambirent, neque tamen vel ſic impetrarent ſæpe. Forſan ideo quòd interdum tales creari Cardinales contingit, qui omnibus pudori ſunt & ludibrio. Hoornbeck in *diſp. ad Bull. Innoc. X. th.X.* non dicit Franciſcum Rapacciolum, lintearii alicuius filium: Johannem Jacobum Panzirolum, Sartoris; Martium Zimeti, Inſtitoris: ſed dicit Lælium Falconerium, qui literarum adeò rudis erat, ut vix nomen ſuum proprium legere vel ſcribere quiverit: Franciſcum Barberinum adoleſcentem, Cardinalem factum ab Urbano VIII. cui pædagogum addere opus habuit Aſcanium Filomarinum, poſtea quoque Cardinalem. Denique etiam quis loquitur, quod non loquitur. Papæ, qui creant Cardinales, in more habent, ut alios in pectore ſervent, ſuo tempore nominandos. Uti Paulus III. quando in tertia Cardinalium creatione duodecim in ordinem iſtum cooptaſſet, tres alios ſibi in pectore reſervavit, nominandos per Imperatorem, Regem Francorum, & Remp. Venetam. Ita quoque Innocentius in prima quidem creatione Cardinalem Cecchinum cogitabat ſed quem demum in ſecunda elegit.

LUDI ſcenici prohibentur, *c.qui die.d.conſecr. diſt. 2. c.his igitur. diſt.23. c. in pœnitentia. d. pœnitentia.diſt.5.* qui ludi omnes publicos indigetant, non attento diſcrimine, quod faciebat vetuſtas.

Athletas Sabinus & Caſſius reſponderunt omnino artem ludicram non facere: virtutis enim gratiâ hoc facere, & generaliter ita omnes opinantur, & utile videtur, ut neque Thumelici, neque Exuſtici, neque Agitatores, nec qui aquam equis ſpargunt, ceteraq; eorum miniſteria, qui ſacris certaminibus deſerviunt, ignominioſi habeantur, *l.4. in pr. ff. d. his, qui not.inf.*

Et hæc differentia referri poteſt inter celebriores congreſſus, qui juri Civili ſunt cum Canonico. Jus Canonicum ſimulat ſanctitatem, imbuit ſeveriores animos, ad omnia ſeculi avocamenta hortatur, ſuamq; gloriam reputat ab iis, quæ ſeductioni ſunt obnoxia, eſſe remotum. Verùm ſub hoc fuco quæ deformia educat monſtra: in quam facinorum aſſurgit molem: quibus diſcriminibus ſalutem mortalium committit? Cuncta ſi ſubdolæ ſuæ intentioni æquaremus, vel ludi eſſent ſcenici, vel eorum eventum repræſentarent. Plurima ſui experimentum præberent. Palmarium eſt in ſolennitate Jubilæi, quam primus excogitavit Bonifacius VIII. Cauſa fuit ſtudium colligendæ pecuniæ, quod Gregorius voluit inſtitui anno centeſimo, Clemens VI. quinquageſimo. Urbanus tamen, teſte Chamiero, *d. Anti-Chriſto libr. 16. cap. 17. num.8.9.10.* credidit iterum contrahendum tempus. Et prætexens Chriſtum vixiſſe annis tribus & triginta ſancivit, ut deinceps Jubilæorum tantum eſſet interſtitium: mortuus tamen citiùs, quàm ut ſuo commento frui poſſet: quod Bonifacio IX. recens electo commodum evenit, quem Theod. à Niem. *libr.1.c.68.* vocat voraginem inſatiabilem, & nullum ei fuiſſe ſimilem avaritiâ. Sic quum A.1600. Romæ celebratus eſſet Jubilæus, infinitâ undique adventantium multitudine, ſequentibus annis effusè vagatus eſt per Europam; Galliæ certè non paucas civitates. Jubilæus ergò Romæ quidem fuit plena

bus ut ind. Marcus Princeps ſe vocat Philoſophiæ plenum. Sic jus Canonicum in *c. ſi quis. d. diſt. 37.* Si quis artem grammaticam noverit, vel Dialecticam, ut rationem rectè loquendi habeat, & inter falſa & vera dijudicet, non improbamus. Non obſt. *d. c. vino inebriantur.* quod prohibet ſimulatam philoſophiam, de qua in *l. 1. §. 1. ff. d. J. & J.* ſeu cavillandi artificium, de quo in *l. 65. ff. d. R. J.* Sic ait Card. Mantica in *conject. ult. im volunt.* Verbis ſubtiliter non eſt dialecticandum. Et quid aliud indigetant canonis verba. Sicerâ inebriantur, qui ſeculari abutuntur ſapientia, & Dialecticorum tendiculis, quæ non tam vincula ſunt appellanda, quàm phantaſmata, i. e. umbræ quædam & imagines, quæ citò pereunt & ſolvuntur. Eandem vini comparationem uſurpat Pontifex in *c. etſi Chriſtus. X. d. jurejur.* ubi ad exemplum vini juramentum quidem per ſe malum non eſt, cum ſit confirmatio veritatis, ſed tamen prohibetur ex cauſa, quoniam ex frequenti & incauta juratione perjurium ſæpe contingit. Quantum ſpernenda ſit diſputandi imperitia, vid. Rubertum *libr. 1. animadv. c. ult.* ubi tamen quòd introducat Cujacium, qui Bituriges adventans ibidem à congrediente in eas anguſtias ſit conjectus, ut cum ejus objecta & argumenta, quibus urgebatur, nullo modo diluere poſſet, neque haberet, in quam ſe partem verteret, morbo correptum ſe ſimulans, inde vix cœpto congreſſu terga dare & ex ſuggeſtu turpiter ſe proripere eſt coactus, ei reſpondet Mercator in notatis ſuis ad has animadverſiones.

legibus. d. O. J. l. cum quidam. 19. ibiq. Jaſon in 6. notab. d. lib. & poſth. l. Oſidius. 97. d. leg. 3. Otto Tabor in *loc. comm. Jurupr. ex axiom. Barboſ. libr. 4. c. 34.*

LOQUI quis poteſt id, quod non ſentit, Antoninus in *Diana Panormitani in voc. Aequivocatio.*

Antoninus *d. loc.* ita rem explicat, poteſt aliquis ex juſta cauſa abſque mendacio aliqua verba uſurpare, etiamſi ex ſua ſignificatione non ſint ambigua, & in alium ſenſum detorquere aliquo addito in mente proferentis retento; non quidem ad fallendum, ſed ad occultandum veritatem, quam non expedit manifeſtare. Sic Sacerdos interrogatus de peccato in confeſſione audito poteſt reſpondere ſe nihil tale in confeſſione audiſſe, ſubintelligendo tanquam privatum hominem. Item qui aliqua bona abſcondit ſibi neceſſaria, ne à Creditore capiantur, & ſic mendicare cogatur, poteſt interrogatus à Judice jurare ſe nulla habere abſcondita, ſubintelligendo quæ manifeſtare teneatur. Hæc & ſimilia exempla ſi non omnino improbamus, ſaltem in medio relinquimus. Ceterùm jus Civile probat Solon, qui ſapienter olim dixit: Oratio ſive ſermo imago eſt operarum & factorum. Apud Græcos in proverbium ceſſit, talis hominibus fuit oratio; qualis vita. Et verò quantumvis quis vellet loqui, quod non ſentit, animi motum vultus detegeret, *l. 19. §. 1. d. off. Præſ.* Hinc Romulus vaſa fictilia volebat ſono & percuſſu, hominem ſermone eſſe explorandum. Hinc illa Politicorum obſervatio, juxta quam ut pulcritudo corporis aptâ compoſitione membrorum movet oculos & delectat hoc ipſo, quòd inter ſe omnes partes cum quodam lepóre conſentiant; ſic hoc decorum, quod elucet in vita, movet approbationem eorum, quibuscum vivitur, ordine ac conſtantia & moderatione dictorum omnium atque factorum. Hinc illud Senecæ in epiſtolis, quære quid ſcribas, non quemadmodum, & hoc ipſum, non ut ſcribas, ſed ut ſentias: ut illa, quæ ſenſeris, magis applices tibi & velut ſignes. Cujuscunque orationem videris ſolicitam & politam, ſcito animum quoque non puſillis eſſe occupatum. Oratio vultus animi eſt: ſi circumtonſa eſt & manu facta & fucata, oſtendit quoque illum non eſſe ſincerum & habere aliquid fracti. Quæ alia in apertum per notas exeant, Vid. Philipp. Camerarium *hor. ſubſciſ. cent. 1. c. 57.* Reinholdum Condit, Poruſſum *libr. d. fid. publ. 1. c. 3. lit. a.* Non o. quòd facta magis probent voluntatem, quàm verba, *l. 48. §. 3. d. Ædil. edict.* Quòd res magis, quàm verba, intuenda, *l. 41. ff. d. jur. dot.* Quòd verba cum effectu ſint accipienda, *l. 5. §. 2. Ne quis eum, quâ*

Non arbitratur Tubero quenquam dicere, quod non ſentit, *l. 7. ff. d. ſupell. leg.*

ſo jur.

Digitized by Google

In jus voc.&c. l.1.§.2. quod quisque jur.in alt.&c. Reſp. hæc eſſe intelligenda, ubi verba non ſufficiunt: ubi autem illa ſufficiunt, qui aliud dixit, quàm vult: neque id, quod vox ſignificat, dixit, quia non vult; neque id, quod vult, quia id non loquitur, *l.3.ff.d.reb.dub.* quia quilibet loqui præſumitur, quod ex his, quæ ſignificantur, ſenſit, *l.125.d.V.S.* Adhæc, An quis loqui videatur, quæ ſentit, conſtantia ejus, qui nihil ſilentio involvit, omnia, quæ condidit, iterum promit, indigetat. Talis erat conſtantia, tam exacta gravitas in Eraſmo Roterodamo, quâ majorem à Philoſopho non deſiderares, *l.18.in pr. d. ædil.ed.* Ei cum deferretur Cardinalium dignitas, delatam ſponte renuebat: unde Italus quidam de eo dicebat, Eraſmum eſſe ſapientem beſtiam, qui eo ultro oblato uti neſciret, quod alii precio ac precibus adeò ambirent, neque tamen vel ſic impetrarent ſæpe. Forſan ideo quòd interdum tales creari Cardinales contingit, qui omnibus pudori ſunt & ludibrio. Hoornbeck in *diſp. ad Bull. Innoc. X. th.X.* non dicit Franciſcum Rapacciolum, lintearii alicuius filium: Johannem Jacobum Panzirolum, Sartoris; Martium Zimeti, Inſtitoris: ſed dicit Lælium Falconerium, qui literarum adeò rudis erat, ut vix nomen ſuum proprium legere vel ſcribere quiverit: Franciſcum Barberinum adoleſcentem, Cardinalem factum ab Urbano VIII. cui pædagogum addere opus habuit Aſcanium Filomarinum, poſtea quoque Cardinalem. Denique etiam quis loquitur, quod non loquitur. Papæ, qui creant Cardinales, in more habent, ut alios in pectore ſervent, ſuo tempore nominandos. Uti Paulus III. quando in tertia Cardinalium creatione duodecim in ordinem iſtum cooptaſſet, tres alios ſibi in pectore reſervavit, nominandos per Imperatorem, Regem Francorum, & Remp. Venetam. Ita quoque Innocentius in prima quidem creatione Cardinalem Cecchinum cogitabat ſed quem demum in ſecunda elegit.

LUDI ſcenici prohibentur, *c.qui die.d.conſecr. diſt. 2. c.bis igitur. diſt. 23. c. in pœnitentia. d. pœnitentia. diſt.5.* qui ludi omnes publicos indigetant, non attento diſcrimine, quod faciebat vetuſtas.

Et hæc differentia referri poteſt inter celebriores congreſſus, qui juri Civili ſunt cum Canonico. Jus Canonicum ſimulat ſanctitatem, imbuit ſeveriores animos, ad omnia ſeculi avocamenta hortatur, ſuamq; gloriam reputat ab iis, quæ ſeductioni ſunt obnoxia, eſſe remotum. Verùm ſub hoc fuco quæ deformia educat monſtra: in quam facinorum aſſurgit molem: quibus diſcriminibus ſalutem mortalium committit? Cuncta ſi ſubdolæ ſuæ intentioni æquaremus, vel ludi eſſent ſcenici, vel eorum eventum repræſentarent. Plurima ſui experimentum præberent. Palmarium eſt in ſolennitate Jubilæi, quam primus excogitavit Bonifacius VIII. Cauſa fuit ſtudium colligendæ pecuniæ, quod Gregorius voluit inſtitui anno centeſimo, Clemens VI. quinquageſimo. Urbanus tamen, teſte Chamiero, *d. Anti-Chriſto libr. 16. cap. 17. num.8.9.10.* credidit iterum contrahendum tempus. Et prætexens Chriſtum vixiſſe annis tribus & triginta ſancivit, ut deinceps Jubilæorum tantum eſſet interſtitium: mortuus tamen citiùs, quàm ut ſuo commento frui poſſet: quod Bonifacio IX. recens electo commodum evenit, quem Theod. à Niem. *libr.1.c.68.* vocat voraginem inſatiabilem, & nullum ei fuiſſe ſimilem avaritiâ. Sic quum A.1600. Romæ celebratus eſſet Jubilæus, infinitâ undique adventantium multitudine, ſequentibus annis effusè vagatus eſt per Europam: Galliæ certè non paucas civitates. Jubilæus ergò Romæ quidem fuit plena

Athletas Sabinus & Caſſius reſponderunt omnino artem ludicram non facere: virtutis enim gratiâ hoc facere, & generaliter ita omnes opinantur, & utile videtur, ut neque Thumelici, neque Exuſtici, neque Agitatores, nec qui aquam equis ſpargunt, ceteraq; eorum miniſteria, qui ſacris certaminibus deſerviunt, ignominioſi habeantur, *l.4. in pr. ff. d. his, qui not. inf.*

vindemia, deinceps verò per totam Europam racematio. Verùm ut propiùs differentiæ accingamur, illa reſolvi poteſt cum ex parte ſubjecti, tum ex parte prædicati. Ex parte ſubjecti ſi reſolvatur, nulla apparet. Nam ſi homo conſideretur in genere, ſive Laicus ſive non, jus Civile & Canonicum prohibitione mutuâ conveniunt. Jus Canonicum in *d.c. qui die.* vult eum, qui die ſolenni prætermiſſo Eccleſiæ conventu ad ſpectacula vadit, debere excommunicari. Jus Civile in *l.2. C. d. feriis.* diei Dominicæ obſervantiam præcipit. Facit *l.30. C. d. Epiſc. & Cler.* & manifeſtiſſima eſt *l. ult. C. d. tit. d. feriis.* in qua hujus religioſi diei otia relaxantes obſcœnis quenquam non patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem die ſibi uti vindicet ſcena theatralis, aut circenſe certamen, aut ferarum lacrymoſa ſpectacula. Si homo conſideretur non Laicus in *d. c. his igitur.* Clericis lege patrum cavetur, ut à vulgari vita ſecluſi à mundi voluptatibus ſe abſtineant: non ſpectaculis, non pompis interſint. Sic in *d. can. in pœnitentia.* ad imitationem Clericorum pœnitentes à mundi voluptatibus ſe abſtineant. Jus Civile in *l.29. C. d. tit. d. Epiſc. & Cler.* vult eos, qui in monaſteriis degunt, poteſtatem inde exeundi non habere. Hinc ſequetur, ſi poteſtatem inde exeundi non habent, & tamen ludis ſcenicis intereſſe queant, in monaſteriis ludos ſcenicos inſtitui, & ita ludorum ſcenicorum cum monaſteriis eſſe communionem: cum tamen Imper. Leo in *l.26. C. eod* decreverit, ut poſthac neque monachi, neque quicunque alii, cujuscunque ſtatûs atque fortunæ in ædes publicas, vel in quæcunque loca populi voluptatibus fabricata venerabilem crucem & ſanctorum martyrum reliquias illicitè inferre conentur, vel occupare audeant ea, quæ vel ad publicas cauſas, vel ad populi oblectamenta conſtructa ſunt. Cum enim religioſæ ædes non deſint: poſſunt ibi, conſultis priùs, ut oportet, religioſiſſimis Epiſcopis, reliquias ſanctorum martyrum, non quorundam uſurpatione, ſed arbitrio reverendiſſimorum Antiſtitum collocare. Ideo patientiam & modeſtiam ſuam, quam leges noſtræ & publica diſciplina, & ipſorum monachorum nomen expoſcit, ſtudioſè unusquisque tam monachus, quàm cujuslibet alterius profeſſionis, retineat, & perpetuò obſervare procuret. Subſumit Odofredus ad eam, Clericos non debere intendere his, quæ aguntur in foro ſeculari, arg. *l.17. in pr. C. eod.* Si ex parte prædicati reſolvatur differentia, non quidem eo hiſtoriæ ambitu, quem texit Tertullianus in *libr. d. ſpectacul.* è quo unus locus *cap.20.* quatuor fuiſſe ſpectaculorum genera indigerat in his verbis *Nunquid ergo extra limites Circi furori ſtudemus: extra cardines theatri impudicitiæ: inſolentiæ extra ſtadium: immiſericordiæ extra amphitheatrum.* Vid. Pamelium ad *d. Tertullianum*, Raderum in *prolegom. ad Martial. c.5.6. ult.* Non juxta ludorum originem, quæ accepta feratur Romulo Regi, Conſualibus celebratis. Non præmiſsâ longiori vocis notatione, de qua Roſinus *libr. antiq. Roman. 5. c.1.* Sufficiat ſcire ludos fuiſſe Romanis publicas celebritates, quæ vel placandæ Deûm iræ, vel pro ſalute populi, vel gratiæ populi demerendæ causâ ſunt editæ. Finis eorum erat tum religio quædam, quâ antiqui opinabantur ſeſe Diis rem gratam illis ludis tanquam promiſſam facturos: tum populi voluptas, cui & Reges & Reſpublicæ & Imperatores maximè ſtudebant, quo homines voluptate demulſi in officio continerentur. Fuerunt etiam ludi privati, quos miratur Demſterus in *paralip. ad d. Roſini locum* eos, qui de ludis Romanis ſcripſerunt, omiſiſſe. Quicquid ſit, cauſas non attendimus; effectus prohibemus. Quæ prohibitio eſt vel totalis, vel partialis, vel ſuâ naturâ partialis affectu fieri poteſt totalis. Secundùm ultimm prohibuit, quod notat Demſterus *d. loc.* luſum latrunculorum Jacobus, potentiſſimus Britannorum Monarcha, in regio ſuo munere, ac penitùs ejus uſum filio interdixit, quòd attentiùs multò eo implicetur animus, quàm ſtudiis etiam acrioribus. Hoc tamen non adeò urget, quoniam in controverſia circa ludos ſcenicos, qui eis adeſſe poſſint vel non, celebritates publicæ intelliguntur. Secundùm mediam prohibitionem, quæ eſt partialis, conſultius prohibuiſſent priſci Romani ludos ſcenicos. Etenim, quod ex Ariſtotele, Polydoro Virgilio, Ludovico Vive & aliis colligitur, quantumvis apud victos ſuperſtitione animos inter alia cœleſtis iræ placamina ludi ſcenici parvis initiis inſtituti fuerint, & acciti ex Etruria ludiones, qui ſine carmine ullo & ſine imitandorum carminum actu ad tibicinis modos

faltantes

ſaltantes haud indecoros motus more Thuſco darent; eos tamen juvenes inconditis inter ſe jocularia fundentes verſibus imitari cœpere: nec abſoni à voce motus erant. Tandem a ſano initio res in nimiam & vix opulentis regnis tolerabilem inſaniam venit. Secundùm primam prohibitionem, quæ eſt totalis, intelligenda eſt differentia, in qua *Venatio arenaria eſt &c.* Quanquam enim debeamus imitari Pictores, qui longâ intentione hebetatos oculos ad ſpecula quædam & virores colligunt; ſic nos in jocoſis animum defeſſum, ne ſi ſeriis ſemper occupati ſimus, nobis accidat, quod arcubus, qui perpetuò contenti franguntur, quæ verba Amaſis apud *Herodotum in Euterpe.* non tamen in cruenta, non in illicita ruamus, ſed ea aut damnemus, aut ſi tolli nequeunt, abſentiâ noſtrâ ſpernamus. Mimis olim & hiſtrionibus licentia erat maxima. Nullis abſtinebant obſcœnis & turpibus ſpectaculis, interque deteſtanda Saturnalia, Bacchanalia & Floralia, quæ in honorem Floræ repræſentabantur, quam deam cum non aliter venerarentur impudicæ actrices, unum tamen Catonem ſunt reveritæ, quo præſente agere recuſarunt, ſed vir hic laſcivos ludorum motus abhorrens, ne præſentiâ ſuâ ſpectaculi conſuetudinem impediret, è theatro diſceſſit. In rem præſentem omnino Perezius ad *tit. C. d. ſpectacul. lib.* 11. *n.* 12. 13. Spectacula, quæ bonis ac pudicis moribus obſunt, authoritate magiſtratûs tollantur. Cùm nihil ſit, inquit Seneca, tam damnoſum bonis moribus, quàm in aliquo ſpectaculo deſidere: Comœdiæ tragædiæque ita repræſentant ſcelera, ut doceant. Cauſas adfert Cyprianus ad *Donatum epiſt.* 1. Adulterium docetur, dum videtur exhiberi, & lenocinante ad vitia publicæ authoritatis malo, quæ pudica fortaſſe ad ſpectaculum matrona proceſſerat, de ſpectaculo revertitur impudica. Dum inhoneſta & turpia riſum excitant, conſenſum trahunt & ſuo pondere pravitas in opus inclinat. Prodeunt homicidæ, parricidæ, inceſtuoſi; & ad imaginem veritatis exprimunt facinora aliquando commiſſa, ne ſeculis tranſeuntibus exoleſcant, ſic ut admoneatur omnis ætas auditu fieri adhuc poſſe, quod factum eſt, & ſcelera nunquam oblivione obrui aut tempore mori. Quòd ſi magiſtratus hac in re conniveat, Principis eſt curare, ut ſpectacula & omnes ludi, quibus puræ animæ infici poſſunt, tollantur, indictaque pœnâ prohibeantur. Sic Rex noſter prudentiſſimè edicto ſuo vetuit comædias tragædiasve ullas exhiberi, vel mutas etiam repræſentationes, aut cantilenas ſine prævia cenſorum viſitatione & admiſſione, qui non tam in verba, ſed & modos & geſtus inquirant. Accedit alia ratio prohibitionis, quòd hiſtriones quæſtuariâ ſuâ arte civitatum pecunias ſenſim exhauriant, & veluti à voluptate ſopitis civibus extorqueant, Hactenus Perezius. Ita Theod. Ebertus *part.* 3. *juven. philoſ. ogdoad.* 2. *q.* 3. (ne de antiquorū ſcurris, qui apud Demſterum *d. loc.* in duplici erant genere, copreis & paraſitis quid addam) diſtinguit inter jocos obſcœnos, & non obſcœnos. Obſcœnus erat ſacrificuli, qui obeſus æſtate ſacra faciens togam non induit, ſed ſindoni ſimplici veſtes ſacras injecit. Plebs, cui ea res indigna Chriſtianis ceremoniis videbatur, parochum admonuit, ut rei ſacræ majorem haberet rationem; perfrictæ cujusdam frontis id eſſe indicium, ſi quis communem hanc omnibus humanam verecundiam abjiceret. Verùm ille nihil abſterritus, Num, inquit, hactenus me puduit, qui ſemper verenda ſindone celavi? Liberum vobis tum demum ſit, me deferre ac damnare etiam impudentiæ, ſi hæc unquam oculis veſtris patuerint. Quidam igitur clam æditum pactâ mercede conduxit, ut acu pallam ſacram, quàm albam vocant, ſindoni parochi conjungat. Id ubi in ſumma quadam celebritate, majorique hominum frequentiâ contigit, ſacrificus ante altare peracto ſacro exutus, cum ſindonem ſimul cum palla ad caput traxiſſet, nec tectus eſſet fœminalibus, quæ, velanda aliàs, cum ſummo dedecore ſacerdotis apparuerunt. Hæc quidem Ebertus, ſed non inde jocos obſcœnos in ludis ſcenicis, ſed in Eccleſia patratos exterminat. Sub finem nonnemo interroget, Quis in Republ. prohibitionem totalem & partialem ſecernat? Ariſtoteles, quod notat Caſus in *ſphær. civis. libr.* 5. *c.* 8. requirit, ut gravis cenſor, & vigilans inſpector morum in civitate qualibet habeatur, qui obſervet Lynceis oculis potiſſimùm eos, qui Reipubl. parum accommodatè vivunt: nemo in civitate inutile pondus eſſe debet, nemo inſigniter flagitioſus: cogendi ergò ſunt mali ad cenſuram, cogendi ad ratio-

Digitized by Google

nem vitæ. Boves ſine ſtimulo, ſegnes ſine flagello, mali cives ſine cenſoris virgula rariſſimè ſuum munus & officium præſtant; ſi non ſit in adminiſtratione civitatis diſciplina, naſcetur ex otio periculoſa civium motumque licentia: hoc verò otium maxime tum evenit, cum magnam Reip. partem ſecundo flatu exultantem, & fortunâ ferocientem videris. Cujus mali primum remedium eſt particulis civitatis contrariis rerum agendarum curam mandare, imperiaque tradere; quod ſi non feceris, cicadæ otioſæ exedent fructum, & formicæ laborantes ſuſtinebunt eſuriem. Obſervabit ex eodem Caſo Cenſor, Latentes & occultas impetigines ſæpe in lepram totius corporis ſerpere: ita quidem malorum mica in molem converti poteſt. Grana veneni nonnunquam vitam tollunt, ſic minima mala civitatem. In malis non pondus, ſed virus: non magnitudo, ſed contagio: non ſpecies, ſed pernicies, quæ ex illis oritur, ſpectari debet.

LUPANARIA Eccleſia ac totius orbis Catholici principes permittunt, non quòd illud peccatum approbent, ſed ut adulteria, inceſtus, atque alia luxuriæ crimina compeſcant. Hinc apud Horatium:

Sententia dia Catonis
Nam ſimul ac venas inflavit tetra libido,
Huc Juvenes æquum eſt deſcendere, non alienas
Permolere uxores.

Et D. Auguſtin. *libr.* 2. *d. ordine* ſcribit: Tolle meretrices & Sodomiâ totus efficietur reprobus. Hinc Solon Athenienſis primus emptas meretrices juventuti comparavit, ut effuſo illic libidinis impetu quid turpius cogitare deſiſterét, quod Lud. Cælius *libr.* 8. *lect. antiq. c.* 4. & Alex. ab Alex. *libr.* 4. *c.* 1. adnotarunt. Poteſt & hoc comprobari ex *c. duo mala.* 13. *diſt.* & ex Ariſtot. *libr.* 5.

Nulla eſt differentia: imò, ſi dicendum eſt verum, lupanaribus præ Canonico jus Civile magis indulget; nam fornicationi nullam pœnam, ſtatuit: eam, quæ potantibus miniſterium præbuerit, à judiciaria ſeveritate & ſtupri & adulterii immunem præſtat, quippe quam vitæ vilitas dignam legum obſervatione non credidit, *l.* 29. *C. ad l. Jul. d. adult.* imò in lupanarium quem poſſe honeſtè venire tradit *l.* 21. §. *pen. ff. d. recept.* Sic penſiones, quæ ex locationibus prædiorum urbanorum perceptæ ſunt, reſtituendæ veniunt, licet à lupanario perceptæ ſint, *l.* 27 *in* §. *l.* 52: 56. *d. hered. petit.*

Non o. *l.* 4. §. 3. *ff. d. cond. ob turp. cauſ.* in qua turpiter facit meretrix, quod ſit meretrix. Reſpond. idem §. non tamen turpiter accipit, cum ſit meretrix. Severius animadvertit jus Canonicum *c. meretrices.* 32. *q.* 4. in qua meretrices eſſe & ad meretrices accedere prohi-

Juſtinianus in *auth. d. lenon.* lupanaria ſuſtulit, dum ſtatuit, ne cui liceat lenocinium exercere, domique, vel in luſtris concluſas mulieres habere & publicè proſtituere. Quinimò apud Ædiles profitebantur mulieres nomen & flagitium, veniaque ab illis concedebatur, ut corpus evulgare poſſent. Vid. Tacit. *libr.* 2. *annal. ad fin.* Menoch. d. loc.

Non o. *l.* 200. *d. R. J.* in qua quotiens nihil ſine captione inveſtigari poteſt: eligendum eſt, quod minimum habet iniquitatis R. Hoc idem probatum jam eſt ex jure Canonico & ex Ariſtotelis Ethicis. Forſan reſponderi poſſet ex Covarruvia *tom.* 1. *d. ſponſal. part.* 1. *c.* 4. *num. ult.* aliud eſt offerre materiam minoris mali: aliud inducere

Eth. c. 3.

Digitized by Google

Eth. c. 3. quo in loco inquit: minus malum boni vicem habere, ſi majori malo comparetur. Vid. Menochium *d. arbitr. Judic. caſ. 535. n. 12. & ſeqq.*

bet Dominus. Non diffitetur jus Canonicum multa aliquando tolerari ac permitti permiſſione comparativâ, quæ potius ſit tolerantia, ut magis illicitum evitetur: idem tamen dicit, cum multa per patientiam tolerentur, ea ſic tolerari, ut non deducantur in judicium, nam deducta in judicium exigente juſtitiâ tolerari non poſſent, *c. cum jam dudum. 18. X. d. præbend.* Qui tractant hanc quæſtionem, eant per ſingula: interrogent eos, qui lupanaria erant ingreſſi, fatebuntur ſe reperiſſe vulpeculas, quæ capiſtrum ſapientibus injiciant, initia amoris magno opere mirentur. Quàm conniveant, jam abnuant, iterum alia ſimulent, ut patentiori hiatu ſe marſupium explicet. Si manus, quam materna fortè indulgentia unxit, verecundetur, parem verecundiam induunt: & donec hominem totum exenterent, feſtivi doli conſilia captant. Si imprudentiam Amaſii fingere nitantur, nondum expugnati, ultimâ lubidine nondum cæcutientes; paullum & illæ meditantur, & quaſi deſpicatui obnoxię auriculam vellicant, è medio in angulum abducunt: tandem liberiori priùs collo laqueum parant. Ita qui ſuo unius conſilio evaſiſſent, alieno ſuccumbunt. Qui lupanaria quæſiverunt, clandeſtinos lupanarium aditus damnant, abominantur: dum cogitant exilium, inducias paciſcuntur: dum redire nolunt, ſe emanere poſſe pernegant. Reduces facti quamprimum vernam ſuum in limine offendunt, eidem, quot caloribus fuerint elegantes, quot nunc frigoribus algeant, narrant: ſupparum vix ſupereſſe, quo latus, ſcortilli petulantiâ fatigatum, tegant. Nullum eſſe ingenium, quod has verſutias declinet: imò non eſſe, quod eventus harum intelligat. Suffarcinatum fuerit ante hanc militiam variis eduliis corpus: nunc ſtomacho eſuriales eſſe ferias: deeſſe obolum, quó viriculas reſumat. Qui mundo ludibrium, membris tremorem, ſanitati querelam, animæ interitum debere vult, lupanaria ſectetur. Brevi lingua hærebit: è vultu rubor emicabit: quid porro ſit agendum, vacillanti ægrè conſtabit. Studioſus, cui pax ſtudii fuiſſet tranquillior, deſperatâ metâ

Ad Cannas Mithridaticumque bellum

è fumanti latibulo turbulentus contendet. Quò pauci contendant, voluptas ſpreta impediat.

ad minùs malum, ut majus evitetur. Sed reſp. eligendum eſt quod minimum habet iniquitatis, niſi utrumque evitari poſſit: vel niſi utrumq; malum ſit culpæ: nam in malo pœnæ qui fuſtigationem meruit, non ultimum ſubit ſupplicium. Non ergo neceſſum eſt cum Menoch. *d. loc. n. 15.* interrogare, quâ in civitatis & oppidi parte collocari lupanaria debeāt. Vide Dionyſ. Gothofredum ad *l. 4. C. d. ſpectac. lib. 11. lit. b.* Deinde etiamſi lupanaria eſſent permiſſa, fruſtra hæc interrogatio formaretur. Exēplo apud Speidelium in *Notab. Jurid. Hiſtor. polit. lit. H. n. 51.* eſt urbs Pariſienſis, in qua olim proſtibula & lupanaria in ultimis partibus civitatis erant certis locis finita; hodie verò exinde contagio per omnia urbis viſcera diffuſa usque adeò referta eſt ejusmodi rebus, ut quamvis omnium mercimoniorum genere abundet, hoc tamen etiam redundet.

Lusus aleæ eſt prohibitus, *c. Clericis. d. imm.*

Nulla eſt differentia. Nam jus Canonicum diverſas perſonas, jus

Et ipſi humanitati quid concedendum eſt, We-

Eccleſ. in 6. c. Clerici. 15. X. d. vit. & honeſt. Cler.

Civile diverſum finem excepit. Deinde illa exceptio juris Canonici juri Civili in *leg. fin. Cod. d. epiſc. audac. Nov.* 123. c. 10. imò juri recentiori in *Nov. Leonis.* 87. eſt communis. Diverſæ ſunt perſonæ Laicorum & Clericorum, quia illorum non tam arcta eſt & triſtis vita. Si verò Clerici, ſacri ordinis homines, aleæ vacent, rem maximâ pœnâ dignam audent, quam inde æſtimat Zœſius (an ex mente noſtrorum Theologorum) ad *tit. Decretal. X. d. vit. & hon. Cleric. num.* 12. ne manum, Dominici corporis immaculatæ hoſtiæ oblatricem, ſimul & linguam inter Deum & hominem mediatricem, hujsmodi ludibrii contaminatione fœdent. Malo alteram, ſi aliqua placere poteſt, quâ Clerici cum tranquilla mente, animoque à contemplandis rebus divinis immoto, quantum naturæ humanæ poſſibile eſt, ſummo iſti bono inhæreſcere deberent, è contrario malè ad ludos deproperarent. Vel licet Clericos divinæ ſuæ non morarentur contemplationes, quin cum alea ludentibus ſe recreare poſſent; moraretur tamen temporis jactura, ob quam etiam Doctoribus, Profeſſoribus & liberalium artium ſtudioſis ludus aleæ prohibitus videtur. Accedit, quòd Clerici debeant eſſe ſpeculum vitæ noſtræ, arg. *c. 1. & 4. diſt.* 38. & aliorum errores corrigere, *c. qualiter. X. d accuſat.* imò dicitur in *c. qualiter. 24. X. eod.* quòd ſint quaſi ſignum poſitum ad ſagittam, cum etiam ex ſimilibus geſtis per Clericos inſurgat quædam detrectatio & vilipendium Ordinis Clericalis, *d. c. Clerici. X. d. t. d. vit. & hon. Cleric.* Subſumit Ludvvell *in d. diſp. th.* 34. Inſurgant leges armatæ: nefarios nefariorum auſus inhibeant: ubi nunc Sacerdotum puritas & decus, ubi fervor! tantum abeſt, ut aleatorum cœtus vitare nefas hodie dum ducant, ut & cum aviditate omnimoda res omnium rerum importuniſſimas ſpectent, ipſimet manus, oculos, aures damnatis his ludis polluant, omnia minima maxima, non cum officia ſolùm miniſtrorum verbi divini in Academiis Candidati ambiunt, verùm & tum cum miniſtri audiunt, perpetrare nefariè non erubeſcunt. Subſumebat Rex Angliæ Eadgarus in *oratione ad Clerum Anglicanum, quæ extat in Bibliotheca Patrum,* Dicam, dicam, quod boni lugent, mali rident, dicam dolens (ſi tamen dici poteſt) quomodo diffluant in commeſſationibus & ebrietatibus, in cubilibus & impudicitiis, ut jam domus Clericorum putentur proſtibula meretricum, conciliabulum hiſtrionum. Ibi aleæ, ibi ſaltus, ibi cantus, ibi usque ad medium noctis ſpatium protractæ in clamore & horrore vigiliæ. Sic ſic patrimonia Regum, Eleemoſynæ pauperum, imò, quod magis eſt, illius pretioſi ſanguinis pretium profligatur. Adhoc ergo exhauſerunt Patres noſtri theſauros ſuos? Ad hoc fiſcus regius detractis reditibus multis detumuit? Ad hoc Eccleſiis Chriſti agros & poſſeſſiones regalis munificentia contulit? ut delitiis Clericorum meretrices ornentur? luxurioſa convivia præparentur? canes & aves & talia ludicra comparentur? ubi gladius Levi & Zelus Simonis. &c. Ego Conſtantini, vos Petri gladium habetis in manibus. Jungamus dexteras, gladium gladio copulemus, ut ejiciantur extra caſtra leproſi, ut purgetur Sanctuarium Domini, & miniſtrent in templo filii Levi, qui dixit Patri & Matri, neſcio vos, & fratribus, ignoro illos. Juris Civilis Interpretes admittunt ludos laudis & honoris, qui animum ædificant, mentem reficiunt, corpus roborant, virtutis propriæ ſunt incitamentum, *l. qua actione. 7. §. ſi quis. 4. ff. ad L. Aquil. l. un. C. d. Athlet. libr. 10. l. 2. 3. ff. d. aleat. l. fin. C. eod.* ubi quinque ludos ſine dolo & callidis machinationibus ludere permittitur. Pari modo in illud familiæ recte ludere permittitur, quod in convivio veſcendi causâ ponitur, *l. 4. ff. d. tit. d. aleat.* Quidam tamen arbitrantur

& hodie

ſenbec. in π. *In jus voc. ut eant, &c.* neque ita ingenuas mentes adſtringendas cenſuit Imperator Juſtin. ut licet alearum luſus penitus ſit prohibitus, *t. t. ff. & C. d. aleat.* nihil tamen recreationi & otio concedendum non putarit, Ludvvell in *diſp. jurid. d. lud. alea & aleat. th.* 35. Vid Zœſium ad *tit. ff. quar. rer. actio non detur. num. ult.*

Digitized by Google

& hodie procedere, ut ne gratiâ commeſſationis quidem in modica quantitate liceat ludere aleâ per *d.l.fin.* Hoc poſito (omni meliori judicio ſalvo) inferre liceret, quòd liberalium artium ſtudioſis non conceſſum aleis vel chartis ad par caponum, anſerum aſſatorum, aut ad aſſatum leporem, aut ad ferculum lampretarum fluviatilium vel piſcium, ita ut ſuccumbens poſtea in jentaculum vel convivium convertat. Non negarent hoc Caniſtę, modò huic jentaculo vel convivio tanquam modiperatores, licet ad tempus parieti mitra appendenda ſit, adhiberentur. Separamus illos aleatores, qui cauponas in emporiis & magnis urbibus frequentant, ut hoſpites & viatores perſuaſione ac blandâ vi ad luſum alearum chartarumque provocent, & ut meliorem dolis ſuis ac inſidiis colorem obtendant, temporis fallendi gratiâ ſe luſuros ſimulant, ut animo honeſto ſcil. hoc ſtudio recreato meliùs poſtea deſiderium prandii vel cœnæ excitetur. Initio hi verſipelles ſe pecuniam perdere doloſè fingunt, falſis poſtea taxillis ſubmiſſis, & arte folia miſcendi, componendi, diſtribuendi expeditiſſimâ ad peram etiam & ſaccum usque nonnunquam incautos colluſores emungunt. Non tunc alteri contingit Ducis Valentini veſtigiis inſiſtere. Ille enim 100000. coronatos luſu amittens, ejus temporis memoriam revocans, quo Parens Alexander VI. in Jubilæo anni 1500. & annis duobus poſt, indulgentiis diſpenſatis Germaniam auro & argento emunxerat, ſubridens dixit: *Hæc ſunt peccata Germanorum.* Quòd ſi victi ludum deſerere velint, his aleatorum tritiſſimis clavo ipſos plus quàm trabali affigunt: cum nimirum, qui non periclitatur, non diteſcere, ex metallicidarum ſententia, atque ibi quærendam togam, ubi eam amiſeris. Verùm res eſt periculi pleniſſima, dum togam amiſſam quærimus, perdimus & tunicam & interulam. Separamus agyrtarum plurimos, homines vafros, hoſpitia & nundinas frequentantes, qui cum chartas à fronte & tergo noverint, ita artificioſè folia miſcere, commixta componere, compoſita diſtribuere didicerunt, ut chartam ſibi indicem vel dominatricem pro lubitu proferre poſſint, ita ut colluſores cæteri ludum planè diſſipatum & malè ſibi cohærentem habeant, atque vix aut ne vix quidem reſpondere poſſint. Separamus denique eos, qui occultam & apertam in taxillis falſitatem fovent: torno eam partem, cui monas reſpondet, excavant, redacto torno per eam, quæ numerum ſenarium indicat, ita ut ad imum ferè numeri monadis tornus pertingat: in fundum loci excavati pauxillum immittunt mercurii vivi, reliquum foraminis cerâ opplentes; mercurius ad numerum monadis immobilis hærere cogitur, ut alea nunquam in numerum ſenarium, verùm in monadem, mercurio naturali gravitate deorſum inclinante, ac numerum ſenarium, cùm levior ea pars ſit, vertente ſurſum volvatur. Ita ad ludum facilè provocent colluſores, atq; agilitate, quâ pollet illa fæx hominum inſigni, mox has, mox iſtas ludentibus aleas ſubſtituunt, ſibi in commodum tempus his falſis reſervatis. Quòd ſi alios deſiderent taxillos, in queis nunquam ſenarium prominere velint, contrariam aggrediuntur operandi viam, ut pró vario operandi modo nunc binarius, nunc ternarius aut quaternarius appareat. Neque facile fraudem ſubodoraberis, cum aliquot & ejusdem generis & ſpeciei in minimis etiam ſibi correſpondentibus taxillos hi impoſtores poſſideant, niſi attentiùs, cum apprehendendi datur poteſtas, & te emungi ſenſeris, pondus rimeris, & in quam partem ſæpius inclinent, conſideres, Occaſione aleæ ad *d. tit. ff. d.aleat. num.*8 9 duo interrogat Zœſius. 1. *An qui juravit ſe ſoluturum, poſſit uti exceptione d.l. Alearum.ult.C.h.t.* 2. *An in caſu, quo quis ſolvere juravit, ſolutum repeti poſſit?* Ad prius reſpondet, videri non poſſe, cum juramentum non ſit de re ex ſe mala aut illicitâ, quòd ſolutio nihil mali involvat: quæ proinde ſervanda, *c.cum contingat.*28.*X.d.jurejur.* Nihil obſt. *d.l.Alearum.* quia promiſſionem non irritat, ſed actionem tantùm ex ea denegat: quæ cum concernat privatam utilitatem jurantis, & in ſolvendo non vertatur præjudicium aliquod animæ, tenetur ſervare juramentum juxta *d.c.*28. Niſi tamen ſecluſo juramento ſubſit culpa, ut quia luſu amiſſa vergunt in detrimentum uxoris, aut aliorum. Ad poſterius reſpondet partim ex ſententia aliorum, qui volunt & ante ſolutionem impetrari relaxationem à juramento poſſe cum effectu, ut ſolvere non teneatur. Ducuntur arg. *c.*6.*X.d.jurejur.* ubi qui juravit ſolvere

Digitized by Google

vere uſuras, poteſt illas ſolutas repetere, & antequam ſolvat, obtinere relaxationem juramenti. Partim reſpondet ex ſententia ſua, Inter hos caſus multum intereſſe diſcriminis: nam in receptione uſurarum peccatum eſt, cum uſurarius licitè eas non recipiat, nec in conſcientia retinere poſſit. Ut Canones à tali juramento abſolutionem indulgeant, & poſt ſolutionem repetere concedant; & hoc ſine detrimento accipientis, cui ad illas nihil eſt juris. Aliud eſt in hoc caſu, quia ludens ſecundùm jus naturæ licitè lucratum accepit, & in foro civili licitè retinet ante ſententiam: ut nihil peccati ſubſit, & nihil ſit cauſæ, quare contra juramentum detur repetitio, aut ante ſolutionem juramenti relaxatio, *d. c.* 28. Niſi juramentum probetur vi aut metu extortum, quæ res dabit relaxationem juſtam & facilem.

M.

MARITO, cui caſtrum vel alius locus, qui annexum habet jus patronatûs, in dotem eſt datus, non competit jus præſentandi, ſed uxori, Abbas ad *c. ult. num. 18. d. conceſſ. præb. & Eccleſ. non vac.* ubi etiam ſcribit, hanc opinionem eſſe ſubtiliorem & elegantiorem.

Videtur præferenda eſſe opinio Abbatis, quam duabus rationibus confirmat, quarum una eſt, quòd ex præſentatione nullum fructum re ipsâ æſtimabilem conſequatur maritus. Altera ratio eſt, quia jus patronatûs non tranſit cum univerſitate in creditorem, *c. cum Bertholdus. 18. d. ſent. & re jud.* Ergo nec tranſire debet in maritum. Nos tamen magis inclinamus in juris Civilis opinionem, non quidem ideo, quòd maritus ſit dominus dotalis, quia conſtat etiam penes uxorem eſſe pro parte dotis dominium, *d. l. quamvis. 75. ibi mulieris tamen eſt. l. cum dos. 7. d. pact. dotal. l. denique* 3. §. 5. in verbis, *quoniam dos ipſius filiæ proprium patrimonium eſt. d. minor. 25. annis. l. pater. 71. d. evict. & dupl. ſtipul. & l. in rebus. 30. C. d. jur. dot.* ſed quia, quod agnoſcit jus Canonicum, jus patronatûs tranſit in conductorem, *c. ex literis. 7. X. h. t. d. jur. patron.* minus autem juris habet conductor in re conducta, quàm maritus in re dotali. Ad poſterioris opinionis rationes & quidem ad priorem reſpondet Ungebaur ad *tit. Decretal. X. d. jur. patron. num. 33.* Licet verum ſit, quòd præſentatio non ſit fructus habilis ad ſuſtentationem onerum matrimonii, tamen ſufficere, quòd ipſa univerſitas, cui cohæret jus patronatûs, ad id ſit habilis. Deinde hoc caſu, ubi univerſitas in dotem datur, non conſiderari jus patronatûs principaliter, ſed ſolùm acceſſoriè. Ad poſteriorem rationem reſpondet idem, aliam rationem eſſe in creditore, & aliam in marito. Creditor enim debito exſoluto ex contractu pignoris vel hypothecæ reſtituere omnes fructus nomine debitoris perceptos ex pignore, vel in ſortem imputare, vel denique fructibus conſumptis æſtimationem eorundem ſolvere tenetur, *l. ſi pignore. 22. §. ſi prædo. 2. ff. d. pign. act. l. ſi dominium. 9. C. d. pign. & hypoth. & l. 1. C. d. diſtr. pign.* Si verò jus patronatûs in creditorem tranſiret, tunc ille præſentationem, tanquam fructum, non poſſet reſtituere, *c. præterea. 4. c. conſultationibus. X. d. tit. d. jur. patron.* neque etiam ſolvere præſentationis æſtimationem, quia præſentatio, cum ſit ſpiritualitati annexa, eſt res inæſtimabilis, *c. d. jure. 16. eod. tit. & c. quæſitum eſt. 5. X. d. rer. perm.*

Marito jus præſentandi competit, quia maritus eſt dominus dotis vivente uxore, *l. ſi ego. 9. §. 1. l. quamvis. 75. d. jur. dot. l. ſi prædium. 23. C. d. tit. & l. dotale. 13. §. dotale. 2. d. fund. dot.* quia etiam maritus ſuum commodum, quod in rebus dotalibus habet, in fructuum perceptione ponit.

MARI-

Digitized by Google

MARITUS accuſans uxorē de crimine adulterii coram Judice ſeculari ad pœnam legitimam infligendam inſcriptionis vinculum debet arripere, ſeque ad pœnam talionis adſtringere, *c. tua. 5. X. d. procur.*

Non o. quòd in *d. c.* etiam coram Judice Eccleſiaſtico inſcriptio ſit neceſſaria. Reſp. Tunc inſcriptio aliud notat, quo deſignatur in ſcriptis nomen, locus, tempus & omnia, quæ comprehenduntur in lege, ut ipſum c. inſcriptionem interpretatur.

Nulla eſt differentia, Nam *l. 6.* ait, Qui confidit accuſationi, calumniæ notam timere non debet: quod explicat *l. 14. §. ult. ff. eod.* ubi Jure mariti qui accuſant, calumniæ periculum non evitant. In hoc tamen manſit differentia; quòd jure Can. teneatur ad pœnam talionis: jure Civili ad pœnam 5. librarum auri ex SC. Turpilliano, *l. 3. §. f. ff. d. præv.* Vid. gloſſ. ad *d. c. lit. K.* Sic nec attendenda eſt differentia, quâ volunt idem privilegium accuſandi, quod maritis eſt conceſſum jure Civili, jure Can. concedi mulieribus, Vid. tamen differentiam, in qua *Uxor maritum accuſat.* Utrumque utroque jure concedi vult. Jac. Gothofredus ad *l. 1. C. ad L. Jul. d. adult. lit. a.*

Ad inſcriptionem non tenetur, *l. 6. C. ad l. Jul. d. adult.* Weſenb. in *π. ad h. tit. n. 17.* Hodie conſuetudine generali omni accuſanti inſcriptionis neceſſitatem eſſe remiſſam contendunt *arg. conſt. crimin. Caroli. V. artic. 12.* Sneid. *ad pr. I. d. ſuſp. tut. num. 5.*

MARITUS bona paraphernalia uxoris adulteræ lucratur, *c. plerumq. X. d. donat. int. V. & U.* Vid. Carpz. in pract. *crim. part. 2. q. 64. num. 20.*

Nulla eſt differentia, quia & jus Canonicum aſſerit, pœnam privationis jurium vel rerum nunquam habere locum, niſi expreſſo jure id caveatur, *c. is qui. 18. d. ſentent. excomm. in 6.* Ad c. reſpond. voce dotalitii non ſignificari paraphernalia uxoris bona, ſed dictionem hanc donationem propter nuptias denotare, Vid. Carpz. *d. loc. num. 27.*

Non lucratur, Rauchbar. *part. 1. q. 47. num. 12. & ſeqq.* quia pœna privationis jurium vel rerum nunquam habet locum, niſi expreſſo jure id caveatur, *Nov. 2. c. 3.* Vid. *Nov. 117. c. 8. l. cum mulier. ff. ſol. matrim. l. conſenſu. 8. C. d. repud.*

MARITUS damnatam adulterii reducere poteſt, ut docet in *c. 9. X. d. ſponſal.* Cujacius.

Jus Civile ſectatur ſeveritatem, ob quam legimus apud Suetonium, Domitianum Imperatorem Equitem Romanum aliquem, cum judicia erant apud equeſtrem ordinem, Judicum albo eraſiſſe ob reductam in matrimonium uxorem, cui dimiſſæ adulterii crimen intentarat. Jus Canonicum ſectatur æquitatem, ob quam maritus non tam reducit dimiſſam in matrimonium, quàm reconciliat & reſtituit in gratiam. Adhæc jure noviſſimo, quod promulgat *Nov. 134. c. 10.* adultera verberata in monaſterium mittatur, quam intra biennium viro recipere licet.

Qui damnatam reducit in matrimonium, lenocinii reus eſt, *l. caſtitati. C. ad L. Jul. d. adult.*

MARITUS eſt caput

Ambo jura conſen-

Mulier familiæ ſuæ

mulieris, *c.1.X.d.frigid.& malef.*

tiunt: Jus Can. dicit, maritũ eſſe caput mulieris, i.e. marito potiùs quàm mulieri eſt credendum. Sic in *continebatur. 6. X. d. deſponſ.imp.* Si vir dixerit, quòd uxorem ſuam cognoverit, & mulier negaverit, viri ſtandum eſt veritati. Jus Civile dicit, Mulierem familiæ ſuæ caput eſſe, non quòd mulier ſola familiam conſtituat, vel quòd præcipuè familiam conſtituat, quia feminarum liberos in familia earum non eſſe, palam eſt, *l.196.ff.eod.* Sed quia mulier cum viro familiam conſtituit. Vid. Gœdd ad *d.§. ult.* Wiſſenbach.*diſp.ad tit.ff d.V.S.39.th.6.* Vel dicitur familiæ ſuæ caput, non familiæ cum viro communis. Vel dicitur, familiæ ſuæ caput, quatenus maſculinum ad utrumque ſexum porrigitur.

caput eſt & finis, *l.195. §.ult.d.V.S.*

MARITUS poteſt etiam poſt quinquennium de adulterio uxoris ſuæ queri & agere ad ſeparationem tori, *c.admonere.33. quaeſt.2. ubi not. vid. Bartolum num.168. & Baptiſt.S.Blaſ. num.164.*

Hæc differentia pendet ex illa generali, in qua *Præſcribi criminibus non poteſt.* Deinde ſi conſiderentur termini oppſiti, plus perſequitur jus Civile, quàm Canonicũ. Civile agit ad divortium: Canonicum ad tori duntaxat ſeparationem. Non obſtat *can.6 in lectum.34.q 2.* in quo maritus nec ante nec poſt quinquennium queri poteſt. Reſpondet Rittershuſius in *Nov.part.4.c.10 num.6.* eſſe exceptionem, ſi mulier per errorem fortè compreſſa ſit ab eo, quem proprium eſſe maritum credebat, vel ſi vir per errorem cum aliena, tanquam uxore ſua, concubuerit. Videndus eſt hac de re elegans commentarius Joann. Coraſii in arreſtum Tholoſanum de quodam Pſeudo Martino Guerre, cujus hiſtoriam etiam attingit Henr Stephanus in *apolog. pro Herodoto.* Referre lubet, Quidam nomine Martinus Guerre relictâ juvene uxore in militiam proficiſcitur. Elapſo demum octavo poſt ejus diſceſſum anno quidam Arnauldus Tillius (ſed ſibi illius Martini Guerre nomen aſſerens, quòd ei omnibus oris lineamentis aſſimilis eſſet) ad illam quum veniſſet, pro marito recipitur, quippe quem eſſe Martinum Guerre non ipſa ſolùm, ſed quatuor ipſius Martini ſorores, aliique nonnulli propinqui, & cum his amici vicinique omnes perſuaſiſſimum haberent. Nam præter illam oris ſimilitudinem, quâ potiſſimùm fretus hoc facinus aggrediebatur, indicia omnia, quæ à vero marito afferri poterant, afferebat: & varia ſuperioris temporis facta dictaque illi in memoriam revocans, ad arcanos usque ſermones ab illa & marito habitos, dum prima in nuptiali thalamo veſtigia ponerent, & ad alia, quorum nox conſcia ſola eſt, progrediebatur. Ea autem partim ex vero marito reſciviſſe, cum quo illi ex commilitio ſumma familiaritas interceſſerat, partim magicæ artis auxilio divinaſſe creditus fuit. Sed cum per tres annos cum illa conſueviſſet, duobus jam ſuſceptis ex ea liberis, quarto tandem ineunte anno, quum ejus impoſturæ ſuſpicio mulieri oborta eſſet, actionemque in eum intendiſſet, in carcerem conjicitur. A' Judice ſecundario damnatus quum ad Curiam Tholoſanam provocaſſet, ſic ad infinitas propemodum ejus interrogationes reſpondit, præterquàm quòd tot eum teſtes aut circiter ſuo teſtimonio ſublevabant, quot erant ii, qui ſuo eundem teſtimonio premebant, ut vocatis ad calculum omnibus conjecturis nec damnare illum, nec abſolvere Curia Tholoſana auderet. Hæſitantibus in re tam perplexa Judicibus verus maritus, Martinus Guerre, advenit: moxque quam ſibi factam injuriam videt, Judicibus exponit, eorumque opem implorat. Verùm ille alter ſuppoſititius maritus poſtquam cum hoc vero commiſſus fuit, tot eum objectionibus oppugnare cœpit, ut aliquandiu ſuſpenſos, ſicut & antea, Judices tenuerit: donec tandem ille paulo poſt reditum ab uxore veniam poſcente agnitus, nec non ſororum, aliorumque multorum palinodiam canentium teſtimo-

Maritus ab accuſatione adulterii excluditur ac ſubmovetur præſcriptione quinqueñii, *l.miles. §. adulterii reum. ff. ad L.Jul d.adult.*

Digitized by Google

ſtimoniis comprobatus verus maritus ſuæ uxori, ſuæque domui redditur; alteri autem ſuæ impoſturæ præmium domicilium in patibulo datur. Aliud exemplum Fribergenſe in Miſnia allegat Beuſt. *d.matrim.part.2.c.23.*

MATRES non attendant pravam conſuetudinem, quæ in conjugatorum moribus irrepſit, ut filios ſuos, quos gignunt, nutrire mulieres contemnant: eosque ad nutriendum aliis mulieribus tradant, *c.ad ejus. ult. diſt.* 5. Vid. Harpprechtum *ad pr. I. d. J. N. G.& C.n.9.& ſeqq.*

Nulla eſt differentia, quia non ſufficit aliquid non prohiberi, de quo forſitan non erat cogitatum, ſed debet vel prohiberi vel concedi. Sic *d.can.* vult virum ad uxoris concubitum non accedere, quousque, qui gignitur, ablactetur: quod jure Civili nec prohibetur nec conceditur. Nec o. brocardicum, quod innuit conſtituti juris perſeverantiam. Vid. Hunnium *vol. ad Treutl.* 1. *diſp.* 10 *th.* 3. *q.* 10. Vid. Henricum Stephanum in *apolog. pro Herodoto.* ubi Principes feminas, præſertim Gallas alloquitur. Quotacunque, inquit, Princeps femina hodie infanti ex utero ſuo prodeunti ſua ubera ſugenda præbet? His opponit hiſtoriam ex chronicis Hiſpanicis, in quibus regina quædam Galliæ, quæ ex Hiſpania erat, tanta cum zelotypia infantem ſuum lactavit, ut cum aliquando ipsâ abſente lactatum ab alia reſciviſſet (qui jam per aliquot menſes ſolius matris lac ſuxerat) nunquam conquieſcere potuerit, donec infans lac illud externum evomere cœpiſſet. Hujus rei mentionem ideo faciendam eſſe mentionem putavit Stephanus, ne qui reginas ipſas apud Herodotum aliosque Hiſtoricos nutricum officio fungi leget, fidem illis derogatam velit. Neceſſitas tamen partim, partim miſericordia voluerunt Jovis nutricem eſſe capram, Cyri canem, Romuli lupam. Quæ ſeu vera ſeu anilia figmenta in muliere excuſationis fomitem non ſubminiſtrent. Non augeat pertinaciam mulierum, quę nutricem, ceu alteram matrem, conducunt, quod ſat laboris ante partum ſuſtinuerint, remiſſioni alieno melle fieri locum. Reſponderi iis poteſt, Deum ita conſtituiſſe, ut ſint matres, agantque ea, quæ ſunt matrum. Una alterâ ſit vegetior, eandem cunctis eſſe patientiam. Si recedat patientia, conſtare ſibi patientiæ legem. Rogentur matrum comitia, probabunt Eraſmianam gravidæ bene precandi formulam, Velint Superi, ut non majore moleſtiâ elabatur, quàm illapſum eſt, quicquid eſt hoc oneris, quod geſtas: verùm & pluribus ſuffragiis, licet aliqua ſit delicatior, probabunt, quod bonis auſpiciis eſt conceptum, iisdem in educatione debere continuari. Non attendi poſſe incommoda, è quibus voluptas major eſt ſequutura. Non vitari labores, qui expugnato dolore labori non ſunt.

Hoc nullâ lege prohibetur. Quod autem non mutatur, quare ſtare prohibeatur *l.* 32. *§. ult.* C. *d. appell.* quamvis nutricis officium fuiſſe ſervile & abjectum colligatur *ex §.* 5. *I. quib. ex cauſ. manum. non licet.* Vid. Berneggerum *quæſt.miſcell.*115. Eraſmum in *colloq. d.puerper.*

MATRIMONIALIS cauſa non tractatur in foro ſeculari, nam jus Canonicum non modò hac in materia quàm plurima habet ſingularia; ſed & Pontifices tandem omnem, quæ eſt

Jus Canonicum ſi conſideremus, inveniemus illud juſti excedere terminos, quem exceſſum Maranta *d. jurisd. part.2. c.8.* ex *c. fin. X. d. ſec. nupt.* ad ſucceſſionem, legitimationē, aliasq; matrimonii cauſas porrigit. Si Ci-

Omnis matrimonialis quæſtio, etiamſi de jure (ut Interpretes loquuntur) diſceptetur, ſecularis, haud Eccleſiaſtici eſſe fori ſeu jurisdictionis non hæſitantes reſponderunt, Beza *tract.d.*

de nuptiis, cognitionem ſuam fecerunt, ac ſecundùm eorum ſanctiones cauſę matrimoniales pro ſpiritualibus habentur, ut earum deciſio, inter Laicos quoque, ad Epiſcopos ſpectet. *c. multorum. 35. q. 6.*

vile conſideremus, non abducat nos vel L. Julia (quam Horatius maritam, Tertullianus de pudicitia vocat) vel etiam non abducant infinita SCta, Edicta Prætorum, Plebiſcita, ſecundùm quę de connubiis & divortiis, de liberis agnoſcendis, deque eorum ſtatu, de retentionibus ex dote, de adulteriis, inceſtu, &c. Romani magiſtratus citra controverſiam judicabant. Non enim hic ex præſcripto ſeveritatis Romanæ, nec ex ambitione Pontificia decidendum, ut tuta ſit & invidiæ expers deciſio; ſed cum Beſoldo *opuſcul. Jurid. part. 4. d. nupt. c. 5.* rem ex veris principiis expendamus, quò nobis probetur opinatio eorum, qui cauſas matrimoniales non quidem Eccleſiaſtico foro mancipant in totum; nihilominus contractum matrimonialem ſuo reſpectu autumant eſſe quaſi mixtum, h. e. ex utroque tam divino quàm humano jure participare. Chriſtus Salvator noſter, qui cauſam dividendæ hereditatis à ſe rejicit prorſus, *Luc. 12.* circa quæſtionem de divortiis, *Matth. 19. v. 4.* non idem fecit; ſed ex Dei Verbo oſtendit, quid conſentiat cum norma inſtitutionis, quid verò cum eadem pugnet: quo innuere voluiſſe videtur, in matrimonialibus cauſis multos accidere caſus conſcientiarum, ideoque ab Eccleſia & Eccleſiæ miniſtris non planè, ut alias civiles, alienas & ad magiſtratum Politicum rejiciendas eſſe ejuſmodi quæſtiones. Hæcque eadem ratio evincit, ut in Eccleſiis reformatis rectiùs eos facere putem, qui matrimonialia negotia non in Cancellariis & Judiciis ſecularibus, aut proprio Principum motu terminari; ſed in conſiſtoriis potiùs ſeparatis tam ex prudentibus Theologis, quàm piis quibusdam Politicis conſtantibus agitari volunt. At anne ad Cameram aliquando perveniri poſſit? interrogat Beſoldus *d. loc.* ibique reſpondet, Eſſe, qui dicant, matrimoniales cauſas criminalibus æquiparari: in iis nempe non ad Cameram equidem provocari; ſed tamen ut proceſſus ſuper nullitate in criminalibus decernit; ita & idem fieri in matrimonialibus cauſis. Verùm concedunt, ita pergit Beſoldus, quidem Noſtrates quoad gravitatem & circa proceſſum quædam communia habere matrimoniales & criminales cauſas; at non in fundanda jurisdictione. Et cum non habuerit Camera ante religionis pacificationem eccleſiaſticam jurisdictionem, nec eam acceperit per conſtitutionem de religionis pace, non videre ſe poſſe aiunt, quomodo ulla ex parte eandem queant exercere. Maximè cum graviſſimum foret Aſſeſſores cognoſcere de matrimonialibus cauſis Lutheranorum, easque ex canonibus dijudicare, nec etiam Catholici approbabunt cauſas noſtras matrimoniales.

repud. pag. 245. & ſeq. Albert. Gentilis. *d. nupt. 1. c. 1. 2. 7.* Harpprechtus ad *§. 1. d. patr. pot. num. 41.* In Rep. Romana ab omni antiquitate connubii jus non publicorum ſacrorum juri accerſitum, *l. 1. §. 1. d. J. & J.* ſed ut aliæ juris privati & civilis partes, in Principis poteſtate ac jurisdictione fuit. Vid. Wiſſenbach. *diſp. ad ff. 44. th. 25. part. 1.*

Matrimonii cum tria ſint bona, fides, proles & ſacramentum, *c. per venerabilem. X. qui fil. ſint leg. & ad id gl. lit. d.* non poteſt eſſe juris natura-

Nulla eſt differentia, quia jus Can. non diſtinguit inter jus naturale & gentium, V. different. in qua *jus eſt vel gentium vel civile.* Sed tantùm inter jus civile vel gentium, *c. jus. diſt. 1.* Deinde quoad jus Civile cum Covarruvia *tom. 1. d. def. matrim. part. 2. c. 1. n 6.* Oportet altiùs perpendere legem, quâ maris atque feminæ conjunctio jure naturali omni-

Eſt juris naturalis, *pr. Inſt. d. J. N. G. & C.*

lis. Proin-

lis. Proinde in *can. jus naturale. diſt.* 1. ſit mentio viri & feminæ conjunctionis, non tamen matrimonii.

bus animantibus eſt communis. Non enim inquit lex maris & feminæ qualemcunque coitum nos matrimonium appellare: ſed eſt legis ſenſus, maris & feminæ conjunctionem omnibus animantibus, etiam brutis, eſſe jure naturali communem: illam verò quæ jure naturali animalibus ratione præditis licita ſit, matrimonium à nobis appellari. Eſt ergo maris & feminæ cnnjunctio in *l.* 1. §. *jus naturale. ff. d. J. & J.* matrimonium in ſenſu, non quòd ipſa copula maris & feminæ ſit matrimonium; ſed quod ſine matrimonio nobis non ſit, etiam jure naturali licita maris & feminæ conjunctio. Hinc ſequitur, nos ideo maris & feminæ conjunctionem matrimonium appellare, quòd aliter, quàm ex matrimoniali uſu nobis licita non ſit carnis commixtio. Tametſi Theophilus in *d. pr.* Boſchæus in *tract. d. nupt. in pr.* & Claudius Cantiunc. in §. *nuptiæ. I. d. patr. pot.* adnotaverint matrimonium appellari qualemcunque coitum, etiam brutis convenientem, quibus minimè aſſentior, quippe qui abſurdum exiſtimem maris & feminæ conjunctionem in brutis matrimonium appellari. Denique eodem modo definit jus Canonicum matrimonium, quo definit Civile, *c. illud.* 11. *X. d. præſumpt. c. Beata Maria.* 27. *q.*

MATRIMONIUM adeo eſt jurisg. & quidem primævi, ut illis permittatur, qui nec jurisg. ſecundarii nec civilis communionem habent, quales ſunt ſervi, *l.* 7. §. 2. *ff. d. cap. min. l.* 20. §. 7. *ff. qui teſtam. fac. poſſ. l.* 32. *ff. d. R. J. c. pen. X. d. conjug. ſerv.* modò ignari ſervitutis non ſint, *c.* 2. 3. *ult. X. eod.* non quia ad matrimonium libertas, ut jure Civili, requiritur, ſed quia ad talem errorem nullus conſenſus favore libertatis interveniſſe præſumitur, Corvin. *jur. can. libr.* 2. *tit.* 13. *pag.* 88.

Non obſt. *c. ſi quis ancillam.* 29. *q.* 2. ℞. Ibi non quæritur, An ſervi matrimonium contrahant, ſed proponitur quæſtio

Hic prodit regula Lesbia, naſus ille cereus, qui flecti & ad qualemcunque lapidis figuram accommodari poteſt. Servis Pontifex permittit matrimonium, quia omnes, cujuscunque conditionis ſunt, unam legem, (quantum ad Deum) habent, aut quia omnes unum patrem habemus in cœlis, *c. ſi quis liber. c. ſi femina.* 129. *q.* 2. Clericis autem non permittit. Cui uſui in Clericis ſunt exacta illa requiſita, quibus uxores fiunt, ſi matrimonium iis interdicatur? non revera ut teſtari poſſint, quoniam teſtamenti factionē corporis infirmitas non impedit, *l.* 2. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Non citra rationem tamen Canoniſtæ ſervis permittunt matrimonium, quia iis matrimonium eſt juris naturalis & divini, cujus ſervi ac liberi ho-

Inter ſervum & ancillam non eſt matrimonium, ſed contuberniū, *l.* 3. *C. d. inc. nupt.* Hinc in *l.* 12. §. 33. *ff. d. inſtr. vel inſtr. leg.* Servorum uxores & nati ex uxoribus contubernales vocantur.

Non o. §. 10. *I. d. nupt.* è quo colligitur ſervos non cognatos contrahere matrimonium, ſiquidem ſerviles tantùm cognationes impedimento nuptiis ſint. Reſp. Non inde colligi ſervos contrahere matrimoniū, obſtaret enim N. 117. *c.* 6. ſed manumiſſos non poſſe contrahere matrimonium cum quavis, quæ ante manumiſſionē erat cognata arg. *l.* 14. §. 2. *l.* 42. *in pr. ff. d. R. N.* Itu ut tollatur quidem ſervitus, non

juris civilis, de qua in *§.5.I.quib.ex cauſ.manum. non licet. l.13.in f. l.16.ff. eod. Nov.78.c.1.*& reſpondetur, quòd matrimonii causâ virgo aut mulier manumitti poſſit, quia hæc cauſa non ex luxuria, ſed ex affectu deſcendat.

Non o. *c.ancillam.32.q.4.* Non enim negatur profectus honeſtatis in ingenuo, ſi ducat ingenuam. 2. non quærit hoc c. an inter ancillam & ingenuam conſiſtat matrimonium, ſed an quis ancillam non uxorem à toro abjicere poſſit.

mines æque ſunt participes, Emericus à Rosbach in *theſaur. diff. jur. Civ. & Can. libr. 1. tit. 4. num.8.* Hinc elici poſſet alia differentia, de qua Cuiacius ad *c. un. X. d. nat. ex lib. ventr.* quod in connubio inter ſervum & liberam liberi matrem ſequantur.

tamen cognatio, arg. *§. ult. I. d. leg. agn. tut.* Vid. Wiſſenbach. *diſp. ad* R. *J.* 6. *l.32.*

Non o. Dion. Gothofredus ad *l.ult. lit. t. C. d. agricol. & cenſ. &c. libr.11.* cui deterior eſt conditio adſcriptitiorum, quàm ſervorum propter agriculturæ neceſſitatẽ. Nam ſervi ſi liberam duxerint in matrimonium ſciente vel conſentiente domino, matrimoniũ non dirimitur. Reſp. 1. Num deterior ſit conditio adſcriptitiorum quàm ſervorum, vid. differentiam, in qua *Gleba non facit ſervum.* 2. Servi non tam liberam ducunt in matrimonium, quàm libera ſervo ſe jungit. 3. ratione conditionis diverſæ poteſt eſſe inæquale matrimonium. 4. Forſan hæc domini ſcientia & conſenſus eſt inſtar manumiſſionis arg. *l.2.ff. d.jurisd.* 5. Servum ſciente & conſentiente domino in matrimonium poſſe ducere liberam nullâ confirmatur lege, ſine qua erubeſcimus, *Nov. 18. c.5. in princ.*

MATRIMONIUM Clericis ne ſit commune facit vita & honeſtas Clericorum, de qua in *cap.Clericus.X.d.vit.& hon. Cleric.* Imò retinere non poſſunt matrem, amitam & ſororem, quia inſtigante diabolo & in illis ſcelus perpetratum reperitur, aut etiam in pediſſequis earundem, *c.1.X.d.cohab.Cler.* Ne forſan in illos jactetur illud Martialis;

Joann. Calvinus *libr. 4. Inſt. Relig. Chriſt. c.19. ſect.36.* Mendaces oportuerat eſſe memores. Matrimonium verò ſacramenti titulo commendatum immunditiem poſtea & pollutionem & carnales ſordes vocare quàm vertiginoſa eſt levitas! quàm abſurdum eſt arcere à ſacris ſacerdotes. Poſt eum Wiſſenbachius in *contradict. Jur. Can.13.* Sacerdotes, vel alios, qui in Clero ſunt, & ſe continere neſciunt libidinoſis tentationibus implicari

Matrimonium eſt juris g. *pr. I. d. J.* N. G. & C. ideoque omnibus commune.

Non o. *l.60. in §. l.61. ff. d. donat. int. vir. & ux.* ubi propter ſacerdotium commodè matrimoniũ retineri non poteſt. Reſpond. non omnino diſſolvitur, ſed commodè retineri non poteſt, quod intellige de conſuetudine vitæ matrimonialis. Deinde non inficias

Quare

Quare non habeat Fabulla, quæris, uxorem
Themiſon, habet ſororem.

Vid. Hœnon. diſp. *d. ſociet. conjug. theſ.* 8. *lit. a.* Treutl. 2. *diſp.* 6. *th.* 3. *lit. f.* Rennemann. in *Jprud. Romano-Germ. diſp.* 41. *theſ.* 31. *lit. b.*

mirum non eſt. Huic enim fundus eſt coactus cœlibatus fibulæque impoſitio: non illa, quam Medicus imponit, ſed quam Paparum rigor. Vid. Maximiliani Cæſaris literas ad Papam apud Thuanum, *Hiſtor. libr.* 36. Covarruviam *tom.* 1. *d. matrim. part.* 2. *c.* 6. §. 10. *num.* 32. 33. Næ lectores, cantores, acoluthi, oſtiarii, qui, ut ad Calvini *Inſt. lib.* 4 *c.* 19. *ſect.* 32. notat Celebris Eccleſiæ Doctor, Theodorus Zuingerus, duntaxat adolendis thuribus, ſimulacris poliendis, converrendis Templis, captandis muribus, fugandis canibus præficiuntur, quibusque matrimonium non negatur, in majoribus ordinibus conſtitutos deriſui habent: & ſapientius cenſent pervetus concilium, habitum ſub Anaſtaſio Papa circa annum Domini 398. quo non tantùm in minoribus, ſed etiam in majoribus ordinibus Clericorum matrimonia erant permiſſa. Præterire hic non poſſum memorabilem illam diſpenſationem, de qua Baldi teſtimonium in *l. ſi tibi filius. & l. ſi paterfamilias. §. in arrogationibus. ff. d. adopt.* quòd Monacho liceat depoſito ad tempus cucullo uxorem ad certum tempus ducere, nempe usque ad procreationem ſobolis, ne ſtirps nobilis ſine prole deficiat: eâ lege, ut ſimul atque proles ſuſcepta fuerit, tum pater patratus demiſſis auriculis ad ſuum cucullum redeat. Vid. brutum fulmen Sixti V. *pag.* 266. ubi ex Nicolao Boërio hoc addit quaſi nimiæ ſeveritatis exemplum, Papa, inquit, Calliſtus III. recuſavit diſpenſare ſuper conjugio Diaconi, qui allegabat ſe continentiæ donum non habere, neque legi carnis poſſe reſiſtere atque uxore carere: quamvis pro eo intercederet tunc Cardinalis Senenſis, qui poſtea ſucceſſit Calliſto, dictus Pius ſecundus: ut in ſuis epiſtolis in Cardinalatu compoſitis teſtatur: ſcribens illi ſuo amico, alterum Papam expectandum eſſe, qui melior ſit. Vide Szegedinum in *ſpeculo Romanorum Pontificum c.* 3. Verùm quid opus matrimonio? reſpondet apud Eraſmum in colloquiis Paſtori Conradus in Franciſcanis, Tu non habes niſi unam uxorem, nos centum: tu non niſi unicum patrem, nos centum: tu non niſi unicam domum, nos centum: tu non niſi paucos liberos, nos innumeros: tu non niſi paucos cognatos, nos infinitos. Audite Bugnonium *libr.* 1. *leg. abrogatarum. art.* 57 de quo Wiſſenbachius ad *tit. C. d. Epiſc. & Cler. th.* 5. Non eo inficias, inquit, noſtros Sacerdotes, de profligatis mea eſt oratio, liberiùs genio inſervire, ſibique vel propriâ authoritate, vel lapſu temporis & quaſi longâ uſurpatione jus acquiſiviſſe habitandi cum mulieribus elegantioribus, & longè pulcrioribus ac politiùs ornatis, quàm ſint matronæ pudicæ: & hæ, quæ plurimùm in bonis habeant. Tanti cauſa mali orta eſt ex eo, quòd Regum aulas ſectentur, qui morbo huic indies ingraveſcenti medelam afferre poſſent. Focarias ergo noſtri Sacrificuli publicè nutriunt, & urbes complent liberis, quos ab illis ſuſtulere incolumes. Secundùm hæc expeditum eſt reſponſum ad mordacem impetitionem Jacobi Gretſeri, Theologi Societatis Jeſu *diſp. d. impedim. matrim. th. ult.* quod refert Beſoldus *opuſcul. Jurid. part.* 4. *d. nupt. c.* 3 *n.* 4. *in his verbis.* Cum Prædicantes ipſi fateantur, eos extra matrimonium vivere poſſe, qui donum continentiæ habeant; mirari ſubit, cur nulli inveniantur prædicantes hoc

imus Imp. renunciationi ſeculi, de qua in *l.* 56. *C. d. Epiſc. & Cler.* nimium tribuiſſe, eamque in N. 22. *c.* 5. morti comparaſſe, ita ut renuncianti omnis pœna, etiam quæ arrharum nomine ſolvi deberet, remittatur, *N.* 123. *c.* 39. quaſi illa divini & humani juris communicatio, per quam in *l.* 1. *ff. d. R. N.* matrimonium definit Imp. non junctim ſubſiſtere potuit. Vel quaſi matrimoniũ, quo nihil in rebus mortalium perinde eſt venerandum, N. 140. *in præf.* matrimoniali ſuavitate amaritudinem imbibat.

Digitized by Google

juris civilis, de qua in *§.5.l.quib.ex cauſ.manum. non licet. l.13.in f.l.16.ff. eod. Nov.78.c.1.*& reſpondetur, quòd matrimonii causâ virgo aut mulier manumitti poſſit, quia hæc cauſa non ex luxuria, ſed ex affectu deſcendat.

mines æque ſunt participes, Emericus à Rosbach in *theſaur. diff. jur. Civ. & Can. libr. 1. tit. 4. num.8.* Hinc elici poſſet alia differentia, de qua Cujacius ad *c. un. X. d. nat. ex lib. ventr.* quod in connubio inter ſervum & liberam liberi matrem ſequantur.

tamen cognatio, arg. *§. ult. I. d. leg. agn. tut.* Vid. Wiſſenbach. *diſp. ad R. J. 6. l.32.*

Non o. *c.ancillam.32.q.4.* Non enim negatur profectus honeſtatis in ingenuo, ſi ducat ingenuam. 2. non quærit hoc c. an inter ancillam & ingenuam conſiſtat matrimonium, ſed an quis ancillam non uxorem à toro abjicere poſſit.

Non o. Dion. Gothofredus ad *l.ult. lit. t. C. d. agricol. & cenſ. &c. libr.11.* cui deterior eſt conditio adſcriptitiorum, quàm ſervorum propter agriculturæ neceſſitatẽ. Nam ſervi ſi liberam duxerint in matrimonium ſciente vel conſentiente domino, matrimoniũ non dirimitur. Reſp. 1. Num deterior ſit conditio adſcriptitiorum quàm ſervorum, vid. differentiam, in qua *Gleba non facit ſervum.* 2. Servi non tam liberam ducunt in matrimonium, quàm libera ſervo ſe jungit. 3. ratione conditionis diverſæ poteſt eſſe inæquale matrimonium. 4. Forſan hæc domini ſcientia & conſenſus eſt inſtar manumiſſionis arg. *l.2.ff. d.jurid.* 5. Servum ſciente & conſentiente domino in matrimonium poſſe ducere liberam nullâ confirmatur lege, ſine qua erubeſcimus, *Nov. 18. c.5. in princ.*

MATRIMONIUM Clericis ne ſit commune facit vita & honeſtas Clericorum, de qua in *cap.Clericus.X.d.vit.& hon. Cleric.* Imò retinere non poſſunt matrem, amitam & ſororem, quia inſtigante diabolo & in illis ſcelus perpetratum reperitur, aut etiam in pediſſequis earundem, *c.1.X.d.cohab.Cler.* Ne forſan in illos jactetur illud Martialis;

Joann. Calvinus *libr. 4. Inſt. Relig. Chriſt. c.19. ſect.36.* Mendaces oportuerat eſſe memores. Matrimonium verò ſacramenti titulo commendatum immunditiem poſtea & pollutionem & carnales ſordes vocare quàm vertiginoſa eſt levitas! quàm abſurdum eſt arcere à ſacris ſacerdotes. Poſt eum Wiſſenbachius in *contradict. Jur. Can.13.* Sacerdotes, vel alios, qui in Clero ſunt, & ſe continere neſciunt libidinoſis tentationibus implicari

Matrimonium eſt jurisg. *pr. I. d. J. N. G. & C.* ideoque omnibus commune.

Non o. *l.60. in §. l.61. ff. d. donat. int. vir. & ux.* ubi propter ſacerdotium commodè matrimoniũ retineri non poteſt. Reſpond. non omnino diſſolvitur, ſed commodè retineri non poteſt, quod intellige de conſuetudine vitæ matrimonialis. Deinde non inficias

Quare

Digitized by Google

Quare non habeat Fabulla, quæris, uxorem
Themiſon, habet ſororem.

Vid. Hœnon. diſp. *d. ſociet. conjug. theſ.* 8. *lit. a.* Treutl. 2.*diſp.*6.*th.*3.*lit.f.* Rennemann. in *Jprud. Romano-Germ.diſp.*41.*theſ.* 31. *lit.b.*

mirum non eſt. Huic enim fundus eſt coactus cœlibatus fibulæque impoſitio: non illa, quam Medicus imponit, ſed quam Paparum rigor. Vid. Maximiliani Cæſaris literas ad Papam apud Thuanum, *Hiſtor.libr.*36. Covarruviam *tom.*1. *d.matrim. part.*2. *c.*6.§.10. *num.*32.33. Næ lectores, cantores, acoluthi, oſtiarii, qui, ut ad Calvini *Inſt.lib.*4 *c.*19. *ſect.*32. notat Celebris Eccleſiæ Doctor, Theodorus Zuingerus, duntaxat adolendis thuribus, ſimulacris poliendis, converrendis Templis, captandis muribus, fugandis canibus præficiuntur, quibusque matrimonium non negatur, in majoribus ordinibus conſtitutos deriſui habent: & ſapientius cenſent pervetus concilium, habitum ſub Anaſtaſio Papa circa annum Domini 398. quo non tantùm in minoribus, ſed etiam in majoribus ordinibus Clericorum matrimonia erant permiſſa. Præterire hic non poſſum memorabilem illam diſpenſationem, de qua Baldi teſtimonium in *l. ſi ſibi filius. & l. ſi paterfamilias.* §. *in arrogationibus. ff. d. adopt.* quòd Monacho liceat depoſito ad tempus cucullo uxorem ad certum tempus ducere, nempe usque ad procreationem ſobolis, ne ſtirps nobilis ſine prole deficiat: eâ lege, ut ſimul atque proles ſuſcepta fuerit, tum pater patratus demiſſis auriculis ad ſuum cucullum redeat. Vid. brutum fulmen Sixti V. *pag.* 266. ubi ex Nicolao Boërio hoc addit quaſi nimiæ ſeveritatis exemplum, Papa, inquit, Calliſtus III. recuſavit diſpenſare ſuper conjugio Diaconi, qui allegabat ſe continentiæ donum non habere, neque legi carnis poſſe reſiſtere atque uxore carere: quamvis pro eo intercederet tunc Cardinalis Senenſis, qui poſtea ſucceſſit Calliſto, dictus Pius ſecundus: ut in ſuis epiſtolis in Cardinalatu compoſitis teſtatur: ſcribens illi ſuo amico, alterum Papam expectandum eſſe, qui melior ſit. Vide Szegedinum in *ſpeculo Romanorum Pontificum c.*3. Verùm quid opus matrimonio? reſpondet apud Eraſmum in colloquiis Paſtori Conradus in Franciſcanis, Tu non habes niſi unam uxorem, nos centum: tu non niſi unicum patrem, nos centum: tu non niſi unicam domum, nos centum: tu non niſi paucos liberos, nos innumeros: tu non niſi paucos cognatos, nos infinitos. Audite Bugnonium *libr.*1.*leg.abrogatarum.art.*57 de quo Wiſſenbachius ad *tit.C.d.Epiſc.& Cler.th.*5. Non eo inficias, inquit, noſtros Sacerdotes, de profligatis mea eſt oratio, liberiùs genio inſervire, ſibique vel propriâ authoritate, vel lapſu temporis & quaſi longâ uſurpatione jus acquiſiviſſe habitandi cum mulieribus elegantioribus, & longè pulcrioribus ac politiùs ornatis, quàm ſint matronæ pudicæ: & hæ, quæ plurimùm in bonis habeant. Tanti cauſa mali orta eſt ex eo, quòd Regum aulas ſectentur, qui morbo huic indies ingraveſcenti medelam afferre poſſent. Focarias ergo noſtri Sacrificuli publicè nutriunt, & urbes complent liberis, quos ab illis ſuſtulere incolumes. Secundùm hæc expeditum eſt reſponſum ad mordacem impetitionem Jacobi Gretſeri, Theologi Societatis Jeſu *diſp. d. impedim. matrim. th. ult.* quod refert Beſoldus *opuſcul. Jurid. part.*4.*d. nupt.c.*3 *n.*4. *In his verbis.* Cum Prædicantes ipſi fateantur, eos extra matrimonium vivere poſſe, qui donum continentiæ habeant; mirari ſubit, cur nulli inveniantur prædicantes hoc

imus Imp. renunciationi ſeculi, de qua in *l.*56.*C.d. Epiſc.& Cler.* nimium tribuiſſe, eamque in *N.* 22. *c.*5. morti comparaſſe, ita ut renuncianti omnis pœna, etiam quæ arrharum nomine ſolvi deberet, remittatur, *N.*123. *c.* 39. quaſi illa divini & humani juris communicatio, per quam in *l.* 1. *ff. d.R.N.* matrimonium definit Imp. non junctim ſubſiſtere potuit. Vel quaſi matrimoniũ, quo nihil in rebus mortalium perinde eſt venerandum, *N.*140. *in pref.* matrimoniali ſuavitate amaritudinem imbibat.

Digitized by Google

juris civilis, de qua in *§.5.I.quib.ex cauſ.manum. non licet. l.13. in f. l.16.ff. eod. Nov.78.c.1.*& reſpondetur, quòd matrimonii causâ virgo aut mulier manumitti poſſit, quia hæc cauſa non ex luxuria, ſed ex affectu deſcendat.

Non o. *c.ancillam.32.q.4.* Non enim negatur profectus honeſtatis in ingenuo, ſi ducat ingenuam. 2. non quærit hoc c. an inter ancillam & ingenuam conſiſtat matrimonium, ſed an quis ancillam non uxorem à toro abjicere poſſit.

mines æque ſunt participes, Emericus à Rosbach in *theſaur. diff. jur. Civ. & Can. libr. 1. tit. 4. num.8.* Hinc elici poſſet alia differentia, de qua Cujacius ad *c. un. X. d. nat. ex lib. ventr.* quod in connubio inter ſervum & liberam liberi matrem ſequantur.

tamen cognatio, *arg. §. ult. I. d. leg. agn. tut.* Vid. Wiſſenbach. *diſp. ad R. J. 6. l.32.*

Non o. Dion. Gothofredus ad *l.ult. lit. t. C. d. agricol. & cenſ. &c. libr.11.* cui deterior eſt conditio adſcriptitiorum, quàm ſervorum propter agriculturæ neceſſitatẽ. Nam ſervi ſi liberam duxerint in matrimonium ſciente vel conſentiente domino, matrimoniũ non dirimitur. Reſp. 1. Num deterior ſit conditio adſcriptitiorum quàm ſervorum, vid. differentiam, in qua *Gleba non facit ſervum.* 2. Servi non tam liberam ducunt in matrimonium, quàm libera ſervo ſe jungit. 3. ratione conditionis diverſæ poteſt eſſe inæquale matrimonium. 4. Forſan hæc domini ſcientia & conſenſus eſt inſtar manumiſſionis arg. *l.2.ff. d.jurid.* 5. Servum ſciente & conſentiente domino in matrimonium poſſe ducere liberam nullâ confirmatur lege, ſine qua erubeſcimus, *Nov. 18. c.5. in princ.*

MATRIMONIUM Clericis ne ſit commune facit vita & honeſtas Clericorum, de qua in *cap.Clericus.X.d.vit.& hon. Cleric.* Imò retinere non poſſunt matrem, amitam & ſororem, quia inſtigante diabolo & in illis ſcelus perpetratum reperitur, aut etiam in pediſſequis earundem, *c.1.X.d.cohab.Cler.* Ne forſan in illos jactetur illud Martialis;

Joann. Calvinus *libr. 4. Inſt. Relig. Chriſt. c.19. ſect.36.* Mendaces oportuerat eſſe memores. Matrimonium verò ſacramenti titulo commendatum immunditiem poſtea & pollutionem & carnales ſordes vocare quàm vertiginoſa eſt levitas! quàm abſurdum eſt arcere à ſacris ſacerdotes. Poſt eum Wiſſenbachius in *contradict. Jur. Can.13.* Sacerdotes, vel alios, qui in Clero ſunt, & ſe continere neſciunt libidinoſis tentationibus implicari

Matrimonium eſt jurisg. *pr. I. d. J. N. G. & C.* ideoque omnibus commune.

Non o. *l.60. in §. l.61. ff. d. donat. int. vir. & ux.* ubi propter ſacerdotium commodè matrimoniũ retineri non poteſt. Reſpond. non omnino diſſolvitur, ſed commodè retineri non poteſt, quod intellige de conſuetudine vitæ matrimonialis. Deinde non inficias

Quare

Quare non habeat Fabulla, quæris, uxorem
Themiſon, habet ſororem.

Vid. Hœnon. diſp. *d. ſociet. conjug. theſ.* 8. *lit. a.* Treutl. 2. *diſp.* 6. *th.* 3. *lit. f.* Rennemann. in *Jprud. Romano-Germ. diſp.* 41. *theſ.* 31. *lit. b.*

mirum non eſt. Huic enim fundus eſt coactus cœlibatus fibulæque impoſitio: non illa, quam Medicus imponit, ſed quam Papatum rigor. Vid. Maximiliani Cæſaris literas ad Papam apud Thuanum, *Hiſtor. libr.* 36. Covarruviam *tom.* 1. *d. matrim. part.* 2. *c.* 6. §. 10. *num.* 32. 33. Næ lectores, cantores, acoluthi, oſtiarii, qui, ut ad Calvini *Inſt. lib.* 4 *c.* 19. *sect.* 32. notat Celebris Eccleſiæ Doctor, Theodorus Zuingerus, duntaxat adolendis thuribus, ſimulacris poliendis, converrendis Templis, captandis muribus, fugandis canibus præficiuntur, quibusque matrimonium non negatur, in majoribus ordinibus conſtitutos deriſui habent: & ſapientius cenſent pervetus concilium, habitum ſub Anaſtaſio Papa circa annum Domini 398. quo non tantùm in minoribus, ſed etiam in majoribus ordinibus Clericorum matrimonia erant permiſſa. Præterire hic non poſſum memorabilem illam diſpenſationem, de qua Baldi teſtimonium in *l. ſi tibi filius. & l. ſi paterfamilias.* §. *in arrogationibus. ff. d. adopt.* quòd Monacho liceat depoſito ad tempus cucullo uxorem ad certum tempus ducere, nempe usque ad procreationem ſobolis, ne ſtirps nobilis ſine prole deficiat: eâ lege, ut ſimul atque proles ſuſcepta fuerit, tum pater patratus demiſſis auriculis ad ſuum cucullum redeat. Vid. brutum fulmen Sixti V. *pag.* 266. ubi ex Nicolao Boërio hoc addit quaſi nimiæ ſeveritatis exemplum, Papa, inquit, Calliſtus III. recuſavit diſpenſare ſuper conjugio Diaconi, qui allegabat ſe continentiæ donum non habere, neque legi carnis poſſe reſiſtere atque uxore carere: quamvis pro eo intercederet tunc Cardinalis Senenſis, qui poſtea ſucceſſit Calliſto, dictus Pius ſecundus: ut in ſuis epiſtolis in Cardinalatu compoſitis teſtatur: ſcribens illi ſuo amico, alterum Papam expectandum eſſe, qui melior ſit. Vide Szegedinum in *ſpeculo Romanorum Pontificum c.* 3. Verùm quid opus matrimonio? reſpondet apud Eraſmum in colloquiis Paſtori Conradus in Franciſcanis, Tu non habes niſi unam uxorem, nos centum: tu non niſi unicum patrem, nos centum: tu non niſi unicam domum, nos centum: tu non niſi paucos liberos, nos innumeros: tu non niſi paucos cognatos, nos infinitos. Audite Bugnonium *libr.* 1. *leg. abrogatarum. art.* 57 de quo Wiſſenbachius ad *tit. C. d. Epiſc. & Cler. th.* 5. Non eo inficias, inquit, noſtros Sacerdotes, de profligatis mea eſt oratio, liberiùs genio inſervire, ſibique vel propriâ authoritate, vel lapſu temporis & quaſi longâ uſurpatione jus acquiſiviſſe habitandi cum mulieribus elegantioribus, & longè pulcrioribus ac politiùs ornatis, quàm ſint matronæ pudicæ: & hæ, quæ plurimùm in bonis habeant. Tanti cauſa mali orta eſt ex eo, quòd Regum aulas ſectentur, qui morbo huic indies ingraveſcenti medelam afferre poſſent. Focarias ergo noſtri Sacrificuli publicè nutriunt, & urbes complent liberis, quos ab illis ſuſtulere incolumes. Secundùm hæc expeditum eſt reſponſum ad mordacem impetitionem Jacobi Gretſeri, Theologi Societatis Jeſu *diſp. d. impedim. matrim. th. ult.* quod refert Beſoldus *opuſcul. Jurid. part.* 4. *d. nupt. c.* 3 *n.* 4. *in his verbis.* Cum Prædicantes ipſi fateantur, eos extra matrimonium vivere poſſe, qui donum continentiæ habeant; mirari ſubit, cur nulli inveniantur prædicantes hoc

imus Imp. renunciationi ſeculi, de qua in *l.* 56. *C. d. Epiſc. & Cler.* nimium tribuiſſe, eamque in *N.* 22. *c.* 5. morti comparaſſe, ita ut renuncianti omnis pœna, etiam quæ arrharum nomine ſolvi deberet, remittatur, *N.* 123. *c.* 39. quaſi illa divini & humani juris communicatio, per quam in *l.* 1. *ff. d. R. N.* matrimonium definit Imp. non junctim ſubſiſtere potuit. Vel quaſi matrimoniũ, quo nihil in rebus mortalium perinde eſt venerandum, *N.* 140. *in præf.* matrimoniali ſuavitate amaritudinem imbibat.

juris civilis, de qua in *§.5.I.quib.ex cauſ.manum. non licet. l.13. in f. l.16.ff. eod. Nov.78.c.1.*& reſpondetur, quòd matrimonii causâ virgo aut mulier manumitti poſſit, quia hæc cauſa non ex luxuria, ſed ex affectu deſcendat.

Non o. *c.ancillam.32.q.4.* Non enim negatur profectus honeſtatis in ingenuo, ſi ducat ingenuam. 2. non quærit hoc c. an inter ancillam & ingenuam conſiſtat matrimonium, ſed an quis ancillam non uxorem à toro abjicere poſſit.

mines æque ſunt participes, Emericus à Rosbach in *theſaur. diff. jur. Civ. & Can. libr. 1. tit. 4. num.*8. Hinc elici poſſet alia differentia, de qua Cujacius ad *c. un. X. d. nat. ex lib. ventr.* quod in connubio inter ſervum & liberam liberi matrem ſequantur.

tamen cognatio, *arg. §. ult. I. d. leg. agn. tut.* Vid. Wiſſenbach. *diſp. ad R. J. 6. l.32.*

Non o. Dion. Gothofredus ad *l.ult. lit. t. C. d. agricol. & cenſ. &c. libr.11.* cui deterior eſt conditio adſcriptitiorum, quàm ſervorum propter agriculturæ neceſſitatẽ. Nam ſervi ſi liberam duxerint in matrimonium ſciente vel conſentiente domino, matrimoniũ non dirimitur. Reſp. 1. Num deterior ſit conditio adſcriptitiorum quàm ſervorum, vid. differentiam, in qua *Gleba non facit ſervum.* 2. Servi non tam liberam ducunt in matrimonium, quàm libera ſervo ſe jungit. 3. ratione conditionis diverſæ poteſt eſſe inæquale matrimonium. 4. Forſan hæc domini ſcientia & conſenſus eſt inſtar manumiſſionis arg. *l.2.ff. d.jurid.* 5. Servum ſciente & conſentiente domino in matrimonium poſſe ducere liberam nullâ confirmatur lege, ſine qua erubeſcimus, *Nov. 18. c.5. in princ.*

MATRIMONIUM Clericis ne ſit commune facit vita & honeſtas Clericorum, de qua in *cap.Clericus.X.d.vit.& hon. Cleric.* Imò retinere non poſſunt matrem, amitam & ſororem, quia inſtigante diabolo & in illis ſcelus perpetratum reperitur, aut etiam in pediſſequis earundem, *c.1.X.d.cohab.Cler.* Ne forſan in illos jactetur illud Martialis;

Joann. Calvinus *libr. 4. Inſt. Relig. Chriſt. c.19. ſect.*36. Mendaces oportuerat eſſe memores. Matrimonium verò ſacramenti titulo commendatum immunditiem poſtea & pollutionem & carnales ſordes vocare quàm vertiginoſa eſt levitas! quàm abſurdum eſt arcere à ſacris ſacerdotes. Poſt eum Wiſſenbachius in *contradict. Jur. Can.*13. Sacerdotes, vel alios, qui in Clero ſunt, & ſe continere neſciunt libidinoſis tentationibus implicari

Matrimonium eſt jurisg. *pr. I. d. J. N. G. & C.* ideoque omnibus commune.

Non o. *l.60. in §. l.61. ff. d. donat. int. vir. & ux.* ubi propter ſacerdotium commodè matrimoniũ retineri non poteſt. Reſpond. non omnino diſſolvitur, ſed commodè retineri non poteſt, quod intellige de conſuetudine vitæ matrimonialis. Deinde non inficias

Quare

Quare non habeat Fabulla, quæris, uxorem
Themiſon, habet ſororem.

Vid. Hœnon. diſp. *d. ſociet. conjug. theſ.* 8. *lit. a.* Treutl. 2.*diſp.*6.*th.*3.*lit.f.* Rennemann. in *Jprud. Romano-Germ.diſp.*41.*theſ.*31.*lit.b.*

mirum non eſt. Huic enim fundus eſt coactus cœlibatus fibulæque impoſitio: non illa, quam Medicus imponit, ſed quam Paparum rigor. Vid. Maximiliani Cæſaris literas ad Papam apud Thuanum, *Hiſtor.libr.*36. Covarruviam *tom.*1. *d.matrim. pars.*2. *c.*6.§.10. *num.*32.33. Næ lectores, cantores, acoluthi, oſtiarii, qui, ut ad Calvini *Inſt.lib.*4 *c.*19. *ſect.*32. notat Celebris Eccleſiæ Doctor, Theodorus Zuingerus, duntaxat adolendis thuribus, ſimulacris poliendis, converrendis Templis, captandis muribus, fugandis canibus præficiuntur, quibusque matrimonium non negatur, in majoribus ordinibus conſtitutos deriſui habent: & ſapientius cenſent pervetus concilium, habitum ſub Anaſtaſio Papa circa annum Domini 398. quo non tantùm in minoribus, ſed etiam in majoribus ordinibus Clericorum matrimonia erant permiſſa. Præterire hic non poſſum memorabilem illam diſpenſationem, de qua Baldi teſtimonium in *l. ſi tibi filius.* & *l. ſi paterfamilias.* §. *in arrogationibus. ff. d. adopt.* quòd Monacho liceat depoſito ad tempus cucullo uxorem ad certum tempus ducere, nempe usque ad procreationem ſobolis, ne ſtirps nobilis ſine prole deficiat: eâ lege, ut ſimul atque proles ſuſcepta fuerit, tum pater patratus demiſſis auriculis ad ſuum cucullum redeat. Vid. brutum fulmen Sixti V. *pag.*266. ubi ex Nicolao Boërio hoc addit quaſi nimiæ ſeveritatis exemplum, Papa, inquit, Calliſtus III. recuſavit diſpenſare ſuper conjugio Diaconi, qui allegabat ſe continentiæ donum non habere, neque legi carnis poſſe reſiſtere atque uxore carere: quamvis pro eo intercederet tunc Cardinalis Senenſis, qui poſtea ſucceſſit Calliſto, dictus Pius ſecundus: ut in ſuis epiſtolis in Cardinalatu compoſitis teſtatur: ſcribens illi ſuo amico, alterum Papam expectandum eſſe, qui melior ſit. Vide Szegedinum in *ſpeculo Romanorum Pontificum c.*3. Verùm quid opus matrimonio? reſpondet apud Eraſmum in colloquiis Paſtori Conradus in Franciſcanis, Tu non habes niſi unam uxorem, nos centum: tu non niſi unicum patrem, nos centum: tu non niſi unicam domum, nos centum: tu non niſi paucos liberos, nos innumeros: tu non niſi paucos cognatos, nos infinitos. Audite Bugnonium *libr.*1.*leg.abrogatarum.art.*57 de quo Wiſſenbachius ad *tit.C.d.Epiſc.*& *Cler.th.*5. Non eo inficias, inquit, noſtros Sacerdotes, de profligatis mea eſt oratio, liberiùs genio inſervire, ſibique vel propriâ authoritate, vel lapſu temporis & quaſi longâ uſurpatione jus acquiſiviſſe habitandi cum mulieribus elegantioribus, & longè pulcrioribus ac politiùs ornatis, quàm ſint matronæ pudicæ: & hæ, quæ plurimùm in bonis habeant. Tanti cauſa mali orta eſt ex eo, quòd Regum aulas ſectentur, qui morbo huic indies ingraveſcenti medelam afferre poſſent. Focarias ergo noſtri Sacrificuli publicè nutriunt, & urbes complent liberis, quos ab illis ſuſtulere incolumes. Secundùm hæc expeditum eſt reſponſum ad mordacem impetitionem Jacobi Gretſeri, Theologi Societatis Jeſu *diſp. d. impedim. matrim. th. ult.* quod refert Beſoldus *opuſcul. Jurid. part.*4.*d. nupt.c.*3 *n.*4. *in his verbis.* Cum Prædicantes ipſi fateantur, eos extra matrimonium vivere poſſe, qui donum continentiæ habeant; mirari ſubit, cur nulli inveniantur prædicantes

hoc

imus Imp. renunciationi ſeculi, de qua in *l.*56.*C.d. Epiſc.*& *Cler.* nimium tribuiſſe, eamque in *N.*22. *c.*5. morti comparaſſe, ita ut renuncianti omnis pœna, etiam quæ arrharum nomine ſolvi deberet, remittatur, *N.*123. *c.*39. quaſi illa divini & humani juris communicatio, per quam in *l.* 1. *ff. d.R.N.* matrimonium definit Imp. non junctim ſubſiſtere potuit. Vel quaſi matrimoniũ, quo nihil in rebus mortalium perinde eſt venerandum, *N.*140. *in præf.* matrimoniali ſuavitate amaritudinem imbibat.

Quare non habeat Fabulla, quæris, uxorem
Themiſon, habet ſororem.

Vid. Hœnon. diſp. *d. ſociet. conjug. theſ.* 8. *lit. a.* Treutl. 2. *diſp.* 6. *th.* 3. *lit. f.* Rennemann. in *Jprud. Romano-Germ. diſp.* 41. *theſ.* 31. *lit. b.*

imus Imp. renunciationi ſeculi, de qua in *l.* 56. *C. d. Epiſc. & Cler.* nimium tribuiſſe, eamque in N. 22. *c.* 5. morti comparaſſe, ita ut renuncianti omnis pœna, etiam quæ arrharum nomine ſolvi deberet, remittatur, *N.* 123. *c.* 39. quaſi illa divini & humani juris communicatio, per quam in *l.* 1. *ff. d. R. N.* matrimonium definit Imp. non junctim ſubſiſtere potuit. Vel quaſi matrimoniũ, quo nihil in rebus mortalium perinde eſt venerandum, N. 140. *in præf.* matrimoniali ſuavitate amaritudinem imbibat.

mirum non eſt. Huic enim fundus eſt coactus cœlibatus fibulæque impoſitio: non illa, quam Medicus imponit, ſed quam Paparum rigor. Vid. Maximiliani Cæſaris literas ad Papam apud Thuanum, *Hiſtor. libr.* 36. Covarruviam *tom.* 1. *d. matrim. part.* 2. *c.* 6. §. 10. *num.* 32. 33. Næ lectores, cantores, acoluthi, oſtiarii, qui, ut ad Calvini *Inſt. lib.* 4 *c.* 19. *ſect.* 32. notat Celebris Eccleſiæ Doctor, Theodorus Zuingerus, duntaxat adolendis thuribus, ſimulacris poliendis, converrendis Templis, captandis muribus, fugandis canibus præficiuntur, quibusque matrimonium non negatur, in majoribus ordinibus conſtitutos deriſui habent: & ſapientius cenſent pervetus concilium, habitum ſub Anaſtaſio Papa circa annum Domini 398. quo non tantùm in minoribus, ſed etiam in majoribus ordinibus Clericorum matrimonia erant permiſſa. Præterire hic non poſſum memorabilem illam diſpenſationem, de qua Baldi teſtimonium in *l. ſi tibi filius. & l. ſi paterfamilias.* §. *in arrogationibus. ff. d. adopt.* quòd Monacho liceat depoſito ad tempus cucullo uxorem ad certum tempus ducere, nempe usque ad procreationem ſobolis, ne ſtirps nobilis ſine prole deficiat: eâ lege, ut ſimul atque proles ſuſcepta fuerit, tum pater patratus demiſſis auriculis ad ſuum cucullum redeat. Vid. brutum fulmen Sixti V. *pag.* 266. ubi ex Nicolao Boërio hoc addit quaſi nimiæ ſeveritatis exemplum, Papa, inquit, Calliſtus III. recuſavit diſpenſare ſuper conjugio Diaconi, qui allegabat ſe continentiæ donum non habere, neque legi carnis poſſe reſiſtere atque uxore carere: quamvis pro eo intercederet tunc Cardinalis Senenſis, qui poſtea ſucceſſit Calliſto, dictus Pius ſecundus: ut in ſuis epiſtolis in Cardinalatu compoſitis teſtatur: ſcribens illi ſuo amico, alterum Papam expectandum eſſe, qui melior ſit. Vide Szegedinum in *ſpeculo Romanorum Pontificum c.* 3. Verùm quid opus matrimonio? reſpondet apud Eraſmum in colloquiis Paſtori Conradus in Franciſcanis, Tu non habes niſi unam uxorem, nos centum: tu non niſi unicum patrem, nos centum: tu non niſi unicam domum, nos centum: tu non niſi paucos liberos, nos innumeros: tu non niſi paucos cognatos, nos infinitos. Audite Bugnonium *libr.* 1. *leg. abrogatarum. art.* 57 de quo Wiſſenbachius ad *tit. C. d. Epiſc. & Cler. th.* 5. Non eo inficias, inquit, noſtros Sacerdotes, de profligatis mea eſt oratio, liberiùs genio inſervire, ſibique vel propriâ authoritate, vel lapſu temporis & quaſi longâ uſurpatione jus acquiſiviſſe habitandi cum mulieribus elegantioribus, & longè pulcrioribus ac politiùs ornatis, quàm ſint matronæ pudicæ: & hæ, quæ plurimùm in bonis habeant. Tanti cauſa mali orta eſt ex eo, quòd Regum aulas ſectentur, qui morbo huic indies ingraveſcenti medelam afferre poſſent. Focarias ergo noſtri Sacrificuli publicè nutriunt, & urbes complent liberis, quos ab illis ſuſtulere incolumes. Secundùm hæc expeditum eſt reſponſum ad mordacem impetitionem Jacobi Gretſeri, Theologi Societatis Jeſu *diſp. d. impedim. matrim. th. ult.* quod refert Beſoldus *opuſcul. Jurid. part.* 4. *d. nupt. c.* 3 *n.* 4. *in his verbis.* Cum Prædicantes ipſi fateantur, eos extra matrimonium vivere poſſe, qui donum continentiæ habeant; mirari ſubit, cur nulli inveniantur prædicantes hoc

hoc dono præditi? An quia nunquam orant? Dat enim Deus poſtulantibus non modò ſapientiam, ſed & continentiam affluenter, & non improperat. An ideo hoc dono carent, quia tam inſipientes ſunt, ut neſciant, à quo id petere debeant? An timent, ne, ſi petant, impetrent? Concedimus nec inviti Gretſero eos extra matrimonium vivere poſſe, qui donum continentiæ habent: concedimus etiam impetrari poſſe: verùm hoc quæritur, An non donum continentiæ habeant, qui vivunt in matrimonio, præ iis, qui extra matrimonium juſſu Superiorum vivere coguntur? An donum hoc continentiæ adeò ſit neceſſarium, ut in matrimonio vivere nequeamus? An donum continentiæ impetremus in contemptum matrimonii, an verò ut vitetur inconceſſa libido. Adhæc omnia reſpondebit prophetia Merlini Britanni, quâ Cucullati propter malè ſervatam caſtitatem ad nuptias adigentur, clamorque eorum in montibus Alpium audietur. Reſponderet Harpprechtus ad *princ. I. d. nupt. n. 66. & ſeqq.* ut S. Calvinus. Si prorſus rem tam ſpiritualem Canoniſtæ judicarunt matrimonium eſſe, imò Sacramentum; cur obſecro miſeris ſuis Clericis & Sacerdotibus re tam ſacrâ, imò ſacramento interdixerunt, & etiamnum valde impiè interdicunt, cum tamen eos, qui ſe ſpirituales jactitant, nihil magis, quàm ſpiritualia cuſtodire & quovis modo tueri conveniat. Quid S. Scriptura dicat, ibidem deducit Harpprechtus. Sic Laurentius Surius in *comment. rer. in orb. geſt. ad ann.* 1501. Quod apud Græcos liceat Sacerdotibus vel decies aliam atque aliam ducere uxorem hoc in libello quodam ſcribit Philippus Melanthon, ſicut & alia multa impudentiſſimè ille Melanthon mentitur, ſed reſpondemus non illud Plinii de Veſpaſiano, quòd has nugas aliquid eſſe putemus, verùm nos ſpernere tantillum Melanthonis obtrectatorem. Idem ad ann. 1525. inducit Andream Carolſtadium, Archidiaconum Vuittenbergenſem, qui primus omnium uxorem duxit, quam ſcortum dixiſſet veriùs: non veriùs dixiſſet, ſed veriùs feciſſet, ſi communem patientiæ muliebris legem in illa fuiſſet aſpernatus. Idem ad eundem annum inducit Lutherum, monachum miſerum, facto & opere deploratum, qui, quod nullæ ſanæ mentes, & in catholica religione bene inſtitutæ vel ſolo auditu ferre queunt, celebravit nuptias & ſibi virginem ſanctimonialem junxit. Idem qui peccant, pœnas non formident. Veſtales hæ monachis nubant, humo non obruentur. Exhorreſcerem, ſi ex eodem Surio plura adderem. Unum ſufficiat ad annum 1531. ubi de Oecolampadio, deſertore monacho, qui à femina, quam inceſtis polluit nuptiis, in lecto extinctus repertus fuerit. Uſque adeo enim frigidum eſt hoc genus apoſtatarum, ut periculum ſit, ne pio frigore moriantur, niſi quàm primum lepidam aliquam puellam ſibi, per ſummum ſcelus adjungant, cujus ſulfureis amplexibus incaleſcant illo igne, quem non Dominus Jeſus, amator integritatis & virginitatis filius, ſed Tartareus Satan miſit in terras. Ego equidem in rebus Theologicis me non conſtituo adverſarium, ſed tamen aſſevero neminem pium piæ exiſtimationis, quâ Oecolampadius Eccleſiæ illuxit, pati ſpolia. Quantum autem hoc eſt ſpolium, Oecolampadium, quod quidam tradidere, ferro primùm, deinde veneno ſibi mortem inferre eſſe conatum. Quàm execrandum, cum in inceſto vixiſſe conjugio, orbemque horrendis blaſphemiis infeciſſe. Quàm denique diabolicum vocari Oecolampadium vitæ & doctrinæ ſanctimoniâ colendiſſimum & verum Epiſcopum Baſileenſem hoc Baſileæ maximè eſſe probroſum. Lubet de conjugio Sacerdotum ſubmittere doctrinam Melanthonis, quam habet in præcipuis articulis fidei, ut videat mundus, cui tenebris illuditur, an tot inauſpicatis mendaciis, quod voluit Surius, ſcateat Melanthon religioſus veri aſſertor. Sic ille retegit cortinam, annon Nonna ſub ea lateat.

DE CONJUGIO SACERDOTUM.

CUM doctrina Chriſtiana honorificè prædicet conjugium, eoque uti jubeat, non ſolùm procreationis cauſſa, ſed etiam ad frenandas vitandasque libidines, nunc non ſolùm pontificia lege, ſed etiam novâ atque inuſitatâ ſævitiâ, prohibentur conjugia ſacerdotibus, & contracta dirimuntur. Idque hoc eſt indignius, quod hæc in Eccleſia fiunt, quæ

ut maximè debet abhorrere à turpitudine. Ita conjugium ad vitanda multa ingentia flagitia ſummo ſtudio tueri debebat. Ad hæc cum in omnibus ethnicis rebuspublicis mediocriter conſtitutis propter graviſſimas cauſſas conjugium in magno honore fuerit, quid minus decet in Eccleſia, quàm & ſanctiſſimum fœdus conjugii diſtrahere, aut capitalibus pœnis, velut ſummum ſcelus, punire conjugium? unde hæc in Eccleſiam, in qua debet excellere mutua dilectio, pervaſit immanitas? Porrò res loquitur ipſa, quantum turpitudinis, ac ſcelerum pariat Pontificia lex de cœlibatu. Nec ullâ humanâ voce dici poteſt, quantum vitiorum ex hoc fonte in Eccleſiam exundaverit. Nam ut non dicamus de Epicureis, quos nihil pudet, quàm multi pii ac boni viri infeliciter luctati ſunt cum imbecillitate naturæ, & ad extremum in horribilem deſperationem inciderunt. Quò ſpectat autem hæc nova crudelitas niſi ut illa infinita ſcelera in Eccleſia confirmentur, & ut improbi peccent impunitius? Hæc cauſſa nihil habet opus diſputatione: nam hæc nova lex, quæ nunc defenditur ab adverſariis, quæ & prohibet ſacerdotibus conjugia, & contracta diſtrahit, pugnat cum jure naturali, divino, cum Evangelio, cum veterum ſynodorum conſtitutionibus, cum exemplis veteris Eccleſiæ. Tantum opus eſt nobis pietate & æquitate optimi Imperatoris, quem oramus, ut pro ſua pietate, & pro ſuo officio, abolitâ tyrannicâ lege, mederi Eccleſiæ ſtudeat. Cum omnis injuſta crudelitas Deo diſplicet, tum illa maximè, quæ exercetur in ſacerdotes pios & eruditos, qui bene merentur de Eccleſia. Ac non ſolum divina oracula minantur atrociſſimas pœnas, his, qui crudelitatem exercent adverſùs ſacerdotes, ſed exempla etiam extant omnium ætatum, quæ comprobant illas minas non eſſe irritas. Nam ut alia innumerabilia exempla omittamus. Gens Beniamin ferè tota deleta eſt, propter ſtupratam hoſpitis ſacerdotis conjugem. Cum enim cadaver mulierculæ, quæ vexata ſtupris extincta erat, diſſectum miſſum eſſet ad principes Iſraël, judicavit univerſus populus tantam immanitatem ſeveriſſimè puniendam eſſe. Cumque non dederentur ad pœnam authores facinoris, tota gens Beniamin magnâ clade acceptâ pœnas dedit. At hoc tempore multiplici injuria afficiuntur ſacerdotes ipſi, cum quidem nullum eis crimen objiciatur, niſi conjugium, excruciati horribilibus ſuppliciis necantur, miſeræ conjuges & parvi liberi ejecti ſuis nidulis vagantur extorres, ſine certâ ſede, ſine tecto, ſine lare. Paulus vocat prohibitionem conjugii doctrinam dæmoniorum. Id teſtantur non ſolùm turpiſſima vitia, quæ cœlibatus invexit in Eccleſiam, ſed etiam hæc ipſa aſperitas, quæ propter hanc legem exercetur in ſacerdotes, & eorum conjuges ac liberos. Nam diabolus homicida eſt, & piorum calamitatibus præcipuè delectatur. Sed olim Deo pœnas daturi ſunt talium conſiliorum authores. Nos hanc ſævitiam, neque dignam Chriſtianis, neque utilem Eccleſiæ eſſe judicavimus.

Quòd verò objicitur authoritas legis pontificiæ, cur non allegant authoritatem canonum adverſùs turpia exempla impuri cœlibatûs, & ſcelera digna animadverſione? Nulla debet eſſe authoritas pontificii decreti, pugnantis cum jure naturæ, & cum mandato divino. Natura homines ita conditi ſunt, ut ſint fœcundi, quare Juriſconſulti dicunt, conjunctionem maris & fœminæ eſſe juris naturæ. Idque docet Geneſis, *capite primo & ſecundo*. Deinde cum Paulus inquit, Unusquisque habeat uxorem, ad vitandam fornicationem, certè præcipit omnibus qui non ſunt idonei ad cœlibatum, ut contrahant conjugia. Et Chriſtus monet, non omnes idoneos eſſe ad cœlibatum, cum ait, non omnes capiunt verbum hoc.

Porrò nec leges humanæ, nec vota valent pugnantia cum mandato divino. Et eventus ipſe teſtatur, naturam legibus humanis non poſſe mutari. Videmus quantum turpitudinis pariat ille cœlibatus. Ac ſi qui ſunt boni viri, qui ſtudent eſſe caſti, hi intelligunt oneris & periculi magnitudinem, & præcipuè deplorant hanc ſui ordinis ſervitutem. In Nicæna ſynodo quidam conati ſunt legem ferre, ut ſacerdotibus interdiceretur conſuetudine conjugum. Repudiata eſt hæc lex ab univerſa ſynodo. Et fuit quondam mitior Latina Eccleſia, tantùm enim dimittebat à miniſteriis eos, qui cum gererent munus

Digitized by Google

Eccleſiaſticum, ducebant uxores: non prohibuit conjugium. Hæc nova lex eſt Pontificum, ignota veteri Eccleſiæ ac ſynodis, quæ in totum prohibet conjugia, & contracta diſtrahit.

Conſtat autem utranque partem hujus decreti pugnare cum Evangelio. Allegatur contra nos Eccleſiæ & ſynodorum authoritas, quam pontifices ipſi hujus decreti authores impudenter contempſerunt. Nec obſcurè reclamaverunt pii ſacerdotes huic novæ legi. Nam hiſtoriæ eccleſiaſticæ teſtantur, eam non ſine acerrimis certaminibus impoſitam eſſe Eccleſiis. Tarraconenſis epiſcopus ſcribit ad Syricium pontificem, ſacerdotes Hiſpanos non poſſe adduci, ut legem accipiant, qua interdicebatur eis conſuetudine uxorum. Quas ibi tragœdias agit Syricius, quàm inclementer reſcribit?

Hæc enim ſunt Syricii verba, indigna pontifice. Dicat mihi nunc ille, quisquis eſt, ſectator libidinum, præceptorque vitiorum. Et deinde Pauli dictum alieniſſimum detorquet ad ſuam cauſſam. Qui in carne ſunt, placere Deo non poſſunt, dubium profectò eſt, utrum inſcitiæ, an impudentiæ adſcribendum ſit, quòd tam contumelioſè loquitur de conjugio. Nihil enim agebatur aliud, niſi ut interdiceretur ſacerdotibus uſu conjugum, quas tunc habebant. Deinde poſteriores pontifices multo etiam duriores fuerunt. Cùm decretum pontificium de abjiciendis uxoribus in Germania recitaret in Synodo Archiepiſcopus Moguntinus, ita exarſerunt irâ ſacerdotes, ut minarentur ſe impetum facturos in ipſum Archiepiſcopum. Et erat res cum indigna, tum acerba abjicere præſentes conjuges, ſed vicit tandem, vel vis vel ſuperſtitio. Quantò mitior fuit Cyprianus mulieribus, quæ non ſervabant promiſſam caſtitatem: ſcribit enim *libro primo, epiſtolâ undecimâ.* Si perſeverare nolunt aut non poſſunt, melius eſt, ut nubant, quàm ut in ignem deliciis ſuis cadant, certè nullum fratribus aut ſororibus ſcandalum præbeant.

Porrò injuſtæ leges non ſolent eſſe perpetuæ. Rogamus igitur optimum Imperatorem, ut inter cætera Eccleſiæ incommoda etiam hujus legis vitia conſideret, qua in re & illud conſiderandum eſt. Natura ipſa hominum veluti ſeneſcit & fit imbecillior. Quare providendum eſt, ne vitia creſcant. Nec debent leges ipſæ ſemina eſſe vitiorum. Plato graviſſimè dicit, leges virtutis cauſsâ ferendas eſſe. An autem traditio de cœlibatu pietatis cauſsâ propugnetur, aut alio quodam conſilio, nondifficile eſt judicare. Poſtremò, cum Chriſtus præcipuè commendaverit piis curam miniſtrorum Evangelii, rogamus, ut optimus Imperator, ſævitiam prohibeat, quæ diu jam in homines pios ſacerdotes exercetur, ac cum Eccleſia potiùs deliberet, quàm cum adverſariis noſtris. Debent in Eccleſia excellere dilectio & miſericordia. Quare maximè abhorret vera Eccleſia à crudelitate non neceſſaria, nec vult interfici ſacerdotes propter tyrannicam traditionem. Parci etiam vult miſeris mulieribus ac liberis ſacerdotum. Horum omnium vitam ac ſalutem Eccleſia tibi clementiſſime Imperator commendat. Omnes pii ubique terrarum afficiuntur horum calamitatibus, & taciti deſiderant Chriſtianam lenitatem in hoc negotio, tibique communibus lachrymis doctos & bonos viros, Eccleſiæ utiles & horum conjuges ac liberos commendant, quem vident, & naturâ præditum eſſe eximiâ quadam & heroicâ bonitate, & in hac cauſſa hactenus ſingulari uſum eſſe moderatione, quæ quidem ſignificat te de republica ritè ſananda deliberare. Non vult Eccleſia, te alienæ crudelitatis miniſtrum fieri. Maximus honor eſt regum, quem tribuit eis Eſajas, dum inquit eos debere Eccleſiæ nutricios, hoc eſt imperia, defenſionem pacis, & humanæ ſocietatis, non ſolùm corporali utilitati ſervire, ſed etiam adjuvare Evangelium, cum videlicet & regunt ſacerdotes, & tranquillitatem civitatibus concedunt, ut inſtitui ad religionem juventus, & doceri homines poſſint. Rogat igitur Eccleſia, ut memineris tibi pios ſacerdotes, tanquam alumnos tuendos eſſe. Tuum munus eſt, innocentiæ præſidio eſſe, depellere injurias, præcipuè ab imbecillibus, qui ſe tueri non poſſunt ipſi, à piis mulieribus, à pueritia, ab orphanis. In his etiam ſacerdotum conjuges & liberos qui verè ſunt orphani, tibi commiſſos eſſe divinitus exiſtimes.

Eccleſia vel maximè φιλόστοργος eſt, & non modò conjugum inter ſe caritatem, parentum erga liberos amorem probat, ſed afficitur etiam ipſa deſertorum atque orphanorum ærumnis

Digitized by Google

ærumnis. Ac verò in tanta bonitate, naturæ tuæ nihil eſſe ἄστοργον judicat, quare ſperat tibi quoque dolorem afferre ſacerdotum neces ac ſupplicia, conjugum & liberorum exilia. Monet illud etiam Eccleſia, ut provideas, ne pleriquè doctrinæ Chriſtianæ loci, quorum neceſſaria eſt explicatio, ſimul opprimantur, dum piè eruditi interficiuntur, dum excutiuntur hominibus ſtudia doctrinæ Chriſtianæ. Quid agunt adverſarii aliud, niſi ut deletis omnibus literis & oppreſsâ doctrinâ, tantùm pendeant homines ex authoritate illorum, qui dominantur, ſomnia indoctorum quamlibet impia, quamlibet abſurda, ducunt eſſe oracula. Hanc barbaricam ſervitutem exiſtimant adverſarii prodeſſe dominationi ſuæ, nec obſcurè multis in locis jam hac ſervitute jacet oppreſſa Eccleſia. Etſi autem nos quoque veteres ſynodos amplectimur congruentes cum Apoſtolica doctrina, tamen non decet authoritatem eccleſiæ prætexere omnibus abuſibus ac vitiis, quæ recentior ac deterior ætas in Eccleſiam invexit. Nimium blandiuntur ſibi homines, ſi nihil vitii derivatum eſſe putant in Eccleſiam, ex affectibus hominum cupidorum, ex illis labyrinthis & tenebris doctrinæ ſcholaſticæ & traditionum. Neque verò tam propter conjugium periclitantur hoc tempore boni viri, quam propter ſtudium repurgandæ & illuſtrandæ doctrinæ Chriſtianæ, quòd regere ac juvare Epiſcopi debebant, Nam his præcipuè commendata eſt cura ornandæ & defendendæ doctrinæ, hi debent eſſe hujus ſanctiſſimi & utiliſſimi ſtudii gubernatores & hortatores.

Sed non ad ſolos epiſcopos, verùm etiam ad pios Principes, ac maximè ad Imperatorem pertinet, purè intelligere Evangelium, dijudicare dogmata, advigilare, ne impiæ opiniones recipiantur aut confirmentur, idololatriam omni ſtudio abolere. His officiis præclarè meriti ſunt de piis multi magni heroes, Gedeon, Ezechias, Joſias, Conſtantinus & plerique alii Quare exiſtimabis & tui officii eſſe cavere, ne obruantur ea, quæ piè & utiliter patefacta & emendata ſunt, à bonis & doctis viris, ne impii abuſus authoritate tuâ ſtabiliantur Pſalmus inquit, Propter templum tuum in Jeruſalem, reges offerent tibi munera.

Sunt autem propria regum munera in Eccleſiam conferenda, inquirere veram doctrinam, & curare, ut boni doctores præficiantur Eccleſiis, dare operam, ut ritè dijudicentur Eccleſiaſticæ controverſię, non delere piam doctrinam, ſed excitare potiùs ac propagare, & defendere, concordiam Eccleſiæ rectè conſtituere & tueri. His veris muneribus potes nunc, optime Imperator, ornare Chriſti Eccleſiam, quæ quidem à te præcipuè & Chriſtus requirit ipſe, & petunt Eccleſiæ, quibus opus eſt pace. Poſtremò cum humanæ traditiones cedere debeant temporibus, maximè in Eccleſia, in qua longè pluris fieri debent ſalus piorum, dilectio, & pax publica, quàm ullæ traditiones humanæ, multo ſatius eſt diſſimulare abrogationem hujus traditiunculæ de cœlibatu, quàm confirmare libidines, diſſipare conjugia, ſuſcipere ſævitiam in ſacerdotes & eorum conjuges ac liberos, opprimere piam doctrinam, vaſtitatem efficere in Eccleſiis.

Etſi autem mundus omnibus ætatibus dedit inſignes pœnas libidinum, ut hiſtoriæ teſtantur de diluvio, de Sodomis, de Davide, denique innumerabiles Ethnicæ hiſtoriæ, tamen homines prophani leviter curant judicium Dei, rident libidines, ideo tolerant pollutos & contaminatos ſacrificulos. Ad hoc accedit, quòd cœlibes faciliùs poſſunt tueri opes Eccleſiaſticas, & hunc ſplendorem, qui nunc eſt procerum Eccleſiaſticorum, quem, quia reges ſibi ornamento eſſe putant, majore ſtudio cœlibatum defendunt. Sed Evangelium jubet nos anteferre mandatum Dei prophanis judiciis & utilitatibus, oſtendit latè vagari pœnas libidinum per totas gentes, & pollutos cæcitate & æternis ſuppliciis puniri Jubet uti conjugio & ordinationi Dei obtemperari, qui ita condidit naturam hominum, ut perpetua ſocietas ſit duorum conjugum, maris & fœminæ. Monet cultum Dei eſſe, obtemperare ordinationi & voci Dei, & fugiendas eſſe ſuperſtitiones pugnantes cum ordinatione divina. Ideo ſuſtulimus prohibitionem conjugii, & ſentimus abolendam eſſe in tota Eccleſia. Et quia non dubitamus peccare omnes, qui defendunt prohibitionem illam, nos ſacerdotibus legitima & pia matrimonia concedimus.

Digitized by Google

Nec opus eſt in hac cauſſa diſputatione longiore, opus eſt judice, qui non ridet libidines, ſed iram Dei metuit, & vera pietatis officia intelligere ſtudet, deinde qui odit injuſtam crudelitatem, quæ hoc tempore adversùs ſacerdotes maritos & eorum conjuges ac liberos exercetur. Rogamus igitur Imperatorem, ne pontificiam legem de cœlibatu pugnantem cum mandatis Dei, & cum veteribus ſynodis defendat, nec ſit author aut adjutor injuſtæ crudelitatis, nec trucidatis piis ſacerdotibus polluat ſe parricidiis. Nam cum cæteras injuſtas cædes Deus atrociter punit, tum maximè iraſcitur his, qui ſævitiam in ſacerdotes pios exercent, ut inquit 4. *regum* 9. Ulciſcar ſanguinem ſervorum meorum prophetarum, &c. Quid eſt indignius, quam imperia, quæ divinitus instituta ſunt, ut veram doctrinam de Deo, veros Dei cultus, honeſta conjugia, bonos mores tueantur, transferri ad delendam veram doctrinam, ad diſſipanda conjugia, ad confirmandas & augendas flagitioſas libidines pontificum, ſacerdotum & monachorum? Quàm miſerabile ſpectaculum eſt, cum reges, qui debebant eſſe imago Dei in terris, non Deo ſerviunt, ſed furori Diaboli, confirmantis horribilia peccata, idolomaniam, libidines, & injuſtam crudelitatem? Porro cum de Eccleſiæ & piorum defenſione ſcriptum ſit, Beatus qui miſeretur ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Optamus ut omnes reges & principes adficiantur hac voce cœleſti. & tegant pios ſacerdotes, & eorum conjuges ac liberos, quos quidem Deo curæ eſſe non dubitamus.

MATRIMONIUM contrahentis ætas definita non eſt, ſed malitia ſupplet ætatem, *c. d. illis* 9. *X. d. deſponſ. imp.*

Non o. *c. acceſſit.* 5. *X. eod.* Reſp. Ibi non deciditur, quâ ætate contrahi matrimonium poteſt, ſed quâ non poteſt. 2. matrimonia fieri poſſe vel non poſſe refertur vel ad matrimonium præſens vel ad matrimonii ſpem.

Non o. quòd non habeatur ratio malitiæ, ſed ætatis. Sic in *c. cum in cunctis. in pr. d. elect. in* 6. eadem ætas requiritur in Abbatiſſa & Prioriſſa, quæ in Epiſcopo. R. A matrimonio ſpirituali ad carnale, quo Abbatiſſa & Prioriſſa ſub Epi-

Secus eſt in ſponſalibus, in quibus ætas equidem non definitur, quia ſponſalia à primordio ætatis effici poſſunt, ſi modo id fieri ab utraque perſona intelligatur: i.e. ſi non ſint minores, quàm 7. annis; ætas tamen debebat egredi ſeptimum annum, *d. l.* 14 *c. literas.* 4. *X. h. t. d. deſponſ. imp.* V. Petrum Gregorium Tholoſanum *libr. ſyntagm.* 8 *c.* 5. *libr.* 9. *c.* 7. *in prælect. ad tit. Decretal. d. ſponſal. c.* 7. *& ſeqq.* Bernegger. *quæſt. miſcellan.* 117. Wiſſenbachium ad *tit. C. ſi min. ſe major. dix.* ubi refert exemplum pueri decennis, qui (ſi qua Hieronymo fides 3. *epiſt.* 132. *ad Vitalem*) inceſtâ nutricis conſuetudine volutatus tam mõſtroſum ætatis compendium fecit, ut pater ante fieret, quam per leges maritus eſſe poſſet. Quartulla autem,

Definita eſt, *l.* 14. *ff. d. ſponſal. l.* 4. *ff. d. R. N.*

Non o. *l. pen. ff. quand. dies leg. &c.* in qua citra annorũ definitionem nupta non videtur, quæ virum pati non poteſt; quia ſufficit eam non eſſe viripotentem: circa ætatem autem viripotentis non variant leges, ſed eam definiunt, quâ nupta, ut in *l.* 10. *ff. in pr. d. C. & D.* primum nuptiale jugum pati poteſt.

Non o. *Nov.* 100. *c.* 2. quæ in contrahentibus matrimonium quindecim annos requirit. R. Novellam non urgere requiſitum juris, ſed innuere contingentiã ejus, quod ut plurimùm obſervari ſolet.

Non o. *l.* 14. *in pr. ff. d.* ſcopis

Digitized by Google

Epiſcopis non continentur, velle argumentari, hoc eſſet onerare Abbatiſſas & Prioriſſas, quibus, verba ſunt *l.9.in pr.ff. d.pact.* difficile eſt, ut unus homo duorum vicem ſuſtineat.

infame illud Petronii ſcortum, ſuamet voce profitetur, cum ætatis ſuæ memoriam recordaretur ultimam, incertos ſibi eſſe & incognitos virginitatis annos; infantem enim cum paribus inquinatam, & procedente ævo majoribus ſe pueris applicuiſſe. Junonem meam iratam habeam, inquit, ſi unquam me meminerim virginem fuiſſe. De Colchidos inhabitatoribus, quos vulgò Georgianos appellare ſolemus, refert Busbequius *epiſt.* 3. paucas ibi inveniri adultas, quæ virgines ſint; oſtendi pleraſque matres, anno 10. ætatis infantes habere, grandi ranâ haut paulo majores, cum alioqui gens procera ſit & egregiâ formâ membrorum. Denique ſi, quod notat Ungebaur ad *tit. Decretal. X. d. deſponſat. impub. num.* 6. urgentiſſima neceſſitas interveniat, utpote pro bono pacis, talis conjunctio per diſſimulationem quandam toleratur.

alim. & cibar. leg. in qua ætas pueri usque ad decimum octavum, puellæ usque ad quartum decimum computatur. Reſponſio eſt in ipſa l. Etſi generaliter pubertas non ſic definiatur, tamen pietatis intuitu in ſola ſpecie alimentorū hoc tempus ætatis eſſe obſervandum non eſt incivile.

MATRIMONIUM cum vidua fratris contrahi poteſt, *c. ult. X. d. divort.* Vid. Wiſſenbach. *diſp. ad ff.* 44. *th.* 20. *part.* 1. differentiam, in qua *Virginitas probari non poteſt.*

Nulla eſt differentia, quia idem aſſertum juris Civilis eſt in jure Canonico, *c. d. inceſtis.* 35. *q.* 2. Nec obſt. *d. c. ult.* in quo Pontifex cum Livonibus recens ad fidem Chriſti converſis ob eorum infirmitatem diſpenſat, ut matrimonia priùs in paganiſmo contracta cum relictis viduis fratrum ſine liberis defunctorum retineant: ceterùm deinceps poſtquam ad fidem venerunt, à talibus abſtineant. Non o. Pontificis diſpenſatio, quâ permiſit Henrico VIII. Angl. Regi ducere viduam defuncti fratris Arturi, Catharinam, quæ fuit filia Ferdinandi, Hiſpaniæ Regis, & matertera Caroli V. Reſpondeat heic non ipſe Angliæ Rex, qui Catharinam repudiavit ductâ aliâ, quaſi Pontifici non licuiſſet tali in caſu diſpenſare; nam veritas ei non fuit cauſa veritatis, ſed quæſitus color, quo mutaret libidinem; ſed reſpondeat Joannes Baptiſta, qui *Matth.* 14. *verſ.* 3. 4. dixit Herodi, Non licet tibi Herodiadem, uxorem fratris tui, habere. Non obſt. *c.* 13. *v.* 5. *ad Hebr.* Honorabile eſt conjugium inter quosvis. Reſpondet Wiſſenbachius, Aliud eſſe inter quosvis: aliud cum quibusvis. Inter quosvis, i. e omnes, cujuscunque ſint ordinis & ſtatûs. Locus opponendus Pontificiis, qui ſacerdotibus, aliisque Clericis fibulam imponunt. Sed quo ſucceſſu, cognoſcere licet ex querela Volkirni Abbatis *homil. ſup Evang. d. ſem. & zizan. in antilog Papæ, pag.* 744. Quid enormius quàm in nocte tractare filiam Veneris, & de die filium virginis? Audent Sacerdotes intingere manus ſuas in ſanguinem Salvatoris, quibus paulo ante carnem meretricis tractaverant.

Fratris uxorem ducendi vel duabus ſororibus conjungendi penitùs licentiam ſummovemus, nec diſſoluto quocunque modo conjugio, *l.* 5. *C. d. inc. & inutil nupt.*

MATRIMONIUM eſt omnino individuum, quia non admittitur verum divortium, ſed vitæ

Hanc differentiam notat Pacius in *anal. ad tit. Inſt. d. patr. poteſt.* verùm an ſit perpetua, dubitare me facit *c. Aga.*

Matrimonium eſt dividuum, quia non ſolùm morte, ſed etiam divortio dirimitur: vitæ au-

Digitized by Google

matrimonialis conſuetudo eſt dividua, *c.2. X.d. divort.* Vid. Speidelium in *notab.jur.hiſt.polit.lit.E. num.* 10. Rittershuſium in *Novellas part.* 4.*c.*8.*n.*1. ubi plura allegat loca juris Canonici, in quibus ſummatim hoc dicitur, Tametſi fatuus & injuſtus ſit, qui ſciens uxorem adulteram retineat, *Itali cornutum vocant*, imò & pœnitentia atque abſtinentia conſuetudinis conjugalis per triennium ipſi injungatur; tamen adulterio per pœnitentiam purgato poſſe fieri reconciliationem conjugii, cum neque Eccleſia ipſa gremium claudat redeuntibus. Vid. Vultejum *lib. Juriſp. Rom.* 1.*c.*21.*num.*18.

*thofr.*27.*q.*2. niſi diſtinguere malimus inter canones recentiores & antiquiores, à quibus ideo non recedimus, quia idem vult jus divinum, quo conjugium non ſolùm diſſolvitur quoad torum, ſed etiam quoad vinculum, & ideo non modo innocenti, ſed nocenti etiam perſonæ, ſi ſe continere non poteſt, ad aliud tranſire matrimonium permittitur. Vid. Bezam in *tract. d. repud. & divort.pag.*156.*& ſeq.* Joachim à Beuſt in *tract.d. conjug.part.*2. *cap.*24. *& ſeq.* Hunnium in *colleg. Jur.Can.diſp.*13.*th.*65. & excipientem cauſam adulterii Rennemannum in *Jprud. Romano-Germ. membr.*1. *diſp* 42. *th.*36.*lit.d.* Vid. Zœſium in *ff. ad L. Jul. d. adult. num.* 44. ubi invehitur in eos, qui libidinis ſatiandæ causâ potiùs, quàm veritatis amore divortium permittant, eosq́ue vocat quinti Evangelii Fratres. Forſan in illo quinto Evangelio fervent ſtigmata, quæ calumniantibus inuruntur. Summa eò redit juxta Rittershuſium in *Nov.part.*4.*c.*9.*num.*4. Qui reformatam amplectuntur religionem, putant permittendum eſſe innocenti parti (& rectè) quæ divortium fecit ob alterius conjugis culpam, ut ad ſecundas nuptias tranſeat. Neque enim ulla obſtat prohibitio divina, quinimo ex dicto Chriſti *Matth.*19. Quicunque dimiſerit uxorem ſuam exceptâ causâ fornicationis, & aliam duxerit, mæchatur. Ex hoc dicto bonâ conſequentiâ ſic colligi poſſe videtur. Ergo à contrario ſenſu ſi quis propter cauſam fornicationis ſive adulterii repudiatâ priore uxore ducat aliam, non mæchatur, ſed juſtas celebrat nuptias; contraria enim ſunt contrariorum conſequentia. Eſt & illa ſanè urgentiſſima ratio, cur debeat innocenti conjugi poſt divortium permitti aliud

tem matrimonialis conſuetudo eſt individua, quia non admittitur tori ſeparatio conſtante matrimonio, *t. t. ff. d. divort. & repud.*

Non o. quòd in *§.* 1. *l. d.patr.p.* nuptiæ individuam vitæ conſuetudinem contineant. Reſp. Tamdiu eſt uxor, quamdiu eſt maritus, arg. *l.* 1. *d. jur. dot.* i.e. matrimonium pro lubitu diſſolvi non poteſt, ſed requirit cauſam, quæ olim quævis ſufficiebat; & dicebatur bonâ gratiâ dirimi matrimonium. Poſtea graviorem cauſam ſubeſſe oportebat, ut erat ſterilitas, *l.* 60. *in §. ff. d. donat. int. V. & U.* Vid. Val. M. *libr.*2. *c.*1.4. Gell. 3. *&* 17. *c. ult.* Senec. 2. *contr.* 5. quos allegat Gothofr. *lit. g.* ſenectus, valetudo aut militia, *l.*61. *ff. eod.* Denique graviſſima cauſa requirebatur, qualis cauſa non erat ſenectus, N. 117. *c.* 12. *in f.* non valetudo, niſi talis ſit, de qua in *l.* 10. C. *d. repud.* N. 22. *c.* 6. Monet Gothofredus ad *l.* 62. *ff. d. t. lit. k.* matrimonium, quod olim bonâ gratiâ

matri-

Digitized by Google

matrimonium, quia ſi connubium ſive facultas contrahendi cum alia perſona ipſi denegaretur, tum hoc ſequeretur abſurdum, quòd innocens pœnam lueret pro nocente, cum tamen peccata ſuos tantùm autores tenere debeant, nec ulteriùs progredi metus pœnæ, quàm reperiatur delictum: ubi noxa eſt, ibi & pœna eſſe debet, ut eſt elegans & trita *l. ſancimus. 22. C. d. pœn.* quam in ſententiam apud Livium quoque legimus *libr.* 28. Unde orta eſt culpa, ibi pœnam conſiſtere debere. Addit temperamentum Joach. à Beuſt. *d. loc.* 1. tentetur reconciliatio inter conjuges. 2. quòd ſi ea locum non inveniat, monetur pars læſa & innocens, ut malit ab alio conjugio abſtinere & continentiam ſervare. 3. demum ſi continere ſe, & extra matrimonium caſtè viverè poſſe neget, permittitur ei aliud matrimonium. Vide Weſenbecium in *paratitl. ff. d. divort.* quem librorum Cenſores olim in Academia Duacena nefario auſu caſtrarunt, eoſque ſeculi Colonienſes in editionibus An. 1630. 1640. Quid verò juris, quando viri initio contrahendi matrimonii uxoribus jurant, ſe nunquam eas dimiſſuros vel repudiaturos? Pontifex in *c. quemadmodum. 25. X. d. jurejur.* definit juſtâ præſumptione ineſſe tacitam conditionem ſeu exceptionem, ſi matrimonii fidem non violaverint. Subſumit Cujacius ad *d. c. 25.* eâdem ratione in ſponſalibus hanc conditionem ineſſe, cum quis

dirimebatur, utcunque fuerit abrogatum N. 117. c. 10. eſſe revocatum per *Nov. 140. in præf.* Sed enim promptius olim erat divortium, quod olim bonâ gratiâ fiebat, ubi in nullam cauſam inquirebatur & poterat fieri, etiamſi nulla cauſa præceſſiſſet. In *Nov.* autem 140. proponuntur atroces & irreconciliabiles inimicitiæ, ob quas belligeratum domi pugnatumque ſit, ita ut ii, qui violento affectu odioque ſemel correpti ſunt, reconciliari nequeant.

ſcilicet juratò promittit ſe aliquam ducturum in uxorem, ſi interim ſpem matrimonii non violaverit, quod comprobatur argumento à minori ad majus, ut Ariſtoteles loquitur. Quintilianus vocaret à majori ad minus; ſi uxor juſta ex cauſâ dimitti poteſt, quod erat minùs probabile, nempe ut faciliùs ſolvantur ſponſalia quàm nuptiæ. Prætulerim tamen in eo jus Canonicum, quod difficiliorem & in cauſis matrimonii ſolutionem ſtatuit. Sunt enim in *l. 8. §. 3. C. d. repud.* cauſæ, ut ſi uxor appetat convivia extraneorum: ſi foris pernoctet: ſi Circenſibus vel Theatralibus ludis, vel arenarum ſpectaculis gaudeat, quæ cauſæ ita ſunt arbitrariæ, ut non æquè ſolutionem ſuadeant, ac ſi membra in membris deprehendantur, ut loquuntur Dd. apud Beſoldum *opuſcul. jurid. part. 4. d. nupt. c. 11. num. 6.* aut propria confeſſio adſit. Modò enim ſufficiunt, modò non ſufficiunt: interdum magis ſuadent, ut quando probaretur, quem caſum inducit Beſoldus *d. loc.* uxorem cum viris ad tripudia iviſſe larvatam. Aut quando probaretur, quem caſum inducit Vulteius *libr. Jurisp. Rom. 1. c. 21.* ſi uxor cum extraneis marito nolente lavet. Olim in Italia Baias vidiſſe à ſeverioribus dicebatur ſpecie adagii pro ſigno libidinum; cum ille locus eſſet vitiorum diverſorium: in cujus aquis — *quicunque natavit, amavit.*

Et propterea Martialis *libr. 1. epigr. 63.* falsè ludebat in Lævinam caſtam mulierem, quæ, dum Baias veniſſet, incidit in flammas amatorias, & relicto conjuge abiit Helene, quæ venerat Penelope. Exclamat Th. Lanſius in *conſult. d. principat. int. provinc. Europ. in orat. contr. Germ.* Eheu! quantumvis, ubi quondam in Puteolano tractu prælucebant Baiæ, jam ibi loci ſit ſolitudo mera, & ſerpentum cubilibus peropportunum dumetum. Baias tamen hodie multis locis habemus in ipſa Germania; ubi inter lavantium greges videre eſt frequentiſſima Veneris Amorumque gymnaſia, commeſſantium tripudia, & ſymphoniarum cantibus perſtrepentes cœtus, & alia, quæ velut ſoluta legibus luxuria non tantùm peccat, ſed publicat. Qui in thermis Badenſibus fugetur triſtitia, quæratur hilaritas, non de communi dividundo agatur, ſed de communicando diviſa, refert ex Poggio

Floren-

Florentino *d.loc.* Lanſius. Deliberatum eſt mihi non omni ſtare relationi, præſertim in argumento, in quo me oportet eſſe Helvetium. Concludimus, Ut verum ſit divortium non divortii tantùm imago, tria requiri, 1. ut ſubſit ſufficientis cauſæ juſtitia. 2. ut ſubſit legitima cauſæ illius delatio, nec ejus vice fungatur privata authoritas. 3. ut divortium ſententia definitiva ejus, coram quo delatio eſt facta, præcedat.

MATRIMONIUM invitis parentibus contractum eſt reſcindendum, *c. 5. & c. pen. X. d. condit. appoſ.*

Æquius & humanius videtur, ne matrimonium refragantibus vel ignorantibus parentibus contractum ſecuto concubitu facilè dirimatur, Jul. Paulus *libr. 2. recept. ſent. tit. 19. l. 12. §. 3. d. capt. & poſtl. rev.*

Quò jus Civile, eò collimat Canonicum. Jus Civile in *l. 1. §. fin. ff. d. lib. exh.* vult patri eſſe perſuadendum, ne acerbe patriam poteſtatem exerceat; ne bene concordans matrimonium & liberis fortè ſubnixum diſſolvatur. Legantur ipſa Pauli verba, *Eorum, qui in poteſtate patris ſunt, ſine voluntate ejus matrimonia jure non contrahuntur, ſed contracta non ſolvuntur. Contemplatio enim publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur.* Nec obſtat, quòd Pauli ſententiæ, quia in corpus juris à Juſtiniano relatæ non ſunt, autoritate juris deſtituantur, & proſint quidem ad antiquitatis cognitionem, non verò ad juris conſtitutionem & probationem, maximè quia iſta fragmenta in multis deformata atque depravata ſunt per Gregor. Tholoſ. in *Syntagm. jur. univ. libr. 42. c. 10. num. 4.* Nam hæc Pauli ſententia in corpus juris eſt relata: prodeſt ad antiquitatis cognitionem, ut ſciamus olim obtinuiſſe, quod adhuc obtinet: ſint fragmenta iſta depravata, modo heic depravatio non ſuboleat. Non o. quod ad Pauli rationem reſpondent, non eſſe curandam publicam utilitatem, quæ conjuncta eſt cum parentum contemptu, cum Reip. expediat pios habere filios, erga parentes, & nec proles juſta eſt ex his nuptiis. Reſpondetur enim publica utilitas non eſt conjuncta cum contemptu parentum, ſed ei prævalet. 2. A matrimonio contrahendo, cujus intuitu expedit pios habere filios, ad contractum non progredimur. 3. Contemptus ſubſit, ille alio in caſu reſcindat, hic meretur pœnam. Diſtinguendum eſt quippe, num contemptus ſit ipſius matrimonii, ejusque, quod principaliter agitur; an vero ſit ejus, quod matrimonio adhibetur, quodque matrimonii ſubſtantiam nec mutat, nec tollit. 4. Utcunque generaliter ſit traditum etiam actum conſummatum infirmari in pœnam ejus, qui legis juſſioni adverſatur, hic, ubi non agitur de præjudicio unius, ſed duorum, qui matrimonio juncti ſunt, non quadrat. 5. etiam injuſtum matrimonium eſt matrimonium, *l. 13. §. 1. ad L. Jul. d. adult.* Nec ſequitur injuſtum eſt matrimonium, id eſt, non ſolenniter ſeu cum peregrina contractum, E. proles inde nata eſt injuſta, id eſt, non legitima. Hæc quoad jus Civile. Quoad Canonicum Catholici Doctores, verba ſunt Bellarmini *libr. 1. d. matrim. ſacram. c. 19. poſt princ.* adeò non dubitant, ea matrimonia firma ac rata eſſe, ut neque unquam inter impedimenta numeraverint defectum conſenſus paterni; & nuper conſilium Tridentinum *ſeſſ. 24. in decreto d. matrim. clandeſt.* in hæc verba ſtatuit, ſancta Synodus anathemate damnat eos, qui falsò affirmant matrimonia à filiis familias ſine conſenſu parentum contracta irrita eſſe, & parentes ea rata aut irrita facere poſſe. Sed videamus ipſum jus Canonicum in *c. 6. X. d. raptor. c. veniens. 13. X. d. ſponſal. c. per tuas. X. d. tit. d. condit. app.* etiam vult matrimonium citra parentum conſenſum & autoritatem contractum non eſſe dirimendum, cujus ratio eſt in *c. quemadmodum. in fin. pr. X. d. jurejur.* juxta quod multa impediunt matrimonium contrahendum, quæ jam contractum & perfectum propter utilitatem publicam non ſolvunt. Non obſt. *d. c. 5.* ad quod reſpondet Cujacius, quòd eâ conditione non id agatur, ut reſolvatur matrimonium, ſed ne initium ſumat: ne fiat, antequam conſenſerit pater. Cum jure hoc Canonico conſentit declaratio Caroli V. Imperatoris in *comitiis Auguſtanis Anno* 1548. tit. vom Sacrament der Ehe. §. Darumb dieweil die vätterliche gewalt/ ꝛc. ubi ſententia eorum apertè improbatur,

Digitized by Google

probatur, qui aſſerunt matrimonium abſque conſenſu parentum nullius eſſe momenti vel diſſolvi poſſe. Verba ejus ita habent: Darumb dieweil die vätterliche gewalt diſer vereinigung des Eheſtands von Rechts wegen weichen muß/ſol man die nicht hören/die zu unſeren zeiten wollen/daß die Ehe oder verſprochene Heurath widerumb zertrennet werden/und nicht gelten ſollen/wo der Elteren bewilligung nicht darbey geweſen iſt. Hiermit wollen wir aber dem gehorſam nichts abziehen/den die kinder ihren Elteren ſchuldig ſind/ſondern wollen nicht daß die Elteren in verhinderung oder trennung der Ehe ihren gewalt mißbrauchen ſollen. Weil wir aber der ehrbarkeit gemäß achten daß die kinder ſich nicht verheurathen ſollen ohne raht und bewilligung ihrer Elteren/ſollen ſie/was ihnen/diß fahls zu thun gebühren wolle/durch die Prieſter fleiſſig ermahnet werden.

MATRIMONIUM non contrahunt mutus & ſurdus, *c. tuæ. 25. X. d. ſponſal. & matrim.* in quo matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri & mulieris conſenſum: ſed & neceſſaria ſunt quantum ad Eccleſiam verba conſenſum exprimentia de præſenti.

Contrahunt mutus & ſurdus, quia & literis & inter abſentes contrahi matrimonium poteſt, *l. 5. 6. ff. d. R. N.* Deinde ubi ſermone opus non eſt, ſed intellectus ſufficit, ſufficit quoque alio indicio declarare conſenſum, *l. 48. ff. d. O & A. l. 124. ff. d. R. J.*

Nulla eſt differentia, & ipſum capitulum allegatum oſtendit, quomodo interdum ſufficiat conſenſus, & quomodo deficiente conſenſu verba non ſufficiant. Priore modo ſurdi & muti poſſunt contrahere matrimonium per conſenſum mutuũ ſine verbis: poſteriori modo pueri ante annos legitimos per verba ſola non contrahunt, cum intelligantur minimè conſentire. Deinde in *eod. tit. c. cum apud ſedem. 23.* ſedes Apoſtolica decernit, Cum prohibitorium ſit edictum de contrahendo matrimonio, quicunque non prohibetur, per conſequentiam admittitur. Igitur cum ſufficiat ad matrimonium ſolus conſenſus illorum, de quorum quarumque conjunctionibus agitur; ſi mutus & ſurdus velint contrahere, hoc iis non poſſit nec debeat denegari. Cum quod verbis non poſſunt, ſignis valeant declarare. Vid. differentiam, in qua *Matrimonium ut contrahatur.*

MATRIMONIUM non eſt ſine dote, *c. nullum. 6. cauſ. 10. q. 5.*

Poteſt eſſe ſine dote, *l. ult. in pr. C. d. donat. int. V. & U. l. ult. C. d. repud. auth. præterea. C. und. vir & ux.*

Hunc Canonem, verba ſunt Pet. Martyris 2. *loc. commun.* 10. minimè admiſerim: Permulti quippe ſunt & fuerunt, qui omnino indotatas duxerunt, & quidem tantæ probitatis & authoritatis, ut eorum facta damnare, cum ſacræ literæ non obſtent, videatur admodum temerarium: neque mulieribus, quæ indotatæ fuerint, matrimonium, ſi eo opus habeant, negandum ullo modo cenſeo. Paulus deinde teſtatur, matrimonium Chriſti cum Eccleſia conjunctionem adumbrare, unde ſi veritas ejus reſpiciatur, Eccleſia nihil habuit, quod Chriſto nomine dotis offerret; imò potiùs, quemadmodum Ezechiel docet, à Deo reperta eſt in ſanguinibus & cæno volutata, *Ezech. 16. v. 30.* Vid. differentiam, *Dos non ſoluta.* Addo me variis didiciſſe experimentis larvarum plenam eſſe illam ſolicitudinem, quâ ſola pecunia, vel ante omnia pecunia deſideratur. Lacedæmonii Archidamum olim mulctarunt, quòd uxorem puſillam propter divitias duxiſſet, ex qua non Reges, ſed Regulos eſſet procreaturus, Piccartus in *libr. polit. Ariſt. 3. c. 12.* Dotatæ Regulorum, indotatæ Regum matres fiunt. Verè Alcumena apud Plaut. in *Amphitr. act. 2.*

Non ego illam mihi dotem duco eſſe, quæ dos dicitur;
Sed pudicitiam & pudorem & ſedatum cupidinem,
Deûm metum, Parentum amorem & cognatûm concordiam.

Nec obſt. Soſtrata in *Adelph. Terentii act.3.ſcen.2.*

Pejore res loco non potis eſt eſſe, quàm in hoc, quo nunc ſita eſt.
Primùm indotata eſt: tum præterea, quæ ſecunda ei dos erat,
Periit: pro virgine dari nuptum non poteſt.

Sic enim interpretor, Quamvis illa cura, quæ cogitanti nuptias prima eſſe ſolet, non impediret nuptias; impedit tamen ſecunda, non agnoſcere ut virginem, cui virginitas periit. Et hæc quoad matrimonium carnale. Quoad ſpirituale, quod videtur contrahi inter dotantem & Eccleſiam dotatam, certa dos ex reditibus, annuisve cenſibus ad Clericorum alimentationem, ad luminaria & ad cuſtodiam, cuſtodumque ſtipendia conſtitui debet, *can nemo.9.d conſecr.diſt.1.Nov.67.c.1.2.* Nam non eſt Eccleſia, niſi de dote ei proviſum fuerit, *cap.cum ſicut.8.d.conſecr.Eccl.vel alt.* Hinc etiam præcipitur Epiſcopis, ut ſine dote non dedicent Eccleſiam. Nam non levis culpa eſt iſta temeritas, ſi ſine luminariis, vel ſine ſubſtantiali ſuſtentatione eorum, qui ibidem ſervituri ſunt, tanquam domus privata, conſecratur Eccleſia, *can.placuit.1.cauſ.1.q.2.*

MATRIMONIUM non videtur eſſe viri & mulieris conjunctio, quia polygamia eſt licita, *can. tantùm.27.cauſ.32.q.7.*

Polygamia eſt illicita, *l.2.C.d.inc.& inutil.nupt.*

Nulla eſt differentia, Nam jus Canonicum non concedit polygamiam, & qui maluerunt capite plecti, quàm adprobare polygamiam, in Johanne Fiſcherio, Roffenſi Epiſcopo, capite plexo ſub Henrico VIII. inviolatum violentæ mortis encomium merentur. Nec obſt. *d.c.* in quo quæritur, an in caſu ſterilitatis quis conſentiente uxore ſterili aliam adhibere poſſit? & reſpondet canon apud antiquos patres fas fuiſſe: utrùm etiam nunc fas ſit, temere non dicit Pontifex, vel quia ſecundùm gloſſam *ibidem lit.c.* aut piè dubitat, aut temerarium eſſet dicere & ſic ſentire. Vide Cujacium ad *c.licet.3. X d.ſponſ.duor.* ubi inducit Bernardinum Ochinum, impurum illum apoſtatam, ſic vocatum à Wiſſenbachio *diſp.ad Inſt.6. th.13. diſp.ad ff.part.1.44.th.7.* qui impudenter aſſeruit polygamiam contra *d.l.2.C.d.inceſt. & inutil. nupt. l.7.C.d.Judæ.ubi Gothofr. l.18.C.ad L.Jul.d.adult. l.1.in fin. l.quid ergo.13.§.1.&c. d.his qui not.inf.* Non obſtant exempla aliquorum Imperatorum, quos ex ſua libidine metiri leges non decet: & profectò hæc exempla ſi fuiſſent propoſita, diſplicuiſſent Romanis matronis, quæ aliquando lacrumantes atque obſecrantes Senatum orarunt; una potiùs ut duobus fieret nupta, quàm ut uni duæ, Agellius 1.c.23. Apud Turcas, ut refert Busbeq. *epiſt.3.* ſi mulieres eminenti dignitate habeant parentes, aut dotem attulerint grandiorem, repromittere ſolent mariti, ſe nullas pellices habituras, ſed eis ſolis contentos fore. Adeò ſibi cavebant mulieres in gente, quæ cuivis centum mancipia ſexus feminei & legitimas uxores quatuor conceſſit. Non obſtant, quæ de polygamia pluribus politicè diſputat Bodinus *5.d.rep.c.1. & meth.hiſt.c.5.* qui ejus cauſam in Hebræorum & omnium ferè Aſiæ populorum politiis propter feminarum illis in locis pluralitatem & impotentiam libidinis domandæ ſitam eſſe cenſet. Reſpondemus etiam apud Germanos eſſe feminarum pluralitatem, quos tamen refert Tacitus de *moribus Germanorum.* ſingulis uxoribus eſſe contentos. Nec Chriſtiani erat reſpondere, hoc Germanorum naturæ ad continentiam propter ſucci melancholici inopiam proniori, & uxorum paucitati eſſe adſcribendum. Non obſtat Beſoldus *opuſcul.Jurid.part.4.d.nupt.c.4.num.7.* ubi ait excuſatam fuiſſe polygamiam in novo Teſtamento; ubi quis ex ignorantia duas acceperat uxores. Ita circa annum Chriſti 1190. cum Fridericus I. Barbaroſſa expeditionem in Aſiam ſuſcepiſſet, Comes quidam Thuringiæ à Gleichen extremâ neceſſitate adactus bigamus factus eſt. Cum enim Comes ille à Saraceno quodam Magnate captus crudeliter tractaretur; Saracena quædam mulier eum adamare, ejusque matrimonium ſub repromiſſione libertatis affectare cœpit; Comes ſe legitimam domi reliquiſſe conjugem haud ignorans, cupiditate tamen recuperandæ libertatis victus matrimonium eidem promiſit, præſertim verò cum alia expediendæ ſalutis ratio nulla ſupereſſet. Comes de-

Digitized by Google

mes domum reverſus uxori ſuæ, quam vivam offendebat, Saracenicam ſuperinduxit: ſicque poſtmodum ambæ uxores marito uni, in domo una, lecto uno, concordiâ ſuavi cohabitarunt: cujus rei monumentum extat Erfurdiæ in æde D. Petri, ubi Comes bigamus cum utrinque collocatis uxoribus in lapide inciſus extat. Ad hæc reſponderet Philippus, Landgravius Haſſorum (qui in bello Smalcaldico Proteſtantium partes ſecutus, & ab Imperatore Carolo V. captus fuit) libidine ſuâ inexhauſtâ, propter quam negotio cum Paſtoribus communicato alteram primæ ſuperinduxit uxorem, ut memorat Thuanus *hiſtor. libr.* 39. Reſpondemus nos, Ignorantiæ ſua ſit impunitas, an diſſimulationis, non definio: non etiam definio, quod Bachovius ad *diſp. Trentl. d. nupt. th. 7. lit. C.* tentat polygamiam juſtam juri naturali & gentium contrariam non eſſe. Maneat enunciatum Chriſti, qui inſtitutionem primigeniam urget, nec admittit futilem Anabaptiſtarum inſtantiam petitam & ab utili & ab effectu. Ab utili, quòd querimoniis infinitis obviam eatur, quæ in conjunctione unius cum una ſuppullularent. Quæ, obſecro, ſuppullularent querimoniæ, niſi eas, quæ laſſari nequit, moveat, & maritum, qui tamen benemeruerit, emeritum reputet? Niſi aliqua habitiori ſe jactet corpore, quod plurium onera ferat. Honeſtam talia non fodicant, non urgent, non ad querimonias laceſſunt. Ab effectu Anabaptiſtæ petunt inſtantiam, quo polygamia multos procudit amicos & affines. Non quos procudat, indagandum eſt, ſed quo modo. Numerare decorum eſt, ſed ii, quos numeramus, conceſsâ ſint origine. Venalem exhibere aut communem formam, ut plurium amicitiam tibi concilies, turpis eſt amicitia. Nulla denique poteſt eſſe affinitas, quæ ſibi conſtet, ubi maritus nonnunquam alteri marito divaricatam perticam in latus impellit: uxor chariorem uxorem vel migrare jubet, vel corvorum pabulum optaret. Si tot mariti, tot uxores; furentiumplena ſunt omnia.

MATRIMONIUM præſumitur. Ita ſi fama loci habet, quòd vir aliquam in lecto ſicut uxorem tenuerit, cogenda eſt mulier, ut eidem viro affectu ſerviat conjugali, *c. illud quoque.* 11. *X. d. præſumpt.*

Nulla eſt differentia, nam neutro jure matrimonium præſumitur. In jure Can. fama loci eſt præſumptio acceſſoria & ſuper principali cõcludens. Principalis verò præſumptio eſt in inſtrumento publico, quod vir oſtendit, & in quo vir ac mulier ſe conjuges nominant, virumque mulieri donationem propter nuptias feciſſe apparet. E quibus præſumitur, quòd non annulos geſtaverit de more illarum, quæ panes vendunt. In Jure Civili *l.* 24. per *Nov.* 74. *c.* 5. emendata eſt. Vid. Wiſſenbachium *diſp. ad ff.* 44. *th.* 17. *part.* 1.

Sufficit cohabitatio, quia in liberæ mulieris conjunctione non concubinatus, ſed nuptiæ intelligendæ ſunt, *l.* 24. *ff. d. R. N.* ut non opus ſit indagare, An vir aliquam in lecto ſicut uxorem habuerit.

MATRIMONIUM quum definitur, quòd ſit viri & mulieris conjunctio individuam vitæ conſuetudinem continens, Vid. Limnæum *d. jur. publ. tom.* 1. *libr.* 2. *c.* 6. *num.* 10. hæc conjunctio eſt corporum, quia ſuffi-

Nulla eſt differentia, nam quoad jus Canonicum ejus capituli declaratio jam eſt monita. Dein affectus conjugalis non duntaxat eſt conjunctio corporum, imò eidem opponitur, *l.* 32. §. 13. *ff. d. donat. int. V. & U.* poteſtq; mariti affectio ac mulieris animus inter ab-

Conſenſus facit nuptias, non concubitus, *l.* 30. *ff. d. R. J.* ita ut concubitus accedat tanquam conſummatio & implementum, velut in emptione & venditione accedit traditio. Vel, ut habet Zœſius ad *tit. d. frigid.*

cit in *d. c. illud quoque.* 11. X. *d. præſumpt.* famam loci habere, quòd vir aliquam in lecto ſicut uxorem tenuerit. Et verò quid eſt mulierem viro ſervire affectu conjugali? Id quod non dici ſed fieri ſolet. Vid. Wiſſenbach. in *diſp. ad R. J.* 6. *l.* 30. *n.* 2. Perezium ad *tit. C. d. repud. num.* 9. 10.

ſentes retineri, *l.* 5. *ff. d. bon. damn.* Tunc enim, ut jus Can. loqui amat in *c. origo.* 32. *q.* 4. mariti ſe maritos, non amatores uxoribus exhibent. Vid. *gl. in c. quoniam. diſt.* 31. *lit. a.* ubi non tam continua requiritur conjunctio corpporum, quàm eſt animorum, contra Gandulphum & alios, qui dicunt, quòd vir quolibet in loco & quolibet tempore teneatur reddere debitum uxori petenti: & reſpondet gl. quòd vir, ut debitor, non ſemper cum ſacco paratus venire debeat. Reſpondet Hieronymus in *c. liberorum. c.* 32. *q.* 5. Liberorum in matrimonio conceſſa ſunt opera: voluptates autem, quæ de meretricum amplexibus capiuntur, in uxore ſunt damnatæ. Miror hic Pontificem non eodem modo reſpondiſſe, quo in *c. denique. diſt.* 4. Hoc utique non rationi, ſed voluptati, imò cuidam mentis cæcitati adſcribendum eſſe: unde (mariti) nec à tali conſuetudine averti poſſunt: & ideo cum venia ingenio ſuo relinquendi ſunt, ne fortè pejores exiſtant, ſi à tali conſuetudine prohibeantur. Quis enim nocturnis his furtis mentis cæcitatem non adſcribat? Quis maritus liberorum cauſam voluptatibus non deputaret? Quis eorum, qui meretrices non noverunt, meretricum amplexus in uxore diſtingueret, ne dicam damnaret. Si uxor reluctaretur blandiente Pontifice, reſponderent ei verba initialia *l.* 12. *C. d. fidejuſſ.* Blanditus tibi eſt, qui non teneri te perſuaſit. Si maritus reluctaretur, reſponderet ei *can. notificaſti. c.* 33. *q.* 5. in quo maritus uxoris reclamationibus ejusque ululatibus & planctibus expugnatur, ut ad ejus cubile redeat, niſi mortetenus infirmatus, & peccatorum recordatione & terrore valde pavefactus anxiè quæſierit, ut monachus fiat. Num imitatur uxor Pontificios, quorum pollicitationibus, ut in ſua errorū myſteria abducant, illud adſcribitur, ut vel ſemper pendeat hamus, donec piſciculum fefellerit? non ei ſemper pendet hamus, nec tantam ſolicitudinem viro imperat.

& malef. n. 1. Conſenſus implicitè in copulam fertur, uti emptio ad uſum liberum & dominium rei, quæ ſi haberi nequeant, fruſtra obligatio initur. Vid. elegantia in *c. nuptiarum.* 27. *q.* 1. & apud Rennemann. in *Jp. Romano-Germ. membr.* 1. *diſput.* 41. *th.* 55. *lit. C.*

MATRIMONIUM recipit conditionem, quę Accurſii eſt ſententia, & probatur per *c. ſuper eo.* 5. *& c. ult. X. d. condit. appoſ. in deſponſ. vel aliis contract.* Horum textuum ſenſus eſt hic, quòd contrahens matrimonium ſub honeſta conditione, *ſi pater ejus ſuum præſtaret aſſenſum*, non compellatur matrimonium conſum-

Præfertur jus Canonicum, nam ipſum matrimonium, ſeu matrimonii potiùs promiſſio differt factum ſeu executionem, ſi præcedat conditio, quâ non exiſtente matrimoniū eſt nullum: exiſtente perficitur matrimonium. Omnia autem illa loca, quæ è jure Canonico opponi poſſent, habent conditiones improbatas, quæ vel matrimonii ſubſtantiæ repugnant, vel turpes ſunt aut impoſſibiles. Illæ matrimonium vitiant; hæ pro non adjectis habentur. Qui enim non vitiet illa conditio, *Contraho tecum, ſi generationem prolis evites.* Qui pro adjectis habeantur illæ

Refertur inter actus legitimos, qui conditionem non recipiunt, *leg. actus.* 77. *d. R. J.* quia, teſte Alciato *libr. parerg. cap.* 3. in facto & rei executione, cui conditio repugnat, conſiſtit.

mare

mare ante conditionis eventum.

Matrimonium ſi cõtrahat filiusf. non requirit conſenſum parentum, quia conſenſus non eſt neceſſarius in *c. cum cauſa d. raptor.* & in *c. per tuas. d. cond. appoſ. c. ſufficiat.* 27. *q.* 2. Gail. 2. *obſ.* 93. *n.* 3. Card. Tuſch. *lit. m. concluſ.* 116. *num* 7. quod & Theologorum Pontificiorum ſcholæ decreverunt, plerique Legiſtarum & Canoniſtarum legendo & conſulendo docuerunt, Cothm. *reſp. jur. vol.* 1. *reſp.* 1. *num.* 148. Quanquam decreta hæc & doctrinæ non valde conſtringant; ſiquidem omnis interpretatio ita ſit facienda, ut jura juribus, leges legibus concordentur, non autem earundem contrarietas atque correctio inducatur, *c. cum dilectus.* 8. *ibiq; gl. ſuper verb. juri communi. X. d. conſuetud. l. un. C. d. inoff. dot.* & præſertim Canoniſtis dici poteſt, quòd ut plurimum in ipſorum vindiciis deprehendatur, Nihil eſſe miſerius quàm cæcum eſſe.

conditiones, *Contraho tecum, donec inveniam aliam, honore aut facultatis digniorem*: ſeu *contraho tecum, ſi pro quæſtu adulterandam te præbeas.*

Verius eſt novos etiam & recentiores Canones conſenſum parentum omnino requirere. Vid. Coraſ. *lib. miſcell.* 1. c. 17. *num.* 9. 10. Veteres enim canones nominatim correctos eſſe nusquam legitur, firmiter igitur adhuc ſtent conſequẽs eſt neceſſarium, *l. ſancimus. C. d. teſtam.* Et Nicolai Papæ reſcriptum in *c. ſufficiat.* quo interpretes ut plurimum moventur, longè aliã ſententiam habet. Neque enim Nicolaus conſenſum parentum à nuptiis liberorum apertè relegat, neque etiam matrimonium a liberis ſine parentum conſenſu contractum de jure valere & juſtum eſſe reſcribit. Atqui dices reſcribere Papam, quòd ſolus conſenſus contrahentium ſufficiat. Id quidem rectè: Ergo parentũ conſenſu non erit opus. Omnino perperam. Nam credendum non eſt Nicolaum Papam veteres Canones multis vigiliis excogitatos & ſapienter ac ſummâ ratione ex Dei verbo præſcriptos, & ex natura ipſa hauſtos, religiosè etiam & ſemper obſervatos, uno iſto reſcripto evertere voluiſſe, arg. *l. ſi quando. in pr. C. d. inoff. teſt.* Imoque ſtultitia ac dementia eſt, cum poſſis Nicolai Papæ reſponſum ſic commodè accipere, ut veteribus canonibus iisque juſtiſſimis & ſanctiſſimis reſpondeat, atque adeo divino jure & naturæ præſcripto conſentaneum ſit, eam tamen interpretationem anteferre, quæ viventis Jehovæ mandato contradicat, pietatem parentibus debitam nefariè lædat, jusq. & naturæ improbè evertat, ſacroſancta veterum canonum decreta ſacrilegè

Nuptiæ conſiſtere non poſſunt, niſi conſentiant omnes, i. e. qui coëunt, quorumque ſunt in poteſtate, *l.* 2. *ff. d. R. N.* Vid. Ant. Guibert. in *lib. quæſt. jur. memorab.* & in *tract. d. ſponſal. & matrim. n.* 101. qui id, quod Terentius in Andria impotenti animo adſcribit, & contra civium morem atque legem aſſerit, evertere allaborat. Sed quòd paſſim Interpretes meritiſſimò ſugillant, in ſimpulo fluctus excitavit, Vid. *diſp. meam. inaug. d. lege. th.* 36. Mœſtertium *libr. d. juſt. LL. Rom.* 2. *c.* 5. ubi ei, quod honeſtum eſt, *num. ult.* neceſſitatem tribuit, cum tamen honeſtas alia ſuadeatur, Bernegger. *quæſt. miſcell.* 95. Havemannum in *Gamologia Synopt. libr.* 2. *tit.* 6. *problem.* 11.

oppugnet, & denique ipſius Nicolai Papæ menti adverſa ſit. Quid enim apertius eſſe poteſt, quàm quòd Nicolaus Papa de eo conſultus ſit, an conſenſus cohabitationis, an carnalis copulæ, an verò uterque ad matrimonium ſit neceſſarius. Reſcribit vero conſenſum ſolum contrahentium ſufficere, quo ipſo concubitum excludit, & tamen ne quis voculam *ſolus*, cavilletur, & particulam illam excluſivam latiùs, quàm par ſit, accipiat, prudenter adnectit verba hæc, *ſecundum leges*, atque hoc modo Nicolai reſcriptum viri ſapientiſſimi accipiunt, Duar. in *in act. ſol. matrim. quemadm. dos pet.* In eundem ſenſum explicari poteſt *c. cum ad ſedem. X. d. ſponſal. & matrim.* in quo ſufficit ad matrimonium ſolus conſenſus illorum, de quorum quarumque conjunctionibus agitur. Nam. 1. non agitur de filiof. ſed de patrefamilias, cujus matrimonio videtur obſtare aliud requiſitum, de quo in differentia, in qua *Matrimonium ut contrahatur.* 2. Solus conſenſus intelligitur, cui non neceſſum eſt accedere verba, quibus exprimatur, ſed ſufficiunt ſigna, quibus æque ac verbis mutus & ſurdus ſe conſentire in matrimonium exprimunt. Non etiam obſtat reſcriptum Pontificum in *c. ſuper eo. X d. cond. app.* nam etſi non deſunt, qui arbitrentur iſto Pontificio reſcripto ita manifeſtè definiri, quòd parentum conſenſus in nuptiis liberorum non ſit neceſſarius, ut ſine aperta calumnia contraveniri non poſſit, Ant. Cont. *ſubſeciv. libr. 1. c. 4* res tamen ſe longè aliter habet. Quidam matrimonii fidem puellæ promiſit, ſi pater conſentiat, reſcribit Pontifex conditionem eſſe juſtam, neque canonibus improbari; nequaquam igitur promittentem ante conditionem exiſtentem cogendum ad contrahendum matrimonium. Quod reſcriptum conſenſum parentum in nuptiis liberorum neceſſarium eſſe tam apertè definit, ut pro manifeſto calumniatore habendus ſit, qui contraveniat. Primùm enim conditio iſthæc; ſi pater conſenſerit, eam habet vim, ut ſi pater non conſentiat, nihil actum ſit, quemadmodum Phil. Melanthon docet in *locis comm. tit. d. conjug.* & pleriquе alii. Deinde conditio illa non mera & ſimplex eſt conditio, quæ vel adeſſe vel abeſſe poſſit, ſed ejuſmodi conditio eſt, quæ ad liberorum matrimonium legitimè contrahendum ſemper neceſſaria ſit, & ipſi contractui matrimoniali inhæreat, neque ab eo unquam abeſſe poſſit: nam niſi conſenſus paterni ſubeſſet neceſſitas fruſtra quis ſtipularetur, perinde ac ſi dicere: accipio te in uxorem, ſi amicorum meorum aliqui conſentiant. Denique ſi conditio iſta honeſtatis tantùm eſſet, non neceſſitatis, ſimul atque promiſſio ſub iſta conditione fieret, ſtatim firmum foret: atqui non eſt firmum & ratum, niſi pater conſentiat, Cothman. *d. loc. n. 151. & ſeqq.* In eo tamen mihi non convenit cum Cothmanno, qui conditionem conſenſus ex eo probat, quòd ſit neceſſarius: potuit enim adjici conditio ejus, quod non eſt neceſſarium & ſubintelligi duntaxat conditio, quæ ineſt. Deinde Pontifex non reſpondet ad caſum evidentiorem, quo pater conſentit, ſed ad caſum magis dubium, quo non conſentit. 3. Videtur proponi talis caſus, quo quis in quandam mulierem conſenſit tum temporis, quo adhiberi conſenſus patris non potuerat: ille equidem conſentit, ſed ne matrimonium dicatur non legitimum, antequam illud conſummet, vult intervenire patris conſenſum. 4. Integritatem propoſiti ſui teſtatur conſentiens in quandam, ne illa clam patre ſe circumveniri credat. 5. Adjicitur conditio non tam in gratiam conſentientis, quàm in gratiam ejus, in quam conſentit, quæ forſan juris paterni ignara ſuper conſenſu requiſito monenda erat. Non obſtat *c. per tuos. X. eod.* quod diſſentientes allegant, Reſp. 1. Non omnino diſſentiunt, qui eo tempore, quo contradicere potuiſſent, non contradicunt, ita ut aliud ſit diſſentire: aliud conſenſum non requirere. In *l. 7. in §. ff. d. ſponſal.* intelligitur filię pater conſentire, niſi evidenter diſſentiat. 2. Non attentâ illâ indagine gloſſæ, An confeſſus fuerit vir ſe pluries & diverſis temporibus mulierem cognoviſſe, videtur non attendenda doloſa reticentia patris & patrui, qui diſſenſu novo patratam conjunctionem in mulieris ignominiam improbarent. 3. Non decidit Papa, An ſit matrimonium legitimè contractum, ſed annon (ob honeſtatem fortè publicam) pro matrimonio ſit præſumendum. Non obſtat *c. cum cauſa. pen. X. d. raptor.* Non enim tam de matrimonio quæritur, quam de raptu, Num raptus ſit dicendus, cui raptæ conſenſus acceſſit? Num Helena rapta fuerit, qu…

præbuit

Digitized by Google

præbuit ipſa rapi. Vid. Harppt. ad *pr. I. d. nupt. n.* 97. *& ſeqq.* Bocerum ad idem *pr. n.* 20. *claſſ.* 1. *diſp.* 9. *th.* 8. Non denique obſtat, Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet: Reſpondet Rittersh. *d. diff. jur. Civ. & Can. claſſ.* 1. *lib.* 1. *c.* 3. ex eo, quod graviſſimi ſcripſerunt duo Juris Conſulti Galli, Joannes Coraſius & Franciſcus Connanus. Sic Coraſius *lib.* 1. *miſcell. c.* 17. *num.* 10. ait, Neque enim leves, vanos, ſtultos, imprudentes, repentinâ aliquâ affectione permotos, per fraudem illectos juvenes, futuroſque per omnem vitam propter morum diſſimilitudinem diſcordes Opt. Max. jungit. Hoc enim tantùm copulat, quòd ritè & honeſto modo jungitur. Connanus autem, Poteſtne (inquit) eos conjunxiſſe Deus videri, quos intemperans libido, effrenataque animi cupiditas conciliavit? Subjicit tamen ibidem in gratiam Pontificiorum: ſed nolo pluribus agere, ne videar os in cœlum ponere. Vid. Wiſſenbachium *diſp. ad Inſt.* 6. *th.* 21.

MATRIMONIUM ut contrahat filiusf. ipſius conſenſus plenâ ſecuritate debet gaudere, ne per timorem ſibi dicat placere, quod odit, & ſequatur exitus, qui de invitis ſolet nuptiis provenire, *cap. cum locum.* 14. *X. d. ſponſal. & matrim.*

Non o. *c.* 1. *X. d. deſponſ. imp.* Reſp. plenus etiam eſt conſenſus in eo, qui aliquo modo conſentit, quatenus voluntati patris ſe non opponit. Secundus caſus non agit de perſona filii quaſi cogatur; ſed de perſona patris, qui debet omnino implere, quod mutari, niſi mutet filii faſtidium, non poteſt. Vid. Gailium *libr.* 2. *obſ.* 93. *num.* 28. 29. Menochium *libr.* 3. *præſumpt.* 4. *n.* 30. Covarruviam in *epitom. libr.* 4. *decret. part.* 2. *d. matrim. c.* 3 *§.* 5. *n.* 1.

Nulla eſt differentia, nam jus Canonicum vult indagandum eſſe animum: jus Civile vult etiã indagari poſſe animum à ſilenti, quæ vultu verecundiæ recuſare videtur, quod maximè ambit, *arg. leg.* 20. *C. d. nupt.* ſubſiſtit in in arenam proceſſura, dormit cauſæ ſuæ invigilans: diem loquitur, quę trinoctium mallet. Næ feſtiva eſt, quæ impetum, flammulis tamen ſuis erumpentem, diſſimulatim caſtigat. Dein evidenter diſſentiens non in aſſenſum cogitur, ſed, ut conſentiat, monetur, quam monitionem à coactione diſtinguit *c. requiſivit.* 17. *X. d. tit. d. ſponſ. & matrim.* Nec huic textui adverſatur *can. inter cætera. cauſ.* 22. *q.* 4. ubi matrimonium valet, quamvis timore necis fuerit contractum; quia in iſto canone poſt promiſſionem factam metu matrimonium fuit liberè contractum, & dubitatur, an ille, qui juravit, poſſet matrimonium cum concubina contrahere; non verò an teneatur ex coacta illa pro-

Intelligitur ſemper filia patri conſentire, niſi evidenter diſſentiat, *l.* 7. *in §. ff. d. ſponſal.* Hinc eſt, quod conſenſus argui ex patientia dicitur. *l.* 2. *cum ibi notatis per Bartol. C. d. acq. poſſ.* ſcl. ſi cum illa ſit conjuncta ſit ſcientia, *l. item quæritur.* 13. *§. fin. ff. Locat.* Barboſ. in axiom. *libr.* 3. *t.* 54. *axiom.* 1. *& ad eum Ott. Tabor.*

Non o. *l. ult. C. d. agric. & cenſ.* ubi adſcriptitii matrimonium è domini voluntate pendet. Reſp. A' matrimonio in ſe licito non fiat progreſſus ad matrimonium tum licitum, ſi domini conſenſus propter ejusdem prędiciũ accedat, ne alioqui alteri per alterum iniqua inferatur conditio, *l.* 74. *ff. d. R. J.*

Non o. *l.* 38. *ff. Sol. matrim. quemadm. dos. pet.* in qua Lucius Titius, cum eſſet filiusfamilias, vo- miſſio-

miſſione, Covarruvias *d. matrim. part.* 2.c.3. §.5. *num.* 5. Vid.etiam gloſſam ad *d.can.*

luntate patris uxorem Mæviam duxit. Reſp. hoc non excludit conſenſum filii, ſed includit conſenſum patris. 2. excludat conſenſum, qui eſt duorum, non excludit voluntatem. 3. Voluntate patris uxorem ducere eſt ita ducere, ut conſenſus Patris antecedat.

MATRIMONIUM ut contrahatur, verba ſunt neceſſaria conſenſum exprimentia, *c.* 25. *X.d.ſponſal.& matrim.*

Utrumque jus conciliari poteſt: jus Civile loquitur de contractu matrimonii, Jus Canonicum addit matrimonii confirmationē. Vid. differentiam, in qua, *Matrimonium ut fiat.* Deinde jus Canonicum non loquitur de omni conſenſu, ſed conſenſu præſenti. 3. ſi abſciſsè in conſensûs declaratione verba requireret, non diſtingueret mutum & ſurdum.

Si verba eſſent neceſſaria, inter abſentes contrahi matrimonium non poſſet, contra *l.*5.& 6.*ff.d.* R.N.

MATRIMONIUM ut fiat, mos obtinet Eccleſiaſticus, quo novi conjuges publicè in Eccleſia ſacerdotali ritu & benedictione inaugurantur, usq; adeo ut conjugium hodie ſine hac ſolennitate initum juſtum ac legitimum non pronuncietur, *c.* 1.2. *& ſeqq. cauſ.* 30. *q.* 5. *can. nulli. cauſ.* 35. *q.*2. *can. cum inhibitio. X. d. cland. deſponſ.* Carpzov. in *proceſſ.jud.tit.*3.*art.*4.*n* 18. Hinc in Eccleſiis & Scholis Chriſtianis, verba ſunt Weſenbecii in *π d. R. N. n.*1. ita piè definitur, ut ſit legitima & indiſſolubilis copia unius maris & unius fœminæ, inſtituta divinitus, ut agnoſcamus Deum eſſe mentem caſtam, & ei in ca-

Standum eſſe juri Canonico vult Tertullianus *libr.* 2. *ad uxorem.* Unde, inquit, ſufficiam ad enarrandam felicitatem ejus matrimonii, quod Eccleſia conciliat, & obſignatum Angeli renunciant; Pater Deus ratum habet. Vid. Joach. Steph. ad *Nov.*140. *ad fin.* Harpp.echt. ad *tit.* I. *d.patr.pot.* §. 1. *nuptiæ. num.* 28. Speidel. in *Notab. Jurid. Hiſt. Pol. lit.E. num.*17. Schœnborn. 1.*polit.* 6 *in med.* Connan. *l.* 8. *c.*3. Rennemann. in *Jprud. Romano-Germ. diſp.* 41. *th. ult. lit.a.membr.*1. Cothmannum *vol.*2. *reſp.*34. *num.*99. Gerhard. in *loc. d. conjug.* §.461. Arniſ. *d.jur.connub. c.*3.*ſect.*12. *num.* 12. Quid ſi ex utroque jure deducatur ſacerdotalis ritus & benedictio, & inſtitutum hoc non demum Leoni Imperatori tribuatur, quippe quod in Eccleſia Chriſtiana fuiſſe antiquiſſimum obſervarunt Hotom. *illuſtr.quæſt.*45. Rittershuſ. *part.ad Novellas* 4.*c.*2.*num.*19. ubi dicit ſe obſervaſſe hac ipſa de re vetuſtiorem locum apud Ignatium Antiochenum in *epiſt.*8. *ad Polycarpum.* Putat etiam Hotomannus *d.loc.l.ſancimus.*24.*C.d.nupt.* accipiendam eſſe de hac ipſa benedictione ſacerdotali; ubi Imperator conſtituit, non aliter intelligi debere nuptiarum conditionem impletam, niſi ipſa accedat nuptiarum feſtivitas, & vota nuptiarum re ipsâ proceſſerint. Ut tamen utriusque juris ratio concilietur, non diſtinguitur inter neceſſitatem abſolutam, quâ olim matrimonium conſtabat, & neceſſitatem hypotheticam ejus, per quod fit matrimonium: ſed diſtinguitur inter id, quod fit vel formaliter ut hic; vel antecedenter; ſic Corvinus *juris Canon. libr.* 2. *tit.* 14. ſolennibus ad nuptias re-

Conſenſus facit nuptias, *l.*30.*ff.d.* R. *J.l.*22.*C. d.nupt.* Vid. differentiam in qua *Deſponſatio clandeſtina valet.* & Matth. Stephani *ad Nov.* 22. *num.*14.

ſtitate

ſtitate ſerviamus, & hoc modo propagetur genus humanum, & Eccleſia æterno Deo colligatur. Vid. diviſionem conjugii in legitimum & non ratum, in ratum & non legitimum, in ratum & legitimũ apud eundem *num.2.* & in *annot. Bachov. lit.d.* Vid. Wiſſenbach. in *diſp. ad R.J.6. l.30. num.3. & 4.*

quiſitis accenſet, ut in Eccleſiis per Presbyteros matrimonia contrahenda proponantur, termino competenti præfinito, intra quem qui voluerit aut potuerit, impedimentum legitimum opponat; & ipſi presbyteri nihilominus, utrùm obſiſtat aliquod impedimentum, inveſtigent, illud eſſe, ſi ex probabili conjectura appareat, contractum, donec quid ſuper eo fieri debeat, manifeſtis conſtiterit documentis, expreſſe interdicant. Vid. Speidelium in *d.not. Jurid. hiſtor. polit. lit. E. num.11.* Quoad id, quod fit antecedenter, non agit quæſtio. Quoad id, quod fit formaliter, nulla inſtitui conciliatio poteſt. Et vero ponamus, non præſupponamus neceſſitatem hypotheticam ejus, per quod fit matrimonium, ita ut nuptialis illa feſtivitas, quæ celebratur in Eccleſia, ſit duntaxat teſtimonium publicum legitimè & non clanculum contractarum nuptiarum? Reſpondet Carpzovius in *Jurispr. conſiſt. libr.2. tit.8. defin.142. num.9. & ſeqq.* Præciſè ea accedat neceſſe eſt, nec omitti poteſt, vel ſaltem ex juſſu Eccleſiæ, quæ alias conjugium pro nullo & irrito habet, *Ordin. Eccleſ. Sax. art. gener.13. & Ordin. matrim. d. ann.1624. punct.5.* Caſp. Eraſm. Brochmand in *art. d. conjug. c 4. q.52.* idque non ſine rationibus & fundamentis. Quis non enim in tanti momenti negotio, quale eſt conjugium primævum, antiquiſſimum, & ab ipſomet Deo inſtitutum, ſequeretur ritum, de quo docet ſacra hiſtoria, quòd, cum Eva è coſta Adami exſtructa erat, Adam non ſuo arbitrio eam ſibi ſumpſerit in uxorem, ſed Deus Evam adduxit ad Adamum, ipſamque ei in uxorem ſociavit, ac utrique benedixit, *Geneſ.2. v.22. & cap.1. v.27.* Secundò ab hoc ritu eo minùs recedendum, quia in novo Teſtamento Chriſtus Salvator cauſam indiſſolubilitatis conjugii in illo maximè fundat, inquiens: Quos Deus conjunxit, homo ne ſeparet, *Matth.19. v.6.* Cum vero hodie immediata ejusmodi conjunctio divina deficiat, intermediâ ſaltem Sacerdotum operâ ut fiat neceſſe eſt. Tertiò, Et quare omitteretur conſecratio Sacerdotalis? quæ etiam jure nititur naturali, quod inde perſpicuum redditur, quia omnes fere gentes honeſtatis amantes adhibuerunt in ſolenni iſta conjugum copulatione miniſtrum ſacrum. Quò & facit illud Platonis, Feſta quædam erunt legibus deſignanda, in quibus ſponſus & ſponſa conveniant, ſacra fiant & hymni à Poëtis noſtris nuptiis celebrandis convenientes. Quartò, Vix etiam dabitur ullum tutius medium & remedium, quo vagæ & libidinoſæ conjunctiones diſtingui poterunt ab honeſta maris & fœminæ conjunctione, quàm quòd honeſtum conjugium publicè fiat, & quidem à publico verbi divini miniſtro. Quintò, Et ne commoda taceamus novorum conjugum, vel propterea ſaltem benedictio Sacerdotalis eſt adhibenda, quo ſcilicet de dignitate Ordinis matrimonialis, cui dant nomen, & de officiis juxta normam verbi utrique parti debitis admoneantur & informentur; quin & per preces Deo conſecrentur, divinamque benedictionem in conjugio impetrent. Sextò, Ac tandem benedictio Sacerdotalis eſt teſtimonium firmiſſimum conjugii verè conſummati, & coram facie Dei, Angelorum & Eccleſiæ confirmati. Quid ergo reſpondendum ad jus Civile? Reſpondet Hotomannus *d. loc.* hanc controverſiam nec eſſe decidendam ex antiquo Romanorum jure, quo non modò mulier domi a viro per anni ſpatium retenta pro uxore capiebatur, verùm etiam ſui uxorem amico ad tempus liberorum ſuſcipiendorum causâ concedebat. Nec ex novo, ſed ex religionis noſtræ inſtitutis, quippe cum matrimonium potiùs divini, quam humani juris eſſe conſtet, quod vel hinc licet intelligatur, quod Chriſtus & Apoſtoli, cum jus de ceteris humanis conventionibus atque pactis nullum ſanxerint, tamen de matrimonio leges multas ſtatuerunt. Pergit idem Hotomannus, Etſi autem partim hominum quo-

rundam ambitione, partim temporum infelicitate multæ ſenſim in diſciplinam Eccleſiaſticam corruptelæ invectæ ſunt: tamen iniquum eſt inſtituta per ſe bona propter adventitias corruptelas repudiari, & (ut Ulpianus ait) veritas rerum erroribus geſtorum non vitiatur, *l. qui illicitas. D. Offic. Præſ.* Quapropter concludendum arbitror morem matrimonii ſine publica teſtatione & ſolenni ritu contrahendi à Chriſtianis repudiandum eſſe. Poſſem in honorem Baſileæ, quæ mihi patria eſt, illud Carpzovii *d. libr. 2. tit. 8. def.* 151. ubi vult Calvinianos tempore quovis anni nuptias celebrari concedere, examinare; ſed loca, quæ allegat, examinis ſint Theologici. Ex hac differentia ſequitur nova.

MATRIMONIUM ut fiat, non ſufficit deductio in mariti domum.

Præfertur jus Canonicum, adeò ut copulatio novorum conjugum nequaquam in ædibus privatis, aut ſub dio, ſed in templo coram facie Eccleſiæ ſit peragenda. Non quòd matrimonium ſit ſacramentum, ac propterea tractandum in Eccleſia, ut autumat Bellarminus in *libr. d. matrim. ſacram. c.* 33. Sed quia copulatio Sacerdotalis eſt ritus Eccleſiaſticus quo coram facie totius Eccleſiæ ab ipſo Deo per os miniſtri novi ſponſi copulantur: conjugium piis ac publicis precibus commendatur, & conjuges de officio ſuo admonentur. Æquum igitur eſt, ut ritus hic Eccleſiaſticus in templo locoque ſacro ad ejusmodi actiones deſtinato peragantur & celebrentur. 2. Cum matrimonium clandeſtinum perinde ac alii contractus clanculum facti præſumptionem fraudis inducat, *c. quod latenter. X. d. R. J. l. pen. C. d. reſcind. vend. l. non exiſtimo. ff. d. adm. & peric. tut.* à conjugio, tanquam bonæ fidei contractu, jura omnem doli ſuſpicionem amotam, & nequaquam clanculum, ſed coram facie univerſæ Eccleſiæ idipſum publicè inſtitui voluerunt, *can. 1. junct. gloſſ. in verb. quod autem.* 30. *q.* 5. 3. Etſi aliàs quoque omnia decenter ac ordine fieri debeant in Eccleſia, non certè heic à pia & Chriſtiana illa obſervantia recedendum eſt, tantoque minùs, quantò majus ſcandalum ex abuſu nuptiarum oritur, ut hinc bene Demonax, qui ſub Adriano philoſophiæ laude ſpectatus fertur, perſuaderi ſibi nunquam paſſus fuerit, quò ſacris Eleuſiniis intereſſet. Vocatus enim ea de cauſa in jus, quaſi religionem patriam ſperneret, pro concione ſe excuſavit, ea nempe ſibi ſacra ſemper ſuſpecta fuiſſe, quòd occulte fierent. Si enim nihil, quod eſſet mali exempli, in iis tractaretur, palam inſtituenda eſſe, ut eorum cupidine incenderentur alii, ſi quid ſubeſſet monſtri, ut publicè cognitum aboleretur. Quæ poſſit ſubeſſe ſuperbia, quis dolus, quæ diſpenſatio ſequi, vid. Carpzovium in *Juriſpr. Conſiſt. libr. 2. tit. 8. def.* 143. 144. 145.

Sufficit deductio in mariti domum, *l. 5. d. R. N.* Franc. Hotomann. *quæſt. ill.* 25.

MERCATOR nullus Chriſtianus eſſe poteſt, aut ſi voluerit eſſe, projiciatur de Eccleſia, quia non poteſt eſſe ſine mendacio & perjurio, *c. ejiciens. diſt.* 99.

Pontifices, quibus utinam ſua non eſſet mercatura, volunt in *d. c. ejiciens.* de ſubſtantia Mercatorum nihil remanere niſi ſolum peccatum. Quemadmodum ſi triticum aut aliud tale cernas in cribro: dum huc & illuc jactatur, omnia grana paulatim deorſum cadunt, & tandem in cribro nihil remanet, niſi ſtercus. Hactenus c. ſuper quo quæritur, quod igitur extremæ unctionis futurum ſit pretium. 2. quæri poſſet, an paleæ, quæ canoni præſcribitur, adhibenda ſit fides. 3. an non melior ſit fides ſequentis paleæ, quà non eſt peccatum habere filios, licet, quando eis dolet caput, matres infideles quærant eis ligaturas ſacrilegas & incantationes. Deniq; mercatura non ſpernitur, licet ejusdem ſperni queat materies, quam de Miſſis, Indulgentiis, cibis, paternoſtris, obitibus, mortuariis, purgatorio.

Mercator poteſt eſſe Chriſtianus, & tantùm prohibentur Nobiliores natalibus & honorum luce conſpicui & patrimonio ditiores, quos perniciosum eſt urbibus mercimonium exercere, *l. 3. C. d. commerc. & merc.*

rio, peregrinationibus, feſtis, bullis datis, copiis, tonſuris, diſpenſis, & centum millibus aliis latrociniis, quibus diaboliſſimi ventres devorant animas pauperum, & ſugunt crumenas etiam Regum & Imperatorum, ut congeſſit Benedictus Paſſavantius in *epiſtola* ſua, qui ſubjicit tandem, ſed veniet tempus, quo iſta meretrix peribit cum ſuis Mercatoribus.

MERCATOR qui merces cariùs vendit, ſi ſolutio differatur, quàm ſi in præſenti pecunia numeretur, pro manifeſto uſurario haberi debet, ita ut in crimen pravitatis uſurariæ, adeoq; in pœnam *c.quanquam.2.d.Uſur.in 6.* quo teſtamentum uſurarii irritum eſſe ſtatuitur, incidat, Panormitanus *conſ.22.libr.1.*

Differentiam hanc inducit Harpprechtus in *addition. ad Julii Clari recept. ſentent. libr. 3. & 4. §. teſtamentum. q. 26. n. 8. & ſeqq.* verùm ei non erat neceſſum vel confugere ad conſuetudinem: vel ad pœnæ odium, quo utroque medio repellatur juris Canonici rigor. Non etiam ei erat neceſſum confugere ad id, quod Reipubl. intereſt. Non denique ei erat neceſſum confugere ad diſtinctionem ejus, quod tacitè, & quod expreſsè agitur. Sufficiſſet enim attendere id, quod tradit differentia, in qua *Uſurarum crimen.* Adhæc ſubit mirari cur idem Harpprechtus ad §. 1. *I. d. donation. num. 46.* concludat ſuper jure Canonico, & velit manifeſtum uſurarium non poſſe teſtari, nec poſſe mortis causâ donare ante cautionem idoneam de reſtituendis uſuris præſtitam. Subit præterea mirari, quòd *d. loc. n. 52. & ſeqq.* limitationem in Judæo recipiat, qui quantumvis publicè fœneretur, nihilominus tamen & teſtari & donare causâ mortis poterit nullâ priùs cautione præſtitâ de reſtituendis uſuris. Ratio hujus limitationis hæc affertur, quia pœna Eccleſiaſticæ ſepulturæ & confeſſionis, quæ manifeſto uſurario denegatur, Judæo non convenit. Cum igitur non conveniant verba, nec diſpoſitio convenire debet, arg. *l. dies. 4. §. totiens. 6. d. damn. inf.* Deinde quamvis diſpoſitio *d. c. quanquam.* emanaverit ad coërcendum uſurarum exercitium, attamen cum tale vitium animas concernat, in his, quæ ſalutem animarum reſpiciunt, canones Judæos non arctant, *can. qui ſincera. 3. & can. de Judæis. 5. diſt. 45.* Idcirco conſequens eſt hujuſmodi ratione in Judæis ceſſante debere etiam in eis ceſſare diſpoſitionem *d. c. quanquam.* Ego, ſi deferendum eſſet ſanctioni Canonicæ, adſtipularer Covarruviæ *libr. var. reſol. 3. c. 3. num. 9.* cui quoad teſtamentum optimè congruit etiam Judæis prohibitio à Rom. Pontifice facta ad coërcendum uſurarum exercitium, & ideo licet quoad alias pœnas verba eis non conveniant, eadem lex non minus obtinebit, niſi cautio meliori modo & formâ, quâ poſſit, à Judæo præſtita ſit. Judæi verò in provinciis Chriſtianorum habitantes procul dubio Principibus ſecularibus & Eccleſiaſticis ſubjiciuntur, non quidem quoad ſpirituales pœnas & ea, quæ ad ſpiritualia pertinent, ſed in his, quæ ratione politicâ ad legis naturalis obſervationem & tutelam conſtituuntur.

Contrarium ſaltem conſuetudine ita dictante verius propterea eſſe videtur: tum quòd pœna iſta odioſa ſit, & auferat hominibus teſtandi libertatem, quæ omni jure conceſſa eſt, *l. 1. C. d. SS. Eccl.* tum quòd Reip. maximè interſit, ut teſtamenta ſuum ſortiantur effectum, *l. vel negare. 5. ff. teſtam. quemad. aperiant.* Sicut & aliâs celebrás contractum, qui communiter pro licito habetur, quamvis alioquin contractus iſte uſurariam ſapiat pravitatem, non idcirco tamen uſurarius manifeſtus dicitur, arg. *l. quis ſit fugitivus. 17. §. apud Labeonem. 12. ff. d. ædil. ed.* ſiquidem contractus ex conſuetudine licitus ac permiſſus judicatur, arg. *l. quid ergo. 3. §. 1. ibi. vel his, quæ in regione obſervantur. ff. d. contr. tut. & util. act.*

MERCENARIUS eſt, qui furem ſi vidit, fugit & timet *c. tres perſonas.* 23. *quæſt.* 4.

Vel poſſum diſtinguere inter vanum timorem, cujus juſta excuſatio non eſt, *l.* 184. *ff. d. R. J.* & inter timorem, qui ſecundùm *l.* 5. *ff. quod met. cauſ.* eſt majoris malitatis. Vel mercenarius eſt, cui commiſſa quidem, neglecta tamen eſt cura animarum.

Hoc duntaxat facit furtum non manifeſtum, ſi cum tibi furtum facerem de domo tua, abſcondiſti te ne te occidam, *l.* 7. *§.* 1. *ff. d. furt.*

MERETRIX multorum libidini patet, *c. vidua. diſt.* 34. ſua auſpicia voluptati deſpondet: nunquam amore, ſed ſuâ triſtitiâ, ſi ſe contemptam videt, mutatur: noctu etiam, ne tantùm diurnum fit officium, vocis manusque operam interponit. Vid. Cardin. Thuſcum *lit. m. concl.* 211. *num.* 3. ubi meretrix eſt, quæ 20000. homines admiſit. Vid. *gl. in c. vidua.* 34. ubi meretrix eſt, quæ plures admiſerit, quàm 23000. Vid. Eraſmum in *colloq. adoleſcentis & ſcorti*, ubi quæ tam multos habet amicos, nullum habet amicum: nam qui ad eam commeant, eam pro matula potiùs habent.

Nulla eſt differentia, quia palam quæſtum facere dicimus non tantùm eam, quæ in lupanario ſe proſtituit, verùm etiam ſi qua (ut adſolet) in taberna cauponia, vel qua alia pudori ſuo non parcit. Palam autem ſic accipimus paſſim, i. e. ſine delectu, *l.* 43. *in pr.* & §. 1. *ff. d. R. N.* Nec o. *d. l.* 29. §. 4. quæ loquitur de marito lenocinium committente, & quæſtum ex hoc faciente: in quo ſat eſt, ſemel quæſtum accepiſſe, Covarruvias *tom.* 1. *d. matrim. part.* 2. *c.* 8. § 11. *num.* 5.

Meretrix eſt, quæ ſemel deliquit, *l.* 29. *§.* 4. *ff. ad L. Jul. d. adult.*

MERETRIX ſi formoſa fuerit, cum ea ſe commiſcens minùs delinquit, quia in deformi, quàm citiùs poteſt, abſolvit *gl. in c. fur.* 14. *q.* 6. in contemplatione ejus, quæ venuſti adhuc floris, ſed maturæ verſutiæ, lentiùs occupatur.

Volunt equidem poſt gloſſam Damhoud. in *prax. rer. crim. c.* 93. *num.* 13. *& ſeqq.* Berlich. *part.* 4. *concl.* 93. *n.* 16. graviùs puniendum eſſe eum, qui cum vetula & deformi muliere, quàm formoſa & juvene conſuetudinem habuit. Ratio opinationis eſt, in ipſa florenti ætate ac pulcritudine, quàm Plato vocat naturæ privilegium: Socrates tyrannidem: Publius Syrus mutam commendationem: Laertius quavis epiſtolâ ad commendandum efficaciorem: Theophraſtus tacitam ſive ſilentem fraudem, quòd ſine verbis perſuadeat: Carneades regnum abſque ſatellitio, quòd formoſæ ſine vi impetrent, quicquid volunt: Theocritus denique elephantinum ſive eburneum detrimentum, quod grata ſit adſpectui, ſed multorum incommodorum cauſa. Sic formoſiori cuipiam tantùm

Jus Civile non diſtinguit, imò cum omnibus conſuetudinem permittit, ejusque pœnam in ſola criminis turpitudine ſtatuit, *arg. l.* 29. *ff. ad l. Jul. d. adult. l.* 4. *§.* 3. *ff. d. condict. ob turp. cauſ.* adeo ut non excipiatur uxor, *l.* 22. *C. d. tit. ad l. Jul. d. adult.* quæ ut concilietur cum *l.* 13. *§.* 2. *ff. eod.* attendendum eſt, in *l.* 22. committi quidem adulterium, ſed non vindicari adulterium. Vel *l.* 22. non ignorantem pręſup-

occurriſſe

occurriſſe omen olim habebatur præſtantiſſimum; at deformi inauſpicatiſſimum. Ad quod Juvenalis illud Satyricum,

Et cui per mediam nolis occurrere noctem,

haud dubiè ſpectare putat Cœlius Rhodiginus *libr.* 24. *c.* 9. prout eum refert Henricus Salmuth in *notis ad libr.* 1. *rer. memorab. Guid. Pancirolli. tit.* 10. *d. horolog. pag.* 458. *& ſeq.* Harpprecht. *ad* §. 4. *I. d. publ. judic. num.* 28. *& ſeqq.* Largimur proniores eſſe animos in ſexûs feminei elegantiam, diverſam tamen pœnam, quicquid obloquatur gloſſa, nec allegatus canon agnoſcit. Verba ejus ſunt, Non idcirco diverſa ſit fornicatio, ſi mulier ſit pulcra aut deformis: ancilla aut ingenua: paupercula aut opulenta; ſed qualiscunque illa fuerit, una eſt fornicatio. Congruit, quod habetur in *can. quali nos.* 43. *in fin. cauſ.* 23. *q.* 5. nullum majus aut gratius poſſe Deo offerri ſacrificium, quàm ſi hi, qui in ſuam & aliorum perniciem debacchantur, competenti vigore compeſcantur: Item illud, facilitatem veniæ incentivum tribuere delinquendi, *can. eſt injuſta.* 33. *in fin. cauſ.* 23. *q.* 4. Vide differentiam *d. concubina.* Adhæc quod in maribus erga mares obtinet, non omnes ſunt Æthiopes, qui pulcherrimas amant, ut Athen. *libr.* 3 *c.* 7. obſervat. Gordii regem niſi obeſum & pinguem nolebant. Syraci proceriſſimum, cuique caput longiſſimum eſſet: Medi & Mæroenſes robuſtiſſimum: Lydii eum, qui citiſſimo curſu valeret, eligebant, Ex Zenodoto, Strabone, Mela, Alexandro ab Alexandro refert Michael Piccartus in *polit. Ariſtot. libr.* 3. *c.* 12. Hoc etiam in maribus erga fœminas. Alii in pinguedine: alii in proceritate: alii in capitis longitudine, ne dicam in capitis latitudine: alii in robore: alii in curſûs velocitate, ut Atalantæ procos agerent, alii, ut verè turpes eſſent amores, in ipſa turpitudine pulcritudinem aucupantur.

ponere maritum. Vel præſupponere adhuc ſolutam. Vid. *diſſ. meam inaugur. d. lege th.* 33. ubi inter alia hæc quæſtio, An virgo, quæ vi amoris capta uni amanti virginalem pudicitiam excutiendam præbuit turpis ſeu infamis perſona cenſeatur? Vid. differentiam *in qua de lupanaribus.* Vid. Weſenb. *in* π. *ad L. Jul. d. adult. n.* 6. & ad eum Bachov. *l. k.* H. Hermes *lit. l.*

Missio fit in rem tantùm petitá, *c. ult. X. ut lit. non cont.* Vid. Hiltropff. in *proc. jud. part.* 2. *tit.* 7. *d. contum. n.* 17. Zœſ. ad *tit. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. n.* 3.

Nec ullus obſervandus venit ordo, ut priùs quis mittendus ſit in bona mobilia, quæ ſi non ſint, in immobilia, tum in actiones & jura, ut rectè notat Cuiac. *ad N.* 53. *ad fin.* ubi addit hanc rationem his verbis: hic ordo ſervatur in pignore capto extra ordinem ex cauſa judicati: non in pignore prætorio, quod in univerſa jura conſtituitur; *l.* 1. *C. d. prætor. pign.* Et hoc non correxit aut mutavit Juſtinianus in *d. N.* 53. *c.* 4. *in fin.* quaſi ſuſtulerit miſſionem in univerſa bona, & conſtituerit, ut ſaltem in partem bonorum creditores mittantur, ut Interpretes communiter ſentiunt, nam hoc falſum eſſe rectè docet Cujacius, quoniam in Novella illa generaliter Imperator dicit, actorem in poſſeſſionem bonorum mitti, & bona habere, & reverſum dominum bona recipere. Intelligit igitur omnia bona, non res certas. Deinde cum Juſtinianus primùm ſtatuerit, ut miſſus in poſſeſſionem omnium bonorum omnia bona occupet, nulla ſanè cauſa eſt, cur exiſtimemus Imperatorem præfatam legem iterum mutaſſe; nec turbare quenquam debent illa verba, *Secundùm menſuram declarati debiti*, i.e. debiti ſervandi causâ, quia venditione factâ portionem ſinguli creditores ferrent pro rata debiti. Jubet igitur Juſtinianus mitti in omnia bona; ſed ita ut quisque pro modo debiti iis diſtractis pecuniam recipiat, Donell. *libr. comm.* 23. *c.* 11. Vid. Vult. *libr. diſcept. c.* 10. Matth. Steph. ad *d. Nov. num.* 9. *& ſeqq.*

In actione in rem, ſi quidem abſit reus, in rem ſolùm petitam, ſi latitet, in omnia bona, *l.* 7. §. 16. *& ſeqq. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.*

Missus ante annum non fit poſſeſſor, ſed cuſtos duntaxat bonorum, *c. paſtoralis.* 11. *X. d. off. Jud. ord. c. contingit. X. d. dol. & contum.*

In judicio actionis in rem miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, ſtatim fit poſſeſſor, ideóque propriè non poteſt dici causâ rei ſervandæ miſſus, quanquam, ut vocant, commutabiliter, *l. pen. §. pen. C. d. præſcript. 30. vel 40. ann.*

Vid. Hilligerum in *Don. enucl. libr.* 23. *c.* 11. *lit. h.* Vel apertius ſic, Quoad jus Canonicum Miſſo in realibus & perſonalibus actionibus annus eſt expectandus, *c. ult. inf. X. ut lit. non cont.* Vid. Arnoldum de Reyger in *proc. jud. diſput.* 2. *theſ.* 27. In jure autem Civili quoad actiones reales annus eſt expectandus, antequam ad ſecundum decretum perveniri queat. *l.* 8. § *pen. C. d. præſcr.* 30. *an.* In perſonalibus tempus eſt arbitrarium, quando ad ſecundum decretum perveniatur, *Nov.* 53. *c.* 4. Hic nec quoad primum, nec quoad ſecundum decretum conſentiunt Commentatores. Licet enim quoad primum decretum ex *d. c. ult.* plerique tempus annuum aſſeverent: alii tamen, in quibus eſt Menochius *libr.* 2. *d. arbitr. Jud. quæſt. caſ.* 6. *num.* 13. illud Judicis arbitrio relinquendum putant. Quoad ſecundum decretum miſſus conſequitur dominium, ſi reus dominus ſit, *l.* 1. *in pr. d. fund. dot. l. ſed ſi res.* 5. *l. communi.* 7. §. *planè.* 9 *comm. divid. l. ſi finita* 15. §. *Julianus ſcribit.* 16. *cum* §. *ſeq. d. damn. inf.* ſi reus non ſit dominus, miſſus conſequitur uſucapiendi conditionem, *l. Prætoris.* 5. *in pr. & l. his qui.* 12. *d. tit. d. damn. inf.* Et ita poſt Bulgarum, Joannem & Pyleum, veteres Gloſſagraphos, ſtatuit Accurſius ad *pr. d. l.* 5. *in verb. capere.* A quibus recedunt Cujacius *tract.* 9. *ad African. ad l. cum poſtulaſſent.* 44. *d. t.* Joannes Vaudenſis *libr.* 1. *var. quæſt.* 37. qui miſſum ex ſecundo decreto non dominum, ſed poſſeſſorem duntaxat effici contendunt. Non obſt. aſſertioni petitæ ex *l.* 1. *d. fund. dot.* quòd L. Julia prohibeat fundum dotalem alienari. Reſpondet Giphanius ad *l.* 10. *ff. d. A. vel A. P. num.* 19. 20. loqui L. Juliam de alienatione voluntaria; ſed decreto Magiſtratûs continetur alienatio non voluntaria. Sic in *l.* 3. §. 1 *d. reb. eor. qui ſub tut.* res pupillaris prohibita eſt alienari Senatusconſulto ſive oratione Severi: ſed id quoque de voluntaria alienatione intelligendum. Sic in *d. l.* 5. *ſed ſi res. comm. divid.* dicitur juſſus poſſidere ex hoc dominium nanciſci. Non autem dicitur, poſt hoc, ut illi interpretantur. Quod ad *l.* 7. *d. t.* aiunt, vindicationem dari etiam non domino, ſive ei, qui rem tantùm in bonis habet, id verum quidem eſt de utili, ut de Publiciana, ſed directa nunquam datur niſi domino. Nec obſt. quod de marito adferunt, cui datur directa vindicatio rei dotalis: nam id inde eſt, quod maritus civiliter eſt dominus, *l. in rebus. pen. C. d. jur. dot.* & maximè quoad actiones exercendas, aliosque actus, ut manumiſſionem, &c. Quod in *l.* 2. *in fin. Si ex nox. cauſ. ag.* dicitur, ſervum juſſu Prætoris ductum eſſe in bonis ducentis, & inde putant non eſſe in dominio: falluntur; quia eſſe in bonis variè ſumitur & de eo quoque dicitur, qui eſt dominus, *l.* 52. *d. A. R. D. l.* 1. §. *hæc actio. Si is qui teſtam. lib. eſſ. juſſ.* Non obſt. quòd in edicto fiat mentio poſſeſſoris: Id enim inde eſt, quòd Prætor directò non faciat dominum, ſed poſſeſſorem; quemadmodum per procuratorem dicitur acquiri poſſeſſio & non dominium, niſi per conſequentiam poſſeſſionis, *l.* 1. *C. d. A. & R. P.* Non obſt. *l.* 1. *d. bon. poſſ.* ad quam reſpondetur ex *l.* 3. §. 1. *eod.* Non obſt. *l.* 3. *ſi uſusf. pet.* ad quam reſpondetur ex *l.* 22. *ff d. Uſur.* vel eſt accipienda de fideicommiſſo rei alienæ. Non obſt. quòd bonorum poſſeſſori aut fideicommiſſario non datur directa petitio hereditatis, ſed poſſeſſoria & fideicommiſſoria: nam directa tantùm datur heredibus jure Civili. Ex his facile eſt reſpondere ad quæſtionem, *In quibus actionibus ſecundum decretum obtineat?* Non in realibus, Etenim qui dominum ſe eſſe profeſſus eſt & rem vindicat, is poſtquam ex primo decreto poſſidere cœpit, fruſtra ſibi dominium adjudicari, quod habere intendit, petit, *gloſſ. ad d. l. ſi finita.* 15. §. 15. *voc. prius.*

MONA-

MONACHI fiunt ſervi, *c. multos. diſt.* 54. Nicaſ. d. Voërda ad *pr. I. d. jur. perſ. num. ult.*

Manent liberi, ideoq; poſſunt reddere teſtimoniũ, de quo dicut in *auth. d. mona. §. cogitandũ. coll. I.*

Quamvis in quibusdam actibus fingantur mortui, ut in *d. auth. d. mona. § ſi quis autem. &* *§. illud. collat. I.* & in *auth. d. nupt. §. per occaſionem. col.* IIII. non tamen ſunt mortui tali mortalitate, cui comparatur ſervitus. Non obſt. *d. c. multos.* nam aliud eſt eſſe ſervitutem, quâ quis dominio alieno contra naturam ſubjicitur, quod fit in relatione hominis ad hominem: aliud eſt eſſe ſervitium, quod eſt vel humanum vel divinum, licet utrumque confundat Pontifex. Ita in *all. cap.* ſervitium eſt vel humanum vel divinum, ut docent initialia, in quibus Multos de Eccleſiaſtica familia ſeu ſeculari militia novimus ad Omnipotentis Dei ſervitium feſtinare, ut ab humana ſervitute liberi in divino ſervitio valeant familiariùs in monaſteriis converſari.

MONACHUS vel Canonicus ingreſſus monaſterium poteſt purè & ſine peccato aliquid de ſuis bonis retinere loco præbendæ *c. Tua nos. 34. d. Simon. c. in præſentia. 8. d. probat. c. cum dilectus. d. ſucceſſ. ab inteſt. c. fin. Ne Cleric. vel monach. ſecul. neg.*

Nihil retinet, *auth. ingreſſi. C. d. SS. Eccl. l. homo liber. d. A. R. D. l. qui in ſervitute. d. R. J.*

Non poſſum conciliare jus Canonicum, quod in *c. 6. X. d. ſtat. monach.* decernit ſub obteſtatione divini judicii, ne quis monachorum proprium aliquo modo poſſideat, ſed ſi quis aliquid habeat proprii, totum in continenti reſignet. Si verò poſt hoc proprietatem aliquam fuerit deprehenſus habere, de monaſterio expellatur, nec recipiatur, niſi pœniteat ſecundùm domeſticam diſciplinam. Quòd ſi proprietas apud quenquam reperta fuerit in morte, ipſa cum eo in ſignum perditionis extra monaſterium in ſterquilinio ſubterretur. Deinde ſimulat jus Canonicum beneficium, ne conferre cogatur beneficium. Introductus enim eſt præbendæ uſus, ut qui in Eccleſia debitum ſervitium præſtat, ab eadem Eccleſia pro dignitate & officio ſufficienter ſuſtentetur. Qui enim altari ſervit, de altari vivere debet, *c. ex his. 22., q. 1. c. Eccleſiaſticis. 12. q. 2.* Hinc Epiſcopus, ita ſubſumit Corvinus in *jur. Can. libr. 2 c. 28.* qui aliquem ſacros ad ordines promovit, nullâ ei præbendâ aſſignatâ, cum ipſe, vel ejus ſucceſſor, ex propriis facultatibus, niſi is ſit locuples, alere debet, donec certum ei titulum contulerit. Denique, ut habet *d. can. 6.* ſi quicquam fuerit alicui ſpecialiter deſtinatum, non præſumat illud accipere, ſed Abbati, Priori vel Cellario aſſignetur. E quibus ad objecta juris Canonici loca reſponderi poteſt. Et verò licet nihil ſit deſtinatum, inſpiciunt picturam, de qua Eraſmus in *colloq. Franciſcanorum* iis proximam ad lævam. Illic vident vulpem concionantem, ſed à tergo anſer profert collum è cuculla. Rurſus vident lupum abſolventem confeſſum, ſed prominet pars ovis occultatæ ſub veſte. Vident ſimium aſſidentem ægroto in veſte Franciſcana, qui alterâ manu præfert crucem, alteram habet in crumena ægrotantis. Molliùs concludit differentia, in qua *Ingreſſus monaſterium.*

MORA alia eſt ex re, *c. ult. X. d. locat.* in quo dies ſtatuta pro homine interpellat.

Mora nulla eſt ex re, *l. 88. ff. d. R. J. l. 127. d. V. O. l. 32. d. Uſur.* Sic in contractu emptionis venditionis mora ex re dicitur contrahi ab emptore, quando is à venditore

Duplicem hanc moram aſſeverat noſtra differentia, in qua *Interpellatio non eſt neceſſaria.* & quod ſimplicius verbis *l. 23. in §. ff. d. Uſur.* in quo aliquando etiam in re moram eſſe decerni ſolet, ſi fortè non extat, qui conveniatur. Non o. *l. 88. ff. d. R. J. l. 127. d. V. O.* ad eas obſcuriùs reſpondent, qui nomine petitionis intelligunt actio-

nem.

nem. Hoc enim poteſt intelligi, quod non poſſit conqueri de mora, qui nullam habet actionem adversùs eum, qui moram committit. Vel intelligi poteſt, quod demum petitio eſt vel actu inſtituta vel potentiá inſtitui poſſit. Ergo nulla intelligitur mora fieri, ubi nulla petitio eſt vel actu, vel potentiá, quá ſufficit petitionem poſſe inſtitui. Non o. *l. 32. d. Uſur.* è qua cum Arumæo c. *d. mora. 3. n. 12.* concluditur moram tanquam genus in duas dividi ſpecies. Ideoque moram ex re genuinam eſſe ſpeciem moræ generis analogici, de quo una ſpecierum plus participat quàm altera. Non o. *l. 5. C. d. act. empt.* nam mora regularis & ordinaria non omnem excludit moram, ſed moræ irregulari & extraordinariæ opponitur. Hoc diſcrimen moræ regularis & ordinariæ à mora irregulari & extraordinaria etiam *legi 91. §. ſequitur. ff. d. V.O.* applicari poteſt.

accepit precium, nec tradit rem venditam. Et tamen in *l. 5. C. d. act. empt.* hoc caſu dicitur nulla mora interceſſiſſe ſeu interveniſſe. Idem hinc confirmatur, quod moræ hæc ſit proprietas & hic effectus, ut uſuræ, quæ propter moram ſemel debentur, ſemper debeantur, & ut ſemel contracta obligationem perpetuet, *l. 91. §. ſequitur ff. d. V.O.* hoc moræ ex re poteſt tribui, *l. 87. §. 1. ff. d. leg. 2.*

MORA celeri ſatisfactione purgari poteſt, *d. c. ult. X. d. loc.*

Pendet hæc differentia ex illa, in qua *Emphyteuta ceſſans in ſolutione canonis.* In eo tamen [illegible] utrumque jus, quod hæc ſatisfactio volenti emphyteutæ fieri queat. Ideoque emphyteuta non aliter [illegible], quam præmiſsá declaratione voluntatis domini vel expreſſæ vel tacitæ, vid. ſi dominus reddiderit rem emphyteuticam, vel alii in emphyteuſin conceſſerit, ex quo ſatis voluntatem, priorem emphyteutam expelli debere, quaſi non ſolum verbis, ſed multo magis facto declaraſſe intelligitur. Cæterùm, quod addit Simon Mainhardus Niderman *p. d. mora. 5.* dominus canonem recipiens, vel poſſeſſorem ad recognoſcendum admittens ipſum pro emphyteuta agnoſcere videtur, nam per id ſibi præjudicat, quo minùs poſtea ad privationem emphyteuſeos adversùs emphyteutam experiri queat, Berlichius *part. 2. concl. 46. num. 12.* Eſt enim jus commiſſi pœnale, quod facile remiſſum intelligitur, in odium ſcil. pœnarum, quæ ſemper habentur odioſæ, *l. pen. ff. d. pœn.* Niſi tamen dominus jus caducitatis ignoraverit & ignorans poſtea canones receperit, caducitatem remiſiſſe non videbitur. Nemo enim credendus eſt voluiſſe remittere jus, quod ſibi competere ignorabat, *l. 19. d. moſſ. teſtam. l. 47. d. oper. libert.*

Purgari non poteſt, *l. 2. C. d. jur. emph.* in qua neminem oportet conventionem vel admonitionem expectare, ſed ultro ſeſe offerre, & debitum ſpontaneá voluntate perſolvere.

MORA nulla poteſt committi, *c. quicunque. 25. cauſ. 2. q6.*

Nulla eſt differentia, nam aliud eſt moram non poſſe committi: aliud eſt moram, ceu actum licitum, non poſſe probari, aut, ſi prævideatur, impediri. Sic in *d. c. quicunque.* quicunque non confidentiá juſtæ cauſæ, ſed cauſá afferendæ moræ, ne contra eum ſententia proferatur, appellaverit, hujusmodi appellatio non recipiatur.

Mora fieri intelligitur, *l. 32. ff. d. Uſur. & fruct.*

MORES quotuplices ſint, clareſcit ex iis actibus, quibus boni mores

Quoad juramentum perperam jam dicta repeterem; hoc unum adversùs Streinium

Quæ facta lædunt pietatem, verecundiam, exiſtimationem noſtram, & impu-

impugnantur, & non nudè impugnantur, ſed interveniente juramento. Vid. differentiam, in qua, *Juramentum omne eſt ſervandum &c.* & differentiam, in qua *Donationes inter virum & uxorem non valent*. Juramentum igitur fit aut contra bonos mores civiles, v.g. de alienanda dote, de non mutando teſtamento, de renuncianda hereditate paterna & ſimilibus, quæ legibus civilibus vetantur. Inter Canoniſtas vult Streinius ad *c. non eſt. 58. d. R. J. in 6.* ſententiam unam eſſe hujusmodi juramenta, quamvis juri Civili repugnent, nihilominus valida eſſe. Vid. Ant. Merendam *libr. 1. controv. jur. c. 11.* differentiam, in qua *Donatio poteſt excedere.*

(ut generaliter dixerim) cōtra bonos mores fiunt, ea nec facere nos poſſe credendum eſt, *l. 15. ff. d. cond. inſt.*

monuiſſe contentus, non unam eſſe Canoniſtarum ſententiam. Nam Covaruvias ad *c. quamvis. d. pact. in 6. part. 2. in pr. num. 4.* nullam differentiam inter bonos mores naturales, canonicos & civiles agnoſcit, quandoquidem boni mores ſimpliciter dicantur, qui à ratione naturali procedunt & ab ea rationem habent. Juris enim Canonici & Civilis eadem ſunt principia, & prima præcepta juſtitiæ. Idcirco boni mores civiles, quos lex civilis dictat eſſe bonos mores, non poſſunt diſtingui à bonis moribus naturalibus, & præterea utriusque Juris eſt præceptum honeſtè vivendi: quâ ratione ſi quid lex civilis eſſe cenſeat contrarium bonis moribus, id pertinebit ad bonos mores naturales & canonicos: ſi verò quid eſſe contrarium moribus lex civilis reſponderit, hoc ad civiles tantùm mores referendum erit. Mores etenim ſimpliciter conſuetudines appellantur. Quod ſi quid ſit contrarium bonis moribus naturalibus, erit planè contrarium bonis moribus civilibus, cum lex civilis non poſſit in hoc differre à naturali. Igitur quoties lex civilis reſpondet, aliquid eſſe contra bonos mores, non aliud ſentit, quàm quod illud turpe ſit, & à ratione naturali alienum, *l. ſi quis inquilinos. §. ult. ff. d. leg. 1. l. mercalem. C. d. cond. ob turp. cauſ.* Covarruviæ reſponderi poteſt partim ex ipſo Covarruv. *d. loc. n. 5. 6.* partim ex Rickio *d. un. prol. c. 3. num. 27. & ſeq. & c. ult. num. 18. cum aliquot ſeqq.* Harpprechto ad *pr. I. d. hered. quæ ab int. def. num. 37. & ſeqq.* Nam primò à ratione naturali aliquid procedit dupliciter, vel tanquam ex cauſa proxima, & tunc infirmari non poteſt: vel tanquam ex cauſa remota & tunc infirmari poteſt. Quod ita explico, aliquid eſt à ratione naturali tanquam radice ſeu initio: vel tanquam convenientiâ, quæ tamen diſconvenire poteſt. Deinde juris Canonici & Civilis eadem ſunt principia, verùm quæ inde ſunt orta, non pari neceſſitate concludunt: aut indiſcriminatim eſſet aſſerendum, illud eſſe contra bonos mores, cujus obſervatio peccatum inducit, quod limitat *c. cum contingat. X. d. jurejur.* licet idem eludere conetur Covaruvias *d. n. 6.* Tertiò ſi boni mores à ſe invicem non poſſunt diſtingui, quod nemo ſanus inficias ire poteſt, ſequetur non inæqualia eſſe naturâ turpia & lege civili turpia, & ea, quę ſolà diſpoſitione legis putantur bonis moribus contraria, ſine diſpendio ſalutis æternæ negligi non poſſe. Convenit huic loco illud Bachovii in *error. 7. decad. 78. Ant. Fabri num. 1.* Rectè ſenſit, qui jus Naturale dixit ſervandum eſſe, quia juſtum eſt, ſed jus Civile juſtum eſſe, quia Legislator illud ſervandum eſſe ſanxit: & in ipſa Jurisprudentia noſtra non tantùm jus certum, ſed etiam dubium & controverſum & ſæpe communes utrinque opiniones habemus, ex quibus non raró quam approbes, parum interſit. Vid. Joachimum Scheplitz in *promptuar. tam jur. Civ. quàm feud. tit. 13. num. 17. & ſeqq.* Quartò, Aliud eſt bonis moribus eſſe vetitum, quod intelligitur de civilibus: aliud eſt eſſe bonis moribus contrarium, quod intelligitur de naturalibus & canonicis. Tandem vox hæc *moribus* triplici

ferè ſignificatu in jure noſtro accipitur. 1. pro actibus illis, qui ad introducendam conſuetudinem plurimum habent momenti, unde ait Gratianus in *can. 4. diſt. 1.* Mos eſt longa conſuetudo. 2. pro eo, quod ad diſciplinam & politicam conjunctionem honeſtè & decorè conſervandam eſt introductum. 3. pro eo, quod à naturali ratione promanat, & eſt contra mores illud, quod à naturali ratione longè eſt alienum, atque omnino turpe & peccato affine, & ita intelligi poſſunt loca à Covarruvia allegata.

Mos & conſuetudo differunt, ut cauſa & effectus. Sic in *c. conſuetudo. 5. diſt. 1.* Conſuetudo eſt jus quoddam moribus inſtitutum.

Mos & conſuetudo non differunt, quia tam de more quàm de conſuetudine dicitur eſſe jus, quod ſine ſcripto venit, *§. 9. I. d. J. N. G. & C. in fin. pr. I. d. pupill. ſubſt. l. 1. ff. d. donat. int. V. & U. l. 32. in pr. ff. d. ll.*

Subtiliùs videtur diſtinguere jus Canonicum inter morem & conſuetudinem, & inter mores & conſuetudinem. Sic in *c. mos. 4. d. diſt.* 1. mos eſt longa conſuetudo de moribus tantummodo tracta. Planiùs ita. Mores conſiderantur vel in uſu vulgari. Sic in *d. c. 5.* conſuetudo eſt jus quoddam moribus inſtitutum. Vel in ſenſu juridico. Sic mores ſunt ipſum jus moribus inſtitutum, & cauſa nullam vim habet, niſi quam effectus largitur.

MULIER legis condendæ habet facultatem ex rationibus, quas habet differentia, in qua *Arbitrium recipere poteſt mulier.*

Legis condendæ non habet facultatem, quia lex eſt virorum prudentium conſultum, *l. 1. ff. d. ll.*

Non audit Connanus *lib. comm. jur. Civil.* 1. *c. 8. num. 4.* Bartolum & cæteros, qui negant jus fœminis eſſe poſſe legis condendæ, propterea quòd hæc definiatur virorum prudentum conſilium. Quis enim neſcit ſuas Amazonibus fuiſſe leges? Et ubi fœminæ jure hæreditario dominantur, quis negabit eas & leges ferre, & latas abrogare poſſe? At id de virorum prudentum conſilio faciunt, credo, & Reges quidem: juſſorum tamen vetitorumq; authoritas ab illis eſt. Ceres etiam, quæ frumenti, eadem & legum inventrix fuiſſe dicitur: & à glande ad frugem, ab agreſti incultaq; vita ad hunc humanum civilemq; cultum revocati ab ea atq; inſtituti ſumus, ut minùs mirum eſſe debeat, quod de Celtis refert Plutarchus, id illis ſolùm moris fuiſſe, cum de bello aut pace agendum eſſet, conſiliis mulieres intereſſe. Et ſi qua lis aut controverſia ipſis incidiſſet cum finitimis populis, eam mulierum judicio permitterent. Additque has fuiſſe conditiones fœderis, quod cum Annibale percuſſerunt, cum per Galliam tranſire vellet in Italiam: ut de injuriis illatis Carthaginenſibus Carthaginenſium magiſtratus cognoſceret: ſi quis Celta ab illis offenderetur, judicarent Celtarum mulieres. Paucis interjectis addit Connanus, Quare quòd fœminæ judicandi munere excluduntur apud Romanos, moribus potiùs eſt, quàm legibus eorum conſtitutum, ut etiam ſcribit Paulus in *l. cum Prætor. ff. d. Judic.* Mox idem, Non velim idem fieri, quod Ælius Lampridius Heliogabalum ſcribit feciſſe, qui quo primùm die ſenatum habuit, vocari matrem juſſit: & quum veniſſet vocata ad Conſulum ſubſellia, ſcribendo adfuit Senatusconſulti faciendi teſtis. Fecit, inquit, in colle Quirinali ſenatulum, i. e. mulierum ſenatum, in quo antea fuerat conventus matronalis: ab eaque condita ſunt ridicula de legibus matronalibus, quæ quo veſtitu incederent: quæ ad cujus oſculum venirent; quæ pilento, quæ equo ſagmario, quæ aſino, quæ carpento mulari, quæ boum, quæ ſellâ veherentur: quæve earum pellicea, an oſſea, an eborata, an argentata: & quæ aurum vel gemmas in calceamentis haberent. Non obſt. juri Canonico *d. l. 1. d. ll.* nam cum dicit Papinianus legem eſſe conſultum virorum prudentum, non habet eam ſententiam, ut ex-

cludat

cludantur fœminæ principes, aut ut viris principibus imponat neceſſitatem conſulendi viros prudentes, ſed quòd ita ſolitum eſt fieri.

MULIER non eſt homo, *c. ſi aliquis. 5. X. d. homicid.* in qua aliquis causâ explendæ libidinis vel odii meditatione homini aut mulieri aliquid facere poteſt.

Nulla eſt differentia, quia in jure Canonico diſtinguuntur delicta, alia à maſculo in maſculum odii meditatione committi poſſunt: alia à maſculo in mulierem, ut explere libidinem. Sic etiam in jure Civili *l. 38. §. 5. ff. d. pœn.* homo & mulier diſtinguuntur, non quia mulier non ſit homo, verùm attendenda eſt caſuum diverſitas. Caſuum autem diverſitas in eo eſt, quòd mulier intelligatur de utroque amatorio & abortionis poculo; homo de abortionis poculo. 2. homo exprimitur in ſpecie, ne quis falsò opinetur id, quod nondum natum eſt, non eſſe hominem, quando autem ſit homo, vid. *can. Moyſes. 32. q. 2. c. ſicut. X. h. t. d. homicid.* Quid Gallis liceat in ſua lingua, ejus arcana Germani non exploramus. Et verò ſi mulier non eſſet homo, quòd Cujacius gallus voluit, quò applicaretur illud Hygeni apud eundem *libr. 17. obſ. 27.* qui in fabularum libro refert Athenienſes lege caviſſe, ne quis ſervus aut fœmina artem medicam diſceret, eamque ob rem antiquos obſtetrices non habuiſſe, unde eveniebat ut pleræque mulieres verecundiâ ductæ, dum mares medicos adhibere nollent curandis partibus, quibus mulieres ſunt, interirent, ut non abs re poſtea fœminis medicinam facere permiſſum fuerit, & Medici, qui *γυναικεῖα* ſcripſerunt, hoſce libros potiſſimùm fœminis medicis dedicare maluerint, ut Theodorus Priſcianus Victoriæ Sabinæ, ad quam inter cætera de præcipuo ejus munere in facienda medicina. Aliquæ mulieres, inquit, quæ voto poſteritatis longo tempore deſideratæ adficiuntur, medicas acceſſivere, quas effectus elaboratæ conceptionis felices & peritas exhibuit. Ex his quid ſequeretur, non hominem hominem naſcentem manibus excipere: non hominem fœtus firmare: non hominem ægris medicamenta ſupponere. Uno verbo, non hominem eſſe & obſtetricem & medicam.

Mulier non homini, ſed viro opponitur, alioqui vir cum beſtia contraheret matrimonium, Vid. differentiam, in qua *Sodomiæ pœna eſt.*

MUNERA pro adminiſtranda juſtitia capi non poſſunt, quia qui rectè judicat & præmium remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat: & juſtitiam, quam gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ vendidit. Bonis malè utuntur, qui pro temporali lucro juſtè judicant; tales quippe ad veritatem non juſtitiæ defenſio, ſed amor præmii provocat: quibus ſi ſpes nummi

Nulla eſt differentia, Nam idem, quod jus Canonicum, dicit jus Civil. *l. 2. §. 2. ff. d. cond. ob turp. cauſ. l. 3. ff. d. l. Jul. repet.* Ad *l. 18.* reſp. cum Anton. Fabr. in *ration.* Eſculentum potulentumve, quod intra dies proximos prodigatur, levius quiddam eſſe, quàm ut boni Judicis integritatem corrumpere poſſe exiſtimetur. Et hoc addi poſſet *l. 18.* non quærere de eo, qui lite pendente munera capit. Ad *l. 6. §. ult.* ut reſpondeamus, cum d. Ant. Fabro in *ration.* diſtinguimus inter xenia & munera. Xenia ſunt, quæ hoſpiti advenienti in gratiam & teſtificationem læti adventûs dantur. Munera ſunt omnia, quæ extra hanc cauſam dantur. Ad *l. un.* reſpond. eam agere de aulicis, quibus dare favoris alicuius obtinendi gratiâ non erat prohibitum. Quia tamen dubitabatur,

Capi poſſunt, *l. 18. ff. d. off. Præſ. l. 6. §. ult. ff. d. off. proc. & leg. l. un. C. d. ſuffrag.* Vid. Mynſing. *cent. 2. obſ. 75.* ubi, quando liceat Judici aliquid accipere, quando non. Joan. Limneum in *annotam. ad proœm. Capit. Carol.*

ſubtrahitur, confeſtim à juſtitiæ confeſſione recedunt. Acceptio nummorum prævaricatio veritatis eſt, *c. qui rectè.* 11. *q.* 3. Vid. Barboſam ad *c.* 10. *X. d. vit. & hon. Cler. n.* 9. Exceptiones ſunt in *c. cum ſit Romana. X. d. Simon. c. cum nuper. X. d. cenſib.* Igitur neceſſe eſt in *c. neceſſe.* 93. *cauſ.* 1. *q.* 1. ut eſſe munda ſtudeat manus, quæ diluere ſordes curat, ne tacta quæque deteriùs inquinet, ſi ſordida ipſa ſtercoris lutum tenet.

Num ex ea datione vel promiſſione actio competeret, edita eſt hæc conſtitutio à Theodoſio Imperatore, quâ cautum, ut ſi quis à Principe aliquid impetraverit, interceſſione alicuius aulici, & eo nomine aliquid promiſerit, ſi poſtea eum eludat, ad ſolutionem debiti coarctari poſſit condictione certi ex ſuffragio, quæ naſcitur non tantùm ex numeratione, ſed etiam ex ſtipulatione certa, Perez. *ad h. l. un. n.* 2. Hanc aliqui melioris cerebri mallent omiſſam, cujus author fuerit Tribonianus, homo à fide Chriſtiana ſimulque omni recto alieniſſimus, ita avaritiæ morbo laborans, ut jus ipſum pro mercali quaſi habuerit, & leges velut quæſtuarias proſtituerit, Vid. Zœſ. in *π. ad L. Jul. amb. num.* 4. & ad *d. l. un.* Wiſſenbachium, è quo & hoc notandum, Mores hodiernos acerbam hanc ſanctionem aulicam reſpuere. Vid. eundem Wiſſenbachium *diſp. ad R. J.* 28. *th.* 5. cui quid turpius quàm pretio tranſcribere id, quod virtutum & meritorum eſt præmium? Omnium fœdiſſimum hoc commercium acri ſtilo notarunt Thuanus *libr.* 6. *hiſtor.* Bodinus *libr.* 5. *d. Rep. c.* 4. & nuper doctiſſimus Criminalis Jurisprudentiæ commentator, ad *tit. ff. d. L. Jul. d. ambit.* quorum ſcrinia non vult compilare Wiſſenbachius. Admitti tamen poteſt non planè eſſe diverſum, quod habet *c. ſicut epiſcopum.* 1. *q.* 2. in quo ſicut epiſcopum non decet manum, quam imponit, vendere; ita miniſter vel notarius non debet in ordinatione vocem ſuam vel calamum venundare. Is autem, qui ordinatus fuerit, ſi non ex pacto neque exactus ac petitus, poſt acceptas chartas & pallium, offerre aliquid cuilibet ex Clero gratiæ tantummodo causâ voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus, quia ejus oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambientis petitione proceſſit, Vid. Matth. Steph. ad *N.* 8. *n.* 13 *& ſeqq.*

Muros conſentiunt quidem omnes eſſe ſanctos. Ceterum de portis ex Plutarcho diſſentire videntur: eò quòd per eas cadavera efferantur, aliaque immunda per eas importentur atq; exportentur, Vinnius ad §. 10. *I. d. R. D. num.* 2.

Nulla eſt differentia inter jus Civile & Canonicum; ſed inter jus Pontificium & Pontificiũ. Portæ non erant ſanctæ non jure Pontificio Rom. quod nobis ſedes Apoſtol. dictat; ſed jure Pontificio veterũ Romanorum, quod dictabant libri rituales. Quippe Romani, quod ante nos obſervavit Vinnius *d. loc.* in deſignanda urbe adhibitis more Hetruſco certis ſacris muros aratro circumducebant atque ambiebant: ubi verò portæ futuræ erant, id loci non ſulcabant, ne quid religionis contraheret: ſed aratrum ſuſpendentes portarum ſpatia intacta relinquebant. Conſulatur Varro 4. *d. L. L.* Alexand. ab Alexandro 6. *genial. dier.* 14. Alciat. ad *l. pupillus.* 239. §. *urbs. d V. S.* Cœl. Rhodig. *libr.* 14. *c.* 5. Quoad rationem veterum Romanorum illa eſt nulla, Nam elatio cadaverum ſanctitatem non minuit, ſecus eſſet, ſi portæ illationi cadaverum eſſent deſtinatæ: quo tamen ipſo caſu locus ante non religioſus fit religioſus. 2. immundum eſſe mundo non affert exprobrationem. Immundus audit concionem; non tamen concio eſt immunda. Si tamen quærenda eſt differentia, differentia eſt inter facta Pontificum & Pontificum ſimulationem. Simulatio Pontificum eſt animarum curare ſanctitatem. Facta Pontificum ſunt, ſanctitatem cingere muris, in aliorum graſſari muros, quicquid

Portæ etiam ſunt ſanctæ, §. 10. *I. d. R. D.*

Digitized by Google

quid muri ambiunt, ſui facere juris. Deſinant Jeſuitæ (verba ſunt D. D. Theodori Zuingeri in *Joh. Calv. Inſt. libr. 4. c. 1.* agere gladiatores, antequam Zuinglio, & aliis pacificis Evangelii Miniſtris, Gladiationis crimen impingant. Eradant etiam priùs ex Catalogo Pontificum Romanorum ſummos Gladiatores, V. G. Innocentium II. qui Rogerium, Siciliæ Ducem, gladio, ſed nimis obtuſo, fuit perſequutus, cum dedecore ſuæ captivitatis. Stephanum II. qui Childericum, Regem Francorum, regno dejecit, in monaſterium detruſit, & Pipinum ei ſubrogavit. Clementem IV. qui Imperatorem nobiliſſimum, Conradinum, ultimum Svevorum Ducem, unico ſuæ vocis ſibilo, quod toti Orbi conſtat, gladio adjudicavit, ſine ullo jure & ratione. Bonifacium VIII. qui Anno C. 1300. in Jubilæo à ſe inſtituto, primo die in Pontificali, poſtero in Chlamyde & Inſula Imperiali comparuit, & gladium nudum ſibi præferri curavit, altâ voce proclamans: *Ecce duo gladii heic.* Conſimiles alii in hanc Scenam gladiatoriam produci poſſent, vid. Innocentius III. perſequutor Philippi Cæſaris: Paulus III. Alexander VI. inprimis verò Julius II. Gladiator ſtrenuus, qui, cum exercitu comparato, Româ in Galliam, infeſto in Regem animo, contenderet, ſuasque armatas copias ipſe loricatus ex urbe per Tyberis pontem educeret, multis hominum millibus audientibus, hæc pronunciavit, *Quando nobis claves Petri nihil proſunt, age gladium Pauli diſtringamus:* ſimul claves, quas ſecum attulerat, in Tyberim projecit, gladium vaginâ eduxit. Remitto Lectores ad Hotomanni, præclari JurisConſulti, cujus eſſe perhibetur, *Brutum Fulmen*, ſub titulo: *Crimen Perduellionis.* Ubi author idem conqueritur, in Lanienis, & cruentis ac furialibus Carnificinis, in unica Gallia & bellis in ea excitatis civilibus, non minùs duodecies centena Gallorum indigenarum millia periiſſe: in qua ſtrage Papa Romanus fuerit tantorum malorum Alaſtor & incendiarius præcipuus,

N.

NAUTICUM fœnus non eſt permiſſum, *c. ult. X. d. Uſur.*

Progreditur jus Canonicum à genere ad ſpeciem, quippe cui non ſatis erat generalis uſurarum prohibitio, ſed etiam fœnus nauticum prohibere voluit. Cui juri ſit accedendum, indigetat differentia, in qua *Uſurarum crimen.* Excuſari tamen poteſt vel aſſeri quaſi non diſſentiens jus Canonicum. Excuſat Perezius ad *d. C. tit. num. ult.* qui vult, *d. cap.* commodè accipi poſſe de illo caſu, quo prætexitur periculum, ubi nullum eſt, vel majus, quàm ſubeſt, ſic ut lucrum majus ſit ipſo periculo, Vid. Covarruv. *lib. 3. variar. c. 2. n. 5.* Fachin. *libr. 2. contr. c. 48.* Aſſerimus non diſſentire, & principium capituli legendum eſſe negativè propter vim applicationis in ſequenti verſiculo, cujus verba ſunt, Ille quoque, qui dat X. ſolidos, ut alio tempore totidem ſibi grani, vini vel olei menſuræ reddantur; quæ licet tunc plus valeant, utrùm plus vel minùs ſolutionis tempore fuerint valituræ, veriſimiliter dubitatur; non debet ex hoc uſurariùs reputari. Vid. Zœſium *ad d. ff. tit. num. pen. & ult. & ad tit. ff. d. Aleator. num. ult.* & differentiam, in qua *Sponſio non eſt licita.*

Eſt permiſſum, *t. t. ff. & C. d. naut. fœn.*

NECESSITAS non habet legem, Vid. differentiam, in qua ***Furtum non committitur in caſu neceſſitatis.*** Vid. Cam. Borel-

Nulla eſt differentia, quia jus Canonicum in allegata differentia non facit ceſſare delictum, ſed variat finem delinquentis, quemadmodum mulier, quæ ad depellendam famem promercali eſt corpore & victima fit

Omne jus aut conſenſus fecit, aut neceſſitas conſtituit, aut firmavit conſuetudo, *l. pen. ff. d. ll.*

lum in *ſpec. Princip. Petri Bellugæ rubr.1,lit.f.* publicæ libidinis, jactando illud, Neceſſitas non habet legem, ſed ipſa legem facit; non facit ceſſare delictum, ſed variat finem delinquentis. Ut totum intelligatur, diſtinguuntur facta, quæ non ſunt neceſſitatis: & ea, quæ propter neceſſitatem in argumentum trahi non debent. Facta alia ſunt prohibita, quia mala ſunt: alia verò mala tantùm, quia prohibita, Streinius ad *c.in argumentum.78.d.R. J in 6* Deinde ea, quæ ſunt neceſſitatis, alia ſunt jure Civili, alia Canonico. Quando enim illo jure dicitur, quòd jus aut neceſſitas conſtituit, illa neceſſitas Cujacio in *paratitl. Pandect.* ſubeſt Senatusconſultis. Cum enim populus univerſus in tanta hominum multitudine difficilè convenire poſſet, neceſſitas ipſa curam Reipubl. ad Senatum deduxit, *l.2. §. deinde quia difficilè.D orig.Jur.* Eidem Cujacio *libr.14.obſ c.16.* jus, quod neceſſitas conſtituit, eſt jusgentium, quia uſu exigente & humanis neceſſitatibus gentes quædam jura ſibi conſtituerunt, *§. jus autem.I.d.J.N.G.& C.* Merillius *variant.libr.1.c.1.* magis probat, Neceſſitatem referendam eſſe ad jusgentium; nam ſi verum eſt Modeſtinum reſpexiſſe ad verba Menandri, & ſi eadem mens fuit Modeſtini, quæ Menandri (ut probabile eſt) non cogitabat Menander de SCtis Romanorum, quæ longo tempore anteceſſit: igitur cogitavit de juregentium, quod neceſſitatibus humanis ita poſtulantibus fuit conſtitutum. Vid. etiam Dion. Gothofr. *ad d.l. pen.lit.m.* Jure Canonico quid ſit neceſſitas, explicat P.Peckius ad *d.c.78.num.1.*eam, quod non eſt licitum in lege, facere licitum. Ideoque Thales Mileſius apud Plutarchum dicit validiſſimum ſive fortiſſimum quiddam eſſe neceſſitatem, ut quæ univerſæ naturæ prævalet. Et Triſmegiſtus in *libr.d.volunt.div.* ait, fatum & neceſſitatem ambas ſibi invicem individuo connexas glutino, alteram verò rerum omnium parere initia, neceſſitatem autem cogere ad effectum. Stoici neceſſitatem fixam cauſam & violentam appellant. Plato eam Deam fecit Parcarum matrem, quæ & ipſæ ineluctabiles atque inexorabiles vocantur. Juxta Simonidis ſententiam neceſſitati ne quidem Dii reſiſtunt, cum ſit ingens, ultimum & maximum telum, quod omnia in ſervitutem redigit, omnia ſibi parêre facit, & ut Quintilianus, multum contra juſtitiam valet. Tandem quemadmodum ea, quæ propter neceſſitatem in argumentum trahi non debent, intelligantur, explicat Peckius *d. loc. num.7.* Licet, inquit, Judex miniſter legis vel homo in argumentum non poſſit trahere ea, quæ propter neceſſitatem conſtituta ſunt, lex tamen & legiſlator poſſit: quod cum facit, non propriè dicitur in argumentum trahere, ſed in ſimili caſu idem expreſsè diſponere & legem extendere. Semper enim fieri poteſt extenſio unius legis per aliam legem, etiamſi in lege, de qua agitur, eſſet appoſita dictio taxativa, quæ non excludit caſus ſimiles, vel ſimilem rationem habentes, *l.1.§.1.ſi menſ.falſ.mod.dix.* Hoc Peckii interpretamentum tale eſt, Caſus neceſſitatis porrigitur ad caſum neceſſitatis, ſed caſum neceſſitatis non egreditur. Explicat hoc Innocentius III. in *c. conſiliorum.2.X.d.obſerv.jejun.* ubi de illis, qui in quadrageſima, vel in aliis jejuniis ſolennibus infirmantur, & petunt ſibi eſum carnium indulgeri, reſpondet Bracharen. Archi-Epiſcopo, quòd cum non ſubjaceat legi neceſſitas fidelium infirmorum, cum urgens neceſſitas exigit, ſupportare potes & debes, ut majus periculum in eis evitetur. Quis iret inficias neceſſitatem non ſubjacere legi, quæ etiam citra neceſſitatem poſſet non obſervari: imò ſi obſervetur, plena eſt excogitatæ in vanum ſuperſtitionis. Huic ſimilis eſt illa neceſſitas, quæ non tantùm ſubvenit infirmitati, ſed excludit non tantùm rerum, verùm & hominum neceſſitatem ſeu coactionem. In *l.12.C.d.epiſc.aud.* ſi lenones patres & domini ſuis filiabus vel ancillis peccandi neceſſitatem impoſuerint, liceat filiabus & ancillis Epiſcoporum implorato ſuffragio omni miſeriarum neceſſitate abſolvi. Lubet in emendationem eorum, quos reputatio titillat Academica, ob quam volunt ſubeſſe duellis, de quibus in differentia, *Homicidio cauſam dans, &c.* & hanc rationem, quæ petita ſit à neceſſitate. Sed dicat quis (ita ſuſcitatur Bernhardus Schmid in *diſcurſu de reput. Acad. Stud. inconſid.*) quænam hæc ſit neceſſitas, hypothetica an abſoluta? Accipis poſterius, & illuſtre imprudentiæ edis ſpecimen. Prius & quæro ulteriùs, quænam conditino ſubintelligenda ſit? Niſi

vim

vim fieri velis reputationi, reſpondebis. Hoc eſt illud centrum, ad quod tendunt omnia! Eſt ne infamis ille, ulteriùs quæro, qui ab hoc facinore abhorret. Non eſſe quidem infamem ex *d. differ.* repones, minimum tamen generoſę mentis ei ineſt, eſt potiùs ſtudioſi excrementum, quàm ſtudioſus: indignus eſt, qui alloquio, ſalutatione, commercio aliorum gaudeat. Bone Deus, tantum ne vobis in ſalutatione, compotatione & alloquio facinoroſorum hominum colluviei (nam qui veræ virtuti adhærent, hujus nequitiæ ſpecimina non niſi ſummâ violentiâ reluctante animo deſignant, tantum abeſt ut reliquos in criminum ſocietatem ſecum rapiant) momenti poſitum eſt? Diſſvadet Deus, ſvadet ſcelerum ſentina inſtigante Diabolo, utri detrectandum, utri deferendũ obſequium? An Deo, qui juſtitia ipſa eſt, & omnis æquitatis abſolutiſſima regula? Qui negat huic, inferorum forſan pœnas non timet, nec partem gloriæ in Cœlo ſperat, & crudelis eſt terra, quæ non abſorberet creaturam tam execrabilem. Poſſet aliquis regerere, Quamvis hæc non urgeret neceſſitas, monet tamen neceſſitas mortis, quæ poteſt eſſe non neceſſitas. Sic idem Schmid. in *d. diſcurſ.* Inventos fuiſſe, & hodie inveniri Legislatores illis, qui detracto thorace evaginatum gladium obvertunt pauliſper, tantâ atrocitate non inſultantes. Non ſtatim brachia, manus, pedes, vitam ipſam amitti, quamvis ictum trium ſpithamarum capiti quis minetur, vel fruſtillatim adeò adverſarium ſe diſcerpturum jactet, ut formicæ diſſectum ejus corpus ore reportare poſſint. Reſpondet inter alia, Quamvis capita vobis non deminuatis invicem, ut cum dentibus linguam & cerebrum expuatis, ut Comici ſtylo utar, nec ullibi alter, uti in Pyrrhi pugna, medius diſſecetur, non tamen inſolitum eſt & inauditum planè, infelicem animam cum ſanguine vel in palæſtra, vel non ita procul cum gemitu efflari. Horrendum eſt in tanto luto hærere, & fucum illum à Diabolo mendaci & homicida factum diabolicè defendere hominem Chriſtianum. Non denique moveat neceſſitas purgationis, quâ apud Camerarium in *horis ſubciſiv. cent. 2. c. 19.* duellum habitum olim loco probationis rei occultæ, & ex illo genere probationum, ut liquere poſſit aliquem habere jus, aut eſſe inſontem. Reſpondet ibidem Camerarius, Prudentiores animadvertebant hæc ſingularia certamina eſſe ad eruendam veritatem fallacia & incerta, & non rarò juſtiorem partem ſuccubuiſſe; ideoque vulgarem hanc probationem, tanquam vulgarium hominum inventum, & quæ non habeat vim, à jure ac legibus, tam per recentiores quàm priſcos canones, interdictam fuiſſe. Ideoque in *c. ſignificantibus. X. d. purg. vulg.* deſcribitur talis caſus: Duos, quorum unus alterum accuſabat furti, inter ſe probationis causâ pugnaſſe duello & juſtiorem cecidiſſe. Nam furtum inventum fuiſſe apud alium. Memorabile eſt apud eundem Camerarium ſingulare certamen, quod Pariſiis regnante Carolo VI. inter duos Proceres ex familia Petri Alenconii Ducis, Jaquetum Griſum & Johannem Carongium, accidit. Dimicandi cauſa hæc fuit. Erat Johannes eques multa cognoſcendi avidus. Ob id incidit illi animus aliquorſum peregrinandi. Relictâ igitur Argentolii uxore, ut conſtituerat, abiit. Jaquetus autem Griſus, vel quòd mulierem, quæ formoſa erat, amabat, vel quòd nocuiſſe aliquando gauderet, diluculo ſurgens Argentolium mirâ feſtinatione contendit, ubi liberaliter exceptus dicit ſe videndæ arcis causâ adveniſſe, quam ſpecioſam eſſe acceperat. Johannis uxor amicum viro ſuo hominem reſerato oſtio in arcem ſola intromittit. At Griſus ſolitudine loci audacior factus renitentem fœminam ſtupravit, ſtatimque libidine expletâ abeunti Griſo, Tu, inquit uxor, fœdiſſime adulter ſtupri pœnas aliquando lues. Flagitium autem in adventum mariti celavit. Cui tandem reverſo Jaqueti violentiam mœrens detexit. Quâ re turbatus Johannes, aſſumptis ſecum aliquot ex ſuis & uxoris amicis, ad Ducem Alenconium rem omnem defert, petitque aut adulterum corripi, aut in certamen deſcendere pugnæ ſortem experturus. Id ubi dux non admiſit, ad Regium Parlamentum rem detulit. Diem certaminis Senatus edicit. Carolus Rex ex edito ſolio duellum ſpectavit. Venerat quoque Johannis uxor curru vecta, ad quam vir accedens, Tu, inquit, mulier unica teſtis ades illati in te ſtupri, cujus gratiâ duellum hoc ipſe aſſumo. Dic palam, ſi juſtè adulterum aggredior. Mi vir, ait uxor, meæ in te fidei ſecurus accede: nihil

tibi

Digitized by Google

tibi mentita ſum. Ad hæc verba, oſculo uxori dato, Carongius in duellum procedit. Qui equeſtri congreſſu mox in femore vulneratus, nec propterea ſegnior factus in pedes deſiliens adulterum humo proſternit atque occidit. Carongium autem mille Francis & annuo ducentorum francorum ſtipendio Carolus donavit. Hac ſorte interiit fœdus adulter. Hactenus Gaguinus. Hanc eandem hiſtoriam cum Froiſſardus recenſuiſſet, ſubjicit. Non hic cæca fortuna (quæ ſolet alioqui in ejusmodi rebus dominari) ſed æquitas potiùs & virtus exeruit vires ſuas: Nam qui conjugis ſuæ pudicitiam vitâ ſuâ cariorem habuit, & in ea propugnanda capitis periculum non reformidavit, necato adverſario palam faciebat omnibus, eſſe vindicem Deum, qui ſcelerum impunitatem non ferat. Quod ſi alterum vincere contigiſſet, jam ex decreto Senatûs illa quidem, propterea quòd falsò credita fuiſſet accuſaſſe, flammis objecta: maritus autem eo, quo adverſarius ignominiæ genere, poſt mortem etiam affectus fuiſſet. Singulare hoc certamen ſubdere allubuit, non ut in eventu juſtitiam quæram, verùm ut ſæpenumero abluſiſſe & poſſe abludere eventum indigetem. Indigetem etiam, quòd Ducis Alenconii cunctationem indultui regio antehabeam: fœminæ eſſe equidem de amiſſa queri pudicitia; ſed illa querela non ſit intempeſtiva, non mariti vitam diſcrimini exponat, non majorem querelam, cui lubido ſortis blandiatur, ſuſcitet: non denique etiam innoxios, quibus via æquitatis patebat, noxios faciat. Indigetem tandem alterum animadvertendum, quod in d. differentia, in qua *Homicidio cauſam dans, &c.* eſt prætermiſſum, homicidii quoque mereri pœnam, qui alterum non præviâ conceſſione publicâ, forſan & innocentem, in duello trucidâverit.

NEGANS non punitur, Dynus in *c. nullus. n. 3. 4. 5. d. R. J. in 6.* Vid. differentiam, in qua *Poſitiones negativas Judices.*

Utrumque jus conciliari poteſt. Jus Canonicum loquitur de reſponſione non neceſſaria, quâ reus in primo conflictu intentionem actoris purè negare poteſt, & hoc ad defenſionem ejus ſufficit, nec tenetur exceptionem peremptoriam proponere, ejusque probatione ſe gravare, quod idem eſt in jure Civili, *l. ſiquidem. 9. C. d. except.* Ratio eſt, quòd actore non probante reus abſolvatur, etiamſi nihil præſtiterit, i, e. etiamſi neque exceptionem allegaverit, neque allegatam probaverit, *l. fruſtra. 8. C. d. probat. l. qui accuſare. 4. C. d. edend. l. 2. l. ab ea parte 5. ff. d. probat.* Si autem reus putet actorem intentionem ſuam probare poſſe, tunc conſultum eſt exceptionem in judicio opponere, quâ ſe defendat, & juſtè hoc vel illud factum eſſe contendat, Hiltropff in *proc. jud. part. 2. tit. 12. d. except. num. 21. 22. 23.* Et hæc quoad jus Canonicum. Jus autem Civile loquitur de reſponſione neceſſaria in iis cauſis, in quibus inficiando lis creſcit, quod fit cum quis propter inficiationem vel negationem condemnatur in duplum, ut in l. Aquila ſi quis mihi damnum dedit, V. G. veſtes laceravit aut maculavit, hoc in caſu ſi reus fateatur culpam, condemnatur in ſimplum damni dati; ſi verò neget ſe dediſſe damnum & convincatur, condemnatur in duplum. Aliud exemplum eſt, ſi quis tempore incendii, ruinæ, naufragii & tumultûs aliquid apud alterum depoſuit, eo poſtea depoſitum repetente depoſitarius rem depoſitam ſimpliciter, ſive ſimplum reſtituere compellitur, quando fatetur; ſi verò inficiatur ſive negat, tunc præter rem ipſam ad pretium quoque illius; & ita ad duplum tenetur. Ultimum exemplum eſt in legatis piis, quæ pietatis vel religionis intuitu honorantur, Manzius ad *d. §. ult.*

Propter negationem quis condemnatur in duplum, *§. ult. I. d. obl. quæ q. ex contr. naſc.*

NOBILIS per ingreſſum religionis amittit nobilitatem, quia perdit & jus Ducatûs & Comitatûs;

Præfertur jus Canonicum, è quo & alios modos, quibus amittatur nobilitas, deducit Lud. Romanus in

Nobilitas eſt quoddam jus ſanguinis, quod eſt incommutabile, *l. jus agnationis. 34. ff. d. pact.*

tatûs, gloſſa eſt ordinaria *cauſ.27. q.2. c. ſcripſit.* & *cauſ.20.q.3.c.præſens.*

NOMEN mutatur in creatione Pontificis, ut oſtendatur permutatione nominis factam eſſe permutationem hominis. Unde ſi maleficus antea fuerat, Bonifacius appellabatur: ſi timidus, Leo: ſi ruſticus, Urbanus: ſi improbus, Innocentius: ſi ferox, Clemens: ſi malè audierit, Benedictus: ſi deformis, Formoſus: ſi deſes aut ignavus, Gregorius dicebatur: ſi minùs gratus, Joannes: ſi infelix, Felix: ſi impius, Pius: ſi victus aliquoties, Victor nuncupabatur. 2. quia ita factum fuit in promotione Petri. 3. quia Pontifex potuit habere turpe nomen, Vid. Oſtermann. in *paratitl. jur. Can. diſp.3.* Sic Sergius II. anno 844. mutandorũ nominum initium ſucceſſoribus dedit, cum Os porci antea diceretur, Vid. Szegedinum in *ſpecul. Pontific. pag. 32.* Phil. Francum in *proœm. libr. 6. Decretal. num. 5.* Hoornbeck in *exam. bullæ Innocentii X. pag. 5.*

ſing.37. Nec o. *d.l.34.* quia à pacto privatorum, quo nemo repudiat jus agnationis, ad ingreſſum religionis, qui facit eſſe alieni juris, & alienæ familiæ, non argumentamur.

Nulla eſt differentia, nam & jure Civili mutare nomen, vel prænomen ſive cognomen minimè prohibemur, *d. l. un.* Ad legis autem Corneliæ de falſis pœnam redigitur etiam is, qui dolo malo ſeipſum adoptat, & novum ſibi nomen imponit, vel conditionem ſuam mentitus eſt ad imponendum aliis, ut ſi quis ſe nobilem, militem, ſtudioſum dicat & oſtendat falſo diplomate, ut tutò commeare poſſit, *l.27.§.3.ff.ad l.Corn.d.falſ.* aut ſi mutet nomen ſuum in alterius fraudem, *l.13.ff.d.tit.* Perez. ad *d.l.un.C.h.t.* Ita ut utroque jure mutatio nominis omnibus nota probetur: non æquè probantur illi tituli, quos inhiantium procacitas ſesquipedales faſtui Pontificio cumulat. Denique mutatio nominis rem ante nominatam magis exprimere poteſt. Sic Plato, cùm priùs Ariſtocles diceretur, poſtea propter humerorum latitudinem vel propter latiſſimam feliciſſimamq; ad dicendum & diſputandum copiam Plato cognominatus fuit. Homerus, cùm priùs Meleſigenes diceretur, dein quòd oculis captus eſſet, & duce indigeret, Homerus appellatus eſt. Ne tamen videamur molimina noſtra illuſtrare obſcuritatibus Pontificiis, idque agitare unicum; Pontificum inſtitutum ex vero eſt examinandum. Sic enim Limnæus *libr. d. jur. publ. 1. c. 11. num. 65. & ſeqq.* Hactenus Pontifices ferè omnes poſt Sergium ad Pontificatum evecti nomen mutavere. Cujus cauſam licet plerique ad obſcœnum ejusdem nomen referant, Polyd. Virgilius *d. inventoribus rer. libr. 4. c.11.* Rhodiginus *A. L. libr. 25. c.26.* attamen illud probabile mihi nunquam viſum. Confundunt enim illi nomen proprium cum cognomine, quod ab illuſtri, ex qua originem trahebat, familia Os porci obtinuit. Probabilius eſt (ſi ejus, quod voluntatis meræ eſt, vera poteſt dari ratio) Sergii nomen huic placuiſſe præ reliquis, cum parentem eodem clarum habuiſſet. Diximus ferè omnes poſt Sergium Pontifices nomina transmutaſſe, ne impingeremus in hiſtoricam fidem, quæ Adrianum VI. & Marcellum II excipit, qui *anno 1555. 9. Aprilis.* ad Pontificiam dignitatem evectus cùm ſuum

Nominis mutatio accedit ad l. Corneliam de falſis, *l.un.C.d.mutat.nom.* Vid. Theodorum Ebertum, *3. part. juven. philoſ. ogdoad. 2. q.5.* ubi molitor quidam ſub ſpecie Marchionis defuncti Woldemari per undecim ferè annos Marchiam fatigavit, Crantz. *libr. 9. rer. Sax. cap. 6.*

nollet mutare nomen, Marcellus II. nuncupatus eſt. Pergit Limnæus *d. loc. num.72.73.* Hodie licentioſo hoc ſeculo numero plurimos reperire licet, qui neſcio quâ gravitate cum Edmundo Campiano *concert. Eccleſ. Angl.3.* ſæpius & nomina & veſtes mutant, & Protheo mutabiliores in theatro literario apparent. Ita mox videbis Eberhardum à Weihe, mox Durum di Paſcolo, mox Waremundum ab Ehrenberg, mox Mirabilem de bona caſa unum eundemque politicum conſtituere. Nunc erit Syringus, qui modò Springer erat. Ant. Benbellona de Godentiis dabit Bartholomæum Gœricium. Regius Selinus, Chriſt. Thraſybulus, Chriſtianus Alemannus unum repræſentabit Baſilium Monnerum. Tortus, qui contra Regem Britanniæ ſcripſit, Bellarminus erit: Harminius de Moſa, Hermannus Fabronius, Carolus Scribanius, Jacobus Keller. De Jeſuitis vid. Ludovicum Lucium (cujus memoriæ, quæ diſcipulus debet, lubentiſſimè defero) *part.2.hiſt.Jeſuit.c.4.* Quo caſu hæc nominis veri diſſimulatio ſit excuſabilis, tractat Gretſer in *lixivio p.6.* Ungersdorffer in der verantwortung ſeiner glückwünſchung *p.49.* Vid. elegantiſſimam orationem M. Antonii Majoragii habitam in Senatu Medioſanenſi, cum de mutatione nominis à Fabio Lupo, & à Macrino Nigro fuiſſet accuſatus. Ego ita apud me conſtituo, & ita animum induco meum, Aliquando intereſſe ejus, qui librum promulgat, non apparere authorem, & juvat eminus intueri ea, quæ tamen erant monenda, ne forſan periculi, aut etiam ſanguinis ab incepto divertat. Quot libri in lucem ſunt editi, quorum veritatem manu infami ignis damnavit. Juvat aliquando ipſos monachos non apparere authores, ne mater ejus, quod nocturno prælo eſt impreſſum, patrem agnoſcat.

NON OMNES Epiſcopi ſunt Epiſcopi, *can. non omnes. cauſ.2.q.7.*

Videtur jus Canonicum à ſeipſo diſſentire, quia Sacerdotes ſunt venerandi, audiendi, timendi, non reſpuendi, nec dilacerandi, nec detrahendi, nec inſidiandi, *c. ſacerdotes. cauſ.6. q.1.* vocantur enim Dii, *c. ſicut.14.§. licet. X. d. hæretic.* interdum etiam Angeli dicuntur, *c. ſacerdotibus. in pr.11.q.1.* Vult idem jus Canonicum in *c. ad audientiam.3. X. d. Eccl. ædific. vel repar.* Si perſona matricis Eccleſiæ virum idoneum præſentare diſtulerit, vel opus illud voluerit impedire; Tu nihilominus (ſic reſcribit Alexander III. Eboracenſi ArchiEpiſcopo) facias idem opus ad perfectionem deduci, & virum appellationis ceſſante diffugio inſtituere non omittas. Ut ergo diſſenſus hic tollatur, jus Canonicum vetat vel calumniam, vel ultionem privatam, vel etiam accuſationem promiſcuam. Ita in *can.1. ejusd. cauſ.6.* ſi Sacerdos ſine crimine eligi præcipitur, nullatenus ab hominibus criminibus irretitis accuſari aut calumniari permittitur, nec ab aliis, quàm ab iis, qui ſine crimine ſunt. Et in *can. cum majores.* majores ſcientiâ & moribus a minoribus accuſari prohibentur. Vid *c. Petrus. d cauſ.q.7.* Dicuntur tamen non omnes eſſe Epiſcopi, ſi cetera canonis exploremus, in quibus Pontifex Romæ, ubi erat caput ſuperſtitionis, *c. Beati. dict. cauſ.2.q.7.* attendit Petrum, ſed & Judam conſiderat: Stephanum ſuſpicit, ſed & Nicolaum reſpicit: Non facit Eccleſiaſtica dignitas Chriſtianum. Cornelius Centurio, adhuc Ethnicus dono Sancti Spiritûs mundatur. Presbyteros Daniel puer judicat. Non eſt facile ſtare loco Pauli, tenere gradum Petri, jam cum Chriſto regnantium. Infatuatum ſal ad nihil prodeſt, niſi ut projiciatur foras, & à porcis conculcetur. Non omnes Epiſcopi ſunt Epiſcopi, ſi abdita illorum ignorantiæ & ſcientiæ juxtim ſcrutemur: ſi in eam curam, quid in Epiſcopo requiratur, intentiores ſimus: denique eorum, quæ ſine ratione agunt, rationem ineamus. Sacerdos facit cathedram, non cathedra Sacerdotem, *c. ult. diſt.40.* in cujus initio multi ſunt Sacerdotes, & pauci

Omnes ſunt Epiſcopi, quia veritas rei patens & manifeſta adminiculis non eget, *l.1.C. Si min. ab hered. abſt.* Pantſchman *part.1. q.4. num.21.* neque ea per noſtrum affirmare vel negare immutari poteſt, *l. cum falſa. 5. C.d. jur. & fact. ign.* Vult. 3. *conſ. Marpurg.30.num.74.* Otto Tabor in *theſ. loc. comm. Juriſpr. ex axiom. Aug.* Barboſa *libr.19.c.11.num.3.*

Digitized by Google

& pauci Sacerdotes: multi in nomine, & pauci in opere. Ita de ipſo Pontifice aſſeveramus, Non omnem Pontificem eſſe Pontificem. Hinc quemadmodum Epiſcopi ideo cornutam mitram portant, ut cornibus ſe defendant; ſic Pontifices ſint cornuti. Quod ſi non ſint cornuti, ſed muti, qui non audeant cornibus uti, & ſi negligant uti autoritate, viam excedendi aliis aperiunt. Vid. Card. Tuſchum in *lit. P. concl.* 44. Fridericus I. Imperator in hunc ſenſum Adriano IV. reſcribit, Cardinalibus veſtris clauſæ ſunt Eccleſiæ, & non patent civitates: quia non videmus eos Prædicatores, ſed Prædatores: non pacis Corroboratores, ſed pecuniæ raptores. Hoc eſt, Non omnes Cardinales eſſe Cardinales. Vid. D. D. Theodorum Zuingerum in *Joh. Calv. Inſt. libr.* 4. *c.* 7. *ſect.* 23. 24. ubi probat Pontificem Romanum non eſſe Epiſcopum, multò minùs Epiſcoporum Principem. Nec obſtare, Regi competere titulum, etſi non faciat officium Regis: Alia enim eſt Epiſcopi ratio, in quo dijudicando requiritur Chriſti mandatum, quod ſemper valere debet in Eccleſia. Vid. eundem *d. libr* 4. *c.* 5. *ſect.* 5. ubi de Presbyteris, ad quid vocentur? Non ad Eccleſiæ gubernationem vel Eleemoſynæ procurationem, ſed ad ſacrificandum. Quomodo? Ceremonias, ridiculas nimirum geſticulationes, in ordinatione coram populo adhibent pompoſas, ſed meras larvas, vel ex Judaiſmo accerſitas, vel ex ſe ipſis confictas. De vero examine, conſenſu populi, & aliis neceſſariis nulla mentio. Objicit, Epiſcopos ſuos habere vicarios, qui ante ordinationem de doctrina inquirant. Reſpondet, Mera eſt hypocriſis. Ratio. 1. Examen eſt de lectione Miſſæ, de vulgaris alicuius in lectione vocabuli ſignificatione, declinatione aut conjugatione: neque enim neceſſarium judicatur, vel unius verſiculi ſenſum tenere. 2. Etiam puerilia elementa ignorantibus Sacerdotium, pecuniæ vel gratiæ expectatione confertur. 3. Ad altare quum admoventur Ordinandi, voce non intellectâ quæritur ter: *An digni ſint*? Tum ſubornatur aliquis, qui eos fortè nunquam novit & vidit, ac dicis gratiâ reſpondet: *Digni ſunt*. Nunquid hoc eſt apertis ſacrilegiis Deo & Hominibus illudere? Et tamen Patres iſti venerandi, propter diuturnam poſſeſſionem, iſta ita ſibi licere putant, ut contra vel hiſcere audentem ad mortem rapiant. An hoc facerent, ſi quem putarent eſſe Deum? Idem *ſect.* 6. *d. loc.* expendit beneficiorum collationem, Vix centeſimum quodque beneficium, & ex viginti vix unt hodie illud conferri abſque ſimonia aut obliqua aliqua commendatione. Accedere nominationes ex ſcholis, reſignationes, reſcripta, præventiones & ſimilia, quibus Tonſores, Coqui, Muliones, pueri vix balbutientes, interdum etiam ſpurii, beneficium conſequuntur, ut beneficium nihil aliud ſit, quàm præda venatoria, & Eccleſiæ Paſtor, qui in Eccleſiam, tanquam in hoſtile prædium, per jurgia, pretium & ſordida obſequia irruperit. Sic non omnes Epiſcopi ſunt Epiſcopi.

NOVUM opus etiam Epiſcopo nunciari poteſt, *t. t. X. d. novi oper. nunc.*

Nulla eſt differentia, quia ſicut leges non dedignantur ſacros canones imitari, ita ſacrorum ſtatuta canonum Principum conſtitutionibus adjuvantur, *c.* 1. *X. h. t. d. nov. oper. nunc.* Nec obſt. *d. l.* 43 nam etiam in jure Canonico arg. *c. fraternitatem.* 2. *X. d. donat.* Epiſcopus & quilibet Prælatus conditionem Eccleſiæ poteſt facere meliorem, tamen animadvertere debet, ne vicino noceat, puta luminibus ejus officiendo. Et verò hic religionis favor ad juſtitiæ normam eſt revocandus. Ob quam cauſam etiam, quòd operis novi nunciatione factâ ædificium exſtructum eſt, ſive jure ſive injuriâ factum ſit, demoliri debet, & quidem expenſis conſtruentis, *c. cum ex injuncto.* 2. *X. h. t.* & *ad eum.* Ungebaur.

Summa eſt ratio, quæ pro religione facit, *l.* 43. *ff. d. relig. & ſumpt. fun.*

NOXALIS actio de pauperie ob damnum à columbis vicinorū agris illatum non competit,

Si ſtatuenda eſt aliqua differentia, præferendum eſt jus Canonicum, ſed non eſt ſtatuenda. Nec obſt. *l. pen.*

Competit, *l. pen. ff. Si quadr. paup. fec. dic.* in qua actio quadrupedaria utilis competit, ſi non

*c.non omnis.*29. *cauſ.*2. *q.*7.

ff. ſi quadr. paup. fec. dic.

quadrupes, ſed aliud animal pauperiem fecit.

Idem enim probari poſſet ex *c. ſi læſeris.*4.*X.d.injur.* Ad utrumque enim locum reſpondetur, quod noxia & pauperies non ſolùm quadrupedis, ſed & alterius cujuslibet animalis vindicetur, id ad cicures tantùm & manſuetas beſtias pertinet, quæ cuſtodiâ noſtrâ contineri debent. At columbarum fera eſt natura, proindeque abſurdum eſſet aliquem de columbarum victu queri: cum illum natura omnibus brutis animantibus conceſſerit. Deinde de columbarum victu ideo nemo queri poteſt, cum grana vi roſtrorum aut unguibus non eruant, ut multæ aves & alites & oſcines: ſed ea demum columbæ colligant & edant, quæ terrâ non operiuntur, adeoque germinare non poſſunt. Tertiò ea natura perhibetur columbarum, ut infeſtos probis ſeminibus vermes, & frugum noxiarum grana avidiſſimè comedant, velut ervum, milium, lolium, quibus ſeminibus agri infeſtantur, ut Columella prodidit *libr.*8.*c.*8. Tandem quicquid detrimenti agris vicinorum à columbis infertur, id cum utilitate & commodo compenſari debet, quod eadem animalia adferre ſolent, arg. *l.*1.§.*ult.ff.d.aq. & aq.pluv.arc.* Eſt enim, quod exploravit probè Harprechtus ad *pr.I. ſi quadr. fec. dic.num.*13.14. ſtercus columbarum agris utiliſſimum, teſte Plinio *libr.*17.*c.*8. & Catone *c.*96. cum illud ſit calidiſſimum ac fervidiſſimum, & modicè ſparſum terram fermentet, atque ideo præſtantiſſimum optimumque omnium habeatur, ut author eſt Varro *libr.*1.*c.*38. Columella *libr.*2.*c.*15. hosque laudans Ulyſſes Aldrovandus *libr.*15.*Ornithol.c.*1.*pag.*218. & 221.*col.*2.

NUBENS mulier intra annum luctûs abſolvitur à pœna, *c. pen. & ult. X. d. ſec.nupt.* Vid. Bachov. *vol. ad Treutl.*1.*diſp.*8.*th.*5.*lit.B.* Schulz in *ſyn. Inſt. Imp. libr.*3. *d. ſucceſſ. fiſc. lit. n.* Erneſt. Cothmann. *conſ.* 51. *num.* 253. & *ſeqq. vol.* 2. Wiſſenbachium ad *tit.* C. *Ex quib. cauſ. inf. irr. th.*5. ubi decretum Urbani III. Papæ ex falſo intellectu *capitis ſeptimi prioris epiſtolæ ad Corinthios* examinat. Idem ante eum præſtitit dict. Bachovius in *comm. ad tit. ff. d. his, qui not.inf. c.ult. num.*4. juxta quem verendum, ne iſto loco Pontifices fuerint abuſi. Nec verò Legislator Romanus ignoravit morte mariti uxorem ab ejus lege liberam eſſe, ſed honeſtatis publicæ causâ voluit mulierem expectare. Neque veteres Epiſcopi tacuiſſent, ſi quicquam

Hoc intelligendum eſt de pœnis, quas ipſæ viduæ ad nuptias feſtinantes patiuntur: ceteræ autem leges, quæ ſtatutæ ſunt non in pœnam ad nuptias feſtinantium, ſed favore filiorum prioris conjugii, non cenſentur à canonibus abrogatæ, Covarruv. *tom.* 1. *d. matrim.part.*2.*c.*3.§.9.*num.*7. Quanquam hodie jure Canonico pœnæ ſint ſublatæ, hoc tamen ipſum ad eam mulierem, quæ intra annum luctûs inhoneſtè & luxurioſè vixit, & fornicatione ſeſe polluit, non eſt extendendum, Sichard. ad *l.*1 & 2 *num.*14.*C.d.ſec.nupt.* Idemque dicendum de ea muliere, quæ nimis propere ad ſecundas nuptias feſtinavit, ita ut exinde incertitudo partûs suboriri poſſit, Alex. Trentacinq. *libr.*3.*var reſol.tit. d. matrim. reſol.* 5.*num.*9. ut eum refert Hunnius *d.loc.n.ult.* Hic nequeo ſilens transmittere inanem ſubtilitatem Mœſtertii *libr.d. juſt.ll. Roman.*2.*c.*3.*num.*3. ubi ait, falſum in *d.c.ult.* mulierem infamiæ ſuſtinere jacturam, quum ſuſtineat jacturam famæ; hæc enim ſimul conſiſtunt in eo, qui legalis infamiæ irrogatione famam amittit: ſic pœnarum eſt jactura, quâ patrimonia reorum minuuntur.

Notatur infamiâ, *l.* 1. *C. d. ſecund. nupt.* Vid. Schraderum ad *tit. I. d. nupt. n.* 14. & *ſeqq.* Matthiam Stephani ad *Nov.*22. *num.*97. Hunnium in *coll. Jur. Can. diſp.*13.*th.*84. & *ſeqq.* Cardinalem Tuſchum *lit. m. concl.*155.*lit.n. concl.*162.

quicquam contra Pauli ſententiam fieri putaſſent, cum Impp. Optimi & Chriſtianisſimi in *l.2.C.d.ſecund.nupt.* terminum veterem ad duos menſes prorogaverint. Neque alia ſententia eſt Pauli, quàm quòd mulier licitè ſecundo nubere posſit, non verò voluit quicquam derogare legibus politicis, honeſtis & juſtis. Et errorem quorundam profligare & refellere voluit Paulus, qui longiùs progresſi ſecundas nuptias omnino illicitas ſtatuebant. Vide ibidem explicationem Accurſii, Ambroſii, Hieronymi, Chryſoſtomi, Caſtrenſis, Baldi. Denique Ant. Faber ſuavis eſt in *l.8 ff. d.tit.* dum, quaſi ut excuſet Pontifices, ait, quòd etiam jure Pontifitio mulier cogatur lugere virum per annum: ſed poſſe tamen interea nubere. Ridiculè: & qui enim, quæ libidini indulgens nupſit alteri, posſit lugere defunctum?

NUBERE humiles & abjectas Senatoribus vel aliis dignitate præſtantibus poſſunt. Et vice verſâ: nec alterutrum horum prohibitum extat, Rennemann. in *Jurisprud. Romano-Germ. membr. 1. diſp. 41. th. 28. lit. a.*

Licet noſtris quoque temporibus ſit valde odioſum, ſi femina vilis conditionis cum nobili, vel plebeja cum illuſtri conjungatur; jus tamen Canonicum conſuetudo ſervat. Taceo eſſe, qui putant novo jure permiſſum eſſe viris magnâ licet dignitate præditis, cum ceteris etiam humilibus, plebejis, & abjectis mulieribus matrimonium contrahere, idque per *auth. ſed novo jure. C.d.natur.lib.* quæ deſumpta eſt ex *Nov.117.c.4.* quæ tamen *Nov.* id ne verbo quidem innuit; neque ibi agitur in ſpecie de conjugio virorum maximis dignitatibus decoratorum contrahendò cum humili & abjecta aliqua femina; ſed eſt generaliter concepta de nuptiis ejusmodi virorum, quas ita celebrari præcipit, ut dotalia inſtrumenta adhibeantur, Matth. Stephani ad *N.78.c.7.* Vid. Ritterhuſ. *d.diff.jur.Civ. & Can.libr.1 d.1.c.23.*

Humiles & abjectæ, ut ſunt Scenicæ, tabernariæ, arenariæ, lenonis filiæ, Senatoribus, vel aliis dignitate præſtantibus nubere non poſſunt, *l.44. & 49. ff.d.R.N. l.7.C.d.inc. & inutil.nupt.*

NULLUM ab initio non convaleſcit ex tempore, *c. auditis. 29. X. d. elect. & elect. pot.*

Eadem, quæ juris Civilis, eſt juris Canonici, aſſeveratio. Sic in *c.2. X. d. conjug. ſerv.* non conſiſtit matrimoniū inter virum & mulierem, quam vir liberam eſſe credebat, cum eſſet ancilla; ſi tamen idem vir præfatam mulierem, poſtquam iſtam audivit eſſe ancillam, carnaliter cognovit, ipſam maritali affectione pertractat. Subſumit Barboſa in *axiom. libr.12. c.28. axiom. ult.* Licet non convaleſcat illemet actus, qui à principio nullus fuit, quoniam effectus nullitatis jam productus nunquam ceſſat, etiam ſublatâ causâ, *l.ult.in princ. ff.und.liber.* Tiraquellus in *tract. ceſſante causâ. limit.12. in princ. & limit.19.* tamen ſi ex poſt facto tacitè ſaltem ſuperveniant ea omnia, ex quibus conſtituitur actus ille, de quo agitur, non habito reſpectu ad id, quod præceſſit nulliter, incipiet ex nunc actus novus & validus. Et in hoc ſenſu accipienda eſt ſententia illorum, qui credunt actum à principio nullum convaleſcere, ſi ſuperveniat cauſa confirmans, ex qua actus ille nunc conſtituitur, & de novo conficitur; intellige, eſto quòd actus prior nullus fuerit ipſo jure, cum enim non agitur de ipſius convaleſcentia aut confirmatione, ſed de creatione alterius novi, nullitas prior, quan-

Convaleſcit ex tempore, *l.1.§.1. ibi. quaſi nunc datum. ff. d. leg.3. l.eos.65. ibi. effici. ff.d.R.N.*

tumcunque efficax & ipſo jure inducta, non obſtat. Id quod ſatis probat textus in *d.l.1.* quamvis gloſſa *ult. in fin. in cap cum nos.3.d iis, quæ fiunt. à Præl.* & plures relati per Tiraq. in *d.l. ſi unquam. verb. revertatur. num.415.* aliud innuere videantur, quorum ſententia, ut ille explicat *num.ſeq.* procedit tantùm ad effectum, ut actus idem a principio nulliter geſtus confirmetur, & valeat ut ex tunc. Non obſt. *d.c auditis.* ubi electio nulla propter defectum conſenſus electorum non valet ut ex nunc etiam iisdem conſentientibus. Verius videtur electionem illam non conſtitui validam etiam ut ex nunc, quia conſenſus ille ſuperveniens non ſufficiens fuit ad electionem novam conſtituendam per ſe abſque auxilio illorum, quæ nulliter præceſſerunt, & quæ oportuit de novo iterari.

NUMERO præfertur authoritas, *c. Eccleſia. 57. X. d. elect.*

Hic non proponitur caſus, quo ſinguli conſentire debent, de quo in differentia, in qua *Conſenſus plurium non habetur &c.* ſed caſus, quo majoris partis conſenſus ſufficit, ac habetur, ac ſi omnes conſenſiſſent. Et tunc modò obtinet jus Canonicum, quo numero præfertur authoritas. Vid. differentiam in qua *Opinio communis eſt ſequenda:* modò jus Canonicum idem, quod Civile, definit. Sic habet *d.c. Eccleſia.57. X d. elect.* quod ſi conferatur cum *c. dudum.22. ejusd. tit.* modò præfert authoritatem, modò numerum. Authoritatem, ſi pari numero ſociati imparem prudentiam produnt. Numerum, ſi qui numero conveniunt, etiam pari prudentiâ eſſe ſolent. In *l.39. ff. d. re judic.* duo ex tribus Judicibus uno abſente judicare non poſſunt, quippe omnes judicare juſſi ſunt. Sed ſi adſit & contra ſentiat, ſtatur duorum ſententiæ. Quid enim minus verum eſt omnes judicaſſe?

Numerus præfertur autoritati, *l.17. §. ult ff. d. recept.* de qua in differentia, in qua *Arbitris duobus &c.*

NUNCIATIO novi operis poteſt inſtitui propter viam, *c.3. X. d. N. O. N.* in quo Canonici agunt adversùs civem Pariſienſem, qui in quadam platea ad Eccleſiam ſuam pertinente eis prohibentibus ædificabat.

Nulla eſt differentia, quia à jure dominii, quo Canonici agunt adversùs civem Pariſienſem plateam ad Eccleſiam ſuam pertinentem, vel, ſi res Eccleſiaſtica non admittit dominium, à jure cuſtodiæ non argumentamur ad ſervitutem viæ. 2. Aliud eſt platea, quæ prædii eſt urbani, niſi acceſſionem Eccleſiæ prædio noſtro annumerare velimus: aliud eſt via, quæ prædii eſt ruſtici, *l.1. in pr. ff. d. S. P. R.* 3. Operis novi nunciatio non competit jure ſervitutis, ſed jure dominii, ita ut vel dominus vel alius nomine procuratorio novum opus nunciet, arg. *l.1. §. ult. ff. h. t. d. O. N. N.* 4. cum ſufficiat actio confeſſoria, quâ agitur adversùs eum, qui ſervitutem negat, cui uſui erit operis novi nunciatio.

Qui viam habet, ſi opus novum nunciaverit, adversùs eum, qui in via ædificat, nihil agit, ſed ſervitutē vindicare non prohibetur, *l.14. d. O. N. N.*

NUNCIATIO novi operis ut ceſſet, requiritur ut trium menſium ſpatium à nunciatione ſit lapſum, ne per inanes denunciationes impediantur nimis longo tempore ædificia, *c. fin. X. d. O. N. N.*

Jus Canonicum ſubvenit, ubi Civile deficiebat, & ita jus ambiguum ſuæ certitudini aſſignat, ne ſumptu ſupervacuo oneraretur aut impediretur ædificans. Igitur ubi jus Civile non deficiebat in operis novi nunciatione canonica, non dedignabantur ſacri Canones ipſas leges ſequi, *c.1. X. d. N. O. N.*

Tempus, intra quod nunciatio novi operis ceſſet, nullibi eſt expreſſum.

Digitized by Google

NUPTIÆ & matrimonium non differunt, hinc nuptiæ ſunt ipſum matrimonium arg. *rubr. X. d. ſponſal. & matrim.* & matrimonium ſunt ipſæ nuptiæ, arg. *rubr. X. d. ſec. nupt.*

Nulla eſt differentia, nam quæ jus Civile diſtinguit, idem in §. 1. *J. d. patr. pot.* confundit. Deinde non diſtinguuntur nuptiæ à matrimonio, ſed nuptiæ contrahendæ à matrimonio contracto. 3 diſtinguuntur nuptiæ à ritu nuptiarum, arg. *rubr. ff. d R. N.* qui tamen ritus abeſſe poteſt. Sic in *leg. 22. C. d. nupt.* Si donationis ante nuptias, vel dotis inſtrumenta defuerint, pompa etiam aliaque nuptiarum celebritas omittatur, nullus exiſtimet ob id deeſſe rectè aliàs inito matrimonio firmitatem. 4. quod indigetatum in differentia, in qua *Matrimonium ut fiat, mos. &c.* matrimonium jure Canonico poteſt fieri ſine nuptiis, matrimonium ſunt ipſæ nuptiæ. Deducit hoc Corvinus ad *ff. d. tit. d. R. N.* ex *can. fin. 28. q. 1. c. quanto. d. divort.* quòd Canonibus aliud matrimonium ſit legitimum & non ratum: aliud legitimum & ratum: aliud ratum & non legitimum. Legitimum dicitur & non ratum, quod inter Judæos & infideles contrahitur, juxta leges Moſaicas & forenſes cujusque loci. Matrimonium legitimum & ratum eſt, quod fideles ſervatis legum & canonum ſolennitatibus celebrant Matrimonium ratum & non legitimum eſt, quod Chriſtiani & fideles citra ſolennitates canonicas contrahunt. Qui veteribus fuerint ritus nuptiarum vide præter Roſinum in antiquitatibus Romanis Connanum *libr. comm. jur. Civ. 8. c. 3.* Dion. Gothofredum ad *l. 1. 2. 3. C. d. ſponſal.*

Nuptiæ & matrimonium differunt, *§. pen. I. d. nupt.* in quo ſi qui contra interdictum coierint, nec vir, nec uxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur.

NUPTIÆ ſecundæ adeo ſunt conceſſæ, ut ulteriores non inveniantur prohibitę. Non o. *can. hac ratione. 31. q. 1.* ubi ſecundæ nuptiæ vocantur fornicatio, quia textus hic meritò rejicitur ab ipſis Pōtificiis, quum deſcriptus, ſit à Gratiano ex opere imperfecto, quod Hieronymo inſcribitur.

Nulla eſt differentia, quia etiam ulteriores jure Civili ſunt conceſſæ, ita ut juxta Mœſtertium *d. loc. quæſt. 1.* nuptiæ ſecundæ bifariam accipiantur: interdum enim non tantùm à primis, ſed etiam à tertiis & ulterioribus diſtinguuntur, *l. cum aliis. 4. C. d. ſec. nupt.* Interdum (uti hic) ſecundæ dicuntur, quæcunque ſunt poſt primas arg. *l. ſi quis prioris. 8. §. 1 & §. talem 3. C. eod.* Sichard. *ad h. tit. n. 9* ſicuti ſecundus heres dicitur, qui vel in ſecundo vel ulteriori quovis gradu ad hereditatem vocatur, *l. 1. in pr. l. ex poſt facto. 43. §. Lucius. ff. d. vulg. & pup. ſubſt.* Jul. Pac. in *anal. C. h. t.* Ulteriorum nuptiarum Sithmannus in *idea arb. conſang. & aff. c. 4. num. 51.* ex Hieronymi *epiſt. 1. ad Geroutum* exemplum memorabile refert, Fuiſſe tempore Damaſi quandam mulierem, quæ habuerit maritos viginti duos, & Romæ quendam habuiſſe uxores viginti: hiſce maritis & uxoribus mortuis fuiſſe ultimam hanc feminam iſti viro ultimo, ambobus adhuc per ætatem ad matrimonium idoneis exiſtentibus, in matrimonium junctam: feminam autem ante hunc virum occubuiſſe. Cui viro ſuperſtiti in deductione funeris uxoris Cives Romani accurrentes dederunt coronam è lauro contextam & palmam in manus, Beuſt. *d. matrim. c. 3. num. 8.* Breviter ſic habendum, Nuptiæ ſecundæ conſiderantur vel in oppoſitione ad primas, vel in oppoſitione ad tertias: priori modo latiùs intelliguntur, poſteriori modo inter primas & tertias ſunt mediæ. Ad *c. odia reſp.* odia eſſe reſtringenda in caſu dubio: vel odia eſſe reſtringenda, ſi ſint hominis; non verò ſi ſint legis; vel odia ſunt reſtringenda, ſi ſint abſoluta

Tantùm nuptiæ ſecundæ ſunt conceſſæ, quia in aliis odium verſatur, odia autem ſunt conſtringenda, *c. odia. d. R. J. in 6.*

abſoluta; nuptiæ autem ſecundæ non abſolutè ſunt odioſæ, ſed non ſunt æquè favorabiles ac nuptiæ primæ.

NUPTIÆ ſecundæ adulteræ concedi non poſſunt, *c.12. X.d.præſumpt.*

Concedi poſſunt, *N.22. c.15. & 18.*

Obſervandum. 1. hujus differentiæ rationem peti poſſe ex differentia, in qua *Matrimonium eſt omnino individuum.* In hunc ſenſum quadrat *can. Omnes cauſationes. c.32. q.7.* ubi non vult Pontifex aliquem proferre raptoris violentiam, matris præſtationem, patris autoritatem, propinquorum catervam, ſervorum inſidias & parentum, damna rei familiaris. Quamdiu vivit vir, licet adulter ſit, licet ſodomita, licet flagitiis omnibus coopertus, & ab uxore propter hæc ſcelera derelictus, maritus tamen eſt reputandus, ejus ſcilicet, cui alterum virum accipere non licet. Excipit tamen *gl. ad d.c.12. lit.f.* niſi timeretur incontinentia, *c. in adoleſcentia. c.33. q.2.* in quo regula non conſtituitur, ſed quid ſit tolerabilius, æſtimatur.

NUPTIÆ ſecundæ ſunt prohibitæ, *c.1. X. d. ſec.nupt. can. d. his. 31. q.1.*

Conceſſæ, *t.t. C. d. ſec. nupt.*

Nulla eſt differentia. Nam etiam in jure Civili ſecundæ nuptiæ minùs ſunt favorabiles. Sic legatum virgini ſub illa conditione relictum, *ſi non nupſerit.* nihilominus debetur etiamſi nupſerit, *l. cum tale legatum. 72. §. Mævia. 5. ff. d. C. & D.* at ſub illa conditione viduæ relictum, licet olim idem ex lege Julia Miſcella obſervaretur, *l. ſed ſi hoc. §. cum vir uxori. 2. l. cum ita legatum. 63. in pr. ff. d. s. d. C. & D.* Jure tamen novo à ſecundis nuptiis abſtinere debet, vel legato carere, *Nov. 22. c. 43. & auth. cui relictum. C. d. ind. vind. vid. toll.* Sichard. *ad tit. C. d. ſec. nupt. n. 11.* Licet autem minùs ſint favorabiles, non tamen omnino ſunt prohibitæ. Ad *c.1.* reſpond. Quæcunque Interpretum probetur opinio, nuptiæ tamen ſecundæ non ſunt prohibitæ, ſed duntaxat intelliguntur ſecundæ nuptiæ, quæ primo vivente marito contrahuntur, vel quæ mortuo primo marito, & vult *cap.* neutris eſſe benedicendum. Ad *can d. his.* reſpon. Non prohibentur ſecundæ nuptiæ, ſed iis intereſſe prohibetur Sacerdos. Vid. Matth. Stephani ad *Nov. 22. num. 103.* At hæc ſuſpecta viſa ſunt Didaco Covarruviæ, *De matrim. part. 2. c. 8. §. 11. num. 2.* Et generaliter ſtatuit Navarrus in *Manuali c. 22. num. 83.* conſuetudine induci poſſe, ut ſecundæ nuptiæ benedicantur; prout illa jam pridem obtinuit, Mœſtert. *d. ſec. nupt. q. 2. num. ult.* Vid. eund. *q. 4. 5. 6.* Et quid intelligatur per ſecundas nuptias, an eæ nuptiæ, quæ primas immediatè ſequuntur, vid. differentiam, in qua *Nuptiæ ſecundæ adeo &c.*

NUPTIAS inceſtas contrahunt, qui contrahunt nuptias jure Civili permiſſas, quas lex Canonica improbat, Ant. Merenda *libr. controv. jur. 2. c. 12.* quoniam in iis, quæ ad res ſpirituales pertinent, lex Civilis paret Eccleſiæ ſanctionibus, *c. 1. 2. X. d. O. N. N. c. fin. X. d. ſecund. nupt.*

Num nuptiæ hæ ſint inceſtæ, vel eos, qui contrahunt ejuſmodi nuptias, maneat pœna inceſtas nuptias contrahentium, vid. differentiam, in qua *Graduum computatio in linea collaterali.* Quatenus autem matrimonium ſit res ſpiritualis, vid. different. in qua *Matrimonialis cauſa.*

Canoniſtæ propugnant traditionẽ ſuam ex ipſo jure Civili. Sic in *l. 27. ff. d. ll.* antiquiores leges ad poſteriores trahi uſitatum eſt, & ſemper hoc quaſi legibus ineſſe oportet, ut ad eas quoque perſonas & ad res pertineant, quæ quandoq; ſimiles erunt. Quòd ſi quis, inquiunt Canoniſtæ, hoc nolit admittere, ab eo quærimus; Si fortè poſteriores Imperatores nuptias anterioribus temporibus conceſſas vetuiſſent, An lex Juſtiniani de illicitis & inceſtis nuptiis agens ad hujuſmodi nuptias pertinuiſſet, non negabis, niſi è mente exciderit id, quod legitur in *l. non eſt novum. ff. d. tit. d. ll. & l. 1. §. lex falcidia. ff. ad l. Falcid.* ergo

eodem

eodem modo pertinebunt ad nuptias, quas canones deinde prohibuerunt. Sed reſpondemus allegata loca intelligenda eſſe de autoritate ejusdem fori. 2. de juſta prioris legis abrogandæ cauſa. 3. de communi conſenſu, qui abrogationi huic fuerit ſuffragatus. Hoc ipſum agnoſcit Antonius Merenda Pontificius *libr. controv. jur. d. loc. num.* 4. qui diſtinguit inter nuptias improbatas ex cauſis poſitivis, & improbatas ex eo, quod eas naturalis ratio contrahi non patiatur.

O.

OBSIDES dari poſſunt, *c. ex reſcripto. 9. X. d. jurejur.* voluntate tamen illorum, qui obſides dantur; aliàs detineri non poſſunt, Harpprecht. ad *§. 1. I. d. fidejuſſ. num.* 35.

Dari non poſſunt, *l. 12. C. d. obl. & act. l. 6. C. quæ res pign. obl. poſſ.* Vid. differentiam, in qua *Pignus in homine libero conſtitui poſſit.*

Nulla eſt differentia, quia ad *d. c.* notat *gl. lit. f.* non tenere obligationem in libero homine, ut jus conſtituatur in eo, tanquam in pignore, ſed detinetur homo liber qualitercunque, ut fiat, quod convenit. Vel non poteſt obligari pecunia, ſed pro pacto ineundæ pacis vel conſimili, *c. expoſita. X. d. arbitr.* Hinc arridet Covarruvias *tom. 2. var. reſol. libr. 2. c. 1. num.* 1. qui diſtinguit inter obſides datos autoritate publicâ: unde in privatis ne humana libertas impediatur, aliis magis placet, non poſſe liberum hominem invitum detineri etiam ex conventione pro ære alieno ſolvendo, niſi de pace ſimilive pacto conventum fuerit.

Obſides teſtari non poſſunt, quia nec monachi, quibus obſides quoad teſtandi facultatem æquiparantur, Philipp. Francus ad *c. 1. d. teſtam. & ult. volunt. in 6. num.* 78.

OBSIDES teſtari poſſunt, *l. 32. ff. d. jur. fiſc.*

Falſa eſt aſſertio petita è jure Civili, Nam *l. 11. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* vult obſides teſtari non poſſe, cujus ratio eſt, quòd ſint apud hoſtes, vel quòd ſint velut ab hoſtibus capti: imò quòd velut ab hoſtibus capti ab iisdem fide violatâ trucidentur. Vid. *Alex. ab Alexandro libr. 5. genial. dier. c. 3.* Philipp. Camerarium in *operis ſuccis. c. 6. ad fin. cent. 1. & c. 78. cent. 2.* Waremundum ab Ehrenberg in elegantiſſimis ſuis meditamentis, ut vocat Heringius *c. d. fidejuſſ.* 10. *num.* 303. pro fœderibus, vel ſi non trucidentur, eorum bona, ſicut captivorum, in fiſcum ſunt cogenda. Nec obſt. *d. l. 32.* quæ loquitur de iis, qui ante quidem erant obſides, ſed qui accepto uſu togæ Romanæ, ut cives Romani, poſtea egerunt: ideoque in eadem lege Divi fratres procuratoribus hæreditatum reſcripſerunt, ſine dubio jus eorum ab obſidis conditione ſeparatum eſſe beneficio principali. Deinde *d. l. 32.* non loquitur de teſtamenti factione activâ, quâ obſides teſtari poſſunt vel non, ſed paſſivâ, quâ ſi beneficio principali uſum togæ Romanæ obſides accipiant, idem jus eis habendum, quod habent, ſi à legitimis civibus Romanis heredes inſtituti fuiſſent. Sic Canoniſtæ apud Phil. Francum *d. loc.* quamvis monachis non largiantur teſtandi facultatem, quippe qui perdiderint dominia rerum & ſervi efficiantur, aut ad minimum ſervi judicentur: ſint in poteſtate Abbatis, & non habeant velle nec nolle; tamen monachi ex licentia Papæ teſtari poſſunt. Vid. differentiam, in qua *Monachus vel Canonicus ingreſſus.* Non tamen ex ea ratione, quam Phil. Francus addit, Quòd poſſit Imperator concedere teſtamenti factionem: fortiùs ergo poterit Papa ipſi monacho, cum longè major ſit poteſtas Papæ, quàm Imperatoris. Vid. differentiam, in qua *Eccleſiæ ita ſe habent.*

OBSTAGII uſus admittitur, *d. c. ex reſcripto.* Vid. Bocerum *c.3. d. feud. accid. num.13. & 22.*

Hic non eſt neceſſum penſiculatiùs exputare, An & quatenus juramentum obſtagio accedere illudque confirmare poſſit: ſiquidem illud ex generali differentia juramenti inter jus Civile & Canonicum fiat liquidum. Sed hoc exputare eſt neceſſum, An obſtagii conventio argumentis ex jure communi depromptis comprobari non poſſit? Reſp. Quanquam jus commune expreſſam obſtagii mentionem non faciat, per bonam tamen conſequentiam ex eo elici poteſt, eoque applicamus, quæ collegit Harpprechtus ad §.1. *I. d. fidejuſſ. num.33. & ſeqq.* nam ſi quis pro debitore principali fidejubendo ſeſe adſtringere poteſt, ut ſi non ſolvat principalis, tum fidejuſſor in carcerem detrudatur; multò faciliùs obſtagii conventio admittetur. Atqui prius hiſce potiſſimùm defendi ſolet argumentis. 1. Omne factum licitum & honeſtum in ſtipulationem deduci & ſtipulatione promitti poteſt, *l. ſtipulationes non dividuntur. 72. d. V. O.* 2. deducunt ex *d. c. ex reſcripto.* 3. eſt ex *l.3. §.5. ff. d. hom. lib. exh.* ubi Ulpianus apertè ſcribit: ſi quis volentem retineat, non videri dolo malo retinere. Jam verò qui ex conventione debitorem in carcerem autoritate magiſtratûs detrudit, donec ſolvat, detinet volentem: cum ſemel is in hoc conſenſerit: nec attendatur, quòd nunc diſſentiat, arg. *l. ſicut. 5. C. d. O. & A.* Ergo qui in carcerem debitorem, vel ipſius fidejuſſorem conjicit, cum ad hoc prius ille conventione ſe obligarit, dolo non facit, ſed ſuo jure utitur. Quoad mores hodiernos non citra violentiam huc trahi poteſt, quod monet Corvinus *ad ff. qui ſatisd. cog.* Hodie omiſsâ ſatisdatione pleriſque in locis coguntur litigatores domicilium in territorio, ubi agitur, eligere; unde citari, & niſi reſpondeant, pro contumacibus haberi indicarive poſſint. Nam obſtagium, licet coactionem in ſe contineat, non tamen eſt actus judicialis. Igitur quoad mores hodiernos obſervandum, quod notatum in *diſp. d. fidejuſſ. ſect. 6. lit. c. ſub meo præſidio habita.* Quamvis conſtitutio in comitiis Auguſtanis Anno 1548. facta in Imperio ſaltem illam exerceri permittat, extra autem illud obſtagii nomine neminem evocare ſinat. Tamen poſterior Francofurti Anno 1577. facta Imperii Procerum conſenſu Conſtitutio hactenus ſaltem ejusmodi obligationem fidejuſſorum ad obſtagium admittit, quatenus ſcilicet inſtrumentis de emptione venditione redituum conceptis continetur, quocirca in mutuo & aliis obligationibus eam hodie in Imperio Germanico non valere dicendum eſt. Conſtitutio Electoralis Saxonica, de qua Heigius ad §.5. *J. d. fidejuſſ. n.15.* majoris mali vitandi causâ, & quia per ejusmodi obligationem non explicatur, ſed magis implicatur debitum, neque creditoris conditio ſemper melior redditur, in univerſum hanc conventionem de obſtagio abrogavit. Sanè illud pactum, quo debitor vel fidejuſſor ſe, ſi in ſolutione ceſſet, obligat non quidem zur leiſtung/ ſed tamen ad certum locum, donec creditori ſatisfaciat, etiamnum hodie uſitatum eſt, idque aliquoties tam in ſcabinatu, quàm in aula approbatum teſtatur Dan. Moller *libr.3. ſemeſtr.30. num.6. & ſeq. usque ad finem.*

Obſtagii conventio argumentis ex jure communi depromptis comprobari non poteſt, Gail. *libr.2. obſ.45. & d. pac. publ. libr.2. c.2. num.5.6.*

OCCIDERE alicui non licet privatâ authoritate hominem vel nocentem, *c. ſi non licet. 23. quæſt.5.*

Probo jus Canonicum, quod veſtigia antiquæ poteſtatis dominicæ rectè eliminat, ſed non aſſequor, quid in *d. c. ſi non licet.* ſibi velit, quando ait nullam legem hominis occidendi licentiam conceſſiſſe.

Dominus ſervum ſuum merentem occidere poteſt, *l.53. §.3. ff. d. leg.1.*

OCCISIO ſui ipſius eſt illicita, quia ſi non licet pri-

Nulla eſt differentia, quoad ſui ipſius occiſionem, licet quoad oc-

Occiſio ſui ipſius vel diſtinguitur, ex *l. ult. §.4.*

cet pri-

cet privatâ poteſtate alicui hominem occidere vel nocentem, cujus occidendi licentiam lex nulla concedit, profectò etiam, qui ſe ipſum occidit, homicida eſt: & tantò fit nocentior, cum ſe occiderit, quantò innocentior in cauſa fuit, quâ ſe occidendum putavit. Nam ſi Judæ factum meritò deteſtamur, eumque veritas judicat, cum laqueo ſe ſuſpendit, ſceleratæ illius traditionis auxiſſe potiùs, quàm expiaſſe commiſſum, quoniam de Dei miſericordia deſperando exitiabiliter pœnitens, nullum ſibi ſalubris pœnitentiæ locum reliquit: quantò magis à ſua nece ſe abſtinere debet, qui tali ſupplicio, quid in ſe puniat, non habet. Judas enim, cum ſe occidit, ſceleratum hominem occidit: & tamen non ſolùm Chriſti, verùm etiam ſuæ mortis reus finivit hanc vitam: quia licet propter ſuum ſcelus, alio tamen ſcelere ſuo occiſus eſt, *c. ſi non. 23. q.5.* Vid. Carpzovium in *pract. crim. part. 1. quæſt. 2. num. 26. & ſeqq.*

cidentis pœnam, nec illa diſtinctio juris Civilis diſtinguit inter actum licitum & illicitum, ſed inter actum magis & minus licitum. Sic in *d. l. ult.* qui ſeipſum occidit, non commendatur; Cleanthes, Chryſippus, Zeno, Democritus, Euphrates, Diodorus Epicureus manus corpori intulerint, venenum hauſerint, gulam præſciderint, habuerunt tamen ſucceſſores. In *l. 6 §. 7.* pœna capitalis ceſſat, ignominiæ pœna infertur. Non adverſatur *l. 9. §. 7.* cui repugnat vel natura hominis: vel certa in mori cupientibus moriendi ſpes. Natura hominis eſt charitatem bene ordinatam à ſeipſa incipere, *arg. l. Præſes. C. d. ſervit. & aqua.* unde Terentius ait, Naturâ hominum ita comparatum eſſe, ut omnes ſibi meliùs eſſe malint, quàm alteri. Et M. T. Cicero in *orat. in Vatin.* dicit, Neminem eſſe tam dementem, tamq; parum de ſe cogitantem, qui alienam vitam magis, quàm ſuã, diligat. Idem in *Philipp. 2.* inquit, Qui multorum cuſtodẽ ſe profitetur, cum Sapientes ſui primùm capitis aiunt cuſtodem eſſe oportere. Quod ſi, ubi ſubeſſe debet certa in moriendi cupientibus, certa moriendi ſpes non ſubſit, expectanda eſt, non properanda mors. Sequuturam illam ipſius vitæ anguſtia pollicetur, niſi non videamus, qàm multa nos incommoda exagitent, quàm malè nobis conveniat hoc corpus. Nunc de ventre, nunc de capite, nunc de pectore ac fau-

ff. d. bon. eor. qui ant. ſent. l. 6. §. 7. ff. d. re milit. ut ſi impatientiâ doloris, aut tœdio vitæ, aut morbo, aut furore, aut pudore mori maluit, non animadvertatur in eum: ſed ignominiâ mittatur, ſi nihil tale prætendat, capite puniatur. Vel ſimpliciter permittitur, Ita ſi ſervus ſe vulneraverit, non magis hoc attendi poteſt, quàm ſi ſe occiderit, vel præcipitaverit: licet enim etiam ſervis naturaliter in ſuum corpus ſævire, *l. 9. §. 7. ff. d. pecul.* Denique in ſecundo juris præcepto alterius tantùm læſio prohibetur; ita ut ſi ſeipſum quis lædat, volenti non fiat injuria, *l. 1. §. 5. ff. d. injur.* Eccui non eſt obvium, quî Hippo, Iphigenia, Sophronia, Dido letho ſuccubuerint? Vid. Mevium in *comm. ad jus Lubecenſe libr. 4. tit. 9. art. 1.* Ungebaur ad *tit. Decretal. X. d. homic. vol. vel. caſ. num. 4.*

cibus querimur. Aliàs nervi nos, aliàs pedes vexant: nunc dejectio, nunc deſtillatio. Aliquando ſupereſt ſanguis, aliquando deeſt. Hinc atque illinc tentamur atque dejicimur. Propius autem ut ad *l.* 9. §. 7. reſpondeamus, reſponſionem non deſumemus ex Stoicorum ſchola, in qua voluntaria mors erat licita: non etiam ex eo, quòd qui jure ſuo utitur, nemini faciat injuriam, *l.* 55. *&* 151. *ff. d. R. J.* non denique ex eo, quòd olim in *pr. I. d ſerv. cogn.* Imperatori videbatur, jus patronatûs usque ad noſtra tempora ſatis obſcurum atque nube plenum & undique confuſum; non enim adeo in arctum deſiluimus, unde pedem referre nequeamus. Caſum explicat gl. Si ſervus ſe vulneravit, & ſic deterior factus eſt in 5. cum valuit 10. an illa 5. poſſit dominus deducere, ſi conveniatur ab aliis creditoribus, quia ſervus deterior factus fuerit in 5. quæritur? Et reſpondetur, quòd non, non magis, quàm ſi ſe occidiſſet; licet enim etiam ſervis naturaliter in ſuum corpus ſævire: quomodo hoc liceat, explicat Accurſius, i.e. permittitur ad hoc, ut dominus damnum ſibi inflictum propter hoc non poſſit deducere de peculio: aliàs in *l.* 23. §. 3. *ff. d. ædil. ed.* malus ſervus creditus, qui aliquid fecit, quò magis ſe rebus humanis extraheret, utputa qui laqueum torſit, ſive medicamentum pro veneno bibit; præcipitemve ſe ex alto miſerit, aliudve quid fecerit, quo facto ſperavit mortem perventuram. Ad præceptum ſecundum, in quo alterius tantùm læſio prohibetur, reſpondemus ſub ſui læſione contineri etiam alterius læſionem, quia in *d. l.* 23. §. 3. qui ſibi non pepercit, multò minùs aliis parcet. Vel reſpondetur, Qui ſeipſum lædit, lædit rempublicam, cui agnaſcitur civis, *l.* 1. §. 15. *ff. d. ventr. in poſſ. mitt.* Vel, Præceptum ſecundum limitationem ſumit è primo præcepto: quomodo autem poſſet honeſtè vivere, qui ſibi fatalem neceſſitatem properat. Ad *l.* 1. §. 5. *ff. d. injur.* reſpondetur, volenti non fieri injuriam ab alio, adverſùs quem conqueri poſſit, poſſe tamen fieri injuriam à ſeipſo. Deinde reſpondet Zoanettus in *defenſ. tripart. part.* 1. *num.* 8. Quòd volenti & conſentienti non fiat injuria, diſtinctionem recipit. Aut enim volenti & conſentienti mala verba dantur, convicium fit vel quid ſimile, & nulla erit tum de jure Civili cenſenda injuria: quia lex civilis nusquam prohibet convicia volentibus fieri, quod & generali conſuetudine quoque eſt receptum. Aut volenti & conſentienti infliguntur vulnera vel etiam mors, tunc quoniam agitur de præjudicio Reip. cujus maximè intereſt hominibus idoneis & præſtantibus civitatem & ordines quosque ejus abundare, *l. generaliter.* §. *ſpurios. ff. d. decur. l.* 1. *ff. ſol. matrim.* tunc volenti fit injuria. Sic etiam volenti fit injuria, ſi voluntas ſit coacta, ut ſi apud Moſcovitas, quod habet Surius in *comm. rer. in orb. geſt. ad annum* 1501. quis cogatur ſe ipſum ſuſpendere. Quod ſanè eſt perquam horrendum, & tamen ni faciat, dirè verberatur & excarnificatur ac tandem ſuſpenditur: quæ res plerosque miſeros metu verberum cogit ſibi ipſis laqueum injicere. In dubio autem ſuiipſius occiſio non præſumitur, ita in carcere mortuus repertus à cuſtodibus necatus, & in puteo inventus iſtuc per imprudentiam illapſus creditur, & non tantùm cuſtodes purgare ſe debent, ſed & fiſcum de crimine probare oportet, ita ut heredibus nihilominus defenſio innocentiæ defuncti ſemper pateat, arg. *l.* 1. §. *ſi ſibi manus* 11. *ff. d. SC. Syllan. gl. in l. cum heres.* § *ſpecies. d. leg.* 2. cum aliis notatis à Petro Heigio *quæſt.* 36. *num.* 34. 35. 36. *p.* 2. Exempla illa adducta, quæ enarrantur in *diſput. mea inaug. d. lege theſ.* 24. merentur elogium *l.* 38. §. 8. *ff. ad l. Jul. d. adult.* juſtum dolorem temperare non potuerunt, quæ, quia ſe vindicare non poterant, plus fecerunt. Quid vero Canoniſtæ reſpondent ad eum caſum, de quo in exemplis modò memoratis, quoque mulier caſtitatis tuendæ causâ ſe ipſam interficit? Reſpondet *can. non eſt noſtrum. cauſ.* 23. *q.* 5. non eſt noſtrum mortem arripere, ſed illatam ab aliis libenter accipere. Unde & in perſecutionibus non licet propriâ perire manu (absque eo, ubi caſtitas periclitatur) ſed percutienti colla ſubmittere. Quam exceptionem quidam reſtringunt ad caſum divinæ revelationis, quâ præſuppoſitâ non ſolùm eo caſu, quo caſtitas periclitatur, verùm etiam in perſecutionibus aliiſque in caſibus mors erit licita, licet ſit voluntaria. Alii putant vocem *absque* poſitam eſſe incluſivè, quaſi dicatur; nec in iſtis, in quibus magis videtur licere alicui ſe occidere. Pro qua explicatione nihil facit *can. progeniem.* 16. *cauſ.* 35. *quæſt.* 2. *&* 3. quia ibi non habetur vocula

absque

abſque, ſed *usque*, quæ pro ſubjecta materia interdum ſtat incluſivè, interdum excluſivè, Polyd. Rip. in *tract. d. nocturn. temp. cap. 63. num. 9. & ſeqq.* Non etiam facit *can. Ebron. cauſ. 13. quæſt. 2.* quia ibi quoque non legitur vox *abſque*, ſed *præter*, quæ etiam aliquando incluſivè, aliquando excluſivè ſumitur, Cardin. Tuſchus *pract. concl. tom. 2. concl. 340. num. 6. & ſeqq.* Aliter reſpondet Balthaſar Gomezius in *tr. d. poteſt. in ſeipſum. libr. 1. c. 9. num. 6.* & quidem dupliciter. Primò, inquit, vocula *abſque* in *d. can.* ſtat excluſivè, non quidem ut excipiat, & ſit ſenſus, eo in caſu, ubi caſtitas periclitatur, licitam eſſe mortem voluntariam; ſed ut is textus de eo caſu non loquatur, quia aliàs eſſet ſatis dictum. Etenim cum ea quibusdam videretur, ſi qua eſſe poſſit honeſta cauſa ſe occidendi, ſæpius & frequenter Sancti Patres admonebant propter caſtitatem conſervandam non licere ſe occidere: addit eo caſu Hieronymus nullo caſu licere, abſque eo, ubi caſtitas periclitatur, id eſt, etiam extra eum caſum, de quo; ut de frequentiori dubitatione, ſæpius dictum. Quæ explicatio non modò verbis *d. can.* verùm etiam ipſi Hieronymo, canonis iſtius autori, adverſatur. Nam in *lib. 1. adverſùs Jovianum* multas recenſet virgines, quæ, ut virginitatem ſervarent, morte voluntariâ perierunt, quas tamen propterea non parùm laudat. Deinde Gomezius jura Decreti non majorem autoritatē, quàm in ſuis originalibus, habere autumat: & ideo Hieronymo, qui in *d. can.* ſenſit, licere ſe interficere ob conſervandam caſtitatem in hac parte credendum eſſe negat. Et *n. 7.* ait idem Gomez: Quamvis Gregorius XIII. Pontifex Decretum emendari curaverit, & velut ex ſua autoritate ediderit, tamen propterea nullam novam ei tribuiſſe autoritatem, quòd ſolùm voluerit emendari falſas allegationes, & expungi menda ac ad fidem originalem reduci. unde concludit autoritatem Hieronymi in *d. can.* relatam etiam nunc nihil ampliùs eſſe quàm Hieronymi. Cui reſponſioni opponunt Canoniſtæ, Decretum propter longam operis obſervantiam approbatum eſſe. 2. eſſe manifeſtum ex *can. ideo. 16. cauſ. 25. q. 1.* Romanam Eccleſiam omnibus canonibus jus & authoritatem dediſſe. Nobis cum Ungebaur ad *tit. Decretal. X. d. ſepultur. num. 5.* eorum placet opinio, qui Hieronymum verbis iſtis *abſque eo, ubi caſtitas periclitatur.* hoc ſenſiſſe ſtatuunt, quod conſervandæ caſtitatis gratiâ ſibi vitam eripere liceat. Olim enim abſque peculiari Spiritûs Sancti œconomia licere ſeipſum in mortis diſcrimen præcipitem agere, pudicitiæ tuendæ cauſâ, Patres multi, ex quorum numero fuit Hieronymus, docuerunt. Non tamen negamus etiam contrariam ſententiam, quæ tuendæ caſtitatis cauſâ interficere ſe prohibet, ex jure Canonico probari poſſe, quia eam ſatis confirmat *c. ex parte. X. d. tit. d. ſepultur.* Nec obſt: quòd hac ratione contrarium reperiatur in jure Canonico, quia novum non eſt in eodem manifeſtas reperiri contradictiones, de quibus agit Cujacius ad *c. 4. X. d. judic.* Rittershuſius in *Nov. part. 4. c. 9. num. 7.* Wiſſenbachius in *contradict. juris Canonici.* Rectiùs tamen factum eſſet, ſi vel Gratianus, Decreti Compilator, dicta verba omiſiſſet, vel poſtea Gregorius XIII. Pontifex ea deleri curaſſet. Vid. differentiam, in qua *defenſio juſta ac legitima.* Laudet D. Heinſius in *orat. in obitum Mauritii* genus quoddam hominum, cui plurimum libertas debeat, qui in terra nati, ſimul eam corpore preſſerunt, more animalium ac ritu, quibus duo elementa incolendi anceps contigit natura, aquam petunt, in qua vitam agunt, neque minùs natant, ubi opus eſt, quàm navigant: de cætero ſecuri, cum ubique domi & ubique peregre ſe eſſe credant; quicquid autem nondum occupat Hiſpanus, patriam exiſtiment: quem ut hoſtem, ſic materiam virtutis putent. Tantâ corporis atque artuum velocitate, ut per funes nauticos enixi ſimul prope in imo navis ac ſupremo mali ſpatio verſentur. Tanto animo pro patria ac fide, ut plerumq; poſt victoriam & ante ſervitutem rebus omnibus humanis mortem anteponant: à qua cum urgentur, libertatis tamen jus extorquent. Quippe navibus accenſis, pulvere icti, & cum hoſte in aërem eliſi, quia non vincuntur, ex opinione ſua vincunt. Meâ opinione vincuntur, ſed ſuâ impatientiâ & indignatione ejus victoriæ, quæ etiam alteri contingere poteſt. Non vincunt, quorum eliſas pra propere animas triumphus ſequi non poteſt. Quid ſentiendum de eo, qui ſui defenſionem omittit, vid. Covarruv *tom. 1. d. matrim. part. 2. c. 8. §. 12. n. 33. ex textu can. non eſt noſtrum. 11. q. 5. 23.* cui adverſatur Hahn. in *ſelect. diſp. 12. th. 21.*

Officium ſuum non rogatus Judex impertiri poteſt in continuando proceſſu delatoris, *c. 1. & 2. X. d. colluſ. deteg.* Matth. Steph. *libr. d. offic. Jud. 3. c. 28. num. 1.*

Nulla eſt differentia, quia aſſertum juris Canonici non tantùm confirmatur ex jure Canonico, ſed Joannes de Platea, quem *d. loc.* laudat Matthias Stephani, confirmat etiam ex jure Civili in *l. monetæ. colum. 1. verſ. & ſic nota. C. d. delato. libr. 10.* & per textum in *l. pen. in pr. ff. d. publ. Judic.* & in *l. 2. C. d. abolition.* Mens autem quæſtionis eſt hæc, Quando aliqua cauſa ab aliquo delatore publicæ utilitatis causâ ſuſcepta eſt, eam tametſi deinde proſequi morte præventus aut quavis aliâ de cauſa impediatur, nihilominus Judex eandem cauſam ex ſuo officio ob eandem publicam utilitatem proſequi & perficere poteſt. Imò poteſt etiam Judex committere ac jubere alterum, ut cauſam ab alio inchoatam & derelictam proſequatur. An autem, quando unus Notarius incipit acta ſcribere in aliqua cauſa, poſſit deinde alius proſequi & perficere? & quòd non poſſit dicendum videtur, prout etiam in ſimili dicitur, incepta ab uno nuncio alium proſequi non poſſe, & ita reſpondetur ad *d. l. 1.* Niſi primus Notarius vel nuncius ſit impeditus, *l. un. ff. d. offic. Conſul.* ut hanc concluſionem copiosè tractat Boſſius in ſua *pract. crim. in tit. d. accuſ. num. 14. fol. 55.* ut videre eſt apud Matthiam Stephani *d. loc.*

Impertiri non poteſt, *l. 1. C. d. ſportul.*

Opinio communis eſt ſequenda tam in judicando, quàm conſulendo ſecundùm CC. in *c. canonum ſtatuta. 1. X. d. conſtit.*

Juri Canonico eſt ſtandum, niſi evidenter & notoriè communis opinio ſit falſa, vel poſſit bonis & probabilibus rationibus convinci ſecundùm Dd. per *c. canonum ſtatuta. 1. c. appellamus. 4. per text. ibi X. d. fer. & text. in c. Nicæna. 12. diſt. 31.* tunc enim communis error jus non facit per ea, quæ poſt alios tradit Matth. Weſenb. *conſ. 1. n. 17.* ubi ſubjicit, quòd potiùs in veritate legibus detectâ, quàm erroneis Dd. opinionibus acquieſcendum ſit, Schulz in *ſyn. Inſt. Imp. ad tit. d. obl. quæ ex quaſ. del. lit. a.* Vid. Nic Vigelium in *dial. Jur. in loc. ab authorit.* Rennemannum *diſp. d. princ. jur. 7. th. 30. & ſeqq. & d. jur. retorsion. part. 3 th 20.* qui in *theſ. ult.* ſic concludit, Cordatiſſimos hic Gallos, Budæum, Baronem, Duarenum, Forcatulum, Cujacium, Hotomannum, Molinæum, Coraſium, Donellum, Connanum, Fabros, Robertos & alios in cœlum, ſi poſſet fieri, laudibus evehendos arbitror: qui nunquam illud in Italorum cerebellis fabrefactum, ut adorarent communis opinionis idolum, induci potuerunt. Noſtros cur non dilaudare poſſum Germanos: in promptu cauſa eſt: quòd plerique omnes, etſi veritatem, juſtitiam & æquitatem animadverterunt ſæpius: ad obtutum tamen opinionis communis, à qua in judicando recedere nefas eſſe credunt, tanquam ad Meduſæ caput, obſtupeſcunt, & aves Tranſalpinas prævolantes, derelicto veritatis & juſtitiæ caſtro, mox inſequuntur. Quorum quidem me miſeret & pudet! & quamvis ſe in viam revocari meliorem ferre nolunt: & qui hac in re conantur aliquid, oleum & operam ipſorummet judicio perdunt: operæ precium mihi tamen hoc abundans ſat erit: quod illud, quod Chriſtianum Juriſconſultum decet, dixi: & conſcientiam meam liberavi. Satis pro imperio Rennemanni, qui Conſcientiam ſuam liberare voluit, an verò ab erroribus ſcientiam perpetuo ſuo obſervationum criticarum recurſu liberarit, id verò eſt, quod præcipuè in dubium vocatur. Replicari poſſet heic memoria ejus, quod in ſuis colloquiis de exorciſmo refert Eraſmus, Polus intentis in cœlum oculis ſignavit totam faciem ac ſcapulas imagine crucis, & vultu ad ſtuporem compoſito ita ſecum: Deum immortalem! quid ego video? Rogantibus, qui proximè equitabant, quid videret, rurſus ſe obſignans majore cruce; Avertat, inquit, Clementiſſimus Deus hoc oſtentum. Quum inſta-

Neque ex multitudine authorum, quod melius & æquius eſt, judicatore: cum poſſit unius forſan & deterioris ſententia & multos & majores in aliqua parte ſuperare, *l. 1. §. 6. C. d. V. J. E.*

rent aviditate cognoſcendi, ille defixis in cœlum oculis ac digito commonſtrans Cœli locum: Nonne, inquit, illic videtis immanem Draconem, igneis armatũ cornibus, caudâ in circulum retortâ? Quum negarent ſe videre, atque ille juſſiſſet oculos intenderent, ac locum ſubinde commonſtraret, tandem unusquispiam, ne videretur parum oculatus, affirmavit ſe quoque videre. Ego ſic animum induxi meum, non nimiam decere opinionum ambitionem, non nimium obſequium. Platonizarit Philo, Philonizarit Plato, quod Suidas refert, Jurisprudentia noſtra ſit libera civitas, in qua liberam eſſe linguam oportet. Non ſint JurisConſulti velut Franciſcus, de quo fingunt Papicolæ in ſuo Conformitatum libro, quòd in monte ſacro Alverniæ corporaliter elevatus fuerit; quòd Leo ſocius aliquando eum invenerit in aere per tantum ſpatium elevatum, ut vix ejus pedes tangere potuerit: idem aliquando invenit eum usque ad medias fagos elevatum à terra: aliquando invenit eum in tanta altitudine elevatum, ut vix eum videre potuerit. Non ſint etiam aliarum, forſan falſarum, opinionum mancipia & nihil rectum, niſi quod alienum, putent. Dedecet tandem diſſenſio, ubi non eſt vel juſta, vel neceſſaria. Irregularis eſt, ut bene non nemo, & perpetuus ingenii humani motus, certis limitibus non circumſcriptus. Mens noſtra inquirendo, indagando, inveniendo, admirando, novas difficultates, ambiguitates novas objiciendo ſeſe usque quaſi ſtimulat; defatigata verò ut plurimùm in deteriorem, non meliorem, partem & ſententiam inclinat: ſubinde etiam planè prolabitur. Hunc lapſum cum non ita facile deprehendant homines, plerumque errorem errori accumulare ſolent, perſuaſiſſimum nimirum ſibi habentes ſententiam iſtam, in qua acquieſcere cœperunt, veritati quoq; omnino eſſe conſentaneam. Cujusmodi inſomniis vexati ſibi ſolis ampliùs ſapere nolunt, ſed inæſtimabilia illa ingenii ſenſa, novitatis præſertim ſpeciem præ ſe ferentia, aliis etiam communicare properant, certâ ſpe freti fore, ut & alii novis hiſce eorum opinionibus adſtipulentur. Non ſum dicendo quàm ſibi novaturientes iſti homines tunc blandiantur! quam magnificè ſeſe efferant! quàm audacter ſoli illi ſcire omnia cupiant! ſoli illi ſunt albæ gallinæ filii, reliqui verò omnes *miſeri pulli nati infelicibus ovis.*

Hinc diſſenſio naſcitur non tantùm injuſta & non neceſſaria, verùm etiam in autorem ſuum contumelioſa. Cujacium ſcimus elogio Lipſii in epiſtolis, Scholæ Bituricenſis fuiſſe animam: Barthii in Ablegm. Critic. Magnum JurisConſultorum Platonem: Rittershuſii in Salvianum optimum atque acerrimum rerum æſtimatorem ac cenſorem, cui principatum Juris juxta Heinſium in orationibus omnes deferebant; non defuere tamen, quod dolet Merillius in *diſſ. in 3. tres libr. ex Cujacio ad lectorem*, qui Cujacium, dum viveret & poſtquam vivis exceſſit, notando aviter inſectati ſunt. Unus è foro Joannes Bodinus, qui Toloſæ ſtudiorum causâ agens à partibus Stephani Forcatuli ſteterat; earumque partium dux fuerat: & tam efficaciter, ut repulſo à cathedra Cujacio prælatus fuerit Forcatulus. Nec deſtitit poſtea Bodinus Cujacium ſcriptis laceſſere, quod quàm contumelioſe fecerit, poſterior ætas videt. Plures è ſchola habuit Cujacius æmulos & obtrectatores. Biturigis Franciſcum Duarenum, Aureliæ Joannem Robertum, in Germania Franciſcum Hotomannum & Hugonem Donellum, cum Academiâ Biturigum exceſſiſſent, qui Cujacii famam increbreſcentem præ invidia ferre non poterant. Sed & vivo Cujacio ſtudioſi quidam, qui ſub eo præfecerant, ſcriptis Præceptoris ſui adverſati ſunt, ut Henricus à Sverin, Antonius Faber, Marquardus Freherus & alii, de quibus queritus *libr. 16. obſ. c. 29.* Sunt huic (Joannem Robertum Aurelianenſem intelligit, ſeſe enim invicem de vicinitate Academiarum collidebant) ſimiles hodie multi altelli mei, quibus ſingulis reponam in tempore, quod debeo. Toti ii ſunt dies totas in legendis noſtris, nec ex alio jecore ſapiunt, & quòd mordicant, inveſtigant: ubique traversâ mente, nihil tamen, quod imitantur bene. Mihi, qui frequentes alo diſcipulos, ſi temeraria ſubnaſceretur alicujus indignatio, quâ aut ſubitariam adversùs ſuum Præceptorem promitteret operam, aut collectas publicæ famæ obtruderet meditationes, aut etiam, qui ſublegentium eſt mos, è meis ſuam ornaret celebritatem, impudentis ſimul ac inertis manûs vela-

menta

menta replicarem. Maximis ingenii ſui Aſſertoribus ſtatuere licet illud Fabii, *libr. Inſt. Orat.* 10. *c.* 1. Neque id ſtatim legenti perſuaſum ſit, omnia, quæ magni autores dixerint, utique eſſe perfecta: nam & labuntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum ſuorum voluptati, nec ſemper intendunt animum; cum Ciceroni dormitare interdum Demoſthenes, Horatio etiam Homerus ipſe videatur. Quæ verò ſunt arbuſta humilesque myricæ, iis ut creſcant, imitari abunde ſit. Finiamus cum Seneca *c.* 2. *d. vit. beat.* cui nihil magis præſtandum, quàm ne pecorum ritu ſequamur antecedentium gregem; pergentes, non quà eundum, ſed quà itur: nec mihi dixeris, Hæc pars major: nam vel ideo pejor eſt: quia non tam bene cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant: Argumentum peſſimi, turba eſt. Ab Opinionibus ſi placeat digredi ad Reſponſa, Andr. Alciatus 12. *parerg. c. ult.* ex profeſſo ſcripſit in eos JurisConſultos, qui reſponſa ſua evulgant. Etenim, ait ille, qui malam cauſam habent, cum judicii examen formident, & ad celeberrimi quemque nominis Profeſſorem accurrunt, & precibus precioque exorant, ut ſuſcipere cauſam ſuam velint; at ille omni ingenii acumine, ſummis viribus contendit, ut eos adjuvet, exemplumque inſinceri illius Rhetoris, nempe Protagoræ, imitatur, qui, ut eſt apud A. Gellium profitebatur, ſe docere, quâ verborum induſtriâ cauſa infirmior vinceret & ſuperior efficeretur. Hac certe in re quò quis ingenio eſt acutior, eò periculoſiùs peccat. Prætulerim ego Barbatiæ, Jaſonis, Pariſii conſilia iis, quæ Socinus aut Decius edidit: quòd illi craſſiore Minervâ viri, quoties malè conſulunt, tam apertè & palam, tam rudibus rationibus id faciant, ut ſtatim deprehendi fucus poſſit, oporteatque egregiè bardum illum eſſe Judicem, qui non videat. Contra Decius aut Bartholomæus Socinus, ſubtili viri ingenio, tam diſſimulanter, tam cautè in hoc delinquunt, ut etiam peritos poſſint fallere. Nunc, tradente Wiſſenbachio *diſp. ad Inſt.* 57. *th.* 3. reſponſis JurisConſultorum Judices haud alligantur, & litigantibus data vix eos à pœna temere litigantium excuſant, certè non ab expenſis. In rem facit Beſoldus qui ad *l.* 7. *&* 8. *ff. d. J. & J. th.* 6. ait ſe non videre, quâ ratione Picus & Alciatus exprobraverint ambitionem conſulentibus, cum nullum credat inter mortales vivere, qui majore ambitione torqueantur, quàm è ſuggeſtu docentes. Ambiunt enim Doctorum frequentiam, & prece ac nonnunquam precio diſcipulos ad ſuum auditorium trahunt, & à collega abalienant. Irridentur enim & negliguntur Doctores illi, quorum ſcholæ frigent penuriâ audientium, prout Munnam quendam deridet Martialis his verbis,

Jura trium petiit à Cæſare diſcipulorum,
Aſſuetus ſemper Munna docere duos.

Similior, quod notat Raderus ad Martialem *libr.* 10. *epigr.* 54. eſt Stratonici citharistæ jocus, qui, ut refert Athenæus *c.* 7. *libr.* 8. cum in gymnaſio ſuo novem haberet Muſas cum Apolline, duosque tantùm auditores, rogatus à quibusdam, quot haberet diſcipulos? Cum Deis, aiebat, duodecim.

ORTHODOXUM inter & hæreticos: inter fideles ac infideles non eſt contrahendum matrimonium, contractum tamen ſubſiſtit, *cap. non oportet. cap. cave. cauſ.* 28. *q.* 1.

Non ſimpliciter contractum ſubſiſtit, ſed Judæi, qui Chriſtianas mulieres in conjugio habent, admonentur, ut ſi cum eis permanere cupiunt, Chriſtiani efficiantur. *can. Judæi.* 10. *can. ſi quis.* 17. *d. cauſ.* 28. *q.* 1. alioqui illa divini & humani juris communicatio, per quam in *l.* 1. *ff. d. R. N.* matrimonium definitur, non ſubſiſteret. Vid. Beſoldum *opuſcul. Jurid. part.* 4. *d. nupt. c.* 8. *num.* 2. 3. Wiſſenbach. *diſp. ad. ff.* 44. *th.* 9. *pars.* 1.

Ne quis Chriſtianam mulierem in matrimonium Judæus accipiat, neque Judæus Chriſtianę conſortium ſortiatur. Nam ſi quis aliquid hujusmodi admiſerit, adulterii vicem commiſſi hujusmodi crimen obtinebit, libertate in accu-

nec ſub-

Digitized by Google

nec ſubſiſteret illud *c.tolerandi.c.23.q.4.* immundum non eſſe tangendum, voluntate non conſentiendum.

ſandum publicis vocibus relaxatâ, *l.6.C.d.Jud. & Cœlic.* Vid. Rennemannum in *Jprud. Romano-Germ. membr.1. diſp.41. th.29.* Hunnium in *coll.Jur.Can.diſp.13.th.83.*

OSCULUM eſt peccatum mortale, nam ad hoc natura non inclinat. Actus autem carnalis, cum ad hoc natura inclinet, peccatum non eſt, maximè cum tentatur exercens, *Clem.fin.d.hæretic.* Vid.Thom.Aquin.in *Summ. tot. Theolog. in ſecund.ſecundæ q.154.artic.4.*

Quantum & quantillum tribuendum oſculo, vid. Petrum Gregorium Tholoſanum *ad tit.decretal.d.ſponſal.X.num ult.Diſput. meam inaugur. d.lege. theſ.91.* Dion Gothofredum *ad l.1.ff.d.extraord. crim. lit.1. & ad l.16.C.d. donat.ant.nupt.*Borchold. *d.feud.c.8.num.68.& ſeqq.* ubi latè & jucundè. Corvinum in *jur.Canon.lib.3. tit.30.in præſumpt.temer.*

Nulla eſt differentia, quia in *clem.* Pontifex non tam ſuam circa oſculum opinionem explanat, quàm in ea deteſtatur ſectã quandam abominabilem quorundam hominum malignorum, qui Biguardi, & quarundam infidelium mulierum, quæ Beguinæ vulgariter appellantur. Vide omnino gloſſàm *ad. d. clem.lit.c.* Si enim Pontifex ſuam explanaret opinionem, conveniret cum Benedicto in *c. lex divinæ. cauſ.27. q.2.* ubi oſculum non parit propinquitatem, nec ullam facit ſanguinis commiſtionem. Vid.Hunnium ad *Treutl.vol.2.diſp.7.th.ult.q.59.* Nec tamen probat oſcula, imò, in perſonis præcipuè Eccleſiaſticis, improbat Pontifex. Sic in *c.monachi.d.conſecr.diſt.4.* Monachi non oſculentur feminas, ubi *gl. lit. d.* tangere vult Ponticem conſuetudinem alicujus loci, ubi compatres oſculabantur commatres. Dum ſector nebulas in pariete Pontificias, in iis deprehendo mali cogitationem & cogitati factum æquiparari. Eryc. Puteanus in *ſtrictur.in epiſtol.Caſanb.ad Frontonem Ducæum.* Scelus quodcunque, quoties cogitatum, maturum eſt; quoties deſignatum, perfectum eſt. Sic latro eſt, ſcribente Senecâ *libr.5. d.benef.* etiam antequam manus inquinet: quia ad occidendum armatus eſt, & habet ſpoliandi atque interficiendi voluntatem. Exercetur atque aperitur opere nequitia, non incipit. Ampliùs dico, ad pœnam ſufficere meditari punienda, ut ad laudem ſatis eſt conari prædicanda. Vid.differentiam, in qua *Adulterium eſt, etiamſi non committatur.* & differentiam, in qua *Furtum fieri poteſt ſine contrectatione.* & differentiam, in qua *Simoniæ mentalis eſt pœna.* Quis igitur affirmaret Pontificem in ſuis oſcula, illud Veneris incentivum, toleraſſe? non magis ac in Clericis toleraſſet vervecem ſectarium, qui agmen monialium præcederet, nam has ſectiones ordo Clericorum non admittit. Affirmandum tamen eſt in hac differentia, licet immota videatur, de cujus perpetuo motu pauci dubitemus, etiam inter ipſos Pontificios eſſe diſſenſum, nec omitti heic poteſt limitatio Canoniſtarum, quam Hahn. *diſſert. feud.8. th.10. lit.b.* mirabilem vocat. Non, inquiunt, quod de Vaſallo oſculante uxorem domini Feudiſtæ aſſerunt, id procedit in Vaſallo Clerico, quia Clerici oſculantes mulierem, eam non libidinis, ſed benedictionis imprimendæ causâ oſculari præſumuntur, *gl. in c.abſit.11.q.3.* Frivola & futilis limitatio. Nam 1. natura tam Clerico, quam Laico eſt communis arg. *l.hos accuſare.12. §.omnibus. 4.circ.fin.ff d.accuſ.* Unde cum ſint homines & imbecillitatibus humanis ſubjecti, adeoque & Clericus in loco ſecretiori (oſculari) deprehenſus ob malè ſervatam fidem tantum fidei ampliùs hodie, ut olim, non habet, nec ſolus cum muliere ſola in angulo præſumitur eſſe angelus, aut orare pater noſter, Schrader. *d.feud.part.9.c.2.num.87. & ſeqq.* Vid. Bocerum *d.mod.amitt. feud. tract.3. num.8.* Decium ad *l.4.C.und.legitim.num.11.* Hoc experiebatur ſuâ tempeſtate in Clericis Hieronymus. Sic enim in *epiſt.4.c.2.ad Ruſticum*

monachum, Videas nonnullos accinctos renibus pullâ tunicâ, barba prolixâ, à mulieribus non poſſe diſcedere, ſub eodem manere tecto, ſimul inire convivia, ancillas juvenes habere in monaſterio, & præter vocabulum nuptiarum omnia eſſe matrimonii. Et *epiſt.* 22. *ad Euſtachium* c.12. Sunt alii (de mei ordinis hominibus loquar) qui ideo presbyteratum & diaconatum ambiunt, ut mulieres licentiùs videant. Omnis his cura de veſtibus, ſi bene oleant, ſi pes laxâ pelle non folleat, crines calamiſtrati veſtigio notentur, digiti de annulis radiant, & ne plantas humilior via ſpargat, vix imprimunt ſumma veſtigia: tales cum videris, ſponſos magis exiſtimato, quàm Clericos; qui (addo hæc Petronii) primùm implent lactentibus papillis manus, mox baſiis inhærent, deinde in unum omnia vota conjungunt. Addo & hoc, Clericis non eſſe calceata labra, ne forſan ſuavibus hiſce baſiorum cunctationibus inquinentur. Ignoſcant mihi hi Sacris Initiati, quòd interdum digreſſiunculis meis affectuum arcana illuſtrem, cum Poeta Ovidio rogabo illos, Date

— veniam culpæ, ne dum degrandinat, obſit
Agreſti Fauno ſuppoſuiſſe pecus.
Nec noceat turbaſſe lacus. Ignoſcite Nymphæ.
Mota quòd obſcuras ungula fecit aquas.

Id denique Pontifices probant præſertim oſculum, quo juxta pedum deoſculationem magnus Imperator prædicat ſe frænum equi S. Sylveſtri tenuiſſe: quo etiam ingrediente Pontifice Romano Conſtantinopolim Juſtinianus in regno cum capite ſeſe proſtravit & pedes oſculatus eſt Pontificis. Item Pipinus, Rex Francorum, in terram cum conjuge & filiis & Optimatibus proſtratus Stephanum ſuſcepit, cui & vice ſtratoris usque in aliquantulum locum juxta ejus ſellam properavit Verùm hæc & alia exempla apud probatos Hiſtoricos fidem non inveniunt: tantùm inter fabulas Ivonis Carnotenſis, aut apud ſimiles Romanæ ſedis Bibliothecarios, Arniſæus *d. ſubject. & exempt. Cler. c.6. num.8.* Siginulphum, Beneventanorum Principem, cum ſuſcepiſſet Sergius, ſolo proſtratus pretioſos ipſius pedes humiliter oſculatus eſt. De aliis vid. Samuelem Mareſium *in Joanna Papiſſa p.225. & ſeqq.* E conſilio tum eſſet aliquem oleo lucernario victitantem emungere parumper lychnum, ne ſi anus oſculo ſalutatura neſciat, ubi pedem ſuum ponat, ubi pedem Pontifex porrigat, circa aliam partem incerta alucinetur. Malim ego, quamvis neutrum velim, cum Cardinalibus nunquam oſculari Pontificis ſandalia, ſed tantùm dextram partem de ſa chappe. Vid Limnæum *d. jur. publ. tom.1 libr.2. c.7. num.3. & ſeqq.* aut malim in meis Candidatis ea adhibere oſcula, quibus pia Antiquitas renunciationes Doctorales auguſtiores reddit, & tunc monet oſculum de firmiter retinenda conjunctione & concordia, ut quantum in nobis eſt, pacem habeamus cum omnibus, diſſenſiones omnes componamus, *Rom. ult. verſ.* 16. *Proverb.* 10. v.12. hinc pacis ſignum appellatur, *c. pacem. d. conſecr. diſt.* 2. Malim denique eſſe Cliens, qui ſingulo mane Patronos meos oſculo devenerer, cujus moris non uno loco meminit Martialis. Vid. Georgium Chriſtophorum Waltherum in *tract. Juridico-polit. d. ſtat. jur. & privil. Doctor. omn. Facult. c* 12. §.158. quàm eſſe agnatus, qui oſculer agnatas, ut ſi qua earum vinum bibiſſet, vis anhelitûs in cognitionem adduceret. Vid. Plutarch. in *problem.*

P.

PACTUM ita ſe habet, ut ex eo naſcatur actio,

Cui juri ſtandum Civili an Canonico? Reſpond. Canonico, quia hic peccatum vertitur,

Non naſcitur actio, ne nimis conſtringatur oris libertas, cum ſæpe inde-

Vid.

Digitized by Google

Vid. Bachov. *vol. ad Treutl. 1. diſp. 6. th. 9. vol. 2. diſp. 28. th. 1. lit. B. Diſp. meam inaug. d. leg. theſ. 56. c. indicante. 4. X. d. teſtam.* è quo equidem deducunt, ſed malim inde deducere neque pactum neque actionem, verùm nudam morientis voluntatem, quæ per omnia adimpleri debeat. Vel dici poteſt in illa facti ſpecie ſubeſſe quaſi contractum; quatenus heres adeundo hereditatem citra conventionem creditoribus hereditariis ex quaſi contractu obligatur, *§. 5. J. d. obl. qua q. ex contr. naſc.* Deducunt etiam ex *c. 1. X. d. pact.* Sed & ibi aliud eſt, pacta ſuam ſervare firmitatem: aliud eſt ſervare actionis firmitatem. Sic firmitas parit actum ulteriorem, idque vel per viam exceptionis, *leg. 1. junct. l. 7. §. 4. ff. d. pact. l. 10. C. eod. l. 15. ff. d. præſcript. verb. l. 28. C. d. tranſact.* vel per viam actionis in actionem ex empto id demum deducitur, quod præſtari convenit: cum enim ſit bonæ fidei judicium, nihil magis bonæ fidei congruit, quàm id

c. 2. d. jurejur. in 6. junct. c. juramenti. 22. q. 5. & prævalere debet ſtudium Pontificis, quo anteriorũ legum acerbitati plurima remedia impoſuit, *c. anteriorum. 28. cauſ. 2. q. 6.* Vel quia jus Canonicum accedit juri divino, quod Cyprianus Regnerus *libr. d. injuſt. quar. leg. Rom. 1. c. 2.* ita demonſtrat, Jure divino ex pacto actionem dandam eſſe patet ex regula à Chriſto tradita *Matth. c. 7. v. 12.* Omnia, quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, ita & vos facite illis. Hæc eſt enim lex & Prophetæ. Divus Paulus eos, qui immemores ſunt pactorum ſuorum, numerat inter eos, qui capitaliter delinquunt. *Rom. c. 1. v. 3.* Imò Deus, qui nullâ l. teneri poteſt, contra naturam facturus dicitur, niſi præſtaret, quæ promiſit, *Nehem. c. 9. v. 8. Hebr. c. 6. v. 18. & c. 10. v. 23. 1. Cor. 1. v. 19. & c. 10. v. 13.* Ex his in proclivi eſt reſpondere Mœſtertio *libr. d. Inſt. leg. Rom. 1. c. 2. num. ult.* juxta quem nemo non videt, quàm ineptè à tenore juris Romanorum diſſentiat ex communi Doctorum ſententia jus Canonicum, nam ſi ſubſit indeliberatus animus, non eſt conſenſus, per conſequens nulla conventio. Si deliberatus, ille non

liberatè & leviter ejusmodi fiant promiſſiones citra animum obligandi. Unde leges maluerunt hujusmodi pactorũ implementum relinquere arbitrio paciſcentium, quàm vinculo juris alligando lites augere, Zœſius ad *tit. d. pact. X. num. 5.* Quæ lex, inquit Seneca *libr. 5. d. benef.* ad id præſtandum, quod alicui promiſimus, obligat. Vide Vinnium in *tract. d. pact. c. 6. n. 3.* diſputationem autoris *d. fidejuſſ. ſect. 2. l. m.*

Atqui jure Civili ex pacto naſcitur actio, eo enim ipſo, quo actionem tollit, contrariam admittit. Reſp. Aliud eſt actionem tollere, ut litium ſit finis, quod pacta non recuſant: aliud eſt unam actionem tollere, ut altera admittatur, quo innuitur effectus civilis. In quæſtione autem principali, An pactum actionem ipſo jure tollat? diſtinguitur inter obligationem civilem productam ex nudo conſenſu, & eam, quæ ex non nudo conſenſu orta eſt. Illam pactum nudum re

Digitized by Google

præſtari, quod inter contrahentes actum eſt, *l.11. §.1. d. act. empt.* utrumque conjungit Pretor. in *l.44 §.1. ff. famil. erciſc.* Non tantùm autem firmitas parit actum ulteriorem, ſed & actum ulteriorem impedit. In *l.20. C. d. transact.* non minorem autoritatem transactionum, quàm rerum judicatarum eſſe rectâ ratione placuit: ſiquidem nihil ita fidei congruit humanæ, quàm ea, quæ placuerant, cuſtodiri. Deinde in *d. c.1.* hæc alternativa continetur, Aut inita pacta ſuam obtineant firmitatem, aut conventus eccleſiaſticam ſentiat diſciplinam: eccleſiaſtica autem diſciplina non eſt actio, niſi ſit coercitio ejus, qui ſententiæ ob jus agentis latæ obtemperare recuſat, tunc enim actione eſt poſterior. Denique nomine conventûs ſumamus omnem eum, qui convenitur, an collegium ſeu concilii congregationem nihil intereſt. Igitur ſit ratio *à cap.3. X. eod.* conſtantior, in quo ſtudioſè agendum, ut ea, quæ promit-

Judici, ſed ſoli Deo apparet: debet ergo jus Canonicum deliberatam eſſe mentem præſumere: iterum abſurdè, cum id rariſſimè contingit. Quid enim rarius, quàm ubi nulla expreſſa voluntas donandi, nulla cauſa, nullum alterius intereſſe, nulla circumſtantia ſerii negotii, velle teneri? Aliquidve dici promiſiſſe, cum nihil minùs cogitaretur. Vid. differentiam, in qua *Stipulatio non differt à pacto.* de qua in fine hujus differentiæ. Vid. etiam Ottonem Taborem in *Jurisprud. method. part. 3. sect. 3. th. 37.* ubi Jacobum Mœſtertium, novum Lugduni Belgici ſidus in quæſtione, An jure Civili ex nudo pacto detur actio? ſuæ caligini ſubducit. Placet præcipuæ ejus inſtantiæ, quam petit ex *l.3. §. 4. ff. condict. cauſ. dat. cauſ. non ſec.* reſpondere, Non enim inde probatur ex nuda conventione actionem oriri, nam illi conventioni ſubeſt fundamentum cauſæ, licet altera alteram anteverterit. Poſſet etiam videri dubia *l.27. §. ult. ff. d. recept.* Reſpondeo à promiſſione ſimplici, quæ intra nudæ conventionis terminos acquieſcit, ad promiſſionem ſolennem, quę ineſt compromiſſo, & ſit medio ſtipulationis, non argumentamur.

adhuc integrâ ipſo jure tollit, *l.7. §.6. l.27. §.2. l.58. h. t. d. pact.* non verò hanc tollit. Non o. *d. l.27.* quia ibi res non erat ampliùs integra, vel obligatio non nudo conſenſu erat producta.

Non o. quòd hic caſus, quo ex pacto non datur actio, jure Civili videatur omiſſus per ea, quæ refert Covarruvias *tom. 1. relect. c. quamvis d. pact. in 6. part. 2. §.4. n.22.* Reſpondet ibidem Covarruvias, hanc rationem minimè deficere, quippe quæ falſum præmittat, cum hic caſus non ſit à jure Civili omiſſus, imò expreſſim deciſus. Si jus Civile actionem dediſſet pactis ſolennibus omittens pacta nuda, potuiſſet dici hunc caſum omiſſum fuiſſe: at cum palam reſponderint JurisConſulti, pacta nuda non habere actionem civilem, ſequitur ſtatim, non eſſe hunc caſum omiſſum, ſed omnino deciſum.

Non o. quòd pactum nudum præſumitur animo donandi cõceptum, & itidem donationis

tuntur,

tuntur, opere compleantur: quid autem eſt, promiſſa opere compleri, aliud quàm ſtudioſe id agere, ne quis porro conveniatur: ſeu ut is, qui ſtudioſè id non agit, condictione ex hoc capitulo conveniri queat. Eò collimat Lancellot. *libr. Inſt. Jur. Can. 3. c. 3.* cui pacta inter quoscunq; quacunque de re inita regulariter ſuam habere debent firmitatem: neque enim quisquam (ut divinum monet oraculum) ea, quę de labiis ſuis procedunt, irrita facere debet. Quod quidem usq; adeò obtinet, ut Apoſtolicis etiam indultis pactum deroget. Inde cum in *c. 1. d. pact. in 6.* in monaſterio ab Apoſtolica ſede libera ſepultura conceſſa eſſet, pactumque eſſet cum Rectore parochialis Eccleſiæ, ne Parochiani ipſius ad ſepulturam reciperentur, reſponſum eſt in dicto monaſterio ſepeliri eligentes, obſtante conventione, voti ſui fieri non poſſe compotes.

cauſa, *leg. Campanus. ff. d. oper. libert.* ubi conſtat, quòd qui ſciens ſe non teneri promittit centum alteri donaſſe videatur. E. quodlibet pactum jure Civili producit actionem. Reſpondet Covarruvias *d. loc. n. 23.* Donationem tunc præſumi ex promisſione ſcienter facta, quando ea fit per ſolennem ſtipulationem: non autem ubi facta fuerit per nudum pactum.

Non o. *l. ſi quis argentum. §. ult. C. d. donat.* quæ obtinet in donatione vera, non in præſumpta, qualis eſt iſta, ne dentur duo ſpecialia in una & eadem re adversùs *l. 1. C. d. dot. promiſſ.*

Non o. *l. 11. §. 3. ff. eod.* ex qua duntaxat hoc elicitur, quomodo pactum compromiſſi prodeſſe ad excipiendum queat. Zœſius ad *ff. d. pollic. n. 2. & ad d. tit. d. pact. X. n. 6.* vult nec jure Canonico ex nudo pacto dari actionem, quod & ego opinabar in *d. diſp. mea inaug. d. lege, th. 65. in add.* Vid. Schroeterum *ad diſſertat. Sutholti. 12. aphoriſm. 51.* Cramerum *diſp. ad Inſt. 15. theſ. 14.* Wiſſenbach. *diſp. ad ff. part. 1. diſp. 9. th. 28.* cum id nullibi exprimatur, & ratio eadem obtineat hoc jure, quæ civili: nam & hoc litium frequentiam eſt exoſa, & non minùs pleraque habentur dicta leviter & indeliberatè citra animum obligandi. Vid. Alciatum *3. parad. 13.* Hermann. Hermes in *not. ad π. Weſ. d. pact. num. 9.* Reſpondemus Zœſio ea, quæ in *d. n.* præmiſit, arridere magis, hoc jure neutiquam judicari ęquū & rationabile pacta conventa per improbationem adulterari. 2. utcunq; verba nullibi actionem exprimerent, exprimeret tamen vis ac poteſtas. 3. Jure Canonico non ſecernitur pactum ab eo, quod vinculum majus conciliat, nec enim eo ſecreta ſtipulationis vis à pacto proponitur. 4. Jus Canonicum, quod arctiùs conſcientiam ligat, ideo ex pacto dat actionem, quòd litium frequentiam, An & ex quo pacto detur actio, ſit exoſum. 5. Ne pleraque habeantur dicta leviter & indeliberatè citra animum obligandi, vetat loquelæ ſimplicitas, quam jus Canonicum æquè, ac jurisjurandi fidem ſacram & inviolatam vult. Vid. differentiam, in qua *Jurare non eſt neceſſum.* E quibus etiam reſpondetur Cujacio ad *c. 2. verſ. notandum. X. d. ſponſal.* dicenti eos lavare Peliam, qui contra volunt. Reſpondetur iis, qui in *d. c. 3.* promiſſionem ſolennem præſupponunt. Reſpondetur Covarruviæ, qui in *d. relect. c. quamvis. d. pact. in 6. part. 2. §. 4. num. 24.* diſtinguit inter pactum quod expreſſam cauſam habet, & pactum nudum à cauſa. Quod forſan adduci poſſet ex *c. pactum. 11. X. d. V. S.* ad id reſonderi poteſt. 1. eſſe al-

Digitized by Google

luſionem ad ſonum vocis. 2. proponi id, quod neceſſarium non eſt, cum contingat pactum redigi in ſcripturam. 3. etiam jus Canonicum ſibi leges ſuas, ſuos mores adſcribit. Mirum itaque, quod monet Cyprianus Regnerus *d.loc.* videri non debet, Clariſſimos Viros credere jus Canonicum juri Civili contrarium per mores noſtros obſervari. Vid. Grotium in *introd. ad Jurisprud. Holland. libr.* 3. *part.* 1. *in fin.* Ita Bocer in *tract. d. inveſt. feud. c.* 2. *num.* 16. miratur, quare ſtatuto Würtembergico hoc ſingulariter ſit cautum, cum ubique hoc in Imperio ſit receptum. Vid. d. differentiam, in qua *Stipulatio non differt à pacto.* d. Diſputationem *d. fidejuſſor.* ſub meo præſidio habitam *Sect.* 2. *lit. m.* Reinholdum Condit Poruſſium *d. fid. polit. libr* 1. *c.* 1 2.

PACTUM omne eſt legitimum.

Nulla eſt differentia, & committitur fallacia non cauſæ. Non enim inde pactum denominatur legitimum, quod pariat actionem, ſed inde, quòd lege aliquâ confirmetur, *d. l.* 6. Sic in jure Civili non inde pactum dicitur legitimum, quod in lege contineatur, quoniam à continentia communi, quæ eſt totius juris, ad confirmationem ſpecialem, quæ legi eſt propria, non argumentamur.

Secus in *l.* 5. *in pr. junct. l.* 6. *ff. d. pact.*

PANCRATION, quod eſt certaminis genus, advocatis omnibus corporis viribus expediẽdum, atque alia id genus exercitamenta improbantur, *t. t. X. d. torneam. & c. un. X. d. ſagitt.*

Vid. differentiam, in qua *Venatio arenaria.* Quæ prohibitio ut effectum conſequatur, vetant Canones in dictis torneamentis interfectos recipi Eccleſiaſticâ ſepulturâ, etiam defunctos peractâ pœnitentia; quatenus tamen pugnandi causâ eò venerunt, non etiam ſi fortuito eò venientes occiſi ſint, *c.* 2. *d. tit. d. torneam. &c.* Prohibitionem hanc ceſſare vult Navarr. in *Summ. c.* 5. *num.* 9. quando adhibetur moderamen & cautela, quâ cædes & ſimilia pericula evitentur, ſecundùm *extrav.* 1. *d. tit.* Quo modo & taurorum agitationes per ſe periculoſas in Hiſpania uſitatas permitti poſſe dicit, ſi ſufficienter caveatur, ne cædes committatur, Zœſius ad *d. tit.*

Probantur *l. pen. & ult. C. d. aleat.*

PAPA errare non poteſt, quamvis à via ſalutis aberrare poſſint ii, quos in *c. ſi Papa. diſt.* 40. iñumerabiles ſecum ducit in gehennam. Vid. differentiam, in qua *Papa poteſt ex ſola voluntate. &c.*

Tantum abeſt, ut accedam juri Canonico, ut frequentius id putem non poſſe Papam non errare, quàm poſſe Papam non errare. Quàm facilis ſit ad omne in prava illicium & feſtinet ad ſtupendas exſecrationes, quivis has noſtras differentias vel ſaltuatim lecturus ſub indignanti oculo deprehendet. Vid. D.D. Theod. Zuingerum in *Joh. Calvini Inſtit. libr.* 4. *c.* 7. *sect.* 27. 28. 29. Adeò autem non obſtat *d. can. ſi Papa.* ut nullam patiatur diſtinctionem, ſed apertâ falſitate: imò geminâ repugnantiâ peccet. Si enim Papa, Jupiter ille Capitolinus, ut eum vocat Caſaubonus in *epiſtol. ad Frontonem Ducæum*, quod impium ſcomma putat Eryc Puteanus in *ſtricturis ſuis.* Si, inquam, Papa errare non poteſt, qui multis plagis in æternum vapulaturus primo mancipio gehennæ mancipabitur. Si Papa errare non poteſt, qui à fide deviare poterit? Sed enim ſi Papa, quod aſſerit differentia, in qua *Papa eſt convocare Concilia. &c.* eſt Antichriſtus ipſiſſimus ſe opponens & efferens adversùs omne, quod dicitur Deus & Numen, non deviare poterit à fide, cui nun-

Imperator errare poteſt. In *Nov.* 22. *in præf.* non erubeſcit, ſi quid melius etiam horum, quæ ipſe priùs dixit, adinveniat, hoc ſancire, & competentem prioribus imponere correctionem, nec ab aliis expectare corrigi legem.

quam

quam erat illigatus. Videamus arcana alia retinacula, quibus Picæ Romanæ expugnare nituntur, Quis unus ceteris imperare, & cui ceteri obtemperare omnes jubeantur. Hanc prærogativam mereri Papas, qui errare nequeant. Mehercles oportet immodicos eſſe linguæ, qui tam inconſultâ temeritate ne cogitanda effutiunt. Antichriſti ſunt, ut illud Pontificis adversùs Pontificem ex *c.porro.3.cauſ.35.q.5.* mutuer, à quibus tantò fortiùs vos oportet cavere, quantò apertiùs deprehenditis illos divinis legibus repugnare. *Opponunt* 1. quòd ſit ſummus Judex omnium controverſiarum. Ad hoc argumentum, quod eſt Bellarmini *d.verb.Dei libr.3.c.5.& de Rom.Pontif.lib.4.c.1.* reſpondet Chamierus *lib.d.can.fid. 2.c.2.* non ſequi à Lege ad Evangelium. 2 Non ſequi à Moſe ad Epiſcopum Romanum, quia hic non eundem locum tenet inter Chriſtianos, quem Moſes inter Judæos. Nam Moſes authoritatem habebat ſecundùm Deum ſummam in omnes Iſraëlitas: non verò Epiſcopus Rom. in omnes Chriſtianos. 3. Non bene ex facto extraordinario inferri perpetuum ordinem. Fuit autem Moſis authoritas extraordinaria, quum nemo in ejus locum ſucceſſerit, qui eodem munere functus ſit. Joſue tantùm fuit Judex in rebus civilibus: Aaron tantùm ſacerdos conſtitutus rebus ſacris adminiſtrandis. At Moſes utrumque habuit. 4. quod obſervat Chamierus *d.loc.c.3.* ipſi Pontificii diſtinguunt, ut aliquo modo ſapere videantur, nec perpetim cum furentibus inſaniant, perſonam publicam à privata. Et de privata quidem ſtatuunt nonnulli, errare poſſe. Nec tantùm ſic errare, ut non omnia ſint vera & infallibilia, quæ ſic pronunciantur: ſed etiam ut ipſe poſſit in hæreſin incidere. Quod autem attinet ad perſonam publicam, Bellarminus *d.loc.c.3.* definit, Pontificem, cum totam Eccleſiam docet, in his, quæ ad fidem pertinent, nullo caſu errare poſſe. Et *c.5.* non ſolùm in his fidei decretis, ſed nec in præceptis morum, quæ toti Eccleſiæ præſcribuntur: & quæ in rebus neceſſariis ad ſalutem; vel per ſe bonis aut malis verſantur. Ex V.T. unicum locum Bellarminus adfert, quo ſummus Sacerdos apud Judæos non potuit errare. E. nec Epiſcopus Romanus. Reſp. Cham. negando conſequens: nec magis procedit concluſio de Epiſcopo Romano, quàm de Hieroſolymitano, Conſtantinopolitano aut quolibet. Negat & antecedens. Fuit enim erroribus obnoxius Pontifex Judæus & revera ſæpe erravit. V.G. Aaron miniſter fuit idololatriæ conflando vitulum, *Exod.32.* Et univerſum populum hortando, publicato feſto. *Cras*, inquit, *ſolennitas Domini eſt.* Quod facere nunquam debuit, quantumvis urgente populo. Unde poſtea graviter increpatur à fratre. Et poſt Aaron dicitur nudaſſe populum ad ignominiam. Sic 2.*Reg.*16. Urias juſſu Achas Regis impii amoto altari primo, aliud ædificat ad formam altaris Damaſceni. *Opponunt* 2. Rationale; ſed quod de Rationali adfertur, inane eſt, quia obſcurum probatur per obſcurius. *Opponunt* 3. ex *N.T.Luc.22.* Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos ut cribraret, ſicut triticum: ego autem rogavi pro te, ne deficiat tua fides: Et tu aliquando converſus confirma fratres tuos. Hæc dicit Bellarminus tribus modis exponi ſolere. 1. Dominum oraſſe pro Eccleſia univerſali, ſive pro Petro, ut totius Eccleſiæ figuram gerebat, & imperaſſe, ut fides Eccleſiæ Catholicæ nunquam deficiat. 2. Chriſtum hic oraſſe pro ſolius Petri perſeverantia in gratia Dei usque ad finem. 3. Duo fuiſſe Petro privilegia impetrata. 1. ut non poſſet unquam veram fidem amittere. 2. ut tanquam Pontifex non poſſet unquam docere aliquid contra fidem, vel ut in ſecta ejus nunquam inveniretur, qui doceret contra veram fidem. Tertiam expoſitionem amplectitur Bellarminus ſuæ cauſæ commodam. Nos ſecundam ſolam admittimus. De rejectione primæ inter nos conſtat. Illa etiam confirmatione ſecundæ impugnatur. 1. Dominus unam tantùm perſonam deſignavit, bis repetito nomine proprio, *Simon, Simon*, & addito pronomine ſecundæ perſonæ, *Pro te fides tua & tu fratres tuos.* Et quidem cum cœpiſſet loqui Dominus ad omnes Apoſtolos numero plurali, *Satan expetivit vos ut cribraret.* Subitò phraſin mutavit in numerum ſingularem per Apoſtrophen Rhetoricam. At abſurdum pro ſingulari perſona ſubſtituere Eccleſiam aut ſucceſſores. 2. *Fides tua* non poteſt ſumi niſi pro virtute Theologica, quæ non poteſt ſignificare univerſalis Eccleſiæ fidem. Nec donum perſonale poteſt ad ſucceſſores tranſire. Adde,

pro eo

Digitized by Google

pro eo rogatum, qui erat convertendus à trina illa abnegatione, in quam Petrus lapſus eſt: quæ cum ſit particularis circumſtantia, deſignat etiam perſonam individuam: non autem Eccleſiam, quæ non abnegaverat Chriſtum. Non etiam Succeſſores, h.e. Epiſcopos Romanos. Nam vel omnes ſignificaret, vel paucos. At paucos, abſurdum eſt; nec ipſi Papiſtæ admittent. Omnes, falſum, quia non omnes Chriſtum abnegarunt; imò multi pro eo martyrium paſſi ſunt. *Opponunt* 4. *d.locum* teſtimoniis quorundam eſſe confirmatum, & Epiſcopis Romanis tributum. Reſp. Ad teſtimonia Romanorum Pontificum quaſdam epiſtolas eſſe ſuppoſitas, reliquos Pontifices eſſe recentiores. Nec viris ſanctis ſemper credendum. Vid. *gloſſator. Decret. diſt.* 50. *c. ſi quis præpoſtera. & cauſ.* 11. *q.* 3. *c. ſi is qui.* Denique in hac quæſtione Bellarminus non rotundè concludit, Pontificem non erraturum in fide, ſed tantùm quatenus eſt Pontifex, nempe ut perſonam non tam diſtinguat, quàm ſeparet ab officio: quod ridiculum. Nam quia officium nihil aliud eſt, quàm qualitas accedens ad perſonam, non poteſt illud affici ex vitiis aut virtutibus perſonæ. Sic qui doctus eſt homo, ſi idem ſit Epiſcopus, erit doctus Epiſcopus. Sic etſi matrimonium propriè perſonam ſpectet, tamen ſi idem, qui uxoratus eſt, ſit Epiſcopus, tum dicitur uxoratus Epiſcopus. Cetera ad hanc differentiam facientia pendent è differentia, in qua *Papa eſt ſucceſſor Petri.* & ex iis, quæ habet Chamierus *libr.* 9. *d. Oecumenico. c.* 1. *ubi d. immenſ. author. Oecum. Pontif.* quæ ſi penitiùs intelligantur, mox concidet faſtus Kellerianus apud Erycium Puteanum in *ſtrictur. in Caſaub. epiſtol. ad Frontonem Ducæum.* Errarint aliqui, ſcl. Pontifices (rixæ finiendæ causâ; non enim pro vero habeo) errarint plures; quid victoriæ obtinetur: de Roma mihi quæſtio eſt, de Roma reſponderi volo: quando illa Chriſtum exuit? quando illa Deum deſeruit? quanda illa fidem mutavit? Hic finis fandi eſt, hic ſacra ſilentii, hic Angerona colitur; omnes muti ſunt, omnes piſces, nulla vox, nulla anima. Ad omnia eſt reſponſum: nunc & tu Chriſtiani animæ reſpondeas, Quare hic Angeronam inducas? forſan ideo quia olim Pontifices in ſacello huic Voluptæ ſacra faciebant. Sed nemo reſpondebit, Homericâ involuti ſunt nube, quò ſe ſubducant: aut ſi ſe ſubducere nolunt, porro imponant ſuâ humilitate. Aſt quærit Auguſtinus in c. *cum humilitatis.* 22. *q.* 2. Quomodo eſt humilitas, ubi regnat falſitas.

PAPA eſt ſucceſſor Petri, *c.* 1. *d. homicid. in* 6. Quomodo Canoniſtę diſtinguant inter Papam & Papatum, & Papatum velint eſſe de jure divino & non eſſe de jure divino, Vid. Card. Tuſch. *lit. p. concluſ.* 47. Alii, ne quid licentiæ deſit, ſingulis literis ſingula verba denotari arbitrati ſunt, nempe, Petri Apoſtoli poteſtatem accepit. Vel, quod rideas, poculum aureum Petri Apoſtoli, Joann. Limn. in *an-*

Imperator *eſt ſucceſſor* Petri, *l.* 1. *C. d. Summ. Trin.*

Non adeò eſt, quod contradicamus, quia Papa ibidem ſe fatetur immeritum ſucceſſorem, & qui indignè locum redemptoris in terris teneat. Poſſet etiam dici ipſum ſuccedere in abnegationē Petri, quâ perpetuâ ipſum ſuperet, & quod imbecillitate ille admiſit, hoc malitiâ confirmet: quod ille agnitione eſt deteſtatus, conſtanti perverſitate hic foveat & infernalem fomitem ſuis adoratoribus ſubmittat. Deinde Imperator ſe dicit ſucceſſorem Petri, quatenus eſt Chriſtiani ſuccedere in omnia illa, quæ Petrus ſpei immortali præſcribit. Non tamen Papa eſt ſucceſſor Petri quoad ea, quæ hyperbolicè Papæ tribuunt ex *c.* 1. *& c. ſolicitæ.* X. *d. Major. & Obed.* in quo reſideat cerebrum & vertex totius populi, Vid. Card. Tuſchum *d. lit. p. concl.* 48. *& ſeqq.* Sithmannum in *idea Jur. Epiſc. c.* 1. *num.* 21. & quæ horrenda habet febricitantium Gnatonum Romanenſium inſomnia *c.* 3. *num.* 23. Quas alias dicant amphibologias ſive proſopopæias, quomodo argumententur à Petro ad Papam, quem tam altè ponunt, quòd ſi caderet, non poſſet errare ad frangere ſibi collum, de iis prolixè Paſ-

notam.

notam.ad art.1.Capitul.Caroli V. num.8.

ſavantius in *ſua epiſt.* Vid. Carpzovium *d.L.Reg.German. c.2.ſect.6.* ubi *n.24.* pedibus Papæ ſubjiciunt oves, h.e. fidelium animas: boves, h.e. Judæos: pecora campi, h.e. Ethnicos: volucres cœli, h.e. beatos cœlites: piſces maris, h.e. animas defunctorum. Vid. D.D. Theod. Zuingerum in *Joh.Calv.Inſt.libr.4.c.6.ſect.11. & ſeqq.* Mehercles quoties has otioſi calami conflationes cogito, occurrit mihi ædilitium edictum, è quo venditi illi redhibentur, qui propter febrem aliena, aut more inſanorum per vicos deridenda loquuntur, *l.4.§.1.ff.d.ædil.ed.* Vide etiam Amandum Polanum in *Syntagm. Theol. libr.6. c.18.* ubi de Antichriſto Romano, An Chriſti ſit vicarius & imitator? Hic enodare lubet illam quæſtionem Zœſii ad *tit.d.conſtit. X. num.3. & ſeqq.* *An Eccleſia Romana meritò prima ſit. & primatum obtinere præ reliquis Eccleſiis dicatur?* Tota hæc quæſtio videtur mihi Obeliſcus, qualis Romæ, ubi illa ventilatur, in Vaticano ſuburbio juxta ædem D.Petri reperitur. Eſt enim velut ſaxum ingens, in figuram metæ cujusdam ſenſim à proceritate in excelſum conſurgens, paulatim gracileſcens, ſpecie quadratâ in verticem productum, anguſtum, manu lævigatum artificis, donec in nihilum abeat; ſic illa quæſtio in nihilum abit, quamvis eam affirmet poſt Anacletum in *c.Sacroſancta.3. diſt.22.* Zœſius, cujus *primum argumentum eſt*, quòd Divus Petrus voce Evangelicâ Princeps Apoſtolorum ſit judicatus. Reſp. Argumentum laborare falſo præſuppoſito, nam hoc quæritur, An Papa ſit ſucceſſor Petri. Vid. differentiam, in qua *Papa eſt ſucceſſor Petri.* ubi nihil peccatum, ni forrè in *c.ult. diſt.22.* ubi Hadrianus Papa definit, Neminem prorſus mundi Potentum quenquam eorum, qui Patriarchalibus præſunt ſedibus, inhonorare, aut movere à proprio throno tentare debere, ſed omnes omni reverentiâ & honore dignos judicare, præcipuè quidem Sanctiſſimum Papam ſenioris Romæ. Aut in *c. ſic omnes.2.diſt.19.* in quo omnes ſedis Apoſtolicæ ſanctiones ſic accipiendæ ſunt, tanquam ipſius divini Petri firmatæ ſint. *Secundum argumentum* eſt, quòd Petrus translata Romam ſede ſuâ, quam primò Antiochiæ fixerat, eidem præfuerit & quidem usque ad mortem. Quod clarius eſt, quàm ut negari poſſit, qnicquid moliantur moderni novatores. Reſp. 1. Redire idem falſum præſuppoſitum. 2. Qui vel Papa, vel alius potuit eſſe ſucceſſor ejus, qui nullum ſucceſſorem habuit? 3. Qui potuiſſet habere ſucceſſorem, quum extraordinarium munus à Petro adminiſtratum per ordinarium non continuetur. 4. Fuerit Romæ, non fuit Romanus Epiſcopus: etiam feminæ ſedem ſuam Romam tranſtulerunt, quarum nulla fuit Epiſcopus Romanus, quæ non credita fuerit pater patriæ: eſſe tamen patrem patriæ & parere parvum puerum prope portam Petri hæc contradictio matrem ſupponit. Vid. differentiam, in qua *Papa etiam eſſe poteſt. &c.* 5. Fuerit Epiſcopus, ejus dignitatem imminueret eidem epiſcopatum aſſignare localem. 6. Petrum usque ad mortem Romæ manſiſſe, hoc niſi admittatur eo ſenſu, quo Roma communis noſtra eſt patria, *l.33.ff.ad municip.* nemo probat, & qui attendit tot à Petro converſos, probare non poteſt. *Tertium argumentum* eſt, Primatum Romanæ Eccleſiæ non tantùm variis Synodaticis conſtitutionibus & Sanctorum Patrum ſcriptis eſſe confirmatum, atque per ipſos Pontifices aſſertum & defenſum, ut videre eſt ex variis Eccleſiaſticis, & latè oſtendit Card. Bellarminus *tom.1.contr.3.libr.1. & 2.d.Rom.Pontif.* Reſp. 1. Synodaticæ illæ conſtitutiones ſi mille exhiberent vulnera, vulnus hoc non ſanarent. 2. non ſunt generales, quæ credulitati omnes obligent. 3. In ſcriptis Patrum vel nullus eſt conſenſus, vel non eſt unanimis, quoniam Chryſoſtomus non Eccleſiæ Romanæ, ſed Antiochenæ primatum aſſignat. 4. Bellarminus copioſus eſt, & nihil dicit: eruditus eſſet, niſi eruditionem affectu macularet. Sed enim longo ſermone conſtruat ſua conamina; piſtillum, quod dicitur, circumvolvit, & vano terrore tantùm veſtit imbecillitatem, cum nec adverſariis par ſit, nec argumento ſufficiat, 5. Contemptui eſt, quod per Pontifices eſt aſſertum & defenſum. Quæ imprudentia eſſet, Pontificum impudentiam firmare aſſertorum fidem! Quis ille faſtus, defenſionem petere ab eo, quem tenebroſiſſimi errores torquent! extollunt in altum, ut in profunda miſeriùs ruat! Religionis authoritas non pendet ab eo, qui

Digitized by Google

in religionem peccat. Majeſtas illa, quæ ſcelerum myſteriis ſæva, tyrannica, cruenta, nullam pietatem perſuadet. *Ultimum argumentum* eſt patere id inter alios ex Juſtiniano noſtro, qui in *l. inter Claras. C. d. Summ. Trin.* relatâ ibidem epiſtolâ Joannis XI. Pontificis ad ſe ſcriptâ clarè fatetur, Romanæ ſedi primatum deberi. Reſpondet 1. differentia, in qua *Hæretici poſtulare poſſunt.* 2. Hæc Pontificis epiſtola adeò non eſt publicum ſuffragium, ut plerique eam horreamus. Laſcivientem calamum exercuerit, non in aſſensûs calamitatem cogit. Scientiæ non cohibuerit impetum; audenti non adhibere fidem tantum audeamus. Procul ab his ſacris ſacrum velimus, quod Divinitati eſt ſacrum. Exiſtimemus hærere conatus illos in furno, qui ignem accendunt & flammis terminantur. Vibrare arma, ut milites mox eſſe deſinant: torquere jaculum, ut, poſtquam torſere, aufugiant. Si Luthero fuiſſet examinanda hæc epiſtola anno 1545. quo contra Pontificatum Romanum à Satana conſtitutum ſcripſit, non ſuffeciſſet ei pictura, quam libro præfixit, in qua in ſublimi cathedra ſedet Pontifex junctis & protenſis manibus, ornatu ſolenni, ſed auribus aſininis: circa eum plurimi ſunt dæmones variis figuris, quorum alii capiti ejus imponunt diadema triplex oleto faſtigiatum: alii funibus eum demittunt in medium infernum, horribili ſpecie ſubjectum: alii titiones & ligna comportant: alii tanquam officioſi pedes ei ſublevant, ut rectè molliterque deſcendat. Non ſuffeciſſet ei altera pictura, quâ Pontifex ſui inſidet ornatus amplæ & mammoſæ, quam calcaribus fodit, dextræ digitis duobus pollici proximis de more protenſis benedicit iis, qui fortè veniunt obviam: ſiniſtrâ tenet oletum recens atque fumans. Addidiſſet & tertiam, ſiquidem his duabus, quarum fumum non vidi, fides ſit habenda: habuit Surius in *comment. rer. in orb geſt. ad d. ann.*

PAPA etiam eſſe poteſt, licet fœminei ſit ſexûs, juxta tradita in differentia, in qua *Arbitrium recipere poteſt mulier.* & in differentia, in qua *Mulier legis condendæ &c.*

Sanctitas eſt quidem generis fœminini, ſed Papa non poteſt eſſe ſexûs fœminei. Noſro. d. differentia, quia in functiones, quæ utriq; ſexui ſunt communes, & inter functiones Viris proprias probè eſt

Fœminæ ab omnibus officiis civilibus vel publicis remotæ ſunt, & ideo nec Judices eſſe poſſunt, nec poſtulare, nec magiſtratum gerere, *l. 2. ff. d. R. J.*

diſtinguendum. Deinde non eſt extendendum ad fœminas, quòd in ipſis Viris eſt abominatio, An malè ſui ſeculi Pontifices deſcripſit Clemanges in *epiſt. ad Joh. Gerſonem*, quæ eſt epiſtolarum ejus XXXI. Non ſalutem ovium, ſed ſanguinem ſitiunt: non doctrinam, ſed ruinam: non paſtum, ſed faſtum: non ducatum, ſed erratum: non ſanare vitia, ſed auferre ſpolia: non fœtus fovere, ſed lac mulgere, lanamque removere. Vid. Hoornbeck. *diſp. ad Bull. Innoc. X.* §. 19. ubi Papa Gregorius VII. inter pacificos lites, inter concordiam diſcordiam, inter fratres ſcandala, inter conjuges divortia ſeminavit, & quicquid quietè inter piè viventes ſtare videbatur, concuſſit. Pro Canoniſtis non facit, quòd Joanna Papiſſa inter Leonem IV. & Benedictum III. Romanos Pontifices media ſederit. Ad quam inſtantiam triplici modo reſpondetur. 1. Quod ex probabili conſequentia tantùm deducitur, neminem Canoniſtarum ſtatuere, poſſe eſſe Papiſſam, ſed eſſe duntaxat Papam. 2. Fuerit Papiſſa electa, ab ignorantibus, eam eſſe feminam, eligebatur & mentita ſexum credebatur mas. 3. Nec hoc illo aut alio tempore factum largiuntur. Sed obſcuræ huic traditioni è gravibus authoribus oportet fœnerari lucem, ne in remotiori campo nobis excidiſſe videamur. Sic Samuel Mareſius, Theologiæ Doctor, in *Joanna Papiſſa reſtituta pag.* 2. Nemo eſt, qui in dubium vocarit hanc hiſtoriam, eamque falſi ſuſpicione oneraverit, ante tempora reformationis ceptæ miniſterio Lutheri & Zvvinglii. Æneas Sylvius ſentiens ſibi objici hanc mulierem Papiſſam ſub Agnetis nomine, contra illam Sedis Romanæ infallibilitatem, quam bonis Taboritis, ceu caput Meduſæ, objiciebat,

Digitized by Google

eò quidem recurrit,ut dicat hiſtoriam non eſſe certam,ſed tam timidè,ut appareat eum non loqui ex animi ſententia. Ut ſi quid hic putarit incerti, magis fortè ad circumſtantias & nomen proprium hujus mulieris ſpectet, quàm ad rei ipſius ſubſtantiam. Idem *pag.*3. Nec poterat ignorare Æneas,ipſemet Senenſis civis,& cum iſta ſcriberet, Senenſis Epiſcopus,in majori Templo Senenſi Johannæ imaginem inter cæterorum Pontificum ſimulacra ſuo loco & ordine conſpicuam tum fuiſſe. Idem *pag.*11. Extat inter opera Johannis Pierii Valeriani oratio pro Sacerdotum Barbis, in qua ſic loquitur, Eò aliquando noſtrorum deliciæ proceſſerunt, ut hujus raſitationis ergo confusâ quodammodo ſpecie difficulter vir à fœmina internoſceretur. Hinc accidit,ut mulier, ſi vera eſt, quæ per omnium ora fabula circumfertur, in ſempiternum Sacro ſancti Ordinis opprobrium, ad ſolii Pontificii majeſtatem eveheretur; in cujus facti memoriam Romani locum adhuc intento digito indicant, ubi ſumma illa Sacerdos pontificalem induta trabeam enixa pepererit. Quod ne rurſum accidere poſſit,inde inſtitutum plerique omnes credunt, in novi. Pontificis ingreſſu eam Majorum noſtrorum imprudentiam publicare; in totius enim populi conſpectu pro divini Johannis ſuggeſtu,qui latiſſimam,& eo ſolenni ſacro omnium nationum gentibus confertiſſimam deſpectat, cogitur novus Pontifex virilitatem locupletiſſimis teſtibus approbare: resque ipſa ſacri præconis voce palam promulgata in acta mox refertur, legitimumque tum demum Pontificem nos habere arbitramur,cum habere illum, quod habere decet, oculatâ fide fuerit atteſtatum. Idem in *præfation. Apolog. Curcellæanæ brevi refut. pag.*322. Si Vignerius reliquit indeciſam quæſtionem de Papiſſa, & in catalogo Pontificum pertexendo maluit premere veſtigia Onuphrii,& deſerere Platinam, ne quid videretur odio & affectui præpoſtero dediſſe,& quod fortè argumentis pro veritate hujus hiſtoriæ ab una parte, ab altera ſcrupulis in contrarium ex Onuphrio preſſus animi penderet, viſo ſanè ſcripto Blondelli, eoque pro ſua πολυμάθεια examinato, Joannam potiùs ſuo loco reſtituturus fuiſſet, quàm Onuphrio in illius remotione penitùs aſſenſurus: Quam enim hic lucem comminiſceris huic controverſiæ illatam à Blondello,lux eſt non alia,quàm ignis fatui in præcipitium abducens,qui illam ſequuntur. Idem *pag.*323. Dato non conceſſo pro fabula habuiſſe Chamierum,quod de Johanna Papiſſa narratur,nihilominus offenſus fuiſſet ei ſuo Symmiſtæ,qui bonas ſuas horas collocaſſet in juvanda hac in parte causâ Pontificiâ, quam maluiſſet relinquendam Romæ Gnathonibus. Mox. Imperitis ſcandalo fuit Blondellus, Apologiſtam ſe ex profeſſo conſtituens Sedis Romanæ; & peritis multis,quos inter poſſim tibi nominare omnes Eccleſiarum Galliæ miniſtros, ne quidem Pariſienſibus exceptis,quorum nemo non improbavit editionem hujus libri. Et cum paulo poſt quàm in dias auras prodiiſſet, eſſem Lutetiæ, Vir Illuſtris, Claudius à Sarravia, Senator, dum viveret,in curia Pariſienſi,ut ut Blondello amiciſſimus, me pro ſua humanitate deducens in Bibliothecam regiam, curavit mihi oſtendi duo exemplaria Anaſtaſii Mſc. quorum alterum Johannæ hiſtoriam continebat,alterum verò vetuſtius lacerum erat & mutilum circa finem Leonis IV. Unde colligebat contra Blondellum, & recentem illius libri editionem Anaſtaſium procul dubio continuaſſe Papiſſæ hiſtoriam, licet deficientem in edito exemplari Moguntino, eamque in Papalis Sedis gratiam in vetuſtiſſimis illis exemplaribus laceratam fuiſſe Idem *pag.*326. Nugæ ſunt gerræ Apinæ,quod fingis Salmaſium & Rivetum deſperaſſe hunc libellum ſolidè refutari poſſe; cum eorum alter illam refutationem optaret prodire, alter etiam promiſiſſet. Et ſi propterea quod per moras intervenientes alias id non præſtitit Salmaſius, cujus ſpem fecerat amicis & mihi ſæpe, debet cenſeri deſperaſſe de rei poſſibilitate, eamque ſupra ſuas vires cenſuiſſe, dicas ergo Blondellum deſperaſſe ſolidè refutari poſſe Hammondum, cujus opus contra ſe ſcriptum tamdiu habuit,aut Baronium, quod ſe refutaturum promiſerat Eccleſiis Galliæ. Qui plura volet,videat Marcum Fridericum Wendelinum in *Phil. mor. libr.*1.*c.*3.§.16. Cælium Rhodiginum *A.L libr.*14.*c.*1. Gabrielem Ponelum, Anglum, qui ex LXV. Pontificiis hiſtoriis & chronicis idem demonſtrat. Nec credendum tot Pontificios Scripto-

res id egiſſe, quod in foro manticularii ſolent, ut ſuæ religionis damna ex compacto & adverſus veritatem machinarentur.

Papa injuriam ſibi illatam, pro perſonæ ſuæ qualitate & delicti magnitudine, in continenti, ſine alia accuſatione, & juris ordine prætermiſſo, punire poteſt, *c. Salonitana diſt.* 63.

Nemo in propria cauſa judicare poteſt, *l. un. C. ne quis in ſua cauſ. jud.* juxta quam iniquum admodum eſt alicui licentiam in re propria tribuere ſententiæ.

Conciliat utrumque Gailius *libr.* 1. *obſ.* 39. *n.* 1. *& ſeqq.* Nam quoties Judici infertur injuria ut Judici, & illa injuria notoria ſit, ut in caſu *c. Salonitanæ*, Judex puniendo non in ſuo, ſed alieno negotio procedere & condemnare dicitur per textum expreſſum in *c. d. pæn. in* 6. *gl. ibidem in verbo punire.* Imò magis eum exequi, quàm cognoſcere aut pronunciare exiſtimandum eſt: non enim in notoriis expedit cognoſcere vel ſententiam proferre, ſed exequi vel punire, text. in *c. manifeſta & in c. de manifeſta.* 2. *q.* 1. *textus in c. evidentia d. accuſ.* Et maximè procedunt, ſi pœna tendat ad vindictam reipublicæ, vel quando ratione officii publici injuriam quis patiatur, quia tunc cenſetur cauſa aliena & non propria: Secus ſi pœna imponenda foret ratione proprii intereſſe, ut puta ſi Judex injuriam paſſus ad privatam vindictam & pœnam ſibi applicandam agere vellet, quo caſu non poſſet eſſe Judex in propria cauſa; quia injuria perſonæ principaliter irrogata attendi debet, tametſi ſecundariò etiam dignitatem reſpiciat, text. in *l. in eum qui* §. *ſi injuria mihi. ff. d. injur.* Idem obtineret, ſi injuria non eſſet evidens, ſed altiorem probationem adhuc requireret.

Papa legitimare poteſt *c. per venerabilem X. qui fil. ſint legit.* ubi legitimationis beneficium confert in filios cujuſdam viri Nobilis. Vid. *ad d. c.* Cujacium.

Papa legitimare non poteſt, *N.* 6. *in præf. N.* 9. *in præf.*

Volebam diſtinguere inter eos naturales liberos, qui alienæ ditioni ſunt ſubjecti, ſed *d. cap.* agit de filiis alienæ ditionis, Volebam etiam tentare, an non hæc legitimatio in ſpiritualibus ſubſiſtat, ſed *d. cap.* agit de Papa, qui legitimationis beneficium confert in filios cujuſdam Nobilis, qui erat ſub regno Galliæ, & confert illud non ad ſpiritualia, ſed ad hæreditates conſequendas, à quibus propter natalium objectionem aliàs repellebantur. Præferimus igitur jus Civile ex ratione, quam habet differentia, in qua *Papa eſt ſucceſſor Petri.* & ex iis, quæ habet differentia, in qua *Eccleſiæ ita ſe habent.* Vid. Bocerum *d. regalibus c.* 2. *num.* 101. Multa tribuuntur Papæ, quæ conſultiùs eſſet ei non tribui. Sic conſecratio defunctorum, quam vulgò canonizationem vocant, Papæ tribuitur, quum tamen, quod habet Cujacius ad *c. venerabili* 52. *X. d. teſtib.* multorum quaſi ſanctorum corpora venerentur homines, quorum animæ cruciantur in inferis. De Roſamunda apud Regem Platonicum Iſaaci Wake tale legitur epithaphium.

Hic jacet in tumba roſa mundi, non roſa munda:
Non redolet, ſed olet, quæ redolere ſolet.

Eidem epitaphio celebris affixa eſt crux ſic inſcripta,

Qui meat hac, oret, ſignumque ſalutis adoret,
Utque tibi detur requies, Roſa munda precetur.

Et meretrices olim ſtatuas coronaſſe Lipſius *libr. antiq. lect.* 3. *c.* 3. obſervat.

Papa poteſt ex ſola voluntate revocare gratiam à ſe vel ſuo præde-

Quod ſemel ordo decrevit, non oportere id reſcindi D. Hadrianus

Nulla eſt differentia, Nam ab Ordinis decreto ad Papæ gratiam à ſe vel ſuo prædeceſ-

cessore

ceſſore factam, *c. propoſuit. 4. X. d. conceſſ. præb. c. licet. 2. d. præbend. in* 6. Vid. Antonium, Archiepiſcopum Florentinum in *part.* 3. *ſumma tit.* 22. *c.* 1. 2. 3. 4.

ſore factâ non progredior. Diſtinguit Francus ad *c. quamvis. 8. d. reſcript. in* 6. *num.* 1. inter beneficialia, in quibus Papa habeat plenitudinem poteſtatis, ut è *dd. cc.* pateſcit. & in quibus ſufficit pro ratione voluntas: & facit ratio, quia qui conſequitur beneficium, non poteſt dici dominus, ſed procurator & adminiſtrator, à quo ad libitum revocari adminiſtratio poteſt. Hoc idem Phil. Francus ad *c. ſi propter. 10. num. 4. d. tit. d. reſcr. in* 6. producit etiam ad beneficiorum fructus. In aliis vero gratiis factis à Papa, quando tranſeunt in contractum, illæ gratiæ revocari non poſſent, & ad has *d. l. pen.* referri poteſt. Si non tranſeunt in contractum, revocari poſſunt: ſi gratiam divinam tollunt, non attenduntur. Cui non ſtent comæ & vox faucibus hæreat, ſi legat illud *c. ſi Papa. 6. diſt.* 40. Papæ culpas redarguere præſumat mortalium nullus, etiamſi innumerabiles populos ſecum ducat primo mancipio gehennæ cum ipſo plagis multis in æternum vapulaturus, quia cunctos ipſe judicaturus à nemine eſt judicandus. Addit *can.* niſi deprehendatur à fide devius. Qui poteſt eſſe à fide non devius, ſi innumerabiles populos gehennæ mancipet? ſi objiciantur Pontificum Veterum decreta; illa ait D.D. Theodorus Zuingerus in *Joh. Calvini Inſt. libr. 4. c. 7. ſect.* 20. ſuppoſita & nuper fabricata, in omnibus iis, in quibus plus tribuitur Romano Pontifici, quàm in vetuſtis Conciliis ei fuerit delatum. Quale eſt reſcriptum ſub nomine Anaſtaſii, Patriarchæ Conſtantinopolitani, quem tamen conſtat fuiſſe Romanæ Sedis adverſarium & Dignitatis æmulum. 2. Decretales Gregorii IX. Clementinæ & Extravagantes Martini ſunt immanis ferociæ & barbaræ tyrannidis documenta, & tamen ſunt Papiſtis Oracula. Ut taceam alias ineptias, quibus Theologi Romanenſes applaudunt in Idoli ſui gratiam. Vid. differentiam, in qua *Papa errare non poteſt.*

Nicomedenſibus reſcripſit, *l. pen. ff. d. decret. ab ord. fac.* Vid. diffentiam, in qua *Beneficium decet eſſe manſurum.*

PAPA ſolus interpretatur jus ambiguum, *c. per venerabilem. X. qui fil. ſint. legit.*

Non diſtinguuntur perſonæ, ſed diſtinguuntur cauſæ. Sic in *l. 6. C d. SS. Eccl.* omni innovatione ceſſante vetuſtatem & canones priſtinos Eccleſiaſticos, qui usque nunc tenuerunt, etiam per omnes Illyrici provincias ſervari præcipimus, ut ſi quid dubietatis emerſerit, id oporteat (non absque ſcientia viri Reverendiſſimi, Sacroſanctæ legis Antiſtitis Eccleſiæ urbis Conſtantinopolitanæ, quæ Romæ veteris prærogativâ lætatur) conventui Sacerdotali ſanctoque judicio reſervari. Deinde quod jus Canonicum aſſerit in Papa, jus Civile aſſerit in Imperatore. In *N.* 143. *in princ.* Legis interpretationem culmini tantùm competere principali nemini venit in dubium, cum promulgandæ quoque legis autoritatem fortunæ ſibi vindicet eminentia. In *l. ult. C. d. ll.* Quis legum ænigmata ſolvere & omnibus aperire idoneus eſſe videbitur, niſi is, cui ſoli legislatorem eſſe conceſſum eſt? Subſumit Vinnius *libr. ſelect. quæſt.* 1. *c.* 2. Quòd ſi verba legis non ſunt usque adeo clara, ut excludant omnem interpretationem ex bono & æquo; neq; usque adeo obſcura, quin mens legislatoris ex antecedentibus aut conſequentibus elici poſſit, dabitur locus

Solus Imperator non interpretatur jus ambiguum, §. 8. *J. d. I. N. G. & C.* & Romana refert hiſtoria, cum leges 12. Tabb. primitus mirifica implicaret obſcuritas, multi ingenio & doctrinâ præſtantes viri ad eas populo interpretandas ſe contulerunt. Sub horum prudentum numero fuit Scipio Naſica, Lucius Craſſus, Quintus Mutius, Servius Sulpitius, Gallus Aquilius, Trebatius & nonnulli alii. Atqui hi leges interpreta-

Digitized by Google

interpretationi etiam privatorum, ſive JurisConſultorum aut Judicum, qui verba legis ad ſententiam interpretando accommodent, *l.12. & l. ſeq. ff. d.ll.* atque huc reſpicit extrema clauſula *d.l.ult.* Debent autem tam Judices, quàm JurisConſulti in interpretatione ſibi permiſsâ ſequi non rigorem Juris Civilis, non jus ſummum, quod ſummâ ſępe injuria eſt, ſed quod benignius, quod æquius & melius exemplo Servii Sulpitii, qui hoc encomio laudatur à Cicerone *Phil.9.* quod non magis JurisConſultus, quàm juſtitiæ fuit, propterea quòd ea, quæ proficiſcebantur à legibus & jure Civili, ſemper ad æquitatem facilitatemque referebat: & Caii illius Aquilii, quem juris Civilis rationem nunquam ab æquitate ſejunxiſſe memorat idem Cicero in *orat. pro Cæcinna.* Quomodo in ſacris ambigua interpretetur Papa, reſpondent Theologi, qui ſepoſitâ Papæ autoritate ſæpe rationem requirunt: ſæpe ſilentia, ubi aliter erat loquendum, mallent, eosque, qui velut inanis fundæ ſono percelli ſolent, admirantur. Extendunt Pontificii Pontificis poteſtatem, ſed repetito convitiorum ſtrepitu: diſſertationes inſtruunt, ut tutiſſima ſit falſi ſermonis pertinacia: accuſant & ſimul ſunt Judices: cogunt ſuffragia, quibus non intercedat portentum, de quo Surius in *comm. rer. in orb. geſt. ad annum* 1530. ubi Lutherus, Si Papiſta tuus multa vult garrire de hac voce, *Sola*, ei confeſtim reſpondeto, Doctor Martinus Lutherus vult ſic habere, atque Papiſtam & aſinum eſſe unum. Et habere Papam, quod non tantùm in Imperatore metuat, vid. differentiam, in qua *Eccleſiæ ita ſe habent*, ſed etiam in aliis, indigetat in *Monarch. Hiſpan. c.5.* Campanella, Quantumvis enim ibidem politicis rationibus contendant in orbe Chriſtiano nullum poſſę eſſe monarcham, niſi dependeat à Papa, interſerit tamen Pontificem Romanum interdum Regem Hiſpaniarum non nimis benignè excipere, veritum ſcilicet, ne victis Rege Galliæ & Italiæ Principibus, illum Capellanum ſuum faciat. An autem Capellani ſit interpretari jus ambiguum, reſpondeat filiæ mater Eccleſia.

bantur permiſſu populi, abſq; tamen authoritate aliqua ſpeciali, neque ita ut publicè legerent & profiterentur, ſed in latenti quodammodo jus Civile retinentes conſultoribus vacabant potiùs, quàm diſcere volentibus ſe præſtabant, *l.ult. §. 35. ff. d. O. J.* Ex omnibus autem, qui ſcientiam nacti, ante Tiberium Coruncanium publicè profeſſum neminem traditur, quem deinceps alii ingenio, eruditione, & multarum rerum uſu præſtantes Viri ſubinde ſecuti ad id faſtigii & autoritatis Jurisprudentiam evexerunt, ut non privatâ ampliùs, ſed publicâ authoritate reſponderi ſit cœptum, Manzius ad *d. §. num. pen. & ult.*

PAPA ſuâ ratificatione emphyteuticam conceſſionem in tantum roborare poteſt, ut emphyteuta nolens volens habere emphyteuſin cogatur, arg. eorum, quæ dicta ſub differentia, in qua *Eccleſiæ ita ſe habent &c.* ſub differentia, in qua

Non moratur jus Canonicum, ſi differentiæ, quas allego, totæ legantur; ſed adhęrendum juri Civili. Quo confert, quòd Vaſallus etiam ſine domini voluntate rectè feudum refutare poteſt per textum in *c. 1. d. Vaſallo, qui contra conſtitutionem Lotharii &c. tit. 38. libr. 2. feud.* Quia favori & lucris ſuis renunciare

Emphyteuta non eſt cogendus, ut invitus emphyteuſin poſſideat, arg. *l. ſi abſente. 48. & l. cum fructuarius. 64. d. Uſufr.* ubi reſpondetur, Uſufructuarium invito domino uſumfructum derelinquere poſſe.

Papa

Papa eſt ſucceſſor Petri. ſub differentia, in qua *Papa poteſt ex ſola voluntate.*

cuilibet permittitur vulgatâ *l. ſi quis in conſcribendo. pen. C.d.pact.* Zœſius in *epit. feud. part. 10. num.85. & ſeq.* Cujac. ad *tit.14. libr.2. feud.* Duarenus *d. feud. c.12. num.18.* & Weſenbecius *d. feud. c.9. & 10. num.3.* Quos ſequuntur & referunt Bocerus *claſſ.2. diſp.14. th.24. edit.2.* Harpprechtus in *addition. ad Jul. Clari. recept. ſentent. libr.3. & 4. §. emphyteuſis. q.6. num.9. & ſeqq.*

PAPÆ eodem tempore ſunt plures. Sic Gregorius Papa XII. & Johannes Papa XXII. eodem tempore fuerunt creati, & ſe geſſerunt pro Pontificibus, quorum facta declaravit Concilium Conſtantienſe valere per modum concordiæ in locis obedientiæ, in quibus fuerunt recepti, Cardinal. Tuſchus *lit. p. concluſ.72.*

Nulla eſt differentia, quia jus Civile hodiernos Papas non agnovit, nec ſuos Pontifices ab Imperatorum perſonis ſegregavit. Deinde jus Canonicum non plures probat Papas, alioqui impediretur ſanctio *c. dilectus. 27. X. d. præbend.* in quo Papa mandat capitulo, ut aliquem in canonicum recipiant, & præbendam, ſi qua vacat, conferant: nam ſi eſſent plures Papæ, non cogerentur unius mandato aliquem recipere. Tandem ſi à temporum contingentia ad juris neceſſitatem argumentamur, neceſſum foret, ſi Papa fuit expulſus & Antipapa creatus. Vid. Card. Tuſch. *d. loc. concl.73.* Papam expelli ſemper & Antipapam creari poſſe. Occaſione hac ſumptâ quærimus cum Card. Tuſcho *lit. i. concl.38.* Imperatores duo ſi eligantur, An valeant geſta per eos? Reſpondet idem, Imperatores vel Reges Alemanniæ ſi duo eligantur eodem tempore, & quilibet adminiſtret, & uterque prætendat ſe electum à majori parte, an valeant conceſſa interim ab eis, vel non? diſtinguitur, quòd aut ab utroque eadem conceduntur, & valent ab ipſo principio, aut ab altero tantùm, & expectandus eſt eventus, quis declaretur Rex? Non facit dubium differentia illa, in qua *Imperator electus ante coronationem demum Imperatoris nomen conſequitur.* Nam nos non detinere Imperatoris aut Regis denominationes ipſa quæſtionis forma indicat. 2. reſponſum eſt in illa differentia, Coronationis in Imperatore poſſe eſſe admiſſionem, non neceſſitatem: prærogativam quæſitam, non annexum Imperatoriæ Majeſtati perpetuum. 3. apud Tuſchum *d. loc. num.6.* reſpondet Zabarella *conſ.154. in fin. ver. ad quartum* uſu eſſe receptum, quòd valeant geſta ab Imperatore electo ante coronationem; & ideo ſi duo Imperatores ſunt electi; quia valent geſta ab utroque ante confirmationem in locis obedientiæ uſque ad confirmationem alterius; & tunc non valebunt ultra geſta à non confirmato & in præteritum, quia conſtat quis ſit Imperator.

Papa eſt unus. Sic Harpprecht. *ad §.8. J. d. rer. div. num.1.* definit res ſacras, quæ ritè & publicè olim per Pontificem vel Imperatorem ſunt conſecratæ; è quo ſequitur, ut unus eſt Imperator, unum eſſe Pontificem.

PAPÆ eſt convocare Concilia Oecumenica, *c. quoniam. d. imm. Eccleſ.* in quo Bonifacius VIII. Nos juſtitiam noſtram, & Eccleſiæ Sponſæ noſtræ nolentes negligere, qui alios in juſtitia ſua

Neminem fugit, niſi ſit acephalus, quibus ampullaceis verbis Pontificii Capitis ſui efferant eminentiam. In Eccleſia duplicem tribuunt adminiſtrationem. Unam Particularem reſpectu Eccleſiæ Romanæ & bo-

Eſſe Imperatoris ſuo exemplo docet Juſtinianus, qui concilium Conſtantinopolitanũ II. convocavit. Ita ſi ſpectemus generalia concilia quatuor, quæ prima fuerunt apud Euſebium, Socra-

conſo-

confovemus. Vid. differentiam, in qua *Eccleſiæ ita ſe habent.* & differentiam, in qua *Papa eſt ſucceſſor Petri.*

norum ejus conſideratâ Eccleſiâ Romanâ ſpeciali, prout aliæ Eccleſiæ. Alteram Univerſalem, quâ præeſt Eccleſiis omnibus totius orbis, conſideratâ Eccleſiâ Romanâ tanquam capite, & dominâ aliarum Eccleſiarum, Cardin Tuſchus in *in lit.p.concl.*46 Diſtinguere volunt Pontificii, ut videre eſt apud d. Card Tuſchum *lit.c. concl.*549. tempora, ut veritatem Conciliorum, quemadmodum ſint habita, eludant. Concilium, aiunt, in exordio ſurgentis Eccleſiæ & antiquis temporibus convocabatur per Imperatores. Zabarell. *conſil.* 150. *verſ. ſecundò quæritur.* ubi enumerat multa concilia approbata & convocata per Imperatores, ſed iſtud erat accedente conſenſu Summi Pontificis, vel eo mandante, ut in *c.ſexta.diſt.*16. *ibi. exequente piisſimo Principe Conſtantino.* & ſic de aliis Imperatoribus clarè oſtendit Thomas Campeg. Epiſcopus Feltren. *tit. d. concilio. c.*2. *num.* 8. *& ſeq.* & plenius apoſtilla ad Abb. in *c. ſignificaſti. d.elect.* in *ver.concilia.colum.*5.*&* 6.*verſ. ſecundò limitatur*, ubi reddit rationem, quia tunc Eccleſia non erat potens, ut compelleret vel daret ſalvos conductus neceſſarios. Jure noviſſimo, poſtquam religio firmata eſt, & Sedes Apoſtolica firmiùs eſt in jure ſuo ſtabilita, ſancitum eſt, prout conveniebat, quòd ſolus Papa, tanquam vicarius Chriſti, convocat & aperit concilium generale, *c.*1.*diſt.*17. *& c.ideo.*2.*q.*6. Zabarella *d.conſ.* probat hanc concluſionem eſſe de jure divino & poſitivo ex neceſſitate; quia ſolus Papa citat Prælatos & compellit, & dicit, quòd tenentes contrarium parum deviant ab hæreſi. Extendit idem, quod in tantum ſpectet ad ſolum Papam convocare concilium, ut etiamſi agatur de querelis contra Papam, nullus convocet, vel aperiat concilium, niſi ſolus Papa, *c.concilia ſacerdotum.§.hinc etiam.*17 *diſt.* Ex hisce fit manifeſtum, ut & aliis, quæ differentiæ noſtræ ſparſim ſubminiſtrant, quo usque ſe evexerit ambitio Pontificia, quàm verum ſit illud Conringii *d.German. Imp.judic.* quòd Papa Romanus cœperit non tantùm arrogare ſibi, ceu aliquis feudi dominus, imò verò tanquam vice-Deus orbis Chriſtiani jurisdictionem in Cæſares & Reges Germaniæ, ſed etiam illos immorigeros communicatione ſacrâ in tantum excludere, ut omnes cives & Ordines juramento fidelitatis ſolverentur. Idem alibi. Ignominioſum eſt Reipubl. noſtræ id, quod ſibi arrogant Papæ Romani imperium in Cæſares & Reges Germaniæ, eoque manibus pedibusque, quod aiunt, procul à cervicibus Reipubl. meritò hoc propellendum eſſe. Ex re igitur fuerit non tantùm illis Hildebrandinis conatibus, ſi quando fortaſſis recruduerint, omnem Reipublicæ potentiam opponere, verùm ne doctrinam quidem illam momento ullo perferre ac pati. Fit etiam manifeſtum non eſſe mirum illud Alexandri III. qui Friderici I. collo auſus eſt imponere pedem repetito verſu Pſalmi 91. *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Quæ hiſtoria in templo quodam Avenionenſi, quaſi res bene geſta eſſet, una cum aliis ejusdem argumenti magnificè depicta oſtenditur: contra quod genus picturas, arrogantiæ Pontificiæ teſtimonia & Imperatoriæ Majeſtatis opprobria meritò excipere deberent cordati Reges, ſicut olim ſtomachatus eſt Fridericus I. contra ambitionem Innocentii II. qui ad pedes ſuos cum corona dejectum depingi curavit Lotharium. Imò non tantùm Imperator, ſed omnes Reges, Principes Chriſtiani, tacito vultu pinguntur, ſceptra & diademata ſua ſupponere Paulo V. Vice-Deo, Chriſtianæ Reipublicæ Monar-

tem, Theodoretum, Leonem in epiſtolis, inveniemus ea ab Imperatoribus fuiſſe coacta. Nicænum convocavit Conſtantinus M. Conſtantinopolitanum Theodoſius Major: Epheſinum 1. Theodoſius Jun. Chalcedonenſe Martianus. De ſexto & ſeptimo Concilio vid. Rittershuſium ad *Novell. part.*1. *c.*2. De octavo Beſoldum *libr. polit.*1. *cap.*3. *§.*5. *num.*21. *& ſeq.*

chæ im-

chæ invictiſſimo, & Pontificiæ omnipotentiæ Conſervatori acerrimo cum hac adſcriptione, Vultu in terram demiſſo pulverem pedum tuorum lingent, *Eſa.*49. Unde & in *libr.1.cerem.tit.*2.retulerunt. Imperatoris & regum eſſe, ſi Papa civitatem intraverit, fræno ducere ejus equum: aut ſi ſellâ vehi maluerit, eam ſubire cum primoribus per aliquot paſſus, donec, jubente Pontifice, aſcendant equum, & equitent ſuo ordine. Hujus ambitionis Pontifex Max. nomine Sixtus, eſt maximum documentum. Cum enim An.1589. Philippus II. Hiſpaniarum Rex, Oratorem extraordinarium Romam miſiſſet, ad intimandum Sixto generale Concilium ſuper declaratione Simoniacæ electionis, & ad requirendum Dominos Cardinales, aliosque Eccleſiaſticos ad comparendum in concilio Hiſpalenſi, ferunt intimatione factâ Sixtum præ deſperatione mortuum eſſe, Beſold. *lib polit.1.c.3.§.5.n.*22. Sed etiamſi non eſſent ambitionis ſuæ Pontifices documenta, ſuis acquirendi modis (proh judiciorum cæcitatem!) turpiter ſe produnt: quodque autoritatis eſſet Pontificiæ, precariis titulis extorſere: aut eos titulos, qui nunquam celebrati fuerunt, aut celebrari non potuerunt, ſimulant. Si conſideremus id, quod in differentia, in qua *Donatio poteſt excedere quingentos &c.* traditur, donatio illa, quam à Conſtantino eſſe factam Canoniſtæ aſſerunt, juri Papali quam plurimùm detrahit, aut jus Papale, quale fuerit, exhibet, ei tum demum competere diſpoſitionem, ſi Cæſar decreverit: juriſdictionem Eccleſiaſticam, ſi ita Cæſar diſpoſuerit: alioqui non neceſſum eſſet circumferri duo diverſa inſtrumenta, quorum alterum refertur à Gratiano in *c ego Ludovicus.diſt.*63. alterum ex Vaticana Bibliotheca à Volaterrano excerptum eſt. Non illepida eſt hiſtoria, quam Camerarius in *horis ſubciſ.cent.*1.*c.*16. ſe audiviſſe à fide dignis viris refert, Venetos à Pontifice Romano, poſtquam Anconam in ſuam poteſtatem redegiſſet, interpellatos fuiſſe: Quo jure vectigalia & alias juriſdictiones in mari Adriatico ſibi ſolis vindicarent, cum tamen nulla privilegia hac de re monſtrare, neque jus ſuum docere legitimè poſſent. Ad hanc rem eos quidem argutè reſpondiſſe: Se mirari quòd iſta privilegia peterentur demonſtrari, quæ Pontifices ipſi penes ſe jam pridem, & quidem archetypa, tanquam rem ſacram, diligentiſſimè in ſuis Archivis cuſtodirent: eaque facilè reperiri poſſe, ſi donationis Conſtantini membranæ pars exterior, in qua ea majuſculis literis conſcripta eſſent, accuratiùs inſpiceretur. Hoc Papicolis ſi ſubolet, ii cum Baronio advertent, qui *tom.*3.*annal.ſub annum* 324. ait, Ceterùm juſta poſſeſſio, quam ſi careret humano, divino ſaltem jure, quo ſubordinata ſunt ipſi rerum dominia, Romana Eccleſia legitimè ſibi vindicat, ac poſteriores Reges & Imperatores ampliſſimis privilegiis ratam habuere, à Johanne Diacono, ex depravatò illo à Græcis mutuato donationis edicto, ambigua redditur potiùs, quàm probetur: quod cuique rem perſpicaciùs intuenti redditur manifeſtum. Addunt Commentatores, Quod enim ſuum cujusque, ex pluribus cauſis ejus eſſe non poteſt, *l.*159.*ff.d.R.J.* quandoquidem dominium non ex pluribus cauſis, ſed ex una cauſa tantùm contingat, *l.*3.§.*ex pluribus.ff.d.A.vel A.P.* Et quod jam noſtrum eſt, propriũ magis, aut ampliùs fieri non poteſt, §.10.*I.d.legat.* §.14.*J.d.action.* Si ex donatione Conſtantini, quia donatio eſt ex mera liberalitate, & nullo ex debito, *l.donari.ff.d.donat. l.donari.ff.d.R.J.* non igitur obligatus fuit Imperator per jus divinum reddere poſſeſſionem malè uſurpatam: non enim debuiſſet dicere, *concedimus, contradimus, relinquimus*: ſed permittimus Papæ, ut ex plenitudine poteſtatis, jure divino ſibi debitæ, ſanciat, ita ut verbis edicti repugnet, quod Lancelot. dicit *libr.*1.*d. Imper. c.*1.§.2.*q.*2.*num.*12. & Petrus de Andlo *libr.*2.*d.Imper.c.*9. alienationem Conſtantini fuiſſe potiùs relaxationem, reſignationem & reſtitutionem, quàm donationem. Nam in actis B. Sylveſtri dicitur, Conſtantinum à lepra per baptiſmum liberatum, remunerandi Pontificis gratiâ, Romam Papę ceſſiſſe. Item quòd injuſtum putaret eodem loco morari cum ſummo Sacerdote. Nullus tamen, quod maximè pro autoritate Papæ feciſſet, auſus fuit addere, id Conſtantinum feciſſe ex debito. Nam inique partitus fuiſſet Imperator, cum non tantùm occidentales partes, ſed & orientales reſignare debuiſſet, quippe jure divino non minùs debitas Papæ, quàm illas, ſiquidem omnis poteſtas vicario Apoſtolico relicta fuit. Quod ſi igitur jus in regna oc-

Digitized by Google

cidentalia ſibi vindicat Papa propter donationem Conſtantini, in orientalia nullum ipſi competet, quia illa contradita non fuerunt, & proinde non erit dominus Mundi, ſed occidentalium tantùm partium. Quis contineat heic riſum, qui apud Carpzovium *d. L. Reg. Germ. c. 2 ſect. 6. à num.* 26. legit ambitioſam Paparum liberalitatem, qui regna & bona aliena aliis donare haud veriti fuere. Nimirum Alexander VI. Hiſpaniarum Regibus novum orbem conceſſit. Bonifacius VIII. Alberto I. Regi Romanorum, Galliam dedit, cum inimicitias alebat cum Philippo Pulchro, Rege Galliarum. At ne Princeps quidem, qui tamen in imperio poſſidet omnia, ſingulorum dominium & proprietatem intervertere poteſt. Tantum abeſt, ut Petrus, aut qui ſe Petri ſucceſſorem nominat, cum tamen boni Petri nihil habeat Papa, contra Dei, Naturæ & gentium jus in Indos vel Gallos ſibi poteſtatem arrogare, aut aliis concedere poſſit. Unde Attabaliba Rex Papam inſigniter fatuum & impudentem dixit, quod aliena tam liberaliter largiretur. Adderem alia, verùm abunde ſit doctiores crura & manus ita præcidiſſe, ut meâ manu non egeant. Præliminaribus hiſce obiter exploratis ut propiùs tollamus ſiparium, intra quod quæſtio hæc, Cujus ſit convocare Concilia, agitatur, ſeparamus cum Guilielmo Whitakero in *prælect. d. Conciliis ſec. quæſt. c.* 1. concilia particularia, h. e. Nationalia & Provincialia. Nam ſtata illa Provincialia Concilia potuerunt Archiepiſcopi & Metropolitæ, atque etiam legibus Imperatoriis & Canonicis juſſi ſunt bis in anno convocare & celebrare: & paulò ante quadrageſimam, & in fine Autumni. Vid. Camillum Borellum in *Petri Belluga ſpeculum Principum rubr. 1. lit. h.* & Whitakerum *d. ſec. quæſt. c.* 2. in quo refutat ſeptem Bellarmini argumenta, quibus Pontifici conciliorum convocationem tribuit. Vid. Joannem Crocium in *Anti-Becano controverſia 4. ubi d. capite Eccleſiæ.* Chamierum contractum *libr.* 13. *c.* 10. quorum coloribus, quia ſunt Celeberrimi Theologi, ne mea adornem monet cornicula illa, quæ, ut in fabulis eſt, alienis pennis ornata reliquis avibus aliquandiu non parvæ fuit admirationi, donec deprehenſo fuco, ſuas quæque aves pennas repetentes nudam corniculam deſtituerunt; ita ne avibus Pontificus cornicula fiam, ſufficerit mihi abſurdi enodationem ad ſuos autores remiſiſſe. Contraham tamen paucis, quæ habet Henricus Alting in *Theologia elenctica loc. 15. th. 9.* Non eſſe Pontificis Romani vel indicere ac cogere concilia; vel iis præeſſe; vel etiam autoritatem infallibilem iisdem conferre, in dogmatis fidei ac religionis. Idque probat 1. ex natura ſubjecti, quòd Pontifex Romanus nec à Chriſto, nec ab Imperatore hoc acceperit: ex ſe ipſo autem habere non potuerit, quod de facto ſolùm uſurpat. 2. ex natura prædicati, quod actus poteſtatis civilis & coactivæ non cadat in ordinem Eccleſiaſticum. Breviter, Si Papa eſt ipſiſſimus Antichriſtus, ſe opponens & efferens adversùs omne, quod dicitur Deus aut Numen, qui ejus convocare concilia? *Opponunt* 1. ex natura Subjecti, Quod B. Apoſtolo Petro datum fuit à Chriſto, & ſucceſſione Pontifex Romanus ab ipſo accepit & perpetuò exercuit, id jure ejus proprium eſt. Atqui. Reſp. Falſa eſt minor, Poteſtas enim illa non data eſt Petro, ut Presbytero, nec ſoli ut Apoſtolo tributa. Quod de Pontifice additur, eſt inanis principii petitio. Refellitur verò conſtanti conſenſu Scriptorum veterum, ad quos provocamus. *Opponunt* 2. Quod jus erat Pontifici veteri ſeu Levitico circa concilia Synagogæ, idem eſt Pontifici N. T. circa concilia Eccleſiæ. Atqui. Reſp. Major inconſequens eſt: tum quia alter univocè, alter æquivoce ſic dicitur: tum quia Pontifici veteri Pontifex Novus Chriſtus Jeſus, non alius præter Chriſtum ſucceſſit. *Opponunt etiam* ex natura Prædicati. 1. Quod in nomine Chriſti fieri debet, id non niſi authoritate ſacrà Petri & ſucceſſoris ipſius ſuſcipitur. Concilia Oecumenica &c. Reſp. Negatur major propter fallaciam phraſeos. Nomen chriſti ipſius mandatum ac promiſſionem ſignificat. In nomine Chriſti aliquid agere eſt obſequio mandati & fiduciâ gratiæ aliquid facere ad gloriam ipſius. *Opponunt* 2. Is eſt præſes Conciliorum, qui eſt Princeps ac pater Epiſcoporum, & primum in Conciliis locum ſemper tenuit. Is verò eſt Pontifex Romanus. E. R. Copulantur plures interrogationes. Tum etiam minor falſa eſt, ſi ad primatum Imperii tam elogia nominum, quam dignitas ſedis trahantur. Vetus Eccleſia, quoad li-

bera fuit, Epiſcopum Romanum non agnovit Principem aut patrem Dominum. Nec primum ei locum in Conciliis attribuit. Certè in Concilio Nicæno, quod ex quatuor ſummis primum fuit, Legatos ejus Vitum & Vincentium presbyteros vix tertio aut quarto loco conſediſſe ex fide Actorum conſtat. *Opponunt* 3. Qui conventus habent promiſſionem perpetuæ præſentiæ Chriſti &c. Reſp. hanc promiſſionem ſecundùm quid, non abſolutè enunciari de ſubjecto. 2. Subjectum noſtrum, quo de agimus, non agnoſcit. Alias ſcopas diſſolutas refert Arniſæus *d. ſubject. & exempt. Cleric. c. 7. num.* 10. quas fateor adeo diſſolutas, ut colligi non poſſint, vel colligi non mereantur. Tales etiam ſunt illæ, quas in *calce ſtrictur. in Caſauboni epiſtol. ad Frontonem Ducæum* adjicit Erycius Puteanus, diffuſiſſimæ alioquin eruditionis Vir, *Si Eccleſiam eſſe vis*, ita ſcribit, *permitte Rectorem: ſed ne caſſum & inane nomen tantùm ſit, permitte authoritatem. Aliquid ille in omnes poſſit, qui tranquillitatem & ſalutem curat omnium. Cum de religione agitur, ſupra Diademata Chriſti vicarius ſit; cum Reges peccant, in Deum legesque divinas bellum movent, & potentia abutuntur, frenum inveniant, à Pontifice corrigantur. Chriſtiani ſumus, ſed tales quoque ſi Principes facis; vide quâ prudentiâ, aut quâ pietate ſalutarem Eccleſiæ poteſtatem excludas, Quid malum! ſi in ſcelus, in hæreſin, in idololatriam, in atheiſmum peſſum omnia ruant; ſilebit ille, qui unus hic loqui poteſt? quieſcit ille, qui unus pro Eccleſia vigilat? connivebit ille, qui unus ad ſalutem ſeverus eſt? Orbem cogita, mare eſt; Eccleſiam cogita, navis eſt: plus niſi reliquis poſſit, qui clavum regit, male navigabis: & tamen qui volvuntur, tales nihilominus erunt, quales Natura aut Fortuna fecit. In ſervum Dominus poteſtatem habebit, in filium pater, ſiquidem Navarcho non obnoxius. Summus eris Princeps, etiamſi videatur non eſſe. Non enim tam ipſum, quàm mores ejus extremos Pontifici ſubjicimus: ut ſi pietate Chriſtianus eſſe velit atque Catholicus, jam ſceptro ſuus, ſciat quis Chriſti in terris vices gerat.* Hæc, quæ ſycophantia aulica corrogare ſolet, corrogavit Erycius Puteanus, ut firmet ea omnia, quibus Majeſtas eminere Pontificia ſolet: adprobet ſimul à veris Chriſtianis hactenus improbata. *Eccleſiæ permittimus Rectorem, permittimus & authoritatem*; negamus tamen illam eſſe Pontificiam: negamus non ſtare politiam Eccleſiaſticam, niſi Pontifex præſideat. *Aliquid in omnes poteſt, qui tranquillitatem & ſalutem curat omnium*, ſed non omnia poteſt. Et verò quis uni homini tantùm deferat tranquillitatem & ſalutem curare omnium? Religio ſit *ſupra Diademata*, verùm non talis *Chriſti vicarius* ſupra Diademata evehatur. *Cum Reges peccant, in Deum legesque divinis bellum movent & potentiâ abutuntur, frenum inveniant*; non in aula Pontificis anxii quærant. Ibi quomodo Reges non peccent: quomodo in Deum legesque divinas bellum non moveatur: quomodo potentiæ non ſint abuſus, non invenient. Invenient contentionum ſudorem, quem abſtergat vel illa lacinia, Pontificem eſſe univerſi Mundi Dominum, unicum Vice-Deum, unum Imperatorem; cujus imperio ſi quis Regum aut Principum parum ſe præbeat morigerum, ſive in ſpiritualibus, ut multi ſæpe, ſive in temporalibus; hunc illâ etiam falsa imagine Principatus, quam doctrina iſta Regibus concedit, ipſo jure, etiam ante prolatam à Pontifice ſententiam, vel certè ſtatim à prolata ſententia, excidere: ejus ſubditos omni vinculo naturalis ſubjectionis eſſe ſolutos; ipſum vel ſubjectorum populorum viribus, vel aliorum Principum ſolio detrahendum, & tanquam piacularem victimam finibus ditionis, aut etiam è numero viventium, ſi opus ſit, eſſe exterminandum. Non ignota loquitur Caſaubonus in *d. epiſt.* neque incomperta. Teruntur omnium manibus Doctoris Martæ Neapolitani libri, quibus hæc omnia totidem ferè literis, & quidem potiſſima horum in epiſtola ad ipſum Pontificem, Paulum V. cui opus nuncupatur, & cujus privilegio eſt editum, continentur. Neque verò infrunitus hic Marta quicquam dicit, quod alii multi & ante ipſum & poſt ipſum, ore pleno non dixerint, & voce ſcriptisque docuerint. En præclarum in Puteano aſſentatorem, *Corrigi à Pontifice, qui Chriſtiani ſunt.* Nimirum ut Chriſtiani eſſe deſinant, aut Chriſtiani ſint, quos phantaſmata Pontificia imbuunt. Addit *originem prudentiæ & pietatis*, quâ Principes ſibi conſtant, *non excludere ſalutarem Eccleſiæ poteſtatem.* An ſalutaris illa eſt in po-

tentia Romana? Fovet ſcelus, hæreſin, idololatriam, atheiſmum: quæque his eſſent avertucandis, peſſum omnia ruunt. *Unus loqui* poſſit, conſultiùs ſileret: *unus pro Eccleſia vigilet*, tutiùs quieſceret turbo laborioſus. Tranquillius ne erat regnum Romuli, quo nulli erant Pontifices, regno Numæ Pompilii, quo creabantur, indicat ipſa Chriſtiano Orbi gentilitas. Utinam Pontifex non conniveret, ſed ad ſalutem eſſet ſeverus. *Orbem cogitat*, ut ſeipſum: *mare* ſubſternit, ut bene ſentientes mergat. *Eccleſiam cogitat*, ut in ea, ceu navi tremula, præcipitem det, quicunque meliora docet. *Clavum regit*, & male navigant, qui vehuntur. Tales ſunt, quales *natura* faſcinationum aut errorum *fortuna* facit. Non optimus eſt, qui clavum regit: arte optimus vitâ peſſimus eſſe poteſt. Optimus ſit ei, cui mentiri licet: non primus eſt, non ſolus eſt. Sibi tribuit poteſtatem domini, ut pater ſit, poteſtatem patris, ut dominus fiat: fiat ejus, qui ſe ignorat obnoxium. Principem ſibi non ſubjicit, ſed mores Principis extremos, ut quod in jurisdictione etiam temporali eſt extremum, ſibi vindicet. Principem modò genitum & dimidiata verba tentantem alterius, qui bonis moribus informet, curæ committimus: jam adultæ ætatis virum regimini ſuo relinquimus. Præceptor ſit, quem eligant Patres: non ſit Dictator perpetuus, quem eligere cogantur, quemque minores majorem revereantur. Adhæc aliquid in Principem poſſe non eſt nota Superioritatis, ſed mandati ab eo, qui non agnoſcit ſuperiorem, proficiſcentis. *Chriſtianum eſſe Principem, eſſe Catholicum, eſſe ſcepro ſuum*, ſi ſciat, quis Chriſti in terris vices gerat. Ultro largimur, ſi ſciat Chriſti in terris vices gerere ejus eſſe Evangelium, Pietatis doctrinam, integram agendorum fidem. Via ſalutis non ſint ſtatuæ illæ Mercuriales, quæ lucro intendunt, ſed ſit Æternitas, à qua decidit, qui juxta faſtigium affectat.

PATRIAM poteſtatem ſolvit titulus inferior Sacerdotii vel Clericatûs, *c. per venerabilem. in pr. X. qui fil. ſint legit. c. voluntate. §. ult. X. d. ſentent. excomm. gl. in c. indecorum. X. d. ætat. & qual.*

Patriciatûs dignitas filium à patria poteſtate liberat, *§. 4. J. quib. mod. jus patr. pot. ſolv.* Sic Epiſcopalis dignitas, *auth. ſed Epiſcopalis. C. d. Epiſc. & Cler.*

Præfertur jus Canonicum, quia patria poteſtas, quæ eſt juris Civilis, *l. 3. ff. de his, qui ſui vel al. jur ſunt* & his modis, quibus relictâ ſtatione vitæ Civilis Deo ſervimus, juxtim non conſiſtunt. Quod igitur vult Emericus à Rosbach in *theſaur. rec. differ. jur. Civ. & Can. libr. 1. tit. 2. num. 2.* hoc intelligi debere quoad ſpiritualia, non item quoad temporalia, patrimonialia & profectitia, eſt nullum, quia hæc veniunt in ſpiritualium acceſſionem.

PATRIA poteſtas ſolvitur poſt adultam ætatem, ita ut non impediat, quin filius vel filia ſacra ſuſcipiant officia, *c. puella. 20. q. 2.* Vid. Emericum à Rosbach in *theſaur. rec. differ. jur. Civ. & Can. libr. 1. tit. 2. num. 4. 5.*

Non poteſt filius, qui eſt in poteſtate patris, ullo modo compellere eum, ne ſit in poteſtate, ſive naturalis ſit, ſive adoptivus, *l. 31. ff. d. adoption.*

Nulla eſt differentia. Nam quod jus Canonicum dicit, etiam jus Civile per *auth. ingreſſi. C. d. SS. Eccleſ.* in qua ingreſſi monaſteria ſe ſuaque dedicant Deo. Nec obſt. *l. 31.* in qua liberum coercetur arbitrium, quo filii præſumerent ſibi patere modos, quibus pro lubitu à patriæ poteſtatis nexu ſe liberarent. 2. Non tam liberi in cauſa religionis compellunt parentes, quàm ipſa compellit religio, quam liberi ingrediuntur. 3. Si non compelleret religio, compelleret decus ejus, qui religioni præeſt, quia indecorum eſt, ut hi debeant Eccleſias regere, qui non noverunt gubernare ſeipſos, *c. indecorum. 3. X. d. æt. qual. & ord. præf.* Ideoque quanquam pater in eo gravaretur, quod filium è ſua manu ratione dignitatis, quâ fulget, emittat; in alio tamen relevatur,

quod

Digitized by Google

quòd interim fruatur gratiâ, quam ex honore filii accipit, Vid. Myſing. ad §. 4. *J. quib. mod. p. p. ſolv. num. 4.* Non obſt. *c. per venerabilem. 13. X. qui fil. ſint legit.* in quo tum demum quis eximitur à patria poteſtate, quòd ad apicem epiſcopalis dignitatis ſit ſublatus. Reſpond. ibi proponi ſpeciem ejus generis, quod liberat à patria poteſtate, quod genus obſervatur etiam in *auth ſed epiſcopalis. C. d. epiſc. & Cler.* Excipiuntur ſoli illi, de quibus in *auth. presbyteros. C. eod.* in quibus tamen etiam diſtinguitur cauſa temporalis à ſpirituali, Menoch. *d. recup. poſſ. remed. 15. num. 319.* Manz. *ad d. §. 4. num. 3.* Incidenter hic monendum, me non aſſequi gloſſam *Inſt. d. patr. pot. in verb. Romanorum.* quam allegat Decius ad *l. ult. C. und. lib. num. 4.* quod in Gallia filii non dicantur eſſe in poteſtate, & quòd filii Gallorum teſtari poſſint, etiam in bonis adventitiis, quia non ſint in poteſtate. Credit Decius *d. loc.* quod dictum illius gloſſæ non ſervetur, & quòd in Gallia habeatur ratio patriæ poteſtatis.

PATRONATÛS jus eſt, quod quis Clericus ſive Laicus habet in Eccleſia, quam ædificavit, vel dotavit, vel fundavit, *c. nobis. 25. X. d. jure patron. c. piæ memoria. 16. & ibi gl. 16. q. 7. c. filius. 3. 16. q. 7. c. 18. q. 2.* conſiſtit autem potisſimùm in jure præſentandi inſtituendum ad beneficium vacans, *gl. 1. can. piæ mentis. 16. q. 7. c. 1. §. ædificatori. q. 5. c. quicunque. §. fin. c. decernimus. c. monaſterium. verſ. liceatq; c. illud. §. fin. 16. quaſt. 7.*

Nulla eſt differentia in eo caſu, cujus verba initialia equidem conſentiunt, res tamen, ſuper qua utrumque Jus definit, intellectu diſcrepat. Si tamen, ut in *N. 57. c. 2. N. 123. c. 18.* juris patronatûs veſtigia quæreret jus Civile, in hoc eſſet differentia, quòd jus Civile ei, qui Oratorium ædificaverit, aut miniſtrantibus Eccleſiæ alimenta annua conſtituerit, non quidem ordinare, ſed præſentare Clericos poſſit, qui ante ab Epiſcopo, quos dignos repererit, ordinati fuerint.

Jus patronatûs conſequebantur Patroni propter libertatem, rem ineſtimabilem, Libertis per emancipationem legitimam (cum antea ſervi erant) conceſſam. Erat autem jus ſuccedendi in bona libertorum, quod mirè variatum, prout videre eſt apud Sithmannum ad *tit. ff. d. jur. patronat.*

PATRONATÛS jus fundatione ipſo jure, etiamſi patronus illud ſibi non reſervarit, modò illud non remiſerit, acquiritur, *c. nobis. ibi.* ex eo jus patronatûs acquirit. *X. d. jur. patron.*

Ungebaur ad *tit. Decretal. d. jur. patron. num. 12. & ſeq.* præfert jus Canonicum, cui non obſtent allegata juris Civilis loca, nam quoad *l. 43.* non hic verſamur in dubio. Quoad *l. 16.* & 24 in quibus jura vigilantibus, & non dormientibus ſubveniunt, illæ malè accommodantur ad patronum, pro quo ipſa jura vigilarunt.

Per Patronum reſervari debet, *l. ſunt perſonæ. 43. d. relig. & ſumpt. fun. l. non enim. 16. Ex quib. cauſ. major. 25. in integr. reſt. l. pupillus. 24. Quæ in fraud. cred. fact. ſunt, ut reſt.*

PATRONUS Clericus ſi eligat vel præſentet indignum, eſt ipſo Jure privatus, vel ſaltem

Hanc differentiam obſervat Emericus à Rosbach in *theſaur. recept. differ. Juris Civ. & Can. libr. 1. tit. 1. n. 8.* verùm re

Patronus Laicus licet præſentet indignum, tamen ſuo jure ſeu poteſtate præſentandi non

privandus, *c. cum vos. X. d. offic. Jud. ord.*

meliùs exploratâ eſt nulla, quia jus Patronatûs, quod jus Canonicum agnoſcit, juri Civili eſt ignotum. 2. Etiamſi idem intelligeretur jus Patronatûs, hanc differentiam non faciunt jus Civile & Canonicum, ſed duntaxat Canonicum. 3. Non æquè peccat Laicus præſentans, ac Clericus. 4. magis excuſatur Laicus, quàm Clericus, quia Laico Patrono quatuor tantùm menſes ad præſentandum à vacationis tempore conceduntur & indulgentur, *c. cum propter. X. d. jur. patron.* Collegio verò ſive Clericis ſex menſes, *c. nulla X. d. conceſſ. prabend.* Unde fit illa compenſatio, quod tradit Emericus à Rosbach *d. loc. num. 9.* ut quia Laici gravantur in tempore, releventur in alio: & quod Clerici puniantur eligendo vel præſentando, quod in tempore majori honorentur. 5. Magis excuſatur Laicus, quia Clericos magis eſſe diſcretos, juraque ſcire decet, quàm Laicos, gloſſ. in *d. c. cum vos. in verb. minus idoneæ.*

eſt privatus, nec privandus.

Pauperes omnes alendi ſunt, *c. 8. diſt. 47. c. 2. diſt. 42. c. 1. diſt. 82. c. 14. diſt. 86.* unde bona Eccleſiæ paſſim in veteribus canonibus dicuntur patrimonia pauperum, *can. indigne. cauſ. 12. q. 2. can. quia juxta. cauſ. 16. quæſt. 1.* Præſertim autem pauperes alendi ſunt in Eccleſia Romana, in qua clamor pauperum eſt frequens, quòd ob nimiam feſtorum numeroſitatem quotidiani victûs laboribus vacare non poſſint; & quòd hujus numeroſitatis præſcriptæ neceſſitas eos in hanc neceſſitatem cogat. Vel ideo clamor pauperum eſt frequens, quia, ut uſurpem in Eccleſiæ Rom. mancipatos illud Sever. Sulpitii *hiſt. ſacr. libr. 1. p. 36.* tanta hoc tempore animos eorum habendi cupido

Præmittendum illud Commentatorū commune, Exceptionem firmare regulam in caſibus non exceptis. Regula juris Canonici reſpicit alendi neceſſitatem: eorum qui aluntur, merita: in iis, qui alere nolunt, avaritiæ abominationem. Alendi neceſſitas conſiſtit in *d. c. 14.* in quo non ſatis eſt bene velle, ſed etiam eſt bene faciendum. Nec ſatis eſt iterum benefacere, niſi id ex bono fonte, i. e. bonâ voluntate proficiſcatur. Eorum, qui aluntur, merita in *eod. c.* conſiſtunt, in quo perfectiſſima liberalitas fide, causâ, loco, tempore commendatur. Primum eſt operis circa domeſticos fides. Grandis culpa, ſi ſciente te fidelis egeat: ſi ſcias eum ſine ſumptu eſſe, fame laborare, ærumnam perpeti: qui præſertim egere erubeſcat, ſi in cauſam ceciderit aut captivitatis ſuorum, aut calumniæ & non adjuves: ſi ſit in carcere, & pœnis & ſuppliciis propter debitum aliquod juſtus excrucietur (nam etſi omnibus debetur miſericordia, juſto tamen ampliùs) ſi tempore afflictionis ſuæ nihil à te impetret: ſi tempore periculi, quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat, quàm vita morituri, non eſt leve peccatum. Adhæc eorum, qui aluntur, merita in dubio ſunt credenda. Huc ſpectat *d. c.* in quo, ſi quis pro nutrimento poſtulet, nihil examines. Inquire, quomodo Abraham hoſpitalem ſe erga omnes exercebat. Si ſcrutator fuiſſet circa refugientes ad ſe, nunquam Angelos hoſpitio recepiſſet. Fortaſſis enim non putans eos Angelos eſſe cum reliquis & hos repuliſſet: ſed quoniam omnes recipiebat, ſuſcepit & Angelos. Denique jus Canonicum in iis, qui alere nolunt, abominatur avaritiam. Sicut ii, verba ſunt *d. c. 8.* qui per inſaniam mente tranſlati ſunt, non jam res ipſas, ſed paſſionis ſuæ phantaſias vident; ita etiam mens avari ſemel vinculis cupiditatis adſtricta ſemper aurum, ſemper argentum videt, ſemper reditus computat, gratius aurum intuetur, quàm ſolem: ipſa ejus ora-

Non omnes ſunt alendi, *l. un. C. d. mendicant. valid. libr. 11.*

veluti tabes inceſſit: inhiant poſſesſiōibus, prædia excolunt, auro incubant, emunt venduntq́;, quæſtui per omnia ſtudent.

tio & ſupplicatio ad Dominum aurum quærit. *Poſt pauca.* Sed ais, quid injuſtum eſt, ſi cum aliena non invadam, propria diligentiùs ſervo? O impudens dictum! Propria dicis? quæ? ex quibus reconditis in hunc mundum detuliſti? Quando in hanc ingreſſus es lucem, quando de ventre matris exiſti, quibus quæſo facultatibus, quibusque ſubſidiis ſtipatus ingreſſus? Proprium nemo dicet, quod eſt commune: quod plus quàm ſufficeret ſumptum, etiam violenter obtentum eſt. Nunquid iniquus eſt Deus, ut nobis non æqualiter diſtribuat vitæ ſubſidia? ut tu quidem eſſes affluens & abundans, aliis vero deeſſet & egerent? An idcirco magis quia & tibi voluit benignitatis ſuæ experimenta conferre, & alium per virtutem patientiæ coronare? Tu vero ſuſceptis Dei muneribus, etſi in ſinum tuum redactis, nihil te putas agere iniquum, ſi tam multorum vitæ ſubſidia ſolus obtineas? Quis enim tam injuſtus, tam avidus, tam avarus, quam qui multorum alimenta ſuum non uſum, ſed abundantiam & delicias facit? Neque enim minus eſt criminis habenti tollere, quàm cum poſſis & abundes, indigentibus denegare. Eſurientium panis eſt, quem tu detines: nudorum indumentum eſt, quod tu recludis, & miſerorum redemptio eſt & abſolutio pecunia, quam tu in terram defodis. Tot te ergo ſcias invadere bona, quod poſſis præſtare, quæ velis. Hæc quoad *Jus Canonicum.* *Jus Civile* non tollit alendi neceſſitatem in iis, in quibus eſt alendi neceſſitas, præſertim ſi ſint pauperes, quos *l.49.§.4.C.d.Epiſc. & Cler.* deſcribit, quique & inopiâ tenti ſunt, & in xenone repoſiti, & ſuis corporibus laborantes neceſſarium victum ſibi non poſſunt afferre. De infantibus expoſitis videamus cum diſcipulo meo in *diſp.d.aliment. th.35.* cujusnam ſumptibus illi ipſi alendi ſint; Et quidem infantes à tertio patre ignorante vel invito expoſitos quod attinet, eos ſi repetere velit pater, impenſas in alimentationem & inſtructionem eorum factas reſtituere cogitur, *l.1.C.d.infant.expoſ.* Quod ſi ipſe pater filium expoſuerit, alimenta ab eo non repetentur, unico tamen caſu excepto, ſi ſcilicet pater impediat aut prohibeat, ne filia expoſita nubat filio ſuſceptoris, *l.patrem.16.C.d.nupt.* Quod ad infantes expoſitos, quorum parentes ignorantur, quos Galli vocant *Enfans trouvez*, illi in publicis hoſpitalibus ſeu Brephotrophiis, quorum fit mentio in *rubric.C.d.Epiſc.& Cler. l.19.& 22. C.d.SS.Eccleſ.* aluntur; cujusmodi loca plurima Lutetiæ conſtituta ſunt, teſte Gothofr. in *not.ad d.rubr lit.q.* Quod ſi talia non extent, ſolent communitates locorum eos nutricibus publicâ impensâ nutriendos dare, Surd. *d.aliment.tit.1.q.81. num.2.* Sunt & alii, de quibus modò, in quibus alendi ſubeſt neceſſitas. Sic facilè reſpondebitur ad locum juris Civilis petitum è *l un.C.d.mendic.val.libr.11.* ſi conjungatur cum tit. immediatè præcedenti *d.ann.civil.* in quarum locum ſucceſſerunt panes, ut Lipſius in elect. ſuis & Perez. ad *d.tit.num.1.* docent, qui civiles vocabantur (an iidem, de quibus in *l.ult.§.ult.C.d.jur.dot.*) ad differentiam palatinorum, qui palatio petebantur, dabanturque quibusdam Scholaribus, *l.ult.C.d.tit.d.ann.civil.* Hacpropter Perezius ad *d.l.un.num.1.2 3.* mendicantium duplex inducit genus: quidam enim ſunt validi & robuſti, alii debiles & miſeri. Validi mendicantes ſunt, qui omni infirmitate corporis carentes malunt mendicare oſtiatim, quàm honeſto labore paupertatem repellere. Debiles, qui debilitate & vitio corporis aut ſenectute impediti laborare non poſſunt, nec neceſſarium victum quærere, *l.59.§. ubi autem.C.d Epiſc. & Cler.* Atque in hos pauperes divitum liberalitas exercenda eſt. Quamobrem Valentinianus annonam popularem mendicantibus invalidis dari jubet, non robuſtis, & qui validis ſunt lacertis. Ideo cunctorum mendicantium integritatem corporum & robur animorum explorari voluit, atque inertibus validis pœnam irrogari, ut ſi ſervilis conditionis ſint, ejus dominio mancipentur, qui eos detulerit, ſalvâ manente actione dominis eorum adversùs corrumpentes eos, & ad mendicitatem inducentes: ſi autem liberi fuerint, eorum perpetuo colonatu fulciatur, quisquis hujusmodi lentitudinem prodiderit ac probaverit. Idem Perezius *num.pen.ad d.l.un.* alios ait validos mendicantes,

dicantes, Viros religioſos, qui relictis patrimoniis in uſus pauperum ſeu alios pios voluntariam mendicitatem religionis causâ profitentur, ut ſic liberiùs Dei miniſterio inſerviant, & ſuæ ſaluti inſudent. Vocantur mendicantes à divitiarum & rerum ſecularium contemptu, quem deſignat tonſuræ ſymbolum, *c.duo ſunt genera.12.q.1.* Rectè omnino in felicem horum mendicantium propagationem: ſed meliùs definiſſes validos mendicantes, ut definiſti mendicantes non religioſos *num.4.* eſſe eos, qui, ut gloſſa habet, apponunt herbam i.e. cataplaſma aliquod, quo vel religioſarum ventres vel eorum membra tumeſcant. Vel validi mendicantes ſunt otioſi illi errones, qui ut abdomen paſcant & laborem ſubterfugiant, ignavæ religionis profeſſioni ſe mancipant. Vel denique validi mendicantes ſunt, qui propitium intaminatæ famæ calculum venati omnia præpoſtera recta ſimulant: ſe vulnerant, ut alios necent: ſibi pugnant, ut alios expugnent: mendicitatem fingunt, ut ad mendicitatem adigant: ſuo tandem ingenio perverſi, reditibus ſecularium infeſti, in viduarum domos violenti, quam ſibi vindictam parant, eam meritiſſimo patientur. Audiant illud Nicolai Boerii *deciſ.69.num.2.* iis temporibus, quibus Clerici tot & tanta temporalia, nec non jurisdictionalia poſſidere cœperunt, vocem à Cœlo auditam fuiſſe dicentem, *Hodie ſeminatum eſt in Eccleſia Dei venenum aſſiduum.* Audiant & hoc, quod clamat apud Beſoldum *diſſert.d.Majeſt.ſect.2.c.7.th.3.* penuria pauperum, clamant nudi, clamant famelici, conqueruntur & dicunt: Noſtrum eſt, quod effunditis: nobis crudeliter ſubtrahitur, quod inaniter expenditis: noſtris neceſſitatibus detrahitur, quicquid accedit vanitatibus veſtris. Vide philobiblion Richardi de Buri, Epiſcopi Dunelmenſis, Eduardi III. Anglorum Regis, Cancellarii, è quo applicari poteſt, quòd in promiſcuo Clericorum grege quædam ſit multitudo plurimis oneroſa, quæ ad prædicationis officium tantò improbiùs ſe ingerit, quantò minùs ea, quæ loquitur, intelligit in contemptum ſermonis Domini & in perniciem animarum. Sanè qui doctis & indoctis pari paſſu culturam agri Dominici committunt, contra legem in bove & aſino arant. Hoc eſt eunuchis ſapientiæ nuptias procurare: præcipere ut cæci ſpeculatores ſuper Eccleſiæ muros circumeant. Hoc denique eſt affectare calamitatem, ut alienæ calamitatis onus fiat turpis affectatio. *Hic nonnemo interroget*, Num ex eo principio, quòd pauperes omnes alendi ſint, hoc ſequatur, quod habet Georgius Chriſtophorus Waltherus in *tract.juridico-polit.d.ſtat jur.& privil.Doctor.omn.facult.c.24.§.183.* Doctorem præter ſuam profeſſionem, quæ hoc tempore calamitoſiſſimo arida & ſatis inculta eſſe ſolet, ſiquidem nunc, die Kunſt nach brot gehen muſs/ Lather.*d cenſib. libr.1.c.14.num.14.* citra præjudicium ſtatûs Doctoralis, terræ culturæ incumbere, fructus agrorum percipere, armentaque alere poſſe? Reſpondet Waltherus, In negantem ſententiam facere illa, quæ extant in *l.colonos.19.C.d.agric. & cenſ.libr.11.* ubi agricolæ ab omni malitiæ gradu, quantumvis infimo, arcentur propter publicam honeſtatem, ubi rationem reddit Lucas de Penna, quia aſſuetus vomeri & ligoni ſordidus factus putatur: τὸ γὰρ γεωργεῖν ἔργον ἐστὶν οἰκετῶν: Agricolatio enim opus eſt ſervile, Menander apud Stobæum *c.55.* Sed reſponderi poteſt ad *l.Colonos.* illam non ſimpliciter de agricolis, & rem ruſticam facientibus intelligi debere, ſed de colonis adſcriptitiis, qui ſi ad honores aut militiam aſſumerentur, fieret præjudicium dominis: *ibi: quia hac in parte dominorum juri conſulimus:* qui verò per ſe & per alios tela in uſum vomeris ligoniſque convertunt, etiam Doctores vel Nobiles, ii nullum præjudicium ſibi creant, quum Patriarchæ, Reges & Principes & olim & hodie hoc modo victitarint & victitent, Tiraq. *d.Nobilit.c.32.n.5.6.7.8.* Subjicit Waltherus, Certè hoc ævo noſtro, ubi amœniſſimi fructus ſtudiorum planè ceciderunt in maris profundiſſimum, honeſto & nobili loco natis vix panis ſupereſſet, niſi agrorum culturâ ſibi de eo proſpicerent, & fructibus terræ ad præſcriptum Dei Domini noſtri cum ſudore provehendis operam darent. Ego in eruditionis prærogativam aliquid addam, quamvis & ſine quæſtione hac adjectâ conſtare potuiſſet, quatenus pauperes alendi ſint, nam aliud eſt eſſe pauperem, aliud reliquam eſſe ſubuculam, quâ venali ab extremo paupertatis quis ſe redimat. Videntur mihi hæc non juxtim conſiſtere, terræ & animorum culturæ incumbere:

cumbere: hominem doctrinâ, armenta pabulo alere: agricultura ſit honeſta, non cuivis, non viro literato. Si Doctor veſte habituque ruſticum imitaretur, ruſticum crederimus. Si vomeri & ligoni aſſuefieret, eadem manu, quâ libros evolvit, ſordes contraheret: in aliis libertatem aſſerat, ſeipſum ſervitute definiret: doceat in quem uſum tela ſint convertenda, cum uſum ſequioris fortunæ hominibus commendaret. Quòd amœniſſimi fructus ſtudiorum planè ceciderint in maris profundiſſimum, ſi omnes interrogarentur, exigua pars ita reſponderent. Nemini adhuc indictum eſt exilium, nemo proſcriptus, qui præclaræ mentis argumenta palam fecerit. Fortè queruntur, qui cum juſta accipiant, plura ſibi deberi arbitrantur. Serò [illegible] deplorant, qui pectora potiùs fervere factionibus, quàm meritorum titulo amant, & dum teſſeris numiſque ludunt, poculis ac epulis certant, choreis & tripudiis ſe miſcent, nugamentis denique deformem ignaviam fallunt, alios in ſua commoda officioſos ſomniant. Næ miſerrimos reputem illos, qui, tantùm ut ſuffarcinati publicà miſericordiâ incedant, ex omni angulo, ſive idonei ſint, ſive non, prorepunt: ſtudio infelices ſint, muneris felicitatem coactis ſuffragiis emendicare ſolent. Aliqui, de quibus in differentia, in qua *Docendi licentiam qui habent. &c.* ſeveriori lege fuerint coërciti, quibus paupertas erat contubernalis, hanc adverſæ ſortis pertinaciam plerique non patiuntur: patientiam ſimulant, quibus ea neceſſaria non eſt. Non eſſe nihil, ſed non eſſe omnia paupertatem falsò exiſtimant. Utinam, Utinam veniens ævum tam cordatos gignat rei literariæ Servatores! tam inconcuſſos elegantiarum Fautores! tantos celebritatis Academicæ Nutritios! Eſſent ſemper, qui, quæ alienâ funguntur manu, magnanimi averruncarent.

PECCATUM omne reputatur infame, *c. celebritatem. 22. d. conſecrat. diſt.3.*

Nulla eſt differentia, quia in *d. can.* tantùm hoc quæritur, An, qui infidelitatis notâ aſperguntur, infames efficiantur. Deinde ipſe *can.* agnoſcit, aliam eſſe rationem cauſarum ſecularium, aliam divinarum.

Infamiam non irrogant niſi ea crimina, quæ nominatim recenſentur in *tit. ff. de his, qui not. inf. l.7. ff. d. publ. jud.*

PERDUELLIONIS pœna in liberos ſtatuta illis non irroganda venit, qui ante contractum hoc crimen paternum nati fuerunt, *can. non imputantur. cauſ.1. q.4.* è quo conſtat, quòd ea parentum peccata, quæ poſt ipſorum nativitatem à parentibus committuntur, filiis imputari non debeant. Vid. Covarruviam *libr. var. reſol. 2. c.8. num.5.*

Præferendum eſſe jus Civile ſuadet ratio, ob quam crimen hoc paternum etiam vindicatur in liberis: quę locum habet non minùs in liberis ante deſignatum flagitium natis, quàm in liberis poſtea editis. Nam cur ex crimine perduellionis etiam liberi puniantur, ratio duplex reddi ſolet; Una, quòd etiam in filiis paterni, hoc eſt, hæreditarii criminis exempla metuuntur: quæ ratio expreſſa eſt in *d.l.5.§.1.* Altera ratio hæc eſt, quò charitas liberorum parentes ipſi Reip. amiciores reddat, & liberorum hæc calamitas parentes ab iſto nefando ſcelere inprimis deterreat, Ant. Contius ad *d.l.5.* At quis obſecro non animadvertit, quòd utraque pœna in

In *l.5. C. ad L. Jul. majeſt.* generaliter & indiſtinctè liberis reorum perduellionis decernitur pœna infamiæ & à ſucceſſione excluſionis: nec ullum inibi extat verbulum, ex quo colligi poſſit diſtinctio iſta inter filios ante crimen à patre contractum natos & filios poſtea natos. Ubi autem lex non diſtinguit, ibi nec noſtrum eſt diſtinguere, *l.8. ff. d. Public. in rem act.*

Digitized by Google

liberis ante delictum natis æquè obtineat. At ubi par eademque ratio eſt, ibi eandem juris diſpoſitionem eſſe oportet. Non obſt. *c. non imputantur.* qui non diſtinguit inter delicta ante vel poſt nativitatem commiſſa, ſed de delictis ante nativitatem commiſſis non dubitat: de delictis poſt nativitatem commiſſis quærit. 2. non aliter potuit quærere canon, niſi in caſu, quo natus fuerit filius. 3. non agit de crimine læſæ majeſtatis, ſed de pœna cujusvis criminis ordinaria, quæ eſt in *can. jam itaque. ejuſ. quaſi.* Anima, quæ peccaverit, ipſa morietur. 4. etiamſi ageret de crimine læſæ majeſtatis, non ejus proponit pœnam temporalem, ſed ſpiritualem. Quibus rationibus etiam ſit juris Civilis aſſertum juris Canonici, & quomodo ad eas reſpondeatur, vid. Hunnium ad *Treutl. vol. 2. diſp. 32. th. 1. q. 11.*

PERDUELLIS liberi ob delictum paternum non rectè puniuntur, *c. 4. diſt. 56.* in quo Chryſoſtomus, Nunquam de vitiis erubeſcamus parentum, ſed unum illud quæramus & amplectamur, virtutem videlicet. Hujusmodi enim, etiamſi alienigenam quis habeat matrem, etiamſi fornicatione pollutam, vel quolibet ejusmodi dedecore ſordidatam; nihil tamen de ejus aut utilitate fuſcabitur, aut crimine polluetur. Quòd ſi fornicatorem ipſum ad meliora converſum nequaquam prior vita commaculat, multò magis ex meretrice natus, & adultera, ſi propriâ virtute decoretur, parentum ſuorum non dedecoratur opprobriis. *Item.* Non eſt omnino nec de virtute, nec de vitio parentum aut laudandus

Qui obſervari volunt jus Civile, ſe fundant partim in ſacris literis; verùm quæ ſacra ſunt, ſi intellectum eorum non plenè aſſequimur, ſecuriùs non tangimus. Partim ſe fundant in more, qui in regno quoque Macedoniæ fuerit receptus, ut propinqui ac liberi eorum, qui Regi eſſent inſidiati, unà cum parentibus necarentur, ut teſtis eſt locupletiſſimus Q. Curtius, rerum geſtarum Alexandri M. ſcriptor graviſſimus, Quin & Titus Livius refert apud plerasque Græciæ civitates in uſu fuiſſe & obſervantia, ut ex tyrannis nati aut cum patribus necarentur, aut in exilium mitterentur perpetuum. Et Ammianus Marcellinus *libr.* 28. ſcribit, Martocuprenos, peſſimos graſſatores ſub Valentiniano oppreſſos interiiſſe ad unum omnes, eorumque ſobolem parvam, ne ad parentum exempla ſuccreſceret, pari ſorte deletam eſſe; imò & in Rep. Romana olim ſub Conſulibus eandem viguiſſe conſuetudinem exemplum Spurii Caſſii teſtatū facit. Hic enim cum ob crimen perduellionis de Saxo Tarpeio fuiſſet pręcipitatus, atq; de liberis quoque ejus interficiendis ageretur, vix tandem Senatûs interventu furori populi fuerunt erepti. Exempla interfecti Seiani vid. apud Svetonium in Tiberio. Tacitum 5. *annal.* Cleandri apud Lampridium in *Commodo* Peſcennii Nigri apud *Spartianum & Herodianum libr* 4. Albini apud Capitolinum, de quibus Bachov. ad *Treutl. in d. diſp. 32. d. th. 1. lit. k.* Verùm huic ſeveritati obloquitur ipſum jus Civile. Sic enim Pomponius in *l. 38. ff. d. R. J.* Ex delicto defuncti heredem teneri non debere. Subſcribit Paulus in *l. 20. ff. d. pœn.* Si pœna alicui irrogatur, receptum eſt commentitio jure, ne ad heredes tranſeat. Idem Calliſtratus in *l. 26. eod. tit.* Crimen vel pœna paterna

Rectè puniuntur, *l. quisquis. 5. C. ad L. Jul. majeſt.* cui accedit Ciceronis teſtimonium, è quo vetus ac multarum gentium fuit inſtitutum, ut parentum noxia innoxios premeret liberos, atque ob crimen paternum ſupplicium ſuſtinerent liberi.

aliquis,

aliquis, aut culpandus: nemo inde verè aut obſcurus aut clarus eſt.

nullam maculam filio infligere poteſt. Namque unusquisque ex ſuo admiſſo ſorti ſubjicitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur. Quin & Arcadius & Honorius Imperatores in *l. 22. C. eod.* his clarè adſtipulantur, dum in hæc verba reſcribunt: Sancimus ibi eſſe pœnam, ubi & noxia eſt. propinquos, natos, familiares procul à calumnia ſubmovemus, quos reos ſceleris ſocietas non facit. Nec enim affinitas vel amicitia nefarium crimen admittunt: peccata igitur ſuos teneant authores, nec ulteriùs progrediatur metus, quam reperitur delictum. Hinc argumenta, quæ in contrarium moventur, Hunnio ad Treutl. *vol. 2. diſp. 32. th. 1. q. 21.* non ejus ſunt momenti, ut quenquam à priori ſententia dimovere queant. Ad teſtimonium Ciceronis & pravam multarum gentium conſuetudinem reſpondetur, Nullam præſcriptionem contra bonos mores, contra æquitatem ac juſtitiam naturalem currere poſſe: nec quicquam valere conſuetudinem, quæ irrationabilis. Demonſtratum vero plus ſatis eſt conſuetudinem iſtam puniendi liberos propter delicta parentum eſſe irrationabilem, æquitati & humanitati è diametro contrariam. Idem planè & ad *d. l. quisquis. 5.* reſponderi poſſet, quam præſtantiſſimi JurisConſulti non ſine cauſa duram & inhumanam appellant, ut quæ odium contineat planè irrationabile. Proinde non usque adeò ridiculus habendus eſt, ut malè Albericus Gentilis putat, Budæus, qui in annotationibus ad *tit. D. ad L. Jul. majeſt.* exiſtimat Impp. Arcadium & Honorium, quorum eſt *d. l. 5.* pœnitentià ductos promulgaſſe ſanctiſſimam illam conſtitutionem in *d. l. ſancimus. 22. C. d. pœn.* Quanquam autem hæc ita ſint, attamen cum *d. l. 5.* remiſſà pœnâ capitali non niſi infamiæ & paupertatis pœnam irroget liberis, poterit quodammodo iſta conſtitutio, habità præſertim ratione ſtatus tolerari: cum & non pauci jus ſucceſſionis & legitimæ & teſtamentariæ ad jus Civile referant: & infamia quoque ex levibus ſæpe cauſis irrogatur: cum & Princeps non immeritò honores poſſit negare iis, quorum parens peſſimè de ipſo meritus fuit. Hæc poſteriora *d. loc.* addit Bachovius. Sed enim arduum eſt infamiæ & paupertatis pœnam irrogare iis, quibus nulla eſt irroganda. 2. ratione ſtatûs aliquid toleretur, ſed citra læſionem ejus, qui prior non læſit. 3. jus ſucceſſionis ad jus Civile referatur, non ſucceſſionis debitum. 4. infamia ex levibus ſæpe cauſis irrogetur, non ex cauſis infamiâ levioribus. 5. aliud eſt infamiam irrogare, quod eſt ex neceſſitate delicti: aliud eſt honorem negare, qui etiam non infamibus negari poteſt.

PERDUELLIS nepotes puniuntur, *c. ſtatutum. d. hæretic. in 6.* ubi nepotes hæreticorum ab Eccleſiaſticis & publicis officiis arcentur. Accedit textus in *c. felicis. §. quòd ſi quis prædictorum. d. pœn. in 6.* quo in loco non tantùm filii, ſed etiam nepotes rei majeſtatis ita infamiâ dicuntur notati, ut nulla eis, nec quidem ex diſpenſatione, janua dignitatis vel honoris Ec-

Sententiam juris Civilis laudant & amplectuntur Henricus Bocerus in *tract. d. crim. læſ. majeſt. c. 3. num. 68.* Joh. Harpprechtus in tract. crim. ad §. 3. *I. d. publ. jud. num. 40.* Ant. Gomezius *tom. 3. c. 2. num. 15.* Nec obſt. *d. c. ſtatutum.* ad quod reſpondet Bocerus *d. loc.* hic nos agere de ſuccedendi jure in hæreditatem propinquorum & extraneorum: item de pœna infamiæ, non etiam de beneficiis Eccleſiaſticis, aliisque officiis. Deinde cum in eo *cap.* nominatim de nepotibus hæreticorum agatur, non rectè extendi ait ad nepotes reorum læſæ majeſtatis humanæ, cum hæreſis majus ſit maleficium, quàm majeſtatis humanæ crimen, *l. 4. §. in mortem. auth. Gazaros. C. d.*

Nominatim & expreſsè *l. quisquis. 5. C. ad L. Juliam majeſtat.* de filiis eſt concepta, non etiam de nepotibus. Eodemque facit, quòd nepotes propriè non veniant appellatione filiorum, *§. quòd ſi nepotes. verſ. ceterùm. I. qui teſtam. tut. dar. poſſ.*

liberis ante delictum natis æquè obtineat. At ubi par eademque ratio eſt, ibi eandem juris diſpoſitionem eſſe oportet. Non obſt. *c. non imputantur.* qui non diſtinguit inter delicta ante vel poſt nativitatem commiſſa, ſed de delictis ante nativitatem commiſſis non dubitat: de delictis poſt nativitatem commiſſis quærit. 2. non aliter potuit quærere canon, niſi in caſu, quo natus fuerit filius. 3. non agit de crimine læſæ majeſtatis, ſed de pœna cujusvis criminis ordinaria, quæ eſt in *can. jam itaque. ejuſ. quaſi.* Anima, quæ peccaverit, ipſa morietur. 4. etiamſi ageret de crimine læſæ majeſtatis, non ejus proponit pœnam temporalem, ſed ſpiritualem. Quibus rationibus etiam ſit juris Civilis aſſertum juris Canonici, & quomodo ad eas reſpondeatur, vid. Hunnium ad *Trentl. vol. 2. diſp. 32. th. 1. q. 11.*

PERDUELLIS liberi ob delictum paternum non rectè puniuntur, *c. 4. diſt. 56.* in quo Chryſoſtomus, Nunquam de vitiis erubeſcamus parentum, ſed unum illud quæramus & amplectamur, virtutem videlicet. Hujusmodi enim, etiamſi alienigenam quis habeat matrem, etiamſi fornicatione pollutam, vel quolibet ejusmodi dedecore ſordidatam; nihil tamen de ejus aut utilitate fuſcabitur, aut crimine polluetur. Quòd ſi fornicatorem ipſum ad meliora converſum nequaquam prior vita commaculat, multò magis ex meretrice natus, & adultera, ſi propriâ virtute decoretur, parentum ſuorum non dedecoratur opprobriis. *Item.* Non eſt omnino nec de virtute, nec de vitio parentum aut laudandus

Qui obſervari volunt jus Civile, ſe fundant partim in ſacris literis; verùm quæ ſacra ſunt, ſi intellectum eorum non plenè aſſequimur, ſecuriùs non tangimus. Partim ſe fundant in more, qui in regno quoque Macedoniæ fuerit receptus, ut propinqui ac liberi eorum, qui Regi eſſent inſidiati, unà cum parentibus necarentur, ut teſtis eſt locupletiſſimus Q. Curtius, rerum geſtarum Alexandri M. ſcriptor graviſſimus. Quin & Titus Livius refert apud pleraſque Græciæ civitates in uſu fuiſſe & obſervantia, ut ex tyrannis nati aut cum patribus necarentur, aut in exilium mitterentur perpetuum. Et Ammianus Marcellinus *libr. 28.* ſcribit, Martocuprenos, peſſimos graſſatores ſub Valentiniano oppreſſos interiiſſe ad unum omnes, eorumque ſobolem parvam, ne ad parentum exempla ſuccreſceret, pari ſorte deletam eſſe; imò & in Rep. Romana olim ſub Conſulibus eandem viguiſſe conſuetudinem exemplum Spurii Caſſii teſtatũ facit. Hic enim cum ob crimen perduellionis de Saxo Tarpeio fuiſſet pręcipitatus, atq; de liberis quoque ejus interficiendis ageretur, vix tandem Senatûs interventu furori populi fuerunt erepti. Exempla interfecti Seiani vid. apud Svetonium in Tiberio. Tacitum *5. annal.* Cleandri apud Lampridium in *Commodo* Peſcennii Nigri apud *Spartianum & Herodianum libr 4.* Albini apud Capitolinum, de quibus Bachov. ad *Trentl. in d. diſp. 32. d. th. 1. lit. k.* Verùm huic ſeveritati obloquitur ipſum jus Civile. Sic enim Pomponius in *l. 38. ff. d. R. J.* Ex delicto defuncti heredem teneri non debere. Subſcribit Paulus in *l. 20. ff. d. pœn.* Si pœna alicui irrogatur, receptum eſt commentitio jure, ne ad heredes tranſeat. Idem Calliſtratus in *l. 26. eod. tit.* Crimen vel pœna paterna

Rectè puniuntur, *l. quisquis. 5. C. ad L. Jul. majeſt.* cui accedit Ciceronis teſtimonium, è quo vetus ac multarum gentium fuit inſtitutum, ut parentum noxia innoxios premeret liberos, atque ob crimen paternum ſupplicium ſuſtinerent liberi.

aliquis, aut culpandus: nemo inde verè aut obſcurus aut clarus eſt.

nullam maculam filio infligere poteſt. Namque unusquisque ex ſuo admiſſo ſorti ſubjicitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur. Quin & Arcadius & Honorius Imperatores in *l. 22. C. eod.* his clarè adſtipulantur, dum in hæc verba reſcribunt: Sancimus ibi eſſe pœnam, ubi & noxia eſt: propinquos, natos, familiares procul à calumnia ſubmovemus, quos reos ſceleris ſocietas non facit. Nec enim affinitas vel amicitia nefarium crimen admittunt: peccata igitur ſuos teneant authores, nec ulteriùs progrediatur metus, quam reperitur delictum. Hinc argumenta, quæ in contrarium moventur, Hunnio ad Treutl. *vol. 2. diſp. 32. th. 1. q. 21.* non ejus ſunt momenti, ut quenquam à priori ſententia dimovere queant. Ad teſtimonium Ciceronis & pravam multarum gentium conſuetudinem reſpondetur, Nullam præſcriptionem contra bonos mores, contra æquitatem ac juſtitiam naturalem currere poſſe: nec quicquam valere conſuetudinem, quæ irrationabilis. Demonſtratum vero plus ſatis eſt conſuetudinem iſtam puniendi liberos propter delicta parentum eſſe irrationabilem, æquitati & humanitati è diametro contrariam. Idem planè & ad *d. l. quisquis. 5.* reſponderi poſſet, quam præſtantiſſimi JurisConſulti non ſine cauſa duram & inhumanam appellant, ut quæ odium contineat planè irrationabile. Proinde non usque adeò ridiculus habendus eſt, ut malè Albericus Gentilis putat, Budæus, qui in annotationibus ad *tit. D. ad L. Jul. majeſt.* exiſtimat Impp. Arcadium & Honorium, quorum eſt *d. l. 5.* pœnitentiâ ductos promulgaſſe ſanctiſſimam illam conſtitutionem in *d. l. ſancimus. 22. C. d. pœn.* Quanquam autem hæc ita ſint, attamen cum *d. l. 5.* remiſsâ pœnâ capitali non niſi infamiæ & paupertatis pœnam irroget liberis, poterit quodammodo iſta conſtitutio, habitâ præſertim ratione ſtatus tolerari: cum & non pauci jus ſucceſſionis & legitimæ & teſtamentariæ ad jus Civile referant: & infamia quoque ex levibus ſæpe cauſis irrogatur: cum & Princeps non immeritò honores poſſit negare iis, quorum parens peſſimè de ipſo meritus fuit. Hæc poſteriora *d. loc.* addit Bachovius. Sed enim arduum eſt infamiæ & paupertatis pœnam irrogare iis, quibus nulla eſt irroganda. 2. ratione ſtatûs aliquid toleretur, ſed citra læſionem ejus, qui prior non læſit. 3. jus ſucceſſionis ad jus Civile referatur, non ſucceſſionis debitum. 4. infamia ex levibus ſæpe cauſis irrogetur, non ex cauſis infamiâ levioribus. 5. aliud eſt infamiam irrogare, quod eſt ex neceſſitate delicti: aliud eſt honorem negare, qui etiam non infamibus negari poteſt.

PERDUELLIS nepotes puniuntur, *c. ſtatutum. d. hæretic. in 6.* ubi nepotes hæreticorum ab Eccleſiaſticis & publicis officiis arcentur. Accedit textus in *c. felicis. §. quòd ſi quis prædictorum. d. pœn. in 6.* quo in loco non tantùm filii, ſed etiam nepotes rei majeſtatis ita infamiâ dicuntur notati, ut nulla eis, nec quidem ex diſpenſatione, janua dignitatis vel honoris Ec-

Sententiam juris Civilis laudant & amplectuntur Henricus Bocerus in *tract. d. crim. læſ. majeſt. c. 3. num. 68.* Joh. Harpprechtus in tract. crim. ad §. 3. *I. d. publ. jud. num. 40.* Ant. Gomezius *tom. 3. c. 2. num. 15.* Nec obſt. *d. c. ſtatutum.* ad quod reſpondet Bocerus *d. loc.* hic nos agere de ſuccedendi jure in hæreditatem propinquorum & extraneorum: item de pœna infamiæ, non etiam de beneficiis Eccleſiaſticis, aliisque officiis. Deinde cum in eo *cap.* nominatim de nepotibus hæreticorum agatur, non rectè extendi ait ad nepotes reorum læſæ majeſtatis humanæ, cum hæreſis majus ſit maleficium, quàm majeſtatis humanæ crimen, *l. 4. §. in mortem. auth. Gazaros. C. d.*

Nominatim & expreſsè *l. quisquis. 5. C. ad L. Juliam majeſtat.* de filiis eſt concepta, non etiam de nepotibus. Eodemque facit, quòd nepotes propriè non veniant appellatione filiorum, *§. quòd ſi nepotes. verſ. ceterùm. I. qui teſtam. tut. dar. poſſ.*

Digitized by Google

cleſiaſtici vel mundani pateat, eisque poſtulandi non competat facultas, & aſſertio ſive teſtimonium eorum in judiciis nihil fidei, nihil credulitatis contra quenquam inveniat.

hæretic. & Manich. Non o. *c. felicis.* in quo non tractatur de omni majeſtatis reo, ſed de eo ſolum, qui perduellionis crimen in perſona Cardinalis Eccleſiæ Romanæ commiſit. Cum igitur ſpecialis ſit illa ſanctio, & pœnam graviſſimam contineat, non debet produci ad conſequentiam, nec ad quoavis perduellionis aut læſæ majeſtatis crimen extendi. Non obſt. *l. 84. d. V. S.* è qua ſententiam juris Civilis ipſum jus Civile evertere videtur, nam dicit appellatione filiorum nepotes quoque & pronepotes venire. Hoc quippe verùm eſt in diſpoſitione legis, i.e. legis diſpoſitio non repugnat, quin appellatione filiorum nepotes & pronepotes venire queant: non ſemper in diſpoſitione Legislatoris, quæ ad certas perſonas ſe adſtringere poteſt, & non ſemper plures ſubintelligit. 2. Filiorum appellatione nepotes & pronepotes veniunt in materia indifferenti: non in materia differenti. 3. Filiorum appellatione nepotes & pronepotes veniunt in iis caſibus, in quibus favor perſonarum diſponit: non autem in iis caſibus, in quibus odium perſonarum extenſionem non admittit.

PERJURII pœna eſt ab ordine depoſitio, textus & ibi Dd. in *c. cum non ab homine. d. judic.* Panormit. in *c. tua. d. jurejur.* quinimo & perjurus beneficio Eccleſiaſtico eſt privandus per ſententiam: non tamen ipſo jure eſt privatus, in *c. querelam. d. tit. d. jurejur.* Covarruvias *tom. 1. relect. can. quamvis. d. pact. in 6. part. 1. §. 7. num. 3.*

Jurisjurandi contempta religio ſatis Deum ultorem habet, *leg. 2. C. d. R. C.*

Nulla eſt differentia, quia etiam jure Civili perjurium pœnam meretur, *l. 41. C. d. tranſact. l. 17. C. d. dignit. libr. 12.* Nec o. *d. l. 2.* Nam etſi Cæſarea conſtitutio dixerit jurisjurandi contemptam religionem ſatis habere ultorem ipſum Deum: id tamen vel obtinet, ubi nulla ex perjurio fit injuria proximo: ut Accurſius & Dd. ibi exiſtimant: vel non convincit, non poſſe à principe laico perjuria puniri in hoc ſeculo præter divinam Dei punitionem: quemadmodum & plura delicta in rep. puniuntur, quæ tantùm pertinent ad offenſam divinæ majeſtatis: quod ſatis eſt manifeſtum. Aut ſanè Imperator, ut rationem redderet, cur perjuria non puniantur graviſſimè, præmiſit hoc crimen maximam ultionem à Deo expectare, quamvis ab hominibus non ita ſeverè fuerit punitum, Covarr. *d. loc. num. 2.* Breviter reſponderi poteſt *d. l. 2.* loqui vel de perjurio ſpontaneo, vel quodam calore effuſo, vel de eo perjurio, quod non innotuerit: vel perjuria, ut omnia delicta, ſatis Deum ultorem habent, ſed non ſolum habent, Vid. Frantzkium *ad tit. ff. d. jurejur. num.* 168. Et ſi crederemus eſſe perjuria, quæ Deum ultorem non habeant, non aliam agnoſceremus divinitatem, quàm Zelandus ille apud Eraſmum in *colloq. d. naufrag.* qui pollicebatur Chriſtophoro, qui eſt Lutetiæ in ſummo templo mons veriùs quàm ſtatua, cereum tantum, quantus eſſet ipſe. Hæc quum vociferans, quantum poterat, identidem inculcaret, qui fortè proximus aſſidebat illi notus, cubito tetigit eum, ac ſubmonuit: Vide quid pollicearis, etiamſi rerum omnium tuarum auctionem facias, non fueris ſolvendo. Tum ille voce jam preſſiore, ne videlicet exaudiret Chriſtophorus, Tace, inquit, fatue, an credis me ex animi ſententia loqui? ſi ſemel contigero terram, non daturus ſum illi candelam ſebaceam. Denique reſponderi poteſt, interdum pœnam divinam prævertere humanam. Vid. Gilbertum Cognatum Nozorenum in *ſylv. narrat. mag.* de perjurio per duos dæmones Rutlingæ punito.

PERJU-

PERJURIUM & perfidia non diſtinguuntur, quia perfidia eſt ſimplicis loquelæ; perjurium eſt jurantis: inter ſimplicem loquelam autem & perjurium non diſtinguitur, *c.juramenti.22.q.5.*

Etiam jus Canonicum agnoſcit utriusq; diſtinctionem, & in eo major eſt metus perjurii, quàm perfidię. Vid. differentiam, in qua *Juramentum omne eſt ſervandum.* Ad *c. juramenti* reſpondet Harpprechtus in differentia *Jurare non eſt neceſſarium.* Adhæc, quod habet Plautus *in Querulo.* pejerat ſæpe, qui tacet: tantum eſt enim verum tacere, quantum & falſum dicere: ita ut & in hoc perjurium & ſimplex loquela ſecernantur. Fatendum tamen facilitatem mentiendi proximum eſſe ad perjurii gradum. Sic Cicero *pro Q. Roſcio Comœdo* interrogat, Quid intereſt inter perjurum & mendacem? Qui mentiri ſolet, pejerare conſuevit. Fatendum & hoc Canoniſtas in ipſa perfidia fidem ſimulare. Campanella *libr.1.d. Monarch.c.27.* de Caroli V. facto erga Lutherum verba faciens, inquit, Rectè quidem Luthero fidem ſervavit in ipſis Comitiis, at poſt in domuitione illum eundem opprimere debuiſſet. Quemadmodum Scioppium, monſtrum hominis, & quod de Tiberio olim, lutum ſanguine maceratum, introducat Hoornbeck, vid. eum in *diſp. ad Bullam Innocentii X.* §.17. Vide & differentiam, in qua *Hæreticis fides data non eſt ſervanda.* In ipſa perfidia fidem ſimulavit Alexander VI. juxta quem fides omnibus danda, nulli ſervanda eſt.

Diſtinguuntur, *l.1. C. Si adverſ. vend.* in qua perfidia allegatur minoris, qui non tantùm cavit ſe controverſiam non eſſe facturum, ſed etiam juramento corporaliter præſtito (ſervare ſe emptionem) confirmavit, & reſpondet Imp. non eſſe locum in integrum reſtitutioni, ne Imperator & perfidiæ & perjurii fiat author.

PERJURUS eſt infamis, *c.infames.6.q.1.* Vid. Rittershuſ. *libr.d.diff. jur. Civ. & Can.5.c.19.* & differentiam, in qua *Peccatum omne reputatur &c.*

Nulla eſt differentia, Nam perjurium punitur pœnâ infamiæ, ſi promiſſorium ſit, atq; in juramento promiſſorio contigerit: ſecus verò ſi fuerit aſſertorium, Covarr. *d.loc.n.5.*

Licet quis perjurus tacitè vel expreſsè ſit habitus, non ſequitur tamen, quòd ſit infamis, *gloſſ. in l.21. ff. qui not. inf. lit.O.*

PESTIS non eſt juſtus metus, quia Sacerdos peſte graſſante poteſt ungere infirmum, Antonius in *Diana Panormitani, rubr. Sacramentum extremæ unctionis. num.193.*

Hæc quæſtio non eſt enodanda in relatione ad eos, ſine quibus peſte laborantes non eâ animi tranquillitate moriuntur: non etiam in relatione ad eos, quos inanis timor non excuſaret; ſed in relatione ad jus, Num alterutro jure acceſſus ad eos, qui peſte ſunt infecti, prohibeatur? & reſpondetur, nec prohiberi jure Civili, *arg.l.8.C.d.teſtament.* quamvis oſtendat Jac. Gothofred. in diſſert ad *h.l.8.* eam de peſte non agere. Et ſtultitia eſt eorum, qui diſtinguunt inter teſtes teſtatorem videntes ac audientes: an peſtis magna ac vehemens ſit; nam non ſunt rationis naturalis ea, quibus iræ divinæ flagella immittuntur. Ipſi Pontificii, dum ſacramentum extremæ unctionis etiam iis, qui peſte laborant, largiuntur, quàm in devia abruptaque magis ac magis, haud aliter atque falſo lumine oſtenſo trahantur, abripiantur, ſubmergantur, ipſi ſunt teſtes. Sic enim Antoninus *d. loc.* Sacerdos peſte graſſante poteſt ungere infirmum virgâ oblongâ oleo tinctâ, quam poſtea

Peſtis eſt juſtus metus, quia metus eſt præſentis vel futuri periculi causâ mentis trepidatio, *l. 1. ff. quod.met.cauſ.*

comburet. Imò omiſſo crucis ſigno poteſt unam tantùm partem magis expoſitam inungere, additâ verborum formulâ. Sed meliùs eſt velociſſimè unum ex ſingulis membris inungere, unicâ ſententiâ omnium partialium formularum ſententias complectente. Quæ circa peſtem moveantur aliæ controverſiæ, *Num cuſtodes tempore peſtis portis adpoſiti & deſtinati ab ingreſſu loci poſſint arcere quoscunque? Num communitas teneatur domino ad precium bonorum, tempore peſtis, pro expurganda domo infectâ, à magiſtro ſanitatis, combuſtorum? Num Chriſtianus poſſit fugere peſtem? Num aliquem derelinquens peſte infectum ſucceſſione ſit privandus? Num vicinorum commercio jure abſtineatur, ſi iidem peſte affliguntur*, vid. Speckhan *cent.1.q.11.12.* Goldaſtum Reichshandlung *tom.1.fol.243.* ubi eo nomine de Sabaudo conqueruntur Generates. Rauchbar. 2.*quaſt*.20. Beſoldum *libr. polit.* 2. *c*.4. *num*.43. Ex eodem Beſoldo referre lubet, quod in vita Pauli Fagii, Viri æquè pii ac doctiſſimi habetur. Quum peſtis, ut in aliis multis locis, ita Iſinæ quoque graſſari cœpiſſet, quantam Fagius cum animi magnitudinem, tum charitatem ſolicitudinemque oſtenderit, nullo modo nobis videtur prætereundum. Primùm cum ſciret cives, præſertim locupletiores, ſi quando lues iſta ſæviiſſet, oppidum relinquere, & alia in loca, in quibus ſalubrior aër eſſet, ſeſe conferre conſueviſſe; nullâ ratione pauperum & ægrotantium habitâ. Deinde cum illud etiam civitatis inſtitutum non ignoraret, ut ſi qua in familia peſtis aliquem infeciſſet, reliqua tota familia per integrum menſem domo egredi prohiberetur: ſui officii eſſe judicavit, de utroque homines admonere, & ex verbo Dei docere & convincere; utrumque non modò à pietate Chriſtiana, verùm etiam à communi humanitate remotiſſimum eſſe. Et ut erat in dicendo copioſus & vehemens, facile multorum animos in ſuam ſententiam adduxit, ut plerique Cives aut manerent, & divinæ ſe ſuosque providentiæ committerent; aut ſi qui diſcedebant, ita diſcederent, ut gratiſſimam ſui memoriam relinquerent: dum non ſolùm ante abitum ſuum eleemoſynas liberaliter dediſſent; ſed etiam poſtquam abiiſſent, non deſiſtebant pauperum meminiſſe, ipſius cohortationibus commoti & eleemoſynas mittere. Effecit etiam, ut longè tolerabiliore conditione ii eſſent, quos Dominus viſitaverat, quàm antea fuerant. Etſi enim nondum Senatus illud interdictum, quo vetabantur exire, quorum in familia quiſpiam peſte correptus fuiſſet, penitus ſublatum erat, tamen eâ prudentiâ & pietate Senatus fuit, ut homines idoneos ſumptu publico conſtitueret, iisque mandaret, ut omnibus laborantibus, qui ipſorum operâ uti vellent, adeſſent, eorumque diligentiſſimam curam gererent. Ipſe autem Fagius intrepidus omnes adire laborantes; dies noctesque omnibus adeſſe: ut planè divino miraculo in tam ſæva lue omnium teſtimonio conſervatus fuiſſe non dubitaretur.

PIGNORATITIAM actionem directâ etiam adversùs tertium poſſeſſorem ex æquitate dari receptum eſt, *c. cum conſtet. X. d. pignor.*

Datur adversùs creditorem, quicum eſt contractum, & qui pignus poſſidet, *l. fidejuſſor. 32. verſ. creditor. d. pignor. act.* aut ejus hæredem, Weſenb. in *paratitl. ad d. tit. num.* 7.

Vera eſt aſſertio juris Civilis. Nam quod Bachovius ad Weſenbecium in *paratitl. ad tit. d. pign. act. lit. q.* notat, hæc eſt nota certiſſima actionum in perſonâ, quòd ſemper dentur adversùs eundem ſcl. debitorem vel ejus hæredem. Non obſt. quod detur adversùs creditorem, quia poſſidet. Reſpond. dari quidem adversùs creditorem poſſeſſorem, ſed non quà poſſeſſorem, verùm quà obligatum ex contractu, §. *ult. I. quib. mod. re contr. oblig.* arg. *l. 25. d. O. & A.* Ideoque idem eſt, ſi non poſſideat; nec enim poſſeſſio ex ſe in actione hac perſonali in conſiderationem venire poteſt, cum poſſeſſio non ex contractu oriatur, ſed jure pignoris; & illud ſaltem inſpiciatur hic, an creditor fuerit ad reſtituendum obligatus. Non obſt. *c. cum conſtet.* aut quod ſubſtituunt *c. cum contra. X. d. pignor* ubi dicitur, ſi quis creditâ pecuniâ pignus accepit, & ipſe vel hæredes ejus illud alteri obligarunt, perceptis tot fructibus, ut ſortem exæquent, debitori competere actionem

contra tertium, cui poſteriori loco res erat oppignorata, & teneri Judicem debitorem primum mittere in poſſeſſionem. Hæc licet veriſſima ſint, nondum eſt deciſum, quæ inde oriatur actio. Nonnulli putant eſſe pignoratitiam directam, ſecundum quos ſubſiſteret hæc differentia; alii in rem ſcriptam: quidam actionem dativam, ſci. implorationem officii Judicis, quod potius eſt ut dicamus. Nam pignoratitiam eſſe in rem ſcriptam nullibi habetur. Vid. differentiam, in qua *Actio etiam perſonalis datur adverſus tertium.*

PIGNUS conſiſtit etiam in re ſacra & religioſa, *c.1.X.d.pignor.*

Nulla eſt differentia, quia *cap.* ſupponit neceſſitatem, quæ juri Civili eſt communis: deinde jus Canonicum non conſtituere poſſet in re religioſa pignus, quippe in ea re, cujus inutilis foret alienatio, Vid. differentiam, in qua *Sepulturæ tum in templis.* Deniq; *cap.* ne rei religioſæ quidem mentionem inducit.

Pignus non conſiſtit in re ſacra. Vid. differentias tres, in quibus ſacræ res ſiunt & quatenus alienari poſſunt. Non etiam conſiſtit in re religioſa, *l.3.C. quæ res pign. obl. poſſ. vel non.*

PIGNUS eſt contractus, *c. illo vos.4.X.d.pignor.* in quo eſt verus & abſolutus contractus, vel recipit conditionem.

In differentiæ hujus conciliationem facit Bachovius *libr.d.pignor.* *1.c.2.* ubi miratur Hunnium & alios, qui cum in genere de pignoribus diſputent, tamen pignus definiunt per contractum, & ita in *tit.d.pignor.* accipi id verbum ſcribunt, evidenti errore: cum ita definitio longè anguſtior fiat definito, & contractus pignoratitius diverſiſſimus ſit à pignore ſumpto in genere, de quo *libr.XX.ff.tit.1.* tractatur. Et omnino pignus ſumptum in genere debet definiri aut per *rem*, aut per *jus*, loco generis poſitum: ut dicatur quòd ſit *res* in ſecuritatem debiti obligata: aut *jus*, quod pro ſecuritate debiti creditori in re eſt conſtitutum. Et tantùm abeſt ut pignus in genere poſſit definiri contractus, ut pignus omnino propriè loquendo contractus non ſit, ſed ille ſit cauſa efficiens pignoris, & juris nimirum, quod creditor conſequitur. Et rectiùs dicitur contractus pignoratitius: quemadmodum & contractus feudalis & emphyteuticus: ipſa enim emphyteuſis & ipſum feudum, ſi loqui propriè velimus, non ſunt contractus. Non obſta *d. c. illo vos.4.* ad cujus reſolutionem ſufficerent vel differentia, in qua *Pignus ſolà conventione &c.* vel differentia, in qua *Sponſalia ſunt contractus.* ita ut pignus non ſit contractus, ſed locutione metonymicà contractum contineat. Vel pignus non eſt contractus, ſed contractus eſt pignoris, ita ut in contractum veniat pignus, a quo vocetur contractus pignoratitius: contractus quidem à genere: pignoratitius non à genere, ſed ab objecto. Vel in *d. c.* non quæritur de contractu pignoris, ſed de pacto contractui adjecto, quod non tam ineſt pignori, quam contractui pignoratitio.

Pignus appellatum à pugno, quia res, quæ pignori dantur, manu traduntur, *l.238.§.2.ff.d.V.S.* Res autem, quæ pignori dantur, & contractus, in quem illæ res veniunt, opponuntur.

PIGNUS etiam eſt rei immobilis, *cap.cum. Bertholdus.18.X.d.ſent.& re judic.*

Nulla hæc eſt differentia, ſed pignus accipitur quandoq; in genere & aliquando in ſpecie, Illo modo pro quacunque re in ſecuritatem debiti obligata, aut pro jure in quacunque re conſtituto: Quo pertinet illud Martialis adverſùs Theleſinum,

Pignus appellatum eſt à pugno, quia res, quæ pignori dantur, manu traduntur. Unde etiam videri poteſt verum eſſe, quòd quidam putant, pignus propriè rei mobi-

cum

Cum rogo te nummos ſine pignore, non habeo, inquis:
Idem cum pro me ſpondet agellus, habes.
Quod mihi non credis veteri, Theleſine, ſodali,
Credis colliculis arboribusque meis.

hoc modo pro re, quæ vel cujus poſſeſſio translata eſt in creditorem, Bachov. *d pign. & hypoth. libr.* 1. *c.* 1. Vid. *l.* 15. § 2. *ff. ſi quis caution. in jud. ſiſt. cauſ. f. non obt.* Oſtermannum in *colleg. Colon. vol.* 2 *diſp.* 1. *th.* 5. Huc ſpectant illa Connani *libr. comm. jur. Civ* 4. *c.* 14. *num.* 1. juxta quem origo pignoris in rebus mobilibus conſiſtit, nec ultra progreditur: quia eæ ſolæ capi poſſunt, & de manu (quod aiunt) in manum tradi. Quod ſcilicet primis illis temporibus, quibus lingua Latina cœpit, præter res mobiles ſuas nemo ferè quicquam pignerari ſolebat, quòd non multo ſe ære alieno obruebant: poſtquam autem auctæ ſunt opes, & crevit primò libidinum, cupiditatumque omnium, & inde ſumptuum inſania, nullus fuit æris alieni modus, ut neceſſe fuerit non modò mobilibus rebus, ſed etiam prædiis cavere creditori: itaque manſit quidem pignoris nomen, à rerum mobilium traditione ortum, ſed uſus ejus etiam ad immobilia & fundos usque pervaſit. Sic codicis & libri nomina, ſi reddantur originibus ſuis (inquit Agricola) neutrum hodie congruet ei, quod ſignificat, quorum alterum à caudicibus, h. e. tabulis ductum eſt, alterum arboris ſignificat corticem, quòd iis primùm materiis rudis vetuſtas ad inſcribendas literas uteretur.

lis conſtitui, *l.* 238. *§. pen. ff. d. V. S.*

PIGNUS in homine libero non conſtituitur, etſi res defuerint, quæ poſſint pro debito addici, *c. Lator. X. d. pignor.*

Nulla eſt differentia, nam quod jus Civ. ſtatuit, non diffitetur *d. cap. lator.* Ob æs alienū non ſervire liberos creditoribus. Nec obſtant allegatæ leges, quæ continent caſum ſpecialem, ut excitetur ad facilitatem captivorum redemptor, ne officium ſuum ei ſit damnoſum, *l.* 7. *ff. teſtam. quemadm. ap. l.* 1. *ff. d. contr. tut. & util. act. l.* 29. *ff. ex quib. cauſ. major.* Sic caſus ſpecialis eſt in *l.* 6. *ff. d. pignor.* quanquam enim mancipia pignori obligentur, excipiuntur tamen illa mancipia, quæ quis in eo uſu habebit, ut certum ſit eum pignori daturum non fuiſſe.

Conſtituitur, *l.* 20. *§.* 1. *ff. qui teſtam. fac. poſſ. vel. non, l.* 2. *& ult. C. d. poſtlim. rev.*

PIGNUS non conſiſtit in re aliena, quia pactum legis commiſſoriæ in pignore juramento confirmari poteſt, *c. ſignificante.* 7. *X. d. pignor.* non autem confirmari poſſet, ſi in re aliena conſiſteret.

Nulla eſt differentia, quia hoc intelligi poteſt, quod l. habet, in ſenſu comparato, ſicut emptio venditio non præjudicat vero domino; ita nec pignoratio: Hunc ſenſum comparatum ſpernit Bachovius *diſp. d. action* 3. *th.* 36. quippe de quo nec anus dubitaret. De pluribus anus non dubitaret informata, ſuper iisdem tamen non informata interrogat. Deinde l. intelligi poteſt de oppignoratione in genere, non de oppignoratione certi objecti. 3. intelligi poteſt quoad translationem rei, quòd utrinque ſit rei, quæ utroque caſu revocari poteſt. 4. intelligi poteſt oppoſitivè ad eas res, quæ commercio noſtro ſunt exemptæ.

Conſiſtit in re aliena, quia quod emptionem venditionem recipit, etiam pignorationem recipere poteſt, *l.* 9. *in §. ff. d. pignor. & hyp.*

PIGNUS non transfert poſſeſſionem, *c. cum aliquibus.* 6. *X. d. ſent. & re judic.* in quo cum aliqui-

Adeò vera eſt aſſertio juris Civilis, quâ pignus transfert poſſeſſionem, ut indignabundus apud Donel-

Pignus transfert poſſeſſionem, *l.* 22. §. 1. *d. noxal. act. l.* 35. *in §. l.* 40. *in pr. d. pign. act.*

bus

ſbus eſt adjudicata poſſeſſio, non ſufficit eis dari pignora, niſi corporali poſſeſſione lætentur.

lum *libr. comm. jur. Civ. 5. c. 6.* contrariam legerim ſententiam. Non obſtat *d. c. cum aliquibus.* quod juxta gloſſam intelligi poteſt duobus modis. Primò quòd loquatur in pignore prætorio, puta quòd Prætor vel Judex propter contumaciam rei ponit verbotenus actorem in poſſeſſionem rei petitæ in actione reali, vel aliorum bonorum ipſius rei in actione perſonali. Et intellectus literæ eſt, quòd ad cauſandum pignus prætorium ad hoc, ut miſſus poſſideat, non ſufficit juſſus Judicis, ſed requiritur, ut actualiter mittatur in poſſeſſionem. Secundò poteſt intelligi, cum poſſeſſio aliqua vel proprietas alicujus rei, ſeu res aliqua adjudicatur actori jure dominii, & reus pro executione vult dare aliquod pignus, & non ipſam rem, ſaltem in hoc præſenti caſu non ſufficit.

PIGNUS pro dote recuperanda mulier habet tacitum in bonis mariti, *c. ex literis. inf. X. d. pignor.*

Mulier præfertur etiam expreſſam habentibus, *l. 2. C. d. privil. fiſc. l. 29. 30. C. d. jur. dot. l. aſſiduis. ult. C. qui potior. in pign. vel hypoth. hab:*

Bachovius *libr. d. pignor. & hypoth. 4. c. 12.* ait ante Juſtinianum tantùm privilegiũ inter chirographarios creditores habuiſſe uxorem, ut ipſe atteſtatur Juſtinianus in *d. l. aſſiduis.* quâ demum dedit etiam hypothecæ conceſſę in *l. un. C. d. R. V. A.* prælationem: quod & repetitur in *Nov. 97.* Rationes, quibus motus fuit Juſtinianus, proponit in *d. l. ult.* Sed ſunt illæ ſanè ineptæ, & quibus nihil non uxoribus defendere poſſis; ſed nos hic non, quibus rationibus motus fuerit Juſtinianus, ſed quid diſpoſuerit, quærimus. Nemo dubitat, quin per *d. l. ult.* jus prælationis datum ſit uxori contra creditores anteriores: ſed controvertitur, An beneficio illius privilegii omnibus omnino prioribus, an quibusdam tantùm præferatur. Communis & in praxi recepta opinio ſtatuit eam tantùm præferri his, qui priorem tacitam habent, non his, qui expreſſam. Et ſanè ſatis ita indulgetur uxori, quæ jure veteri nec hypothecam quidem habuit: & non debemus favere mulieribus cum injuria alterius. Itaque cum Interpretes cogerentur admittere jus prælationis; reſtrinxerunt ita eam ſententiam, ut præferretur hypothecis tacitis mulier, non item expreſſis. Hæc & plura Bachovius, è quibus majoris momenti ſunt hæc, Equidem dura hæc & abſurda ſententia eſſe videtur, ut factum creditoris mei, cui ego fortè cœlibi pecuniam vendidi, mihi noceat, & uxor, quam ille fortè longo poſt tempore duxit, mihi præferatur. Quæ Bachovii perſuadent, ut præferam jus Canonicum, cujus aſſertores demiror non prolixius jus præ jure Civili mulieribus indulſiſſe, & interrogaſſe illud Juſtinianeum in *d. l. ult.* Quis earum (ſcl. mulierum) non miſereatur propter obſequia, quæ maritis præſtant, propter partûs periculum, & ipſam liberorum procreationem, pro quibus multa inventa ſunt privilegia, cum tamen in *d. c. ex literis. 5. X. d. pignor.* mulieribus favor multus in recuperandis dotibus debeatur Hoc tamen quod de communi & in praxi recepta opinione ſtatuit Bachovius, non usquequaque eſt receptum. Teſtis eſt Oſtermannus in *colleg. Colon. vol. 2. diſp. 1. th. 93.* Duos iſtos Cameralium Deciſionum Obſervatores ſtrenuos, Gailium & Mynſingerum, de contrariis teſtari, & quidem de negativa Gail. *2. obſ. 25. n. 10.* de affirmativa verò Mynſinger. *4. obſ. 13.* Supereſt ut inquiramus in loca è jure Civili allegata, an omnia conſentiant cum *d. l. ult.* Fruſtra adducitur ex mente Bachovii *l. 2. C. d. privil. fiſc.* nam eo jure mulier non habebat hypothecam, niſi de ea expreſſè ſibi caviſſet: quo poſito, ſicut & alius privatus, & ipſa fiſco ex tempore præferebatur. Cum autem & ipſi alterius ſententiæ authores mulierem anterioribus hypothecis, & adeo fiſco præferri ſtatuant, neceſſariò ſequitur jus, quod in *d. l. 2.* proponitur, hodie eſſe ſublatum. Ut mirer hic Cujacium & alios nugari & ſe torquere, quomodo ſe à regula *d. l. 2.* quâ mulier & fiſcus pari paſſu ambulare dicuntur, expediant; & diſtinguere, an mulier cum fiſco tantùm, an cum fiſco & privato concurrat. Et tamen quòd mulier fiſco præferatur, videtur

Digitized by Google

tantùm pertinere, ſi fiſcus ex contractu debitum petat, & quod tributa attinet, videri fiſcum habere hypothecam cum privilegio. Quin ex ſingulari cauſa fiſcus videtur præferendus uxori, nimirum ex cauſa primipilari. Centurioni primipili cauſa curandæ annonæ incumbebat, ut notat Cujacius in *l.3.C.d.cobort.Princip.&c.* qua in re plurimum poſitum erat: Itaque ſi ex hac cauſa centurio primipili quid debebat, fiſcus mulieri, licet expreſsè de hypotheca pacta eſſet, præferebatur, *l.3.C.d.primipil. l.4.C.in in quib.cauſ.pign.tac.contrah.* & ipſa bona uxoris dotalia fiſco ex hac cauſa obnoxia erant, *d.l.4.* quin ex hac cauſa liberi tenentur, licet abſtinuiſſent, *l.ult.C.d.tit.d.primip.* Itaque cum ſanctio Juſtiniani in *d.l.aſſiduis.* ſit exorbitans, poſſit defendi, hodieque ex hac cauſa fiſcum uxori præferri, ſiquidem & ille prælertus, qui in militiam emendam credidit, *Nov.97.c.4.* Quoad *l.29.30.C.d.jur.dot.* ex mente Bachovii ineptè adducuntur, cum & eo jure omnino necdum tacitam hypothecam haberent mulieres. Verum Bachovius non tam reſpondet eo jure, quod in his duabus legibus, quàm eo jure, quod non proponitur, licet inde colligatur. Igitur reſpondendum. 1. in *l.29.* proponi caſum, quo conſtante matrimonio, ſi maritus vergat ad inopiam, repetitur dos. 2. quatenus mulier ſibi proſpicere poſſit, resque ſibi ſuppoſitas pro dote & ante nuptias donatione, rebusque extra dotem conſtitutis tenere. 3. Lex diſtinguit inter creditores poſteriores ſeu eos, qui non potiora jura habent, & inter eos, qui poſteriora jura habent. In *l.30.* non agitur de rebus mariti, an in iis uxor omnibus, etiam anteriorem hypothecam habentibus, præferatur, ſed agitur de ipſis rebus dotalibus, quòd in his vindicandis mulier poſt diſſolutum matrimonium omnem prærogativam habeat. Quoad *l.aſſiduis.* fatemur cum Bachovio mentem hanc fuiſſe Juſtiniani, ut vellet mulierem præferri omnibus creditoribus, etiam expreſſam priorem habentibus, nam ex ipſa ſanctione plusquàm perſpicuum eſt, ubi in *princ.* Juſtinianus mulierum cauſam prolixè agit, & miſeratur quaſi, ut nec poſſit dubitari, quin quàm prolixiſſimè voluerit mulieribus eſſe conſultum, & favere earum petitionibus & querelis, quarum meminit. Nec quiſquam dixerit, conqueſtas tantùm mulieres de creditoribus tacitam habentibus: quibus nec conſuluiſſet ſatis, ſi adversùs hos tantùm privilegium dediſſet: quoniam ſæpius imminet uxoribus periculum ab his, qui expreſſam anteriorem habent hypothecam, quàm qui nec niſi tacitam: ſiquidem pauciores ſunt & rariores hypothecæ tacitæ, & minus ſæpe contingit, ut mulier cum his concurrat. Quinimo facilè aliàs iſtud privilegium mulieribus conceſſum poſſet eludi, ſi fiſcus & alii, quibus hypotheca tacita data eſt, expreſſim de hypotheca paciſcantur; nemo enim id prohibere poſſit. Et profectò hi Juſtinianum pene faciunt fungum, qui ſanctionem, quæ indefinitè & generaliter loquitur, ad eum modum reſtringunt. Maneamus ergo in noſtra confeſſione, dicentes, non curaſſe Tribonianum aut Juſtinianum, quicquid obſtare poſſit. Voluit uxoriis imperiis ſerviens nihil non pro uxoribus & fœminis ſtatuere, ut ex tota ejus legislatione apparet paſſim. Opportuna hinc erit admonitio, quâ non tam quæritur de jure prælationis, ſecundùm quod juri Canonico adſtipulamur, quàm an illud prælationis jus, quòd depromunt è jure Juſtinianeo, menti Juſtinianeæ ſit conveniens. Deinde ſtudioſus non tantùm innitatur communi inſtantiæ, quâ diſpoſitio hominis tollit diſpoſitionem legis, nam diſpoſitio legis vel eſt tantùm ſubſidiaria, vel perpetua. Aut etiam non innitatur illi inſtantiæ, quâ jus quæſitum nemini eſt auferendum, quia jus quæſitum vel eſt dominium vel obligatio ad rem. Vide differentiam, in qua *Beneficium decet eſſe manſiturum,* ubi magis aliorum, quàm meam adſtruxi opinionem. Vid. etiam Ant. Merendam *libr.controv.jur.3.c.9.* qui plurima habet non probanda, præſertim illud, quòd utplurimùm matrimonia diu durent, & raró accidat, ut cum venit tempus repetendæ dotis, adſint creditores muliere anteriores. Utplurimùm enim accidit matrimonia diu non durare, & ſi vel maximè diu durent, diutius poteſt durare debitum. Adhæc conſtante jam matrimonio ſi anterius poſtuletur debitum, quæ non orientur jurgia? quos non removebit creditores impetrata hæc mulierum prærogativa.

PIGNUS ſolâ conventione non conſtituitur, *c. ex præſentium.3.X.d. pignor.* in quo Sacerdos Eccleſiæ de Offitona calicem argenteum & medietatem unius breviarii ejusdem Eccleſiæ pro ſua neceſſitate pignori obligavit.

Nulla eſt differentia, quia ex *d.c.3.* hoc ſequitur pignoris conventioni accedere poſſe traditionem, ſine qua tamen etiam ſubſiſtat. Deinde non eſt novum rem denominari ab eo, in quo rei eſſentia non conſiſtit. Sic in *l.4. in pr. ff. pro ſoc.* ſocietatem coimus re & verbis, quamvis ſocietas ſit contractus conſenſualis. Tertiò in *d.c.3.* proponitur facti illiciti ſpecies, quo pignori fuit obligata res commercio exempta. Ecquis enim ignorat calicem argenteum non eſſe ſiti Clericorum explendæ, aut non indigetare Clericos non debere eſſe ligneos, ſed calicis argentei uſum in Eccleſia eſſe immotum. Et verò prægnantem oportet fuiſſe neceſſitatem, ob quam medietas breviarii, in quo Pontificiis ſalus eſt animarum, fuerit pignori obligata. Quot diſcriminibus eſt obnoxium medietatem unius breviarii pignori obligare! Poſſent creditoris parvuli hac medietate, ut crepundiis, ludere, imò, ut parvuli libris ſunt infeſti, poſſent hanc medietatem in portiunculas plures minuere: quò tunc ſcientia Sacerdotis Eccleſiæ de Offitona rueret, quæ nulla in capite in portiunculis illis reperiri non poſſet. Nunc dicamus, quod res eſt, utroque jure pignus rei traditione conſtituitur. Nec obſt. *l.1. in pr. ff. d. pign. act.* ſuper qua, animadvertente Bachovio *libr. d. pign. & hypoth. 1. c. 3.* ſplendidè nugatur Hunnius in *reſol. ad Treutl. d. pign. q. 2.* ubi hæc duo, quod pignus dicitur re contrahi *§. ult. I. quib. mod. re contr. obl.* & quòd pignus conſtituitur nudâ conventione, inter ſe opponit; & tanquam ſuper re difficili copioſè & prolixè nugatur: quaſi non apertiſſimum ſit in *d. l. 1.* non uſurpari pignus pro contractu reali, ſed pro jure & obligatione pignoris: quæ Accurſii rectiſſima explicatio eſt, quam ineptus homo non intellectam, ridiculam & abſurdam appellat. Neutrius mens nec Hunnii nec Bachovii rem explicat: non etiam explicat diſtinctio inter perſonā creditoris & debitoris: non deniq; diſtinctio inter pignus conſtituendum & conſtitutum: ſed quando dicitur pignus nudâ conventione conſtituti, intelligitur altera pignoris ſpecies, quæ eſt hypotheca. Ita in *l.4. ff. d. pign. & hypoth.* contrahitur hypotheca per pactum conventum, cum quis paciſcitur, ut res ejus propter aliquam obligationem ſint hypthecæ nomine obligatæ. Apertiùs agit Biccius *rer. quotid. ſect. 4. th. 47. lit. y.* ubi ex ſententia Taboris in *element. Juriſpr. method. part. 3. ſect. 4. num. 28. in exp.* reſpondet vel ad ſubjectum, dicendo non uſurpari, *pignus* ibidem pro contractu reali: ſed pro jure & obligatione pignoris, quod olim voluit Accurſius. Vel ad prædicatum dicendo voculam *contrahi* ibidem ſumendam pro conſtitui, ut non tam obligationem, quàm jus in rem producens denotet. Vel poſſumus diſtinctionem adhibere inter originem juris & progreſſum, ut initio quidem pignus non niſi traditione conſtitutum ſit, poſtea autem Prætorem utilitatis causâ conſtituiſſe, ut pignus etiam ſine traditione nudo pacto & conventione contraheretur, adeoque contra regulas juris communis poteſtatem jus reale conferendi haberet. Si tamen quid tribuendum juri Canonico, ex eo formari poſſet alia differentia, Pignus jure Canonico eſſe etiam ejus rei, quæ non ſit in commercio: jure Civili quod emptionem venditionem recipit, etiam pignorationem recipere poteſt, *l.9. ff. d. tit. d. pign.* Sed à neceſſitate ad liberam facultatem: à facto illicito ad juris conſtitutionem non argumentamur, arg. *l. ſancimus. 21. junct. auth. præterea. C. d. SS. Eccl. l. 12. §. 2. ff. d. capt. & poſtl. reverſ. l. 1. §. 4. ff. d. A. vel. A. P.*

Pignus contrahitur non ſolâ traditione, ſed etiam nudâ conventione, etſi non traditum eſt, *l.1. in pr. ff. d. pign. act.*

PIGNUS tacitum eſt generale, *d. c. ex literis. in f.*

Heic eſſet oppoſitio, ſi valeret tranſitio ab hypotheſi ad theſin.

Eſt ſpeciale, *l. 7. ff. in quib. cauſ. pign. vel hyp. tac.*

X.d.pignor. ubi mulier habet tacitum pignus in bonis mariti.

Theſis autem eſt in utroque jure pignus tacitum eſſe vel generale vel ſpeciale. Hypotheſis eſt in ſpecialis caſûs applicatione, à qua ad generalem conſtitutionem non progredimur. Ne imponat Studioſo Bachovii ſubtilitas, qui eandem tacitam hypothecam dicit & generalem & ſpecialẽ. Sic enim ille *lib.d. à pign. & hypoth.1. c.11. num.1. ubi agit de ſpeciali hypotheca tacita.* Talis eſt hypotheca illatorum & invectorum in urbana prædia, quam inter ſpeciales refero hypothecas: quia conſtituitur per illationem rerum ſingularum: licet ſi conſideretur, ut jam per plurium rerum illationem conſtituta, ſapiat naturam hypothecæ generalis. Sic quidem ſapiunt acumina Philoſophica, ſed non JurisConſultorum. Deinde ex hac Bachovii ſapientia hoc tantùm ſequitur hypothecam tacitam ſpecialem aliam aliâ eſſe generaliorem, aliam magis eſſe ſpecialem: nullam vero eſſe generalem, de qua dicatur eſſe ſimul generalem & ſpecialem, ne implicetur contradictio. De ſocietate partis bonorum aſſerere poſſum, aliam eſſe generaliorem: aſſerere tamen non poſſum, aliam eſſe adeò generalem, ut ſit omium bonorum. Eò erroris delabitur idem Bachovius *libr.2.d.tract.d.pignor. & hypoth.c.5.num* 1. & 2. ubi hypotheca gregis ſimilis quadantenus eſt & affinis hypothecæ generali.

contr. in qua duplex proponitur caſus. Unus eſt, quòd in prædiis ruſticis fructus, qui ibi naſcuntur, pignori ſint domino fundi. Alter eſt, Non omnia illata vel inducta eſſe pignori, ſed ea ſola, quæ, ut ibi ſint, illata fuerint.

PIGNUS tacitum quod mulier pro dote recuperanda habet, ad bona paraphernа non porrigitur, gloſſ. in *c. ex literis.5. in verb. obligata. X.d.pignor.*

Hæc quidem eſt aſſertio gloſſæ Canonicæ, gloſſæ tamen ratio eſt ex jure Civili, quo lex, quâ pignus hoc eſt inductum, de Dote tantum agit, quoque nullum dotis privilegium ad bona paraphernalia porrigitur. Hanc rationem imitari Dominos Camerales refert Mynſingerus *cent.5.obſ.4.num.3.* Non obſt. *d.l.ult. C. d. pact. conv. ubi in verſic. ſin autem minimè &c.* Juſtinianus Imp. ait: Ex præſenti noſtra lege habeat hypothecam contra res mariti, ex quo pecunias ille exegit. Nam lex iſta non de omnibus paraphernis, ſed de una duntaxat paraphernorum ſpecie, nimirum de nominibus ſive obligationibus paraphernis diſertè tractat, ut ex principio legis enitеſcit. Quod igitur ſpeciali caſu eſt conceſſum, non debet produci ad omnia parapherna; præſertim cum & hujus caſûs propria ac ſpecialis aſſignari poſſit ratio, quæ in reliquis paraphernis locum non habet. Ratio autem, cur ob nomina ſive rationes paraphernales marito traditas Juſtinianus dederit uxori tacitam hypothecam ex *d.l.ult.* hæc colligitur: quia pecunia, quam maritus ex hiſce obligationibus agendo conſequitur, facilè perire poſſet ac dilapidari: quod non itidem de corporibus, maximè iis, quæ ſunt ſoli ſive prædii, dici poterit, arg. *l.quod verò.14. cum ſeqq. ff.d.ll.* Harpprechtus ad §.4. *I.quib.mod re contr.obl.num.75.*

Taciti pignoris privilegium uxori competit etiam pro bonis paraphernalibus ſive receptitiis per maritum adminiſtratis, Bartolus & Baldus in *l.ult. C.d.pact.conv.* Jaſon in §. *fuerat.25.num.41.ibiq. Zaſius num.16. I. d. action.*

PIGNUS tacitum vindicat ſibi quoque locum in donatione propter nuptias, Panormitanus

Qui adſtipulantur deciſioni Canonicæ, magis nituntur jure Civili, & argumentum petunt ex *l. ubi adhuc. 29. ibi,*

In donatione propter nuptias locum ſibi non vindicat, quia Juſtinianus, taciti pignoris author,

in *c.ex literis.5.X.d.pignor. resq; ſibi ſuppoſitas pro dote & ante nuptias donatione &c.C.d.jur.dot.* Utrumq; jus conciliat Mynſing.*cent.5.obſ.4.num.ult.* Quòd uxor pro conſequenda donatione propter nuptias, quoties eam ſibi acquiſierit, minimè poſſit uti jure tacitæ hypothecæ, id procedit quoad privilegium prælationis, aliàs ſimpliciter etiam in hoc caſu tacitam hypothecam uxor habet, ſicut ex *l.2. C.d.bon.quæ lib.* communiter obſervant. Non obſt. quòd donatio propter nuptias comparetur doti *Nov.97.* Licet enim in quibusdam, puta in modo ſive quantitate, doti donatio propter nuptias comparetur, attamen in pleriſque hanc ab illa differre apparet ex *l.aſſiduis. ult.§.pen. C. qui potior. in pign.vel hyp.hab.* Non obſt. quod Harpprechtus ad §.4. *I.quib.mod.re contrah.obl. d.l.29.* intelligat de expreſſa hypotheca, quia hoc non verſatur in controverſia, an hypothecæ conſtitutio venire poſſit in expreſſam conventionem. Non obſt. quòd conſtitutio *d. l. 29.* edita ſit ab Imperatore Juſtiniano, anno Imperii ſui quarto, ut perſpicuum eſt ex ſubſcriptione Conſulum in *d.l.29. & l.un.C.d.R.V.A.* quia nec hoc verſatur in controverſia, quo tempore tacita hypotheca ſit introducta, ſed an introducta porrigatur ad donationem propter nuptias.

thor, tantùm de dote loquitur, *l. un. §. & ut plenius.1.C.d.R.V.A.*

PLAGII pœna eſt capitalis, nam qui furatur hominem, & vendiderit eum, morte moriatur. *c.1. X.d.furt.*

Nulla eſt differentia, nam jus Canonicum proponit caſum ſpecialem, qui idem proponitur in *l.1.ff.d. L.Fab.d. plag.* Nec obſt. *d. l.ult.* nam quod plagiarius plerumque in metallum damnetur, illud admittit etiam pœnam capitalem, de qua in *d.l.1.* & *l.7.C. eod.*

In hoc crimine detectus pro delicti modo coërcetur & plerumque in metallum damnatur, *l.ult. ff.d.L.Fab.d. plagiar.*

PLUS petitur quatuor modis, *c.un.X.d. plus petit.*

Quintus hic modus non eſt ex jure Juſtinianeo, ſed, ut innuit allegatio, eſt Pauli: referri etiam poteſt ad illum modum, quo cauſâ plus petitur, nam plus qualitate petit, qui poſtulat ejusdem ſpeciei rem meliorem: quod nihil aliud eſt, quàm in debito alernativo ei, à quo petimus, adimere electionem. Vid. different. in qua *Cauſâ &c.* Hinc Paulus, qui inducit quintum hunc modum, plus petitionem cauſà omittit. Igitur Hortenſius ad §.33.*I.d.action.* dum ex *l.2.Cod.Theod. d.calumn. & plus petit.* probat plus petitionem qualitate à plus petitione cauſâ differre, fruſtra laborat. Igitur plus petit cauſâ, qui vel ejusdem rei poſtulat ſpeciem meliorem, vel diverſæ ſpeciei rem etiam deteriorem, quoniam ſæpe accidit, ut promiſſori facilius ſit illud ſolvere, quod majoris pretii eſt.

Plus petitur quinque modis, nam etiam plus petitur qualitate, Paul. *libr.1.recept.diff. tit. d. plus petendo.10.*

POENA augetur dignitate ejus, qui delinquit. Sic in *c.cum quidam. 12.X d. jurejur.* perjurium in Epiſcopis tantò graviùs coërcetur, quantò majori Epiſcopi eminent dignitate.

Conſtitutio, quæ irrogat pœnam, vel eſt perſonalis, vel generalis. Si eſt perſonalis, pœnæ non attenditur diminutio vel augmẽtum, quia propter eum, qui ejus roboris eſt vel artificii, ut dignè populo Romano exhiberi poſſit, Princeps conſuli debet, *l.31.in pr.ff.d.pœn.* Si conſtitutio eſt generalis,

Minuitur dignitate ejus, qui delinquit. Sic rei ſtellionatûs extra ordinem plectuntur, dummodo pœna in plebeis non egrediatur opus metalli: in his autem, qui ſunt in aliquo honore poſiti, ad tempus relega-

Digitized by Google

illa conſideratur vel in relatione ad ipſam legem, cujus eſt pœnam irrogare: vel in relatione ad eos, quibus pœna irrogatur. In relatione ad ipſam legem, ſervatur proportio arithmetica, & cenſetur lex, etiamſi inæqualis ſit pœna, eadem tueri jura. In relatione ad eos, quibus pœna irrogatur, ſervatur modò proportio arithmetica, modò geometrica: arithmetica, ſi ejusdem ſunt conditionis, qui delinquunt; geometrica, ſi diverſæ. Tunc etiamſi verè recteque dicatur pœnam delicto parem eſſe oportere, *arg. l. 1. §. 2. ff. ad L. Corn. d. ſicar. l. perſpiciendum. 11. ff. d. pœn. l. ſancimus. 22. C. eod. c. quæſivit 2. X. d. his, quæ fiunt à maj. part. cap. c. non afferamus. 21. cauſ. 24. q. 1.* ratione tamen perſonarum, aliarumque circumſtantiarum pœnæ aut intenduntur aut mitigantur. Ipſarum quippe circumſtantiarum diverſitas facit, ut, quamvis idem ſit delictum, alia tamen atque alia ſit tenenda æqualitas. Hinc illud, quod vulgò dici ſolet, Duo cum faciunt idem, non eſt idem, reſpectu ſcilicet pœnæ, Vid. Harpprechtum *ad pr. I. d. J. & J. num. 31. 32.* Ut autem ſciamus, an obtineat jus Canonicum vel Civile, videndum, an delinquens delinquat in dignitatem, quâ eminet, an non. Sic in *l. 8. C. d. Epiſc. & Cler.* multò magis pœnâ digni ſunt, quibus cum plurimum honoris per noſtram juſſionem delatum eſt, occulto inveniuntur in crimine, In *can. nulli fas. 25. q. 1.* majore reatu delinquit, qui potiore honore fruitur, & graviora facit vitia peccatorum ſublimitas peccantium. Apud Val. Maximum *libr. 2. c. 4.* Cato cenſet magis notandum eum eſſe, qui ampliſſimi honoris majeſtatem tetro facinore inquinavit. Idem cenſet M. Tullius *3. d. ll.* Perniciosiùs de Republica mereri vitioſos Principes, qui non ſolùm vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in civitatem, nec etiam ſolùm obſunt, quòd ipſi corrumpuntur: plus exemplo, quàm peccato nocent.

tio, vel ab ordine motio remittenda eſt, *l. pen. §. ult. ff. ſtellion.*

POENA eſt imponenda ſecundùm qualitatem criminis, *can. non afferamus. 24. q. 1.* etiam in Clerico.

Nulla eſt differentia, Nam etiam jus Civile dicit, Intereſſe Reip. ne delicta maneant impunita, *l. 18. in pr. ff. d. injur. l. 51. §. ult. ff. ad L. Aquil.* Non o. eæ leges, quas in contrarium adducit in *coll. fundam. jur. diſp. 7. th. 12. 13.* A. Matth. quia tranſactio tollit ſolam accuſandi neceſſitatem, non officium Judicis aut magiſtratûs, *l. 3. ff. d. tranſact.* quod deſcribunt *l. 3. l. 13. in pr. ff. d. off. præſ.* Supereſt explicandum illud juris Canonici, Quemadmodum Clerico ſecundùm qualitatem criminis imponi poſſit pœna: Spectanda ſunt duo, Forma & Effectus. Ad formam quod attinet, reus veſtibus ſacris indutus portans inſtrumenta ſeu ornamenta ſacra, ut vaſa, librum aliaque ad Ordinem illum, à quo degradandus ſpectantia, ac ſi ſolenniter adminiſtrare deberet, præſentatur publicè Epiſcopo, ab eoque iis omnibus exuitur, inchoando ab eo, quod ultimò datum aut traditum, usq; ad primam veſtem, quæ data in primæ tonſuræ collatione. Deinde raditur & tondetur ejus caput, ne veſtigia appareant Clericatûs, *c. 2. d. pœn. in 6.* Effectus degradationis eſt, quòd reus ſpoliatus privilegio Ordinis & Clericatûs tanquam Laicus brachio ſeculari relinquatur, *d. c. 2.* Abbas in *c. tuæ. 6. num. 2. h. t.* puniendus ſecundùm leges Laicorum, quorum forum poſt degradationem ſortitur, *Vid. Zaſium ad tit. X. d. pœn. num. 12. & ſeq.*

Tranſigere vel paciſci de crimine capitali prohibitum non eſt, *l. tranſigere. 18. C. d. tranſact. l. ult. ff. d. prævar. l. 1. §. pen. ff. d. Calumn.* Cujus ratio extat in *l. 1. ff. d. bon. eor. qui ant. ſent.* Ignoſcendum eſſe ei, qui ſanguinem ſuum qualiter qualiter redemptum voluit.

POENA excedere poteſt quadruplum, Ita ſi qui monaſteria & loca

Videtur nec jus Canonicum agnoſcere differentiam, quia in *c. in legibus. d. c. 12.* in legi-

Pœna non excedit quadruplum, *§. 21. I. d. action.* in quo §. tempera-

Deo

Deo dedicata & Eccleſias infringunt, & depoſita vel alia quælibet exinde abſtrahunt, damnum novies componant & immunitatem tripliciter, *c. quisquis.* 17. *q.* 4. *c. cum devotisſimam.*12.*q.*2.

mentum & taxatio quædam erat adhibenda, ne æſtimatio pœnarum in infinitum avaritiâ & libidine vel agentis vel judicantis extenderetur, Manzius ex Weſenb. ad *d.*§.*num.*4.

bus ſeculi cautum habetur: qui rem ſurripit alienam, illi, cui res ſurrepta eſt, in decuplum, quæ ſublata ſunt, reſtituat. Sed reſpondet gl. *lit.l.* per leges ſeculi intelligi Lombardam, Goticam, Salicam, non Romanam. Igitur alio modo tollit differentiam gl. *ad d.c.quisquis.lit.g.* Non debere Judicem excedere pœnam quadrupli, niſi ubi in jure invenitur, quòd poſſit excedere: exceſsûs illius rationem innuit *c.qui Chriſti.d.c.*12. Vel hæc differentia ita proponi poteſt.

POENA excedere poteſt quadruplum, textus eſt *c.quisquis.*17.*q.*4. *c.cum devotisſimam.*12.*q.*2.

Non poteſt excedere quadruplum, *§.omnes autem actiones.l.d.action.*

Nulla eſt differentia, Nam etiam jure Civili nulla actio excedit quadruplũ ejus, quod actori culpâ adverſarii abeſt: ceteroquin id, quod abeſt, videlicet intereſſe damni emergentis aut lucri ceſſantis ſæpe longiſſimo intervallo excedit rem aut æſtimationem ejus, in qua & per quam damnum datum eſt, ex quo removentur objectiones, quæ deſumi poſſunt ex § *illud* 10.*l.d.L.Aquil.* *l.*3.§.*ult. d.incend.ruin.naufr.* *l.Julianus.in princ.d.act.empt.* *l.*1.*in pr.d.vi & vi arm.* & ſi qui alii occurrunt ejusdem generis textus. 2. quod pœna non excedat quadruplum, hoc intelligendum eſt de actione una, & quæ ex una cauſa deſcendat, ex quo removetur objectio *l.*3.§.*ult.ff.d.Calumn.* ubi qui à me accepit pecuniam, ne mihi negotium faceſſeret, & ab alio, ut faceſſeret, duplici actione, & ſingulis in quadruplum tenetur. 3. hoc intelligendum eſt, niſi diverſis diverſæ contra eundem competant actiones, *l.*7.*in fin. pr. ff. d. iud.d.calumn.* 4. hoc intelligendum eſt de actione civili: poteſt enim à lege addi pœna pecuniaria, quæ applicetur fiſco, unde removetur objectio ex *l.ult.C.d.his, qui à non dom.* 5. Hoc intelligendum eſt de caſu, quo pœna irrogatur relatione habitâ ad rem, ceteroquin aliquando ſine ea proportione ex cauſa graviſſima pœna pecuniaria irrogatur, qualis eſt pœna 12.librarum auri, quâ multatur, qui fiſco ſurripuit ſervum, *l.pen.C.d.serv fugit.* Bachov. *diſp.d.act.*5.*th.*25. Ad loca juris Canonici ex his reſponderi poteſt: vel pœna non poteſt excedere quadruplum, niſi exprimatur.

POENA facit ſervum, *c. ad liberandam.* 17. *X. d. Judæ. & Sarac.*

Non facit ſervum, *Nov.* 22.*c.*8. in quo nemo ab initio bene natus ex ſupplicio ſit ſervus.

Neutrum jus vult ſub pœnarum irrogatione ſervitutis contineri irrogationem. 2. Aliud eſt ex ſupplicio ſervum: aliud fieri ſervum ex ſuo facto, ita ut priori modo ſervitus non ſit conſtitutio jurisgentium, ſed ſit conſtitutio hominis. Non obſt. *c.ad liberandam.* quod non novum jus introduxit, ſed jus Civile, quo captivitas captum facit ſervum, ſuæ ordinationi reliquit. Nam excommunicat & anathematizat illos falſos & impios Chriſtianos, qui contra ipſum Chriſtum & populum Chriſtianum Sarracenis arma, ferrum & ligamina deferunt galearum: eos autem, qui galeas eis vendunt vel naves, quique in piraticis Sarracenorum navibus curam gubernationis exercent, vel machinis aut quibuslibet aliis aliquod eis impendunt conſilium, vel auxilium in diſpendium terræ ſanctæ, rerum ſuarum privatione mulctari, & capientium ſervos fore cenſemus. Quod ſi verò capientium ſervi non fiant, obtinet *l.ult. C. quæ res export. non deb.* in qua nemo alienigenis Barbaris cujus-

cunque

Digitized by Google

cunque gentis ad hanc urbem Sacratiſſimam ſub Legationis ſpecie, vel quocunque alio colore venientibus, aut in diverſis aliis civitatibus vel locis loricas, ſcuta & arcus, ſagittas & ſpathas & gladios, vel alterius cujusque generis arma audeat venundare: nulla prorſus iis tela, nihil penitus ferri vel facti jam vel adhuc infecti ab aliquo diſtrahatur. Perniciosum namque Romano Imperio & proditioni proximum eſt, Barbaros, quos indigere convenit, telis eos, ut validiores reddantur, inſtruere. Si quis autem aliquod armorum genus quarumcunque nationum Barbaris alienigenis contra pietatis noſtræ interdicta ubicunque vendiderit, bona ejus univerſa protinus fiſco addici, ipſumque capitalem pœnam ſubire decernimus.

POENA reo eſt infligenda, quæ magis timetur, *c. ult. X. ut lit. non conteſt.* ideo enim aliquis timore pœnæ coërcetur, *c. literas. 14. X. d. præſumpt.* & delinquentes pœnâ debitâ puniûtur in aliorum exemplum, *clem. un. d. teſtam.* Quò majus itaque delictum, eò graviorem etiam pœnam meretur, *c. quia. 16. verſ. à capite. diſt. 50.* & multos præſumens offendere multiplici pœnâ caſtigatur, *c. 1. in fin. d. ſent. & re jud.* Otto Tabor in *theſaur. loc. com. Jurisp. ex axiom. Aug. Barboſa libr. 14. c. 41. axiom. 32.*

Interpretatione legum pœnæ molliendæ ſunt potiùs, quàm aſperandæ, *l. pen. ff. d. pœn.* quia in pœnalibus cauſis benigniùs interpretandum eſt, *l. 155. §. ult. d. R. J.* & rapienda eſt occaſio, quæ præbet benignius reſponſum, *l. 168. in pr. ff. eod.* Et generaliter in re dubia benigniorem interpretationem ſequi non minùs juſtius eſt, quàm tutius, *l. 192. in §. ff. d. tit.* Unde & Seneca, Quicquid æquo plus futurum eſt, parte humaniorem præponderet.

Nulla eſt differentia, quia & in jure Canonico, In pœnis benignior facienda eſt interpretatio, *c. in pœnis. 49. d. R. J. in 6.* quod idem habet *can. odia. 15. eod. tit.* in quo odia reſtringi & favores convenit ampliari. Nomine autem odiorum intelligit P. Peckius conſtitutiones & leges pœnales, edicta, reſcripta acerba & odioſa. Odioſum verò reſcriptum eſt, quod in odium aliquorum vel alicujus datur, vel pœnam aut odium continet, Rebuff. ad *conſt. reg. part. 3. d. reſcript. in præf.* Ut igitur utrumque jus concilietur, obſervanda ſunt tria. 1. conſilium. 2. prudentia. 3. caſuum diverſitas. *Quoad conſilium*, illud utrique juri eſt commune. Nam in *l. Arrianus. 47. ff. d. O. & A.* lex pronior eſt ad liberationem, quàm ad obligationem: & præſtat cum reſtrictione odioſæ conſtitutionis nocentem dimittere, quàm cum ampliatione ejusdem innocentem damnare, *l. abſentem. ff. d. pœn.* Non enim alia res majore opus habet diligentiâ atque conſideratione, quàm ut ubi majus eſt periculum, ibi cautiùs agatur *c. ubi majus. d. elect. in. 6.* ne quid temere ſtatuas in hominem, de cujus fama, ſanguine ac vita agitur, cùm hæc ejusmodi ſint, ut ſemel amiſſa poſtea reparari nequeant, Gail. 1. *PP. 15. num. 6.* *Quoad prudentiam*, obſervandum eſt Interpretibus, ut quælibet diſpoſitio ad eum caſum trahatur, qui ſub lata verborum ſignificatione comprehendi poteſt, *l. cum lege. 26. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* ut diſpoſitio non circumveniatur. Sic quando Canoniſtæ uſurario non caventi de reſtituendo teſtamenti factionem auferunt, hoc etiam ad codicillos & mortis causâ donationem ſe porrigit, ut ſciat improbus fœnerator, quod ei unâ viâ prohibetur, omni aliâ viâ cenſeri prohibitum, *c. cum quid. d. t. d. R. J. in 6.* ne alioqui lex non verbis, ſed ventoſis tantummodo verbis impoſita videatur. Sic apud Legiſtas licet SC. Macedonianum, quod eſt odioſum, loquatur de mutua pecunia, hoc etiam ad frumentum, vinum & oleum mutuò datum extenditur *l. 7. §. 3. ff. ad SC. Maced.* In *l. un. C. d. rapt. virg.* pœna raptoris lo-

Digitized by Google

ris locum habet in muliere; nam quòd mulier virum rapiens æquè puniatur ut raptor maſculus, hanc benignam rationem habet, quod par ex eo raptu ſcandalum occaſioque cædis & rixarum naſcitur, cum mulier non niſi viris comitata hoc tam audax facinus plerumque aggrediatur. *Quoad caſuum diverſitatem.* 1. A' caſu definito, quem habet jus Canonicum, ad dubium, de quo eſt jus Civile, non progredimur. Sic ad *d.c.in pœnis.* 49. P. Peckius, Quum in dubio ſit interpretatio, pœna locum non habet, ideoque in dubio cenſetur quis condemnatus ex cauſâ, quæ non infamat, *l.hæ enim.ff.d.ſuſp.tutor.* Deinde ubi pœna pluribus modis intelligi poteſt, intelligitur de minore & mitiore, *l.fin. & ibi Gl. C.quæ res ven.non poſſ.* Unde ſi quis fuerit condemnatus pœnâ furcarum & pœnâ capitis diverſis ſententiis, & non poteſt conſtare, pro quo delicto priùs fuerat condemnatus, caput illi amputari debet, Bald. in *l.omnes.C.d.delat.libr.*10. quia eſt mitior pœna, quam furcarum, quæ eſt ignominioſiſſima. Et ſi quis pluries calore iracundiæ verba blaſphemiæ protulerit, lex benignè interpretatur quoad pœnam imponendam unam blaſphemiam eſſe: faciliusque præſumitur, quòd uxor ſubtraxerit marito furto res, quas habet, quàm quòd eas per adulterium acquiſivit, quippe quòd hoc gravius eſt. 2. Attendenda eſt perſonæ dignitas. Sic in *l.8. in fin. C. d. Epiſc. & Cler.* Multò magis pœnâ digni ſunt, quibus cum plurimum honoris per noſtram juſſionem delatum eſt, occulto inveniuntur in crimine. 3. Attendenda eſt delicti frequentia. Sic creſcentibus delictis pœnæ ſunt exaſperandæ, *l.aut facta.16.§.ult.ff.d.pœn. l.ult.C.d.inceſt.nupt.c.cum nobis.*10.*X d judic. c.ult. X.ut lit.non conteſt. c.cum ſuper.2 X.d.teſtib.cog. c.Clericos.3.X.d.cohab.Cleric. c.ult.X.d.pœn.* Otto Tabor *d.loc.axiom.*22. Hinc reſpondet inſtantiæ, quâ quia nulla ſit proportio inter pœnam & furtum, volunt furti pœnam non eſſe capitalem, Carpzovius in *pract.crimin.part.*2. *q.77.num.*17. *& ſeqq* in verbis, Hiſce vulgò ſuſpendii pœna impugnari ſolet, quæ tamen tanti ponderis non ſunt, ut eam evertere queant. Equidem certum eſt gravem illam & abominandam pœnam, genusque mortis informe eſſe, ut loquar cum Leone Pontifice in *c.ſceleratior.33.q.3.d.pœnit.diſt.*3. ita, ut Plinius *lib.2.c.25.* pœnam hanc non immeritò præpoſteram nuncupet, cum includatur ſpiritus, cui deberet quæri exitus. Quod autem ſupplicium hoc ſit iniquum nullatenus concedendum eſt, ſed ſtrictiſſimè inhærendum Sanctioni Carolinæ non modò ab Imperatore, ſed etiam à Principibus aliiſque Imperii ſtatibus promulgatæ. Secundùm hancce judicans minùs conſcientiam lædit, quàm qui ex affectata quadam & intempeſtiva clementia vel commiſeratione lege ſcriptâ vult mitior videri. Siquidem conſcientia legis vincit conſcientiam hominis, ut ait Baldus in *c. Clerici. X.d.vit. & hon.Cleric.* allegatus ab Afflict. *deciſ.*321. *num.*2. Nec Judici à ſcripta lege recedere, & ſuo arbitrio æquitatem fingere licet. Cumque Magiſtratus legitimus à Deo ſit conſtitutus, ipſique poteſtas condendi & ſanciendi ſalutares leges ſit conceſſa, nec fruſtra gladium gerat, ut ait D. Apoſt. *Roman.*13. ſed propterea, ut omnibus modis eò enitatur, quò ſalus communis magis propagetur, paxque & tranquillitas publica ſarta tecta conſervetur; utique is animadvertens ad coërcendum furtum & commodum Reipublicæ promovendum, ſeveriori aliquo ſupplicio opus eſſe, legem de ſuſpendendis furibus bene promulgare potuit. Quam nullo modo transgredi licet, ne aliàs Legislatorem, tanquam Dei miniſtrum, hoc ipſo floccipendamus, adeoque divinæ ordinationi reſiſtentes conſcientiam noſtram lethaliter ſauciemus, juxta præſagium D. Apoſtoli *d.loc. ad Roman.c.*13. Præſertim cum rationem legis ſufficientem atque prægnantem deprehendamus, hominum nempe malitiam, rapacitatem & avaritiam, quibus levior pœna nequaquam ſufficere videbatur. Sicuti enim in morbis periculoſis & magnis remedia periculoſa & extrema ſunt admittenda, Hippocr. *aphoriſm.6. ſect.*1. ita adversùs homines ferociores pœnæ duriores ſunt decernendæ, *d.l.aut facta.16 §.fin.ff.d.pœn.* Et malo nodo durus quærendus eſt cuneus. Nam quod medicamenta morbis præſtant & corporibus; hoc exhibent jura Reipublicæ & negotiis, *Nov.*111. *in pr.* Ideoque cum furta adeò creverant in Imperio Romano, ut nulli ferme res ſuæ tuto manerent loco, exaſperanda fuit pœna juxta illud vulgatum, Creſcentibus delictis creſcunt pœnæ. Quis enim quæſo de platea ad plateam,

Digitized by Google

de domo ad domum abſque ſpoliatione migraturus eſſet? Quis noctu ſecurus ſomnum capturus eſſet, ſi tam gravis non adhiberetur pœna? Nam quod leviori animadverſione quadam hiſce noviſſimis ac deterrimis temporibus furta coerceri non poſſint, delicti hujus frequentia ſatis teſtatur. Sane non paucos in hac poſtrema mundi ætatis barbarie tantæ ac tam deſperatæ eſſe malitiæ quotidie experimur, ut ne hac quidem, quæ tamen acerrima eſt, pœna à ſua malitia deterreantur, quid futurum fore exiſtimandum eſt, ſi ejus locum mitior pœna quædam occuparet. Rectæ igitur rationi conſentaneum fuit pœnam furti mitiorem, quâ compeſci non poterant facinoroſi fures, exaſperari, rejecto vulgari hoc pronunciato: Fiat juſtitia & furto pereat totus mundus. Inique certe & imprudenter hoc dictum, inquit Balth. Meiſn. in *phil. ſobr. ſect. 2. q. 3.* Nam juſtitiæ ſumma lex eſt ſalus Reipublicæ. Melius eſt ut pereat unus, quam ut pereat unitas. Igitur ſi viri ſcelerati multiplicentur ita ut in periculum conjiciatur tranquillitas publica, ipſa exigit juſtitia, ut ſi alia ratione coerceri nequeant, tollantur e medio. Hactenus Carpzovius.

4. Attendenda eſt res mali exempli, in qua verum eſt illud Marcelli *l. 11. ff. d. pœn.* Judicem in gravioribus delictis non levitatem amplecti, ſed ſeveritatem legum ſubſequi debere. & locum habet Seneca *libr. 1. d. Clem.* Quanta, inquit, ſolitudo & vaſtitas futura eſt, ſi nihil relinquitur, niſi quod Judex ſeverus abſolvit? Mali exempli exempla ſunt in jure Canonico partim, partim in jure Civili. In jure Canonico eſt *cap. quoniam. §. fin. ut lis non conteſt.* ut quo licet Canones permittant Judici Eccleſiaſtico, ut ſi condemnatus ſententiæ non paret, eamque contemnat, poſſit eum vel excommunicare vel miſſionem in bona decernere. monent tamen Judicem, ut eam viam ſequatur, non quæ melior aut benignior eſt, ſed eam, quæ gravior eſt condemnato, & quam maxime timet. In jure Civili præter alia duo ſunt inſignia. Unum in *l. 38. §. 5. ff. d. pœn.* ubi qui abortionis aut amatorium poculum dant, etſi dolo non faciant, tamen quia mali exempli res eſt, humiliores in metallum, honeſtiores in inſulam amiſsâ parte bonorum relegantur. quod ſi eo mulier aut homo perierit, ſummo ſupplicio afficiuntur. Alterum eſt in § 8. *l. d. oblig. quæ ex del. naſc. l. 20. ff. d. furt.* ubi cum Titius ſervum Mævii ſolicitaverit, ut quaſdam res domino ſubriperet, & ad eum perferret, & ſervus id ad Mævium pertulerit: Mævius autem dum vult Titium in ipſo delicto deprehendere, permiſerit ſervo quaſdam res ad eum deferre: utrùm furti, an ſervi corrupti judicio teneatur Titius, an neutro? Et cum nobis (ſic decidit Imp.) ſuper hac dubitatione ſuggeſtum eſt, & antiquorum prudentium ſuper hoc altercationes perſpeximus, quibusdam neque furti, neque ſervi corrupti actionem præſtantibus, quibusdam furti tantummodo: nos hujusmodi calliditati obviam euntes per noſtram deciſionem ſancimus, non ſolùm furti actionem, ſed & ſervi corrupti contra eum dari. Licet enim is ſervus deterior à ſolicitatore minime factus eſt: & ideo non concurrant regulæ, quæ ſervi corrupti actionem introducunt: tamen conſilium corruptoris ad perniciem probitatis ſervi introductum eſt, ut ſit ei pœnalis actio impoſita, tanquam ſi re ipsâ ſervus fuiſſet corruptus: ne ex hujusmodi impunitate & in alium ſervum, qui facilè poſſet corrumpi, tale facinus à quibusdam perpetretur. Manifeſtum inde fit, quando Judicem ſeveritas, quando clementia deceat: modo dum clementiam ſimulat, lupo Æſopico non fiat ſimilis, qui dum agnum errantem ſine matre conſpexiſſet, compaſſionem fingens, quod expaveſceret agnus, qui ſolus eſſet & teneræ ætatis, illum devoravit.

POENÆ à Judice ſi certæ ſint ſtatutæ, eas Judex ſequi debet, *c. de cauſis. 4. §. illis etiam. d. offic. deleg. c. licet. 3. d. pœn. c. cognovimus. c. ult. 16. q. 6. c. non*

Nulla eſt differentia, ſi diſtinguamus inter ipſas leges, quæ pœnam irrogant, juxta quas irrogatio pœnæ eſt æqualis. Hinc ex Matthæo de Afflictis Chaſſanæus refert Ca-

Perſpiciendum eſt Judici ſeu Judicanti, ne quid durius aut remiſſius conſtituatur, quàm cauſa depoſcit; nec enim aut ſeveritatis aut

afferan-

Digitized by Google

Afferamus. 24. *q.*1. ſi non ſint certæ ſtatutæ, eæ arbitrio Judicis irrogandę permittuntur, *d.c.de cauſis.* §. *illis etiam. verſ. alioquin. c.fin.d.tranſact.* Corvinus in *jur.Canon.libr.*4. *tit.*4.

rolum primum, Regem Neapolis, juſſiſſe ſuſpēdi Judicem quendam, qui reo mortis ſupplicio curaverat tantùm amputari manum: & inter officium Judicis, quod non recedit à legibus ratione legum, ſeu explicat leges ratione circumſtantiarum, quæ deprehenduntur circa perſonas, quibus pœna irrogatur. Sic apud d. Corvinum *d.loc.* licet Judices à præſcripta in jure pœna diſcedere non debeant, *c.*1.*c.*5.*d.conſtit. d. c. de cauſis.*4. §. *illis etiam. d.c.licet. d.c.cognovimus.* poſſunt tamen, ſi cauſa ſubſit, pœnam vel augere vel minuere, vel etiam prorſus remittere, *c. fin.d. tranſact. c.inter alia. verſ. nec inde. d.imm. Eccleſ. c.fin.* §. *etſi ſolvendo. d.dol. & contum. c ſi res aliena.* §. *huic certæ. verſ.verum quidem.*14.*q.*6. *c.at ſi.*4.§.*adulteris.d.judic.* inſpectis circumſtantiis cauſæ, perſonæ *c.homo Chriſtianus.diſt.*40. *can.præcipuè.*11. *q.*3. *can. quia Sanctitas tua. diſt.*50. *can. qui contra.*24.*q.*1. ſcientiæ, *can. indicas.*3. *q.*9. ætatis, *c.*1. *&* 2.*d.del. puer. can. fin. diſt* 14. loci, *c.ante triennium. & can. aliter. diſt.*31. *c.cum olim.d.Cler.* temporis, quantitatis, qualitatis, eventus. Non obſt. *d.l.*11. Quanquam enim, ut habet *pr.I d.off.Jud.* Judex non aliter judicare debeat, quàm legibus & conſtitutionibus imperialibus, aut moribus ſive conſuetudinibus eſt receptum & proditum, vid. *l.*13. *C.d.ſent.& interloc. l.fin.in fin.C.ſi contr.jus vel util.publ.* non tamen cenſetur contra leges judicare, ſi, ut loquitur *d.l.*11. perpenſo judicio, prout quæque res expoſtulat, ſtatuendum cenſeat: vel ſi, ut loquitur *l.*4.§.1.*ff.d.incend.ruin.naufr.* non quid aut durius aut remiſſius conſtituat, quàm cauſa poſtulabit. Sic in *l.*37.*in* §. *ff. d.minor.* in delictis minor annis viginti quinque non meretur in integrum reſtitutionem, niſi quatenus interdum miſeratio ætatis Judicem ad mediocrem pœnam produxerit.

clementiæ gloria affectanda eſt, ſed perpenſo judicio, prout quæque res expoſtulat, ſtatuendum eſt. Planè in levioribus cauſis proniores ad lenitatem Judices eſſe debent, in gravioribus pœnis ſeveritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi, *l.* 11. *in pr. ff. d. pœn.*

POENÆ ſpecies non eſt deportatio, cujus nullam mentionem facit jus Canonicum, quod tamen pœnarum varietatem accuratè perſequitur. Non obſt. *c.ad audientiam.*3. X. *d. crim. falſ.* ubi quidam Clerici, qui falſaverunt ſigillum Philippi Regis Francorum, provinciam ipſam abjurare compelluntur. Reſpond. Inde colligi liberum abitum, non depor-

Deportationis ſummum fuiſſe odiū teſtatur hiſtoria Rom. juxta quam olim jure Quiritum civi Romano, quantumvis facinoroſo & ſcelerato, non ſolùm vita adimi non poterat, ſed & nemo invitus civitatem aut libertatem amittebat, ut ſcribit Cicero in *orat. pro Balbo, pro Cæcina & pro domo ſua.* Poſtea ne delicta prorſus remanerent impunita: quod eſt contrarium utilitati publicæ, *l. ita vulneratus.*51.§.*ult.ff. ad L. Aquil. l. locatio.* 9. §.

Pœnæ ſpecies eſt deportatio, quâ adimitur vita civilis, cum inducat mediam capitis diminutionem, per quam amittitur civitas, & conſequenter omnia ejus jura; ſalvo tantùm jure gentium deportato, ſecundùm quod emit, vendit, ſervos aliaſque comparat, quarum uſum habet, donec vivit, moriens fiſcum relinquit hæredem, *l. Deportatus.ff. d. in-*

tationem. Nam deportati dicuntur iſti, qui propter aliquod grave & capitale delictum in exilium mittuntur, & ad certum locum vel inſulam, ut perpetuò ibi ſint nec unquam inde recedere poſſint, condemnantur, Manzius ad *princ. Inſt. quib. mod. jus patr. pot. ſolv. num.* 1. Deinde hæc Clericorum pœna non videtur eſſe crudelior, quàm ſi cancro interdicatur terrâ, ut in aqua mergatur.

terd. & releg. quæ una eſt ex legibus reſtitutis, Zœſius ad *d. tit. num.* 1.

quod illicitè. ff. d. publican. & vectigal. l. 3. C. d. episc. audient. idcirco rationem Romani excogitarunt, quâ noxios cives, ſalvis Majorum ſuorum conſtitutionibus, civitate pellerent. Igitur eis aquâ & igni interdixerunt, ut his ſubſidiis & elementis, vitæ humanæ maximè neceſſariis, deſtituti alias in terras migrare, aliamq; in civitatem ſeſe conferre cogerentur, in quam recepti Romanam civitatem amittebant. Neque enim quisquam duarum civitatum poterat eſſe civis, ut ad §. 1. & 2. *I. d. tit. quib. mod. jus patr. pot. ſolv.* ex Cicerone Balduinus & Borcholten docent. Et in iſthac interdictione nominatim comprehendebatur, ne liceret eos, quibus aquâ & igni interdictum erat, tecto excipere, legeq́ue Juliâ de vi publica & privata tenebantur, qui eos recepiſſent, celaſſent, tenuiſſent, Paul. *libr. 5. ſentens. tit. 28. ad L. Jul. d. vi publ. & priv.* Hac itaque ratione Romani malos, Reique publicæ pernicioſos cives non palam, ſed vi ipsâ è civitate expellebant, *l. ult. ff. d. Legat.* Vid. Lactantium *libr. 2. divin. inſt. c. 10.* & Vaconium à Vacuna *libr. 1. declar. c. 18 num. 7. & ſeq.* Atque hæc aquæ & ignis interdictio manſit Romæ usque ad Auguſtum Imperatorem, qui primus deportationem loco interdictionis aquæ & ignis in Rempublicam invexit, Heigius ad *dd. §§. num. 3.* Harpprechtus ad *eosdem num. 4. & ſeqq.* An autem, quemadmodum Milo jubebatur ire in Inſulam Melitam, Ovidius deportabatur ad Scythas, hodie Chriſtianis Magiſtratibus deportationis pœnâ uti liceat, quomodo in utramque partem diſputetur, vid. Wiſſenbachium ex locis communibus Petri Martyris *diſp. ad R. J. 15. l. 97. th. 3.* Quomodo hodie Magiſtratus ejusmodi deportationem non indicat, ſed permittat tamen clam aliquid ſimile fieri, ut cum immorigeri, qui coërceri non poſſunt, coguntur navigare in Indiam & ibi relinquuntur vid. Keckermannum *ſyſt. polit. libr. 1. c. 17.* Crediderim ego circa eos, quos æternâ deportatione dicit punitos *l. 6. C. und. vi.* hanc adhiberi cautionem, ne pœna deportationis irrogetur facilis, ſi alia æquè gravis habere locum poſſit: ne via pœnitentiæ intercludatur, intercluſo religionis uſu: ne denique pravi mores, quorum ſperaretur emendatio, in peſſima ruant.

POENAM perſequi non poteſt, qui civiliter egit, *c. bona fides. d. R. J. in 6.* in quo bona fides non patitur, ut ſemel exactum iterum exigatur. Facit differentia, in qua *Pœna poteſt excedere quadruplum.*

Pœnam perſequi poteſt, qui civiliter egit, *l. 23. §. 9. ff. ad L. Aqil. l. ult. ff. d. furt. l. un. C. Quand. civ. act. crim. &c.*

Hujus differentię deciſio pleniùs eluceſcit in materia furti, ubi quæritur, An per actionem civilem dupli vel quadrupli conſumatur perſecutio criminalis & vice verſâ? Antequam autem reſpondeam, etiam civiliter agit, qui agit ad pœnam, quatenus agit ad pœnam ex natura actionis ſibi debitam, licet non agat ad pœnam, quæ ſit coërcitio extraordinaria, vel è judicio publico originem ſumat. Quando autem quæritur, An perſequi poſſit pœnam, qui civiliter agit, intelligitur pœna poſterior, & negatur, nec tamen attenduntur allegata juris Canonici, nec diſſenſionem juris Civilis ejusdem allegata juvant. Non attendi poſſunt allegata juris Canonici, nam *cap. bona fides.* convenit cum jure Civili, in quo bona fides non patitur, ut bis idem exigatur, *l. 57. ff. d. R. J.* §. 10. *I. d. leg.*

§. 14. *I.*

§.14. *I. d.action.* Deinde pœna non poteſt excedere quadruplum , ſi perſequatur jure actionis debitum : poteſt excedere quadruplum, ut explicat d.differentia, ſi pœna applicetur fiſco : vel ſi pœna irrogetur non relatione factâ ad ipſam rem. Nunc videamus, An aliqua ſit diſſenſio juris Civilis, & an eam diſſenſionem juris Civilis allegata juvent. Ad illud reſpondetur,nullam eſſe diſſenſionem,quod ſuadet, animadvertente Bachovio *vol. ad Treutl. poſt. diſput. 30. theſ.3.lit.C. ad verba. ſi res perierit.*conditio & qualitas delictorum privatorum , quorum vindicatio tantùm datur ei , qui damnum paſſus eſt , & cui duplex vindicatio ejuſdem delicti concedenda non eſt. Accedit perſpicua ratio, quâ utitur JurisConſultus in *l.7. §.2. d. injur.* ubi per actionem civilem injuriarum ideo publicam perſecutionem conſumi affirmat, quoniam utroque judicio idem factum & delictum deducatur & vindicetur : quæ ratio prorſus etiam in furto militare videtur. Equidem Cynus in *l. un. C. quand. act. civ. crim. præjud.*hanc reddit rationem diverſitatis, quòd actio injuriarum competat pro re non æſtimabili,ſed actio furti pro re æſtimabili, licet ejus æſtimationis duplum vel quadruplum perſequatur. Verùm replicabo, quòd utcunque famæ non ſit æſtimatio per ſe, ubi tamen actione injuriarum certa pecuniæ ſumma petitur, eam quodammodo æſtimabilem fieri, arg. *§.pœna.7. verſ. ſed poſtea. I. d.injur.* & utcunque illa revera famæ æſtimatio non ſit,attamen nec ipſum quadruplum ullâ ratione dici poteſt æſtimatio rei ablatæ, ſed potiùs delicti admiſſi ; ſicut in actione injuriarum non tam fama, quæ revera non læditur,ſed injuria & petulantia æſtimatur. Et habet ea diſtinctio & reſponſio Cyni fallaciam cauſæ : quoniam non ea ratio eſt, propter quam actio injuriarum civilis conſumit perſecutionem criminalem, quam Cynus ſibi imaginatur, ſed quam reddit JCtus ipſe in *d.l.7 d.injur.* quia in utroque judicio idem venit factum, & quia utraque actio tendit ad vindictam : quæ poſterior quoque militat in actione furti, quæ merè pœnalis eſt , ſalvâ condictione furtivâ & rei vindicatione. Non obſt. *d.l.23. §.9. ff. ad L. Aquil.* ubi dicitur,ſi lege Aquiliâ actum ſit, ſupereſſe adhuc accuſationem ex L. Cornelia, & tamen actio L. Aquiliæ pœnalis eſſe perhibetur, *§.his autem.9.I. d.L.Aquil.* Reſpond. nihil hunc textum ad rem pertinere , vel quia ex L.Cornelia eſt accuſatio publica : vel potiùs quia in occiſione ſervi committuntur duo diverſa delicta,homicidium & damnum injuriâ datum, quod ſolum L. Aquiliâ vindicatur, in qua tantùm de ſervi æſtimatione & intereſſe domini tractatur : vel denique quoniam actio civilis ex L.Aquilia revera eſt rei perſecutoria,non pœnalis,niſi ex accidenti quodammodo,quòd res retrò pluris fuerit : ut tamen & hîc fictione juris rei perſecutoria videatur : quoniam L. Aquilia fingit hominem eo tempore,quo retro pluris fuit, occiſum fuiſſe. Non o. *d.l.ult.ff.d.furt.* Reſp. Bachovius *d.loc.* ineptè & fruſtra eum textum allegari, in quo dicitur quidem pro furto criminaliter experiri licere, ſed quòd hæc per actionem civilem non conſumatur & retro , ibi non dicitur. Neque niſi ineptè id colligere quis poſſit ex his verbis ultimis, *non ideo tamen minùs, ſi quis velit, poterit civiliter :* quorum minimè is ſenſus eſt, quaſi hoc liceat, poſtquam criminaliter actum fuit, ſed hic omnino,quòd utcunque ſoleat pro furto criminaliter agi, non tamen ideo prohiberi quenquam ordinariè agere ad pœnam dupli vel quadrupli : quod dicitur remitti ad jus ordinarium in *l.2 d.furib.balnear.* Non o *d.l.un.C.quand.civ.act.crim.*ex qua quidem duplex objectio contra ſententiam,quam defendimus, deſumi poteſt & 1. quòd ibi pro regula traditur perſecutionem criminalem non conſumi per civilem & contra. Reſpondit jam olim Placentinus, quòd *d.l.un.* pertineat ad judicia publica, quæ omnibus patent : quam reſponſionem exempla in *d.l.un.* ſubjecta confirmant : neque magni momenti eſt, quod movent Cyn.& Salic.titulum iſtum inter delicta publica & privata poſitum eſſe. Sed magis adverſatur iſti reſponſioni,quòd hactenus eadem videatur publicorũ judiciorũ ratio, ut ubi pœna adæquata iis impoſita eſt, perſequutioni ulteriori locus non ſit relinquendus : & in *d.l.7.§.2.d injur.l.2.§.1.vi bon.rapt.* etiam per actionem civilem præjudicium fit perſequutioni publicæ. Rectiùs reſpondetur,quòd actio civilis in *d.l un.* ſignificet actionem non pœnalem,ſed rei perſecutoriam,& quæ eſt de re familiari,ut ipſi Impp. loquuntur. Neque ferendus hic eſt Accurſius, qui verba ea interpretatione ſuâ corrumpit, & in

Digitized by Google

peregrinum ſenſum detorquet: cum præſertim hanc, quam dixi, explicationem ſuadeant ſubjecta exempla interdicti unde vi contra dejicientem, actionis præjudicialis contra libertum pro operis, actionis civilis contra eum, qui falſum commiſit &c. Et obſervandum hic, quod ex cauſa publicorum judiciorum non ſunt proditę actiones civiles pœnales, quibus aliquis duplum, triplum vel quadruplum conſequatur, & proinde non poſſe per actionem perſecutoriam conſumi publicam criminalem perſecutionem, quod ipſum ſecus eſſe oſtendit lex, ubi pro vindicando delicto actio pœnalis introducta eſt. 2. ita inducitur *d.l.un* quod accuſatio ex L. Fabia dicitur ibi non conſumi per actionem furti. Non dicam, quod intelligenda ſit condictio furtiva: non etiam, licèt id alias probet Accurſius, quod non ſit illud intelligendũ de concurſu actionum L. Fabiæ & furti, ſed ſeorſim & ſeparatim: quoniam hoc bene refutat Cujacius *19. obſerv.* 26. nec etiam dicam ſpeciale eſſe in crimine publico L. Fabiæ: ſed dicam, quòd in ſubreptione hominis ſit duplex crimen, videlicet furtum, quod vindicatur actione propriâ propter interverſionem utilitatis, quam ex ſubrepto ſervo & filiof. dominus vel pater habere potuiſſent: & plagium, quod conſiſtit in ſuppreſſione & occultatione hominis, & vindicatur ex L. Fabia, adeoque ceſſat ratio conſumptionis, quæ proponitur in *d.l 7. §. 2. d injur.* quoniam idem factum in utrumque judicium non deducitur.

POENAM tollit conſuetudo, *c. denique. diſt.* 4. in quo qui conſuetudinem non rationi, ſed voluptati, imò cuidam mentis cæcitati adſcribunt, cum venia ſuo ingenio relinquendi ſunt.

Quanquam Romani Pontifices, quod ex conſtitutione Bonifacii VIII. mutuatur Connanus *lib. comm. jur. Civ.* 1. *c. 9. num.* 5. jura omnia cenſeantur in ſcrinio pectoris ſui habere; fatendũ tamen eſt cum eodem Connano *lib. 8. c. 5. n.* 7. omnium, quæ Romani Pontifices tradiderunt, rationem invenire difficile eſſe, aut inventam dicere periculoſum. Heic non poſſum invenire rationem, niſi velim ultro largiri, impunitatem eſſe ejus, quod abiit in mores Pontificios, quod largiri foret periculoſum. Et vero quam ſine ratione eſt Pontificis ratio, Ne ſcilicet fortè pejores exiſtant, qui à tali conſuetudine prohibentur. Quaſi metus majoris mali etiam non prohiberi poſſet. Inde ſequitur è contrario, quòd ſi quis dicat hanc ſibi eſſe conſuetudinem non obſervare ſtatuta, eam conſuetudinem non permitteret Pontifex, quia eâ non obſervatâ fortè fieret melior. Igitur obtineat *d.l.3.* In hujusmodi enim rebus faciendum eſt, quod contra Androtionem fieri poſtulat Demoſthenes, quod Latinè ſic reddidit Quintilianus, Non ſi quid unquam contra leges factum eſt, idq; tu es imitatus, idcirco te convenit pœnâ liberari, quin è contrario damnari multo magis. Nam ut, ſi quis eorum damnatus eſſet, tu hoc non ſcripſiſſes: ita nunc, ſi damnatus fueris, alius ſcribet? Quanquam Androtion non erat ejus criminis reus, quod naturâ malum eſſet & nefarium: at neque conſuetudine excuſabatur, ſed unius aut alterius exemplo, qui ſimili in genere peccarent ſine reprehenſione. Locum tamen Demoſthenis adduxi, non ad faciendam fidem eorum, quæ dixi, ſed quòd valeret ad movendos Judices, ne in omnibus delictis concedant conſuetudinem. Neque enim à conſuetudine impetrari poteſt, ut peccare liceat: nec eluit peccatum conſuetudo peccandi, ſed adauget: tantoque gravius redditur, quantò ad plures exemplo ſuo pervenit, Connanus *libr. commem. jur. Civ. 1. c. 10. num.* 10.

Non tollit conſuetudo, *l. 3. in fin. C. d. Epiſc. aud.* ubi remiſſionem veniæ crimina, niſi ſemel commiſſa, non habeant, nec in eos liberalitatis Auguſtæ referatur humanitas, qui impunitatem admiſſi non emendationi potiùs quàm conſuetudini deputaverint.

POESIS diſſuadetur, & contemnuntur, qui

Jus Canonicum non diſſuadet Poëſin, nec cæteras artes. Vid. diffe-

Autoritates Poëtarum in jure quoque allegari

[illegible]

jambum

jambum feriunt, & ſtudioſi metrorum ſylvam in ſuo corde diſtinguunt ac congerunt, *c. nonne.3. diſt.37.*

rentiam, in qua *Artes Mathematicæ probantur.* ſed ſapientiam pietatis præfert, cujus ſapientiæ intuitu in *d.c.nonne.* videtur in vanitate ſenſûs & obſcuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus dialecticâ arte torquetur? Vid. differentiam, in qua *Logicam non curet Juris-Conſultus.* Sic Canones in *c.definimus.4.q.1.c.pro dilectione. d.conſecr.diſt.2.* tibicines, qui fruſto panis ad cantandum ſe conduci patiuntur, in ſordidorum & infamium loco habent, non propter Muſicam, ſed quòd Muſicâ ad turpem quæſtum abutantur; ita ut abuſus exprobretur, Arniſ. in *doctr. polit. libr.* 1.c.12. In rem præſentem facit Eraſmus in *colloq. de pietat. pueril.* ubi non vult nos in totum à Poëtis abſtinere, ſed ſi quid inciderit parum verecundum, hoc eſſe prætercurrendum, quemadmodum Ulyſſes obturatis auribus Sirenas præternavigavit. Facit Ungebaur, cui ex Beda ad *tit. decretal. X. d. vit. & honeſt. Cleric.* turbat acumen legentium & deficere cogit, qui eos à legendis ſecularibus literis omnimodo æſtimat prohibendos, in quibus ſi qua inventa ſunt utilia, quaſi ſua ſumere licet. Sic Phyſicus perſcrutator oculos trans cœlum levat, & ultra profundum terrarum & abyſſum in quoddam inane demergitur? Vid. different. in qua *Grammatica & Grammaticæ ignorantia æquiparantur.* Deinde jus Canonicum ſuperſtitionis involvitur faſcino. Sic in *c.legimus.7.d.diſt.* inducit Beatum Hieronymum, quòd cum libros legeret Ciceronis, ab Angelo fuerit correptus, eò quòd vir Chriſtianus paganorum figmentis intenderet. Heic aſſequi non poſſum, qui Pontifex correptioni huic ſubjiciat prodigum in Evangelio, qui de ſiliquis, quas porci manducabant, ventrem ſuum replere cupiebat. Non obſt. quod etiam jure Civili Poëtæ nulla immunitatis prærogativa juventur, *l.7.C.d.Profeſſ.& Medic.libr.*10. Nam aliud eſt legem Poëtis nullam immunitatis tribuere prærogativam, & aliud eſt immunitatem non mereri divinos ſpiritus, qui Poëſi mancipantur. 2. Poëtis non tribuatur immunitatis prærogativa, tribuitur tamen nominis celebritas. 3. hoc de non profitentibus intelligendum; ſecus ſi Poëſin doceant, ut declarat Albericus Gentilis in *d.l.Poëtæ.7.* & poſt eum Frantzkius ad §.15.*I. d.excuſ. num. ult.* Alii volunt non magis procedere hanc diſtinctionem, quàm procedat diſtinctio inter Doctorem Juris profeſſorem & non profeſſorem exiſtentem: ideoque frater Alberici, Scipio Gentilis putat Poëtis jure Civili nulla tributa privilegia eſſe, quòd graſſationibus.h.adulationibus ut plurimùm dediti eſſent: vel, ut habet Gellius *libr.N.A.*11.c.2 quòd in morem latronis aliquem aggrederentur. Vid. Danielem Heinſium in *Satyra, Hercules tuam fidem*, ubi inter alia ait, Impudentiſſimi plerumque ſunt adulatores Poëtæ. Locum tertio abhinc lapide oſtendam, ubi Poëtam faciliùs conduces, quàm cocum; & meraco vim hauſtu Jovem aliquis negabit unquam cum Junone conſveviſſe, aut Saturnum antehac in Cœlo regnaſſe. 4. Poëtis indicatur omnium horum exilium, manet tamen iis animi recreatio, quæ in non Poëtis vel eſſet vel videri poſſet melancholia illa, quâ ſibi in eam magnitudinem excreviſſe naſum imaginentur, ut publico, ne naſus à transeuntibus conculcetur, abſtineant. 5. Stupeamus meritò Canones odiſſe Poëſin, nec tamen odiſſe Canoniſtas Ganymedem, quem Poëtæ inter ſidera translatum celebrant, & Canoniſtæ formoſiſſimum credere poſſunt. Turpium ſint odia, ſpecioſi eſt amor. Quemadmodum in eisdem paſcuis apis florem, capra fruticem, ſus radicem, quadrupedes fructum ſequuntur; in Poëtis pro captu, proque naturæ affectione alius ſalutaria, alius noxia haurit, quod non Poëtis, ſed inſcitiæ legentium adſcribendum eſt, Arumæus *d.loc. num.74. in fin.* 6. Oderint Canones Poëſin, Canonibus reſpondent Poëtæ Laureati, qui ab Imperatore.

ſolent. Sic magna eſt Homeri autoritas, §.3.*I. d.empt.vend. l.1.ff. d.mort. cauſ.donat. l.13.§.1.ff.ad L. Jul.d.adult.* Hinc Cujacius apud Arumæum *c.d. comit.6.n.73.* Poëtas immunitatem non habere, ait, non quòd eâ non ſint digniſſimi, ſed quia lex deficit.

peratore, vel per Comites Palatii, vel in Academiis creantur, idque jure Regalium Majorum, quo Conrado Celti primam lauream poëticam Imp. Maximilianus I. tribuit, ut Bocerus *d.regalib.c.2 num.*246. ſcribit, quamvis Friderico III. id adſcribat Melch. Adami in *vita Celtis.fol.*30. Vid. Goldaſt. in *conſt Imp.p.*485. & Lanſius exiſtimet in *conſult. Europ.pag.*37. ſub Friderico Imp. IV. Auguſto Celten poëtam coronatum eſſe. Reſpondent illæ ceremoniæ, quibus Poëtæ laurea imponitur: quod factum à Nicolao Reuſnero & Joh. Jacobo Graſſero refert Georgius Chriſtophorus Waltherus in *tract. juridico-polit. d. ſtat. jur. & privil. Doct. omn. Facult. c.*20.*q.*101. Si replicemus monumenta antiquitatis, deprehendemus illud Ovidianum: *Cura Ducum fuerant olim Regumque Poetæ.*

Præmiaque antiqui magna tulere chori:
Sanctaque Majeſtas, & erat venerabile nomen
Vatibus, & largæ ſæpe dabantur opes.

POLLICITATIO, quæ eſt unius promiſſio abſenti, non præſenti facta actionem parit. Hæc concluſio probatur ſecundùm Abb. in *cap. qualiter. d. pact.* dum D. Georgii reſponſio transſcripta ex *libr.8. epiſt.*38. generalis eſt. Ad idem eſt optimus textus in *c. juramenti.*22. *q.*5. pollicitatio enim promiſſio eſt, *l. ſciendum. §. dictum. ff. d. ædil. edict.* Quam ſententiam latè defendit Fortun. in *l.*1. *ff. d. pact. column.*2. & 3. autoritate textûs in *cap. ſi tibi abſenti d. præbend. in* 6.

Covarruvias in *tom.*1. *relect. c. quamvis. d. pact. in* 6. *part.*2.§.4. *num.*25. potiùs agnoſcit exceptionem a regula, quàm differentiam, & putat facillimè poſſe reſponderi ad *cap. ſi tibi abſenti.* ſi conſideremus eam deciſionem agere de collatione beneficiorum, quæ certa eſſe debet, ac neceſſariò à Prælatis & Epiſcopis facienda. Vid. eundem *libr. var. reſol.*3.*c.*16.*in pr.* Talis etiam eſt exceptio gloſſæ in *cap. ſcimus.*12.*q.*1. in pollicitatione facta Deo vel Reipubl. Sic etiam à regula juris Civilis excipitur, ſi quis ob honorem decretum vel decernendum, vel aliam ob cauſam promiſerit, *d l* 1.§.1.

Non ſemper obligatur is, qui pollicitus eſt, *l.*1.*§.*1.*d. pollic.*

POSITIONES negativas Judices admittere poſſunt, ſi æquitate ſvadente viderint id expedire, *c.*2.*d. confeſſ. in* 6.

Nulla eſt differentia, quia 1. *d. cap.* non agit de poſitionibus negativis, quibus poſitionibus negativis Judex reſpondere non jubet, nam ſimplex inficiatio apertè nihil in judicium deducit, Vinnius in *rat. diſp. ad tit. I. d. except.* 2. etiamſi ageret de poſitionibus negativis, idem concluderet, rationabilem ſubeſſe cauſam, propter quam conventus reſponſionem recuſet. 3. illius æquitatis, quâ aliquid expediat, nec vola eſt nec veſtigium.

Poſitio negativa non procedit, *l.*23.*C.d. probat.* Vid. Corvinum in *jur. Can. libr.*3. *tit.*26.

POSITIONES qui exhibet, non cenſetur confiteri illa, quæ in poſitionibus continentur, Panormitanus in *c. cum venerabilis. n.*58.*d. except.*

Obſervanda eſt notabilis differentia inter poſitiones & articulos, Gail. *lib.*1.*obſ.*79.*num.*6. Poſitio Marantæ in *ſpec. aur. tit. d. poſition. n.*1. genericè ita definitur, videlicet poſitio eſt brevis narratio factum continens ad eliciendam veritatem concepta. Sed magis in ſpecie ita definitur, quòd ſit pars intentionis continens id, ſuper quo quis petit ab

Poſitiones qui exhibet, cenſetur confiteri illa, quæ in poſitionibus continentur, adeò ut etiam talem confeſſionem, tanquam judicialem, revocare nequeat, niſi de errore ſuo legiti-

adverſa-

adverſario reſponderi. Eidem Marantæ *d. loc.* Articulus eſt pars intentionis continens id, quod quis probare intendit, puta per teſtes & ſcripturas. Unde in effectu poſito reſpicit ſolam confeſſionem partis, & fit per verbum ponit, & fit ad effectum, ut ponens relevetur ab onere probandi, ſi pars confiteatur, *c. ſtatuimus. d. confeſſ. libr.* 6. & Specul. in *tit. d. poſit.* § 2. articulus verò fit per verbum, probare intendit, & reſpicit probationes faciendas per teſtes vel per ſcripturas in caſu, quo poſitiones negantur. Explicatiùs rem declarat Carpzovius in *proc. judic. tit. 12. art. 4. num.* 4. & *ſeqq.* Differunt articuli probatorii à poſitionibus, quæ ad eum potiſſimùm formantur effectum, ut per confeſſionem, puta reſponſionem partis adverſæ, ponens ab onere probandi relevetur, non ut eas probet, *c. 1. X. d. confeſſ. ubi gloſſ. & in d. c. ſtatuimus.* Articulorum verò probatoriorum effectus in eo conſiſtit, ut negata teſtibus vel inſtrumentis probentur. Deinde ponens confitetur poſitum: articulans articulatum non item, veluti latiùs deducit Frid. Hiltropff in *proc. judic. part. 3. tit. 5. num.* 43. Hinc, quod notat Gailius *d. loc. num.* 8. 9. caveat is, qui poſitiones exhibet, ne contraria ſuæ poſitioni ponat: veluti ſi Uti poſſidetis remedium intentatum eſt, experitur, ſe poſſidere contendit, proinde non debet ponere adverſarium poſſidere: aliàs ſuccumbet propter confeſſionem illam, quæ ex poſitionibus reſultat.

mè doceat per textum in *l. cum precum. C. d. liber. cauſ.* textum in *l. 2. C. d. Inſt. & ſubſt.*

POSSIDERE duo inſimul eandem rem, & eodem modo in ſolidum non poſſunt, *c. licet. X. d. probat.*

Nec jure Civili duo eandem rem in ſolidum poſſidere poſſunt; contra naturam quippe eſt, ut cum ego aliquid teneam, tu quoque id tenere videaris, *l. 3. §. 5. ff. d. A. vel A. P.* Nec poſſident eodem modo, ſic in *d. l. 3. in pr. ff. Uti poſſid.* concurrunt poſſeſſio juſta & injuſta; Igitur duo poſſident non poſſeſſione juſtâ nec poſſeſſione injuſtâ, ſed quatenus inter poſſeſſionem juſtam & injuſtam poſſeſſionis quæſtio pendet.

Duo poſſident in ſolidum, *l. 3. pr. ff. uti. poſſid.*

PRÆCEPTA juris tria jus Canonicum non recenſet.

Tamen ubicunq; deprehenduntur, nam vitæ honeſtatem Canoniſtæ in æquitate, interdum imaginariâ: prohibitam alterius læſionem in nimio quæſitorum emolumentorum ſtudio, quo didicere in ſacris quid faciat aurum: jus ſuum cuique tribuere in juris Civilis ignorantia ponunt.

Sed Civile, *§. pen. I. d. J. & J.*

PRÆCEPTUM & conſilium opponi videntur, non tamen opponuntur, *c. integritas. 13. cauſ. 32. q. 1.* in quo integritas corporis expetẽda eſt, quę conſilio ſuadetur, non imperio præcipitur. Virginitas ſuaderi poteſt, imperari non poteſt: res magis voti, quàm præcepti.

Simulat jus Canonicum pedem humilitatis, quo tamen non incedit. Ambiguam facit litem, ut alteri tempori, quo venulari poteſt purpura Pontificia, eſſet idonea. Cedit jus coactionis ſuæ, ne expugnatum cuiquam exiſtimetur. Aſt penetremus omnia Romanæ infelicitatis ſpecimina, nullum effulgebit conſilium, cui ſuum non ſit conjunctum præceptum, præſertim in eo caſu, de quo in *d. c. integritas.* Sic quando quæritur, *An Eccleſia poſſit inungere continentiam Clericis per tacitum votum?* Reſpondet nomine Canoniſtarum Zœſius ad *tit. Decretal. X. d. cohab. Cler. & mul. num.* 6. eos, qui

Præceptum & conſilium opponuntur, quia liberum eſt cuivis apud ſe explorare, an ſibi expediat conſilium, *l. 2. §. fin. ff. mandat.* imò poteſt non ſequi conſilium, quod ſcit expediturum arg. *§. 3. I. d. pupill. ſubſt. l. 24. d. R. V. l. 34. d. ll. l. 1. & 20. C. d. nupt.*

ſordibus incontinentię delectantur, ut pleriqué hæretici, negare id poſſe Eccleſiam, quòd ſit juris naturæ matrimonium, ideoque ab inferiori non poſſit prohiberi. Catholicam tamen eſſe ſententiam, Eccleſiam quidem non poſſe quempiam cogere abſolute ad continentiam, quòd ſit res meri conſilii, poſſe tamen ſacro Ordini apponere conditiones & leges juſtas illi ſtatui convenientes, qualis eſt, ut illo initiatus caſtitatem voveat, ſicut poteſt quilibet traditioni rei ſuæ apponere conditionem. Ut ſuppoſita hac lege ſacris initiari deſiderans velit ex conſequenti vovere & obligari: uti & obligatur ex propria voluntate, ut non habeat poſtea cauſam reſiliendi, cum ante emiſſum tale votum debuerit ſe probare; quod niſi fecerit, imputet ſuæ temeritati. *Quid ſi ignoraverit ex conſtitutione Eccleſiæ Votum eſſe Ordini annexum?* Reſpondet Zœſius *d. loc. num.* 7. Nihilominus teneri ad continentiam, cum lex legitimè promulgata omnes teneat, nec ejus dari poſſit probabilis ignorantia, ſed procedat regula, quòd qui ſciens & prudens aliquid vult, velit & onera omnia ei annexa: de quibus quòd non inquiſiverit, ſibi imputet, implicitè enim votum fecit. *Quid ſi habeat expreſſam intentionem non continendi?* Reſpondet idem *num.* 8. Talem ordinandum quidem eſſe *can.* 1. *diſt.* 27. ordinatum tamen nihilominus teneri ad continentiam, ſi non ex voto voluntario, ſaltem ex Eccleſiæ inſtituto, cum agens cenſeatur agere juxta legis ordinationem. Deinde in neceſſario conjunctis inſpicitur principalis voluntas, quæ eſt ordinari: non ſecundaria, quæ eſt continere, vel non ſubire onera connexa principali voluntati, arg. *l. ſi ita ſcriptum.* 13. §. 1. *d. liber & poſth.* Aliæ adhuc cumulari poſſent declives Romanenſium fraudes, quarum initia nudo inſtruunt conſilio. Sed enim furor, qui inumbratæ videtur eſſe quietis, nauſeam minitatur.

PRÆCEPTUM juris ſecundum non ſufficit, quia non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat id, quod bonum eſt, *c. de forma. cauſ.* 22. *q.* 5.

Præceptum juris ſecundum eſt alterum non lædere, *§. pen. I. d. J. & J. l.* 10. *ff. eod. l.* 2. *§.* 5. *ff. d. aq. & aq. pluv. arc.*

Non hoc eſt in quæſtione, An ſecundum juris præceptum ſufficiat; ſed an ſit juris præceptum, & an ſuo ordine poſitum. Etenim ſi prius eſſet in quæſtione, primum præceptum ſufficere videretur. Etſi vero primum præceptum ambitu verborum ſequentia duo complectitur, quatenus & honeſtè vivit, qui neminem lædit, vel jus ſuum cuique tribuit; tamen quia poſteriora duo alium reſpiciunt, & magis civilia ſunt, neceſſitate ſcilicet parendi communita, docendi causà poſſunt diſtingui, quòd præcepta hæc ſint vel abſoluta, vel reſpectiva. Abſolutum eſt primum, ſcl honeſtè vivere, privatam hominis vitam, ejusque moderationem ſecundùm virtutes omnes, & ita juſtitiam univerſalem ex aſſe reſpiciens. Reſpectiva præcepta ſunt poſteriora, de quibus Frantzkius ad *d. §. pen. num.* 8. *& ſeqq.* Igitur non ſufficit ſecundum juris præceptum, ſed ſufficit aſſeruiſſe ſecundum juris præceptum eſſe præceptum, quod ut vim ſuam explicet, ceteris eſt conjungendum, ita ut tria illa juris præcepta ſint regulæ quædam & normæ, ad quas omne illud, quod jus, quod injuria ſit, metiendum, quodque univerſum jus ex iis, tanquam fontibus, promanet, & ad illas, quantum fieri poteſt, debeat reduci, Frantzkius *d. loc. num.* 1. Sufficit etiam aſſeruiſſe ſecundum juris præceptum ſuo ordine eſſe poſitum. Alterum quippe non lædit, & qui medius incedit, partim honeſtè vivendo, partim jus ſuum cuique tribuendo. Sic ſuo ordine eſt poſitum primum præceptum. Ne enim primo præcepto repugnet *l.* 144. *in pr. ff. d. R. J.* in qua non omne, quod licet, honeſtum eſt; aliquid poteſt licere, quatenus inde alter non læditur, nec alteri jus ſuum adimitur. Sic & ſuo ordine eſt poſitum tertium præceptum, ut idem ſit finis, in quo omnis juſtitiæ virtus, quod juſtitiæ innuit definitio, acquieſcit. Non obſt. *d. c. de forma.* quia & jure Civili alterum non lædere non tantum eſt abſtinere à malo, ſed etiam facere id, quod bonum eſt. In SCto Silaniano & Claudiano non ſatis eſt ſervum non inſidias ſtruere ſuo domino, ſed cum dominus occiditur, auxilium ei ferre debet & armis & manu & clamoribus & objectu corporis, quod ſi, cum poſ-

ſet, non

ſet, non tulerit, merito de eo ſupplicium ſumitur, *l.19. ff. SCt. Silan. & Claud.* Nec hanc interpretationem tollit *d.l.* 2. §. 5. in quo quis non cogitur, ut vicino proſit, ſed & nocere poteſt. Nam non nocet quis intentione, quantumvis eventu noceat. Ita in *l.1. §.11. & 12. ff. et i.d. aq. & aq. pluv. arcend.* aquam pluviam in ſuo retinere, vel ſuperfluentem ex vicini in ſuum derivare, dum opus in alieno non fiat, omnibus jus eſt: prodeſſe enim ſibi unusquisque, dum alii non nocet, non prohibetur. Ibidem Marcellus ſcribit, Cum eo, qui in ſuo fodiens vicini fontem avertit, nihil poſſe agi, nec de dolo habere actionem: & ſane non debet habere, ſi non animo vicino nocendi, ſed ſuum agrum meliorem faciendi id fecit.

PRÆDICATORES & Confeſſores poſſunt recipere eleemoſynas ab uſurariis & raptoribus alienarum rerum quaſi procuratores illorum, quorum res extortę ſunt, *cap. cum voluntate. 54. X. d. ſentent. excomm.*

Nulla eſt differentia, quia jus Civile agit de violento exactore: jus Canonicum agit adversùs violentum exactorem. Jus Civile agit de perſonis privatis: Canonicum de publicis. Jus Civile de iis, qui nomine ſuo agunt: Canonicum de iis, qui nomine alieno. Jus Civile de debito: Canonicum de eo, quod non debebatur. Jus Civile de eo, qui putabat ſibi deberi, quod in *d.l.* 13. ex D. Marci oratione liquet. Canonicum de iis, qui ſciunt non tolli peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Jus Civile de iis, qui jure conceſſionis poſſederunt: Canonicum de iis, qui invitis dominis uſuram extorſerunt aut rapinam exercuerunt.

Quisquis probatus fuerit rem ullam debitoris vel pecuniam debitam non ab ipſo ſponte ſibi datam ſine ullo Judice temere poſſidere vel accepiſſe, isque ſibi jus in eam rem dixiſſe, jus crediti non habebit, *l.13. ff. quod met. cauſ.*

PRÆLATUS rem Eccleſiæ eâ conditione in emphyteuſin dare poteſt, ut non modò ad filios & nepotes emphyteuticarii, ſed ad extraneos etiam hæredes emphyteuſis iſta tranſeat. Certi namque juris eſt ſolennitatibus legitimis obſervatis res Eccleſiaſticas omnino alienari poſſe, *Clem. 1. & 2. d. reb. Eccl. non alien.*

Quamvis, juxta Covarruviam *libr. var. reſol. 2. c. 17. num. 5.* Chriſtophorus Porcius & Curtius Junior tenuerint, Emphyteuſin Eccleſiaſticam ſimpliciter conſtitutam non tranſire ad hæredes extraneos, etiamſi accepta & data ſit pro hæredibus, ea tamen opinio procedit, quando emphyteuſis Eccleſiaſtica conſtituitur eâ formâ, quâ res Eccleſiæ locari & dari in emphyteuſin ſolent absque ſolennitate canonica: ſecus vero ſi detur res Eccleſiæ in emphyteuſin ſervatâ formâ & ſolennitate, quæ ad veram alienationem requiritur, nam tunc poteſt expreſsè dari cum pacto, quod perpetua ſit, & ad hæredes extraneos tranſeat. Imò ſimpliciter pro hæredibus data ad extraneos hæredes pertinet. Quod ſi magis dubium videretur, confirmari poſſet ex opinione Harpprechti ad §. 3. *I. d. locat. cond. num.* 185. ubi vult Emphyteuſin eccleſiaſticam, inſpectâ ſuâ naturâ, ad quoscunque hæredes tranſire. Quælibet enim em-

Ad extraneos non tranſit, *N. 7. c. 3. in princ.* ubi Juſtinianus disertè ſancivit; Emphyteuſin Eccleſiaſticam in accipientis perſona, & in duobus ejusdem perſonæ hæredibus deinceps, filiis ſolis maſculis aut feminis, aut nepotibus utriusque naturæ permitti adeoq; ad extraneos hæredes non deferri.

phyteuſis regulariter ſui naturâ eſt perpetua, atque ita ad quosvis hæredes tranſitoria, *l.1. in pr. ubi Bald. & Ang. ff. ſi ager vect. &c.* A qua regula cum emphyteuſis Eccleſiaſtica excepta non inveniatur, meritò illi ſtandum & adhærendum eſt. Nec eidem Harpprechto reſiſtit *d. Nov. 7. c. 3.* Etenim quòd ibi emphyteuſis Eccleſiaſtica ad hæredes extraneos non defertur; non fit ſecundùm, ſed potiùs contra naturam emphyteuſeos Eccleſiaſticæ. Eſt ſiquidem hoc introductum ex prohibitione ſingulari in favorem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ majoris (ut Gothofredus ibidem annotavit) & reliquarum venerabilium domuum ad eam pertinentium, contra hujus contractûs naturam & conditionem. Quod vel ex eo manifeſtum efficitur. Si enim hæc contractûs emphyteutici per Prælatum & Capitulum celebrati fuiſſet natura, ut ad extraneos hæredes devolvi non poſſet. Quæ demum cunque emphyteuſeos Eccleſiaſticæ ſit natura, ſive perpetua ex mente Harpprechti, ſive temporalis ex mente aliorum: & conſtituatur aut ſecundùm naturam emphyteuſeos, aut vi conventionis privatâ, ad extraneos porrigi poteſt. Nec obſt. *Nov. 7. c. 3. in pr.* in qua res Eccleſiarum in emphyteuſin datas ad filios & nepotes, non etiam ad ulteriores deſcendentes vel extraneos tranſire debere, id correctum eſt per *Nov. 120. c. 6.* §. 1. ubi res Eccleſiæ in perpetuum dari in emphyteuſin poſſunt: aut certè *d. Nov. 7. c. 3.* eo de caſu eſt accipienda, quando res Eccleſiæ dantur in emphyteuſin juxta peculiarem conſuetudinem abſque canonica & debita ſolennitate; quo caſu non tranſit in hæredes extraneos, nec ultra tertiam generationem. Vid. Treutl. *diſp. 29. vol. 1. th. 10. lit. A. & ibi.* Bachovium *in ſuis notis: item* Hunnium *q. 36.* Attendenda tamen eſt hæc quæſtio, An emphyteuſis Eccleſiaſtica ſit perpetua ſeu temporalis interdum, ut in præſcriptione emphyteuſeos Eccleſiaſticæ. Hinc apparet, quod notat Covarruvias *d. loc. num. 6.* Baldum in *c. ult. d. feud. dat. in vic. leg. commiſſ.* rectè hanc quæſtionem intellexiſſe, dum is ſcribit emphyteuſin rei Eccleſiæ per legitimi temporis uſucapionem acquiſitâ eam habere conditionem & qualitatem, ut nec ad hæredes extraneos tranſeat, nec perpetua ſit: imò tantùm ad tertiam usque generationem duret: præſcriptio enim eam naturam ſequitur, quam res ipſa regulariter, & propriè habet. Emphyteuſis verò Eccleſiaſtica ex propria vi & natura nec ad hæredes extraneos tranſit, nec ultra tertiam generationem extenditur. Hunc caſum à Baldo ſic reformatum, Harpprechti opinio, etiam emphyteuſin Eccleſiaſticam ſuâ naturâ eſſe perpetuam, refelleret. Vid. differentiam, in qua *Emphyteuſis eſt perpetuus contractus.*

PRÆLATUS rem emphyteuticam ad Eccleſiam reverſam etiam conſanguineis ſuis denuo in emphyteuſin dare poteſt, *c. relatum eſt auribus. 12. §. licet autem. X. d. teſtam.* ubi quæ Clericus ſive Prælatus relinquere valet extraneis, etiam conſanguineis ſuis concedere non prohibetur.

Unde errat Panormitanus, *conſil. 41. n. 3. lib. 1.* qui Juſtiniani ſanctionem de Oeconomis ſolummodo in *d. N. 120.* accipi, qui non habent ita pingue jus, ſicut Prælati, exaudiendam arbitratur negans Prælatos (quos tamen non dubium eſt ordinatores ſeu adminiſtratores Eccleſiarũ eſſe, de quibus conſtitutio diſertè loquitur) ſub eadem conſtitutione comprehendi. Huic enim interpretationi tam verba, quàm mens relatæ conſtitutionis repugnant. Eadem ſiquidem eſt ratio in Prælato, quæ in Oeconomo: quòd videlicet alienatio & ab Oeconomo & à Prælato in fa-

Denuo in emphyteuſin dare non poteſt, quicquid dicant alii, quos refert & probat Nicolaus Everhardus in *Topic. Legal. in loc. à feud. ad emphyt. n. 20.* idque oſtenditur textu expreſſo *Nov. 120. cap. 5. §. Oeconomis. & hinc ſumptâ auth. quibuscunque. C. d. SS. Eccleſ.* Ex cujus Novellæ verbis liquidò conſtat non tantùm Oeconomos, ſed & reliquos venerabilium

vorem

Digitized by Google

vorem conſanguineorum interpoſita ad fraudandam Eccleſiam facta præſumatur, *c.decenter.6.diſt.89.* Bartolus, Baldus & Albericus de Roſate in *d.auth.quibuscunq;.C.d.SS.Eccleſ.* Alciat. in *tract.d.præſumpt.reg.1.præſumpt.29.* Menoch. *d.præſumpt. libr.3. præſumpt.54.num.4. & aliquot ſeqq.* Huic ſententiæ non reſiſtit *d. c.relatum eſt auribus.* ubi quæ Clericus ſive Prælatus relinquere valet extraneis, etiam conſanguineis ſuis concedere non prohibetur. Nam agitur eo in loco de bonis mobilibus, jure dominii ad Prælatum vel Clericum ſpectantibus, quamvis per Eccleſiam ſive intuitu Eccleſiæ acquiſitis, *per textum ibi, mobilia per Eccleſiam acquiſita.* De his ſanè Prælato, ut cuivis Clerico, per ultimam voluntatem tam in ſanguine junctos, quàm extraneos, bene de ſe meritos, liberalitatem ſuam exercere permittitur. Aſt in propoſita quæſtione Prælatus non ſua, ſed Eccleſiæ bona, alicui ex cognatis ſuis in emphyteuſin concedendo, alienat: cum is rerum Eccleſiaſticarum non dominus, ſed duntaxat uſuarius ſive uſufructuarius eſſe cenſeatur, ut poſt alios reſponderunt Socinus Senior *conſ.32.columm.2.libr.1.* & Bellonus *conſ.3.* hosque citans Menochius *d.libr.3.præſumpt.54.num.9.* Quin & illud probabiliter dici poterit, facultatem diſponendi de bonis mobilibus Clerico per Eccleſiam acquiſitis, non ex jure communi, ſed ex conſuetudine quadam ſpeciali deſcendere: ad quam conſuetudinem reſpexiſſe Pontificem relucet ex ipſius verbis *d.c.relatum.12.ibi.conſuetudinis tamen non eſt improbandæ.* Conſuetudinem autem ſtricti juris nec de caſu ad caſum extendendam eſſe notum eſt, *c.1.d. feud.cogn.§ ſtrennus.ibi.qui conſuetudine feudi non ſit comprehenſus.tit.1.libr.2.feud.* Non etiam obſtat *c.dilecto filio.25.in princ.X.d præbend* ubi Prælatus præbendam nepoti ſuo conceſſiſſe dicitur. Præbendarum enim collatio non eſt prohibita, ſed jure permiſſa, *t.t.d.conceſſ. præb.&c.*cum eam ipſam ob cauſam illæ ſint inventæ, ut Clericis pro ſuſtentatione liberaliter conferantur, *c.relatum.9. d.præbend. & c.relatum.3. d.conceſſ.præb.* Atqui in noſtro dilemmate tractatur de bonorum Eccleſiaſticorum alienatione, quam regulariter prohibitam eſſe conſtat, *c. nulli liceat.5.* & *t t. d. reb. Eccleſ. alien vel non.* Deinde Prælatus alicui conferendo præbendam nihil ex bonis Eccleſiaſticis alienat: quoniam præbenda poſt mortem vel reſignationem illius, qui eâ fruitur, vacare dicitur: proindeque præbenda vacans, quæ confertur, in dominio Eccleſiæ eſſe non intelligitur, *c.2.3.11. & paſſim.d conceſſ.præb.* Hic autem de bonis ipſius Eccleſiæ in emphyteuſin concedendis, ſicque de eorundem alienatione diſceptatur. Nihil denique movet, quòd ſecundùm naturam ſit, ut unusquisque proprium ſanguinem extraneæ perſonæ præferat, *l.cum acutiſſimi.30.circ.fin. C.d.fideicomm.*& quòd prima liberalitas circa proximos operari debeat, *can non ſatis.14 §.1. diſt.86.* Iſthæc namque & ſimilia axiomata loquuntur & exaudienda ſunt de eo, qui de bonis ſuis propriis diſponit: non verò de eo, qui bona eccleſiaſtica alienare, ſive in emphyteuſin dare præſumit, ut in propoſita quæſtione. Hæc igitur cum diverſa cenſeantur, ex iis nihil infertur, *l.Papinianus.20. ff. d.minor. l.ult.d. Calumn.* Harppiechtus in *addit. ad Julii Clari recept. ſent. libr.3. & 4. §. emphyteuſis. q. 6. num.18. & ſeqq. & ad §.3. I. d. locat. cond. num.196. & ſeqq.*

domorum Ordinatores, h.e. adminiſtratores, eorumque cognatos aut affines, in emphyteuſin capere non poſſe res Eccleſiaſticas.

PRÆLATUS ſi rem Eccleſiaſticam in emphyteuſin concedat, non planè conſueto modo, conceſſio in totum cenſetur inutilis, *c.un. in extravag. comm. d. reb. Eccl.*

Nulla eſt differentia, & probatur aſſertio juris Civilis ex regula utrique tam juri Civili, quàm Can: communi, quòd in omnib. diſpoſitionibus utile non vitietur per inutile, quoties aliqua ſeparationis

Frequentioribus Doctorum calculis recepta, adeoque in praxi tenenda concluſio eſt, quòd emphyteuſis à Prælato ultra legitimam ſolitamque metam conceſſa, ob

Digitized by Google

non alien. incipiens, Ambitioſæ &c. §. ſi quis autem. &c. ubi in emphyteuſin conceſſio aliter, quàm ab antiquo fieri ſolita eſt, facta nullius omnino roboris vel momenti eſſe dicitur.

vel diviſionis ratio iniri poteſt, *l. utile. 38. ibiq; gloſſ. d. R. J. in 6. l. 1. §. ſed ſi mihi ff. d. V. O. l. ſed etſi. 12. ff. d. conſt. pecun. l. pecuniæ. 9. l. [illegible] 29. ff. d. Uſur. l. 1. §. ſed Pomponius. & §§. ſeqq. ff. quod [illegible] d. l. [illegible] ff. d. ſtip. ſerv. l. proprium [illegible] ff. comm. præd. &c. l. [illegible] 34. in pr. & [illegible] §. ſin autem. C. d. [illegible] l. donationes. quas parentes. 25. C. d. donat. inter V. & U.*

largiorem hanc conceſſionem non omnino corruat, ſed potiùs, quatenus facta eſt intra ſolitam formam, ſubſiſtat, Baldus in *auth. ſi quas ruinas. num. 2. C. d. SS. Eccleſ.*

Eademque ſententia evidentiùs confirmatur ex *Nov. 7. c. 3. §. 3.* ex quo apparet, ſi res Eccleſiæ, quæ ultra ſecundam generationem concedi non poteſt, ad tertiam vel ulteriorem data ſit, conceſſionem valere usq; ad generationem ſecundam, tanquam ſolitam, ſicque jure factam. Tot enim cenſentur eſſe conceſſiones, quot ſunt generationes, ut ſic una non vitietur per aliam. Sed & huic concluſioni patrocinatur *tit. 24. d. leg. Corradi § ſimiliter. 2. verſ. profectò. libr. 2. feud.* ubi dicitur, ſi Vaſallus feudum, quod poſſidet, aliâ lege, quàm ipſe habet, alii conceſſerit; puta ſi pro maſculis tantùm conceſſum, ipſe pro maſculis & feminis dederit: quibusdam placuiſſe eum amittere beneficium: alios verò dixiſſe, id tunc domino aperiri, cum maſculi defecerint. Et horum opinio, ceu ultimo loco relata, approbata eſſe intelligitur per notata gloſſæ in *l. qui filium 74. in fin. ſuper verb. & alia. ff. ad SC. Trebell.* Conſtat ergo infeudationem iſtam non penitùs eſſe inutilem, ſed eo valere modo, quo poteſt. Quare & emphyteuſis à Prælato ultra legitimam metam conceſſa non tota vitiabitur, ſed intra terminos conſuetos jureq; permiſſos conſiſtet. Neque obſt. *d. c. un. in extravag. comm.* quod hunc habet ſenſum: ut quatenus conceſſio aliter, quàm ab antiquo fieri ſolita ſit, facta fuerit, nullius omnino roboris & momenti ſit: & conſequenter quatenus ſecundùm antiquum morem ſit facta, eatenus valeat. Ex eadem reſponſione reſpondetur ad *Nov. 7. c. 3. in fin. pr.* verba ea(in quibus contra legis obſervationem accipiens emphyteuſin ſtatim cadit ab emphyteuſi, adeoque etiam ab eo jure, quod ei licite concedi potuit) non referri ad totam conceſſionem, ſed ſolummodo ad exceſſum inſolitum ac prohibitum, ut ejus ſententia hæc ſit: Rem Eccleſiæ non poſſe dari in emphyteuſin, niſi usque ad metam ibi taxatam; & quod aliter fit, i. e. ultra metam taxatam, id nihil penitùs habere roboris: ſed propterea non tolli, quò minùs id, quod intra metam licitam contractum eſt, vires habeat; cum illud non aliter ſit factum. Sic etiam reſpondetur ad *clem. 1. verſ. ſi quis autem. ibi, nec ex conceſſione ipſius recipienti jus aliquod acquiratur. d. reb. Eccl. non alien.* ut videre eſt apud Harpprechtum ad *§. 3. I. d. locat. cond. num. 225. & num. 226.* reſpondet ad *l. ſi non ſortem. 26. §. ſi centum. 4. d. cond. ind.*

Præscribere Eccleſia contra Eccleſiam poteſt, *c. 4. c. ad aures. X. d. preſcript.*

Nulla eſt differentia, quia quòd privilegiatus non utatur privilegio ſuo contra æquè privilegiatum, id verum eſt, ubi uterque de eadem re privilegiatus exiſtit, & ſimul exercent privilegium. Declarat hoc Baldus alio exemplo in *l. 12. ff. ſolut. matrim.* in dote reſtituenda per maritum, cui licet ſuccuratur, ut non condemnetur, niſi in quantum facere poteſt, non tamen hoc habet privilegium, ſi mulier æque ſit inops. At vero ubi unus habet privilegium actu, alter verò potentiâ, i. e. quod exercere contra aliam Eccleſiam aliquando poſſit, is, qui actu exercet, omnino præferendus eſt.

Privilegiatus non utitur privilegio ſuo contra æquè privilegiatum, Dd. ad *§. ſed & hoc præſenti. N. 123.*

Præscri-

Digitized by Google

PRÆSCRIBERE non poſſunt hæredes debitoris juri hypothecæ propter malam fidem, *d. c. poſſeſſor. d. R. J. in 6. d. c. ult. X. d. præſcript.*

Quod quidem in actionibus realibus omni dubio caret; circa perſonales autẽ magis dubitatur: Utrùm ſcl. procedat hæc præſcriptio cum mala fide? Verius tamen eſt non minùs vitiari præſcriptionem actionum perſonalium propter malæ fidei probationem poſt lapſum 10. annorum; quàm ipſarum actionum realium præſcriptionem ex hac cauſa vitiari conſtat per text. *in d. c. ult.* qui generaliter & indiſtinctè loquitur; nec diſtinguit, utrùm ſit realis, an perſonalis. Unde & eo modo intelligi debet, *l. Sic titulus. 1. §. generaliter. 1. ff. d. leg. præſt. l. ſi quis ſit. 56. ff. ſol. matrim.*

Hodie ex nova Theodoſii conſtitutione regulariter omnes actiones civiles tam perſonales, quàm reales, quæ decem & viginti annorum uſucapione non præſcribuntur, triginta annis excluduntur, *l. ſicut. 3. C. d. præſcript. 30. vel 40. ann.* exceptis paucisſimis, *Nov. 110. c. 1. N. 131. c. 6.*

PRÆSCRIBI criminibus non poteſt, nam diuturnitas temporis non minuit peccatum, ſed auget, tantoque ſunt graviora crimina, quanto diutiùs infelicem animam detinent alligatam, *c. non debet. 8. X. d. conſang. & aff.*

Jus Canonicum vult liberare conſcientias. Vid. Covarruviam *libr. var. 2. verſ. primum poſſe.* Clarum §. *fin. q. 60. n. 32.* Tiraquellum *d pœn. temp. cauſ. 29.* Jus Civile ſpectat bonum publicum, quod ſtudio finiendæ litis tanto tempore vel vitæ emendationem vel conſcientiæ innocentiam præſumit. Non obſt. quòd actio injuriarum prætoria ſecundùm utrumque Jus annuo ſpatio præſcribatur, adeoque nec jure Canonico mala fides injuriantis, quâ ad pœnam injuriato præſtandam ſe obligatum eſſe ſcit, præſcriptioni actionis injuriarum officit. Reſp. in foro conſcientiæ pœnas non deberi, ſed ſalvâ conſcientiâ retineri poſſe, *gloſſ. in c. fraternitas. 11. cauſ. 12. q. 2.* Vid. Harpprechtum ad §. 12. *I. d. injur. num. 15. 16.*

Quî criminibus præſcribatur, vid. Weſenb. in *ff. ad tit. d. diverſ. temp. præſcr.*

PRÆSCRIBI non poteſt res depoſita, *c. ſi ſacerdotes. 16. q. 3.*

Nulla eſt differentia, quia in quæſtione, An res depoſita præſcribi poſſit, hoc quæritur, An is, qui depoſuit rem alienam, quam credidit eſſe ſuam, rem illam præſcribat, non an depoſitarius, penes quem metu hoſtilitatis interveniente, diutiùs res depoſita fuit, illam rem præſcribere queat.

Nullum jus privatum vel publicum in quacunque cauſa vel perſona, quod 40. annorum extinctum eſt jugi ſilentio, moveatur, *l. omnes. 4. C. d. præſcr. 30. vel 40. ann.*

PRÆSCRIBI poſſe & quaſi poſſeſſione acquiri ea, quæ ſunt meræ facultatis, qualia ſunt hoſpites recipere, nam procedit præſcriptio ſtatim, atque ex aliquibus præſumptionibus conſtat;

Duo hic ſunt obſervanda. 1. quoad exemplum juris Canonici obſervandũ illud Aymonis Cravettæ *d. antiq. temp. §. circa præmiſſa. n. 43.* Namque Cravetta in iſto loco expreſſis verbis dicit, Jus hoſpitandi, quod in mera facultate conſi-

Uſucapionis termini non obtinent quoad ea, quæ ſunt meræ facultatis, ut patet ex *l. 2. ff. d. viæ publ.* Cujus ratio eſt, quòd ea, quæ ſunt meræ facultatis, ſint meri facti, & nihil juris ponant, cui

quem

quem illis actibus jure propriò uſum eſſe, Abbas in *c. cum Eccleſia. num.* 24. *X. d. cauſ. poſſ.* ut refert Ludolph. Schraderus in *tract. ſelectiſ. & practicab. quæſt. §.6. num.* 20. ſtatuit.

ſtit, præſcribi, quando ex facultate perſonarum, aut ex conjecturis poſſit apparere, quòd ex debito ac jure ſervitutis, non ex mera gratia fieret hoſpitatio, ut quia hoſpitatus tale jus hoſpitandi peteret, tanquam ſibi debitum, puta ſcribendo literas vel nuncios mittendo ad dominum domûs, pro parando ſuo hoſpitio, vel dicendo domino domûs, Facias debitum tuum, ut bene recipiamur, ut decet. 2. Obſervandum ea, quæ ſunt meræ facultatis, non poſſe præſcribi, poſſe tamen præſcribi ea, quæ ſunt facultatis & juris, quo quis communi omnium facultati derogat. Vel poſſunt præſcribi ea, quæ ſunt publicæ facultatis, quæ ſenſim in jus proprium degenerant. Vel poſſunt præſcribi ea, quæ ſunt facultatis impeditæ adverſùs eos, in quibus facultas agendi ſeu non agendi à præſcribentibus impediri ſolebat.

præſcribi poſſit: imò, antequam fiant, non ſint in rerum natura, Zœſius ad *tit. ff. d. V. & V. num.* 40.

PRÆSCRIPTIO Eccleſiaſticarum actionum ut habeat locum, non requiruntur 40. anni, *c.* 1. *X. d. præſcript. can. placuit.* 15. *cauſ.* 16. *q.* 3.

Quod jus Civile determinat tempus, non mutat Canonicum, *c. de quarta. & c. illud autem.* 8. *X. d. t.* Quibus textibus non adverſatur *d. c.* 1. in quo Epiſcopus ſegnis in convertenda Eccleſia, nec eam per triennium repetens, amittit illam, eaque vicino Epiſcopo, qui illam convertit ac poſſidet, acquiritur; quia excipitur caſus propoſitus in *d. c.* 1. quo vicinus Epiſcopus negligentis Epiſcopi parochiam ſive homines illius Eccleſiæ ad orthodoxam fidem convertit, eosque per triennium ſubjectos ſibi habuit: Sibi enim imputare debet Epiſcopus negligens, quod in illis convertendis non laboraverit, nec eos intra biennium repetierit; cum ob ejusmodi deſidiam illos alienaſſe cenſeatur, *l. ult. in fin. C. d. ann. exc.* Petrus Gregorius Tholoſanus in *Syntagm. Jur. Univ. libr.* 40. *c.* 11. *num.* 2. Ratio autem ſpecialitatis, cur triennium ſufficiat, eſt favor fidei, *c. in fidei. ſ. in pr. d. hæretic. in* 6. ut vicini Epiſcopi magis alliciantur aberrantes Epiſcopi negligentis ſubditos reducendi in viam veræ religionis. Nec obſt. quòd in *d. can. placuit.* 16. fit mentio non triennii, ſed ſex tantùm menſium, quia ibi agitur de deſide Epiſcopo, qui admonitus fuit à vicinis Epiſcopis, ut ſuo fungeretur officio. Hac admonitione poſthabitâ ſi iſta pigritia per ſex menſes perſeveravit, parochia ad vicinum Epiſcopum pertinebit, qui eam ab errore vel hæreſi liberavit. Si vero iſta admonitio non præceſſit, indulgetur ignavo Epiſcopo triennium, *d. cap.* 1. ibique Cujacius, qui etiam explicat, quòd matrix Eccleſia, cujus ibi fit mentio, ſit cathedralis Eccleſia. Quæ ſententia probatur per *cap. venerabili.* 22. *in fin. d. V. S.* Ungebaur ad *tit. Decretal. X. d. præſcript. num.* 14. 15. Vid. *can. nemo. cauſ.* 16. *q.* 4. ubi venerandæ Romanæ leges divinitus per ora piorum Principum promulgatæ in præſcriptione rerum Eccleſiæ attenduntur.

Requiruntur 40. anni ſolâ Romanâ Eccleſiâ gaudente centum annorum ſpatio ſeu privilegio, *auth. quas actiones. C. d. SS. Eccleſ.*

PRÆSCRIPTIO non currit à tempore Prælati malè alienantis, *c. ſi ſacerdotes.* 16. *q.* 3.

Vid. differentiam, in qua *Præſcriptio ſemper requirit bonam fidem.* & Rittershuſium *lib. d. differ. jur. Civ. & Can.* 4. *c.* 15.

Poſt alienationem ſtatim currit præſcriptio, *auth. quas actiones. C. d. SS. Eccleſ.*

PRÆSCRIPTIO non requirit bonam fidem,

Hactenus nulla eſt differentia, quia jus

Requirit bonam fidem, *l.* 36. *& pen. ff. d. V. & V. l.* 2. *c.* 1. *X. d.*

c.1. X.d.præſcript. in quo Epiſcopus locum à ſe converſum contra alium Epiſcopum præſcribit absque bona fide, cum probè norit ad alium Epiſcopum pertinere.

Canonicum hoc ſpecialiter conſtituit in favorem religionis & commendationem Zeli paſtoralis, quo conveniebat proprium loci Epiſcopum uti, & prævenire alienum. Eò autem minus de favore religionis dubitatur, cum in caſu non æquè favorabili non attendamus bonam fidem. Hoc determinat Zœſius ad *tit. ff. quemadm. ſerv. amitt. num.9.* Ubi quæſitum, An in ſervitutibus requiratur bona fides? Quod attinet ad ruſticas, non videtur deſiderari, cum in iis non requiratur factum aliquod ſervientis domini, ſed ſufficiat ſola negligentia non utentis. Ut nihil obſtet, quòd Canones requirant bonam fidem: nam intelligendum in caſu, quo intervenit factum aliquod ejus, qui præſcribit.

in pr. pro empt.

Præscriptio procedit absque titulo, *c.1.& 4.X.d.præſcript.c.1.eod.in 6.*

Nulla eſt differentia, quia neutro jure poſſet ſequi adiectio dominii, niſi præcederet dominii cauſa; aut alterutro jure nuda traditio transferret dominium. Nec obſt. *d.c.1.* cui parallelus eſt. *c. placuit. 16.q.3.* quia hoc receptum eſt ſingulari autoritate, & favor fidei poſſeſſionem juſtificantis juſtum titulum inducit, arg. *l. juſte poſſidet. ff. d. A. vel A. P.* Quemadmodum igitur ex ſpeciali hoc concurſu potuit procedere præſcriptio; ita ex eodem dominium & jus plenum acquiri potuit juxta *tit.C.d.ſerv. qui pro præm.lib.acc.* Non obſt. *c.4.* in quo etiam eſt caſus ſpecialis, quo quarta decimarum & oblationum, quæ jure communi Epiſcopis debetur, per 40. annos absque ullo titulo præſcribitur à Clericis. Vel *d.cap.* intelligi poteſt ſuppoſitis terminis habilibus, ſcl. interveniente quadragenariâ præſcriptione legitimâ, in qua ultra bonam fidem titulus neceſſariò concurrat. Non obſt. *c.1.eod.in 6.* ubi bona fides ſufficit, quia loquitur de eo caſu, quo jus commune vel præſumptio non eſt contra præſcribentem. Si verò ſecus eſt, debet titulus allegari & probari, Vivianus ad *d.c.1.* ut refert Ungebaur ad *tit.decretal.d.præſcript.num.9.*

Adeo requiritur titulus, ut error falſæ cauſæ uſucapionem non pariat, *§.11.I.d. Uſucap. l.27. l.pen.ff.eod.*

Præscriptio ſemper requirit bonam fidem, *cap.poſſeſſor.d.R.J. in 6. c.ult.X.d.præſcript.* & ita communiſſimè tradunt Dd. quòd cum malâ fide nec centum annis nec per annorum millia, nec in æternum præſcribatur, Bachov. *vol.ad Treutl. 2.diſp.22.th.6. lit. A. & B.* Vid. eundem *d. loc. lit.C. D. th.7. lit.A.* Gail. *2. obſ. 18.n.7.* Frantzkium *libr.3. reſol.1.num.317.* Barboſ. ad *c.2.X.d.R.J.* Renneman-

Suntalii, qui opinionem juris Canonici, utpote totum uſucapionum jus bono publico introductũ, deſtruentem non putaverint ſervandam in foro civili, licet poſſeſſorem in foro conſcientiæ ad reſtitutionem obligatum eſſe dixerint, cujus ſententię autores refert Covarruvias in *d. cap. poſſeſſor. part.2. §.11. n.5.* Alii jus Canonicum reſtringunt ad præſcriptionem, quæ procedit ex facto poſſidentis, ut ſecus ſit in ea, quæ procedit ex negligentia agentis, veluti in actionibus perſonalibus, licet communis opinio ſit in contrarium, de qua re tractant Balbus *d.præſcript.part.3. in pr.part.2.q.13.* Vaſq. *2. illuſtr. contr.76.* Weſenb. *conſ.5. num.31.* Sed utcunque ſit, ita temperanda erit ſententia juris Canonici,

Præſcriptio non interrumpitur ex poſteriore forſitan alienæ rei ſcientia, *l. un. in fin. C. d. Uſuc. transf.* quia ſufficit poſſeſſionis bonum initium, *l.ult.in fin. C. d. præſcript.long.temp.* Carpzov. in *Jprud. For. Romano-Sax. part. conſt.3.def.7.*

num in *Juriſpr.* Romano-*German. membr.2. diſp.*48. *theſ.6. lit.e.* Bocerum in *tract. d. præſcript. feud. c.2. num.*61.

ut procedat in caſu, quo manifeſte de mala fide conſtat, ceterùm poſt 30. annos in dubio præſumitur bona fides, & ſi exceſſerint 100. anni, ut tandem ſit litium finis, præſumptio illa cenſeri debet juris & de jure, nec admittit probationem in contrarium, ut rectè tradunt Mynſing. 1. *obſerv.*39. & alii relati à Balbo *d. part.*3 *pr. part.*2.*q.*6. *num.* 18. 19. 20. licet ipſe Balbus malè diſſentiat, & poſt centum quoque annos probationem malæ fidei admittat. Hinc pateſcit in eo, quòd conventus in judicio per litis conteſtationem incipiat habere malam fidem, & tamen nihilominus manens in poſſeſſione uſucapiat, non novam extruendam eſſe differentiam. Non etiam in eo, an uſucapio procedat tam heredi, quàm aliis ſucceſſoribus, etiamſi teſtatores intellexerint rem eſſe alienam, Vid. Oldendorpium in *coll. jur. Civ. & Can. tit. U.* Mynſinger. *cent.*4.*obſ.*6.*n.*4. Schultz in *Synopſ. Inſt. Imp. ad tit. d. Uſucap. lit. b.* Mœſtert. *libr. d. juſt. leg Rom.*1.*c.*10. *& ad eum* Cypr. Regneriũ. Ne videamur alicui malè recedere à jure Canonico, inter quod tamen & jus Divinum ſit analogia, nam quod *c. ult. X. d. præſcrips.* dicit, quod nõ ex fide eſt, peccatum eſt, etiam eſt juris Divini, *ad Rom.*14.*c. ult.* ita ut tollatur adeò omnis mala fides, ut ne ſuſpicio ejus probetur. De qua fide hoc intelligatur, diſceptari ſolet. Plerique exiſtimant hoc non intelligi de fide politica, quæ in præſcriptionibus requiritur, ſed de fide Chriſtiana, theologica & juſtificante ſeu ſalvifica. Alii exponunt non de fide ſalvifica, ſed de bona fide, contendentes omne, quod fit contra animi noſtri conſcientiam, eſſe peccatum, *c. quærat hic aliquis.*44. *cauſ.*33.*q.*3.*d. pænit. diſt.*3. Abb. ad *c. ult. in pr.* Quæ poſterior explicatio deſumpta eſt ex Chryſoſtomo, Theophylacto, aliiſque Patribus atque Theologis præſtantiſſimis, quos ſequitur Cujacius ad *d. c. ult.* Non denique in præſumptione bonæ fidei, contra quam admittitur probatio, nova conſtituitur differentia, quia in utroque jure præſumitur bona fides, Sixtin. *d. regalib. libr.*1.*c.*5.*num.*165. Is verò, contra quem præſcriptum eſt, ſi velit probare malam fidem præſcribentis, meritò admittitur, Gail. *libr.*2.*obſ.*18.*num.*7. Mynſing. *cent.*4.*obſ.*6.*num.*4. Carpzov. ad *part.*2.*conſt.*3.*def.*8. Vide Hermannum Hermes ad *paratit. Weſenb. tit. d. U. & U. num.*11.*lit.c* ubi quærit, An is, qui dubitare incipit, nihilominus jure Canonico præſcribat? Vid. Vaſq *contr. ill. libr.*2.*c.*77. ubi qui dubitat, non habet ſcientiam rei alienæ.

PRÆSCRIPTIO ſine poſſeſſione non currit, *c. ſine.*3. *d. R. J. in* 6. *c. cauſam. X. d. præſcript.* *c.*3. *X. d. probat.* quæ regula nihil aliud intendit, quàm pręſcripturo ita neceſſariam eſſe rei poſſeſſionem, ut ſi illa deſit, neq; inchoari pręſcriptio neque prorogari queat, *can. illud.*8. *c. auditis.*15. *X. d. præſcript.* Streinius *ad d. c.*3.

Nulla eſt differentia, & ad oppoſitas ll. reſponderi poteſt. Primò quidem ad *l.*30. Bartolus exceptionem agnoſcit, & ſingulariter ita dictum à Labeone putat, propter modicum tempus, quod ſupereſt ad complendam uſucapionem. Meliùs alii reſpondent contra Javolenum, revera poſſideri columnas & tegulas, quamvis inſertæ ædificio ſint & cohæreant. Nam ſic annulos quoque & gemmas ipſis inſertas poſſidemus & præſcribimus, *d.* §.1. Vid. Bronchorſt *cent.*4. *aſſert.*12. Secundò ad *l.*40. *l.*44. §.3. *ff. d. U. & U.* hoc quoque in gratiam hæredis, qui non niſi ex juſtis cauſis moram cenſetur facere

Currit, *l.*30. §.1. *l.*40. *l.*44. §.3. *ff. d. U. & U. l. omnes.*4. *C. d. præſcr.* 30. *vel* 40. *ann. l.*3. §.4. *ff. d. aq. quot. & æſt.* Deinde ſi ad pręſcribendum continua poſſeſſio requireretur, non levis injuria timenda eſſet illi, qui abſque culpa per vim depellitur, & multo tempore à bonorum ſuorum poſſeſſione impeditur. Tertiò, ſi ad præſcribendum continua poſſeſſio requireretur, res incorporales

inadeun-

in adeunda hæreditate, ſingulariter indultum eſt, juris quadam fictione, vel ſi mavis, interpretatione, eò quòd in heredem omne jus à defuncto traſferatur: quò fit, ut heredis acceptatio retrotrahatur judicando de illa, quaſi primo momento adita fuiſſet, adversùs rigorem juris, ut eatenus continuata præſcriptio videatur, *l. heres. 22. ff. d. U. & U.* Aliorum reſponſio eſt ipſam hereditatem, licet corpus mortuum ſit, juris fictione loco poſſeſſoris eſſe, & ſupplere defectum perſonalem: cum enim ante aditionem hæreditatis nihil ſit, quod imputetur heredi propter moram, tempus ipſi à lege indultum damno eſſe nequaquam debet. Tertiò ad *l. 3. §. 4. ff. d. aq. quot. & æſt.* In ejusmodi bonis, quorum uſus neceſſariò diſcontinuatur, non eſt attendenda naturalis poſſeſſio, ſed civilis, quæ ſolo animo conſervari poteſt. Quamvis ergo ſervitus hæc vel illa per intervalla temporum diſcontinuetur, animi tamen intentio illam conſervandi manet, & nunquam interrumpitur. Quartò nemini timenda eſt injuria, quia ejusmodi poſſeſſores poſtliminio in integrum reſtitui debent: quo facto fictione juris nullus alius poſſediſſe cenſetur, adeoque depulſus à bonorum ſuorum poſſeſſione naturali corpore quidem abſens fuit, & alius naturali & iniquâ detentione occupavit, ipſe tamen animo nunquam deſeruit. Quintò in præſcriptione rerum incorporalium ſufficit quaſi poſſeſſio, quæ veram poſſeſſionem imitatur. Denique ſeparata eſt cauſa poſſeſſionis & uſucapionis, quia in poſſeſſione ſufficit juſtus titulus, ad uſucapionem requiritur bona fides; ideoq; ſolus titulus non parit uſucapionem, ſed in eo, qui acquirit juſto titulo, deſideratur bona fides. Vid. differ. in qua *Præſcriptio ſemper &c.*

non poſſent præſcribi. Denique non ſeparata eſſet cauſa uſucapionis & poſſeſſionis contra *l. 2. §. 1. ff. pro empt.*

PRÆSENTARE quis ſeipſum poteſt, *c. qui vult. d. pænit. diſt. 3.* ubi charitas incipit à ſeipſa. Sic ſeipſum præſentare cenſetur, qui præſentat filium: filium autem præſentare licet, arg. *c. cum apud. 23. d. ſponſal. & matrim.* gloſſ. in *cap. conſuluit. 15. voc. autoritate ibiq; Abbas. n. 3. X. d. jur. patron.*

Præſentare quis ſeipſum non poteſt, quia debet eſſe differentia inter præſentatum & præſentantem, dantem & recipientem. Ea enim eſt natura correlativorum, quod unum non ſit alterum, licet de uno diſpoſitum trahatur ad alterum, *l. fin. ff. d. accept. l. 1. C. d. cupreſſ. libr. 11.* Auguſt. Barboſ. in *axiom. libr. 3. c. 70.* Deinde ſi quis ſeipſum præſentare poſſet, in ſua cauſa fieret Judex, contra *l. 10. ff. d. Juriſd.*

Idem, quod jus Civile, dicit Canonicum, Neminē ſeipſum præſentare poſſe, quantumcunq; idoneus ſit, & quibuscunq; ſtudiis atque meritis adjuvetur, *c. per noſtras. 26. X. d. jur. patron.* Sicut is, inquit Gregorius in *can. ſicut. 3 cauſ. 1. q. 6.* qui invitatus renuit, quæſitus refugit, ſacris eſt altaribus admovendus. Sic qui ultro ambit, vel importunè ſe ingerit, eſt procul dubio repellendus. Nam qui ſic nititur ad altiora conſcendere, quid agit, niſi ut creſcendo decreſcat, & aſcendendo exteriùs ad profunda deſcendat. Non obſtat, quòd charitas incipiat à ſe ipſa, quia hoc fallit, ſi ſequantur inconvenientia, Ungebaur ad *tit. Decretal. X. d. jur. patron. num. 34.* Si autem propria charitas hoc loco eſſet attendenda, poſſet quis ſeipſum commendare atq; ingerere, quod jure eſt prohibitum. Non obſtat, quòd ſeipſum præſentare cenſeatur, qui præſentat filium, cum pater & filius cenſeantur eadem perſona, *l. fin. verſ. nobis autem in prima. C. d. impub. & al. ſubſtit.* & quæ filius acquirit, videatur patri acquirere, *l. cum oportet. 6. & l. fin. C. d. bon. quæ lib.* quia reſponderi ſolet prius procedere de fictione juris; hoc autem loco potiùs veritatem attendi, quâ inſpectâ ſunt diverſæ perſonæ. Poſterius autem locum non habere in ſpiritualibus, quia ibi non curatur patria poteſtas, *c. ult. d. Jud. in 6.* Quærunt, qui electionem Romani Imperatoris examinant, *An quis ex Electoribus pro-*

prium votum ſibi dare atque ita augere numerum queat? Et negatur, quia iniquum eſt in re propria alicui licentiam tribuere ſententiæ, *l.un.C. ne quis in ſua cauſ.* Hinc cum Joannes XXIV. Pontifex Max. ex compromiſſo jus Pontificis renunciandi habens ſeipſum nominaſſet, à Concilio Baſileenſi deturbatus fuit. Cui affine eſt, quod tradit Bald. in *l.ſi mandavero.22.§.7.ff. mand. c.cum in jure. d.electiou. l.plane.ff.Quod cujusque.&c.* Appius Claudius, decemvir Romanus, cum ei comitiorum habendorum munus injunctum fuiſſet, novo & peſſimo exemplo ſeipſum creavit: quod haud ſecus factum improbabant boni, quam neminem facere Augurum crediderant. Limitat tamen hanc negationem A.B. *c.2.§.fin.* in caſu, quo tres præſentes Electores, ſive abſentium nuncii, quartum ex ſe, ſeu ipſorum conſortio, videlicet Principem Electorem, præſentem vel abſentem, in Regem Romanorum elegerint, vocem illius Electi, ſi præſens adfuerit, aut nunciorum ipſius, ſi eum abeſſe contingeret, plenum vigorem habere, & eligentium augere numerum, partemque majorem decernimus conſtituere. Ejuſque rei illuſtre exemplum legimus apud Dubravium *libr.23.hiſt.Bohem.* Cum enim Germani Roberto Bavaro amiſſo, quem Wenceslao ſuperſtiti ſurrogaverant, rurſus ad alium ei ſurrogandum animos adjeciſſent, Moguntino comitia Electoribus indicente, ad ea cum Sigismundus Rex Hungariæ, tanquam Marchio Brandenburgenſis, qui unus Electorum habebatur, veniſſet, dignitatisque regiæ gratiâ primus ſententiam dicere rogatus eſſet de Cæſare nominando, ſeipſum nominavit. Me, inquiens, ego novi, alios non itidem, an æquè mecum imperio Orbis digni ſint, præſertim in tanto rerum motu, quo Italia quoque ſchiſmate ibi durante plurimùm laborat. Mirati hanc tam liberam & apertam Sigismundi vocem Electores, communique aſſenſu illam approbantes ipſum Sigismundum Cæſarem conſalutarunt. Vid. tamen Lehem. *libr.7. Chron. Spir. c.81.* Goldaſt. *d.regn. Bohem. libr.3.c.4 num.7.* Werdenhagen *d.ſtat.Imp.Romano-Germ.tom.2.* Ad argumenta, quæ in contrarium adferri poſſunt, reſpondet Arumæus *diſc.2.ad A.B.th.22.* illa uno quaſi ictu diſſolvi poſſe; ad id enim ea collimare ſui ipſius electionem non valere, quod concedendum. At noſtro in caſu, ubi tres quartum eligunt, non quartus ſemet ipſum eligit, ſed judicium, quod tres perhibuerunt, ipſe comprobat. Subſumit Werdenhagen *d.loc.* pace mei Præceptoris dictum velim, reſponſio hæc non usquequaque quadrat. Nam quarti hujus electi vox eundem vigorem habet, ac ceterorum Electorum: at reliquorum voces ſunt electivæ. Ergo & hujus quarti electi. Licet verò ceterorum videatur comprobare ſententiam, eam tamen non tanquam arbiter comprobat, ſed ſeipſum eligendo ab ea non diſcedit. Deinde quod ſi primo ordine vel ſecundo vel tertio rogatus ſeipſum eligat, nullo ante rogatorum ſuffragio alteri cuidam dato, ſubſequentibus tamen reliquis omnibus, vel majori pro parte in eundem conſentientibus, anne hoc caſu cum aliorum non comprobaverit electionem, utpote illis prior, ſed ſeipſum elegerit, dicenda electio nulla. Id verò minimè admittendum arbitror tum propter ſenſum *d.§.7.* tum propter exempla. Ad contraria reſponderi poteſt, & quidem ad *l.4.ff.d.tut. & curat.dat.&c.* illam loqui de Prætore ſeipſum dante tutorem, caſu maximè à noſtro diverſo. Hic enim Elector ſeipſum non ſolus, ut ibi Prætor, ſe elegit, ſed & ab aliis ſimul eligitur. Et quis non videt diverſitatem maximam inter dationem & electionem. Caſui verò noſtro propiùs accedere videtur *§. ex teſtamento.I.d.ſatiſd.Tut.l.3.§.7.ff. d. adm. & peric. tut.* ubi majorem partem & votum ejus, qui eligitur, conſtituere poſſe non dubito. Ad *d. l. un. C. ne quis in ſua cauſ.jud.* reſpondetur nullum hic dari judicium, ergò propriè nullum Judicem, nullum teſtem. Iſtud verò quaſi teſtimonium, quod quis de habilitate ſua profert, non omnino culpandum eſſe exiſtimo, cum ſecundùm Dd. communiter ad *rubr. proœm. Inſt.* & ſeipſum laudare omnino prohibitum non ſit (ut Plutarchus egregio diſcurſu, quâ quis ratione ſeipſum citra invidiam laudare poſſit, demonſtrat) præſertim ſi remotâ omni ambitione fiat. Ad *l.25.ff.d.procur.* in qua ſuſpectus eſt, qui operas ſuas ingerit, reſpondetur ceſſare in Electoribus iſtam ſuſpicionem, & vel ſi adeſſet, purgari tamen eandem aliorum aſſenſu, hunc ſe invitis reliquis ingeſſiſſe. Deſiderantibus verò magiſtratus dignitatem, eamque exambientibus illa ſi ſemper deneganda, utique nec Carolus V. eligendus fuiſ-

Digitized by Google

dus fuiſſet, qui unà cum Franciſco, Galliarum Rege, ad majores tranſlato Maximiliano, imperium, de quo Sleidanus *libr.1.* ambiebat; ſed non ambitione, aut quovis privato commodo ductus, verùm communi bono Reipubl. Chriſtianæ. Quæ denique ex jure Canonico vel Civili opponi poſſent, ea in caſu noſtro, qui utriusque juris terminos excedit, non attendimus.

PRÆSIDEM inter alicujus provinciæ ſive pręfectum cohortis, &c. & feminam inde oriundá, vel ibi domicilium habentem conſiſtit matrimonium, Rittershuſius *d.different. jur. Civ. & Can. libr.1.claſſ.1.c.21.*

Præfertur jus Canonicum, cujus ratio eſt gemina. Una, quia hæ prohibitiones ſunt ex mandatis Principum, arg. *d.l.65. & l.6. C. d.nupt.* à quibus æquitas Canonica recedere poteſt. Altera eſt in diſſentia, in qua *Tutorem inter filiosque.*

Non conſiſtit tale matrimonium, *l.38.63.65. ff. d.R.N.*

PRÆSUMPTIO juris & de jure ita ſe habet, ut nec contra eam admittatur probatio per confeſſionem ejus, pro quo jus pręſumit, Abb. & Dd. in *cap. is qui fidem.30. X. d. ſponſal.*

Contradictionem tollit Covarruv. *d. loc. n.4.* ubi ſimul rejicit rationem eorum, qui in matrimoniali cauſa non eſſe ſtandum confeſſioni litigantis volunt, ex eo, quòd licet confeſſioni litigantis contra matrimonium credendum non ſit, tamen confeſſioni illius, qui contendit matrimonium eſſe contractum & valuiſſe, ſtari debet adversùs ipſum matrimonium.

Contra præſumptionem juris & de jure probatio per confeſsionem ejus, pro quo jus præſumit, recipienda eſt, juxta ea, quæ congerit Covarruv. *tom.1.d.ſponſal. part.1.c.4.§.1.num.3.*

PRÆSUMPTIO non eſt probatio, quia titulus de probationibus diſtinctus eſt à titulo de præſumptionibus.

Nihil æquè inducere poteſt pręſumptionem non eſſe probationem ac indago utriusq; vocabuli, quà præſumere eſt quaſi ante ſumere, quàm argumentis aliis rem probaveris, ut ex Donello tranſcripſit Ungebaur ad *tit. X. d. præſumpt. num.2.* Utcunque tamen præſumptio hanc habeat ſignificationem, & alias, quas congeſſit Oldendorpius in *Topic. legal. d.reg. præſumpt. num.1.* hic cum Merenda *d.loc.* eſt probatio, quod ex participatione ſubſtantiæ probationis deſumi poteſt. Quod autem probatio præſumptiva rem ambiguam in aperto ponere valeat, probat utrumque jus, *l. licet Imperator.64. ff. d.leg.1. l.fin. C.d.hered.inſt. l.4. C.d imp. & al. ſubſt. l fin. in fin. C.d.probat. l. ſi qui. 34. C. ad L. Jul. d.Adult. c.literis. X. d.præſumpt. c.5. d.empt. vend.* Ideoque potentem plerique hanc ſpeciem probationis exiſtimant, ut eam ſufficere putent in caſibus, in quibus aliquid expreſsè fieri neceſſe eſt, vid. Menoch. *d.libr.1.q.45.* Juſtinianus in *l.fin. C.d.novat.* ſtatuit novationem hodie non fieri, niſi partes ſpecialiter renuſerint priorem obligationem, & expreſſerint ſecundam ſe pro prima eligere, & tamen huic conſtitutioni conjecturis ſatisfieri vult Menochius *libr.3.præſumpt.135. num 36.* Non obſt. conjecturam nos quandoque fallere, quia nos fallunt etiam quandoque teſtes & inſtrumenta. Ungebaur ad *d.tit. num.4.* forſan ex Merenda, qui idem reſpondet. Non obſt. quod in jure Canonico

Præſumptio eſt probatio, Menoch. *libr. 1. d. præſumpt. q.36.* cum ſubſtantia probationis plenè reperiatur in pręſumptione, quæ rem ambiguam demonſtrare poteſt, & in aperto ponere, Merenda *libr. controv. jur. 5.q.39.num.13.*

titulus de probationibus diſtinctus ſit à titulo de præſumptionibus, quia titulus quoque de teſtibus & atteſtationibus ſejunctus eſt à titulo de probationibus, & tamen conſtat fieri probationem per teſtes. Sic etiam jure Civili poſſet negari probationem eſſe præſumptionem propter rubricam *ff. d. probat. & præſumpt.* in qua habetur copula *&*, cujus natura eſt cadere inter diverſa, ut patet ex rubrica, *C. d. ſentent. & interloc. omn. Jud.* Verùm reſpondetur copulam *&* mutare ſuam naturam, & non inducere diverſitatem, quando eſt poſita inter genus & ſpeciem, ut fit in *d. rubr. d. probat. & præſumpt.* vel quando reſultat ſenſus incongruus, Evard. in *Topic. à natur. cop. num.* 13. Non obſt. quòd præſumptio potiùs ab onere probandi relevet, quàm ſit probatio. *l. cum de indebito.* 25. *in pr. verſ. ſi verò. d. probat. & præſumpt.* Reſp. in differentia, *Probationis ſpecies.* me non agnoſcere hanc ab onere probandi relevationem. 2. Ipſa relevatio ab onere probandi eſt probatio, quatenus alia aut ulterior probatio non eſt neceſſaria. In caſu *l.* 25. præſumptio probat tamdiu, quàm is, adversùs quem probat, probatione contrariâ ſe tueri non poteſt; ut aliud ſit præſumptionem non eſſe probationem, & aliud non omnem præſumptionem eſſe talem probationem, quæ probatione contrariâ elidi non poſſit. Non o. illud Zœſii ad *tit. Pand. d. probat. & præſumpt num.* 14. Veram probationem percipi ſenſu, veluti viſu, auditu: præſumptionem autem colligi per diſcurſum rationis, ex facti circumſtantiis. Reſp. Hæc ratio non de omni ſpecie probationis concludit, ſed de ea duntaxat, quæ fit teſtibus, *c. cum cauſam.* 37. *X. d. teſtib. & atteſt.*

PRECARIA ſeu precariæ ſunt uſufructus quidam illi, qui Eccleſiæ rem ſuam donavit vel in ipſa ſola, vel etiam in aliis rebus Eccleſiæ, ſive mobilibus ſive immobilibus ad preces illius conceſſus de quinquennio in quinquennium renovandus, *c.* 1. *X. d. precar.* Struvii in *ſyntagm. jur. feud. c.* 2. *num.* 5. Ludvv. in *ſynopſ. jur. feud. c.* 2.

Precarium eſt, quod precibus petenti utendum conceditur tamdiu, quamdiu is, qui conceſſit, patitur, *l.* 1. *ff. d. precar.*

Nulla eſt differentia, ſed jus Canonicū ſupplet ea, quæ in jure Civili deficiebant. Quod autem precarii naturam retinuerit, patet ex *c. ult. X. eod.* ita videtur eſſe precaria in *l.* 14. §. 1. *C. d. SS. Eccl.* Obiter hic monendum nos non morari diſcrimen inter precariam & precarias, aliquod ſit, ſive non, ſed ſufficiat iſtam conceſſionem aliquando reſtringi ad certū tempus, aliquando fieri in perpetuum: non inconveniens autem fuerit, cuivis conceſſioni proprium aſſignare nomen. Vel precariæ à precaria ita ſecerni poſſunt, quòd precariæ multiplicatam precariam in ſe contineant. Qui hoc vetuſtiorum diſcrimen inter precariam & precarias noſſe cupiverit, is videat Streinium in *ſumm. jur. Canon. part.* 2. *tit.* 8. §. 3. *n.* 8. Biccium *rer. quotid. ſect.* 2. *th.* 47. *lit. y.* & in *commentar. ad l.* 5. §. 3. *ff. d. A. vel A. P. q.* 7. *per tot.* Apud Hoſtienſem in *ſumm.* & Gloſſ. *c. fin. d. precar.* extant hi V V.

Riæ, Ria, Rium, tria ſunt, quibus eſt caput unum.
Riæ ſunt ſolitæ per ſingula luſtra renaſci.
Ria fit ad mortem, nec citra vult revocari.
Rium finitur, quod auctor vult revocari.

Unde tres ſpecies Precarii à quibusdam conſtitutæ ſunt: cum revera à veri precarii natura deficiant: inter ſe verò accidentaliter tantùm differant. Precaria enim eſt conceſſio uſûs vel uſusfructûs eâ lege facta, ut is, qui rogavit, tamdiu utatur fruaturve, quamdiu vixerit, qui conceſſit: quæ in perſonis Eccleſiaſticis non admittit ſucceſſionem, ſive in aliis rebus Eccleſiaſticis, *d. c. fin.* Precariæ ſunt, veluti plures conceſſiones ſimul junctæ, Tholoſani judicio *libr.* 23. *c.* 2. *num.* 4. Qui ferrei eſt oris, ut flecti nequeat, ſed duntaxat ea loquatur, quæ verba juris Canonici exprimunt, is non agnoſcat hoc diſcrimen: qui ceterì, is diverſis concedendi modis diverſa vocabula aſſignet.

PRÆCA-

Digitized by Google

PRECARIUM eſt, quod precibus petenti utendum conceditur, quamdiu patitur, qui conceſſit, *can. ult. X. d. precar.*

Nulla eſt differentia, quia aliud eſt rogare precarium ad certum tempus: aliud eſt prorogare in ulterius tempus, quia priori caſu novũ precarium conſtituitur: poſteriori idem precarium continuatur. Ita ſi convenit, ut in Kalendas Julias precariò poſſideas, nulla eſt vis hujus conventionis, ut rem alienam domino invito poſſidere liceat, *l.12.in pr.ff.d.s.d.precar.*

Manente adhuc precario, ſi quis in ulterius tempus rogaverit, prorogatur precarium, *l.5.ff. d.precar.*

PRECARIUM non eſt contractus, ſed eſt id, quod precibus petenti utendum conceditur, *d. c.ult.*

Nulla eſt differentia, quia nec juri Canonico repugnat, quod in precario conſideretur 1. res, quæ ad precariò rogantem tranſit. 2. jus, quod is, qui precariò rem conceſſit, retinet, alter, qui precariò rogavit, conſequitur. 3. conventio, quâ precarium conſtituitur. Ad *l.* 23. ut reſpondeatur, vox contractûs intelligenda eſt tripliciter. 1. propriè, quatenus eſt conventio illa, quæ tranſit in aliud nomen, vel illo deficiente habet caſum. 2. non impropriè, & ita ſuo ambitu quaſi contractum complectitur. 3. impropriè & porrigitur ad omnem conventionem, quæ cum non ſit contractus, nec quaſi contractus, contractui eſt ſimilis, ſic in *l.1.§.ult.ff.d.precar.* precarium ſimile eſt commodato. Vel reſponderi poteſt, In *d.l.23.* non tam quæri, quid ſit contractus, quaſi contractus, aut cum contractu habeat ſimilitudinẽ, quàm quæ in univerſum ſint conventiones, quæ culpæ præſtationi obnoxiæ fiunt.

Precarium eſt contractus, *l.23.ff.d.R.J.*

PRINCEPS legibus ſolutus non eſt, Ante omnia enim memoriam timoremque Dei in ſenſibus accipiant, ſciantq;, quòd ſi perverſa unquam patrant, tot mortibus digni ſunt, quot ſubditos perditionis exempla transmittunt, *c. præcipuè.11.q.1.* Etenim quaſi ſignum ad ſagittam poſiti ſunt, *arg.c.qualiter. X.d.accuſat.* factaque ipſorum facilè trahuntur à ſubditis in exemplum *c.magnæ.7. X.d.vot.* ac totius territorii ſtatus ac ordo nutat, ſi quod requiritur in corpore, non

Nulla eſt differentia, quia jus Civile in Principe tollit metum pœnæ, & jus Canonicum vult Principem eſſe bonum non metu pœnę, nec exhortatione præmiorum, ſed officii præcepto, quod utrumque jus commendat, nam etiam Princeps in jure Civili omnem corporis vivacitatem eò intendit, uti, quod eſſe debet, ſit revera, *l.5.C.d.defenſ.civit.* inque opere muneri, quo præcellit, pareat & ſatisfaciat *c.un.d.pac.tenend. & ejus violat.in uſib.feud.* Etſi enim deceat quoslibet velut lucis filios ambulare, hoc tamen præcipuè ab iis exigitur, qui per dignitatum altitudinem etiam ſpecula circa commiſſas ſibi plebes conſtituti paſtorum ſimul & cuſtodum partes implere tenentur, ipſisque laudabilium operum exemplo prælucere, Chriſtoph. Herpferus in *præcept.jur polit. d.magiſtrat. tit.4.* Idem innuunt Interpretes ad *d. §. ult.* adducentes D. Pertinacem, æquiſſimum Imperatorem, qui eâdem oratione expreſſit, ſe tabulas non legitimè factas non probaturum, neque ex nuda voce heredis nomen admiſſurum, neque ex ullâ ſcriptura, cui juris autoritas deſit, aliquid adepturum. Vid. differentiam, in qua *Imperatoris non ſunt univerſa.* Atqui ſecundùm Eraſmum in *conviv. relig.* violenta res eſt & impotens regis animus concitatus, nec huc aut illuc duci poteſt, ſed impetu ſuo fertur, velut œſtro di-

Princeps legibus ſolutus eſt, *§.ult.I.quib.mod.teſtam.infirm.l.31.ff.d.ll.*

invenia-

inveniatur in capite, *c. miramur. diſt.* 61.

vino percitus, quemadmodum mare ſeſe ſpargit in terras, ac ſubinde curſum mutat contemptis agris, ædificiis & quicquid obſtat. Alicubi ſe condit ſub terras, cujus impetum ſi coneris inhibere, aut aliò deflectere, nihil agas. Idem accidit in magnis fluminibus, veluti fabulæ quoque narrant de Acheloo. Reſpond. Eraſmum non tam reſpicere officii præceptum, quod incumbat Principibus, quàm quod incumbit ſubditis, qui minùs mali capiunt, ſi commodè obſecundent, quàm ſi violenter repugnent. Deinde quamvis reſpiceret officii præceptum, Fas eſt, juxta Caſſiodorum 5. *var.* Principi maculas notas vitioſæ opinionis abſtergere.

PRIVILEGIA ob certam aliquam qualitatem vel cauſam indulta illâ finitâ exſpirant, *c. cum ceſſante.* 10. *X. d. appell.*

Nulla eſt differentia, quia quod juri Canonico adſcribitur, etiam Civili eſt commune. Sic privilegia militaria tamdiu durant, quamdiu miles eſt in numeris §. *ſed hactenus.* 2. *I. d. teſtam. milit. l. eo tempore.* 42. *D. eod.* aut donec in expeditione ſeu hoſtico deprehenditur, *l. fin. D. eod. L. pen. C. eod.* Sic etiam in Scholaribus deſidioſis aut vagabundis ceſſant privilegia eorum, licet in album vel matriculam Univerſitatis recepti ſint, *c. generaliter.* 40. *cauſ.* 16. *q.* 1. *l.* 1. 2. *C. d. tyronib. libr.* 12. Peculiare tamen eſt privilegiis ob dignitatem conceſſis, quæ dignitate amiſsâ nihilominus ſalva durant., *d. l. fin. & ceteris.* Ratio eſt, quia perſona eſt cauſa privilegii mediata: dignitas verò immediata: Privilegii igitur reliquias remanere certum eſt, etiamſi ipſa dignitas ſit finita. Quod fit & in aliis privilegiis.

Non exſpirant, *l. fin. ff. d. Decret. l. nihil.* 17. *C. d. quaſtion. l. eos qui.* 11. *C. d. excuſ. mun. libr.* 10.

PRIVILEGIO quis renunciare non poteſt, *c. ſignificaſti. X. d. for. comp.*

Vid. differentiam, in qua *Clericus pacto.* ubi oſtenſum fruſtra Cujacium rationes juris Canonici ſugillare. Addo ex jure Camerali, ſi quando fundata jurisdictio Cameralis ratione perſonarum, eæ potuerunt expreſsè vel tacitè privilegio primæ inſtantiæ renunciando in jurisdictionem Cameræ Imperialis conſentire. Diſtinctiò tamen vulgata notanda: Aut privilegium fori principaliter concernit favorem renunciantis, aut etiam favorem Superioris: priori caſu renunciatio valet; poſteriori verò Proceſſus quidem ad dictam renunciationem in Camera decernuntur, attamen ſi Superior ſe intromittat allegando hanc renunciationem ſine ſuo conſenſu & in ſui præjudicium eſſe factam, rurſus caſſatur, & ad ordinarium remittitur. Guilhelmus Rodingus in *pandect. Camer. libr.* 1. *tit.* 4. *num.* 21. Sic nec in Camera Imperiali noviſſimo receſſu *de Anno* 1654. §. *alß ſich dann auch.* renunciatio in cauſis civilibus & temporalibus ſub ſpecie recursûs, aut appellationis admittitur, licet ab officialibus Epiſcoporum ad Nuncios ſeu Pontificem Proceſſus dirigatur, quia ſe intromittit Imperium, extra quod cauſæ traherentur. Quod ſi contra fiat, mandata caſſatoria & inhibitoria decernuntur, in *d. pand. Camer. libr.* 1. *tit.* 8. *num.* 14.

Renunciare poteſt, *l.* 41. *d. minor.*

PRIVILEGIUM conceſſum ad revocationem & beneplacitum concedentis, prout in caſu dubio quandoque ſummus Princeps facere conſuevit, morte concedentis finitur, *c. ſi gratioſè. d. reſcript. in* 6.

Intuitu primo videtur conciliari poſſe hæc differentia ex Reinkingk/ qui *libr. d. R. S. & E.* 2. *claſſ.* 2. *c.* 8. *num.* 23. diſtinguit inter privilegium immunitatis ex gratia conceſsū, quod perſonale eſt, & non tranſit ad hæredes; per viam verò contractûs tranſit. Sed enim hic non nudè agitur de privilegio perſonali, verùm

Morte concedentis non finitur, *l. Juriſperitos. ff. d. excuſ. tut. & l. ſufficit. ff. d. cond. ind.* quia quod expreſsè non mutatur, cur ſtare prohibeatur, *l. præcipimus. C. d. app.*

Digitized by Google

verùm de eo, quod ad revocationem & beneplacitum concedentis eſt conceſſum: Deinde, quod ad revocationem & beneplacitum concedentis eſt conceſſum, per viam contractûs concedi non potuit. Præferimus itaque cum Gailio *libr.2.obſ.60.num.ult.* jus Civile, quod & uſu obſervatur,

PRIVILEGIUM pœnitentiâ revocatur, *d. c. ſi gratioſè.*

Non revocatur, Vid. differentiam, in qua *Reſcripta Principum non ſunt perpetua.*

Hic applicari poteſt differentia Reinkingt de qua in differentia, *Privilegium conceſſum ad revocationem.* Præterea eſt privilegium oneroſâ ex cauſa collatum, Ea quippe privilegia cum ſervitiis & laboribus acquirantur, oneroſæ potiùs, quàm lucrativæ cauſæ accenſentur. Accenſentur etiam oneroſæ cauſæ, ſi quid pro privilegio conſequendo eſt datum vel factum; tunc enim, quod modo eſt aſſertum, privilegium tranſit per viam contractûs. Vid. Rennemannum *diſp.d.princip.Jurispr.11.th.40.lit.b.* Denique animadvertendum illud Gailii *libr.2.obſ.60. num.ult.* qui, An Princeps poſſit revocare privilegium, duabus concluſionibus declarat: quarum prima eſt, quòd privilegium conceſſum ſubdito regulariter revocari poſſit. Altera, quòd privilegium conceſſum non ſubdito regulariter revocari nequeat.

PROBATIO, quæ fit per depoſitiones teſtiũ, & probatio per inſtrumenta comparantur, *c. cum Joannes.X.d.fid.inſtr.*

Probatio, quæ fit per teſtes, probatione per inſtrumenta firmior eſt, *l. in exercendis.* 15. *C. d.fid. inſtrum.*

Jus Canonicum verum eſt in relatione ad effectum, & in relatione ad caſus depoſitioni teſtium ac probationi per inſtrumenta communes: non verò in relatione ad eos caſus, in quibus ſcriptura pro ſubſtantia contractûs exigitur: aut ad eos caſus, in quibus probatio per inſtrumenta tantùm admittitur: non denique in relatione ad eos caſus, in quibus major fides teſtibus adhibetur, quales ſunt conſanguinitas, filiatio, adulterium & generaliter crimina.

PROBATIO ſemiplena eſt nulla, Cujacius ad *c. licet univerſis.23.X.d.teſtib.& atteſt.*

Eſt ſemiplena, gloſſ. ad *l. in bonæ.3. in verbis. decidi oportet.C.d.reb.cred.*

Gloſſam Dd. communiter ſequuntur, Ungebaur ad *tit. X.d. probat.num.*6. Nam duo teſtes faciunt plenam probationem, *l. ubi numerus.12.ff. d.teſtib. can.ſi teſtes.3. verſ. ubi numerus. cauſ.4. q.2. & 3. & cap.in omni.4.d.teſtib. & atteſt.* Ergo unus teſtis facit probationem ſemiplenam, ut idem juris ſit de parte quoad partem, quod eſt de toto quoad totum, *l.quæ de tota.76.ff.d.R.V.* Deinde ſcribitur in *c.ult verſ.ſanè ſi actor.d.jurejur.* quod reo poſſit ad oſtendendam ſuam innocentiam deferri jusjurandum, quando actor habet pro ſe præſumptionem. Qui locus omnino evincit reo tunc demum deferri jusjurandum poſſe, quando actor neque plenè probat, neque etiam planè nihil probat; ſed quando aliquid probat, ſeu ſemiplenè. Cum enim plenè probat actor, condemnatur reus, neque locus erit delationi jurisjurandi. Si vero nihil probat, reus erit abſolvendus, etiamſi nihil præſtiterit, *l.4.C.d.edend. d.c.ult.verſ.ſanè ſi actor.* Remanet igitur actorem aliquid ſeu ſemiplenè probaſſe, quando reo defertur jusjurandum. Et ita datur ſemiplena probatio. Quam ſententiam etiam confirmat criminalis conſtitutio Carolina *art.*30. ubi hæc leguntur verba, **Eine halbe beweiſung/alß/ſo einer in der hauptſach die miſſethat grundlich mit einem einzigen guten/tugendlichen zeugen/beweiſet/das iſt vnd heißt eine halbe beweiſung/vnd ſolche halbe beweiſung machet auch eine redliche anzeigung/argwohn oder verdacht der miſſethat/rc.** Videamus nunc ea, quæ Cujacium in diverſa abripuerunt. Quòd vitioſa ſit collectio, Plerumque duos teſtes facere plenam fidem, plenam probationem. Ergo,

Digitized by Google

inquiunt, unus ſemiplenam. Sic enim quod numerus incipiat à duobus, cuilibet licebit colligere, unum eſſe ſeminumerum, & quis unquam audivit de ſeminumero. Reſpond. Quis unquam audivit talem collectionem, & non eam vitioſam affirmavit. 2. ſi unitas juncta unitati facit numerum, unitas ſeparata non malè erit ſeminumerus, quicquid reſpuat Philoſophorum ſubtilitas. 3. Non acquieſcimus in denominatione propria, ſed progredimur ad effectum, qui eſt vel plenus vel minùs plenus. 4. Ne fallat argumentum à diverſis, progredimur ad effectum utrique caſui communem. 5. quod unus teſtis in *l.1. §.ult ff. teſtam. quemadm. aper.* moveat ſuſpicionem, illam ſuſpicionem vult non eſſe ſemiplenam probationem Cujacius; quæro itaque, An plus ſit in ſemiplena probatione, quam in ſuſpicione? Juxta aſſertionem Cujacii poſterius eſſet aſſerendum, ſed ipſe Cujacius ſubmittit, Qui ſuſpicatur, plus ſe videre putat, quàm qui præſumit. Cui contrarium, quod ibidem addit. Confidentior eſt, qui probatione nititur, tametſi imperfectâ, quàm qui ſuſpicione movetur ſolâ. Ludis Cujaci in voce ſuſpicionis, quem luſum detegit *l.1. §.4. d incend. ruin nauſr.* 6. Concludimus verbis Cujacii adverſùs Cujacium, Quod res loquitur, plus movet, quàm quod homo loquitur.

PROBARIONES incumbunt actori & reo, *c. ex literis.3. X. d. probat.*

Cujacius ad *d.c.3.* dicit illud totum conflatum eſſe ex jure Civili, & ideo in *d. cap.* exigi ab utraque parte probationes, quia exigitur nomine judicii finium regundorum, quod cum ſit duplex, in eo ſingulæ partes actores & rei ſunt, *l.10. ff. fin. regund.* Vid. differentiam in qua *Reus edere cogitur actori &c.*

Actore non probante reus, etiamſi nihil præſtat, abſolvitur, *l. 4. C. d. edend.*

PROBATIONIS ſpecies ſunt Confeſſio, Jusjurandum, Notorium ſive manifeſtũ, Hoſtienſis in *ſumm. hujus tit. X. d. probat.* Decius ad *tit. C. d. edend. num. 9.* Hiltropff in *proceſſ. judic. part. 3. tit. 19. d. rei evidentia.* Arnold. de Reyger in *proceſſ. jud. diſp. 7. theſ. 1.*

Poteſt & aſſeverari jus Canonicum, quatenus his probationis ſpeciebus non minùs quàm reliquis modis, rei dubiæ adſtruitur fides. Nec o. textus in *c. forus. §. probatio. X. d. V. S.* quia non excludit ceteros probandi modos, quibus res æquè probatur. Sed tantummodò eorum meminiſſe voluit textus, quibus cauſa ut plurimùm in judicio oſtenditur. Poteſt & aſſeverari jus Civile, Etenim quoad *Confeſſionem* etſi Zœſius *d. loc. num. 16.* affirmet nullam meliorem eſſe probationem, quàm proprii oris confeſſionem, hoc non eſt intelligendum poſitivè, ſed negativè, quia hæc probatio eſt ſufficiens, nec alia ulterior deſideratur. Quoad *Jusjurandum*, illud non tam eſt probatio, quàm inopiæ probationum ſubvenit, *l. 3. C. d. R. C.* Bachovius contra Treutlerum aſſeverat hoc juramentum non eſſe probationem, ſi cum aliis probandi modis conferatur, hoc argumento, quòd aliàs onus iſtud in alium non eſſet transferendum. Utcunque Bachovio aſſeverationem ſuam concedamus, non tamen eâ ratione, quam annectit, quoniam hoc onus in alium transferre vel non trasferre id verò non mutat naturam probationis: poſſet enim hoc onus transferri in volentem, ut ſi reus ultrò probationi per teſtes vel inſtrumenta ſe offerat, probatio per teſtes, vel inſtrumenta non deſinet eſſe probatio. Fatemur tamen quòd ſi is, cui probandi onus incumbit, in invitum, cui probandi onus non incumbit, illud onus transferre conaretur, hoc non quidem mutaret naturam probationis, ſed probandi modum ſeu ordinationem judicialem. Alii diſtinguunt caſus, in quibus veræ concludentesque haberi poſſunt probationes,

Non tam ſunt probationis ſpecies, quàm revelationes ab onere probandi, Zœſ. ad *tit. ff. d. probat. num. 16. 17. 18.* vel potiùs non ſunt probationis ſpecies, ſed adminicula.

Digitized by Google

bationes, & in quibus haberi non poſſunt. Nec hæc diſtinctio quicquam efficit; non enim quæritur, An & quando juramentum ſit neceſſarium, verùm an juramentum eo caſu, quo eſt neceſſarium, ſit probatio. Adhæc ipſa diſtinctio hoc ſuggerit juramentum non eſſe veram concludentemque probationem. Forſan poſſet & diſtingui inter eum, qui jurare eſt paratus, ac inter eum qui jurare parato juramentum defert: ex perſona illius eſſe probationem: ex perſona hujus ab onere probandi relevare. Sed enim & ſic vera probatio ab onere probandi relevaret: quatenus onus probandi in ſe ſuſcipere poteſt ad probandum non obligatus, quia tunc veram probationem recipiendo ab onere probandi alterum liberaret. Deinde hic agitur de eo, qui nec probat, nec juramento ab onere probandi ſe liberat, ſed agitur de eo, qui juramentum præſtat, an hæc præſtatio liberet ab onere probandi? & reſpondetur liberare ab utroque, tam ab eo, quod incubuit, quàm ab eo, quod incumbere potuit. Vid. Phil. Francum ad *c. ſi propter. §. cum verò. d. reſcript. in 6. num. ult.* Quoad Notorium ſive manifeſtum illud meretur probationis fidem, non tamen eſt probationis ſpecies: nam omnis probationis ſpecies eſt rei dubiæ; res autem dubia ac notorium ſive manifeſtum invicem opponuntur. Igitur ut utrumque jus quoad Notorium concilietur, diſtingue effectum ab ordinatione judiciali, quoniam ea ordinatione differunt, quæ in effectu convenire poſſunt. Sic in *l. 56. ff. d. re jud.* in effectu conveniunt res judicata, jusjurandum, confeſſio.

PROCESSUS incipit ab ipſa citatione, *c. gratum. 20. & c. ſeq. X. d. offic. deleg.*

Vide differentiam, in qua *Judicium conſtituitur per ſolam citationem.* Heic addendus eſt uſus quæſitæ differentiæ, Nam ſi proceſſus incipiat ab ipſa Citatione, operatur effectus inſignes V.G. efficit litis pendentiam, ut poſt eam nihil poſſit innovari, *clem. 2. ut lit. pend. nih. innov.* Præterea facit præventionem jurisdictionis *d. c. gratum.* Denique perpetuat jurisdictionem. Præferendum jus Civile, qui enim citatio poteſt operari litis pendentiam, cum nondum conſtet de Judicis competentia? Qui nihil poteſt innovari poſt litem, quæ mota non eſt? Et quod de præventione jurisdictionis, ſeu jurisdictione, quæ perpetuetur, adjici ſolet, illud magis jus procedendi inchoatum, quàm proceſſum indigetat. Vid. differentiam, in qua *Citans ut jurisdictionem ſuam fundet.* Vide etiam Rittershuſium *libr. d. diff. jur. Civ. & Can. 5. c. 20.*

Litis conteſtatio eſt initium judicii, *auth. offeratur in fin. C. d. lit. conteſt.* Frantzkius ad *§. ult. I. d. pæn. tem. litig. num. 6.*

PROCURATIONEM qui ſemel ſuſceperit, ab ea propter ſacerdotium obveniens non excuſatur, *c. cum dilecta. X. d. confirm. util. vel inutil.*

Nulla eſt differentia, quia jus Canonicum agit de procuratione ſuſcepta: Civile de procuratione ſuſcipienda. Ad *c. cum dilect. c.* reſpondetur, quòd Abbatiſſa nomine cœnobii rectè experiatur reſcriptum illud eſſe ſingulare, nec extra perſonam trahendum.

Excuſatur, *l. 18. ff. d. procur.*

PROCURATOR abſens ut conſtituatur ſufficit eum accepiſſe literas, *clem. 1. d. procur.* in qua inſtrumentis vel literis, quibus te aliquis in cauſis ſuis procuratorē conſtituens pro te debito

Weſenbecius in *paratit. ad ff. d. procur. n. 6.* procuratorem ait conſtitui aut conſenſu expreſſo, aut tacito. Expreſſo, veluti per pactum *l. 1. 25. h. tit* nuncium, literas, *l. 1. in fin. cum l. ſeq. h. t. junct. l. 2. d. pact. & l. 1. mand.* ratiha-

Non ſufficit eum accepiſſe literas, quia in *l. 8. §. 1. h. t. d. procur.* invitus procurator non ſolet dari: invitum verò accipere debemus non eum tantùm, qui contradicit, verùm etiam, qui con-

Digitized by Google

modo cavit, ſimpliciter (nullâ factâ proteſtatione) à te ſcienter receptis, non potes poſtea recuſare defenſionem illius, imò cogi poteris ipſum defendere in omnibus cauſis & negotiis, ad quę prędicta inſtrumenta ſeu literæ ſe extendunt.

bitionem, *l. in cauſæ.* 27. *l. licet.* 42. *h. t.* Mynſing. *obſ.* 44. *cent.* 1. Tacito, ut dum dominus præſens alterum patitur ſuam agere cauſam, *l.* 18. *d. t. mand.* aut quando mulier permittit marito negotiorum curam, *l.* 21. *C. d. procur.* aut quoties procurator datus mandati juſſum vel literas recipit, neq; contradicit. Super quo ultimo modo notat Bachovius ad *d. Weſ. loc. num.* 4. *lit. y.* non ſufficere procuratorem accepiſſe literas, nec eum modum probare *l.* 65. *ff. eod.* in qua verba, *Literis approbatis,* ſatis arguunt literas productas in judicio fuiſſe. Hahn ad eundem locum diſtinguit inter acceptationem ſimplicem, & acceptationem, cui factum aliquod intercedit: priori caſu abſens ſæpe contenta ignorat: poſteriori caſu conſenſus abſentis elicitur, ut ſi ſciat ſe abſentem datum, nec contradicat, vel poſtquam contenta literarum ſcire cœpit, acquieſcat. Vid. Giphanium in *Lecturis Altorf. ad d. l.* 8. *num.* 9. 10. 11.

ſenſiſſe non probatur; nec probari poteſt ex acceptatione ſolâ literarum conſenſus abſentis, qui fortè literarum contenta ignorabat.

PROCURATOR ad negotia licet quis poſt 17. annum deputetur; ad judicia tamen, niſi major 25. annis fuerit, deputari nequibit, *c. qui generaliter.* 5. *in fin. C. d. procur. in* 6.

Jus Canonicum moribus obſervatur, Harpprecht. ad §. 5. *l. quib. ex cauſ. manumitt. non lic. num.* 9. Vid. Weſenb. in *π. d. procur. num.* 4. *& ad eum* Bachov. ac H. Hermes *lit. p. q.* Hiltropff in *proceſſ. judic. part.* 1. *tit.* 21. *d. procur. num.* 55. ubi malè allegat *l.* 51. *ff. d. procur. l.* 12. *C. eod.* Wiſſenbach. *diſp. ad Inſt.* 56. *th.* 1. Licet Doctores communiter diſſentiant, quorum nomine ait Cujacius 22. *obſ.* 16. Faceſſat longè error Doctorum, tametſi Pontificii decreti autoritate donatus, ſicut & alii plerique eorum hominum errores tranſierunt in decreta, vel mores & inſtituta regionum.

Minor poteſt eſſe procurator, & ſi procuratorio nomine circumſcriptus ſit, imputari debet hoc domino, qui tali commiſit ſua negotia, *l.* 23. *in f. ff. d. minor.*

PROCURATOR alius à procuratore ante litem conteſtatá conſtitui poteſt, *c.* 1. *X. d. procur.* Vid. Hillig. in *not. ad Donell. libr.* 18. *c.* 12. *lit. S.*

Nulla eſt differentia, quia utrumque jus hoc dicit, procuratorem alium à procuratore non poſſe conſtitui, niſi prior dominus litis ſit effectus, quod non fit ante litem conteſtatam. Caſus autem adjecti in *d. c.* 1. non tollunt regulam, ſed duntaxat addunt exceptiones, Niſi procurator in rem ſuam ſit datus, vel à domino ſubſtituendi alium ſibi fuerit conceſſa poteſtas.

Non poteſt, *l.* 8. *C. d. procurat.* Non obſt. *l.* 8. *§.* 3. *ff. mand.* diſtinguendum quippe inter procuratorem ad negotia & ad lites.

PROCURATOR conſtitui non poteſt, niſi interveniente ſcripturâ, *c.* 1. *X. d. procurat.*

Hanc differentiam non tollit *d. l.* 1. §. 1. ubi dicitur ſuſcipi poſſe mandatum per epiſtolam vel nunciū, ideoq; mandatum fiat ſcripturâ interveniente. Etenim aliud

Procurator eſt, qui aliena negotia mandatu domini adminiſtrat, *l.* 1. *in princ. ff. d. procurat.* mandatum autem non eſt conceſt pro-

Digitized by Google

eſt procuratorem non poſſe conſtitui niſi ſcripturâ interveniente. & aliud eſt poſſe ſuſcipi mandatum per epiſtolam & nuncium, ſine quo nuncio & ſine qua epiſtola mandatum ſuſcipi poteſt. Sic etiam ſocietas dicitur fieri per nuncium, *l.4. in pr. pro ſoc.* quæ tamen eſt contractus conſenſualis. Denique in quæſtione, An contractus fieri poſſit per epiſtolam vel nuncium, hoc tantùm indigetatur, An poſſit celebrari inter abſentes. Cui autem juri ſit adhærendum, Civili an Canonico? ſi quæratur, reſpondemus Canonico, quod mores exigunt hodierni, Duar. ad *tit. d procur. c.7. in fin.* Giphan. ad *l.17. C.d. fid. inſtr. circ. fin.* adeo ut illa ſcriptura in quibuſdam locis fiat à perſona publica. Wiſſenbachius ad *tit. C.d. procur. th.1.*

tractus conſenſualis, *l.1. in pr.*

PROCURATOR in cauſa criminali non admittitur, *c. veniens. 15. X. d. accuſ.* Vid. Cam. Borellum in *Petri Belluga ſpeculum Principum rubr.4. lit. b.* Matth. d. Afflict. in *deciſ. Neapol. 64. num. 2.*

Nulla eſt differentia, & ad *l. fin.* reſpondet Bachovius in *annot. ad Weſenb. d. loc. lit. p.* ibi eſſe ſingularem exceptionem in perſonis illuſtribus, ita tamen ut hæ inſcriptionem in perſona propria facere, & ſententia in ipſas ferri debeat, ut adeò hic non interveniat procurator verus, ſed nudus ſaltem miniſter, qui vicarias operas præſtet, & ſub hac qualitate in judicio compareat, & faciat quæ ſunt à dignitate iſtarum perſonarum alieniora, quod omnino obſervandum eſt. Quæ diſputat ibidem Bachovius ex *l.6. §.2. ff. d his, qui not. inf.* non confirmant Chiliani cautelam, quia & hoc aſſerit Weſenbecius adversùs Chilianum, ſi quis alieno nomine condemnatus fuerit, quòd non laboret infamiâ: quare autem non laborat infamiâ, quia infamia tranſit ad eum, cujus nomine condemnatus eſt. Deinde quomodo in cauſa criminali procurator interveniat, decidit maritus accuſans uxorem ſuam adulterii coram ſeculari Judice, ut pœnâ adulterii coërceatur, tunc enim per procuratorem agere non poteſt: ſecus eſt, ſi accuſet coram Judice Eccleſiaſtico, ut ab uxoris cohabitatione ſeparetur, tunc enim in cauſa criminali non criminaliter agitur.

Admittitur in cauſa injuriarum, ſive civiliter ſive criminaliter agatur, *l. fin. ubi Bald. & Salic.* admittunt, cum non pœna corporis afflictiva, ſed mitior venit imponẽda. *C.d. injur.* Quare Chilianus apud Weſenb. in *π. ad tit. d. injur. n.16.* hoc pro cautela addit, ubi cõventus injuriarũ per procuratorem agat, ut hac ratione cõdemnato procuratore infamiam effugiat, quę alioqui ex utrolibet injuriarum judicio ſequitur, *l.1. & 2. ff. d. his, qui not. inf.* Quæ cautela parum tuta eſt, quia lex diſertè jubet ſententiam ferri in principalem, non autem in procuratorem in *d. l. fin.* Alia dubia ſuboriri poſſent ex iis legibus, quas collegit Ant. Matth. in *colleg. fundam. jur. diſp. 8.* verùm illis in ll. alii exiſtiment antinomias eſſe inſolubiles, ego diſtinguo inter defenſionem plenam, quæ eſt innocentiæ, & minùs plenam, quæ eſt abſentiæ: vel diſtinguo inter defenſionem ultimam, quæ judicium finit; & intermediam, quæ judicium, donec abſens ſe præſentem ſiſtat, ſuſpendit.

PROCURATOR in rem ſuam dari poteſt, *c.1.*

Nulla eſt differentia, quia aliud eſt eſſe procuratorem in re ſua, ubi

Procurator in re ſua ſi eſſet, tolleretur relatio

d.procur. in 6.

ceſſio actionum aliunde non foret neceſſaria: aliud eſt eſſe procuratorem in rem ſuam, ubi eſt neceſſaria. Vid. *l.33. in fin.* & *l.34. ff. d. procurat.* alioquin hoc ſequeretur abſurdum eundem eſſe mandatorem & mandatarium.

inter procuratorem & dominū, mandantem & mandatarium neceſſaria, Manzius *d. procurat. n.115.*

PROCURATOR non admittitur, *c. paſtoralis. X. d. judic.*

Utinam, ita commentatur Cujacius ad *h.c.* ſervaretur lex hujus c. quæ vult litigatores ipſos per ſe, ſi intellectum capiant, factum, de quo eſt controverſia ſive quæſtio, narrare apud Judicem, non per advocatos. Ii enim plerumque in facto narrando callide nimis & faſtidioſè ſe gerunt, ut decipiant Judicum religionem & fidem, quin & ſæpius numero ad cauſam orandam accedunt facto nondum bene perſpecto & percepto, de quo (Ammianus Marcellinus *libr.* 30. ſcribit) ſub ore Judicis inter ipſos conflictuum articulos tunc demum inſtruuntur. E quibus apparet de advocato, non procuratore agere capitulum.

Admittitur, *t.t. ff. & C. d. procurat.*

PROCURATOR poteſt eſſe incertus, *c.1. X. d. procurat.*

Nulla eſt differentia, nam jus Canonicum non dicit procuratorem poſſe eſſe incertum, ſed eum, qui ſubſtituendi procuratoris facultatem concedit, non habere neceſſum certam exprimere perſonam, quæ procuratoris munus obeat.

Procurator datus intelligitur, ſi certus ſit, *l.2. in pr. ff. d. procur.*

PROCURATOR poteſt impetrare reſtitutionem in integrū adversùs ſententiam, *c. ſuſcitata. 6. X. d. in integr. reſtit.*

Nulla eſt differentia, ut agnoſcit *gl. ad d. c. lit. g.* quæ vult legem loqui, cum reſtitutio principaliter petitur. Vid. etiam gloſſam ad *c.7. X. eod.*

Tum demum, ſi id ipſum ei nominatim mandatum ſit: ſi verò generale mandatum de univerſis negotiis gerendis alleget, non debet audiri, *l.25. in §. ff. d. minor.*

PROCURATOR potuit & debuit à ſententia in eo, quod lata extitit contra ipſum, appellare, vel (ſi juſta cauſa excuſabat eundem) ſaltem domino conteſtari, ut ad appellationis beneficium convolaret. Licet appellationem perſequi non teneretur invitus, *c. pen. X. d. procur.* Communis tamen opinio eſt, quòd appellationem ab interlo-

Bartolus & Accurſius, ne hic diſſenſum inter jus Civile & Canonicum admittant, leges adductas vel de procuratore omnium bonorū vel ad omnes lites, vel nominatim etiam ad cauſam appellationis dato exaudiunt: pugnant tamen tum generalia verba juxta Donellum *d. loc.* tum ſententia, quia de illis nulla dubitandi ratio. Pergit Bartolus, Fidejuſſorem ideo perſequi cogi, quia cauſam quoq; ſuam agat, cum

Procurator victus appellare debet, Nam & hoc agendi verbo continetur. Perſequi enim eſt tamdiu ſequi, donec conſecuti ſumus, aut ſpes conſequendi abſciſſa. Quapropter appellationem perſequi ac exercere tenetur, Donell. *libr. Comment. 18. c 16. ad l. 17. C. d. procur.* Facit *l. ult. ff. An per alium cauſ. app.* ubi etſi procurator rationes

cutoria

cutoria proſequi debeat, ſed non à definitiva. Ratio differentiæ eſt, quia interlocutoria ex prioribus actis juſtificanda eſt, *Clement. appellanti. d. appell. c. cordi. eod. tit. in 6.* ſed definitiva novas probationes admittit, cum ſit diverſa cauſa à principali. Quæ opinio limitatur, niſi procurator ad unicum actum ſit tantùm conſtitutus, puta ad recipiendum libellum vel audiendam ſententiam, per regulam, quòd uno conceſſo alia cenſeantur prohibita, *l. maritus. C. d. procur.* Etiam appellationem à definitiva proſequi debet, ſi procurator fuit generalis ad omnes cauſas futuras & præſentes: nam is appellationem à definitiva quoque proſequi debet. Vid. Wurmſ. *tit. 5. obſ. 9.* Hartm. *tit. 19. obſ. 3.* Gail. *libr. 1. obſ. 130. n. 1. & 3. obſ. 139. num. 11.*

& ipſe obligatus ſit. Nam imò debitoris causâ cogitur fidejuſſor conventus & appellare & perſequi. Suâ verò, ne appellare quidem, cum rei ſuæ quisque ſit arbiter, Vid. Hiltropff in *proc. judic. part. 1. tit. 21. d. procurat. num. 94. & ſeqq.* Arnoldum de Reyger in *proceſſ. Judic. diſp. 10. theſ. 5.* Uſu fori nec appellare, nec appellationem interpoſitam proſequi compellitur, Rebuffus *tit. d. appell. art. 1. gloſſ. 2. num. 3.* Alicubi, nec ſi velit, poteſt, Zobel. *1. part. differ. 41. num. 11.* Wiſſenbach. ad *tit. C. d. procurat. theſ. 6.* Vid. Sichard. ad *l. 17. C. d. tit. d. procur.* Bachovium ad *eund ff. tit. c. 5. num. 11.*

reddiderit appellationis, nondum defunctus eſt officio; ſed ipſe reſpondere, i. e. cauſam appellationis agere debet. Facit *l. 8. §. 8. ff. mand.* quæ non aliter accipi poteſt, quam de interpoſitâ appellatione perſequenda, quia in interponẽda nulli ſumptus faciendi, cum verbo tranſigi poſſit.

Non obſt. *l. 10. C. d. appell.* Reſp. Donell. *d. loc.* eam loqui non de procuratore, ſed actore à curatore ordinato, & ſic non dato à domino, nec etiam pro arbitrio, *l. 25. ff. d. adm. & per. tut.* Cui & propter utilitatem pupillorum non plus mandatũ intelligitur, quàm quod nominatim, ut quàm minimum de adminiſtratione curatoris decedat, ne quod ejus curæ & fidei commiſſum eſt, per alios geſtum corrumpatur. Quia aliam eſſe illius actoris cauſam vel ex ipſa *l. 10.* conſtat. Procurator enim, quòd ſaltem appellare cogatur, omnes concedunt. Actor verò is nec intentare appellationem cogitur, ut arguit vocula *poſſunt* quæ rem voluntati permittit, *l. 8. & ſeq. d. off. præſ.*

Procurator pro Eccleſiaſticis perſonis ignominioſus non admittitur, ſed tantùm pro Laicis & ſecularibus. Ex Panormitano Weſenb.

Moribus noſtris, in judiciis bene conſtitutis, infamis procurator non admittitur, Gail. 1. *obſ. 43. n. 6. 7. 8.* ita ut hac in parte juri Canonico ſtetur præſertim in Camera Imperiali,

Eæ exceptiones, quæ olim procuratoribus propter infamiam opponebantur, conquieſcant, ne, dum de his altercatur, ipſius negotii diſcepta-

iu *π*.

in π. *d.procurat.n.4.* Vid. Tiraquell. in. *tract. d. nobilit.c.3c. num.2. cum multis ſeqq.* Schulz in *ſyn. Inſt. Imp.ad tit.d.except.lit.c.*

ubi procuratoris officium non eſt vile, ſed honorabile tam ratione perſonarum (quia nemo ibi in procuratorem recipitur, quàm Doctor ſive Licentiatus) quàm ratione loci, quia Camera ſupremum Imperii eſt conſiſtorium. Quod non ignoravit Cyprianus Regnerus *libr.d.injuſt. LL. Roman.2.c.18.* ubi objicienti Mœſtertio, quòd procurator tantùm operam in proſequenda lite navet, regerit: ſit ita, illa tamen opera præſtatur in cauſa publica & judicio, quod Prætor dignitatis tuendæ & decoris ſui causâ exercet.

tio proteletur, *§.ult.l.d. except.*

PROCURATOREM Tutor, Curator, Prælatus Eccleſiæ conſtituere poſſunt, *c. petitio. X. d. procur. c.edoceri.X.d.reſcript.*

Nulla eſt differentia, Nam quoad Tutorem & Curatorem diſtinguitur inter tempus litis conteſtatæ & nondum conteſtatæ ut pro dominis vel pro non dominis habeantur. Deinde de Tutore & Curatore jure Canonico hoc nullibi eſt cautum. Denique quoad Prælatum Eccleſiæ, quamvis propriè dominus non ſit, tamen rebus Eccleſiæ utitur & fruitur, ideoque plus juris ei tribuitur, quàm Tutor & Curator.

Procuratorem Tutor, Curator, Prælatus Eccleſiæ non conſtituunt, quia procurator eſt is, qui negotia aliena mandatu domini adminiſtrat, *l.1. in pr.ff.d.procur.* Tutor autem, Curator & Prælati non ſibi vindicant dominium ejus, cujus adminiſtrationem ſuſceperunt.

PROCURATORES duo ſimul admitti poſſunt, *c.ſi duo.6.d.procur. in 6.*

Donellus *libr.18.c.15.* præfert jus Civile, quia dominus non poteſt efficere ut ambo admittantur, ſed neceſſum eſt, ut aut ſe mutuò impediant, aut occupans potior ſit. Contra jus Civile eſſe uſum hodiernum monſtrat Mynſ.1.*obſ.*47.

Duo admitti non poſſunt, *l.31.§.1.l.37.§.1.& l.38.ff.d.procurat.*

PROCURATORIS confeſſio nocet domino, ſi ſit judicialis in judicio contentioſæ jurisdictionis facta, arg. *c.fin.X.d.confeſſ. c. ſuborta.21. X. d. ſent. & re jud. c.1.X. ut litis non conteſt.*

Nulla eſt differentia, quia non hoc eſt in quæſtione, An confeſſio procuratoris à confeſſione principalis domini differat, ſed an confeſſio procuratoris noceat domino? quòd & jure Civili affirmatur per *text. in l. non ſolùm.39.in pr.ff.h.t.* debet enim agnoſcere bonam fidem & veritatem confiteri, *l.quoties.9.§.ſicut.5.ff.d.adminiſtr.& per.tut.* Nec obſt. *l.pactum curatoris.22. C. d. pact. l.præſes. C.d.tranſact.* in quibus legibus diſponitur, quòd pacta & tranſactiones tutorum curatorumve pupillis & minoribus non præjudicent; ergo nec procuratorum confeſſiones, quia illa de pari procedunt, & *textus in l.certum.6.§. ſed & ante ipſos.ff.d.confeſſ.* eos æquiparat, diſponens eorum confeſſiones non ſufficere, ut res judicata dicatur. Igitur ſic diſtinguit Hiltropff *d.loc.num.*103. Aut confeſſio procuratoris ſit præſente domino, aut abſente: priori caſu indiſtinctè nocet, *arg.l.ſi remunerandi.§. qui paſſus, arg.l.qui patitur.18.ff.mand.* poſteriore caſu rurſus diſtingue, Aut confeſſio iſta

Confeſſio procuratoris tribus modis à confeſſione ipſius principalis domini differt. 1. quòd propter errorem juris ſit revocabilis. 2. quòd ea confeſſio in alio judicio non noceat. 3. quòd non tollat facultatem appellandi, Hiltropff. in *proc. jud. part.1.tit.21. d. procur. num.*102.

ſit bonâ

ſit bonâ fide, & quoque nocet *arg. d. l. prætor. l. quoties. 9. §. nec utique.* aut malâ fide, & tunc diſtingue, aut procurator iſte ſolvendo eſt, & nocet, aut ſolvendo non eſt, & non nocet.

PROCURATORIS contumacia nocet domino, *c. 1. in fin. X. ut lit. non cont.* ubi dicitur reum poſſe excommunicari ob contumaciam procuratoris.

Nulla eſt differentia, Nam quod dicit jus Canonicum, etiam jus Civile, quod probatur arg. *l. cum qui. 3. C. h. t.* ubi fit miſſio in poſſeſſionem ob contumaciam adminiſtratoris non reſpondentis pro herede, a quo petitur fideicommiſſum. Idem probatur ex *l. ſi defunctus. 15. ff. eod.* ubi ſtipulatio judicatum ſolvi committitur contra fidejuſſores, quos dominus dedit, ſi procurator cauſam deſerat. Hinc eſt communis ac concors Dd. ſententia contumaciam procuratoris circa ea, quæ pertinent ad judicii proceſſum, ut in non comparendo, in non jurando de calumnia, in non reſpondendo, in non producendo teſtes, in non parendo decreto Judicis, in non appellando, &c. obeſſe domino; præterquam quoad mulctæ impoſitionem & immiſſionem ex ſecundo decreto: at circa ea, quæ fiunt extra proceſſum quoad extrinſeca quædam, ut eſt quando pœna indicitur, tunc factum procuratoris non nocet, Hiltropff in *proceſſ. judic. part. 1. tit. 21. d. procurat. num. 88. & ſeqq.*

Non nocet domino, *l. 1. §. ſi procurator. ff. ſi quis jus dic. non obtemp.* ubi pœnale judicium Judicis ob contemptum jurisdictionis ex contumacia procuratoris non datur adversùs dominum. 2. probatur arg. *l. ſi cum uſufructuario. 3. ſi ex nox. cauſ. ag.* ubi contumacia uſufructuarii punitur denegatione uſusfructûs, tamen domino proprietatis nullum fit præjudicium; at uſufructuarius dicitur procurator domini ad defendendam illam rem, *l. 1. in fin. ff. Uſufr. quemadm. cav. l. 1. §. fin. ff. d. O. N. N.* 3. probatur ex *l. hoc ampliùs. 9. §. fin. cum l. ſeq. ff. d. damn. inf.* ubi ob contumaciam uſufructuarii non ſatisdantis damni infecti nomine denegatur ei jus utendi fruendi, & hunc effectum miſſio in poſſeſſionem hoc caſu operatur, domino proprietatis repromittente.

PROCURATORIS mandatum revocatur morte ipſius procuratoris non obſtante litis conteſtatione ab ipſo factâ *clem. ult. cum ibi not. d. procur.* Rittersh. *d. differ. jur. Civ. & Can. libr. 5. c. 12.*

Nulla eſt differentia, ſi attendatur diverſitas utriusq; procuratoris. Nam in jure Civili datus eſt procurator ratione rei, quæ ſi non ampliùs eſt integra, ſed jam cœpta & aliqua ex parte confecta, tunc mandatori revocare mandatum non aliter licet, niſi paratus ſit reſtituere, quod mandatarii intereſt. In jure Canonico datus eſt procurator ratione officii, quod cum morte ejus, qui dedit procuratorem, expirat. Vid. gloſſ. ad *d. clem. lit. k.*

Morte mandantis poſt litem à procuratore conteſtatam non extinguitur mandatum procuratoris *l. ſi defunctus. ff. d. procur. l. 15. l. 27. §. 3. ff. mand.* quia poſt litis conteſtationem non eſt ampliùs res integra: morte autem mandantis ita demum ſolvitur mandatum, ſi adhuc res ſit integra, *§. recte. I. d. mandat.* Wurmſ. *pract. forenſ. libr. 1. tit. 5. obſ. 15.*

Digitized by Google

PROCURATORIUM mandatú generale aliud eſt cum libera, aliud ſine libera, *c. qui ad agendum.* 4. *d. procur. in* 6.

Ideo hanc ſub diviſionem mandati generalis jure Civili introduci non erat neceſſium, quia mandatum generale non tantùm refertur ad res, ſed etiam ad cauſas, nec cenſetur eſſe mandatum generale, cujus libertati frœnum injicitur. Vinnio in *Sel. quæſt. lib.* 1. *c.* 9. diſtinctio hæc ſuſpecta ſemper viſa eſt, Etenim cum ex mandato æſtimandum ſit, quid cuique in re aliena liceat, parem eſſe debere utriusque procuratoris poteſtatem omnino dicendum videtur, & quod uni aut licet, aut non licet, id alteri quoque in re dominica licere aut non licere. Quid enim intereſt ſimpliciter alicui bonorum univerſorum adminiſtratio demandata ſit, an adjecto verbo *libera*, Non magis hæc differunt, quàm hæres ſimpliciter inſtitutus, & inſtitutus adjecto *ex aſſe*.

Hæc diſtinctio non eſt juris Civilis.

PROCURATRIX poteſt eſſe mulier, *c. cum dilecta.* 4. *X. d. confirm. util. & inutil.* Hiltropff in *proceſſ. judic. part.* 1. *tit.* 21. *d. procurat. num.* 56.

Nulla eſt differentia, nam in *c. infames.* 3. *q.* 7. idem habetur, quod in *l.* 1. *ff. d. poſtulando.* Non obſt. *d. c. cum dilecta*, è quo colligitur mulierem non poſſe eſſe procuratricem, niſi autoritas ſuperioris accedat. Vel poſſe eſſe procuratricem, ſed in rem ſuam, quod etiam eſt juris Civilis, *l.* 4. *C. d. procurat.*

Non poteſt, Ne perſequendæ litis obtentu in contumeliam matronalis pudoris irreverenter irruant, & conventibus virorum ac judiciis intereſſe cogantur, *l.* 18. & 21. *C. d. procur.*

PRODIGUM facit ſententia magiſtratûs, *c. veritatis.* 8. *X. d. dol. & contum.*

Supervacanea nobis eſt ea conſiderandi diverſitas, quâ Ethicè quidem & rei veritate inſpectâ citra interdictionē prodigus eſſe poteſt: politicè & juridicè ad eum effectum, ut nihil ipſe agere & contrahere, nec cum eo contrahi ab alio queat, non poteſt. Hoc quippe verſatur ſub cõtroverſia, quis politicè & juridicè ſit prodigus? & conſideratione ethicâ non tam conſideratur prodigus, quàm ipſum prodigalitatis vitium. Non etiam cum aliis diſtinguere poſſum inter prodigalitatē notoriam & non notoriam, quia & hoc verſatur ſub cõtroverſia, An citra interdictionem magiſtratûs poſſit eſſe prodigalitas notoria. Placet Frantzkius in *exerc.* 3. *q.* 6. *n.* 3. *& ult.* Etſi lex prodigum in genere deſcribat, qui neq; tempus neque finem expenſarum faciat, *d. l.* 1. tamen in individuo determinare non poteſt, *arg. l.* 88. *ff. d. V. O. l.* 32. *ff. d. Uſur.* Concludit idem, Prodigus propriis actibus fit, à Prætore declaratur: declarato curator aſſignatur & bonis interdicitur ex lege. E quibus nullo negotio utrumque jus conciliatur. Ad poſteriores tamen leges juris Civilis eſt reſpondendum. Ad 8. quidem, vel in ea notare Interpretes unicum caſum, quo prodigo interdicta ſit ipſo jure rei ſuæ adminiſtratio, veluti ſi quis emat ab homine luxurioſo, quem ſciat ſcorto pecuniam ilico daturum, aut aliàs turpiter conſumpturum. Vel reſponderi poteſt, In *l.* 8. notari quidem luxuriam, non tamen in ſpecie prodigalitatem. Vel non tam notari in ſpecie prodigalitatem, quam puniri aut impediri facilitatem ejus, qui alioqui luxurioſo pecuniam erat daturus. Ad *l.* 12. §. 11. reſpondetur, ideo non diſtingui interdictionem, quia ſive quis prohibitus ſit alienare ſive non, mandare poteſt: aliud quippe eſt mandari, aliud mandati mandantem obligari. Vel refert ſe ratio illius legis ad rationem *d. l.* 8. Utilitas hujus quæſtionis præter alia, & in hoc pateſcit, Nam & is, qui revera prodigus eſt, & tamen pro prodigo nondum declara-

Lege 12. Tabb. prodigo interdicitur bonorum ſuorum adminiſtratio, *l.* 1. *in pr. ff. d cur. fur. & al. extr. min. dand. l.* 8. *ff. pro empt. l.* 12. §. 11. *ff. mand.*

Digitized by Google

declaratus, nec ei bonis interdictum eſt, nihilominus teſtari poteſt : quia is, qui bona ſua malè profundit, quoad reliquos actus adminiſtrationis inter vivos ipſo jure non habetur pro prodigo, donec pro tali declaretur, & ceſſante interdictione facultatem habet de rebus ſuis inter vivos diſponendi (idque fortaſſis ideo, ne decipiantur facilè contrahentes, qui ſæpe mores ipſius cognitos non habent, vel inter liberalitatem & prodigalitatem non ſatis diſtinguere nòrunt) Ergo neque quoad teſtamenti factionem pro prodigo habebitur, niſi prius bonis ei interdicatur, Manzius ad §. 2. *l. quibus non eſt perm. fac. teſtam. num.* 8. Hic prætereа notandum & circa jus Juſtinianeum, & circa jus recentius, quod Leo Imperator induxit. Circa jus Juſtinianeum mihi non probatur, quod Doctores noſtri tradunt, idcirco prodigis præciſam fuiſſe teſtandi facultatem, quod judicio carerent. Nam ſi ita eſſet, teſtamentum, quod ante interdictionem feciſſent, ratum eſſe non deberet, tanquam ab iis factum, qui mentis judicio non valerent. Non enim ipſa prohibitio quicquam illis addere poteſt aut adimere prudentiæ. Circa jus recentius, quod Leo Imperator induxit, quoque permiſit prodigis & bonorum ſuorum adminiſtrationem, & teſtandi facultatem, dumne quid ipſi alienarent, & teſtamentum facerent diligenti patrefamilias indignum ; malo illud jus non admittere, quia hoc cauſæ eſſe arbitror, cur arceantur prodigi à teſtamenti factione, quòd non ipſorum tantùm, verùm etiam agnatorum gratiâ bonis ſuis interdicatur, ne patrimonium ſuum non ipſis ſolùm, ſed toti generi quaſi debitum & deſtinatum, in totius familiæ dedecus atque ignominiam diſſipent. Ideoque ad agnatos & gentiles ducebantur, ut eorum authoritate & prudentiâ regerentur, ad quos ipſa quoque bonorum conſumptio pertineret. Timendum autem fuit, ne quod ſupereſſet patrimonii, transferrent ad alienos & quidem indignos, exhæredatis ſuis & legitimis hæredibus, quos ideo odiſſent, quòd eorum operâ & conſilio rerum ſuarum fuiſſent adminiſtratione prohibiti : atque ita jus & cauſa interdictionis bonorum per teſtamenti occaſionem eluderetur, Connan. *libr. comm. jur. Civ.* 9. *c.* 4. *num.* 11.

PROMITTENS aliquid dare ſub pœna ſi partem ſolverit, quoad partem ſolutam habet exceptionem, quia neminem decet in tantum pontificalis modeſtiæ oblviſci, ut inhoneſtis queſtibus anhelando deſideret cum aliena jactura ditari, *c. ſuam ad nos.* 9. *X. d. pœn.*

Utrumque jus ſubſiſtere poteſt, ſi diſtinguatur inter rem, quæ dividua eſt, & factum, quod eſt individuū. Et quoad hoc factum diſtinguit ex Panormitano Streinius in *ſumm. jur. Can. part.* 3. *tit.* 16. *dub.*

Si quis promittat aliquid dare ſub pœna, is ſi vel partem det, tenebitur ad totam pœnam, *l.* 25. *§.* 12. 13. 14. *ff. fam. erciſc. l.* 85. *§. item ſi ita. ff. d. V. O.*

7. Si pars operis perfecta tantum commodi adfert Titio, quantum tota & integra, ſi præſtaretur, totam mercedem deberi, aliàs minimè. V. G. Biblia ſola tantum valent, quantum addito Decreto Gratiani. Hoc, mi Streini, etiamſi negaſſes, nos equidem non negaremus. Vel ſi quidem in ſpeciei contingentia ſit res, illa res poteſt eſſe dividua ex natura rei : individua ex forma obligationis. Sic fundus Titianus ex natura rei eſſet dividuus : non ex forma obligationis : pignus ex natura rei oppignoratæ eſſet dividuum, ex forma obligationis parte crediti ſolutâ pignoris pars non liberatur.

PROMOVENDI ſunt ad curationem Eccleſiæ æquè exteri, ac ii, qui ex

Quod jus Civile, etiam aſſeverat jus Canonicum *c. nec emeritis. c. nullus.* 6. *diſt.* adeò ut

Præ exteris promovendi ſunt, qui ex eodem loco originem ducunt, *l.*

Digitized by Google

eodem loco originem ducunt, Gloſſ. & Panormit. in *c. ſi proponente. d. reſcript. can. bonæ d. poſtulat. prælat.*

in Eccleſiis. C. d. Epiſcop. & Cleric.

quoad objecta loca obrepſiſſe Pontifici videatur, qui in petitione Eccleſiaſtici officii non ſignificavit ſe ex alio loco eſſe oriundum, Tuldenus in *Jprud. extemp. libr. 1 c. 20.* Ceterùm ſi non obtineret jus Canonicum, malè haberet capitale Pontificis collegium, in quo ſine diſcrimine Senatores purpuratos legit, quos Cardinales vocamus, ſive natione Hiſpanos, ſive Gallos, ſive alios. Et per ſe quidem evidens eſt ac omnes concedunt, dividere bona ſua Deum Optimum Maximum, neque uni indulgere omnia; tum inter ſe immenſum quantum differre mortales. Quanquam enim non deſit natura homini cuiquam in neceſſariis, nedum populo ac genti; itaque iſti etiam animi ſufficiant utcunque ſibi: deſint tamen cuivis aliqui ad perfectiſſimam beatitudinem acquirendam nervi. Excellant Chineſes variarum rerum inventis, Belgæ navali præſtantiâ, Sueci Scotique nec non Germani bello terreſtri; fortitudine ac fide Helvetii excellunt. Glyres ita ſubſumit Fridericus a Kosboth in oratione civili, quâ oſtenditur periculoſiſſimum eſſe evehere nimis peregrinum apud nos domi naſci quis neſcit: iis tamen frumenti cuſtodiam nemo impune committit: at bene felibus, quas ex Cypro advectas plerumque præferunt cæteris. Denique ſi non alibi conſtituto late ad honorem ſpes eſſet, cui uſui eſſet illa facultas, quæ cuique de ſua civitate ſtatuendi libera eſt, *l. 12. §. 9. ff. d. captiv. & poſtlim. rev.* Cui uſui eſſet jus illud, quod Cicero pro Balbo laudat, Ne quis in Civitate maneat invitus, & fundamentum vocat libertatis ſui quemque juris & retinendi & dimittendi eſſe dominum. Quis enim non mallet origini ſuæ hærere mancipium, quàm alibi aucupari libertatem, quæ in honorum delatione ex æquo non eſſet competitura. Ne tamen indiſcriminatim exteri admittantur, obſervent utriusque ſtatus periti illud Lipſii in *not. ad libr. polit. 3. c. 4.* Ut in quam domum veſpillones veniunt, ſignum eſt funeris; ſic reipublicæ labentis, ad quam fulciendam adhibentur peregrini. Non ſolùm mores & variæ novitates inducuntur, ut Tacitus de Arminii filio monet, ſi hoſtili in ſolo adultus in Regnum veniſſet. Alcibiades expeditionem in Siciliam ſuſcipiendam ſuadebat hoc argumento, quòd Inſulæ illius urbes variâ advenarum colluvie ſint frequentes, & ſuum ſtatum facile mutent, & peregrinos advenientes recipiant. Atque hac ipſa de cauſa nullus ipſorum tanquam pro ſua patria, aut armis ad ſuum corpus protegendum neceſſariis eſt inſtructus, aut in ipſa regione uſitatis apparatibus ad vim hoſtium propulſandam eſt munitus. Thucyd. *libr. 6. contr. Alcibiad.* Subſumit Reinholdus Condit, Poruſſus *libr. d. fid. polit. 1. c. 6. lit. d.* Quicunque ſuſceperunt advenas, ferè omnes ſeditionibus jactati ſunt, ceu apud Sybarim una cum Trœzeniis incoluerunt Achæi, poſtea majorem in numerum creſcentes Achæi Trœzenios pepulerunt, unde pollutio illa exorta Sybaritis & Thuriis. Idem fecerunt Sybaritæ contra eos, qui illos receperunt, nam plus habere volentes quaſi de ſuis agris pulſi ſunt. Et apud Byzantium peregrini in oppreſſionem civium conjurati, cognitâ re prælio & armis expulſi ſunt. Et Antiſſæi exules ex Chio ſuſceptos tandem armis dejicere coacti ſunt. Zanclei verò, qui Samios receperunt, mox ab iis ſunt propria civitate dejecti. De Appolloniatis, Syracuſanis, Amphipolitis idem plura. De opprimendis in ipſo ortu Meſſilienſibus apud Juſtinum *libr. 43.* ſubnectit fabulam regulus quidam: Canem aliquando partu gravidam locum à paſtore precario petiiſſe, in quo pareret. quo obtento iterato petiiſſe, ut ſibi educare eodem in loco catulos liceret: ad poſtremum adultis catulis fultam domeſtico præſidio proprietatem loci ſibi vendicaſſe: non aliter Meſſilienſes, qui nunc inquilini videantur, quandoque dominos regionum futuros. T. Manlius apud Livium *libr. 8.* anno ab urbe condita 41. gladio cinctum in ſenatum ſe venturum dixit, & quemcunque in Curia Latinum vidiſſet, ſua manu interempturum. Et converſus ad ſimulacrum Jovis: Audi Jupiter hæc ſcelera, inquit, audite jus fasque peregrinos Conſules & peregrinum Senatum in tuo Jupiter augurato templo captus, atque ipſe oppreſſus viſurus es. Ex his

diſtingui

diſtingui poteſt inter peregrinos homines, qui poſſunt eſſe aliqui, & colluviem eorum, quos Claudius apud Sueton. vetuit uſurpare Romana nomina: diſtingui etiam poteſt inter exempla, quæ ut penuriæ hominum, ita neceſſitatis erant plena. His accedunt exempla vulgatiora, quæ utcunque huic aut illi Reip. conſulta ac utilia fuerint, aut ſi quando ex temporis aut fortunæ qualitate quædam contra communem rationem & regulã utilitatis publicæ causâ in Remp. admittantur, non ſtatim in exemplum ſunt trahenda. Omnibus denique odio eſt illa Pontificum uſurpatio, quâ proviſiones & reſervationes Papales urgent, & in loca vacantia peregrinos, planè ignotos, minùs idoneos obtundere ſatagunt. Quæ fuerit Philippo Pulcro, Francorum Regi, cum Bonifacio VIII. quòd Rex ſibi collationem Eccleſiarum & præbendarum aſſereret, controverſia notum eſt. Qui ei ſucceſſit Clemens V. Bremenſi Eccleſiæ de Epiſcopo providit, miſſo Bremam Joanne quodam Lundenſi, quondam in Dania Archiepiſcopo, qui Pariſiis tum fortè habitabat. Quàm iniquum verò obtrudere Eccleſiæ hominem ignotum, exterum, cuique nulla quidem illius Eccleſiæ notitia! Neque tamen aliter Joannes XXII. egit. Ita enim Henricus Rebdorff. in *Annalibus*. Joannes XXII. priùs vocatus Jacobus de Cathurio de Waſconia, multas gratias de Eccleſiaſticis beneficiis fecit, & ita pingues clauſulas formis gratiarum ſuarum appoſuit generaliter, quales antea ab aliquo Papa non emanaverunt, & diſpoſitioni ſuæ tot prælaturas reſervavit, quod ante ipſum ita communiter conſuetum non erat. Idem in an. MCCCXXXIII. In Alemannia, inquit, magnum ſchiſma eſt in Clero & in populo ex proviſionibus ſedis Apoſtolicæ ad Epiſcopatus, ſolennes Prælaturas & alia beneficia. Idem de Benedicto XII. ait, Hic Benedictus inter cæteras declarationes, quas fecit, declaravit, quòd gratia ſpecialis beneficio vacaturo extendit ſe ad beneficia ubique ſita, ad collationem illius ſpectantia, ſub cujus collatione cadit gratia conceſſa. Quin adeò hæc corruptela invaluerat, ut Bremenſi Archiepiſcopo defuncto nemo eſſet in Eccleſia Bremenſi, qui ad Pontificatum aſpiraret, ſcientibus cunctis, quòd fruſtra niterentur, cum Apoſtolicâ proviſione ſedes implenda putaretur. Cum igitur tam frequentes eſſent illæ gratiæ exſpectativæ, ſæpius accidit, ut alium eligerent Epiſcopum Capitulares Eccleſiæ cathedralis, alium Româ vel Avenione mitteret Pontifex, multis munitum bullis, quibus reſragari piaculum habebatur. Accidit interdum etiam, ut uterque Epiſcopus, tum quem capitulum elegerat, tum etiam, quem conſtituerat Pontifex, nollet ſe jure ſuo abdicare. Hæc igitur res ingentes dedit turbas, diviſis ſtudiis, adeò ut in bellum quandoque illæ contentiones eruperint, cum maximo Eccleſiarum detrimento. Taceo quòd Eccleſias hominibus ſæpe exteris, ignotis, nec illo quidem officio dignis gubernandas commiſerunt Pontifices. Quid ſibi vult, ait alicubi Gerſon, quod modò potiùs omnes Epiſcopi, Prælati & parochiales ſacerdotes per Papam conſtituantur, quàm eligantur perſonæ notæ & aptiores de patria, & nunc præficiantur Eccleſiis homines extranei in moribus, linguis & conſuetudinibus? Addo, ſæpe homines flagitioſi vitæque diſſolutioris. Hominem carnalem juvenemque vocat Trithemius in Chronico Hirſaugienſi, quem Urbanus V. neglectâ à Capitulo Colonienſi jam factâ legitimâ electione, eo invito conſtituit Epiſcopum. Epiſcopi ipſi, quibus providebatur, quo animo ad regendam Eccleſiam acceſſerint, vel illud argumento eſſe poteſt, quod ſedulò ante ſoliti fuerint rem ſuam agere in Curia Romana, irrito laboraturi conatu, ni muneribus Pontificis Cardinaliumque ante eſſent aucupati gratiam. Dignum memoratu eſt, quod ait Crantzius, Nicolaum quendam proviſione Apoſtolicâ Lubecenſem Epiſcopum creatum, ubi comperiſſet Lubecam ad temporale dominium illius Eccleſiæ non pertinere, graviter ſibimet eſſe indignatum, quòd non ante percepiſſiſſet rerum qualitatem, ut non tanti laboris & ſumptuum impendia feciſſet. Eâdem cum Pontificorum, tum ipſorum Epiſcoporum ambitione & avaritiâ factum, ut pluralitas beneficiorum, quam vocant, ſub Commendarum nomine, vel quocunq; alio, hac ætate plurimùm invaluerit, & tranſlationes Epiſcoporum ex tenuioribus in opulentiores Eccleſias ſæpiſſime factæ, indultu Pontificum, à quibus nihil non redimi poterat. Verè igitur Crantzius exclamat, Laxa

Vv 2

Petre retia, anguſta interim ſunt, laxa, ut fiant capaciora. Ecce magna pars Italiæ ſibi tributaria eſt. Per univerſam Germaniam & Hiſpanias de Eccleſiis & majoribus beneficiis diſponis: in Francia idem facturus, niſi nova adinventio pragmaticæ ſanctionis obſiſteret. *Et poſt*: Amplificarunt per tempora ſummi Pontifices magnifice ditionem Eccleſiæ, non per ementitam Conſtantini donationem, quæ nunquam facta eſt, ſed per munificentiam aliorũ Principum, ſive de Gothis, ſive de Longobardis, ſive per magnum Carolum. Amplificarunt in Eccleſiaſticis rebus per reſervationes, confirmationes & proviſiones fimbrias ſuas. Laxarunt retia & omnia in ſuam traxere poteſtatem. Mirabitur, quiſquis annales antiquorum temporum legerit, temporum mutationes, tum in cæteris, tum maxime in Eccleſiaſtica poteſtate. Sed hanc camarinam movere, & quæ mala hinc in Remp. & Eccleſiam redundarunt, perſcribere, operę pretium forte non fuerit. Id addo, haud auſuros fuiſſe Pontifices tam immenſam ſibi ſumere poteſtatem, niſi bullas ſuas omnes, & jura, quæ condiderant, in tanto honore haberi vidiſſent, ut nihil non ſancte recipiendum putaretur, quod Roma aut Avenione profectum conſtaret. Quæ opinio ubi pervaſit hominum mentes, nihil tam fuit arduum, quod a Romanis Pontificibus obtineri non poſſet. Succenturiantibus Canoniſtis, ſtrenuis Pontificiæ majeſtatis aſſertoribus, quos non puduit dicere, De antiquo jure & diſpoſitione Eccleſiæ poteſtatem conferendi Epiſcopatus ad Papam pertinere. Quæ etſi falſiſſima ſunt & inepta, illo tamen tempore ad dementandas hominum mentes non parum valuerunt. Vid. Conringium in *ac. oam. ac IV. Germanici Imperii Epiſcopis.*

PROMULGATIO ad effectum obligandi ſufficit, ſi facta ſit Romæ, nec requiritur, ut in ſingulis diœceſibus fiat: aliàs nec 6. liber Decretalium, nec alii libri Juris Canonici obligarent in terris, in quibus neque promulgati ſunt, nec docentur.

Canoniſtæ quidem præferunt jus Canonicum, Licet enim canones velint ſervari leges civiles in cauſarum judiciis, ubi deſunt canones, non tamen & modum ferendi leges poteſt videri acceptaſſe Eccleſia. Præferimus jus Civile, quia non poteſt eſſe lex, niſi ſit commune præceptum, per quod in *l.1.ff.d.l.* lex definitur. Deinde ſi ſit pœna nova, ſi ſpecialis, ſi tempori certo alligata, quid ſtatuendum? reſpondet jus Canonicum in *c.noveris.X.d.ſentent.excomm. c.cum ſingula.d. præbend. in 6.*

Conſtitutiones in commune fiant, & in provinciis diſcernantur, ne legum ignorantia obſtet, *Nov.66. c.1.* quod enim nondum eſt propoſitum, juſtè ignoratur.

PRO POSSESSORE in pari cauſa pronunciandum non eſt, *c.3.X. d.probat.*

Anſam heic ſubminiſtrat Ant. Merenda *libr. contr. jur. 6. num.9.* Sed utroque, ſeu altero oculo capitulum intuear, nulla ſe offert differentia. Quæ enim eſt regula juris Civilis, ea continetur in his capituli verbis, Quòd ſi ambarum partium teſtes æquè ſunt idonei, poſſeſſoris teſtes præferentur, cum promptiora ſint jura ad abſolvendum, quàm ad condemnandum. Si quærenda eſt exceptio, ea quærenda erit in liberali cauſa. Sed ſubjicit *d.loc.num.*10. Merenda, Dum Pontifex meminit de juris Civilis ſanctione circa liberalẽ cauſam, non id dicit, quia pertineret ad deciſionem hujuſmodi litium, in qua finium controverſia erat, ſed, ut fit, ordinandi ſermonis gratia, & ideo abſurdum eſt exiſtimare, his verbis eum voluiſſe innovare aliquid adverſus Juris noſtri ſanctiones: maximè quia in reſcriptis particularibus aliudque agendo novum eſt & inauditum veteres leges corrigi, & proinde debet dictum Summi Pontificis intelligi ſecundùm leges civeles, ad quas ſe refert, quæ cum non permiſerint in cauſa libertatis contra poſſeſſo-

In pari cauſa potior haberi debet poſſeſſor, *l.128.in pr.d.R.J.*

poſſeſſorem pronunciari, niſi plena ſit probatio actoris, ſequitur nec id voluiſſe Pontificem his verbis ſignificare. At dices, non rectè ergo Summus Pontifex liberalis cauſæ meminit, quia hac admiſsâ expoſitione id ad rem non faciebat. Reſpondet Merenda Summum Pontificem dixiſſe in initio ſuæ reſponſionis teſtes ejus, qui reus eſt & poſſeſſor ceteris paribus debere præferri teſtibus actoris, additâ ratione, quia jura ſunt promptiora ad abſolvendum quàm ad condemnandum, quia verò hæc regula ceſſat, cum de liberali cauſa agitur, hujus exceptionis meminit, non ut ſignificet eam habere locum contra poſſeſſorem, ſed ut oſtendat eam ceſſare in liberalibus cauſis.

PROROGARI non poteſt jurisdictio absq; proprii Judicis licentia, *c.I. c.ſignificaſti.X.d.for.compet.*

Prorogari poteſt jurisdictio proprio Judice etiam invito, *l.ſi convenerit.18.ff.d.jurisd.*

Præferimus jus Canonic. cujus rationem ſubminiſtrat ipſum jus Civile. Sic in *l.5.ff.d. Judic.* Si quis ex aliena jurisdictione ad Prætorem vocetur, Prætoris eſt æſtimare, An ſua ſit jurisdictio: vocati autem non contemnere autoritatem Prætoris: nam & Legati ceterique, qui revocandi domum jus habent, in ea ſunt cauſa, ut in jus vocati veniant privilegia ſua allegaturi. Hinc ſubſumo, Si Prætoris eſt æſtimare, an ſua ſit jurisdictio: Si Legati ceterique, qui revocandi domum jus habent, in jus venire debent privilegia ſua allegaturi; etiam ejus conſenſus in prorogationem venire debet. Deinde hæc conventio juris Civilis non opponitur requiſito Judicis conſenſui, ſed coactioni, ita ut non diſcrepet jus Canonicum, quo in *d.locis* conſenſus Judicis requiritur. Tandem diſtingui poteſt inter perſonas prorogantium, Quanquam enim Laici poſſint jurisdictionem non ſui Judicis prorogare, Clerici tamen non poſſunt, niſi Epiſcopi Diœceſani conſenſus accedat, & Judex, cujus jurisdictionem prorogare volunt, ſit Eccleſiaſticus.

PROVOCARE non licet à Judicibus, quos communis cōſenſus elegerit, *c.A Judicibus. cauſ.2. quæſt.6.*

Provocare licet à Judicibus, quorum iniquitas vel imperitia corrigi poteſt, *l.1. in pr. ff.d.appell.*

Nulla eſt differentia, ſi conferatur differentia, in qua, *Arbiter ſi arbitrium &c.* Deinde ipſe Canon ſe explicat, Hoc de arbitris eſſe intelligendum. Igitur & in jure Canonico Judicum alii ſunt Ordinarii, alii Arbitrarii. Ordinarii ſunt, qui ab Apoſtolico, ut Eccleſiaſtici: vel ab Imperatore, utpote Seculares legitimam poteſtatem accipiunt. Arbitrarii ſunt; qui nullam poteſtatem habentes cum conſenſu litigantium in Judices eliguntur, in quos compromittitur, ut eorum ſententiæ ſtetur. Ex hac differentia elici & alia poſſet, quòd jure Canonico Judicem communis conſenſus eligere poſſit: jure Civili privatorum conſenſus non facit Judicem. Sed jus Civile nomine Judicis intelligit publicâ autoritate conſtitutum, & opponit ei, qui nullo præeſt judicio, ſive ei, in quem non poteſt prorogari jurisdictio. Hoc idem agnovit *d. canon.* qui Arbitrariorum alios facit ordinarios & arbitrarios: alios arbitrarios tantùm. Ordinarii & arbitrarii ſunt, qui legitimam poteſtatem habentes ab eis eliguntur ad arbitrandum, qui non ſunt ſuæ jurisdictioni ſuppoſiti. Ut ii, qui ſunt arbitrarii tantùm, nullam habeant jurisdictionem, ideoq; ab iis non appellatur.

PUBERTAS ex annis non æſtimatur, & certum eſt eum puberem eſſe, qui ex habitu corporis pubertatem oſtendit, & ge-

Deferimus juri Civili. Sive enim ſit quæſtio corporis, Non diutiùs eluduntur vota eorum, qui quæque ſtatutam & deſtinatam in certum tempus æta-

Indecoram obſervationem in examinanda marium pubertate reſecantes jubemus quemadmodum feminæ poſt im-

nerare:

nerare jam poteſt, *c.puberes.X.d.deſponſ.imp.* Vid. Arnoldum de Reyger in *proc.jud.diſp.7.theſ.6.* Bachovium *vol.ad Treutl.1.diſp.8.th.1.lit.E.*

tem ſuperaverint. Sive ſit quæſtio animi, ſtatuta hæc & deſtinata ætas ſecura eſt reſpectu eorum, circa quos quęritur: reſpectu eorum, qui cum iis agunt: reſpectu eorum, qui adminiſtrationi adhibentur, ut ſciant, quando ſit ceſſandum. Deinde etiamſi jus Canonicum annos non attendat, ſed pubertatem in cauſâ matrimonii, & caveat, ne juventus polluatur ac in libidinem feſtinet nondum maturam; attendit tamen in ceteris cauſis. Denique jus Canonicum non magis attendit temporum caſtitatem, quam antiquitus Plato, qui *libr.4.d.rep.* juſſit, priusquam nuptiæ contrahantur, à Medicis & Obſtetricibus mares nudos obſervari, feminas quoque ad pubem usque nudas inſpici. Si Dianam ſine veſte non vidiſſet Actæon, à canibus non fuiſſet diſcerptus. Si Minervam nudam non fuiſſet contemplatus Tireſias, non amiſiſſet oculos. Non æmulemur Apellis induſtriam, qui Venerem ſuam Anadyomenem in Eleuſinatum panegyri ſpectante univerſa Græcia nudam oſtendit; ſed Venerem velata facie pingamus. Secus quæ fiunt, non decor, ſed licentia ſibi permittit Poëtarum, in quibus Martialis 6.*epigr.52.*

Hic jacet in tumulo raptus puerilibus annis
Pambagarus domini cura dolorque ſui;
Vix tangente vagos ferro reſecante capillos
Doctus & hirſutas excoluiſſe genas.

Perſius *Satyr.3.* — *quibus intonſa juventus*
Invigilat ſiliquis & grandi paſta polentâ.

Verùm hoc non tantùm licentia ſibi permittit Poëtarum, ſed etiam religio illius Dei, cujus aris detonſas tempore pubertatis comas conſecraſſe priſcum ævum ex Sabino in Virgilium refert ad *d.l.ult.lit.O.* Dion.Gothofredus.

pletos 12. annos omnimodo pubeſcere judicantur, ita & mares poſt exceſſum 14. annorum puberes exiſtimentur, indagatione corporis inhoneſtâ ceſſante, *l.ult.C.quand.tut.vel cur.eſſe deſ.*

PUBLICIANA non habet locum, quia ſecundùm Juris Canonici diſpoſitionem bona fides ad uſucapionem ſemper requiritur, *c.vigilantiæ.c.fin.X.d.præſcript.* Agens autem Publicianâ credat ſe non eſſe dominum, ſicque malam fidem pręſupponat. Vid. Wiſſenbachium *diſp.ad Inſt.56.theſ.21.*

Contraria ſententia, quòd ſcilic. Publiciana per jus Canonicũ non ſit correcta, verior videtur; cum hoc expreſſè non reperiatur cautum, ac proinde locum habeat regula: Quod non mutatur, quare ſtare prohibeatur? *l.ſancimus.27.C.d.teſtament.* *c.intelleximus.1.X.d.N.O.N.* imo potiùs confirmatur in *c.Abbate.3.ubi gloſſ.in verb.dominii.d.ſent.& re jud.in 6.* Nec quicquam faciunt illa allegata Juris Canonici loca, quæ ad actionem publicianam extendenda non ſunt, cum ſit diverſa ratio inter præſcriptionem ſeu uſucapionem & publicianam. Illa ſiquidem contra æquitatem eſt, & præjudicat domino, qui tendit ad excludendum verum dominum, cui per præſcriptionem dominium auferetur. Non mirum igitur in ea omni tempore bonam fidem exigi. Hæc verò contra verum dominum non datur, ſed ei tantum competit, qui plus juris habet in re, quam poſſeſſor reus conventus, Schulʒ in *ſyn.inſtit.Imp.ad tit.d.action.lit.a.* Vid. Sneidevvinum ad *d.§.4.I.d.action.num.44.*

Habet locum, nam quia durum erat deficere eo caſu actionem, inventa eſt à Prætore actio, in qua dicit is, qui poſſeſſionem amiſit, eam rem ſe uſucepiſſe, quam non uſucepit, *§.namq.4.I.d.action.*

PUBLICIANA propter difficultatem probationis dominii etiam vero domino conceditur, & uſitatum eſt utramque actionem (ſcl. rei vindicationem & Publicianam) in libello conjungi hoc modo: peto hanc rem jure dominii vel quaſi, *c. Abbate. 3. in pr. d. ſent. & re judic. in 6. ibiq. gloſſ. ſingularis ſuper verb. dominii.* Gail. *libr. 1. obſ. 62. num. 4.*

Non obſt. differentia, quâ *Actiones duæ ſucceſſivè concurrunt.* Reſp. vel hoc propter difficultatē probationis dominii eſſe peculiare: vel etiam duas actiones ſucceſſivè in libello conjungi.

Poſſem aſſerere mores hodiernos Juri Canonico, ſed malo cum Bachovio *diſp. d. action. 3. th. 17.* aſſerere nullam heic eſſe differentiam, quia non neceſſum eſt actorem in hac actione intendere ſe non eſſe dominum verum: ſub qua qualitate non niſi cum implicatione contradictionis publiciana vero domino poſſit dari, ſed poteſt ea qualitas veri domini amitti, & verus dominus poteſt ita movere actionem, ut innitatur titulo & bonæ fidei, ut loquitur Zaſius in *d. §. 4. num. 8. & 14.* Et verò acturus publicianâ exiſtimare debet ſe eſſe dominum, & quòd autor ſuus verus dominus fuerit, & quòd propter hujus rei incertitudinem & difficultatem probandi introducta ſit Publiciana: cum autem dubio procul ſæpe contingere poſſit, ut autor dominus fuerit, de quo tamen conſtare nequit, neceſſariò eveniet, ut non rarò publicianâ utatur, qui revera dominus eſt, ſed qui ex prædicta cauſa talem ſe aſſerere non audet: & quidni igitur domino quoque vero accommodari poſſit iſta actio, ſi expeditiori & commodiori remedio uti velit, & fortaſſis ipſe dubitet, an ſatis liquidò dominium ſuum probare poſſit. Atque ita dabimus vero domino hanc actionem, non ſub tali qualitate, ſed ſub qualitate bonæ fidei poſſeſſoris.

Si naturam & indolem hujus actionis, ut & veram legum mentem penſiculatiùs conſideremus, eam vero domino nequaquam competere ſtatuendum eſt, Harpprecht. *ad §. 4. I. d. action. num. 22.*

PURGATIO per aquam frigidam eſt permiſſa, & tantùm in Clericis hoc prohibetur, ne quis ritum cujuslibet benedictionis aut conſecrationis impendat, *c. ſententiam. pen. X. Ne Cler. vel monach. ſecul. neg. ſe immiſc.*

Nec jus Canonicum hanc purgationē probat, Sic in *c. Mennam. 2. & c. conſuluiſti. 20. cauſ. 2. q. 4.* in quibus vulgarem ac nullâ canonicâ ſanctione fultam legem ferventis ſcilicet ſive frigidæ aquæ ignitique ferri contactum, aut cujuslibet popularis inventionis (quia fabricante hæc ſunt omnino ficta invidiâ) nemo exhibet. Non obſt. *c. ſententiam.* quia inde ſequeretur, ſi in Clericis prohiberetur, ne quis ritum cujuslibet benedictionis aut conſecrationis impendat actui meretricio, non actum meretricium, ſed ritum duntaxat prohiberi. Non obſt quòd plerumque ſoleant Judices pro tuenda hac probationis ſpecie allegare inveteratam conſuetudinem, quæ meritò pro lege eſt cuſtodienda. Reſpondet

Purgatio per aquam frigidam nullibi eſt permiſſa, nec etiam ſi eſſet permiſſa, foret neceſſaria, quia ſatius eſt impunitum relinqui nocentis facinus, quàm innocentem condemnari, *l. 5. ff. d. pœn.* Innocens videtur contra quem accuſatores eam rem deferūt, quæ non munita ſit idoneis teſtibus, vel inſtructa apertiſſimis documentis, vel indiciis ad proba-

Digitized by Google

ad hoc argumentum Nicolaus Papa malam conſuetudinem, tanquam pernicioſam corruptelam, vitandam eſſe, *c. mala conſuetudo. diſt. 8.* Vid. Cujacium ad *c. tam literis. 33. X. d. teſtib.* Non obſt. conſtitutiones Carolinæ, quia in iis de probatione per aquam frigidam altum eſt ſilentium. Et cum in dictis Carolinis Conſtitutionibus accuratè indicia in crimine veneficii enumerentur, non eſt veriſimile, hanc probationem per frigidam, ſi rationalis & legalis viſa fuiſſet, legislatorem omiſiſſe. Vide Wiſſenbachium in *contradict. jur. Can. th. 75.*

tionem indubitatis & luce clarioribus expedita, *l. ult. C. d. probat.*

Q.

QUÆSTIO cum ſit res gravis & periculoſa, proindeq; cautiùs circa eam agendum, *c. ubi periculum. 3. d. elect. in 6.* Judex ad eam abripere neminem poteſt, niſi indicia adſint veriſimilia & probabilia, quæ reum poſtulatum reddant ſuſpectum, gloſſa ad *c. quæſtionem. 12. quæſt. 2.*

Nulla, ne quidem veriſimilia & probabilia indicia, præcedere oportet, ut quęſtioni ſit locus, *l. 17. ff. d. SC. Syllan.* quâ gloſſa, Bartolus & alii exiſtimant poſſe torqueri ſervum etiam nullis indiciis præcedentibus.

Quoniam nullo textu hoc juris Civ. pronunciatum probatur, ſed generaliter in omnibus publicis criminibus indicia veriſimilia & probabilia deſiderantur, ut ad tormenta procedi poſſit, *l. 8. §. oportet. C. d. quæſtion.* in hac differentia figere pedem non poſſumus. Sic Imperator Carolus V. *art. 18. 19. 20.* ſanxit, Wo nicht zuvor redliche anzeigung / warzeichen / vermuhtung / argwohn vnd verdacht der mißhandlung / darnach man fragen wolt / vorhanden vnd beweißt wurden / ſol niemands gefragt werden / vnd ob gleichwol auß der marter die miſſethat bekant wurde / ſo ſol der nicht geglaubt / noch jemands darauf verurtheilt werden. Wo auch einige Obrigkeit oder Richter in ſolchem überfuhren / ſollen die / dem alſo wider recht / ohne die bewiſene anzeigung gemartert were / ſeiner ſchmach / ſchmerzen / koſten vnd ſchaden / der gebühr ergezung zu thun ſchuldig ſeyn. Non obſtat *d. l. 17.* Duo enim Juris C. Ulpianus eo loco proponit. Unum, quòd domino occiſo familia ſervorum de ſe torquenda ſit. Alterum, quòd eadem familia de ſe jam torta & necem domini confeſſa denuo per tormenta interrogari debeat, cujus mandato dominum occiderit. Prius illud ſimpliciter quidem dicitur ſine ulla indiciorum mentione; verùm quia nec ſervi abſque indiciis torqueri poſſunt, *l. 1. §. 1 ff. h. t. d. quæſt.* oportet ut adſint indicia præſumptiva, quæ famam ſervorum ſuſpectam reddant. Leges enim legibus concordari convenit, *l. un. C. d. inoff. dot.* Quoad jus Canonicum magis attenditur canon, quàm gloſſa ad canonem. Nam gloſſa, quod & facit Azo in *ſumma. C. d. tit. d. quæſtion. verſ. & ſunt iſta regularia.* caſus aliquot proponit, quibus de ſervo in dominum quæſtionem haberi poſſe ſcribit, nullis etiam præcedentibus indiciis, puta in crimine læſæ majeſtatis, crimine fraudati cenſûs, crimine adulterii & crimine homicidii, maximè ſi dominus uxorem ſuam, vel hæc maritum occidiſſe dicatur. Non enim illa deciditur quæſtio, An ſine indiciis procedere ad tormenta in dictis criminibus liceat Judici, ſed an contra ſuum quoque dominum in illis criminibus ſervus torqueri poſſit. Cum autem ipſemet dominus de ejuſmodi crimine accuſari & torqueri non poſſit, niſi

ſit, niſi adſint contra eum quædam indicia, *l.ult.C.d.probat.* certè eadem illa indicia movebunt quoque Judicem, ut contra dominum ejus etiam ſervum torqueat. Non obſt. quòd prædicta illa crimina ſint enormia, ut proinde veriſimile ſit in eis propter enormitatem ſcelerum receptum eſſe jus ſingulare. Jura enim communia in crimina enormia majorem quidem exſerunt aſperitatem in puniendo, quàm in cætera crimina, *l.perſpiciendum.*11. *in pr. ff. d.pœn.* verùm non in procedendo, eo quòd in cauſæ proceſſu nondum verè conſtat, deliquerit reus & pœnâ dignus ſit nec ne, ut tradit Hyppol. d. Marſiliis in *pract.crimin.* §. *diligenter.num.*175. ubi addit, quòd hæc conſideratio mente ſit tenenda, ut per quam Mediolani coram illius civitatis Capitaneo Juſtitiæ adeptus ſit honorem magnum. Hyppolitum ſequitur Daniel Mollerus *lib.*3.*ſemeſtr.c.*17. ubi hiſtoriam refert de Theodorico, Gothorũ Rege, animi mœrore extincto ob Symmachum & Boëtium causâ non ſatis cognitâ interfectos. Deinde ſi fortè huic conſiderationi videatur refragari textus in *l. de minore.*10.§.1.*ff.d.t.d.quæſtion.* reſponderi haud ineptè poteſt, In prædictis criminibus commemoratis in *l.*1. *C. d. t. & d. can. quæſtionem.*12. *q.*2. ſervos torqueri etiam contra ſuum dominum non propter criminum illorum enormitatem, ſed quòd iſthæc crimina non facilè abſque ſervorum ſuorum miniſterio domini committere ſolent, ut arguit *l.* 17. § *.ult. d. t.d.quæſt.* & docet Cujacius in *comment. in libr.*2. *Papin.d.adult.pag.*670. *& in comment. in libr.*16. *reſponſ. Papin.* Franciſc. Brun. *tract. d.indic.& tort.part.*3.*q.*5.*num.*7. adfert & alium caſum, quo etiam ſine indiciis ad torturam Judicem procedere poſſe affirmat, eumque notabilem caſum eſſe ait, qui hic eſt: ſi quis accuſatus ſit abſens vel inquiſitus de crimine quodam, vocatus autem non comparuerit, proindeque in bannum declaratus ſit, poſtea autem contumaciam ſuam purgare volens venit in judicium. Hoc caſu ipſum reum ſine indiciis ſubjici quæſtionibus. Ceterùm hoc caſu abſque indiciis torturæ hunc ſubjici reum haud dici poteſt; quippe cum ea contumacia & fuga rei ſit commiſſi criminis indicium aliquod non leve, ut ipſemet quoque Baldus ſentit in *l.* 1. *num.*13. *in fin. C.d.hæred.inſt.* cujus verba hæc ſunt; aliqua tamen ſuper delicto præſumptio eſt contra eum, propter quod poterit ſubjici tormentis ſine aliis indiciis, cum iſtud indicium ſufficiens eſſe poſſit ad tormenta imponenda: & certè non leve hoc criminis indicium eſſe patet ex *l.*2.3. *C. d. requir. reis.* Bocerus in *tract.d.quæſt.& tortur.reor.c.*3.*à num.*8. Huc referri poteſt effectus confeſſionis fictæ, de qua Bachovius ad *Weſenb. paratitl. in tit. ff. d. confeſſ. lit.* i. veluti ſi quis poſitionibus reſpondere recuſat, *c.* 2. *d. confeſſ.* vel effectus præſumptionis, quo qui litem ſubterfugit, præſumitur eſſe nocens. E pluribus indiciis tam communibus quàm propriis, de quibus Matthias Stephani *libr.d.off.Jud.*9. *c.*12. Tuldenus ad *tit. C. d. quæſt.* tria, ut ſatisfaciam curioſo lectori, examinabo. 1. *eſt Sagarum in aquam immerſionis.* 2. *Sanguinis è corpore occiſi effluentis.* 3. *eſt Macularum ſive ſtigmatum in corpore humano repertorum.* *Quoad primum*, de eo aliquid in differentia, in qua *Purgatio per aquam &c.* latiùs Oldenkop *obs. crim. tit.*4.*obs.*13. juxta quem Mos quædam Germaniæ loca invaſit peſſimus, ut probent veneficas ſive magas per aquam frigidam, hoc modo: Carnifex eas manibus pedibusque in crucem ligatas in proximum fluvium vel ſtagnum projicit, ſi merguntur, opinione plebis & imperitorum Judicum ſunt innocentes: ſi natant, veneficæ ſunt. Eſſe autem hunc modum probandi & ſimiles, quorum meminit Maſcardus *d.probat.vol.*1.*q.*4. *n.*7.8.9. prohibitas tentationes Dei Omnipotentis, & meras vafri Diaboli eluſiones, à quibus ſibi vel maximè cavere oportebat omnes Chriſtianos magiſtratus, paſſim alii inculcarunt, inprimis etiam Heigius *part.*2.*quæſt.jur.Civ.& Saxon.* ubi *n.*42.43. formulam antiquam in actu projectionis in aquam uſitatam mirabilem appoſuit, ut conjurationis inter alia ſint hæc, *Adjuro te etiam Aqua per Spiritum S. qui ſuper Dominum in te baptizatũ deſcendit, qui te inviſibili ſanctificatione ſacratum, ad animarũ purgationem inenarrabile conſtituit Sacramentum, per quam olim & populus Iſraeliticus ſiccis pedibus tranſivit, & ex aqua ferrum, quod caſu ceciderat, Heliſæus divinâ virtute contra naturam natans in ſuo manubrio redire fecit, ut nullo modo ſuſcipias hunc hominem, ſi in aliquo culpabilis eſt ex hoc, quod illi objicitur, ſcilicet aut opere, aut conſenſu, ſeu conſcientiâ, vel quolibet ingenio, ſed per virtutem Domini*

noſtri Jeſu Chriſti rejice ex te, & fac illum nataro ſuper te, quatenus cognoſcant fideles Chriſti nullum præſtigium divinæ virtuti poſſe reſiſtere. In hominis etiam adjuratione leguntur hæc verba: *Quòd ſi Diabolo ſuadente celare diſpoſueris, & culpabilis exinde es, evaneſcat cor tuum incraſſatum & induratum, & non ſuſcipiat te aqua incredulum & ſeductum, ut dicat populus, quia Deus noſter Judex eſt, cujus poteſtas in ſecula ſeculorum.* Exemplum hujus eluſionis adjicit *d. loc. num. 12. & ſeqq.* Didenloy quod ipſe ſuis oculis conſpexerit. Cum aliquot ſuſpectæ in aquam ejicerentur, & omnes ſuper eam fluitabant, aliquis ſpectatorum ab ejusmodi crimine habitus immunis precio accepto à nonnullis perſonis illuſtribus, quæ etiam huic ſcenæ intererant, eodem ligatus modo in eandem aquam projiciebatur. Natabat perinde hic ac illæ, ut etiam juvante Carnifice non poſſet ſubmergi. Poſtea extractus & dimiſſus eſt, & omnes adſtantes fallibilitatem iſtius indicii admirati ſunt. Quid itaque, ſi Judices imperiti & ſuperſtitioſi nihilominus huic probationi confidant, non quidem ad definitivè condemnandum, ſed ſaltem ad quæſtionem habendam: vel, ut quidam, qui humaniores & ſubtiliores audire cupiunt, ut hoc cum aliis indiciis non ſufficientibus conjungatur, ad effectum torquendi & eò faciliùs veritatem eruendi? Utrumque eſt improbum, ut etiam nullius adminiculi legitimi vim & effectum ſortiatur. Faceſſat igitur Scribonii vaniſſimus defendendi illam purgationem conatus, uti rectè hunc errorem refutandum ſuſceperunt relati à Jo. Georgio Godelmanno in *tract. d. Magis. libr. 3. c. 5.* Vide & Tuldenum ad *tit. C. d. quaſt. num. 17* cui ſagarum in aquam immerſio nec cauſam in natura habet, niſi fortè vel amplitudinem dorſi, vel reſpirationis ubertatem. Unde vel miraculo divino innititur, vel ſubſidio mali genii: neque illius incerto eventui, neque huic in re tanti momenti fidendum eſt. Nam quod dicitur ex compacto dæmonis illas ſuſtentari, ne deſidant, illud incredibile eſt: nam ille hanc operam in auxilium deſtinatam non navaret eo tempore, quo ad periculum earum pertinet. Quamvis enim ejus promiſſa non ſint tam bonæ fidei, veriſimile tamen eſt, quòd nollet ſupplicio prodere magas, quarum miniſterio malitiam ſuam exercet. Et hæc quoad primum indicium. *Secundum indicium* eſt *ſanguinis è corpore occiſi effluentis.* Interdum præſentem homicidam indicat ſanguis, ex occiſi vulnere promanans: neque tamen exiſtimant cordatiores JCti, ex eo ſumi aliquod indicium contra deſignatum certò poſſe: & bene in hac re Anton. Gomez. *reſol. tom. 3. cap. 19. num. 15.* indicium eſſe id ait, nobis incertiſſimum, & ex cauſis nobis incognitis & valde remotis procedens, refert Menoch. *libr. 1. præſumpt. 89. num. 128. in fin.* ſequuntur Franciſc. Caſon *de indiciis in præmiſſ. cap. 3.* Anton. Teſſau. *deciſ. 173. num. 7.* Claud. Bertazzol. *in notis ad Conſ. 310.* Proſp. Farinac *d. tr. q. 52. n. 154. & ſeq.* Experimenta quidem varia ſuperior & recentior ætas in hanc rem prodidit: imò poſt multos quandoq; annos, occiſi arefactam manum ſanguinem præſente homicida emiſiſſe conſtat. Neque deſunt viris doctis rationes, quibus rem tantam confirmare ex natura nituntur. Nam, quantæ, in aliis naturalibus rebus, Symphathiæ & antipathiæ ſint vires, à Phyſicis locupletiſſimis teſtibus, docemur, maximè Hieron. Fracaſtorio *lib. ſing. d. Symphathia.* Fernel. *de abditis rer. cauſ. lib. 2. cap 17.* Cornel. Gemma *Coſmocrit. lib. 1. cap. 7. pag. 158.* Bodin. *in thea. natu. lib. 3. pag. 406.* Saluſt. Bartas. *de infans. mundi ſeptim. prim. die. ſect. 4.*

Refert Ariſtot. *Polit. lib. 2. cap. ult.* ob inſenſionem animi ex Diocolis ſepulcro non fuiſſe proſpectum in agrum Corinthium, ex Philolai autem ſepulcro fuiſſe. Et Lucret. *de nat. rerum lib. 4.* Namque, ait, omnes plerumque cadunt in vulnus, & illam emicat in partem ſanguis, unde icimur ictu, Et ſi comminus eſt hoſtem, ruborem occupat humor. Alii, poſt Platonem *in Phædone* & Virgil. *4. Æneid.* animas, ſeu ſpiritus defunctorum, vindices eſſe hoſtium volunt. Bodin. *Dæmonom. lib. 2. cap. 3.* Quidam ad genium cujusvis cauſam referunt, aut imaginationi adſtantis adſcribunt. Nonnulli ad occultam Dei, eamque ſpecialem, actionem provocant: Aliis aliud videtur, & nemo eſt, quin hic in ſuo ſenſu abundet. Cornel. Gemma. *Coſmocrit. d. l. 1. c. 6. pag. 78.* Levin. Lemn. *d. occult. nat. mir. lib. 2. c. 7.* Maſil. Ficin. *in conv.* Plato. *Orat. 7. cap. 5.* Hieron. Magius *lib. 3. miſcell. c. 5.* Menoch. *d præſum. 89. num. 128. & in arbitr. c. 270. num. 16.* Galeot. Martius *d. doctrin. promiſ. cap. 22.* Philipp. Camer.

Camer. *medit. hiſtor. cap.7.* Guil. Onciac. *quæſtio. juris Philoſ.cap.36. num.2.* Anton. Teſſau. *deciſ.173.n.6.7.* P. Ærod. *rer. judicat.lib.8.tit.4.cap.18.* Claud. Bertazzol. *ad Conſil. patris Barthol.conſ.320.* Martin Weinrich *de monſtris.cap.17.fol.166.* Ac probabilia ſunt in his multa; quòd ſigna non tantùm cadaveribus addidit Deus, ſed & cordibus homicidarum impreſſit furias cædium ultrices, quæ illos quieſcere nunquam ſinunt, & ubique trepidare, omnia metuere cogunt, inter aſſiduos ac perpetuos conſcientiæ cruciatus: quæ vindicta divina innuitur *Geneſ.4. v.10. Pſal.79. v.10. Abac.2. v.10.11. Matth.23. v.35. Apoc.6. v.9.10.* In tanta igitur cauſarum varietate, quæ tandem propria, & unica, effectui quæſito congruens, cauſa ſit, meritò addubites. Nam quædam corpora quovis motu cruentant, etiam ad præſentiam amicorum & innocentium, & obſervatum eſt, quosdam falsò ſignatos eſſe. Sunt & plurima impedimenta profuſionis ſanguinis: & plures falſæ ſignaturæ cauſas, tam naturales, quàm dæmoniacas eſſe poſſe, ſaniores haud diffitentur: Uti accidit in his, quibus vis quædam ineſt concitandi ſanguinis, ſive ex craſi, ſive ex magico inſtituto: adde, quòd facile eſt falli in multitudine, præſertim conſpirantibus ſicariis, & quòd aliqui adeò ſunt impotentis animi, ut licet innocentes, tantopere conſternentur & tremant, ut facilè diſpoſitionem ſimilem veri percuſſoris poſſint acquirere: de quibus & aliis huc pertinentibus ex profeſſo nuper tractavit And. Libavius *lib. ſingul. d. cruentat. cadaveris.* Ubi tandem etiam concludit, certiſſimum in hac re indicium, ob varietatem circumſtantiarum, aſſequi difficilimum eſſe. Quæ omnia, cum ita ſe habeant, & adhuc in natura, & cum veritate ipſa in Democriti puteo, ut ita loquar, abdita jaceant, nec niſi à prudentiſſimis erui facilè poſſint; ad judicii neceſſitatem transferre periculum eſſet. Nam ubi quæſo locorum ſemper reperias Philoſophos exercitatos, qui rectè & congruenter agentia patientibus applicantes, omnibus accidentariis remotis, neceſſaria ſigna prudenter conſtituant, aut etiam ſuâ culpâ judicio non obſtent? Proinde rectè hi, qui ab *Hyppol. Marſilio* diſcedentes, negant, ex tali profluxione indicium ad torturam oriri; & benè ac prudenter Claud. Bertazzol. *d. loc.* venerari ſe, ait, naturæ opus, & vires conſcientiæ agnoſcere: exiſtimare tamen magiſtratum effectibus illis, tanquam naturalibus ſaltem fidere debere, hoc eſt, in re ipſa agnoſcere naturæ viciſſitudinem, & mutabilitatem, cauſarumq; & caſuum incertitudinem, & varietatem, ſicuti uſus docet, hominem homini præſtare, aliumque magis linguâ & mente conſtare. Ad inquiſitionem tamen & capturam ideo valere dici poteſt, quòd leviores conjecturæ ad iſtum finem plerumque ſufficiunt, Bald. *in l. ſervos. C. d. teſtam.* Boſſ. *in tit. de captura. num.2.* Grammat.. *deciſ. 60. num.19. 20.* Sic Pet. Ærod. *d. tit.4 cap.18.* cadaver oſtentari, viderique id ab iis, qui cædis accuſantur, tractari & prætervehi, ad hoc, ait, proficere, quòd multi ſeſe hoc aſpectu vi conſcientiæ indicant: ipſum autem mortuũ cadaver per ſe nullo ſenſu agnoſcere, aut ſentire homicidam poſſe.

Caveat verò Judex, ne nimium huic conjecturæ ad perniciem innocentis tribuat. Cogitet in cauſis civilibus magnâ animi intentione opus eſſe: & multò majori in criminibus, ubi de vita & ſpiritu hominis agitur, & irrevocabile factum eſt, quod & Marcellinus *in hiſtoria ſua lib.29.* monuit. Rectè igitur Franciſcus Caſonus *tract. de indiciis in præmiſſ. cap.3.* ait, cum talis effuſio ſanguinis oriatur ex cauſis ignotis, quæ non ſunt trahendæ in conſequentiam, nullum quoque exinde indicium neceſſariò ſumi oportere; cum ex diverſis accidentibus proveniat. Addit quoque: contentum eſſe debere Judicem, judicare ſecundùm prudentiam, quæ cadit in hominem, reliquendo cætera judicio divino. Certè quod attinet civilem noſtram diſciplinam, imitatur ea naturam, quatenus eam ratione certâ aſſequi poſſumus: unde jus noſtrum certum & finitum eſſe debet, & poteſt, *l.2. d. Jur. & fa. ignor.* & reſponſa divinatoria à JCtis vitari debere dicuntur. *l. ſi fidejuſſor.* §. *ſi cum debitor. ff. mandati. l. ſi putator. ff. ad L. Aquil. c. ut noſtrum. ut Eccleſ. benefic.* Grevet. *ad ſtatut. de indemn. mulier. num.19.* Fr. Ripa *ad rubr. ff. ſolut. matrim. num.6* Hactenus Heigius *part.2. jur. Civ. & Saxon. quæſt.39. à n.96.* Vide & Speidelium in *Notab. Jurid. Hiſtor. Polit. ſub voce* Baarrecht/ quod jus ita nominatur, Weil die verdächtige perſonen über die Baar/ in quo occiſus jacet, geführt/ vnd darbey ihres verdachts/ vnd der miſſethat ernſtlich

erinneret werden. Ubi caſum adducit Seſſe in *deciſ. Arrag.* 111. qui ſic habet: Fuit in quodam oppido Vallis de Bruto occiſus Laurentius Borres, cuſtos ovium, & cum Judices dictæ Vallis invenire non poſſent d. Laurentii cadaver, & ex conſequenti non conſtaret de corpore occiſo, quia per homicidas fuit cadaver occultatum. Factâ tandem inquiſitione d. cadaveris per montem d. oppidi, ubi occiſus ſolitus erat paſcere oves, fuit inventum quatuor jam elapſis diebus poſt obitum, eratque ibi ſepultum, coopertumque multis lapidibus & ramis. Quo invento cum jam conſtaret de corpore delicti, nulla probatio concludens reperiebatur adverſus homicidas: quia nec teſtis aliquis erat de viſu, nec de confeſſione extrajudiciali; unde neceſſarium fuit inveſtigare omnia indicia occurrentia adverſùs delinquentes; qui licet depravatis moribus eſſent corrupti, erant tamen ab antiquiſſima progenie de los Verguas. Quorum unus vocabatur Monſerratus de Vergua, alter verò Joannes Franciſcus, contra quos lata fuit ſententia mortis in regio criminali Conſilio, die 25. *April. Anno* 1607. & executioni demandata ex præſumptionibus & indiciis, inter quæ maximum ex eo oriebatur, quod cum ex indiciis præcedentibus reſultaret vehemens præſumptio contra dictos accuſatos, Judex d. Vallis de Broto eos captos duxit ad plateam villæ, ubi cadaver exhumatum omnibus patebat. Et cum poſitus ante illud eſſet Joannes Franciſcus, ilico exivit ſanguis ex vulneribus d. cadaveris, quousque reus fuit à d. occiſi conſpectu eductus. Poſtea adductus fuit alter accuſatus, qui cum ſe culpatum videret tanto ſcelere, cœpit obſecrare Deum & Cœlum, ut in teſtimonium ſuæ veritatis permitteret miraculum ibi fieri, quo dicto ilico cadaver elevavit brachium dexterum, & digito ſignavit vulnera (ex quibus ſtatim ſanguis exivit) & continuò elevando idem brachium eodem digito ſignavit d. accuſatum. De quo cum admirati & obſtupefacti eſſent omnes circumſtantes, aſpicientes rem adeò prodigioſam & miraculoſam, fuit confectum inſtrumentum publicum, quod exhibitum fuit in proceſſu, & idem, quod in eo continebatur, depoſuerunt decem teſtes, qui cum aliis pluribus præſentes fuerunt omnibus ſupradictis. Certiorem inveſtigandi modum putaverim, quem refert Godelman. *d. libr. 3. poſt præfat. in copia* gegebener Antwort auf N. in Weſtphalen ſchreiben. lit. D d d. 2. dum ita ſcribit: Ein natürliche löbliche inquiſition war die/welche ein Italieniſcher Fürſt von Mantua, Ferdinandus Gonzaga, gebrauchet. Under etlichen war ein unbekanter Todtſchläger/die läßt er alle für ſich kommen/heiſſet einen jeden die bruſt blöſſen/ gehet darnach umbher / greiffet einem jeden mit der hand daran/kompt zu einem/dem zappelt und klopffet das herz für anderen: zu dem ſpricht er/du haſts gethan/der bekennet alſobald/dann das unrühige gewüſſen machte ihm das herz unrühig. Et hæc quoad ſecundum indicium.

Tertium indicium eſt macularum ſeu ſtigmatum in corpore humano repertorum. De quibus Carpzovius in *pract. crim. part. 1. q. 48. num. 51.* Diabolus ſi metuerit, ne Magi cultum ſuum deſerant, notas certas imprimit interdum ſatis conſpicuas, ut in dextro humero, aut in femore, aut etiam in ſumma fronte, in occipite, in pectore &c. interdum minùs conſpicuas in locis abſconditis aut inter labia ſub axillis, ſub palpebris &c. Qui locus diabolico ſtigmate notatus ita exſanguis eſſe dicitur ac ſenſu labefactatus, ut ne admiſſa quidem acus altiſſimè dolorem faciat, aut ſanguinis minimum efficiat. Subſumit Oldenkop in *tract. quaſt. ad proceſſ. crim. pertin. decad. 3. q. ult.* Pro negativa initio eſt obſervandum maculas ſive ſtigmata in corpore humano dici vel viſibilia vel inviſibilia. Viſibilia poſſunt eſſe naturales notæ vel in utero materno (quod fit ſæpiſſime) maculæ quædam receptæ & cum homine natæ, vel cicatrices, vel locus alia de cauſa ſenſûs expers, veluti caro ſpongioſa, vel etiam cicatrices, quæ ex prægreſſo aliquo morbo relinquuntur, quæ à variolis, morbillis, aliisque puſtulis, vulneribus aut ulceribus remanere ſolent. Talia pro indiciis magorum habere tam ſtultum eſt quàm iniquum. Et quis dubitare velit ejuſmodi opinionem omnes, etiam innocentiſſimos, maculas connatas vel cicatrices habentes, in continuo conſtituere periculo, effectum ſuum ſortituro, quandocunque capiendi, corporis denudan-

Digitized by Google

denudandi, & inſpiciendi, & latrunculatoribus & carnificibus datur poteſtas. Tunc ſi lictor ſive carnifex in iſtis locis mortificet carnem captivi, quod medicamentis & aliis remediis poſſe fieri dubium non eſt: aut eam leviter tantùm compungat, vel ſimulet compungere, vel utatur ſtylis doloſis, magicis & incantatis, & ita fabricatis, ut, cum libet, intrent & vulnerent, cum non libet introire tantùm videantur in ſeipſos reducti: quales ſunt cultelli joculatorum, vel carnifices ipſi ſæpe magi incantatoriâ arte ſanguinem ſiſtant, & carnis ſtuporem inducant, de quibus Theologus Rom. in *caut. crimin. dub.* 43. Indicium blateratur adeſſe magiæ, ſi ſtigmata ſint inviſibilia, & vel indicetur à carnifice, vel ab ipſis magis inquiſitis, idque ex cruciatu torturæ vel ejus metu. Similiter iiſdem fraudibus Carnificum eorumque impoſitioni ſunt obnoxii Magiſtratus & Judices. Et etiamſi ex acûs in locum monſtratum immiſſæ punctione dolorem non ſentiat captivus, & ille ſanguinem non emittat; hoc tamen naturaliter fieri poſſe, & multa de vanitate & falſitate indicii ſtigmatum ſive viſibilium, ſive inviſibilium, latiùs & rationibus optimis demonſtrat Paul. Zach. in *quæſt. Medico Legal. libr. 7. tit. 4 per totum.* Ubi tandem quæſtionem quintam ita concludit. Enimverò ſi pro veritate liberè & absque verborum circumvolutione diſſerendum eſt, cum ea, quæ ab authoribus de ſtigmatibus traduntur, partim dubia & incertiſſima ſint, partim undequaque inveriſimilia, partim verò omnino falſa, quouſque certiora magis veriſimilia ac magis vera adducantur, judicium de ſtigmatibus ſuſpendendum videtur, præſertim quia etiam ex rationabili diſcurſu falſitas & inveriſimilitudo plurimorum, quæ à nonnullis traduntur, luculenter demonſtratur. Neque tamen ea, quæ à magis veridicis authoribus in medium afferuntur, omni difficultate carere indicabit, quiſquis ea, quæ nos produximus, probè examinare voluerit. Habent Judices, unde faciliùs Magos detegant, quàm ex ſtigmatum judicio, imò majorem ſemper difficultatem habet cognitio, quam ex ſtigmatibus deſumere ſatagunt, quàm ea, quæ tormentis à Magis extorqueri poteſt. Quippe cum ſtigmata vel iis tradentibus, qui mordicus eorum veritatem tuentur, deprehendi à quoquam vix poſſint, niſi ſeſe ipſi Magi prodant, ipſumque locum ac ſitum oſtendant. Oportebit ergo ſemper præcedere eorum aſſenſum & confeſſionem, antequam per ſtigmata deprehendantur, ita ut poſtmodum ſtigmatum detectio inanis & ſuperflua futura ſit, niſi ad facti evidentiam aliquid operatur. Sed videamus ulteriùs, quàm tutum ſit indicium, quod à ſtigmatibus in reis repertis deſumi poteſt. Demus igitur Magum aliquem confiteri ſe à Dæmone ſtigmata recepiſſe, eaque in proprio corpore deſignet: tunc ergo ad experimentum veritatis capeſſendum accedamus. Jam verò probavimus non poſſe naturaliter partem animalis viventis ita affici, ut ſenſum nullum habeat, & ſanguinem ſuum non contineat, absque eo quòd inſimul vitam amittat, & totum deinceps animal abſumat. Ergo in probatione ſtigmatum alterutrum ſequatur neceſſe eſt, aut dæmonem ſuâ activitate ſemper concurrere ad hoc, ut pars eo modo affecta neque corrumpatur, neque corrumpat, ſi verè ita eſt affecta, aut id per præſtigium operari, ſi verè ita affecta non ſit. At primùm affirmare videtur inconveniens? quia cum, ut Dd. volunt, dæmonis potentia irrita ſit in reos, quandocunque in juſtitiæ manibus detinentur, & patet, quia non poteſt tunc dæmon ſuâ potentiâ efficere, ut rei tormentorum acerbitate victi ſua delicta non fateantur, ut experientia ipſa docet: contrarium eſſet veriùs, ſi poſſet tunc temporis ad libitum circa Magos operari & facere, ut pars ſtigmatizata neque dolorem puncta ſentiat, neque ſanguinem effundat, neque putreſcat, ſi per ſtigmatizationem jam ampliùs non vivat. Quod ſi poſterius affirmemus, tunc certè experimentum ejus ſumere illicitum omnino eſſet, ut Theologi Leodienſes & Lovanienſes etiam exiſtimarunt, quia non niſi mediante ipſo dæmone ſuis præſtigiis ad id concurrente hoc fieri poteſt; quod & dictu improbandum eſt & factu peſſimum, cum ex ipſius dæmonis atteſtatione hunc aut illum condemnare aut abſolvere oporteat: nam aut dæmon cogi poterit per juſtitiam ad detegenda magorum ſtigmata, aut non. Si primum, oportebit id fieri divinâ virtute, & ſic ſempes in hoc interveniet miraculum, Deumque ad Judicis libitum miracula operari erit

dicen-

erinneret werden. Ubi caſum adducit Seſſè in *deciſ. Arrag.* 111. qui ſic habet: Fuit in quodam oppido Vallis de Bruto occiſus Laurentius Borres, cuſtos ovium, & cum Judices dictæ Vallis invenire non poſſent d. Laurentii cadaver, & ex conſequenti non conſtaret de corpore occiſo, quia per homicidas fuit cadaver occultatum. Factâ tandem inquiſitione d. cadaveris per montem d. oppidi, ubi occiſus ſolitus erat paſcere oves, fuit inventum quatuor jam elapſis diebus poſt obitum, eratque ibi ſepultum, coopertumque multis lapidibus & ramis. Quo invento cum jam conſtaret de corpore delicti, nulla probatio concludens reperiebatur adverſus homicidas: quia nec teſtis aliquis erat de viſu, nec de confeſſione extrajudiciali; unde neceſſarium fuit inveſtigare omnia indicia occurrentia adverſùs delinquentes; qui licet depravatis moribus eſſent corrupti, erant tamen ab antiquiſſima progenie de los Verguas. Quorum unus vocabatur Monſerratus de Vergua, alter verò Joannes Franciſcus, contra quos lata fuit ſententia mortis in regio criminali Conſilio, die 25. *April. Anno* 1607. & executioni demandata ex præſumptionibus & indiciis, inter quæ maximum ex eo oriebatur, quod cum ex indiciis præcedentibus reſultaret vehemens præſumptio contra dictos accuſatos, Judex d. Vallis de Broto eos captos duxit ad plateam villæ, ubi cadaver exhumatum omnibus patebat. Et cum poſitus ante illud eſſet Joannes Franciſcus, ilico exivit ſanguis ex vulneribus d. cadaveris, quouſque reus fuit à d. occiſi conſpectu eductus. Poſtea adductus fuit alter accuſatus, qui cum ſe culpatum videret tanto ſcelere, cœpit obſecrare Deum & Cœlum, ut in teſtimonium ſuæ veritatis permitteret miraculum ibi fieri, quo dicto ilico cadaver elevavit brachium dexterum, & digito ſignavit vulnera (ex quibus ſtatim ſanguis exivit) & continuò elevando idem brachium eodem digito ſignavit d. accuſatum. De quo cum admirati & obſtupefacti eſſent omnes circumſtantes, aſpicientes rem adeò prodigioſam & miraculoſam, fuit confectum inſtrumentum publicum, quod exhibitum fuit in proceſſu, & idem, quod in eo continebatur, depoſuerunt decem teſtes, qui cum aliis pluribus præſentes fuerunt omnibus ſupradictis. Certiorem inveſtigandi modum putaverim, quem refert Godelman. *d. libr. 3. poſt præfat. in copia* gegebener Antwort auf N. in Weſtphalen ſchreiben. lit. D d d. 2. dum ita ſcribit: Ein natürliche löbliche inquiſition war die/welche ein Italieniſcher Fürſt von Mantua, Ferdinandus Gonzaga, gebrauchet. Under etlichen war ein unbekanter Todtſchläger/die läßt er alle für ſich kommen/heiſſet einen jeden die bruſt blöſſen/gehet darnach umbher/greiffet einem jeden mit der hand daran/kompt zu einem/dem zappelt und klopffet das hertz für anderen: zu dem ſpricht er/du haſts gethan/der bekennet alſobald/dann das unrühige gewüſſen machte ihm das hertz unrühig. Et hæc quoad ſecundum indicium.

Tertium indicium eſt macularum ſeu ſtigmatum in corpore humano repertorum. De quibus Carpzovius in *pract. crim. part. 1. q. 48. num. 51.* Diabolus ſi metuerit, ne Magi cultum ſuum deſerant, notas certas imprimit interdum ſatis conſpicuas, ut in dextro humero, aut in femore, aut etiam in ſumma fronte, in occipite, in pectore &c. interdum minùs conſpicuas in locis abſconditis aut inter labia ſub axillis, ſub palpebris &c. Qui locus diabolico ſtigmate notatus ita exſanguis eſſe dicitur ac ſenſu labefactatus, ut ne admiſſa quidem acus altiſſimè dolorem faciat, aut ſanguinis minimum efficiat. Subſumit Oldenkop in *tract. quæſt. ad proceſſ. crim. pertin. decad. 3. q. ult.* Pro negativa initio eſt obſervandum maculas ſive ſtigmata in corpore humano dici vel viſibilia vel inviſibilia. Viſibilia poſſunt eſſe naturales notæ vel in utero materno (quod fit ſæpiſſime) maculæ quædam receptæ & cum homine natæ, vel cicatrices, vel locus alia de cauſa ſensûs expers, veluti caro ſpongioſa, vel etiam cicatrices, quæ ex prægreſſo aliquo morbo relinquuntur, quæ à variolis, morbillis, aliisque puſtulis, vulneribus aut ulceribus remanere ſolent. Talia pro indiciis magorum habere tam ſtultum eſt quàm iniquum. Et quis dubitare velit ejuſmodi opinionem omnes, etiam innocentiſſimos, maculas connatas vel cicatrices habentes, in continuo conſtituere periculo, effectum ſuum ſortituro, quandocunque capiendi, corporis denudan-

Digitized by Google

denudandi, & inſpiciendi, & latrunculatoribus & carnificibus datur poteſtas. Tunc ſi lictor ſive carnifex in iſtis locis mortificet carnem captivi, quod medicamentis & aliis remediis poſſe fieri dubium non eſt: aut eam leviter tantum compungat, vel ſimulet compungere, vel utatur ſtylis doloſis, magicis & incantatis, & ita fabricatis, ut, cum libet, intrent & vulnerent, cum non libet introire tantùm videantur in ſeipſos reducti: quales ſunt cultelli joculatorum, vel carnifices ipſi ſæpe magi incantatoriâ arte ſanguinem ſiſtant, & carnis ſtuporem inducant, de quibus Theologus Rom. in *caut. crimin. dub.* 43. Indicium blateratur adeſſe magiæ, ſi ſtigmata ſint inviſibilia, & vel indicetur a carnifice, vel ab ipſis magis inquiſitis, idque ex cruciatu torturæ vel ejus metu. Similiter iisdem fraudibus Carnificum eorumque impoſitioni ſunt obnoxii Magiſtratus & Judices. Et etiamſi ex acûs in locum monſtratum immiſſæ punctione dolorem non ſentiat captivus, & ille ſanguinem non emittat; hoc tamen naturaliter fieri poſſe, & multa de vanitate & falſitate indicii ſtigmatum ſive viſibilium, ſive inviſibilium, latiùs & rationibus optimis demonſtrat Paul. Zach. in *quæſt. Medico Legal. libr. 7. tit. 4 per totum.* Ubi tandem quæſtionem quintam ita concludit. Enimverò ſi pro veritate liberè & abſque verborum circumvolutione diſſerendum eſt, cum ea, quæ ab authoribus de ſtigmatibus traduntur, partim dubia & incertiſſima ſint, partim undequaque inveriſimilia, partim verò omnino falſa, quouſque certiora magis veriſimilia ac magis vera adducantur, judicium de ſtigmatibus ſuſpendendum videtur, præſertim quia etiam ex rationabili diſcurſu falſitas & inveriſimilitudo plurimorum, quæ à nonnullis traduntur, luculenter demonſtratur. Neque tamen ea, quæ à magis veridicis authoribus in medium afferuntur, omni difficultate carere indicabit, quiſquis ea, quæ nos produximus, probè examinare voluerit. Habent Judices, unde faciliùs Magos detegant, quàm ex ſtigmatum judicio, imò majorem ſemper difficultatem habet cognitio, quam ex ſtigmatibus deſumere ſatagunt, quàm ea, quæ tormentis à Magis extorqueri poteſt. Quippe cum ſtigmata vel iis tradentibus, qui mordicus eorum veritatem tuentur, deprehendi à quoquam vix poſſint, niſi ſeſe ipſi Magi prodant, ipſumque locum ac ſitum oſtendant. Oportebit ergo ſemper præcedere eorum aſſenſum & confeſſionem, antequam per ſtigmata deprehendantur, ita ut poſtmodum ſtigmatum detectio inanis & ſuperflua futura ſit, niſi ad facti evidentiam aliquid operatur. Sed videamus ulteriùs, quàm tutum ſit indicium, quod à ſtigmatibus in reis repertis deſumi poteſt. Demus igitur Magum aliquem confiteri ſe à Dæmone ſtigmata recepiſſe, eaque in proprio corpore deſignet: tunc ergo ad experimentum veritatis capeſſendum accedamus. Jam verò probavimus non poſſe naturaliter partem animalis viventis ita affici, ut ſenſum nullum habeat, & ſanguinem ſuum non contineat, abſque eo quòd inſimul vitam amittat, & totum deinceps animal abſumat. Ergo in probatione ſtigmatum alterutrum ſequatur neceſſe eſt, aut dæmonem ſuâ activitate ſemper concurrere ad hoc, ut pars eo modo affecta neque corrumpatur, neque corrumpat, ſi verè ita eſt affecta, aut id per præſtigium operari, ſi verè ita affecta non ſit. At primùm affirmare videtur inconveniens? quia cum, ut Dd. volunt, dæmonis potentia irrita ſit in reos, quandocunque in juſtitiæ manibus detinentur, & patet, quia non poteſt tunc dæmon ſuâ potentiâ efficere, ut rei tormentorum acerbitate victi ſua delicta non fateantur, ut experientia ipſa docet: contrarium eſſet verius, ſi poſſet tunc temporis ad libitum circa Magos operari & facere, ut pars ſtigmatizata neque dolorem puncta ſentiat, neque ſanguinem effundat, neque putreſcat, ſi per ſtigmatizationem jam ampliùs non vivat. Quod ſi poſterius affirmemus, tunc certe experimentum ejus ſumere illicitum omnino eſſet, ut Theologi Leodienſes & Lovanienſes etiam exiſtimarunt, quia non niſi mediante ipſo dæmone ſuis præſtigiis ad id concurrente hoc fieri poteſt; quod & dictu improbandum eſt & factu peſſimum, cum ex ipſius dæmonis atteſtatione hunc aut illum condemnare aut abſolvere oporteat: nam aut dæmon cogi poterit per juſtitiam ad detegenda magorum ſtigmata, aut non. Si primum, oportebit id fieri divinâ virtute, & ſic ſemper in hoc interveniet miraculum, Deumque ad Judicis libitum miracula operari erit

erinneret werden. Ubi caſum adducit Seſſe in *deciſ. Arrag.* 111. qui ſic habet: Fuit in quodam oppido Vallis de Bruto occiſus Laurentius Borres, cuſtos ovium, & cum Judices dictæ Vallis invenire non poſſent d. Laurentii cadaver, & ex conſequenti non conſtaret de corpore occiſo, quia per homicidas fuit cadaver occultatum. Factâ tandem inquiſitione d. cadaveris per montem d. oppidi, ubi occiſus ſolitus erat paſcere oves, fuit inventum quatuor jam elapſis diebus poſt obitum, eratque ibi ſepultum, coopertumque multis lapidibus & ramis. Quo invento cum jam conſtaret de corpore delicti, nulla probatio concludens reperiebatur adverſus homicidas: quia nec teſtis aliquis erat de viſu, nec de confeſſione extrajudiciali; unde neceſſarium fuit inveſtigare omnia indicia occurrentia adverſùs delinquentes; qui licet depravatis moribus eſſent corrupti, erant tamen ab antiquiſſima progenie de los Verguas. Quorum unus vocabatur Monſerratus de Vergua, alter verò Joannes Franciſcus, contra quos lata fuit ſententia mortis in regio criminali Conſilio, die 25. *April. Anno* 1607. & executioni demandata ex præſumptionibus & indiciis, inter quæ maximum ex eo oriebatur, quod cum ex indiciis præcedentibus reſultaret vehemens præſumptio contra dictos accuſatos, Judex d. Vallis de Broto eos captos duxit ad plateam villæ, ubi cadaver exhumatum omnibus patebat. Et cum poſitus ante illud eſſet Joannes Franciſcus, ilico exivit ſanguis ex vulneribus d. cadaveris, quousque reus fuit a d. occiſi conſpectu eductus. Poſtea adductus fuit alter accuſatus, qui cum ſe culpatum videret tanto ſcelere, cœpit obſecrare Deum & Cœlum, ut in teſtimonium ſuæ veritatis permitteret miraculum ibi fieri, quo dicto ilico cadaver elevavit brachium dexterum, & digito ſignavit vulnera (ex quibus ſtatim ſanguis exivit) & continuò elevando idem brachium eodem digito ſignavit d. accuſatum. De quo cum admirati & obſtupefacti eſſent omnes circumſtantes, aſpicientes rem adeò prodigioſam & miraculoſam, fuit confectum inſtrumentum publicum, quod exhibitum fuit in proceſſu, & idem, quod in eo continebatur, depoſuerunt decem teſtes, qui cum aliis pluribus præſentes fuerunt omnibus ſupradictis. Certiorem inveſtigandi modum putaverim, quem refert Godelman. *d. libr. 3. poſt præfat. in copia* gegebener Antwort auf N. in Weſtphalen ſchreiben. lit. D d d. 2. dum ita ſcribit: Ein natürliche löbliche inquiſition war die/welche ein Italieniſcher Fürſt von Mantua, Ferdinandus Gonzaga, gebrauchet. Under etlichen war ein unbekanter Todtſchläger/die läßt er alle für ſich kommen/heiſſet einem jeden die bruſt blöſſen/ gehet darnach umbher / greiffet einem jeden mit der hand daran/kompt zu einem/dem zappelt und klopffet das herz für anderen: zu dem ſpricht er/du haſts gethan/der bekennet alſobald/dann das unrühige gewüſſen machte ihm das herz unrühig. Et hæc quoad ſecundum indicium.

Tertium indicium eſt maculaꝛum ſeu ſtigmatum in corpore humano repertorum. De quibus Carpzovius in *pract. crim. part. 1. q. 48. num. 51.* Diabolus ſi metuerit, ne Magi cultum ſuum deſerant, notas certas imprimit interdum ſatis conſpicuas, ut in dextro humero, aut in femore, aut etiam in ſumma fronte, in occipite, in pectore &c. interdum minùs conſpicuas in locis abſconditis aut inter labia ſub axillis, ſub palpebris &c. Qui locus diabolico ſtigmate notatus ita exſanguis eſſe dicitur ac ſenſu labefactatus, ut ne admiſſa quidem acus altiſſimè dolorem faciat, aut ſanguinis minimum efficiat. Subſumit Oldenkop in *tract. quæſt. ad proceſſ. crim. pertin. decad. 3. q. ult.* Pro negativa initio eſt obſervandum maculas ſive ſtigmata in corpore humano dici vel viſibilia vel inviſibilia. Viſibilia poſſunt eſſe naturales notæ vel in utero materno (quod fit ſæpiſſime) maculæ quædam receptæ & cum homine natæ, vel cicatrices, vel locus alia de cauſa ſenſûs expers, veluti caro ſpongioſa, vel etiam cicatrices, quæ ex prægreſſo aliquo morbo relinquuntur, quæ à variolis, morbillis, aliisque puſtulis, vulneribus aut ulceribus remanere ſolent. Talia pro indiciis magorum habere tam ſtultum eſt quàm iniquum. Et quis dubitare velit ejuſmodi opinionem omnes, etiam innocentiſſimos, maculas connatas vel cicatrices habentes, in continuo conſtituere periculo, effectum ſuum ſortituro, quandocunque capiendi, corporis denudan-

Digitized by Google

denudandi, & inſpiciendi, & latrunculatoribus & carnificibus datur poteſtas. Tunc ſi lictor ſive carnifex in iſtis locis mortificet carnem captivi, quod medicamentis & aliis remediis poſſe fieri dubium non eſt: aut eam leviter tantum compungat, vel ſimulet compungere, vel utatur ſtylis doloſis, magicis & incantatis, & ita fabricatis, ut, cum libet, intrent & vulnerent, cum non libet introire tantùm videantur in ſeipſos reducti: quales ſunt cultelli joculatorum, vel carnifices ipſi ſæpe magi incantatoriâ arte ſanguinem ſiſtant, & carnis ſtuporem inducant, de quibus Theologus Rom. in *caus. crimin. dub.* 43. Indicium blateratur adeſſe magiæ, ſi ſtigmata ſint inviſibilia, & vel indicetur à carnifice, vel ab ipſis magis inquiſitis, idque ex cruciatu torturæ vel ejus metu. Similiter iisdem fraudibus Carnificum eorumque impoſitioni ſunt obnoxii Magiſtratus & Judices. Et etiamſi ex acûs in locum monſtratum immiſſæ punctione dolorem non ſentiat captivus, & ille ſanguinem non emittat; hoc tamen naturaliter fieri poſſe, & multa de vanitate & falſitate indicii ſtigmatum ſive viſibilium, ſive inviſibilium, latiùs & rationibus optimis demonſtrat Paul. Zach. in *quæſt. Medico Legal. libr. 7. tit. 4 per totum.* Ubi tandem quæſtionem quintam ita concludit. Enimverò ſi pro veritate liberè & abſque verborum circumvolutione differendum eſt, cum ea, quæ ab authoribus de ſtigmatibus traduntur, partim dubia & incertiſſima ſint, partim undequaque inveriſimilia, partim verò omnino falſa, quousque certiora magis veriſimilia ac magis vera adducantur, judicium de ſtigmatibus ſuſpendendum videtur, præſertim quia etiam ex rationabili diſcurſu falſitas & inveriſimilitudo plurimorum, quæ a nonnullis traduntur, luculenter demonſtratur. Neque tamen ea, quæ à magis veridicis authoribus in medium afferuntur, omni difficultate carere indicabit, quiſquis ea, quæ nos produximus, probè examinare voluerit. Habent Judices, unde faciliùs Magos detegant, quàm ex ſtigmatum judicio, imò majorem ſemper difficultatem habet cognitio, quam ex ſtigmatibus deſumere ſatagunt, quàm ea, quæ tormentis à Magis extorqueri poteſt. Quippe cum ſtigmata vel iis tradentibus, qui mordicus eorum veritatem tuentur, deprehendi à quoquam vix poſſint, niſi ſeſe ipſi Magi prodant, ipſumque locum ac ſitum oſtendant. Oportebit ergo ſemper præcedere eorum aſſenſum & confeſſionem, antequam per ſtigmata deprehendantur, ita ut poſtmodum ſtigmatum detectio inanis & ſuperflua futura ſit, niſi ad facti evidentiam aliquid operatur. Sed videamus ulteriùs, quàm tutum ſit indicium, quod à ſtigmatibus in reis repertis deſumi poteſt. Demus igitur Magum aliquem confiteri ſe à Dæmone ſtigmata recepiſſe, eaque in proprio corpore deſignet: tunc ergo ad experimentum veritatis capeſſendum accedamus. Jam verò probavimus non poſſe naturaliter partem animalis viventis ita affici, ut ſenſum nullum habeat, & ſanguinem ſuum non contineat, abſque eo quòd inſimul vitam amittat, & totum deinceps animal abſumat. Ergo in probatione ſtigmatum alterutrum ſequatur neceſſe eſt, aut dæmonem ſuâ activitate ſemper concurrere ad hoc, ut pars eo modo affecta neque corrumpatur, neque corrumpat, ſi verè ita eſt affecta, aut id per præſtigium operari, ſi verè ita affecta non ſit. At primum affirmare videtur inconveniens? quia cum, ut Dd. volunt, dæmonis potentia irrita ſit in reos, quandocunque in juſtitiæ manibus detinentur, & patet, quia non poteſt tunc dæmon ſuâ potentiâ efficere, ut rei tormentorum acerbitate victi ſua delicta non fateantur, ut experientia ipſa docet: contrarium eſſet verius, ſi poſſet tunc temporis ad libitum circa Magos operari & facere, ut pars ſtigmatizata neque dolorem puncta ſentiat, neque ſanguinem effundat, neque putreſcat, ſi per ſtigmatizationem jam ampliùs non vivat. Quod ſi poſterius affirmemus, tunc certe experimentum ejus ſumere illicitum omnino eſſet, ut Theologi Leodienſes & Lovanienſes etiam exiſtimarunt, quia non niſi mediante ipſo dæmone ſuis præſtigiis ad id concurrente hoc fieri poteſt; quod & dictu improbandum eſt & factu peſſimum, cum ex ipſius dæmonis atteſtatione hunc aut illum condemnare aut abſolvere oporteat: nam aut dæmon cogi poterit per juſtitiam ad detegenda magorum ſtigmata, aut non. Si primum, oportebit id fieri divinâ virtute, & ſic ſemper in hoc interveniet miraculum, Deumque ad Judicis libitum miracula operari erit

dicen-

erinneret werden. Ubi caſum adducit Seſſe in *deciſ. Arrag.* 111. qui ſic habet: Fuit in quodam oppido Vallis de Bruto occiſus Laurentius Borres, cuſtos ovium, & cum Judices dictæ Vallis invenire non poſſent d. Laurentii cadaver, & ex conſequenti non conſtaret de corpore occiſo, quia per homicidas fuit cadaver occultatum. Factâ tandem inquiſitione d. cadaveris per montem d. oppidi, ubi occiſus ſolitus erat paſcere oves, fuit inventum quatuor jam elapſis diebus poſt obitum, eratque ibi ſepultum, coopertumque multis lapidibus & ramis. Quo invento cum jam conſtaret de corpore delicti, nulla probatio concludens reperiebatur adverſus homicidas: quia nec teſtis aliquis erat de viſu, nec de confeſſione extrajudiciali; unde neceſſarium fuit inveſtigare omnia indicia occurrentia adversùs delinquentes, qui licet depravatis moribus eſſent corrupti, erant tamen ab antiquiſſima progenie de los Verguas. Quorum unus vocabatur Monſerratus de Vergua, alter verò Joannes Franciſcus, contra quos lata fuit ſententia mortis in regio criminali Conſilio, die 25. *April. Anno* 1607. & executioni demandata ex præſumptionibus & indiciis, inter quæ maximum ex eo oriebatur, quod cum ex indiciis præcedentibus reſultaret vehemens præſumptio contra dictos accuſatos, Judex d. Vallis de Broto eos captos duxit ad plateam villæ, ubi cadaver exhumatum omnibus patebat. Et cum poſitus ante illud eſſet Joannes Franciſcus, ilico exivit ſanguis ex vulneribus d. cadaveris, quousque reus fuit à d. occiſi conſpectu eductus. Poſtea adductus fuit alter accuſatus, qui cum ſe culpatum videret tanto ſcelere, cœpit obſecrare Deum & Cœlum, ut in teſtimonium ſuæ veritatis permitteret miraculum ibi fieri, quo dicto ilico cadaver elevavit brachium dexterum, & digito ſignavit vulnera (ex quibus ſtatim ſanguis exivit) & continuò elevando idem brachium eodem digito ſignavit d. accuſatum. De quo cum admirati & obſtupefacti eſſent omnes circumſtantes, aſpicientes rem adeò prodigioſam & miraculoſam, fuit confectum inſtrumentum publicum, quod exhibitum fuit in proceſſu, & idem, quod in eo continebatur, depoſuerunt decem teſtes, qui cum aliis pluribus præſentes fuerunt omnibus ſupradictis. Certiorem inveſtigandi modum putaverim, quem refert Godelman. *d. libr. 3. poſt præfat. in copia* gegebener Antwort auf N. in Weſtphalen ſchreiben. lit. D d d. 2. dum ita ſcribit: Ein natürliche löbliche inquiſition war die/welche ein Italieniſcher Fürſt von Mantua, Ferdinandus Gonzaga, gebrauchet. Under etlichen war ein unbekanter Todtſchläger/die läßt er alle für ſich kommen/heiſſet einen jeden die bruſt blöſſen/ gehet darnach umbher / greiffet einem jeden mit der hand daran/komt zu einem/dem zappelt und klopffet das herz für anderen: zu dem ſpricht er/du haſts gethan/der bekennet alſobald/dann das unrühige gewüſſen machte ihm das herz unrühig. Et hæc quoad ſecundum indicium.

Tertium indicium eſt macularum ſeu ſtigmatum in corpore humano repertorum. De quibus Carpzovius in *pract. crim. part. 1. q. 48. num. 51.* Diabolus ſi metuerit, ne Magi cultum ſuum deſerant, notas certas imprimit interdum ſatis conſpicuas, ut in dextro humero, aut in femore, aut etiam in ſumma fronte, in occipite, in pectore &c. interdum minùs conſpicuas in locis abſconditis aut inter labia ſub axillis, ſub palpebris &c. Qui locus diabolico ſtigmate notatus ita exſanguis eſſe dicitur ac ſenſu labefactatus, ut ne admiſſa quidem acus altiſſimè dolorem faciat, aut ſanguinis minimum efficiat. Subſumit Oldenkop in *tract. quæſt. ad proceſſ. crim. pertin. decad. 3. q. ult.* Pro negativa initio eſt obſervandum maculas ſive ſtigmata in corpore humano dici vel viſibilia vel inviſibilia. Viſibilia poſſunt eſſe naturales notæ vel in utero materno (quod fit ſæpiſſime) maculæ quædam receptæ & cum homine natæ, vel cicatrices, vel locus alia de cauſa ſenſûs expers, veluti caro ſpongioſa, vel etiam cicatrices, quæ ex prægreſſo aliquo morbo relinquuntur, quæ à variolis, morbillis, aliisque puſtulis, vulneribus aut ulceribus remanere ſolent. Talia pro indiciis magorum habere tam ſtultum eſt quàm iniquum. Et quis dubitare velit ejuſmodi opinionem omnes, etiam innocentiſſimos, maculas connatas vel cicatrices habentes, in continuo conſtituere periculo, effectum ſuum ſortituro, quandocunque capiendi, corporis

denudan-

Digitized by Google

denudandi, & inſpiciendi, & latrunculatoribus & carnificibus datur poteſtas. Tunc ſi lictor ſive carnifex in iſtis locis mortificet carnem captivi, quod medicamentis & aliis remediis poſſe fieri dubium non eſt: aut eam leviter tantùm compungat, vel ſimulet compungere, vel utatur ſtylis doloſis, magicis & incantatis, & ita fabricatis, ut, cum libet, intrent & vulnerent, cum non libet introire tantùm videantur in ſeipſos reducti: quales ſunt cultelli joculatorum, vel carnifices ipſi ſæpe magi incantatoriâ arte ſanguinem ſiſtant, & carnis ſtuporem inducant, de quibus Theologus Rom. in *caut. crimin. dub.* 43. Indicium blateratur adeſſe magiæ, ſi ſtigmata ſint inviſibilia, & vel indicetur à carnifice, vel ab ipſis magis inquiſitis, idque ex cruciatu torturæ vel ejus metu. Similiter iisdem fraudibus Carnificum eorumque impoſitioni ſunt obnoxii Magiſtratus & Judices. Et etiamſi ex acûs in locum monſtratum immiſſæ punctione dolorem non ſentiat captivus, & ille ſanguinem non emittat; hoc tamen naturaliter fieri poſſe, & multa de vanitate & falſitate indicii ſtigmatum ſive viſibilium, ſive inviſibilium, latiùs & rationibus optimis demonſtrat Paul. Zach. in *quæſt. Medico-Legal. libr. 7. tit. 4. per totum.* Ubi tandem quæſtionem quintam ita concludit. Enimverò ſi pro veritate liberè & abſque verborum circumvolutione diſſerendum eſt, cum ea, quæ ab authoribus de ſtigmatibus traduntur, partim dubia & incertiſſima ſint, partim undequaque inveriſimilia, partim verò omnino falſa, quouſque certiora magis veriſimilia ac magis vera adducantur, judicium de ſtigmatibus ſuſpendendum videtur, præſertim quia etiam ex rationabili diſcurſu falſitas & inveriſimilitudo plurimorum, quæ à nonnullis traduntur, luculenter demonſtratur. Neque tamen ea, quæ à magis veridicis authoribus in medium afferuntur, omni difficultate carere indicabit, quiſquis ea, quæ nos produximus, probè examinare voluerit. Habent Judices, unde faciliùs Magos detegant, quàm ex ſtigmatum judicio, imò majorem ſemper difficultatem habet cognitio, quam ex ſtigmatibus deſumere ſatagunt, quàm ea, quæ tormentis à Magis extorqueri poteſt. Quippe cum ſtigmata vel iis tradentibus, qui mordicus eorum veritatem tuentur, deprehendi à quoquam vix poſſint, niſi ſeſe ipſi Magi prodant, ipſumque locum ac ſitum oſtendant. Oportebit ergo ſemper præcedere eorum aſſenſum & confeſſionem, antequam per ſtigmata deprehendantur, ita ut poſtmodum ſtigmatum detectio inanis & ſuperflua futura ſit, niſi ad facti evidentiam aliquid operatur. Sed videamus ulteriùs, quàm tutum ſit indicium, quod à ſtigmatibus in reis repertis deſumi poteſt. Demus igitur Magum aliquem confiteri ſe à Dæmone ſtigmata recepiſſe, eaque in proprio corpore deſignet: tunc ergo ad experimentum veritatis capeſſendum accedamus. Jam verò probavimus non poſſe naturaliter partem animalis viventis ita affici, ut ſenſum nullum habeat, & ſanguinem ſuum non contineat, abſque eo quòd inſimul vitam amittat, & totum deinceps animal abſumat. Ergo in probatione ſtigmatum alterutrum ſequatur neceſſe eſt, aut dæmonem ſuâ activitate ſemper concurrere ad hoc, ut pars eo modo affecta neque corrumpatur, neque corrumpat, ſi vere ita eſt affecta, aut id per præſtigium operari, ſi verè ita affecta non ſit. At primum affirmare videtur inconveniens? quia cum, ut Dd. volunt, dæmonis potentia irrita ſit in reos, quandocunque in juſtitiæ manibus detinentur, & patet, quia non poteſt tunc dæmon ſuâ potentiâ efficere, ut rei tormentorum acerbitate victi ſua delicta non fateantur, ut experientia ipſa docet: contrarium eſſet verius, ſi poſſet tunc temporis ad libitum circa Magos operari & facere, ut pars ſtigmatizata neque dolorem punctæ ſentiat, neque ſanguinem effundat, neque putreſcat, ſi per ſtigmatizationem jam ampliùs non vivat. Quod ſi poſterius affirmemus, tunc certè experimentum ejus ſumere illicitum omnino eſſet, ut Theologi Leodienſes & Lovanienſes etiam exiſtimarunt, quia non niſi mediante ipſo dæmone ſuis præſtigiis ad id concurrente hoc fieri poteſt; quod & dictu improbandum eſt & factu peſſimum, cum ex ipſius dæmonis atteſtatione hunc aut illum condemnare aut abſolvere oporteat: nam aut dæmon cogi poterit per juſtitiam ad detegenda magorum ſtigmata, aut non. Si primum, oportebit id fieri divinâ virtute, & ſic ſemper in hoc interveniet miraculum, Deumque ad Judicis libitum miracula operari erit dicen-

erinneret werden. Ubi caſum adducit Seſſe in *deciſ. Arrag.* 111. qui ſic habet: Fuit in quodam oppido Vallis de Bruto occiſus Laurentius Borres, cuſtos ovium, & cum Judices dictæ Vallis invenire non poſſent d. Laurentii cadaver, & ex conſequenti non conſtaret de corpore occiſo, quia per homicidas fuit cadaver occultatum. Factâ tandem inquiſitione d. cadaveris per montem d. oppidi, ubi occiſus ſolitus erat paſcere oves, fuit inventum quatuor jam elapſis diebus poſt obitum, eratque ibi ſepultum, coopertumque multis lapidibus & ramis. Quo invento cum jam conſtaret de corpore delicti, nulla probatio concludens reperiebatur adverſus homicidas: quia nec teſtis aliquis erat de viſu, nec de confeſſione extrajudiciali; unde neceſſarium fuit inveſtigare omnia indicia occurrentia adverſùs delinquentes; qui licet depravatis moribus eſſent corrupti, erant tamen ab antiquiſſima progenie de los Verguas. Quorum unus vocabatur Monſerratus de Vergua, alter verò Joannes Franciſcus, contra quos lata fuit ſententia mortis in regio criminali Conſilio, die 25. *April. Anno* 1607. & executioni demandata ex præſumptionibus & indiciis, inter quæ maximum ex eo oriebatur, quod cum ex indiciis præcedentibus reſultaret vehemens præſumptio contra dictos accuſatos, Judex d. Vallis de Broto eos captos duxit ad plateam villæ, ubi cadaver exhumatum omnibus patebat. Et cum poſitus ante illud eſſet Joannes Franciſcus, ilico exivit ſanguis ex vulneribus d. cadaveris, quousque reus fuit à d. occiſi conſpectu eductus. Poſtea adductus fuit alter accuſatus, qui cum ſe culpatum videret tanto ſcelere, cœpit obſecrare Deum & Cœlum, ut in teſtimonium ſuæ veritatis permitteret miraculum ibi fieri, quo dicto ilico cadaver elevavit brachium dexterum, & digito ſignavit vulnera (ex quibus ſtatim ſanguis exivit) & continuò elevando idem brachium eodem digito ſignavit d. accuſatum. De quo cum admirati & obſtupefacti eſſent omnes circumſtantes, aſpicientes rem adeò prodigioſam & miraculoſam, fuit confectum inſtrumentum publicum, quod exhibitum fuit in proceſſu, & idem, quod in eo continebatur, depoſuerunt decem teſtes, qui cum aliis pluribus præſentes fuerunt omnibus ſupradictis. Certiorem inveſtigandi modum putaverim, quem refert Godelman. *d. libr. 3. poſt præfat. in copia* gegebener Antwort auf N. in Weſtphalen ſchreiben. lit. D d d. 2. dum ita ſcribit: Ein natürliche löbliche inquiſition war die/welche ein Italieniſcher Fürſt von Mantua, Ferdinandus Gonzaga, gebrauchet. Under etlichen war ein unbekanter Todſchläger/die läßt er alle für ſich kommen/heiſſet einem jeden die bruſt blöſſen/ gehet darnach umbher / greiffet einem jeden mit der hand daran/komt zu einem/dem zappelt und klopffet das herz für anderen: zu dem ſpricht er/du haſts gethan/der bekennet alſobald/dann das unrühige gewüſſen machte ihm das herz unrühig. Et hæc quoad ſecundum indicium.

Tertium indicium eſt macularum ſeu ſtigmatum in corpore humano repertorum. De quibus Carpzovius in *pract. crim. part. 1. q. 48. num. 51.* Diabolus ſi metuerit, ne Magi cultum ſuum deſerant, notas certas imprimit interdum ſatis conſpicuas, ut in dextro humero, aut in femore, aut etiam in ſumma fronte, in occipite, in pectore &c. interdum minùs conſpicuas in locis abſconditis aut inter labia ſub axillis, ſub palpebris &c. Qui locus diabolico ſtigmate notatus ita exſanguis eſſe dicitur ac ſenſu labefactatus, ut ne admiſſa quidem acus altiſſimè dolorem faciat, aut ſanguinis minimum efficiat. Subſumit Oldenkop in *tract. quæſt. ad proceſſ. crim. pertin. decad. 3. q. ult.* Pro negativa initio eſt obſervandum maculas ſive ſtigmata in corpore humano dici vel viſibilia vel inviſibilia. Viſibilia poſſunt eſſe naturales notæ vel in utero materno (quod fit ſæpiſſime) maculæ quædam receptæ & cum homine natæ, vel cicatrices, vel locus alia de cauſa ſensûs expers, veluti caro ſpongioſa, vel etiam cicatrices, quæ ex prægreſſo aliquo morbo relinquuntur, quæ à variolis, morbillis, aliisque puſtulis, vulneribus aut ulceribus remanere ſolent. Talia pro indiciis magorum habere tam ſtultum eſt quàm iniquum. Et quis dubitare velit ejuſmodi opinionem omnes, etiam innocentiſſimos, maculas connatas vel cicatrices habentes, in continuo conſtituere periculo, effectum ſuum ſortituro, quandocunque capiendi, corporis denudan-

Digitized by Google

denudandi, & inſpiciendi, & latrunculatoribus & carnificibus datur poteſtas. Tunc ſi lictor ſive carnifex in iſtis locis mortificet carnem captivi, quod medicamentis & aliis remediis poſſe fieri dubium non eſt: aut eam leviter tantùm compungat, vel ſimulet compungere, vel utatur ſtylis doloſis, magicis & incantatis, & ita fabricatis, ut, cum libet, intrent & vulnerent, cum non libet introire tantùm videantur in ſeipſos reducti: quales ſunt cultelli joculatorum, vel carnifices ipſi ſæpe magi incantatoriâ arte ſanguinem ſiſtant, & carnis ſtuporem inducant, de quibus Theologus Rom. in *caut. crimin. dub.* 43. Indicium blateratur adeſſe magiæ, ſi ſtigmata ſint inviſibilia, & vel indicetur à carnifice, vel ab ipſis magis inquiſitis, idque ex cruciatu torturæ vel ejus metu. Similiter iisdem fraudibus Carnificum eorumque impoſitioni ſunt obnoxii Magiſtratus & Judices. Et etiamſi ex acûs in locum monſtratum immiſſæ punctione dolorem non ſentiat captivus, & ille ſanguinem non emittat; hoc tamen naturaliter fieri poſſe, & multa de vanitate & falſitate indicii ſtigmatum ſive viſibilium, ſive inviſibilium, latiùs & rationibus optimis demonſtrat Paul. Zach. in *quæſt. Medico Legal. libr.* 7. *tit.* 4 *per totum*. Ubi tandem quæſtionem quintam ita concludit. Enimverò ſi pro veritate liberè & abſque verborum circumvolutione diſſerendum eſt, cum ea, quæ ab authoribus de ſtigmatibus traduntur, partim dubia & incertiſſima ſint, partim undequaque inveriſimilia, partim verò omnino falſa, quouſque certiora magis veriſimilia ac magis vera adducantur, judicium de ſtigmatibus ſuſpendendum videtur, præſertim quia etiam ex rationabili diſcurſu falſitas & inveriſimilitudo plurimorum, quæ à nonnullis traduntur, luculenter demonſtratur. Neque tamen ea, quæ à magis veridicis authoribus in medium afferuntur, omni difficultate carere indicabit, quiſquis ea, quæ nos produximus, probè examinare voluerit. Habent Judices, unde faciliùs Magos detegant, quàm ex ſtigmatum judicio, imò majorem ſemper difficultatem habet cognitio, quam ex ſtigmatibus deſumere ſatagunt, quàm ea, quæ tormentis à Magis extorqueri poteſt. Quippe cum ſtigmata vel iis tradentibus, qui mordicus eorum veritatem tuentur, deprehendi à quoquam vix poſſint, niſi ſeſe ipſi Magi prodant, ipſumque locum ac ſitum oſtendant. Oportebit ergo ſemper præcedere eorum aſſenſum & confeſſionem, antequam per ſtigmata deprehendantur, ita ut poſtmodum ſtigmatum detectio inanis & ſuperflua futura ſit, niſi ad facti evidentiam aliquid operatur. Sed videamus ulteriùs, quàm tutum ſit indicium, quod à ſtigmatibus in reis repertis deſumi poteſt. Demus igitur Magum aliquem confiteri ſe à Dæmone ſtigmata recepiſſe, eaque in proprio corpore deſignet: tunc ergo ad experimentum veritatis capeſſendum accedamus. Jam verò probavimus non poſſe naturaliter partem animalis viventis ita affici, ut ſenſum nullum habeat, & ſanguinem ſuum non contineat, abſque eo quòd inſimul vitam amittat, & totum deinceps animal abſumat. Ergo in probatione ſtigmatum alterutrum ſequatur neceſſe eſt, aut dæmonem ſuâ activitate ſemper concurrere ad hoc, ut pars eo modo affecta neque corrumpatur, neque corrumpat, ſi verè ita eſt affecta, aut id per præſtigium operari, ſi verè ita affecta non ſit. At primùm affirmare videtur inconveniens? quia cum, ut Dd. volunt, dæmonis potentia irrita ſit in reos, quandocunque in juſtitiæ manibus detinentur, & patet, quia non poteſt tunc dæmon ſuâ potentiâ efficere, ut rei tormentorum acerbitate victi ſua delicta non fateantur, ut experientia ipſa docet: contrarium eſſet verius, ſi poſſet tunc temporis ad libitum circa Magos operari & facere, ut pars ſtigmatizata neque dolorem puncta ſentiat, neque ſanguinem effundat, neque putreſcat, ſi per ſtigmatizationem jam ampliùs non vivat. Quod ſi poſterius affirmemus, tunc certè experimentum ejus ſumere illicitum omnino eſſet, ut Theologi Leodienſes & Lovanienſes etiam exiſtimarunt, quia non niſi mediante ipſo dæmone ſuis præſtigiis ad id concurrente hoc fieri poteſt; quod & dictu improbandum eſt & factu peſſimum, cum ex ipſius dæmonis atteſtatione hunc aut illum condemnare aut abſolvere oporteat: nam aut dæmon cogi poterit per juſtitiam ad detegenda magorum ſtigmata, aut non. Si primum, oportebit id fieri divinâ virtute, & ſic ſemper in hoc interveniet miraculum, Deumque ad Judicis libitum miracula operari erit dicen-

dicendum, & quaſi ab ipſo cogi, quod eſt ridiculum & abſurdiſſimum. Si ſecundum, in libera poteſtate dæmonis erit, hunc aut illum detegere & nocentem condemnare, innocentem abſolvere, quod etiam nullam habet veritatem. Ergo etiamſi fateamur dari hujusmodi ſtigmata, eorum detectio aut non erit poſſibilis, aut non erit tuta ex ſuperioribus. Hactenus Paulus Zachias. Vide Oldenkop *d. loc.* quid corollarii loco de Lamiarum & Veneficarum coram Judice & tormentis ſtantium lacrymarum retentione, nec non taciturnitate & ſomno in equuleo ſubmittat. Eundem in *d. tractat. dec. 2. q. 8.* An reus ob certum aliquod delictum quæſtioni ſubjiciendus, incidenter de alio etiam crimine perpetrato, de quo non extant indicia legitima, mediante torturâ, queat interrogari? ubi Carpzovii opinionem examinat.

QUÆSTIO ita formanda eſt, ut de ſe confeſſus ſuper aliorum conſcientiis interrogari non debeat, *c. 1. X. d. confeſſ.* Vid. differentiam, in qua *Confeſſo de ſe ſuper alienum crimen credi non oportet.*

Nullam eſſe differentiam patet ex *d. c. 1.* quod utriusque juris ſtatuta allegat. Sic in *l. ult. C. d. accuſat.* nemo de proprio crimine confitentem ſuper conſcientia ſcrutetur aliena; cum veteris juris authoritas de ſe confeſſos ne interrogari quidem de aliorum conſcientia ſinat. Hoc *l. 15. C. d. quæſt.* extendit ad ſervos, adeò ut non ſolùm pro dominis, ſub quorum dominio ſunt conſtituti, ſed nec pro his, quorum antea fuerunt, interrogari non poſſint, *l. 14. C. eod.* Nec obſt. *l. 2.* in qua contrarium aſſeverari inſolitum eſt & exemplo grave, quodque ibidem ſubjicitur, exceptionis eſt nota. Non o. *l. 4.* in qua non formatur quæſtio, ſed ſi convicti confeſſique ſocietatem ſcelerum vocant eos, à quibus apprehenſi cuſtoditive ſunt, quòd eis credi facilè non oporteat. Non tamen omnino credi non oportet; plerique enim, dum metuunt, ne fortè apprehenſi eos nominent, prodere eos ſolent, ſcilicet impunitatem ſibi captantes, *l. 1. §. 26. ff. eod.*

Secus eſt in *l. 2. 4. C. d. quæſt.*

QUÆSTIO minor non tollit majorem, *c. non eſt. 3. q. ult.* in quo non eſt credendum contra alios eorum confesſioni, qui criminibus implicantur, niſi ſe priùs probaverint innocētes: quia periculoſa eſt & admitti non debet rei adversùs quemcunq; confesſio. Hoc autem intelligendum in pari vel minori crimine. Ceterùm ſi de majori crimine eum accuſare voluerit, veluti ſi accuſatus de fornicatione, de perjurio vel homicidio, vel ſi-

Nulla eſt differentia. Etenim jus Civile quoque definit in *l. 54. d. judic.* per minorem cauſam majori cognitioni præjudicium fieri non oportere; major enim quæſtio minorem cauſam ad ſe trahit. Ipſum inſuper jus Canonicum in *allegato loco* allegat duo juris Civilis loca. Prior locus eſt in *l. ult. C. d. ord. judicior.* in qua civili diſceptatione intermiſsâ ſæpe fit, ut priùs de crimine judicetur, quod, utpote majus, meritò minori præfertur: ex quo, criminalis quæſtio quocunq; modo ceſſaverit, oportet civilem cauſam velut ex integro in judicium deductam diſtingui: ut finis criminalis judicii ex eo die, quo inter partes lata fuerit ſententia, initium civili quæſtioni tribuat. Poſterior locus eſt in *l. 1. C. d. his, qui accuſ. non poſſ.* in qua prius eſt, ut criminibus, quæ tibi ut graviora ab adverſario tuo objiciuntur, cæ-

Quæſtio minor tollit majorem, *l. 4. ff. d. publ. judic.* in qua interdum evenit, ut præjudicium publico judicio fiat, ſicut in actione Legis Aquilæ & furti, & vi bonorum raptorum, & interdicto unde vi, & de tabulis teſtamenti exhibendis, nam in his de re familiari agitur.

monia,

monia, vel quolibet alio hujuſmodi crimine accuſatorem ſuum impetere voluerit his autoritatibus non prohibetur.

dis atque vulnerum reſpondeas, & tunc ex eventu cauſæ Judex æſtimabit, an tibi permittendum ſit eundem accuſare, tametſi prior inſcriptionem depoſuiſti. Nono, *l. 4. ff. d. public. judic.* ad quam reſponderi multifariam poteſt. Nam. 1. poteſt fieri præjudicium judicio publico, quatenus judicium privatum non ineſt judicio publico. 2. Non hoc tantùm quæritur, an judicium privatum judicio publico faciat præjudicium, ſed ſive judicium ſit publicum ſive privatum, an quæſtio minor tollat vel non tollat majorem. 3. diſtinguitur inter judicium pendens & finitum, priori caſu non poteſt fieri præjudicium judicio publico. 4. poteſt dici fieri præjudicium judicio publico, quatenus judicium privatum ante publicum examinatur. 5. ſi in eodem delicti genere, quod patet ex *l. ult. ff. d. priv del. l. ult. ff. d furt. l ult. d. injur.* quis ſibi præjudicare poteſt, quare non in diverſis. 6. diſtinguitur inter judicia, quorum concurſus eſt cumulativus, quorum alterum alteri non facit præjudicium & electivum. 7. diſtinguitur, an judicia tendant ad idem, & alterum alteri facit præjudicium, an verò ad diverſa. 8. ut propiùs explicetur objecta lex, præjudicium ſignificat vel abrogationem illius juris poſterioris, de quo quæritur, & ita in actione L. Aquiliæ præjudicium judicio publico non fit: vel ſignificat faciliorem probandi modum, & ita fit præjudicium, quatenus qui ante in actione Legis Aquiliæ conveniebatur, in judicio publico minori difficultate convenitur. 9. Non dicitur fieri præjudicium in relatione ad actorem, quaſi is non utroque judicio experiatur; ſed dicitur fieri præjudicium in relatione ad reum, qui utriusque judicii, publici & privati, condemnationem ſubit.

QUÆSTIO SIVE TORTURA non eſt legitimum remedium, *c. hu à quibus. cauſ. 23. quæſt. 8.* ubi his, à quibus Domini ſacramenta tractanda ſunt, judicium ſanguinis agitare non licet: & ideo magnopere talibus exceſſibus prohibendum eſt, ne indiſcretæ præſumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendum eſt, ſententiâ propriâ judicare præſumant: aut per ſe inferant membrorum truncationes quibuslibet perſonis, aut inferendas præcipiant. Hinc D. Auguſtinus *d. civit. Dei libr.* 19.

Ut apertiùs veritas intelligatur quęſtionis. 1. conſideratur Subjectum. 2. Prædicatum. *Circa Subjectum* iterum duo conſideranda. 1. quot modis ſumatur. 2. quot modis adhibeatur. *Circa Prædicatum*, An ſit legitimum juris remedium. *Quoad Subjectum* vox *Quæſtionis* variè accipitur. Quandoque enim illud dubitationē denotat, quæ aut ex facto aut ex jure oritur, *l. 2. §. ult. d. donat. l. 1. ff. quæ res pign. l. 1. §. 4. ad SC. Turpill. l. 16. in fin. ff. d. ſtat. hom.* Duaren. 1. *anniverſ. diſp.* 41. Vult. in *comm. Inſt. ad tit. d. act. in princ. n.* 18. *& ſeqq.* Vid. differentiam, in qua *Quæſtio minor non tollit majorem.* Sæpe etiam Quæſtionis vocabulum pro ju-

Reus ſi requiſitus copiam ſui faciat, nec ſponte crimen confiteatur, nec teſtibus aliisve probationibus luce meridianâ clarioribus, *l. fin. C. d. probat.* convincatur, quæſtionibus ſubjici ſolet, ut hac viâ poſſit conſtare de facti veritate; qui modus antiquiſſimus eſt, apud omnes bene inſtitutas Respublicas uſurpatus, Zœſius ad *tit. ff. d. quæſt. num.* 1. dummodo quinque concurrant 1. Perſonæ conditio, *l. Decuriones. 16. C. d. tit.* Vid. differentiam, in qua *Quæſtioni Doctores non ſubjiciuntur.* 2. Criminis atroci-

c. 6. cujus verba Theologus Romanus in *caut. crimin. dub. 27. rat. 6.* quòd amœnitatis & ſubtilitatis plena ſint, deſcribit, *Quid cum in ſua cauſa quis torquetur, & cum quæritur, utrùm ſit nocens, cruciatur, & innocens luit pro incerto ſcelere certiſſimas pœnas: non quia illud commiſiſſe detegitur, ſed quia non commiſiſſe neſcitur, ac per hoc ignorantia Judicis plerumq; eſt calamitas innocentis. Et quod eſt intolerabilius magisq; plangendum, rigandumq;, ſi fieri poſſet, fontibus lacrymarum: cum propterea Judex torqueat accuſatum, ne occidat neſciens innocentem; ſit per ignorantiæ miſeriam, ut & tortum & innocentem occidat, quem ne innocentem occideret, torſerat. Si enim ſecundùm iſtorum ſapientiam delegerit ex hac vita fugere, quàm diutiùs illa ſuſtinere tormenta, quod non commiſit, ſe commiſiſſe dicit. Quo damnato & occiſo, utrùm nocentem an innocentem Judex occiderit, adhuc neſcit: quem ne innocentem neſciens occideret, torſit: ac per hoc innocentem ut ſciret, torſit, & dum neſciret, occidit.* Conſentit

dicio publico accipitur, ut quando Cornelius Sylla quæſtiones publicas, h. e. publica judicia, veluti de Falſis, de Sicariis, de Veneficiis inſtituiſſe dicitur, *l. 2. §. 32. verſ. Deinde Cornelius Sylla, ubi Zaſius, Cujacius, Oldendorpius. d. O. J.* Talis fuit quæſtio de vi Cn. Domitii Prætoris, de quo Cicer. & Aſcon. in *Milon.* Et de Prætoribus, qui de Veneficiis & Peculatu quærerent, ſcribit Livius *libr. 38. 39.* At hoc loco propriè ſignificat interrogationē de crimine, quæ fit per tormenta corporis, *l. 15. §. 41. ff. d. injur. l. 1. ff. & C. d. quæſt.* Ex quo patet propriè Quæſtionem ipſam torturam non eſſe, ſed per torturam tanquam medium eruendæ veritatis agi & expediri: adeoque hæc duo malè confundi: cum tortura ſit quæſtionis pars quædam, ipſeque actus torquendi & cruciandi Reum; Quæſtio autem interrogatio Rei, Bocer. in *tract. d. quæſt. & tortur. c. 1. num. 12.* Hoc licet veriſſimum ſit, communi tamen loquendi uſu quæſtio cum actu torturæ confunditur, qui fit per corporis tormenta, *d. l. 15. l. 1. in pr. §. 1. ſ. 8. l. 2. l. 3. l. 4. l. 10. §. 1. in fin. & §. ſeq. l. 16. l. 18. §. 1. & 2. ff. h. t.* Et ſic per quæſtionem haud raro ipſa tormenta, ipſeque actus torturæ ſignificatur. Quo reſpectu etiam quæſtio dicitur germanicè die peinliche Frage oder ſcharffe Frage; quia per eam corpus affligitur, Carpzovius in *pract. crimin. part. 3. q. 107. num. 18.* Excuſsâ ſic *Quæſtionis* voce videndum *Quot modis illa adhibeatur:* ejusdem enim gradus addere, cum ſint notiſſimi, puto ſuperfluum. Etſi, ita ſcribit Carpzovius *d. loc. num. 28. & ſeqq.* Carnifices optimè omnium tormentorum genera noverint; attamen cum hi nullo alio uti queant, quàm quod ut adhibeant, Judex præcipit, ideoque & hic genera tormentorum & cruciatuum probè perſpecta habere debet, quæ pro ratione cuiusque provinciæ atque gentis varia atq; diſparia fuerunt. De Romanis enim ſcribit Joh. Roſinus *lib. 9. Antiq. Rom. c. 31.* quod apud eos habita fuit quæſtio in eculeo, cujus meminit etiam Conſtantinus in *l. etſi exce-*

tas. Vid. differentiam, in qua *Quæſtioni quis ſubjicitur in cauſa civili.* 3. Defectus facultatis probationis plenæ. Vid. differentiam, in qua *Quæſtioni etiam ſubjicitur is. &c.* 4. Conſtare utique debet crimen eſſe commiſſum. 5. Vel maximè exigitur, ut reus conjecturis & indiciis commiſſi ſit oneratus, *l. 3. & 8. §. 1. C. eod.* Vid. differentiam, in qua *Quæſtio cum ſit res gravis &c.* Tuldenum ad *h. C. tit. num. 2.* Jo. Hanedœſium *exerc. Imp. ad tit. 1. d. publ. judic. quæſt. ult.*

jus di-

Jus divinum : Anglicanum. Apud Curtium *lib.* 6. verone an mendacio Philotas ſe à cruciatu liberare voluerit anceps conjectura eſt : quoniam & vera confeſſis & falſa dicentibus idem doloris finis oſtenditur. Conſentiunt plurimæ Politicorum rationes.

pta. C. d. malef. & mathem. Quamvis de pœnæ genere ibidem agi exiſtimet Bocer. in *d. tract. d. quæſt. & tortur. c.* 5. *num.* 20. Fuit autem Eculeus torquendi inſtrumentum, & quidem cataſta lignea cochleata ad intendendum & remittendum apta, atque ad torquendos homines, ut facti veritas eliceretur, inſtituta. Et qui in Eculeo torquebantur, pendebant brachiis pedibusque retortis extenti, nervis ſcl. quibus devincta membra erant, propter ſummam intentionem crepantibus, utque incitandi doloris causâ eculeus tendebatur, ſic ejusdem remittendi causâ laxabatur. Aliud quoque fuit apud Romanos tormentum, quod per fidiculas inferebatur, cujus meminit *l. 4. C. ad L. Jul. Majeſt. & l. 16. C. d. quæſt.* quando nimirum chordis ſeu funibus rei ligabantur. Alia diverſa tormentorum genera enumerat Damhauderus in *prax. rer. crim. c. 37. num. 18. & ſeqq.* Tormentorum autem genera agi convenit funibus : neque uſpiam juris reperitur, alia ad torturam eſſe adhibenda, *l. Nullus. C. ad. Leg. Juliam Majeſt.* Verùm ex inolita conſuetudine, variis inſtrumentis, diverſaque materia hanc torturam exerceri cognovimus per latrunculatores, & maleficiorum Judices, nunc chordis & reſtibus, nunc aquâ, nunc aceto, aliàs oleo ipſius gutturi infuſo, pice deniq. ardenti aut alio ſimili cruciatu, corpori ipſius adhibito. Quin & inediâ duriſſimaque ſiti, aut intolerabili frigore, aut cibo ſalſiſſimo citra ullum potus remedium exhibito. Alii immiſſis inter digitos bacillis ligneis, atque item arctiſſime funiculis digitos conſtringentes, aut taxillo, aut aleâ inter cutem & carnem torquendi perductâ. Item crabronibus, muribus ſimilibusque infeſtis animalculis, quæ malefici ventri, & umbilico viva adhiberi ſueverunt, ipſis ſuperimpoſito vitreo poculo, ne evadendi pateat exitus : ſed ut cruciatum acriùs urgeant in patientis corpus. Rurſum torturam exercere ſolent caprâ quapiam, hoc modo : Torquendum primo ſcamno illigant : mox illius pedes diligenter aquâ ſalsâ proluunt : deinde capram ipſam ſalis avidiſſimam, ipſius plantis admovent lambituram, qui ſane cruciatus fertur atrociſſimus, maximeque intolerabilis, citra ullum corporis periculum. Sunt qui Patientibus ſcamno innixis, per nares aquam cum calce viva immittunt, & os ipſius concludunt, verùm hoc periculoſum eſt. Quidam patientem nudum tabulæ duræ implanæque injiciunt, cujus pedibus, ac manibus gravia ſaxa appendunt, quæ corporis partes extremas magno cum cruciatu deprimunt. Sunt quidem impuriores, qui Reorum teſticulos fune conſtringunt, eosdemque teſticulos virgis acriter cædunt. Verum hoc Turcicum eſt, aut Scythicum. Novi qui maleficos excarnificaturi veriùs quàm torturi, eos in aëre ſuſpenderint brachiis in diverſum protenſis, ipſorumque axillis ardentes ſuppoſuerint candelas, donec cutem utcunque inurerent, aut pedum plantis vivas prunas, aut carbones ſubjecerint. Quidam patientem calceant novis calceis bene pinguibus, atque ita adhibent objectis plantis ad ignem. Aut ardentiſſimo foco inſtituunt, donec arctiſſimè pedes conſtringantur, & duram pœnam percipiant. Alii verò malefici ſcamno illigati pedes multo lardo perungunt, eosque ferventi igni admovent, donec hac pœnâ victus ad confeſſionem (ſi fieri poteſt) pertrahatur. Alii verò aliis, hisque ſimilibus inveſtigandi modis utuntur, D. Franciſcus Brunus *in ſuo excellenti tract. de judic. & tortura, quæſt. 2. ſecundæ partis, num.* 6. Necnon D. Paulus Grillandus *in ſuo tract. de quæſtionib. & tortura, verſic. Secundò quæro, & verſic. Quartò nunc videndum,* & Jacobus de Bellovìſu *in ſua practica judiciaria in criminalib. tit. de quæſtionib. num.* 48. Verùm quod iſthæc pleraque tormentorum genera ſint ſuâ exquiſitione tyrannica potiùs, quàm humana, idcirco vel tandem ſuâ ſponte deſierunt, & paſſim exoleverunt, uti & Bald. ipſe quoque meminit *in parte in l. 1. C. de emendat. ſervor.* & Doctores maximè practici in ſuis tractat. Gandinus *in opere ſuo maleficiorum in tit. de quæſtionib. & tormentis.* Angel. Aret. *in ſuo opuſcu-*

lo maleficiorum, in gloſſ. famâ publicâ præcedente, in verſicul. Tortura. At ille inſignis Doctor modernus Bononienſis, D. Hippol. de Marſil. clarius cæteris hæc aperuit in egregiis commentariis ſuis, quæ edidit ſuper notabili *titul. ff. d. quæſtionib. in l. 1. in exordio.* Ubi ponit quatuordecim ſpecies tormentorum, omnes diverſas: quas vide.

Sed ea omnia ex ordinatione & mandato Judicis inferuntur, pro quantitate criminis, & qualitate perſonæ, ut inquit, D. Hippol. de Marſil. *in ſua practica cauſarum criminalium in §. Nunc videndum. num. 2. & num. 20.* Maximus item omnium cruciatus, quem citra ullam corporis læſionem, detrimentum, aut mutilationem adhibueris, eſt, ſi patientem Reum inter anguſtas laminas ad ciſtulæ formam confectas, ſtrictè concluſeris, & compreſſeris: deinde maximos pedum digitos fune ligatos extraxeris. Hoc namque modo fune rotulâ intento, corpus concluſum altius intumeſcit, & intolerabili pœnâ ilico afficitur: quæ pœna mox laxato fune, remittitur & perit, absque corporis læſione. Quod nonnunquam accepi à latrunculatoribus ſive quæſtoribus parricidiariis (quos vulgò maleficiorum Judices appellare ſolemus) qui id non rarò ſeſe exercuiſſe, mihi certò & frequenter narrarunt: atque ipſe idem non rarò experientiâ comperi. Ceterùm enumeratis aliquot tormentorum generibus in jure expreſſis: deinde refutatis iis, quæ aut tyrannis, aut veſania quorundam Judicum ſtultè excogitavit, quæque ſuâ ſponte jam nuper apud noſtrates deſierunt, non putavi ullo ſilentio hic prætereundas eſſe eas torquendi ſpecies, & modos, quos paſſim hac noſtrâ ætate uſurpari, & exerceri conſpeximus: potiſſimùm in inclyta civitate Brugenſi: cujus Senatui ad torturam & quæſtionem ſæpenumero (licet indignus) aſſeſſor & conſultor interfui. Principiò igitur omnibus ſuis exuitur veſtibus, niſi quod, verendis (quibus ipſa natura pudorem induit) amictus lineus (reverentiæ humanæ gratiâ) connectitur. Deinde manibus ambabus in tergum reductis, ibique ſtrictè ligatis, ſupinus implicatur, & imponitur in arctum ſcamnum, & corpore torquendi penè ſtrictius, in quo, fune ſub axillis, & per thoracem pectoris ducto, conſtringitur & colligatur: ne aut tortoris incuriâ, aut pœnâ mox infligenda victus, periculosè in pavimentum corruat. Poſt utrique pedum digiti maximi, ſeparatim connectuntur funiculis, qui obvoluti rotularum axibus, aut aliis ſimilibus inſtrumentis, corpus torquendi (dum rotantur aut intenduntur) longiſſimè extendunt. Deinde funem (ſi opus fuerit) arctè impingunt ipſius femoribus aut tibiis: quem baculis ſubter ſcamno arctè conſtringunt carnifices. Aut ſimili formâ oſſulis, aut bacillis funiculum contortum nexibus, aut globulis fronti patientis imprimunt ſtrictiùs, aut leviùs, ad arbitrium Judicis: Alias verò oculis ipſius implicito panno vuido, compreſſiſque naribus, tortor nonnihil altiùs anguſtiori gutto frigidam fundit aquam in pectus ipſius, in tibias, pedes aliaque maximè affecta membra. Præterea ori ipſius immittitur frænum ſive capiſtrum ad hoc commodè aptatum, ac mox ori tortor infundit aquam frigidam, donec venter intumuerit in eam craſſitudinem, quæ Judici ipſiusque conſiliariis videbitur, corporis viribus citra grave periculum ſufficere. Quibusdam verò ad torturam applicandis, non temerè, priusquam dicta tormenta aut partim, aut collectim omnia intentarentur, omnes capillos, crinesque omnes novaculâ abraſos conſpexi, facto ſcilicet per hoc periculo, num quæ adminicula haberent pro impaſſibilitate, quâ nulla tormentorum genera perſentiſcerent: id enim magicis artibus, ſortilegiis, incantationibus, aut execrandâ dirarum devotione, plerunque efficere ſolent, uti ſæpe ipſe vidi, quum civitati Brugenſi eſſem à conſiliis, potiſſimùm in muliercula admodum anu, quæ tum habitu, tum victu, tum inceſſu, tum moribus, & fucatâ ſanctimoniæ ſpecie ab omnibus venerabatur, habebatur in precio, & plurimi fiebat, veluti vera Chriſti Apoſtola, quòd multarum matronarum filios ac filias, quaſi miraculosè curaret, gibbos liberaret, crura, tibiaſque confractas ilico reſtitueret, idque non arte, aut externo medicamine aliquo adhibito. Verùm (ut olim Apoſtoli) pietatis aliquo exercitamento injuncto: nempe, ut uno, duobus aut tribus diebus jejunarent in pane & aqua, vel ut ter legerent orationem dominicam, aut inviſerent Sanctam Mariam Ardenburgenſem, aut S. Jodocum, aut S. Hubertum in Arduenna. Vel ut ſacrum unum aut alterum

ſterum religioſè audirent, aut aliquot preculas perſolverent ægri. His rebus injunctis ritè expletis, ilico aut certè intra pauculos dies, ab incommodis & morbis liberabantur, & firmæ valetudini reſtituebantur, ob eam, quam in ipſam mulierculam ſpem conceperant. Quum iſtius mulierculæ ea facta in vulgus latiùs ſpargerentur, à Senatoribus (quibus mens, ut æquum erat, fuit altior & ſanior) intempeſtâ nocte juſſa fuit ex lecto comprehendi, & carceri mancipari. Poſtridie quum ab iiſdem Senatoribus in carcere leni, prævioque examine perquireretur, quomodo, quibus mediis, quo fœdere, quaque fiduciâ freta ſuas curas perageret. Ea intrepidè ſemper reſpondit ſe pie cuncta exercuiſſe, & bonis, piiſque rationibus: atque ideo ſeſe non debuiſſe tam ignominioſè comprehendi. His non obſtantibus ex certis manifeſtiſque indiciis, per Senatum adjudicabatur torturæ, ad quam cum veniſſet, & verbis perſuaſoriis examinaretur, conſtanti vultu & animo ſemper perduravit in ea ſententia, quâ aſſeverabat ſe nihil eorum, quæ fecerat, Dæmonis alicujus ope peregiſſe: ſed omnia pio & licito medio. Aderat hoc tempore ipſe quoque Burgimagiſter (ut dicunt) miſere tunc (nam podagricus fuit) afflictus & cruciatus podagrâ, cujus gratiâ ſubinde inter examinandum triſtia edidit ſuſpiria, & ſingultus miſerabiles. Ad quem hæc anicula converſa, ſic orſa eſt: Vis, inquit, mi D. Burgimagiſter feliciter ab hoc podagræ cruciatu liberari? Ego hoc malum, ſi voles, ilico & feliciter in te curavero. Ad quam ille: Cures, inquit? Optarem ab hoc morbo, ait, penitus curari poſſe duobus millibus ducatorum, quos tibi jam jam etiam numeravero, ſi quod verbis promittis, re præſtare poteris. Ad quem tum graphiarii, & conſiliarii præſentes: Domine (inquiunt) Burgimagiſter, etiam atque etiam diſpice quid dicas, quidq; facturus ſis: Nobis quæſumus potiùs auſculta, & iſtam maleficam in aliam cameram ſeduci jube, noſque patienter audi. Et ita ſeorſum abductâ rurſum dicti iidem Conſiliarii in hunc modum Burgimagiſtrum alloquebantur, Ah, inquiunt, Burgimagiſter, vide diligenter quid dicas, aut quid facias, quantoque periculo temet exponas, ex vana perſuaſione, quâ arbitraris hanc, tanquam Chriſti quandam Apoſtolam, te ab hac tua podagra poſſe licitis modis curare, tametſi cuncta ſecundùm ſpeciem videantur pia & divina. Si enim penitus ipſius poteſtatem perſcrutari libeat, age, eandem denuo ad nos revoca: modum curandi perquiramus (non eſt abbreviata manus Domini) ſi Apoſtolico remedio te curaturam promiſerit: ipſorumque viis & mediis inſtiterit, non refragabimur. Sin aliis illicitis mediis utatur, quibus fidat, omnia ipſius & tibi & nobis omnibus meritò ſuſpecta eſſe debent. Hæc itaque reducta ab uno conſiliariorum rogabatur: Si, inquit, Burgimagiſtrum noſtrum morbo, quo laborat, levare, curareque præſumas, quo, inquit, remedio adhibito & quibus rationibus id præſtabis? Tum illa: Nullo (inquit) alio remedio, quàm hoc: Credat Burgimagiſter, & ſibi perſuadeat me eam habere poteſtatem, ut ipſum curem ilico, & valens curabitur. Quibus auditis, & intellectis juſſa eſt denuo abduci, & in locum priorem ſeorſum recipi. Tum uno ore pariq; conſenſu dicti Conſiliarii: Vides, inquiunt, & audis mi D. Burgimagiſter, voſque omnes Senatores præſentes, quid iſta malefica reſponderit? Ex cujus verbis aperte conſtat ipſam omnia perversè atque adeò diabolicè peragere, teque Burgimagiſtrum illicitè curare præſumpſiſſe. In ſua enim cura Apoſtolorum veſtigiis minime inſiſtit. Illi enim in fide & virtute Dei ſanabant, dicentes claudo: In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ſurge & ambula. Cæco dicebant: In nomine Domini Jeſu Chriſti ſuſpice: ille ad greſſum reſtitutus eſt, hic viſum recepit: non quidem ope humanâ, ſed potentiâ divinâ in nomine & fide Chriſti. Hæc autem malefica ſe curaturam jactitat, ſi quis duntaxat ipſi fidat, ipſamque hoc facturam credat Quæ quidem fides (imò perfidia) prorſus contraria eſt cum fide Apoſtolorum. Hac itaque reſponſione perceptâ & rebus meliùs penſiculatis, Burgimagiſter pœnitudine ductus ab ea curari noluit, quem dum vixit ad ſupremum uſque ſpiritum tam facilis credulitatis non mediocriter pœnituit. Malefica interim iſthæc ob conſtantem negationem eorum, quæ ipſi imponebantur, torturæ tradebatur: acriter autem contorta nonnulla delicta confitebatur eaque leviuſcula. In-

Digitized by Google

ſignia verò maleficia fortiter negavit, ab hac itaque tortura levabatur; & utcunque purgata rurſum in carcerem recepta eſt. Poſtea novis indiciis gravata iterum torturæ adjudicitur. In qua (ut priùs) paucula quædam eaque minutiora tantùm confitebatur. Ob cruciatum tamen clamare cœpit: Abripite me ex hoc torturæ ſcamno, aut permerdabo vos, quotquot adeſtis omnes, nam diutiùs naturæ pondus continere non poſſum. Erant autem juxta torturæ locum latrinæ, ad quas adeundas quibusdam Senatorum eam relaxari placuit. Alii, quibus mens erat ſagacior, nullo modo relaxandam eſſe ſtatuerant, ne fortaſſis hinc gravius quoddam incommodum oriri poſſet, verum vicit hîc affirmantium major numerus, quorum indicio è ſcamno relaxatur, & ad latrinas deducitur. Ubi poſtquam æquo diutiùs hæſiſſet, nempe ad ſemihoram & ampliùs, neque bis, térve vocata rediret, tandem redire cogitur, ſcamno imponitur, novæque torturæ deſtinatur, ligatur, & ex juſſu Prætoris, Conſulis, & Senatorum torqueri occipit. Illa non lamentationes, aut clamores edidit, ſed horum loco ſubridere cœpit, & quamvis ligata, digitorum tamen complosionibus Judicibus ipſis inſultabat, dicens: Vos Prætor, Conſul, cæterique Domini, & tu quoque nefarie tortor, agite, facite poſthac quod vobis libitum fuerit, nihil nunc in mei tortura profeceritis, nihil in me valebit veſtra crudelitas. His auditis ſanior Senatorum pars exiſtimabat illam dæmonis ope factam impaſſibilem. Ex eo namque tempore nihil fere fateri voluit ex iis, quæ ſecundâ informatione producta fuerant, ſed ſcamno patienter innixa aut riſit, aut dormivit. Hinc factum ut ſecundo e ſcamno, & tortura relaxaretur, & iterum in carcerem reciperetur. Poſtea alii quoque teſtes auditi ſunt, & nova indicia habita, ob quæ jam tertiò torturæ adjudicatur.

Verùm priusquam ſcamno imponeretur totius corporis pilos & crines abradi curavimus, poſtea ſcamno imponitur, acerrimè torquetur, nihil tamen fateri voluit. Tandem quibusdam aſtantibus ſuccurrit eam non eſſe tonſam in pudendis, ſub axillis, & in culo, ubi per tonſtrices illi quoque crines abraſi fuerunt, & inter radendum reperta fuit pergamena culo cunnoque inſerta, cui inſcripta fuerunt aliquot peregrina vocabula dæmonum, crucibus aliquot inter ſe diſtincta, hæc pergamena Senatoribus exhibita occaſionem præbuit, ut rurſum ſcamno torquenda traderetur, ubi facta planè paſſibilis, omnia nude fatebatur, quæcunque tribus prioribus informationibus fuerant propoſita. Cum autem rogaretur, cur priùs fateri noluit, ait: Niſi à me, inquit, omnes crines, atque etiam hanc ſchedulam abſtuliſſetis, nunquam à me perquirere quicqum potuiſſetis, ut quæ per illa, ob maligni ſpiritûs operam, facta eram impaſſibilis: quod haud dubie veriſſimum fuerat. Poſtquam vero res eo perveniſſet, ut inter Senatores diſcuteretur, quâ pœnâ hæc malefica plectenda foret: Aliis placuit eam igne plectendam & occidendam eſſe. Alii (quibus animus ad ſexum muliebrem & ad ætatem tam provectam fuit mitior) cenſuerunt eam non igne, nec morte conficiendam, ſed puniendam pœna morti proximâ: nempe ut in theatro conſuetis veſtibus omni populo oſtenderetur, deinde caput commodatitiis capillis veſtiretur, quos carnifex injecta flamma exureret. Hoc ſigno indicans, magiſtratum eam non punire juxta rigorem juris, & pro conſuetudine patriæ (juxta quam deberet comburi viva) ſed in eam uſum fuiſſe ſummâ clementiâ. Hoc facto cenſebant eam exilio damnandam eſſe ad annos perpetuos, ſub pœna ignis, etiamſi nihil ſimilium poſtea perpetraſſet. Et ſi banno ſuo obediens, extra Flandriam ſimilia perpetrare præſumeret, ob ea, & tunc etiam ob præcedentia omnia, tanquam ſuam ſecum ſententiam conferens, viva combureretur. Hæc itaque poſterior, & etiam mitior ſententia, pluralitate vocum prævaluit. Malefica igitur hæc, ita punita, bannoq; ſuo obedire ſe velle declarans à duobus Senatoribus & Penſionario extra terminos territorii Brugenſis producta fuit. Unde ſtatim convolavit in Zelandiam, & aliquot hebdomadibus reſedit Middelburgi, ubi ſtatim ad intermiſſa maleficia redire non deſtitit. Prætor autem ibi Florentinus Dammæus a nobis de hac muliercula edoctus, per exemplaria omnia noſtræ informationis Torturæ, & ſententiæ ad ipſum in favorem juſtitiæ

trans-

tranſmiſſa, eam obſervare incœpit, quam ubi ad conſueta maleficia rediiſſe certo cognovit, eam comprehendit, & ob confeſſionem & ſententiam præviam, vivam incendi curavit, & hujus Juſtitiæ executionem Senatui Brugenſi ilico reſcripſit, mihique fideliter narravit. Sed de his plus ſatis. Et ſicut mihi adſtipulatur D. Paulus Grillandus, qui de eadem re meminit *in ſuo tract. de quæſtionibus & tortura, verſ. Quartò nunc videndum.* Similiter *& de remediis, num.* 12. 13. 14. 15. 16. ceteri ipſius poſteri: quos, ubi tibi viſum fuerit, ibidem conſulere ſuaſerim. Eſt aliud tormentorum genus haud infrequens Italis, quo maleficum conſtituunt in ſcamno aut ſede ligatum, & duobus famulis adhibitis, qui maleficum cohibeant à ſomno, his duobus ſuccedant alii, atque alii famuli, qui nullâ ratione permittunt maleficum in ullum ſoporem ac quietem incidere. Et quoties continget ipſum reum ad ſomnum nutare, quietemque optare, aſtantes famuli alapis, acribusque vellicationibus ſomnum diſpellunt, donec reus inquietudine victus optet ſomnum, & confeſſionem promittat: Atque hoc tormentum minimè omnium corpuſculum lædit, eſtque maximæ efficaciæ in eos, qui ad quævis tormentorum genera videntur invincibiles, eaque omnia reſpuunt & rident. Imò etiam ad vincendas ipſas maleficas, ut citius ad confeſſionem compellantur. Nec omittendum cenſui, quod Albertus Magnus dixit in libr. quem edidit. *De ſecret. nat.* quod lapis quidam *meſites* nuncupatus, qui oritur ex civitate Meſis, in partibus orientalibus, contritus, & aquâ aut vino commixtus, datusque ad potandum illi, qui torquendus eſt, inducit inſenſibilitatem pœnæ & cruciatûs, ut refert *Paris de Puteo in tract. ſyndic. in c. Tortura.* 2.

Etſi verò hæc tormentorum genera pleraque ceu tyrannica ſuâ ſponte deſierunt & paſſim exoleverunt, Bald. in *l.* 1. *C. d. emend. ſerv.* nihilominus tamen etiamnum hodie permagna occurrit tormentorum varietas, quorum multa etiam ſunt atrociſſima. Seculo enim hoc noſtro, creſcente lite & malitiâ, nova creverunt tormentorum genera, in quibus excogitandis ingenioſi volunt audiri, uti ſunt Laminæ, Compedes, Nervi, Catenæ, Carceres, Minellæ, Pedicæ, Aqua frigida, Taxilli, Cuneus, Sibillæ, Vigiliæ, Däntſcher Mantel/ Spaniſche Kappen/ Engliſche Jungfraw/ Braunſchweigiſche Stieflen/ & centum alia, inter quæ Poletum, quo carnes ſcinduntur. Sed abſtineant Judices ab ejuſmodi novis & inauditis tormentorum generibus, nec iisdem miſeros reos torquendo carnificibus permittant. Non enim quælibet horribilia & inuſitata tormentorum genera Judex decernere debet, ſed quæ uſitata ſunt & minus periculi habent, veritas tamen per ea extorqueri poteſt, arg. *d. l. un. C. d. emend. ſerv.* & *l.* 2. *C. d. d. exact. tribut. libr.* 10. Ant. Gomez. *tom.* 3. *var. reſol. c.* 13. *num.* 5. Carpzov. in *pract. crimin. d. loc. num.* 37. 38. 39. Qualia ſunt hodie in terris Saxonicis funes ſubtiliores, quibus duriter contortis Carnifices juncturas manus Reis arctiſſimè conſtringunt, vel inſtrumentis excavatis ad formam forcipis pollices reorum comprimunt, aut etiam ejusmodi inſtrumentis tibiis compreſſis ſeu ſtrigilatis intolerabilem dolorem reis efficiunt. Deinde ſolent reos ſcalæ ſubjicere violentâ quadam expanſione ſeu extenſione articulos omnium membrorū diſtinguere atq; dilacerare. Quod genus tormentorum eculeo quàm proximè accedere videtur. Eſt quoq; uſitatum, ut ſi crimen nefandum ſit & exceptum, & indicia multum urgentia ſubſint, cadentibus luminibus cutem in certis corporis partibus lentè adurant, aut extremas digitorum partes, immiſſis infra ungues non ſine dolore pineis cuneolis, iisque poſtmodum accenſis aduſtione lædant, Joh. Zanger. in *tract. d. quæſt. & tortur. c.* 4 *n.* 10. Eſt præterea genus tormenti acerrimum, quod idem *d. loc.* refert, ſi reo manibus pedibusq; ad tergum ſimul ligatis, in altum ſuſpenſo, dorſoque ejus certo aliquo pondere pro ratione perſonæ impoſito, laqueus, ex quo pendet ſublimis, per intervalla baculo quatiatur, atq; exinde tremebundus reddatur. Vide apud eundem *n.* 11. quæ tortura vocetur rigoroſum examen.

Hactenus erat *Subjectum*: circa *Prædicatum* quæritur, *An quæſtio ſit legitimum juris remedium?* de quo vide Mareſium in *Cucchi Inſt. jur. Can. libr.* 4. *tit.* 6. Hic tot veroſimilia in utramque ſententiam me circumſtant, ut quò inclinem, non peræque definiatur. Viderint (verba ſunt Theologi Romani in *d. caut. crimin. dub.* 29.) Judices quid agant. Imus

omnes

omnes ad æternitatis tribunal, ubi ſi de quovis verbo otioſo explicanda ratio eſt, quid par eſt de humano ſanguine exiſtimare? Urit me charitas, & incendio interiore vexat, ne non omni ſtudio iis me incendiis interponam, quæ metuo ne ſiniſterior quis flatus etiam in immerentes impellat. Idem Theologus Romanus in *dubio* 27. quò tandem ſe vertat, neſcit. Aptum eſſe remedium arguitur hinc, 1. quòd multi veritatem malint dicere, quam pati: ſed rurſum non aptum eſſe æquè conficitur; quod multi quoque quàm pati, mentiri malint. 2. Utriusque ſane generis homines ſunt, & quibus veritas, & quibus mendacium extorquetur; quem nunc ergo torſiſti, unde noſti, ex utra hominum ſit claſſe. 3. Certè poſterior hæc claſſis major futura videtur, cum mors tormentis levior ſit, non ſolùm re ipsâ, ſed etiam in imaginatione, quæ vivaciùs & graviùs præſentia tormenta, quam futuram mortem apprehendit. 4. Sed tamen inquis, qui innocens ſit, non facilè ſe nocentem eſt facturus, mallet ſuſtinere torturam & tacere, quàm loqui & mori ac familiæ indelebilem notam aſpergere. Rectè; ſed è contrario etiam qui nocens eſt, non facilè ſe nocentem facturus eſt, mallet & ille torturam, quàm mortem ſuſtinere, & infamiam familiæ relinquere: utrimque ergo difficultas eruendæ veritatis erit: nec facilè ſe innocens accuſabit, nec facilè nocens perdet: ſi innocentem innocentia conſtantem, nocentem culpa pertinacem facere poterit: & quæ naturæ vires innocenti contra tormenta ſuppetent, eædem & nocenti: imò ut quiſquis ſceleſtior, ita ferocior eſſe ſolet, ac proinde innoxius ferè citiùs ſuccumbet. 5 Difficilius tamen inquies creditu eſt; quòd qui innocentiæ ſibi ſuæ conſcius eſt, ſe reum contra tam expreſſum conſcientiæ dictamen facturus ſit. Sed nec id quidem quicquam facit, nam innocentiam ſuam contra tam acerba ſupplicia & dolores exquiſitos tueri non eſt niſi exquiſitæ etiam minimeque vulgaris virtutis, quæ in paucis reperitur. Unde & quæſtionem Tarquinii Superbi aut Mezentii vel Phalaridis alteriusve immanioris Tyranni inventum eſſe ſcribit Georg. Remus in *Nemeſ. Karol. artic.* 58. Carpzovius in *d. pract. crim. part.* 3. *q.* 117. *num.* 3. Ubi tantum robur animi, ubi tam firma ſolidaque mens, quæ non dolore vincatur, non ignibus cedat, non verberibus ingemiſcat? in *declam.* 18. interrogat Quintilianus. Pertinet huc epiſtola Cypriani 53. ad Fortunatum & alios collegas, de iis, qui per tormenta ſuperantur, *Lapſus poteſt rogare & dicere. Certare quidem fortiter volui, & ſacramenti mei memor devotionis ac fidei arma ſuſcepi: ſed me in congreſſione pugnantem cruciamenta varia & ſupplicia longa vicerunt. Stetit mens ſtabilis & fides fortis, & cum torquentibus pœnis diu anima immobilis luctata eſt: ſed cum duriſſimi Judicis recrudeſcente ſævitia jam fatigatum, jam laſſum corpus nunc flagella ſcinderent, nunc contunderent fuſtes, nunc equuleus extenderet, nunc ungula effoderet, nunc flamma torreret: Caro me in colluctatione deſeruit, infirmitas viſcerum ceſſit, nec animus, ſed corpus in doloribus defecit.* Pertinet & experientia, quâ teſte qui ſemel equuleo adſtiterunt, & ejusmodi tragœdiam conſpexerunt, in tantum ab ea abhorrent, ut jurent, ſe iterum quenquam torqueri ſpectaturos nunquam. Alii ita afficiuntur, ut vel viſcera videantur evomituri. Facit denique paradoxon *d. tortur. in Chriſt. rep. non exerc.* à Jacobo Schallero Argentinæ, *Anno* 1658. *die* 30. *Septembr.* propoſitum, quod cum nihil intentatum relinquat, primo intuitu magnam vim legenti imprimere poteſt. Sed ponamus dubietati intervallum, & ſequetur felix diſſentientium aſſertio. Quæ ut ſequi poſſit, excutiamus pleniùs juri Canonico aſſignata, quæ faciliùs juri Civili aſſignari potuiſſent. Nam torturæ objecta miſerrimos fuiſſe ſervos antiqui Ethniciſmi, ubi Domini in ſervos jus vitæ & necis poteſtatem habuerunt, videre eſt in *t.t. ff. d.t.d. quæſt.* qui in omnibus pene contentis legibus loquitur de ſervis. Jure Canonico torturæ fuit uſus, *c. illi qui. cauſ.* 5. *q.* 5 *c. nullus. cauſ.* 6. *q.* 1. Non obſt. *d can. his à quibus.* in quo non agitur de tortura, quæ præcedit pœnam, ſed de ipſa pœna, penes quos ſit ejusdem animadverſio. 2. etiamſi ageretur de tortura, quæreretur non an eſſet licita, ſed num omnibus permiſſa? & reſpondetur his, à quibus Domini Sacramenta tractanda ſunt, judicium ſanguinis agitare non licet, ne indiſcretæ præſumptionis motibus agitati aut quod morte plectendum eſt, ſententiâ propriâ judicare præſumant, aut per ſe inferant membrorum truncationes quibuslibet perſonis, aut infe-

ſcendas

Digitized by Google

rendas præcipiant: quæ omnia non rem tollunt, ſed tantùm perſonam à perſona ſeparant. Non obſt. D Auguſtini *d. Civitate Dei. libr.19. c.6.* dictum, reſponſionis enim vice fungi poſſent verba in *c. fraternitas. cauſ.12. q.2.* uſurpata, in quibus neceſſe eſt, ut quidam damnis, quidam verberibus corrigantur, & cum paulo diſtrictius agitur, ex charitate agendum eſt, & non ex furore. 2. Non ab eventu, ſed ab inconſulta facilitate jus denominari debet, arg. *l.11. §.4. ff. d. minorib.* 3. Illa inconſulta facilitas non in eo conſiſtit, An quæſtio ſive tortura ſit legitimum juris remedium, ſed quum non conſideratur, quando & quatenus quæſtio ſit adhibenda, arg. *l.1. in pr. ff. h.t.* ut ſi à tormentis incipiatur, ut ab iis malè inceperunt Tyranni, de quibus Schallerus in *d. para.* §. 3. ad ſtabiliendam dominationem & eruendos puniendosque, quos ſuæ Tyrannidi imminere ſuſpicabantur. 4. Illa inconſulta facilitas in eo conſiſtit, ut ſi initium torturæ ſit factum, Judex ſit inſtar ejus, qui in Ariſtidis ad ſupplicium ducti faciem inſpuebat: ſi conceſſum uſum abuſu & ſeveritate negligat. Hocque ipſum eſt, quod Ventur. de Valentia in *parthen. litig. libr.1. c.14. num.26.* ſcribit Abuſum nempe omnium periculoſiſſimum totam ferè Europam infeſtare, ut ſi toties torti tortæve vel metu tormentorum, vel ex impatientia & deliquio animi, vel alio quovis terrore aut litem criminalem, quam nunquam fecerint, aut impoſſibilia aut erronea confiteantur, protenus condemnentur, comburantur, ſecentur: factâ executione quæritur, an lis rectè intentata ſit nec ne? 5. Illa inconſulta facilitas in eo conſiſtit, ſi Judex non conſideret illud in *d. l.1. §.23.* pleroſq; patientiâ ſive duritiâ tormentorum ita tormenta contemnere, ut exprimi eis veritas nullo modo poſſit: alios tantâ eſſe impatientiâ, ut quævis mentiri, quam pati tormenta velint. Vid. differentiam, in qua *Quæſtioni ſubjectus quod fatetur &c.* Pauci ſunt, ut femina illa, quam tortam depingit *libr.2. contr.* Seneca, ut mariti ſecreta proderet, Explicantur tyrannicæ crudelitatis adversùs infelicem fœminam apparatus, & alia inſtrumenta, virorum quoque animos viſu frangentia, ad excutiendam muliebri pectori conſtantiam proponuntur: inſtat tam denunciationibus, quàm tormentis tyrannus & minando torquet. Tacet. Videt intentum tyranni vultum, videt oculos minaces & tacet &c. Cæduntur flagellis artus, verberibus corpus abrumpitur. Tacet &c. Vicerat ſævitiam patientia, deerat jam ſanguis, ſuperabat fides. Pauci ſunt Martyres, ad quos Cyprianus, Toleraſtis usque ad conſummationem gloriæ duriſſimam Quæſtionem, nec ceſſiſtis ſuppliciis, ſed vobis potiùs ſupplicia ceſſerunt. Finem dolorum, quem tormenta non dabant, coronæ dederunt. Laniena gravior ad hoc diu perſeveravit, non ut ſtantem fidem dejiceret, ſed ut homines Dei ad Dominum velociùs mitteret. Vidit admirans præſentium multitudo cœleſte certamen Dei, ſpirituale certamen, prælium Chriſti; ſtetiſſe ſervos ejus voce liberâ, mente incorruptâ, virtute divinâ, telis quidem ſecularibus nudos, ſed armis fidei credentes armatos. Steterunt torti torquentibus fortiores, & pulſantes & laniantes ungulas pulſata & laniata membra vicerunt. Inexpugnabilem fidem ſuperare non potuit ſæviens diu plaga repetita, quamvis ruptâ compage viſcerum torquerentur in ſervis Dei non jam membra, ſed vulnera. Idem Cyprian. *d. laud. Martyr.* Quantæ ſit gloriæ ponderate, hujus vitæ cupiditatibus atque ab omni animum natura mundique commercio ſegregatum contra adverſantis diſcrimen opponere, nec ſævitiam torquentis horrere: animari hominem dolore, quo credatur extingui, & id ſibi in augmentum virtutis aſſumere, quod cruciatui putat prodeſſe, qui punit. Nam prædurantibus licet coſtis reſultans ungula recurrat in vulnus, & euntibus flagris cum avulſa corporis parte rediens habena ducatur; ſtat immobilis tamen pœnis ſuis fortior. Ut vero hæc apud Senecam femina fide, hi Martyres conſtantiâ perſeverarunt; ſic è contrario alii tantâ ſunt obfirmati roboris contumaciâ, ut verum non dicant, de quibus Oldenkop in *appendice exemplorum poſt obſerv. crim.* & Schalleri paradoxon in exemplo Cappadocum, qui à pueris ſe mutuo torquere equuleo ſolent, ut ad falſa ſe teſtimonia venundare poſſint: quemadmodum ſcribit vetus Perſii Interpres *Sat. VI.* Alii autem tantæ ſunt imbecillitatis, ut quicquid, ne priùs quidem cogitatum, ne torturæ obnoxii fiant, effutiant, de quibus differentia, in qua *Quæſtioni ſubjectus quod fa-*

tetur &c. Opportunus heic eſt locus Ciceronis *pro A. Cæcinn.* Tu vim negabis eſſe factam, ſi cædes & occiſio facta non erit? Ego exercitus maximos ſæpe pulſos & fugatos eſſe dico terrore ipſo impetuque hoſtium ſine cujusquam non modo morte, verùm etiam vulnere. Etenim non ea ſola vis eſt, quæ ad corpus noſtrum vitamque pervenit, ſed etiam multo major ea, quæ periculo mortis injecto formidine animum perterritum loco ſæpe certo de ſtatu dimovet. *Et poſt.* Dubium non eſt, quin major adhibita vis ei ſit, cujus animus ſit perterritus, quàm illi, cujus corpus vulneratum ſit. Denique alia ſunt vitandæ huic Judicum inconſultæ facilitati reperta, de quibus Carpzovius *d. loc. in pract. crim.* & prudentis eſt proceſſus, quem indigetat Keckerm. in *ſyſt. philoſ. diſp. 32. probl. 4.* Primo diſcrimen habendum perſonarum non tantùm quoad certas quasdam executiones & privilegia, ſed etiam quoad robur & conſtitutionem corporis. 2. Non promiſcuè in omnibus delictis eodem modo eſſe procedendum, E. G. in examine ſagarum & veneficarum non tantùm ſexus, ſed etiam ipſius delicti ratio habenda. 3. Torturæ crudeles planè non uſurpandæ, ſed cum homine humaniter menſchlicher weiſe / ut piè definiunt Scabini Magdeburgenſes, agendum. 4. Si carceris ſqualore extorqueri confeſſio poſſit & malâ manſione, non eſſe procedendum ad acerbiora. 5. Si autem carceris ſqualor non ſufficiat, ad diei unius aut alterius inediam progrediendum eſt: ſi hæc nihil extorqueat, ad vigilias veniendum, prout fit in Hollandia, de quo & alius jam ex Damhaudero monui. Vid. *Conſtit. Carol. art. 6. 58. & ad eas* Matth. Stephani. Nicolaum Vigelium in *eand. conſt. c. 4.* Caſparum Wilhelmum Stod in *pract. crimin. c. 29.* Emericum à Rosbach in *proceſſ. crim. tit. 5. c. 8.*

Quoad jus Divinum primum ſuum argumentum inde mutuatur in ſuo *paradox.* §. 1. Schallerus, ſecundum quem Reſpub. Hebræorum feliciter adminiſtrata fuit à Moſe, Joſua, Samuele, aliisque piis Judicibus: Sic & à Davide, Salomone, Joſaphato, Hiskia, &c. & tamen ne quidem veſtigium invenimus, ſontes per torturam quæſitos. Fuerat quoque populus duræ cervicis, *Deut. 31. 27.* & vix hodie tanta perpetrantur ſcelera, quanta apud Prophetas leguntur. Ad iſta tamen eruenda nulla fuit adhibita tortura: neque ullum deliquium paſſa eſt juſtitia. Deus ipſe, a quo omne judicium & juſtitia in terris Politiam Judaicam propriâ ſapientiâ conſtituit, fuit Legiſlator, ſcelerum vindex acerrimus & indagator prudentiſſimus, nihil de tortura ſancivit. Niſi e. craſſæ alicujus ignorantiæ aut oblivionis Deum inſimulare velimus, ad minimum ſtatuemus torturam non eſſe neceſſariam. In N. T. & primitiva Eccleſia itidem altum ſilentium. Ad hanc inſtantiam reſponderi poſſet vel negando vel concedendo. Si negando, examinari deberent illa loca omnia, quæ cumulat Schallerus, aut mihi ſuffeciſſet Ant. Matthæus ad *tit. d. quaſt. c. 5*, ubi ait, quin etiam in ſacris tortorum ſeu *βασανισῶν* (*Matth. 18.*) mentio facta arguit non omnino ignotum Hebræis hunc veritatis eruendæ modum fuiſſe. Quod tamen, qui quæſtionem oppugnant, objicere ſolent. Quare & D. Paulus (*Actor. 22.*) cum veritatis exprimendæ causâ loris à Tribuno cædi juſſus eſſet, non eo colòre quæſtionem deprecatus eſt, quod iniquum eſſet quempiam torquere, ſed quod civis Romanus eſſet. Jam cum in Legibus Moſaicis mulieri de adulterio ſuſpectæ jubetur potio amara præberi, ut tumeſcentis ventris tormenta ream flagitii prodant, non leve id pro aſſerendis tormentis argumentum videtur. Nam ſi potio dari potuit, cujus efficaciâ proderetur adulterium: quì minùs eculeus adhiberi, cujus viribus manifeſtetur homicidium aut ſimile crimen. Verùm ad hæc loca abunde mihi reſponſum, & quidem ad locum *Actor. 22.* reſpondet Schallerus in *d.* §. 1. ubi proteſtatur Paulus, partim quod ſit civis Romanus: partim quòd non liceat indemnatum flagellare. Fruſtra autem proteſtaretur, ſi jure licuiſſet ante dictam ſententiam ſuſpectos per torturam quærere. Patet quoque fuiſſe quidem apud gentiles Romanos torquendi conſuetudinem; ſed hanc, ut juri meliori obviantem, ab Apoſtolo Paulo correctam, &, ſi ante ſententiam exerceatur, repudiatam, Quid, quòd & alterum ſe ſcl. civem Romanum eſſe, nobis præbeat argumentum. Si enim Reſpublica Romana ſtare potuit, & ſupplicium ſumere capitis de civibus ſuis, torturâ non adhibitâ, cur non & in aliis caſibus. Poſterius hoc definit tota controverſia: prius in diſſenſûs neceſſitatem

non

non cogit. Super primo & tertio loco quum conſuluiſſem Affinem & Compatrem meum, DN. D. BUXTORFFIUM, Virum & quæ veteris erant ævi, & quæ vix alterius eſſent, induſtriâ plus quàm humanâ complexum, ut omnia ſolet, utrumque locum feliciſſime explicuit. Locum Matthæi nihil probare, & mentionem ibi fieri βασανιςῶν, non ex conſuetudine Hebræorum, ſed gentilium, Romanorum præſertim, qui tum rerum potiebantur in Judæa, & ſupremum magiſtratum gerebant. Quod probant & parabolæ illius circumſtantiæ & collatio loci *Matth.* 22.19. quo capitalia & criminalia judicia Judæis jam erant ablata. Et ſic dicitur hoc tantum de facto, non de jure. De his enim Tortoribus in jure divino & lege Moſis nihil habetur. Nihil etiam in ſcriptis Hebræorum uſpiam reperitur. Juxta legem Dei non niſi teſtibus, minimùm duobus aut tribus, reus conſtituebatur. Qui convinci teſtibus non poterat, pro innocenti habebatur. Locum *Num.* 5.13. nihil pro torturis facere. Nam 1. Res hæc prorſus fuit extraordinaria, divina & miraculoſa: à talibus autem non licet argumentari ad ordinaria, & regulas inde extruere. 2. Modus hic explorandi fuit certus & infallibilis, ſineque ullo vel periculo, vel dolore vel infamia perſonæ innocentis. Talis autem non eſt quæſtio per torturam, ut experientia & res ipſa docet. 3. Exploratio hæc in unico hoc caſu valebat, non etiam in aliis delictis, 4. Ea poterat duntaxat fieri ad petitionem mariti, Zelotypiâ affecti, non etiam vel alterius eam de adulterio accuſantis, vel ſuſpectam habentis, ne quidem ab ipſo Judice. 5. Non fuit actio civilis & Judicis, ſed Eccleſiaſtica & ſacerdoti tradita. 6. Non fuit inſtituta ad extorquendam confeſſionem a perſona, ſed reipſa veritatem effectu ſuo prodebat, ſive illa confiteretur ſive non. 7. Fuit ſimul veritatis patefactio & pœna ipſa, ſi perſona rea erat, E quibus liquido patet quum nobis non liceat reſpondere per modum negationis, licere per modum conceſſionis, alioqui ſi a non obſervata tortura in ſacris literis ad eam non probandam progrederemur, omnes Facultates Theologiæ includerentur, & quicquid vel JurisConſultus ſancit, vel Medicus præſcribit, vel Sapiens meditatur, immediate e dictaminibus ſacris penderet: nihil eſſet, quod idem non ſit Theologicum. Fines ſubordinari poſſunt; contenta poſſunt eſſe vel plura vel alia, nec omnia, quæ ſacræ literæ non includunt, damnatione excludi ſtatuimus. Innuit hoc Gœbhauſen *peric. 2. quæſt. 14. pars.* 1. ex Chemnitii *loc. communibus* inquiens, Fateor libens remedium hoc ab Ethnicis profectum, ſed ab imperatoribus Chriſtianis tamen confirmatum eſſe: quin etiam illud ſacris literis incognitum; ſed ideo omnino retinendum: nam contra verbum Dei magiſtratui obediendum non eſt; aſt rectè præter verbum Dei, præſertim in politicis. Pluribus agit Keckermannus *d. loc.* ſecundùm quem eſt alia ſententia planè contraria, nempe nullis penitùs quæſtionibus per torturas eſſe utendum, & repugnare omnino torturas omnes verbo Dei, atque adeò etiam charitati proximi. Quam ſententiam multi boni & pii tuentur, præſtantesque Theologi defendunt, inter quos Wilhelmus Zepperus in *Legum Moſaicarum explanatione lib. 5. c.* 10 ubi quidem, cum profeſſus eſſet in tota hac diſputatione, hunc ſibi ſcopum propoſitum eſſe, ut tantum efficiat, quantũ hortulani, qui cum curvas arbores rectas facere volunt, in contrariam prorſus partem inflectunt & detorquent: tandem argumenta addit præcipua ſeptem, eaque non omnino quidem contemnenda, ſed interim tamen ejusmodi, quæ magis ad vetuſtam illam ingenuitatem & ſimplicitatem & Rempublicam Judaicam, in qua homines unius naturæ ac gentis, uniusque religionis conformiter vivebant, atque adeo in qua minor rerum confuſio erat, accommodata ſint, quam ad Reſpublicas horum temporum, quibus & malitia & in omne ſcelus libido decuplò major, & ubi in una non dico regione vel urbe, ſed oppido, vico & pago cohabitant homines diverſiſſimarum gentium, atque adeo etiam ingeniorum & morum, ut plurimùm etiam diverſarum ac diſcrepantium religionum; ita ut omnino juſtitiæ adminiſtrandæ & flagitiorum deprehendendorum in tanta rerum, quæ nunc in mundo eſt, confuſione decuplo difficilior ſit ratio, quàm erat in Judaica Republica: in qua cum Deus ſæpe per ſortes, ut in furto Achan, & per alias vias extraordinarias occulta ſcelera retegeret, homines magis ſibi timebant, & flagitia

vel vitabant, vel ſi commiſiſſent, promptiùs fatebantur. Nunc alius planè ſtatus eſt; ita ut acerbiora remedia magiſtratui neceſſario fuerint invenienda. Et ſanè ſi nullo planè dolore aut cruciatu veritas extorquenda eſſet, ſed iis ſolum, quæ Zepperus ibidem præſcribit, indiciis & examinibus perpetuo utendum, neceſſariò ſequeretur, aut ſceleratos eſſe ad ſupplicium trahendos, etiamſi nulla eorum propria confeſſio concedat, aut ex centum flagitioſis vix ullum eſſe puniendum; ſiquidem & rectè qualificati & jurati teſtes raro admodum haberi poſſunt, cum adulteria & graviſſima alia ſcelera ſine teſtibus committantur, & omnes homines ita ſint comparati, ut nullum ſcelus ſua ſponte confiteantur, quod morte piandum eſſe ſciant. Quæ autem futura eſſet vita hominum & quales Respublicæ, ſi e centum flagitioſis unus ſaltem aut alter ad debitam pœnam raperetur: reliqui, quorum ſcelera vel juratis teſtibus, vel ipſorum propriâ confeſſione non poſſent probari Judicibus, dimitterentur impune ad flagitia iteranda, & ad graſſandum in alios pro ſua nefaria libidine? Quomodo ſatisfieret ſeveriſſimis mandatis divinis *Exod. c.22.* Maleficos ne ſinas vivere & *Deut. c.19.* Non miſereberis ejus, & auferes noxium ſanguinem de Iſrael, ut bene ſit tibi.

Hæc quoad jus Divinum, nunc ad Anglicanum. Qui legerit Thomam Smith, inveniet in Angliæ deſcriptione eadem, quæ torturæ aſſignare ſolent, pericula; quamque iniquum ſit, ſi accuſatus criminis in ſe Dei populique judicio decerni patiatur. 2. Non poſſum aſſequi, qui Angli in alieno dolore ad commiſerationem ſint faciles, apud quos Scriba captivum hac quaſi formâ alloquitur, Tu de tali oppido & comitatu reus perageris, quod tali die, tali loco, alienum equum, qui ad hunc vel illum pertinuit, ſic coloratum, tanti æſtimatum per vim contrectaveris & ſubduxeris; id quod pacem ſupremi Domini, Regis noſtri, conturbat. Quid ad hoc reſpondes? Furti teneris annon? Si non reſponderit, aut non appoſite reſponderit, reus non reus (poſtquam ſemel atque iterum interrogatus fuerit) tanquam per contumaciam mutus condemnatur, horrendo poſt natos homines exemplo afficiendus: ſupinâ nimirum facie ſuper aſſerem ſtratus atque alio illi ſuperimpoſito cum tanto lapidum aut plumbi pondere, donec colliſâ corporis compage miſero per vim inſignem vita eripitur. 3. Thomas Smith. in *d. Angl. deſcript. libr. 1. c.27.* hac animoſitate Anglos à ceteris Gentibus diſtinguit in his verbis, Equuleo aliquem torquendum ſubjicere, ut inter confeſſionem crimen elicias, præter morem gentis Anglicanæ eſt & ſervile aliquid ſapit. Nam qua in re Reipublicæ unquam ſerviverit, qui membra ſic protenſa atque ultra juſtam menſuræ longitudinem producta habueris? nam ſi inſontem eſſe contingat, quæ par eſſe poteſt compenſatio; ut illi de injuria ſatisfiat? Si mori oporteat, quod genus feritatis eſt, ipſum priùs excarnificare? Etenim expreſſa per tormenta confeſſio nihili æſtimatur. Nam ſi in ipſo judicio fateatur, Duodecemvirorum ſententiam non ſubit: ſi factum inficiatur, nihil obeſſe poteſt, quòd priùs culpam non agnoverit. Anglis innatum eſt, ut mortem ſpernant, cruciatum non ferant. Idcirco potiùs quidvis à ſe geſtum profitebuntur etiam patris ſui internecionem, quàm ut cruciatui hujuſmodi obnoxii eſſe velint. Neque enim mortem perinde horrent Noſtrates atq; leviſſimum tormenti genus. Nullibi gentium ſontes ad ſupplicium perductos, qui magis animosè atq; intrepidè ſe gerant, quam in Anglia obſervabis, Contra populus tam horrendam feritatem videre non aſſuefactus ex hac miſeria dolorem hauriret, Principem quoque & Judices abominaretur, qui tale genus crudelitatis invehcrent, Hæc Smith. 4. Hoc tribuatur Anglis, tribuatur Regno Aragoniæ, in quo rei non torquentur, Emericus à Rosbach *d. loc. num. 3.* non videndum, quid Romæ factum ſit, ſed quid fieri debuerit, *l.12. ff. d. O. P.* Præfectus Vigilum ſervum Sabini ſummo ſupplicio affecerit, *l.15. ff. d. cond. cauſ. dat. &c.* ſtabit tamen *auth. ſed novo jure. C. d. ſerv. fugit.* Pro furto nemo morietur, nec ei membrum aliquod abſcindetur, ſed aliter caſtigabitur. 5. Conſuetudo localis non abrogat obſervationem univerſalem, & obſervatio univerſalis reponit conſuetudini locali illud *l.13. §. ult. ff. d. injur.* Uſurpatum hoc eſt, tametſi nullo jure. Exemplum Curtiſi vide in d. differentia, in qua *Quaſtioni ſubjectus quod fatetur &c.*

Tandem

Tandem indagandum, quæ ſint Politicorum, qui diſſentiunt, rationes. Magnum ſoſiticum ſe exhibet Ant. Matthæus *d loc.* 1. opponit, A naturali æquitate prorſus abhorrere cruciari quenquam, antequam conſtet nocentem eſſe. Reſp. Imò ſi conſtet eſſe nocentem, eum cruciari non eſt neceſſum. 2. Quòd falſa plerumque dicendi cauſam præbeant tormenta, ſive durum & robuſtum, ſive infirmum torſeris. Robur enim mendacium facile facit, infirmitas neceſſarium. Reſp. Hæc pronuum tormentorum uſum diſſuadent, & infelicitatem caſus fortuiti, quo interdum innocentes pereunt, evitari non poſſe ultro largimur. Tertium, quod opponit, à ſecundo non eſt diverſum. Quartum carnificem coërcet. Quintum vult non poſſe cònſtare de crimine ejus, qui crimen eſt confeſſus. Sextum repetit dubium, quo circa Scripturam Sacram ambigitur. Idem in reſponſionibus ad contraria vult, ſatius eſſe nocentem abſolvi, quàm innocentem torqueri, arg. *l.5.ff.d pœn.* Sed reſpondetur eum, qui torquetur, nec eſſe nocentem nec innocentem, eſſe tamen à nocenti propiorem. Et *l.5. allegata* loquitur de ſuſpicione, quæ ad torturam non eſt ſufficiens: loquitur etiam de abſente, qui torqueri non poteſt. Vult 2. Non eſſe neceſſe abſolvi à crimine eum, qui damnari nequit, cum poſſit Judex vel id facere, quod moribus hodie obſervatur, i.e. abſolvere ab inſtantia, non à crimine. Reſp. Satis à crimine abſolvitur, qui ab inſtantia, & difficile eſt eum fieri reum, qui non inſtantiâ fit reus. de crimine manifeſto aut criminis confeſſione hic non agimus. Vult 3. argumentum à vetuſtate deſumptum nihil probare. Reſp. Interdum probare, ut in iis, quorum fides è vetuſtate pateſcit, arg. *l.11.ff fin.regund.* in ceteris, ſive ſint antiqua ſive recentiora, attendenda ſunt ea, quorum perpetua eſt ratio. Vult 4. in Majeſtatis crimine ſuſpectum torqueri poſſe, quoniam rigor juris, licet ex iniquo aliquid trahat, utilitate publicâ rependitur. Reſp. 1. negando hic ſubeſſe rigorem juris. 2. ſubeſſe poteſt rigor, qui non opponitur æquitati, ſed remiſſioni. 3. in noſtri gratiam militat utilitas publica, quâ peccata nocentium nota eſſe & oportet & expedit, *l.18.in princ.ff.d.injur.* Tota ſententia Ant. Matthæi continet rationem diſputandi, contra quam pro utilitate publica multa eſſe recepta innumerabilibus rebus probari poteſt, *l.51.§.ult.ff.ad L.Aquil.*

QUÆSTIONEM Executor non examinet, *c.de cætero.5. X. d.ſent. & re jud.* in quo ſi præcipiatur ſententiam per aliquem executioni mandari, & fraus intervenerit: non eſt facultas executori de toto negotio cognoſcendi, ſed deferri quæſtiones, quæ inciderint, ad ſedem Apoſtolicã oportebit.

Recurrit hic illa differentia, in qua *Executor requiſitus ut ſententiam exequatur. &c.* Deinde utrumq; affirmari poteſt & Executorem quæſtionem examinare, & non examinare. Examinat quæſtionem fraudis, quæ eſt incidens & negotio poſterior, an ſit deferenda ad ſedem Apoſtolicam. Non examinat, id eſt, examinis ultimum ad ſedem Apoſtolicam defert. Tertiò etiamſi Executor non examinet quæſtionem antecedentem; examinat tamen cauſam ſuæ executionis, an ad executionem jam ſit producta.

Quæſtionem Executor examinare poteſt, quod patet ex illa quæſtione, An appellari poſſit à ſententia, quâ pronunciatur ſententiam exequendam eſſe, ubi diſtinguunt Dd. ut ſi de mero executore agatur, cujus officium eſt in exequendo, non autem in cognoſcendo, appellari non poſſit, Hunnius *vol. ad Treutl. 2. diſp.33. theſ.4. quæſt.35.*

QUÆSTIONI Doctores non ſubjiciuntur,

Standum eſt aſſertioni juris Canonici, quam non erat neceſ-

Subjiciuntur, *l.1.C.Ubi Senat. vel Clariſſ. civil. vel*

Digitized by Google

quia dignitate ſunt conſpicui, *c. quantò. 3. X. d. magiſtr.* Harpprechtus ad *§. ult. J. d. jur. perſ. num. 30.* Carpzov. in *pract. crimin. part. 3. q. 118. num. 80.*

ſum juri Canon. adſcribere; ſiquidem idem è jure Civili confirmetur. Nam in *l. nullus. 4. C. ad Leg. Jul. majeſt.* omnis dignitas à tortura excuſatione præſtat. Doctores autem adeò dignitate florent, ut nobiles, imo nobiliſſimi dicantur, *l. 2. §. ult. d. excuſ. tut. l. 4. in fin. ff. eod.* Quin & Doctores juris militibus comparantur in *l. Advocati. 14. C. d. advoc. divers. judic.* ubi Impp. aiunt, Non ſolùm eos militare, qui gladiis, clypeis & thoracibus nituntur, ſed etiam Advocatos, cum laborantium ſpem, vitam & poſteros defendant. Quare haud ineptè privilegium militibus conceſſum de non torquendo ad Doctores quoque extenditur, Zangerus in *tract. d. quæſt. & tortur. c. 1. num. 74.* Huic ſententiæ non adverſatur *d. l. 1.* ad quam reſpondet Harpprechtus *d. loc. num. 32.* illud eo reſpectu reſcriptum & dictum eſſe, ut Senatores forum declinare non poſſint, ſi in provincia deliquerint: ſed æquè, ut alii, intra provinciam publicis legibus ſubjugari debeant. Etſi igitur reatus omnem excludit honorem, videlicet quoad fori competentiam & pœnam: non tamen ita excludit honorem, ut cum excuſentur Clariſſimi, ſtatim quæſtioni ſubjiciendi ſint: quoniam hæc duo ſimul ſtare poſſunt, ut Clariſſimi viri pœnis ſubjiciantur; iis tamen in tortura parcatur. Cæterum prædictum privilegium adeo firmum eſt, ut illud nulla planè conſuetudo tollere & labefactare poſſit per textum ſatis apertum in *l. omnes Judices. 33. C. d. decurion. libr. 10.* ubi omnes Judices abſtinere jubentur a temerariæ uſurpationis conſuetudine cruciatibus ſubdendi ſive torquendi Decuriones, adeoque viros in dignitate conſtitutos. Neque huic traditioni obſtat, quod conſuetudo contraria legem omnem tollere valeat, *l. de quibus. 32. in fin. ff. d. ll.* Nam conſuetudo contraria tollit legem, ſi hi, ad quos lex pertinet, contrariam conſuetudinem admittant. Cum ergo privilegium de non torquendis Doctoribus, & aliis, qui dignitatem aliquam obtinent, ad ipſos tantum pertineat, iis profectò invitis ſolus populus, qui legis ferendæ poteſtatem non habet, tollere hoc privilegium per contrariam conſuetudinem haud poterit. Similiter nihil reſiſtit, quod experientia teſtetur, hoc de non torquendis Doctoribus privilegium in multis regionibus abolitum & ſublatum eſſe per notata Tiraquelli in *tract. d. pœn. temperand. aut remittend. cauſ. 31. num. 16.* Etenim non quid fiat, ſed quid fieri debeat, conſiderandum eſt, *l. ſed licet. 12. ff. d. off. Præſ. c. cum cauſam. 17. verſ. quia igitur. X. d. elect. & elect. poteſt.* Ex Bocero Harpprechtus *d. num. 32.*

crimin. conv. in cujus fine Imperator Conſtantinus diſertè reſcripſit, reatum omnem honorem excludere.

QUÆSTIONI etiam ſubjicitur is, de cujus crimine conſtat, modò ſubjectus illud non fuerit confeſſus, quia de reatu proprio quilibet confiteri debet, *c. 1. X. d. confeſſ.*

Vera eſt aſſertio juris Civilis, Nam quæſtio tantùm inventa eſt in ſubſidium, defectu plenæ probationis, ut ubi eſt plena probatio, non opus ſit ſubſidio quæſtionis, ne hæc adhiberi videatur loco pœnæ contra reſcriptum Divi Adriani, quod dicit, quæſtionis habendæ causâ neminem eſſe damnandum, *l. 21. ff. d. quæſt.* & multis authoritatibus conſtat, non aliàs ad quæſtionem eſſe deveniendum, quam ſi veritas inveniri non poſſit, *l. 8. 9. ?. & l. 12. C. d. tit. d. quæſt.* Atque hanc ſententiam communem eſſe tradit Jul. Clarus *quæſt. 64. n. 5. §. ult.* Nititur & iſtâ ratione, quia ſi poſt convictum le-

Si aliter de crimine conſtet, quæſtione nil opus eſt, cum habito fine ceſſent media, & fruſtra requiratur certificatio rei jam certæ. Quo fit, ut non opus ſit torqueri eum, qui convictus eſt de crimine ſaltem de jure, quod patet ex *l. 16. C. d. pœn.* quæ alterutrum deſiderat, vel ut reus cri-

gitimè

gitimè reum Judex quæſtionem decerneret, videretur conſtituere probationes factas non eſſe ſufficientes. ſic reo perdurante in tormentis, & conſtantiſſime crimen negante abſolutionis ſententia non videatur pronunciandа, quaſi enervatis per ejus conſtantiam probationibus, Gomezius 3. *var. reſol. c.*13. *num.*20. Non obſt. *c.*1. *X. d.confeſſ.* in quo non aſſeritur confeſſionem de reatu proprio eſſe neceſſariam, vel in caſu, quo de crimine conſtat, non eſſe neceſſariam; ſed de reatu proprio confitentis periculoſam confeſſionem non adversùs quemlibet eſſe admittendam. Conſuetudo tamen penè ubique recepta ſolet convictum de crimine negantem ſubjicere quæſtioni, ad pleniſſimam probationem, ut ipſe ſuo ore confiteatur crimen, & excludatur à remedio appellationis, Imbertus *libr.* 3. *Inſt. forenſ. c.*1?. Farinac. in *prax. crimin. libr.* 1. *q.*40. Covarruv. *pract. quæſt. c.* 23. *num.* ?. Pereзius ad *hunc t. tit. num.* 3. Vid. Carpzovium in *pract. crim. part.* 3. *q.* 12. *num.* 17. & *ſeqq.*

men ſit confeſſus, vel legitimè convictus: alterum igitur ſufficiet ex natura alternativæ.

QUÆSTIONI quis ſubjicitur in cauſa civili, Abbas in *c. cum in contemplatione. X. d. R. J.*

Tractat hanc quæſtionem Cardin. Tuſchus *lit. T. concl.* 330. ubi vult torqueri poſſe doloſum negantem conſignationem bonorum & reſtitutionem, & non poſſe deferri juramentum in litem prout Hebræo, Jo. d. Imol. *cont.* 2. *per totum.* Vid. pleniſſime Farinacium *quæſt.* 42. qui facit regulam, quòd in cauſa civili non poſſit torqueri liber homo, *num.* 26. *ver. tertius eſt caſus.* & ponit ſeptem limitationes ad regulam, in quibus poteſt torqueri. 1. in vili & abjecto. 2. ubi tractatur de crimine, prout de falſo, licet agatur civiliter. 3. quando civilis haberet crimen annexum. 4. in mercatoribus fallitis. 5. in cauſa uſurarum. 6. in cauſa rerum aſportatarum, quæ ſpectant ad fiſcum. 7. quando fiſcus fecit gratiam de parte ſua, pars agens pro ſuo intereſſe poteſt obtinere, quòd reus torqueatur, ſicut poterat cum fiſco.

In criminibus eruendis quæſtio adhiberi ſolet, *l.* 1. *in princ. ff. d. quæſtion.* Neque enim quæſtiones ſemper in omni cauſa deſiderari debent, ſed cum capitalia & atrociora maleficia non aliter explorari & inveſtigari poſſint, quàm per ſervorum quæſtiones; efficaciſſimas eas eſſe ad inquirendá veritatem exiſtimat & habendas cenſet Paulus in *l.* 8. *ff. d. tit.*

QUÆSTIONI ſubjectus non præcedentibus legitimis indiciis, ſi confiteatur crimen, hæc confeſſio ſatis eſt ad condemnationem, per text. in *c.* 1. *d. accuſ. in* 6. qui clarè decidit eum, qui in ſe confeſſus fuit crimen in judicio inquiſitionis, puniri debere, etiamſi de hujuſmodi crimine non eſſet diffamatus. Cum

De veritate ſententiæ juris Civilis Merenda in *d. lo. num.* 2. vehementer dubitat, quia hujuſmodi textus aliũ ſenſum habet, ut admonuit in *cap. anteced. num.* 5. & 6. dum enim dicunt Dd. illa verba, *pro exploratis facinoribus haberi non oportere*, ſignificare confeſſionem non ſufficere ad probandum reum, qui in ſe confeſſus fuit, eſſe autorem criminis, niſi indicia aliqua præceſ-

Si Judex torqueri reum juſſerit non præcedentibus legitimis indiciis, isq; faſſus fuerit ſe reum eſſe criminis, non poſſe tamen ex hac confeſſione condemnari, docet gloſſ. in *l. pen. ff. d. quæſtion.* cujus ſententiæ fundamentum conſiſtit in *l.* 1. *§. Divus Severus. ff. eod.* ubi confeſſiones reorum pro exploratis facinoribus

enim

Digitized by Google

enim non poſſit ſecundùm juris Canonici præcepta inquiſitio fieri contra aliquem de crimine, niſi diffamatus de eo fuerit, etiamſi contra eum adſint teſtes de viſu, ut in *cap. accuſationis.* 21. §. 1 & *c. qualiter & quando.* 24. *d. accuſat.* patet confeſſionem tantam vim habere, ut ſufficiat ad condemnandum reum, etiamſi inquiſitio de delicto facta fuerit contra id, quod ſacri Canones præcipiunt. Satis ergo eſſe debet confeſſio inter tormenta facta, etiamſi ad torturam devenerit Judex non præcedentibus legitimis indiciis. Ant. Merenda *controv. Jur. libr.* 5. *c.* 9. *num.* 7.

ſerint, manifeſtè vim eorū offendunt: aliud enim eſt confeſſionem probare reum eſſe authorem criminis, aliud per eam conſtare de corpore delicti, & hanc differentiam Dd. noſtri agnoſcunt: unanimi enim conſenſu docent, confeſſionem rei, quæ ad probandum authorem delicti ſufficit, non eſſe ſatis, ut conſtare dicatur de corpore delicti. Pergit idem *num.* 1. & 4. Non poſſe autem textum eo modo intelligi, ac Dd. faciunt, ex eo liquet, quòd ſi ſenſum prædictum admittimus, erit idem dicendum in confeſſione ſpontanea, ut ſcilicet nec ipſa ſatis ſit ad condemnandum reum, niſi legitima indicia contra eum præceſſerint, quod tamen receptæ opinioni adverſatur, de qua Farinac. *quæſt.* 81. *num.* 4. nam textus abſque ulla diſtinctione loquitur, neque enim JurisConſultus, qui rem ex profeſſo tractat, ſic loquutus fuiſſet, ſi de confeſſione metu tormentorum factâ ſolùm tractaret; quis enim hoc divinare potuiſſet, cum nullum ex ejus verbis indicium hujus rei elici poſſit? Quod enim dicunt adverſarii JC. eo loci tractare de quæſtione reis inferenda, non nocet duplici ex cauſa. Primò quia in eadem lege tractat etiam de confeſſione extra quæſtionem facta, ut in §. *ſi quis ultro.* Secundò quia verba, de quibus agimus, non veniunt continuatè ad ſermonem de quæſtione reorum à JC. in ſuperioribus verbis factum, ut ex contextùs lectione liquet. Et in *num.* 8. 9. Nec dicatur in *d. c.* 1. agi de confeſſione ſponte facta, cujus major vis eſt, quàm ſit ejus, quam dolor expreſſit, quoniam reſpondeo inter confeſſionem factam in tormentis, & eam, quam reus fecit ſponte, nullam eſſe differentiam, cum nihil eſt, quod faciat ſuſpicari Judicem dolore tormentorum reum coactum fuiſſe ad confitendum ſe crimen patraviſſe, a quo eſt immunis, quia hujusmodi confeſſioni nihil aliud opponi poteſt, quàm quod aliqui impatientiâ dolorum falſa confingant crimina, juxta *l.* 1. §. *in cauſa tributorum. verſ. alii tanta. ff. d. quæſt.* & ideo in caſu noſtro non debet hujusmodi differentia allegari, quoniam ſupponimus adverſùs rei confeſſionem nihil eſſe, quod poſſit perſuadere Judici quaſtioni fidem non eſſe habendam, quia ſi ſecus eſſet, aliunde defectus confeſſionis orietur. 2. reſpondeo eo jure nos uti, ut confeſſio in tormentis facta non ſit ſatis ad damnandum reum, niſi fuerit ab eo extra tormenta ratificata, & ideo idem factum eſſe in caſu noſtro ſupponendum eſt. Ergo non rectè allegatur confeſſionem metu tormentorum factam fuiſſe, quia Dd. noſtri communiter docent, legem conſtituentem differentiam inter confeſſionem metu tormentorū factam, & ſpontaneam, non habere locum in confeſſione ratificata. Hæc equidem plauſibiliter Merenda, ſed everterent aſſertionem, de qua differentia, in qua *Quæſtio cum ſit res gravis &c.* Nullam quæſtionem poſſe habere locum, niſi legitima indicia præceſſerint. 2. procedit Merenda à confeſſione ſpontanea, in qua voluntas confitentis ſatis eſt idonea, ad confeſſionem, ſuper qua religio cognoſcentis magis inſtrui debet. 3. diſtinguit inter confeſſionem in tormentis & metu tormentorum factam: ſi non deberet ſubeſſe metus tormentorum, illorum adhibitio & omiſſio ex æquo procederent. 4. Supponit, quod ſupponi poteſt, adverſus rei confeſſionem

haberi non oportet, ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat.

ſionem nihil eſſe, quod poſſit perſuadere Judici quæſtioni fidem non eſſe habendam. 5. ſi confeſſio non præcedentibus legitimis indiciis facta ſatis eſt, quare requiritur eam eſſe ratificatam. Ipſe Merenda ſi acquieſceret ſuæ opinioni, nec ſuſpenſus maneret, in *num.*10. non ſubjiceret aliam controverſiam, Retentâ receptâ opinione videamus, an ei locus ſit, cum deinde indicia ſupervenerunt?

QUÆSTIONI ſubjectus quod fatetur, ſemper eſt verum, *c. nec artificioſo. 22. quæſt.* 2. in quo nec artificioſo mendacio, nec ſimplici verbo oportet quenquam decipere: quia quomodolibet mentitur quis, occidit animam.

Quæſtioni fidem non ſemper, nec tamen nunquam habendam conſtitutionibus declaratur. Etenim res eſt fragilis & periculoſa, & quę veritatem fallat; nam plerique patientiâ ſive duritiâ tormentorum ita tormenta contemnunt, ut exprimi eis veritas nullo modo poſſit: alii tantâ ſunt impatientiâ, ut quęvis mentiri quàm pati tormenta velint, *l.* 1. *§.* 23. *ff. d. quæſt.*

Nec jure Canonico, quod fatemur, ſemper eſt verum. Vid. differentiam, in qua *Loqui quis poteſt id &c.* & differentiam, in qua *Simulatio eſt licita.* Non ob *d. c. nec artificioſo,* qui non excludit hominis mentientis culpam, ſed culpæ addit pœnam: alioqui idem è jure Civili probari poſſet, quęſtioni ſubjectum ſemper fateri, quod eſt verum, quia in eo neminem arbitramur Divini timoris immemorem, ut ſaluti propriæ ullum commodum anteponat, *l. ult. C. ad L. Jul. repetund.* Quæ ſint argumenta eorum, qui continuò vera putant eſſe, quæ rei in Torturis confeſſi ſunt in *cantion. crimin. dubio.*28. proponit Theologus Romanus. Reſpondet, ita paſſim inconcuſsè putantur eſſe vera, quæ in torturis rei contra ſe, & alios confeſſi ſunt, ut impoſſibile videatur ab ea apprehenſione unquam imperitum vulgus deducere: quod tamen non ita miror, uti miror, doctiſſimos Scriptores omnem penè molem doctrinæ ſuæ, quam de Sagarum negotiis orbi propoſuerunt, & orbis amplexus videtur, huic uni fundamento tam fallaci impoſuiſſe. Videamus igitur, quibus ferè argumentis moveantur & iis reſpondeamus.

Argumentum I. Grave peccatum eſt contra ſe in cauſa mortis mentiri, aut ſaltem contra proximum: non igitur credibile eſt, id reos eſſe facturos.

Reſp. Debile mihi ſemper hoc eorum argumentum eſt viſum: nam inprimis negant optimi Theologi mortale eſſe, ſi quis ad evitanda gravia tormenta ſibi ipſi falſum crimen imponat, propter quod morte plectendus ſit. Ratio; quia dominus ſuæ famæ eſt, nec mentitur perniciosè, cum non teneatur tantis tormentis, quæ ipſi ſunt morte graviora, vitam conſervare: unde nec poſtea tenetur revocare, cum non retractando nemini faciat injuriam. Vide Leſſium, & quos citat *lib.* 2. *de Juſt. & Jur. cap.* 11. *dub.* 7. *n.* 41

Deinde probabile etiam eſt quod habet Petrus Navarra, *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 251. Sylveſter in *ſumma verbo. detractio, q.* 3. Si quis magnâ vi tormentorum aliis falſum crimen imponat, non peccare mortaliter: ſaltem ubi ſpes eſſet poſtea revocandi. Ratio, nam ſola talis confeſſio inefficax eſt ad procedendum, ac per ſe non poteſt jure obeſſe denunciato, modò tamen poſtea non ratificetur, ſed potiùs, ut debet, retractetur de quo infra, *dub.* 30. *num.* 17. Denique verò, eſto ſit peccatum mortale mentiri contra ſe & alios, ac certò ſciat qui torquetur, fore ut ſi proximum falsò denunciet, is ex hoc præcisè condemnetur, nec futurum ut unquam mendacium ſuum efficaciter retractare poſſit; quid tum poſtea? an ideo quantumvis torqueatur non mentietur? concedam quidem quòd aliqui ſaltem omnibus primum viribus dolori ſe opponent, ne cum tanto peccato mentiantur, ſed tandem tamen dabunt manus, ac cum nominare complices aliquas cogentur, quas neſciunt, primum quidem, ut minùs noceant, nominabunt jam ante exuſtas,

Digitized by Google

aut diffamatas & captas, tum deinde ſi ulteriùs intendantur pœnæ, etiam alias quaſcunque graviſſimè potiùs peccare, quàm graviſſimè pati ſuſtinentes: nam ſcilicet tam homines nos reformidamus peccare, ut nullis adeò tormentis ad id adigi poſſimus? Mirari ſoleo cum hæc audio, & maximè ab iis, qui etiam nullâ coactione in quævis ſcelera ſponte ruunt. Itaque non modo credimus, ſed indies videmus & ſcimus, graviſſima paſſim ſcelera committi, rapinas, furta, falſa teſtimonia, latrocinia, homicidia, adulteria, oppreſſiones pauperum, vaſtationes provinciarum, & infinita ſimilia, etiam cum ad hæc nemo cogit: & credere non poſſumus, comminiſci quoque homicidas denunciationes, cum ſunt, qui ad eas cogant intolerabilibus tormentis? Debile igitur hoc argumentum eſt: Obiter verò hic annotare placet, quam lepidè hic conſequenter mentiri ſoleant, qui ſemel tormentis victi mentiri contra ſe cœpere: nam ubi deinde ab equuleo dimiſſi ſunt, quicquid voles affirmabunt, ne non ſibi conſtare videantur: ſi roges, cur non citiùs ſint faſſi, ut doloribus occurrerent? dicent neſcire ſe, id ſcire tamen quòd loqui nequiverint: ſi roges, an igitur dæmon eis linguam obſtrinxerit? dicent quòd obſtrinxerit, ſi, an cum viderint, aut aſtiterit, dicent quòd viderint, quòd aſtiterit, & ſimilia complura, quæ rogare libuerit: nam ſic mundus ſibi ludos quærit. Atque interim capitalium rerum vindices nugas has credunt, & mirè ſe confirmant. Ego verò ſimplicitatem hanc ridere ſoleo. Mira hic exempla narrari poſſent, niſi obſtinaſſem chartas non implere ſine fructu. Rationibus pugnare malo quàm narratiunculis.

Argumentum II. Ni vera habeantur, quæ in tortura dicta ſunt, jam omnia penè judicia vacillant.

Reſp. Eſto, vacillent, non ego hoc negare venio, ſed eſt ipſum id, quod metuo quodque D. Auguſtinus, tanto ingenio ac conſideratione vir ante citatis ait, *verbis eſſe plangendum rigandumque, ſi fieri poſſet, fontibus lachrymarum.* Neq; enim de nihilo eſt, quòd non fontem aliquem unum, ſed fontes poſtulet lachrymarum: ut quid obſecro his tantis undis eſt opus, ſi judicia ſibi conſtant, & reorum confeſſiones? Itaque quod vir tantus lachrymarum fontibus proſequendum putabat, id nos ne apprehendimus quidem: excuſatiores futuri, ſi & raro & moderatè, & non futilibus ex cauſis in quoslibet indiſtinctè ſæviremus.

Argumentum III. Experientia convincit, quæ in tortura dicuntur, eſſe vera, quia congruunt circumſtantiæ: ut V. G. dicit Sempronia in tormentis ſe ante tres menſes maleficio necaſſe vaccam Titii, item ante annos duos infantem Gracchi & ſimilia: examinant igitur Judices & deprehendunt verè ante tres menſes vaccam Titii corruiſſe, verè etiam ante biennium infantem Gracchi contabuiſſe, &c. quid hic clarius, quàm ipſiſſimam veritatem in tormentis eſſe dictam? ſic autem plerumque contingit; vera igitur ſunt, quæ in tortura dicuntur. Ita vulgus, imò non vulgus, ſed ipſimet adeò multi periti Judices, Inquiſitores, Conſiliarii Principum, quos ſæpe audivi, & attonitus hæſi, cum non ludicrè & diſputandi causâ, ut primùm ego ſuſpicabar, ſed ſeriò & ex animi ſententia planè inde ſe convincerent tanquam infallibili probatione, confeſſionem Semproniæ neceſſariò eſſe veram debuiſſe. Sed

Reſp. Ingens inadvertentia eſt, putare hinc id firmiter probari & ſibi ſatisfacere: nam ecce ſic res habet: non ignorabat Sempronia, quod toti pago, atque etiam pueris conſtabat, illo atque illo tempore eam vaccam eſſe mortuam, eum puerum contabuiſſe, ac ſimilia quædam, quæ in pago contigerant: cum igitur urgeret dolor ad aliqua maleficia edicenda, tum ea quæ jam ante ſciebat eſſe facta, a ſe eſſe facta dicebat: Quid hic eſt miri? Prudentiſſimè quidem Conſtitutio Criminalis Carolina *Articulo 60.* notat, tum credendum eſſe quæſtionibus, ſi ea dicantur, *quæ nemo innocens dicere, ac ſcire potuerit*; ſed obſecro an hæc nemo innocens ſcire potuit, quæ omnibus in pago nota erant? Similiter dicendum, cum ſimpliciores quidam, omnino reas eſſe quasdam arguunt, qui narraverint & ſciverint ea omnia, quæ in conventibus Sagarum fiunt: nam quis hodie ea non ad nauſeam audivit? an non omnium plectendarum confeſſiones publicè ad bancum Juris legi ſolent? ut mirer Judiciales quoque perſonas ex his inter-

dum

Digitized by Google

dum argumentari. Quare repeto argumentum meum inſolubile, quod ſæpe ſoleo: ſi tam inopis Judicii homines & tam parum perſpicaces Judiciis publicis, & Principum Conſiliis præſunt, quis abſolvat nos prudentiſſimo metu, ne parum ſanè innocentibus conſultum ſit, ubi ad talium arbitrium res gerentur? Et quid fiet, ſi imperitiæ ſe comitem jungat impetus, & affectus? Quo ſane multos non carere ipſe deprehendes, ſi lubeat: nam ubi paululum modò hæc eis propoſueris, & quæ afferre ſolent, refutaveris, notabis eos excandeſcere; ut mihi referunt, qui experimentum ſæpius ſumpſerunt. Itaq; & refutari vident ſua, nec poſſe ſubſiſtere; & nihilo minus procedunt tamen.

Argumentum IV. At ſaltem ſi Sempronia accuſet Gracchum, quod eum V. G. viderit in ſaltu tali loco & tali die cum tali perſona & tali veſtitu, &c. vel quòd ab eo didicerit tali loco, tempore, &c. tum deinde poſtea captus Gracchus eaſdem omnes circumſtantias de ſe dicat, quas dixit alter; quis manibus non tenet tunc, & comprehenſam veritatem habet?

Reſp. Sanè quidem: ſed obſecro, ubi id contigit? ubi tandem? cupio enim ſcire. Diligenter inveſtigo hactenus ſicubi exemplum reperiam, nec invenio. Sciant Principes imponi ſibi ab Officialibus, dum hujuſmodi crepant, quæ falſiſſima ſunt, aut ut mitiùs loquar, novæ ſunt loquendi phraſes. Quod ſi quando in eorum protocollis ſimilia continerentur: ſciant id eveniſſe, his ſequentibus modis:

1. Suggeſtione Quæſitoris, de quo dixi *ſupra dub.* 20. qui juxta confeſſionem denunciantis denunciatum, dum torquetur, in eadem illa puncta, & circumſtantias, ſi non caſu incidat, quaſi manu tunc (ut ita loquar) & intento digito ſciſcitando ducit: nam hanc per me & alios ad id clam deſtinatos obſervavi artem eſſe doli, & caput artis.

2. Quòd ſi Quæſitor nil tale ſuggeſſit; ſuggeſſit ante lictor, prout idem ibidem dixi *dub.* 20. *rat.* 11. Unde repetat Lector, & ſciat me, quæ dico, juratis teſtibus probare poſſe ita geri. Quod autem de lictore dixi, idem dicendum de cuſtodibus carcerum, qui item captivis omnibus narrant, quæ alii faſſi ſint.

3. Si nec lictores nec cuſtodes carcerum ſuggeſſerunt, tum ita factum eſt: emanavit à perſonis judicialibus, quid Sempronia contra Gracchum effata ſit, & ad Gracchum id relatum eſt. Jam enim & mihi his diebus à non uno narrantur, quæ hi & iſti rei confeſſi ſint, quas denunciarint; ſed & ipſæ denunciatæ, cum hæc de ſe audiunt, à me conſilium petunt, an ſubſiſtant, an fugiant? quid mirum igitur, ſi deinde captæ norunt, in quibus accuſatæ ſint?

4. Lepidum nuper accidit, ut in pago quodam aliqui torquerentur in domuncula quadam, ubi foris ad rimas pueri adjacerent, atque omnia audirent: quis tum ignoravit quid de ſe, atque aliis torti denunciarint? quæ puncta, atque circumſtantias adjecerint? Imo in multis locis fit idem.

5. Sunt & alii modi, per quos fit, ut cum accuſantibus accuſatæ in nonnullis aliquando rebus congruant, quos ipſæ norunt dicere, & in particulari non poſſunt omnes hic adduci. Satis eſt hæc fieri, quæ dixi; utinam ea principes curent intelligere: qui id ſaltem hinc ſat diſcunt, quid factum eſſe cogitare debeant, cum inquiſitores clamant denunciatas in eadem puncta & circumſtantias, in quibus accuſatæ erant, incidiſſe; nam vel falſum eſt, vel iis modis, quos dixi, factum eſt.

Pro concluſione obiter infero, quod nuper accidit: Excurrit ad me mulier honeſta ex pago ſuo conſilii capiendi & generaliter confitendi causâ: ait ſe denunciatam aliquoties, hæc & iſta de ſe dicta eſſe: fugere ſe nolle, ſed redire; quod & ego ſuaſi, quia exiſtimabam jure capi non poſſe: præcipuè autem angebatur, ne ſi caperetur, tormentis victa mentiendo ſe damnaret: dixi ego; non peccare mortaliter qui ita contra ſe mentiretur: rediit igitur in pagum ſuum ſequenti die, & mox capitur, torquetur, dolori cedit, optimeque ad mortem parata moritur. Ait deinde Inquiſitor Sacerdoti, qui eam eduxerat, viro docto & religioſo, quique penitùs innocentem ex indiciis oſtendebat, eam adhuc non fuiſſe condemnandam, niſi id unum punctum acceſſiſſet, quod ad me ad duas, aut

tres Leucas excurriſſet; nam hanc ille planè fugam fuiſſe contendebat, ac proinde graviſſimum indicium indicium culpæ: nec ad me ſcilicet mitti poterat, ut, an ita eſſet, intelligeretur, Ecce qui proceſſus!

Hæc ex mente Theologi Romani, quem juvat exemplum, quod habet idem in *appendice*. Arſit olim Urbs Roma ſub Nerone Imperatore: caſu id factum ſit, ſeu Principis ejus juſſu, dubium eſt; lege Scriptores, Tacitum, Suetonium, Dionem, Sulpitium, Baronium, & alios. Conſtantiſſimus certè rumor Principem in culpam vocavit, ſed hanc ille mox tranſtulit in Chriſtianos: quos quia tunc vulgi fama ut ſceleratos & ad quidvis projectos differebat, corripi primum quoſdam juſſit & torqueri. Hi igitur tormentis victi de ſe faſſi ſunt, tum & alios indicarunt ſeu denunciarunt: ita ut ex horum denunciationibus & tormentis ingens ſubitò multitudo convicta ſit, non ſolum incendii ejus rea fuiſſe, ſed & multò ampliùs odii in humanum genus. Quare deinde ut incendiarii & variâ morte plexi ſunt; atq; alii quidem ferarum humani maximè generis inimicarum tergis contecti laniatu canum diſcerpti ſunt, alii affixi crucibus, alii exuſti; atque ubi defeciſſet dies, in uſum nocturni luminis cremati: cum ſcilicet infixi palis & diſpoſiti per amphitheatrum, tum pice ac reſinâ circumfuſi & obligati, ac ſic accenſi inſtar tædarum exarſerunt. Quò alluſit Juvenalis, cum ait Sat. I.

Pone Tigillinum; tæda lucebis in illa.
Quâ ſtantes ardent, qui fixo gutture fumant.

Cornelii Taciti, fidi Scriptoris, de re tota verba luculenta ſunt *Annalium lib.* 15. cum ſic ait: *Ergo*, inquit, *abolendo rumori Nero ſubdidit reos, & quæſitiſſimis pœnis affecit, quos per flagitia inviſos vulgus Chriſtianos appellabat, &c. Igitur primò correpti qui* FATEBANTUR. *Deinde* INDICIO *eorum* MULTITUDO INGENS *haud perinde in crimine incendii, quàm odio humani generis* CONVICTI. *Et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi, atque ubi defeciſſet dies, in uſum nocturni luminis urerentur.*

Alia adhuc ſunt exempla eorum, qui injuſtè torti dolori cedentes delicta, quæ non patraverant, de ſe confeſſi, ultimo ſupplicio affecti, poſtea autem innocentes ſunt reperti, quæ plurima poſt obſervationes ſuas criminales coacervat Juſtus Oldekop: aliqua annotare lubet.

Primum ſit ex Gilhauſen *c. 6. part. 7. d. quæſt. & tortur. p.* 419. In civitate N. ſuperioris Germaniæ cum duo adoleſcentes mechanicam artem exercentes peregre proficiſcerentur, redit unus brevi domum cum alterius veſtitu invicem permutato. Parentes & cognati abſentis ſtatim ex veſtimentorum mutatione filium à redeunte interfectum colligentes illum apud ejus loci Judicem homicidii accuſant: Hic ſtatim accuſatum abſque ulteriori inquiſitione in carcerem conjicit. Et cum factum accuſatus conſtanter negaret, torturæ ſubjicitur, ubi præ nimio cruciatu ſocium ſe interfeciſſe, veſtimenta ejus abſtuliſſe fatebatur. Quare tandem condemnatus rotæ imponitur, ubi vitam cum morte piè commutavit. Præteritis aliquot diebus ſocius itineris ſalvus & incolumis reverſus eſt. In hujus rei perpetuam memoriam & iniquiſſimæ condemnationis ſignum ibidem in templo effigies hominis rotæ impoſiti ſaxo inciſa eſt, quam ſæpius conſpexi, cum eò loci ſtudiorum gratiâ commorarer, & relatum mihi eſt magiſtratui in illa civitate facultatem tum cognoſcendi, tum definiendi planè in cauſis criminalibus ademptam eſſe, neque licere ei abſque decreto Facultatis Juridicæ quenquam condemnare, ſed actis tranſmiſſis conſilum apud Facultatem petere illum teneri.

Secundum exemplum eſt in muliere, quæ à marito adulterii cum adoleſcente accuſata, dum torqueretur, conſtanter ſemper crimen negavit. Juvenis autem eam adulteraſſe dicebat tormentorum impatiens, quod non patrarat, patraſſe ſe faſſus eſt, atque ob eam rem ambobus à Conſule, in quo rigoris plus quàm juſtitiæ erat, morte damnatis, prodigio veritas detecta eſt. Juvenis enim mendax gladio percuſſus caput ſemel ictus amiſit: Septies autem cum fœmina gladio percuſſa, non cæſim ſolùm, verùm etiam jugulo punctim

ſtim petito, ferrum retro ab ejus carne, veluti à ſilice ſemper reſiliit, præterquam in extremo ictu; ſervandæ enim illius animæ gratiâ percuſſa pro mortua, ut ſepeliretur, elata fuit: atque tunc viva inventa curato vulnere, cum demum judicio abſoluta eſſet, verum inventum eſt.

Tertium exemplum eſt in ſceleratiſſimo latrone, qui de ſceleris ſui ſociis interrogatus, ſutorem quendam, virum innocentiſſimum, ſocium atque conſcium indicat, quem confeſſum tandem ante oculos latronis hujus Judices ſupplicio tollunt. Quo peracto in cachinnos ſolutus latro altâ voce exclamat, annon pulcrè tibi, prout juraveram, hoc ipſum rependi? Attoniti rem hanc audivere Judices, quibus interrogantibus quid hoc rei eſſet. Reſpondit ſceleratiſſimus ille, ſe aliquando miſero huic ſutori, quòd par calceorum ſibi negaſſet, peſſima quæque minatum, ac ſe nunc illius injuriæ vindictam ſatis perfeciſſe. His auditis Judices iſtos temeritatis ſuæ ilico puduit, qui demandatâ honeſtiori cadaveris ſepulturâ pecuniolæ alicujus annuo ſubſidio uxoris liberorumque calamitatem ſolari voluerunt.

Quartum exemplum eſt in miniſtris & ſatellitibus juſtitiæ, qui noctu inciderunt in cadaver adhuc calidum, tunc enim fuerat homo occiſus, cultro in vulnere relicto, ibique invento piſtore, qui de more ibat ad excitandum vicinos, ut panem facerent, eum retinuerunt: Qui cum caſu infelici vaginam vacuam ad cingulum haberet pendentem, cui optimè culter reſpondebat: Ex his indiciis acriùs, quàm par erat, tortus, doloris impatiens, delictum, quod non patrarat, confeſſus innocens capite punitus fuit.

Quintum exemplum eſt apud Q. Curtium *libr.6.* Erat Craterus Regi Alexandro charus in paucis & Philotæ, equitatûs præfecto, qui tunc apud Regem conjurationis ſuſpectus erat ob æmulationem dignitatis: adversùs hunc opprimendi occaſionem Craterus non aliam ſibi aptiorem fore, quàm ex hac Regis de Philota ſuſpicione, ratus, odio ſuo præferens pietatis ſpeciem, Regem ad Philotæ mortem incitat, perſuadetque Regi, nunquam eum, niſi interempto Philotâ, de ſalute ſua ſecurum eſſe poſſe. Ut autem ſuſpecti ſceleris reum convictumque apud Regem Philotam redderet, quantum à Cratero allaboratum eſt, ut exquiſitiſſimis doloribus prolixâ & amplâ ſceleris extortâ confeſſione, ſcrupulus omnis Regi de innocentia Philotæ eximeretur. Ad primum tormentorum conſpectum ultro Philotas, quid ceſſatis, inquit, Regis inimicum interfectorem confitentem occidere? quid quæſtione opus eſt? Cogitavi, volui. Non autem hæc confeſſio Cratero ſufficere potuit, in tormentis Philotam confeſſa repetere voluit, ut tormentorum vi, quodcunque vellet, à Philota exprimeret; tantisque eum excruciavit doloribus, ut in eorum confeſſionem, quæ fortè nunquam à Philota cogitata erant, eum cogeret. Quâ ratione Craterus ſe ſine cujusquam invidia hoc ſuæ dignitatis ſe liberavit æmulo.

Sextum exemplum eſt apud Grevium Clivenſ. *libr.2.c.4.d.tortur.* Duſſeldorpii vir erat, qui defunctæ ſororis receptâ ad ſe filiâ educare eam ſtatuerat. Ad hoc pietatis officium pronior, quòd ſuſcitandam ſibi prolem ex conjugio præſenti deſperaret. Puellula hæc, quòd avunculo non ſatis morigera, iram ejus & caſtigationem jam ſæpius experta eſſet, fugam meditabatur, quam tandem hac occaſione capeſſere voluit. Avunculus cum uxore ſua ad mercatum annuum in vicum quendam, qui ad milliaria aliquot domicilio ſuo aberat, iturus puellam hanc itineris ſociam eſſe jubet. In ipſo itinere avunculus, neſcio, quo facto aut crimine neptis ſuæ offenſus verbera minitatur; & jam ad frondes pervolat virgam decerpturus in ipſa ſylva, quam tunc fortè tranſibant. Illa autem ex hac avunculi offenſione anxia; & jam pertæſa atque impatiens ſeverioris diſciplinæ non domum, non ad vicinas, aut quenquam eorum, qui avunculum noſſent, reverſa procul abit atque obſtinatè emanet. De fuga hac avunculus parum ſolicitus cum uxore pergit, ne quod temporis diſpendium ex perſecutione faceret; tum quod eam rectâ domum recurſuram ſibi perſuaſerat. Reverſus ex mercatu avunculus non repertâ domi nepte de ea inter vicinos inquirit. Reverſam illam aut ſibi viſam omnes negant. Narrat rem geſtam avunculus; ſuſpicari peſſima quæque incipiebant vicini, cædis avunculum tacitè arguere;

tandem latrocinium illi exprobrare; palam dicendo nullâ alterius fraude aut culpâ puellam deſiderari, quàm avunculi, qui ſemper erga eam durior in via nunc eam occiderit. Augebat ſuſpicionem, quæ ex morte neptis quantulacunque hæreditatis ſpes eſſet avunculo. Augeſcente paulatim ſuſpicione ad carcerem cum uxore avunculus rapitur, ni puellam exhibeat, latrocinii reum haberi eum denunciatur. Negat latrocinium, negat puellam profugam exhiberi poſſe, rem geſtam narrat, eadem dicente atque affirmante uxore. Non autem hoc modo ſatisfactum Judici: tormentis rei veritatem experiri placuit. Ad quæſtiones itaque deventum fuit, quibus tantâ virum immanitate excruciat, ut negati toties ſceleris reum facilè ſe profiteretur. Uxor non ita facilè tormentis victa in negatione perſtitit, perſtitiſſetque diutiùs, ni eam preces obteſtationesque mariti ab ea dejeciſſent, obteſtantis uxorem, ut confeſſa tantorum dolorum ſibi finem faceret; fruſtra illam pertinaci negatione & tot dolorum patientiâ ſibi ſpem vitæ aliquam facere. Utrisque tandem fictam culpam confeſſis ſupplicium decernitur, membrorum per rotam confractio. Poſt triſte hoc ſupplicium ex aliquot annorum intervallo vicini quidam Coloniam profecti in puellam hanc fortuitò incidunt, quæ tunc in urbe iſta, in foro, quod vetus dicitur, mercatori ancillabatur. Quâ vivâ repertâ magna omnium in Judicem ſuborta eſt indignatio: graves cognatorum de facto hoc iniquiſſimo querelæ, quæ ad Cameram Imperialem delatæ turpitudinem hanc toti mundo pandebant.

Septimum exemplum Noribergæ aliquando hoc modo eveniſſe narratur. In convivio quodam poſt longam & ſtrenuam compotationem convivarum aliquis jam feſſus & ſatur, ut uberiorem potum evitaret, poculum aureum, quod ab altero ſibi propinatum erat, in ſcamno, quod parieti fixum arculæ uſum etiam præbebat, clam reponit. Conviva iſte extraneus erat, qui relicto illic poculo Norìbergâ diſceſſit. Cum jam vaſa pretioſiora recolligeret materfamilias deſiderato hoc poculo, quod iſthic depoſitum erat, famulum domeſticum negligentiæ primùm & incuriæ, poſt fraudis eum furtique arguit, ac tandem eum ſcyphi hujus aliarumque rerum furto ablatarum apud magiſtratum accuſat. A magiſtratu ad quæſtiones damnatus eſt famulus, quibus victus imputati ſceleris culpam falsò confeſſus ſupplicium capitis luit immeritus. Omnibus de culpa ejus ſatis ſuperque ſecuris, usque dum ex aliquo temporis intervallo reverſus iſte conviva, intellecto triſti hoc ſupplicio innocentis, reperto iſthic loci poculo, quo eum ebrius repoſuerat, innocentiam miſeri hujus manifeſtavit.

Octavum exemplum eſt, Adoleſcens ex nocturno ſympoſio foras egreſſus, plus quàm ſatis potus, urgente crapulâ ſomnoque in plateam procedit altumque ſecurus ſtertit, ſomno profundo immerſus: interea ſcurræ aliquot & nocturni graſſatores in quendam combibonum involant, eumque poſt lites & aſpera verba impacto in jugulum mucrone trucidant. Scurræ hi jam patratâ cæde in loculos infeliciſſimi hujus juvenis madentem ſanguine cultrum & vaginâ reconditum clam reponunt, fugâ ſe ſubducentes, ad nocturnorum vigilum, quos tumultus eò vocabat, accurſum. Qui cum adveniſſent occiſo altero hunc dormitantem reperientes, cædisque eum præſentis vel conſcium vel authorem rati ad carcerem publicum rapiunt, ſcrutatisque ejus pro more veſtibus, repertoque in femoralibus mucrone ſanguine maculato commiſſæ cædis authorem eum arguunt, & tandem fruſtra allegantem rei totius ignorantiam, negantemque ſtrenuè factum, juvenem hunc ex vi indicii hujus Judices ad equuleum condemnant, longâ tormentorum vi fictam confeſſionem extorquentes. Quam quidem ille remiſſis tormentis revocat, ex doloris impatientia alieni ſceleris culpam ſe confeſſum aſſerens. Sed iteratis tormentis denuo in eandem confeſſionem impulſus capitis ſupplicium luit. In ipſo ſupplicii loco de innocentia ſua & ſententiæ contra ſe latæ iniquitate plurimùm proteſtatus. Innocentiæ autem ejus poſt mortem non defuere teſtimonia, quæ ipſos Judices imprudentiæ ſuæ manifeſto arguerent. Is enim, qui cædem hanc commiſerat, derivatâ jam dicto ſtratagemate in innoxium homicidii ſuſpicione, novi ſceleris in alio judicio extra urbem hanc accuſatus, ſuppliciumque convictus luiturus, jam imminente morte, & ſtimulante

conſcien-

conſcientiâ, ut fortè beatiùs moreretur, hoc abjecto per confeſſionem conſcientiæ ſuæ onere, apud Judices liberè & rotundè eſt profeſſus: ſe ſolum & unicum memoratæ cædis authorem fuiſſe, alterius illius, quem Judices illi innoxium de medio ſuſtulerant, nullam aut culpam aut conſcientiam interveniſſe. His exemplis ſubmittere lubet quæſtionem, quam movet in *pract. crim. part. 3. quæſt. 126. à num. 53.* Carpzovius, *Quando reus delictum, quod antea non modò in ipſa tortura, ſed & extra locum torturæ ad ratificandum ductus confeſſus erat, indicto capitalis ſententiæ executioni die, revocat atque inficiatur. Qui certè nil aliud quærit, quàm ut doloſè differat diem, impediatque executionis proceſſum.* Quod ſi Judex animadvertat, dolumque rei deprehendat, quin non obſtante ejus revocatione ſententiam capitalem executioni mandare queat, ambigendum non eſt; modò tamen priùs de confeſſione & ratificatione certò conſtet ex depoſitione Scabinorum jurata. Qua de re Sanctio Carolina extat in *Ord. Crimin. art. 91.* Wurde der beklagte auff dem ordenlichen Rechtstag der miſſethat leugnen/ die er doch vormals ordenlicher/ beſtändiger weiſe bekent/ der Richter auch auß ſolchem bekäntnuß in erfahrung allerhand vmbſtände ſo viel befunden hette/ daß ſolch leugnen von dem beklagten allein zu verhinderung des Rechtens wird fürgenommen/ ꝛc. So ſol der Richter die zween geordneten Schöppen/ ſo mit jhm ſolche verleſene vergicht vnd bekäntnuß gehört haben/ auff jhre eyde fragen/ Ob ſie die verleſene vergicht gehört haben/ vnd ſo ſie ja darzu ſagen/ ſo ſol der Richter in allwege bey den Rechtsverſtändigen/ oder ſonſten an orten vnd enden/ alß hernachmals angezeiget/ rhats pflegen/ ꝛc. Etſi enim Imperator nil certi decidat, atamen ipſius mentem haud aliam fuiſſe, quàm ut depoſitioni Scabinorum juratæ fides habenda, Reusque condemnandus ſit, haud obſcurè ex verbis *d. art. 91.* colligi poteſt. Etenim ſi aliter diceretur, depoſitio Scabinorum non modò fruſtranea & abſque effectu eſſet, ſed etiam haud pauca delicta impunita manerent? cum nemo non ultimo puniendus ſupplicio hocce effugium eſſet quæſiturus. Ac quò minus de confeſſione torti ejusque ratificatione in executione ſententiæ capitalis dubitandum ſit, adhibito Notario & teſtibus inſtrumentum ſolenne deſuper confici poteſt, cui poſtmodum fides publica eſt habenda. Hæcque cautela illa eſt, quam Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 183 num. 4.* tradit, Ut ſcl. exacto biduo vel triduo poſt torturam, doloribus ceſſantibus, convocatis Judice & Scabinis & adhibito Notario, prælegatur reo ducto extra carcerem altera ipſius confeſſio, & ſi eam ratificaverit, accepietur à publico Notario, & deſuper inſtrumentum conficiatur. Diſſentit Oldenkop in *tract. alt. ad proceſſ. crim. neceſſ. q. 5.* forſan ideo tantùm, ut luminibus Carpzovianis erraticum lumen opponat, eamque celebritatem, quam veneratur Orbis, periclitari velit. Reſpondemus paucis Oldenkop pro Carpzovio. 1. eſſe indignum Carolo incertam aſſignare deciſionem. 2. Certa eſt & hæc deciſio, quâ monuit Judices, ut in dubiis & obſcuris quæſtionibus peritiores conſulerent. 3. Conſulendi ſunt peritiores, non quòd executionis diem differre poſſint; ſed conſulendi ſunt ab imperitis, quos ſuper executionis die non differendo informent. 4. An indicia ſint remotiora, nunquam attenditur, quia ex iis tortura ſequi non poteſt. Vid. differentiam, in qua *Quæſtio ſive tortura non eſt &c.* Ita Caſparus Wilhelmus Stock in Stockenheim in *pract. crimin. c. 29.* Zum druten ſol man auch wiſſen/ daß nicht alle indicia zu peinlicher Frag/ einen darmit anzugreiffen/ genugſam ſeyn/ dieweil zu der Tortur nicht ehe ſol geſchritten werden/ man habe dann ſolche indicia vnd vermuthungen/ welche ſo ſtarck ſeyn zu verſtehen vnd darauß abzunemmen/ daß der gefangene dieſelben nicht verneinen kan. 5. Si quis biduo vel triduo poſt torturam doloribus ceſſantibus, convocatis Judice & Scabinis & adhibito Notario, extra carcerem crimen confiteatur, eamque confeſſionem ratam habeat, ea nec cenſetur de facto revocari, nec revocata attenditur. Hic quærunt, *An confeſſio delicti per tormenta elicita ſit ſatis ad condemnandum reum, ſi non fuerit extra tormenta ratificata?* Vid. Merendam *controv. Jur. libr. 5. c. 7. ad l. 1. §. ſi quis ultro. h. t. d. quæſtion.* Textûs hujus germanus eſt ſenſus, Confeſſionem rei, quòd delictum commiſerit, non

rit, non efficere, ut Judex exiſtimet verum eſſe, delictum fuiſſe commiſſum, niſi aliunde id conſtiterit, quod eſt illud, quod Dd dicere ſolent, oportere conſtare de corpore aliunde, quàm ex confeſſione rei: qui ſenſus cum verbis & rectæ rationi conveniat, nullamq; omnino patiatur difficultatem, omnino retineri debet. Vel hinc intelligimus Judicem, cum de veritate confeſſionis dubitat, debere ſæpius reum interrogare, cum autem nulla extat de falſitate confeſſionis ſuſpicio, hæc iterata interrogatio non eſt neceſſaria. Et hæc quoad 5. *num.* 6. Qui confitetur, tantâ conjecturâ & præſumptione oneratur, ut eum ſolus dies exſecutionis liberare nequeat. 7. Innocentes ultimo perire ſupplicio id non ſpectat diem exſecutionis, ſed torturam, quam dies exſecutionis ſequitur.

QUALITATES non poſſunt abeſſe citra Subjecti corruptionem. Unde & olim ſi à qualitate & forma actionis aliquis receſſiſſet in una ſyllaba, cadebat à toto, ut notat Innocentius in *c. Piſanis. ult. X. d. reſt. ſpol.*

Qualitates poſſunt abeſſe & adeſſe citra Subjecti corruptionem, *l. inter ſtipulantem. 83. §. ſacram. 5. ff. d. V. O.* Otto Tabor in *theſ. loc. comm. Juriſpr. ex axiom. Auguſt. Barboſæ libr. 15. c. 3. axiom. 7.*

Nulla eſt differentia. Nec obſtat *d. c. Piſanis.* quod non proponit formulam actionis, ſed modum reſtitutionis, juxta quem illa fieri debeat. 2. quid de formulis actionum ſit habendum, partim tradit differentia., in qua *Actio qualis intendatur &c.* partim jus Civile in *t. 1. C. d. formul. & impetr. act. ſubl.* cujus *l. 1.* vult Juris formulas aucupatione ſyllabarum inſidiantes cunctorum actibus radicitus debere amputari. In hoc tamen eſt differentia, quod jus Canonicum interdum confundat qualitatem cum eſſentia. Vid. differentiam, in qua *Uxorem ſi quis ducas &c.* ſecus eſt in jure Civili, quo licet pater legum ſit contemptor & impius, pater tamen eſt, *Nov. 12. c. 2.* cum tamen officium patriæ poteſtatis in pietate conſiſtat, *l. 5. ff. d. L. Pomp. d. parricid.* ita ut illa pietas quaſi ſit eſſentia. Hanc juris Canonici confuſionem canon 5. Concilii Braccharenſis ſecundi apud Gratianum *can. placuit cauſ. 1. q. 2.* confirmat, ubi unusquiſque Epiſcoporum meminerit, ut non dedicet Eccleſiam, niſi antea dotem Baſilicæ & obſequium ipſius per donationem chartulæ confirmatum accipiat. Nam non levis culpa eſt iſta temeritas, ſi ſine luminariis vel ſine ſubſtantiali ſuſtentatione eorum, qui ibidem ſervituri ſunt, tanq. domus privata conſecretur Eccleſia. Iſtæ quoq; fundationes & dotationes debent procedere ex bonis licitè acquiſitis, non per uſuram & rapinas; ſic enim Eccleſiæ diaboli forent, non Dei, ut hiſtoriolâ lepidâ comprobat Durandus *lib. 1. Ration. c. 6.* Imò Canoniſtæ eſſentiam faciunt, quòd omnino à re abeſſe deberet. Exemplo ſunt illa luminaria, de quibus modò. Eſt enim moris in Papatu, ut quondam apud Ethnicos, improbante Tertulliano *Apolog. c. 35.* lucernis diem infringere, & quod Lactantius inſaniæ accuſat *libr. 6. divin. Inſt. c. 2.* datori luminis candelarum ac cerarum lumen offerre pro munere. Hæc dedicationis & luminarium requiſita in *Pontificali Romano p. 2. f. 107. verſo & ſeqq.* ſcrupuloſè enarrantur cum hac præfatione; *Nemo Eccleſiam ædificet priusquam Pontificis (id eſt Epiſcopi) judicio locus & atrium deſignatur, & quid ad luminaria, quid ad Rectoris miniſtrorumque ſtipendia ſufficiat, quidque ad Eccleſiæ dotem pertineat, definiatur, & per eum, vel ejus authoritate per ſacerdotem crux in loco figatur, & lapis primarius in fundamento ponatur: pridie igitur lignea crux, ubi debet eſſe altare, figatur; ſequenti verò die lapis in Eccleſiæ fundatione ponendus, qui debet eſſe quadratus & angularis & benedici debet.* Vid. *can. Nemo Eccleſiam. diſt. 1. d. Conſecr.* Ritus autem benedictionis iſtius mimicus & ſuperſtitioſus partim ex Ethniciſmo, partim ex Judaiſmo deſumptus, tum ex Pontificali eodem, tum ex Rituali Romano repeti poteſt. Id ſaltem ex omnibus venit obiter notandum, quòd in primo illo lapide ponendo variæ precatiunculæ de ipſo fiant & variè aſpergatur aquâ luſtrali; ac nominatim hæc verba proferuntur ad Deum, poſtquam Epiſcopus *accepto cultro per ſingulas*

partes

partes ſcripſit in eo ſignum crucis, Benedic, Domine, creaturam iſtam lapidis, ut ſit remedium ſalutare generi humano &c. quamvis in *Rituali Romano* non proſtent hæc verba, quæ ſunt in *Pontificali* (*ut ſit remedium ſalutare generi humano*) an quòd eorum ipſam Romam poſtea puduerit, an vitio typothetarum, haud facilè dixerim. Cum aſpergitur aquâ luſtrali, dicit Epiſcopus, Aſperges me Domine hyſſopo & mundabor &c. Mareſius in *Lucchi Inſt. Jur. Can. libr.2.tit.12.*

QUARTA Trebellianica non deducitur ex fideicommiſſo univerſali ad pias cauſas, Panorm. in *c. Raynaldus. columν.6.d. teſtament.*

Deducitur ex fideicomiſſo univerſali ad pias cauſas, Tiraquellus *d. privileg. pia cauſ. priv.27.* ex Ludovico Romano, qui in ſuis ſingularibus hanc rem latiſſimè omnium diſputat.

Contrariæ equidem ſunt opiniones, ſed non eſt contrariũ jus. Quod enim de Falcidia aſſeritur, modò eam deduci ex ſingulis legatis ad pias cauſas: modò eam non deduci, idque & ex jure Civili & ex jure Canonico, idem in Quarta Trebellianica oſtendunt Commentatores. Imò eosdem authores ſibi eſſe contrarios oſtendit *d.loc.* Tiraquellus, ubi tandem concludit. Hic eſt alter Gordii nodus, cui ſolvendo non ſatis eſſet unius Alexandri gladius. Adeò enim latentes ſunt inexplicabilesque in eo receſſus, ut in utramvis partem te vertas, quid tibi definiendum ſit, neſcias. Sunt textus in utramque partem, ſunt & rationes propè infinitæ, quæ te facile poſſunt huc vel illuc impellere, ut non temerè Paulus Caſtrenſis ſuper hac re conſultus veritus ſuum judicium interponere, conſuluerit partibus controverſiam potiùs concordiâ quàm judicio finirent. Verùm ſententia, quam adſcribimus juri Canonico, communior eſt, &, ut fatentur adverſarii, conſuetudine obſervatur. Ideoque & illam ſequendam eſſe arbitramur. Nam ſi de interpretatione legis quæratur, inſpiciendum eſt, quo jure civitas in hujusmodi caſibus retro uſa ſit: optima eſt enim legum interpres conſuetudo, obtinetque vim legis in ambiguitatibus. *l. ſi de interpretatione. & l. nam Imperator. D.d.ll.*

QUERELA inofficioſi teſtamenti inſtitui poteſt poſt mortem patris civilem, *c. cum ſimus. X.d. Regularibus.* ubi filio permiſſum legitimam petere ex bonis patris ingreſſi monaſterium. Vid. Panormitanum in *c. in præſentia. num.59. X.d. probat.*

Demum poſt mortem patris naturalem, quia legitima non debetur niſi poſt eam mortem, *l.1. §. ſi impuberem. D. collat.* Bartol. in *auth. ſi qua mulier. num.22. C.d.SS. Eccleſ.*

Quæſtio eſt de morte patris civili: non de ea, quæ contingit per pœnam patris, quo caſu portio debita liberis eſt ſalva, *l.7. in pr. ff. d. bon. damn.* imò omnia bona videntur ſalva liberis per *Nov. d. mand. Princ. 17. §. oportet. 12.* ex hac ratione, ne puniantur, qui non deliquerunt; & per *Nov. Ut nulli Judicum. 134. §. fin.* excepto crimine læſæ Majeſtatis: ſed de illa, quæ contingit per profeſſionem Religionis, quâ in re diſſentientes ſunt authorum ſententiæ, ut videre eſt apud Vaſquium *Illuſtr. q.37. num.10.* Affirmant quidam continuò ab ingreſſu deberi ac peti poſſe, quòd profeſſio talis ſit quædam mors civilis, & inducat capitis diminutionem. Et videtur facere argumentum *l. ſancimus. 53. in fin.* & *l. Deo nobis. 56. in pr. verſ. nam & à maritis. C.d. Epiſc. & Cler.* ubi in caſu, quo alter conjugum ingreditur religionem, lucris nuptialibus, quæ tantùm poſt mortem debentur, continuò locus eſt. Contraria ſententia aliis placuit, & videtur probabilior, pro qua facit *l. ex parte. 121. §. pen. d. V.O.* & *l. cum pater. 77. §. hæreditatem. d. leg. 2.* ubi fideicommiſſi in caſum mortis conditio deportato gravato dicitur non exiſtere ante mortem naturalem. Facit etiam, quòd viventis nulla ſit hæreditas, *l. qui ſuperſtitis. d. acq. hæred.* Non obſt. *dd. ll. 53. & 56.* quia in ſingulari caſu ita diſpoſitum non eſt

extendendum ad caſus non expreſſos: præcipuè quando agitur de evitanda communi regula, quæ hac in parte eſt, quòd vivo patre nullum ſit jus filio ad hanc querelam, pro qua pronunciandum eſt. Non obſtat *d. can. cum ſimus*, cum in eo non aliud velit Pontifex, quàm filium poſſe petere legitimam ex bonis patris ingreſſi, non viventis, ſed demum mortui, ut patet ex verbis finalibus ejusdem capituli, *Bona paterna, quæ ex ſucceſſione provenium, poſtulare*: quæ verba indicant mortuum eſſe patrem, quia ſucceſſio non eſt, niſi defuncti. Hanc interpretationem adjuvat, quod, quando jus Canonicum non recedit expreſſè à jure Civili, ſit dicendum ei conſentire, *c. 1. X. d. N. O. N.* quod hac in parte non facit, nec ſubeſt cauſa, cur faciat. Et hoc ita, ſi monaſterium ſit adminiſtrationis bonorum capax, aliàs certum eſt continuò bona ingreſſi liberis competere: quamvis etiam priore caſu convenientius ſit monaſterio, adſignatâ portione liberis, a moleſtia alimenta iis præſtandi liberari. Non denique obſt. Panormitanus *d. loc.* ubi dicit, quod, ex quo pater abjecit curam liberorum, æquiſſimum ſit eos habere legitimam ſuam, ne ſit iis neceſſe legitimam mendicare à monaſterio. Reſpondeo, Non iis neceſſe eſt legitimam mendicare à monaſterio, quia permiſſum eſt patri ingreſſo retinere bona usque ad mortem, *d. auth. ſi qua mulier.* Deinde hoc ingreſſu bona non acquiri monaſterio inde patet, quod in *ead. auth.* permittatur patri religionem profeſſo portiones legitimas filiis aſſignare: quod minimè permitteretur, ſi bona illa a monaſterio patre vivente quoad legitimas filiorum portiones auferri non poſſent. Vid. Covarruviam *d. teſtam. c. 2. num. 12.*

QUERELA læſionis ultra dimidium proponitur duplici modo. Unus poteſt dici ordinarius: alter extraordinarius. Ordinarium appello, qui in proceſſu datis articulis probatorialibus per quoſcunque teſtes ab articulante productus fieri ſolet. Extraordinarium verò voco, qui per peritos æſtimatores evenire poteſt, ita tamen ut partes id aliter facere non poſſint, niſi annuente & conſentiente Judice: quia ubique jura permittunt ac injungunt Judicibus, ut ipſi cauſæ adhibeant, quos peritos & honeſtos in ea putaverint, *c. cauſam matrimonii. X. d. probation. ibi deputare cure-*

Eliguntur Æſtimatores à partibus litigantibus, Arius Pinell. *ad l. 2. C. d. reſcind. vend. part. 2. c. 4. n. 2* & tum demum, ſi partes diſcordent circa æſtimatores eligendos, vel ipſi eligere nolint, tunc Judex magis peritum & fide dignum ac non ſuſpectum, ſed omni exceptione majorem deſignabit, arg. *l. ſi plures. ff. d. accuſat.* Lud. Gilhauſen *arb. judic. Civ. cap. 6. part. 1. §. 237. num. 1.* Maſcard. *d. probat. vol. 2. concl. 653. num. 7. & 8.*

In hac differentia obſervanda ſunt. 1. *Quid ante æſtimationem Æſtimatores præſtent.* 2. *quot eſſe debeant.* 3. *quales.* 4. *An vera ſubſit differentia?* Quoad 1. juramentum præſtant ſe rectè æſtimaturos, *l. hac edictali. §. his illud. C. d. ſecund. nupt.* Gail. *libr. 2. obſ. 111. num. 17.* Mynſing. *cent. 6. obſ. 34. n. 11.* Franc. Cardin. Mantica *d. tacit. convent. libr. 4. tit. 20. num. 13.* niſi æſtimator eſſet perſona nobilis, quæ ex recepta ac communiſſima Germaniæ conſuetudine regulariter in hujuſmodi cauſis corporale juramentum non præſtat, ſed fidem ſuam nobilem (ben adelichen ehren vnd glauben) interponit: quæ fidei humanæ interpoſitio habetur loco juramenti, Mynſing. *cent. 1. obſ. 17.* Gail. *libr. 2. obſ. 19. n. 1.* eosque referens Joan. Franciſc. Balthaſar. *tract. reſol. Jur. Civ. & Bavar. libr. 2. tit. 7. reſol. 3. num. 5.* Quoad 2. ubi agitur de eligendis vel aſſumendis peritis Æſtimatoribus, communis eſt utriusque Juris Doctorum traditio, quod ſaltem ad minimum duo adhiberi debeant, ſi reperiri poſſint, *c. ſignificaſti. X. d. homicid.* niſi partes litigantes uno

ſit.

tis. Quæ verba non ad partes, ſed ad Judicem diriguntur.

ſolummodo contentæ forent, arg *l. Theopompus. ff. d. dote prælig. l. ſi irruptione. ff. fin. regund. ... quia judicare. X. d. præſcript.* Idem eſt in perito, quem, ut perfectæ fidei ac peritiæ virum, ſuis cauſis reſpublica vel civitas præfecerit: præterea ſi unus tantùm peritus æſtimator reperiri poſſet, nam ille ſufficeret, eique fides haberetur, *Nov. 7. c. 2. §. ſcire autem* Gail. *d. libr. 2. obſ. 111. num. 4.* niſi fortè res eſſet ardua & valde perplexa, aut de gravi ageretur præjudicio, tunc enim ex vicinis locis advocandos eſſe peritos volunt Panorm. in *c. propoſuiſti. num. 5. X. d. probat.* Mynſing *d. cent. 6. obſ. 34. n. 7.* Et ſecundum iſtam diſtinctionem intelligendum eſſe jus Bavaricum cenſet Joan. Franciſc. Balthalar. *d. loc. num. 6.* Etſi enim illud in plurali numero loquatur, durch unpartheyiſche Schätzleuth / qui numerus in duobus ad minimum verificari debet, *c. pluralis. d. R. J. in 6.* Si tamen gravitas cauſæ non requirat, cenſet idem etiam unum prudentem ſufficere. Sic enim ſtatutum etiam requirens conſenſum propinquorum verificatur in uno, ſi plures non extiterint, arg. *l. non eſt ſine liberis. ff. d. V. S.* Gail *d. libr. 2. obſ. 111. num. 5.* Quoad 3. debent hujuſmodi Æſtimatores, quod partim ex ſecundo obſervando patet, non ſolùm eſſe periti, verùm etiam ita informati, ut ſcire poſſint valorem ac pretium rei venditæ, quale id tempore contractûs fuerit, Alex. in *l. pretia rerum. num. 6. ff. ad L. Falcid.* Pinell ad *d. l. 2. part. 3. c. 4. num. 2.* Quoad 4. An vera ſubſit differentia? reſpondeo non poſſe eſſe differentiam in eo, quod juri Canonico & Civili eſt commune. Quod è *c. cauſam matrimonii. X. d. probat.* elicitur, eſt etiam juris Civilis. Sic JC. in *l. 1 §. 1. ff. d. ventr. inſpic.* ait, *quæ cum à te aſſumpta fuerint.* non dicit ab utraque parte, ſed à te ſcil. Judice, Mynſing. *d. cent. 6 obſ. 34. num. 4.* Deinde opponerentur, quæ tantùm ſunt ſubordinata. Ea quippe, quæ ſunt publici juris, ſunt duplicia. Etenim vel origine & actu ſunt publici juris, & omnino ex officio Judicis ejusque authoritate dimanant: alia origine & actu ſunt privati juris, & duntaxat conſenſum publicum ſeu confirmationem publicam deſiderant. Sic in *l. 32. §. ult. C. ad SC. Vell.* mulieris interceſſio origine & actu eſt privati juris, perperam tamen mulier in tali contractu pro alio ſe obligat, niſi inſtrumento publicè confecto, & à tribus teſtibus ſubſignato. Quo poſteriori ſenſu modus querelæ læſionis ultra dimidium extraordinarius proponi ac intelligi debet.

QUERELA non eſt actio, ſed eſt delatio vel vivâ voce, vel inſtrumento coram Pontifice facta, *c. gravis. 11. X. d. reſtit. ſpol. c. ex publico. 7. X. d. converſ. conjug.*

Si ſtatuenda eſt differentia, non illa, quâ jure Civili querela ſit actio, ſed quâ modò ſit actio, modò etiam delatio coram Judice ſuperiore facta. In *l. 17 ff. d. minor.* appellatio iniquitatis ſententiæ querelam continet. An autem querela jure Canonico ſit actio? ad id reſpondet differentia, in qua *Actio qualis intendatur &c.* An jure Civili? Si conſideremus querelæ originem, videtur quòd non. Proponebatur olim hæc querela coram Centumviris, qui præter alia & de hæreditatibus, quacunque ex cauſa peterentur, cognoſcebant, ut patet ex *l. 13. 17. ff. d. tit. d. inoff. teſtam.* Zœſius ad *eund. num. 2.* Sed enim non eſt abſurdum & coram Centumviris proponi & eſſe actionem, quia ubi deficit actio, ibi deficere debet adverſarius, contra quem litis conteſtatione agi nequeat. Simpliciùs circa actionem ut agamus, placet præ aliis Ludvvell ad *pr. I. d. inoff. teſtam. n. 1.* Querelam hanc inofficioſi dupliciter conſiderari, vel quatenus eſt modus infirmandi teſtamenta, quo ſenſu de ea ſub *d. tit.* agi præcedens titulus, *Quib. mod. teſt. infirm.* ſatis evincit: unde cum teſtamentum iniquitatis arguat & accuſet, non malè accuſatio dicitur, *l. 6. §. ult. l. 7. l. 27. in pr. & §. pen. ff. eod.* Vel quatenus per eam hæreditas ex

Querela eſt actio, *l. 12. in pr. l. 15. §. 1. l. 23. §. ult. ff. d. inoff. teſtam.* **Sic in** *l. 7. 8. 14. in pr. C. d. non num. pec.* **querela conſiſtit in condictione, quâ qui non accepit pecuniam, obligationem repetit.**

cauſa inofficioſi petitur, *l.8.§.8. l.2.in pr.d.l.27.§ pen.ff.d.tit.* quo reſpectu actio etiam propriè dicitur, adeoque inter actiones reales & quidem primo loco in *ſſis.* ponitur. Donell. 19.*comm.*3. Ant. Goveanus 1.*var. lect.*5. Adde Bachovium ad *d. pr. & ad Treutl. vol.*1 *D.*13. *th.*1 *lit.E.* & Vigl. Zuichem. ad *rubr. ejusd. tit. num.*6. *&* 7. Unde quoque eſt, quòd is, qui querelam moturus eſt, agnoſcere debet bonorum poſſeſſionem litis ordinandæ gratiâ, *d.l.6.§.ult. l.7. l.8.in pr.ff.h.t. l.2.C.eod.* Hoc enim non aliò pertinet, quam ut is, qui ex cauſâ inofficioſi querelam petit, heres eſſe videatur: quanquam in ſuis hæc poſſeſſio non eſt neceſſaria, *d l.7.* uti nec aditio, *l.*14 *d.ſuis & legit.* de quo conſule Vaſq. *libr.*3.*d.ſucceſſ. reſ.ad d.l.2.C.eod.* Vaud.2.*q.*24. Hinc clareſcit error Interpretum, cum quibus Sichardus in *rubr.C.d.tit.num.*3. exiſtimat querelam eſſe judicium præparatorium, quo aditus pateſiat ad judicium univerſale ſeu petitionem hæreditatis, ſicut actio ad exhibendum præparatoria eſt rei vindicationis, atq; ita duo eſſe judicia, quorũ alterum, ſcl. querela, præcedat; alterum, petitio hæreditatis, ſequatur, quod falſum eſt: nam ipſe titulus inofficioſi cauſa eſt, ex qua vindicatur hæreditas, *l.3.C.d petit.hæred.* Neq; duo hic judicia ſunt, ſed unum, quo & teſtamentum impugnatur, & ſimul petitur hæreditas; ſicut per actionem uſucapionis reſciſſoriam & uſucapio reſcindi petitur, & ſimul res vindicatur. Duo ſolùm argumenta refellam, quibus effici videtur querelam inofficioſi hæreditatis petitionem non eſſe. Primum tale eſt: Petitio hæreditatis datur ſolùm adversùs eum, qui cum hæres non ſit, pro hærede prove poſſeſſore poſſidet, nunquam adversùs hæredem, eumve, qui pro hærede ſit, bonorum ſcl. poſſeſſorem ſeu fideicommiſſarium, *l.9. cum ſeqq. d.hæred. pet.* At querela datur adversùs hæredem ſcriptum contra fideicommiſſarium, *l.1.C.h t.* contra præteritum, qui accepit bonorũ poſſeſſionem contra tabulas, *l.pen.d.bon.poſſ. contr. tabb.* Reſp. Scriptum in inofficioſo teſtamento hæredem hæredem non eſſe: utiq; cum eo agi, tanq. hæres non ſit, utpote ſcriptus ab eo, qui teſtamenti factionem non habuiſſe judicatur, *l.qui repudiantis.*17. §.1. *h.tit.* & proinde eum teneri, quaſi pro hærede aut pro poſſeſſore poſſideret, ut disertè reſcriptum eſt de eo, cui ex teſtamento inofficioſo reſtituta eſt hæreditas, *d.l.1.C.h.t.* Alterum ejusmodi eſt: Omnis petitio hæreditatis aut ex teſtamento ſit oportet, aut ab inteſtato, *l.1.2.3.d.pet.hæred.* querela autem inofficioſi ex neutrâ cauſa eſt; non ex teſtamento, quia datur iis, qui teſtamento excluſi ſunt: non ab inteſtato, quia quamdiu teſtamentum extat, cauſæ inteſtati non eſt locus, *l.39. d. acq. hæred.* Sed patet ex reſponſione ad objectionem præcedentem querelam inofficioſi eſſe petitionem quandam hæreditatis ab inteſtato, quia prætenditur color dementiæ teſtatoris; uti & revera ſi Judex contra teſtamentum pronunciaverit, res ad cauſam inteſtati redit, retroque versùs perinde omnia habentur, ac ſi hæreditas nunquam adita fuiſſet, *l.6.§.1. l.eum qui.*21.§.2.*h.t.* Vinnius ad *pr.I.h.tit.num.*6.

QUI non habet in ære, non luit in corpore, *c. Odoardus.* 3. *X. d. ſolut.* in quo cum Odoardus Clericus in totum vel pro parte non poſſit ſolvere debita, ſententia ſine difficultate relaxatur, receptâ priùs ab eo cautione idoneâ, ut ſi ad pinguiorem fortunam devene-

Idem, quod jus Canonicum, tradit jus Civile, *l.1. C. qui bon. ced. poſſ.* in qua qui bonis ceſſerint, niſi ſolidum creditor receperit, non ſunt liberati. In eo enim tantùm hoc beneficium eis prodeſt, ne judicati detrahantur in carcerem. Ut ergo intelligatur regula, audiendus eſt Zaſius, quem adducit Speckhan *cent.* 1. *q.* 40. Sic

Qui non habet in ære, luit in corpore, *l. ſi quis.*7.*§.* 3. *d. jurisd. l.*1. *§. ult. d. pœnis l. ſi quis injuriam.*35.*ff.d.pœn.* Ant.Fab. *in ration. ad l.* 6. *§.* 9. *ff. d. Off.Præſ.* Ubi qui ad pœnam perſolvendam inopiâ laborare dignoſcitur, corporis ſui correctionem patiatur. Vid.

rit,

tit, debita perſolvat.

enim ille ad §. *pœnales quoque actiones*.12. *I.d action.* Subſidiarium tergum præbeat, cui non ſuppetit pecunia. Non tamen indiſtinctè & generaliter procedit, ſed notabiles quasdam declarationes ſive limitationes recipit. 1. Itaq; declaratur & limitatur, ut procedat in obligato ex delicto, de quo jus Civile: non etiam ex contractu, de quo jus Canonicum: Nam hoc ultimo caſu converſione pœnarum opus non eſt, cum debitor ceſſione bonorum carcerem effugere poſſit, donec ad pinguiorem fortunam devenerit. 2. Limitatur & declaratur, ut procedat tantùm in perſonis vilibus, utputa ſervis & aliis infimæ conditionis hominibus, non etiam in nobilibus, aliisque honeſtis perſonis ſecundùm Jaſonem in *d l. ſi quis. num.*28. Nec o. *l. in ſervorum*.10. §. *fin.d. pœn.* unde colligitur, pœnæ pecuniariæ commutationem in corporalem iniquam videri, cum quælibet pœna corporalis, vel etiam minima, ſit major qualibet pœnâ pecuniariâ vel etiam maximâ. Nam reſpondendum eſt ſecundùm Bartolum in *d.l.*1.§.*fin. ff.d.pœn.* Legem in contrarium adductam non procedere in perſonis vilibus, utpote in quibus poſſit pecuniaria pœna eſſe gravior, quàm corporalis: tales enim perſonas aliquando ita induratas eſſe ad pœnas, ut propter vilitatem famæ & vitæ plagas ſæpius contemnant. 3. Limitatur & declaratur, ut procedat demum, volente illo, cui pœna pecuniaria applicanda eſt. Judex enim, parte non petente, cui pecuniaria pœna debetur, non poteſt pecuniariam pœnam in corporalem convertere, *l. fin. ibi. ex querela patroni. d. in jus voc.* 4. Limitatur hæc regula noſtra, ut non procedat in minimis & levibus delictis & transgreſſionibus ſecundùm Baldum in *l. quicunque. C. d. ſerv. fugit.* 5. Limitatur & declaratur hæc regula, ut locum habeat tantùm in pœna ordinaria & à lege conſtituta, ordinata & expreſſa, non etiam in pœna extraordinaria, utputa mulctâ, tunc enim egentibus pœna remittenda eſt, *l. illicitas.* §. *fin. & ibi Bartolus. ff. d. tit. d off. Præſid.* Vid. Oldentop in *obſerv. crimin. tit.* 5. *obſ.*18.

2. *feud. tit.* 53. §. 1. Ott. Tabor. in *theſ. loc. comm. Jurisp.* *Aug. Barboſa libr.*14. *c.*4. *axiom.*18.

R.

RAPTA raptori nubere poteſt. *c. pen. X. d. rapt.* Vid. Wiſſenbach. in *contrad. jur. Can.*46. Harpprecht. *ad* §.8. *I. d publ. jud. n.*44.

Non obſt. *c. ſi quis.* 36. *q.*2. quia in eo duplex eſt diſcrimen, unum in perſona rapientis: alterum in pœna. In perſona rapientis, quòd pro raptore habeatur, qui tantummodo attentavit. In pœ-

Præfertur jus Canonicum, & ita in Conſiſtoriis pronunciari teſtatur Weſenbecius in *ſupplem. ad Schneid. tit. d. nupt. part.* 3. *d. nupt. illic. num.*14. §. *ſeptimò d. jur. Civ. lit. e.* quem refert ac ſequitur poſt Petrum Heigium Schutz in *ſyn. Inſt. Imp. ad tit. d. publ. judic. lit. y.* Vid. Havemannum in *Gamolog. Synopt. libr.*2. *tit.*6. *probl.*13.

Nullo modo, nulloque tempore datur licentia eis conſentire, qui hoſtili more volunt matrimonia conjungere, *l. un.* §. 1. *C. d. rapt. virg.* Si non poſſunt matrimõia conjungere, multò minùs poterunt ſe invicem cognoſcere. Interdum tamen raptor, qui raptam non cognovit, habetur, ac ſi cognoviſſet, ſi ideo non cognovit, quia fortè id commodè facere non potuerit. Nam ſi potuit, nec voluit, excu-

Google

n.., quòd non eadem omnem raptorem inſequatur, ſed qui ſacratiſſimas virgines rapere aut attentare auſus fuerit, capitali pœnâ feriatur. Deinde quæſtio matrimonii habet locum, etiam ubi capitalis ſequitur pœna. Sic *in l. un. §. pen. C. rapt. virg.* pœna raptûs eſt capitalis, & tamen in §. 1. quæritur, An inter raptorem & raptam conſiſtat matrimonium.

Non obſt. *c. d. puellis. 4. c. placuit. ult. cauſ. 36. q. 2.* Reſpondent vulgò hanc authoritatem non præjudicare autoritati Hieronymi, maximè cum teſtimonio divinæ legis nitatur. Legitimè igitur poſt pœnitentiam peractam raptor ſibi poterit copulare quàm rapuit, niſi pater puellæ illam raptori detrahere voluerit. Covarruvias *tom. 1. d. matrim. part. 2. c. 3. §. 9. n. 9.* ait hos canones eſſe correctos. Nec abſurdum eſt concludere decretis derogare decretalia *arg. c. cum inhibitio. 3. X. d. clandeſt. deſponſ.* An autem hic juſtè derogent, Vid. Rittershuſ. *d. different. jur. Civ. & Canon. libr. 1. claſſ. 1. c. 22.* Mœſtertium *libr. d. juſt. LL. Romanarum. 2. c. 9. & ad eum* Cyprianum Regnerum.

ſandus utiq; eſt à pœna ordinaria, V Matth. Steph. *ad conſt. Caroli V. art. 118.* ut ſit quodammodo præmium ei, qui diu cupiebat, diu tacenda rogitabat, diu ab ea, quam efflictim deperibat, impediebatur, & quum opinione ſuâ eſſe feliciſſimus poſſet, flammas ſubducere maluit.

RAPTORES Clerici à gradu ſuo dejiciuntur, & Laici excommunicantur unà cum adjutoribus ſuis, *can. eos. 1. & can. d. puellis. 4. cauſ. 36. q. 2.*

Pœnam juris Civilis pœnæ juris Canonici eſſe anteponendam ipſius juris Canonici rationes ſuadent, quia illa pœna reo eſt infligenda, quæ magis timetur, *c. ult. X. ut lit. non conteſt.* ideo enim aliquis timore pœnæ coërcetur, *c. literas. 14. X. d. præſumpt.* & delinquentes pœna debita puniuntur in aliorum exemplum, *clem. un. d. ſeſtam.* Quò majus itaque delictum, eò graviorem etiam pœnam meretur. *c. quia. 16. verſ. à capite. diſt. 50.* Otto Tab. in *theſ. locor. comm. Juriſp ex axiom. Aug Barboſæ libr. 14. c. 41. axiom. 32.* Limito tamen cum Ant. Theſſauro *deciſ. 217. num 1.* pœnam juris Civilis, ſi copula carnalis non ſit ſecuta.

Pœna raptûs eſt capitalis, *l. un. C. d. rapt. virg.* Clarus *libr. 5. ſentent. §. raptus. num. 2.* Ungebaur ad *tit. Decretal. X. d. raptor. num. 3.*

RAPTOR eſt etiam, qui meretricem rapuit, Vid. different. *de meretrice formoſa.* Zœſ. in *π. ad tit. ad L. Jul. d. vi publ. n. 3.*

Nulla eſt differentia. Et ad minimum pœnam eſſe extraordinariam tradit Matth. Stephani *ad conſt. Carolin. art. 118.* Nec obſt. *l. 39.* in cujus ſpecie tantùm agitur de actione furti, quâ conveniri nequit, qui libidinis causâ januam ſive oſtium meretricis effregit, etiamſi furtum inde ſecutum fuerit, Harppiecht. *ad §. 8. I. d. publ. jud. num. 40.* Vid. Covarruviam *tom. 2. var. reſ. libr. 3. c. 14. num. 2.* ubi de meretrice publica, an cogenda ſit

Non eſt raptor, *l. 39. ff. d. furt.* ex qua Alciatus *reſp. 469. num. 2.* Clarus *libr. 5. ſentent. §. fornicatio. num. 2.* evincere conantur hunc raptum planè impunibilem, adeoque ne extra ordinem quidem coërcendum eſſe.

quemli-

quemlibet admittere & de violentia ei illata. Hoc tamen exputare non poſſum, quod Ungebaur ad *tit. X.d.raptor.num.*2.ex Maſcardo & Farinatio monet, præſumi aliquam raptam propter libidinem, niſi vetula ſit, vel turpis, vel inepta ad venerem. Cui ergo fini famulabitur hic raptus?

RAPTOR non eſt, qui ſponſam ſuam rapuit, *c. 6. X. d. raptor.*

Præfertur jus Canonicum, quia in *d. c.* 6. qui habuerit mulieris aſſenſum & eam deſponſaverit priùs, quam cognoverit: licet parentes reclamarent, eam tamen non dicitur rapuiſſe. Sic limitat Tuldenus ad *d.l.un.num.ult.* Pontificem loqui de ſponſa volente abduci, & in hoc caſu dicit, hodie raptûs crimen ceſſare: cæterùm ſi quid atrociùs contra parentes tentatum ſit, non ceſſare crimen pœnamque ejus; etiamſi illi ſponſalium fidem (quam aſſenſu ſuo adjunxerant) reſciderint. Quod ſi verò ſponſa ipſa poſt mutatam fidem atque ita invita abducatur, dicam & hodie crimen raptûs admitti. Vid. different. in qua *Rapta raptori nubere poteſt.*

Eſt tamen raptor, *l.un. in pr.C.d.rapt.virg.*

RAPTUS & ſtuprum violentum non diſtinguuntur, nam etiam raptus eſt, quando pudicitia invitæ mulieri eripitur, *c.d.raptoribus.36.q.1.*

Nulla eſt differentia, Nec tractavit Marcianus in his legibus de ſtupro violento & raptu, an ſint diverſa crimina, ſed unius duntaxat criminis diverſas poſuit pœnas.

Diſtinguuntur in *l. 3. §.4. l.5.§.2.ff.ad L. Jul.d. vi publ.*

RAPTUS non eſt, ſi mulier conſentiat, *c.pen. X.d.raptor.* ſi Proſerpina patiatur ingenioſum laborem raptum ſuum diſtinctis gemmarum exprimere coloribus: ſi quę rapta videbatur, fugere voluit, ut aureum cupidinem femori appenderet.

Vim licet appelles, grata eſt vis iſta puellis.
Quod juvat invitæ ſæpe dediſſe volunt.
Vim paſſa eſt Phœbe, vis eſt illata ſorori;
Et gratus raptis raptor uterque fuit.

Præfertur jus Civile, Vid. Thom. Aquin. in *ſumm. tot. Theol.* 2. *ſecundæ. q.*154. *art.*7. quia in actu illicito plus eſt perſuadere quam cogi, *l.*1.§.3.*ff d.ſerv.corr.* faciliùs ingenio, quàm violentiâ tentamus: molliùs *placitone etiam pugnabis amori?* interrogamus. Quemadmodum in §. *ult. I. d. R. D.* non intelligentibus dominis aliquid de rheda currente cadere ſolet; ita amore æſtuanti rapta amoris finem non intelligit, cui tandem incumbit apud eundem Poëtam querela,

Fallere credentem non eſt operoſa puellam
Gloria, ſimplicitas digna favore fuit.
Sum decepta tuis & amans & credula verbis:
Dii faciant laudis ſumma ſit iſta tuæ.

Ovid. 1. *d. art. am.*

Nulli mulieri ſive volenti ſive nolenti peccandi locus relinquatur, quia hoc ipſum velle mulierum ab inſidiis nequiſſimi hominis inducitur, *l.un. §.pen.C.d.rapt. virg.* Vid. Harpprecht. ad §.8.*I.d.publ.jud.num.*31.

RATIHABITIO omnis eſt expreſſa, *c. ratum.* 9. *c. ratihabitionem.d. R.J.in*6.

Nulla eſt differentia, nam utrumque jus admittit ratihabitionem tacitam. Sic eſt regula juris Canonici, Qui tacet, conſentire videtur, *c. qui tacet.* 43.*d.t.d.R.J.in* 6. quam & jus Civile confirmat arg. *l.*39.*ff.d.donat. int.V.&U.* ubi ex præſentia & taciturnitate inducitur donatio pro parte domini, quam dominus habet in ſervo. Hoc exemplum ideo proponimus, ne tantùm d. regulam aſtringamus modis, per quos acqui-

Ratihabitio eſt vel expreſſa vel tacita, Mynſingerus *cent.*4. *obſ.*79.

acquirimus, de quibus ſubdubitare foret ſuperfluum. Quis enim, verba ſunt Streinii ad *d. c. qui tacet. num.* 3. niſi mentis inops oblatum reſpuat aurum? Huc nimirum naturæ nos inclinatio impellit, ut quæ commoda & amica nobis, quolibet modo quæramus & acceptemus; repudiemus verò, quorum ingrata memoria eſt. Quod autem Mynſingerus in *d. cent.* ſcribit ratihabitionem tacitam eſſe eorum, quæ cives ac ſubditi committunt, ſi Magiſtratus non puniat, vel in exilium mittat delinquentes (ſic enim, inquit, delicti participes fiunt) cum vulgo ratiocinatur, non diſtinguens inter conniventiam & ratihabitionem propriè dictam: aliàs enim, quicunque non punit flagitia, approbaret, ſeque illorum reum faceret, quod nemo prudens dixerit, ne contra ſenſum communem arietare videatur, Steinius ad *c. ratihabitionem. num.* 3.

RATIO ſubeſt legibus Canonicis, quia factæ ſunt leges, ut earum metu humana coërceatur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrænetur nocendi facultas, *c. factæ ſunt. diſt.* 4.

Non ſubeſt legibus civilibus, quia non omniũ, quæ à Majoribus conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt, *l. 20. ff. d. ll.*

Si in fine, propter quem latæ ſunt leges, quærenda eſt ratio, legibus civilibus æquè ſubeſt ratio, ac Canonicis; nam & legum civilium etiam hic eſt finis, bonos non ſolùm metu pœnarum, verùm & præmiorum exhortatione efficere, *l. 1. §. 1. ff. d. J. & J.* Deinde ad *l.* 20. reſponderi poteſt vel ex ipſo jure Canonico, diſtinguendo inter leges inſtituendas & inſtitutas ac firmatas. Si firmatæ fuerint, non licet Judici de ipſis judicare, ſed ſecundùm ipſas, *c. in iſtis. 3. diſt.* 4. Tertio in illa *l.* 20. damnatur præpoſtera ac ſuperſtitioſa curioſitas eorum, qui in nulla civili ratione acquieſcere volunt, ſed naturalia civilibus miſcentes omnium rerum naturales rationes & demonſtrationes deſiderant. 4. Metuitur ſiniſterior eventus, quo multa ex his, quæ certa ſunt, ſubverterentur, *l. 21. ff. d. t. d. ll.* 5. Semper ſubeſt ratio, quatenus ratio opponitur errori: ſic quod non ratione introductum, ſed errore primùm, deinde conſuetudine obtentum eſt, in aliis ſimilibus non obtinet, *l. 39. ff. eod.* Denique in iis, quæ magis ſunt arbitrii, quam judicii: ſeu in iis, quæ juris ſunt poſitivi, ſæpe non ſubeſt ratio, ut ſi quæram, quare in teſtamento ſeptem adhibentur teſtes, quare non ſex vel octo? quare in ultima quavis voluntate ad minimum quinque? quare uſucapioni hoc præſcriptum tempus? quare legitimæ conſtituta quarta? quare quartæ non ſit perpetua determinatio? quare exceptio non numeratæ pecuniæ ſit biennalis? eorum nulla alia eſt ratio, quàm quia id æquum videbatur, nec aliud erat æquitati convenientius.

RECONVENTIO coram arbitris prorſus non habet locum, quia arbitri judicare non poſſunt, niſi de his tantùm, ſuper quibus in eos extitit compromiſſum, *c. cum dilectus. X. d. arbitr.* Berlichius *part. 1. concluſ. 22. num.* 43.

Coram arbitris habet locum, Emericus à Rosbach in *praxi civ. tit. 46. num.* 6. Otto Tabor in *theſ. loc. comm. Juriſpr. ex axiom. Auguſt. Barboſa libr. 16. c. 13. axiom.* 5.

Nulla eſt differentia, Nam Emericus à Rosbach intelligendus eſt, ſi de omnibus controverſiis compromiſſio facta ſit. Hoc tamen non tantùm verum eſt de arbitris, ſed de omni Judice, qui ex lege vel ſtatuto finitam & limitatam habet notionem ad certam ſolummodo cauſam, Mindan. *3. d. proceſſ. 6. in* 13. Otto Tabor ſe ipſum explicat, Intelligendum hoc non eſſe de arbitris ex compromiſſo ſumptis, hos enim judicare non poſſe, niſi ſuper quibus commiſſum eſt, cum omnis poteſtas ex compromiſſo (quod ſtricti juris eſſe indubitatum eſt) pendeat, ut aliud illis non liceat.

liceat, quàm cautum eſt, nec quodlibet ſtatuere poſſint, nec in qualibet re, ſed tantùm de ea, de qua & quatenus compromiſſum, *l.32. §.15. & §. ult. d. recept.* Fac. *l.46. l.50. eod. l.18. comm. divid.* Niſi quando reconventionis cauſa ipſi conventioni ineſt, vel in antecedens, vel conſequens, ita ut planè cohæreat, & una ſine altera explicari non poſſit.

RECONVENTIO eſt exceptio, quia in defenſionis remedium ſuſtinetur, *c. cum inter. 5. in fin. X. d. except.* Proinde Corvinus in *jure Can. libr. 3. tit. 32.* exceptionem definit eſſe defenſionem ex juſta & legitima cauſa competentem adversùs id, quod ab adverſario intenditur.

Ipſa rubrica Decretalium de mutuis petitionibus ſubindicat & jure Canonico reconventionem eſſe actionem, ita utroque jure procedat illud Mindani *libr. d. proceſſ. 3. c. 6. in 3.* reconventionem eſſe mutuam rei conventi actionem, adversùs actorem, ſub eodem Judice, inſtitutam. Sicut ergo convenire eſt in jus vocare, *l. ſi actor. 29. ff. d. procur. l. 1. ff. rem rat. hab.* & conventio ipſa actio, *l. ſi homo. 45. ff. d. R. V. l. cum notiſſimi. 7. §. 1. & §. 5. ibi. interruptio per conventionem introducta. C. d. præſcr. 30. vel 40. ann.* unde & libellus conventionis in *l. fin. vers ſancimus. C. d. ann. except. &c.* Et ſicut actio nihil aliud eſt, quàm jus, quod ſibi debetur, in judicio perſequendi, *l. nihil aliud. 51. ff. d. Obl. & Act.* Ita & reconvenire nihil eſt aliud, quàm è contra in jus vocare, litemque denunciare. Et Reconventio nihil aliud eſt, quàm mutua actio, in eodem judicio, viciſſim in actorem intentata. Non obſt. *d. c. 5. in fin. X. d. except.* nam quando ibi dicitur reconventionem in defenſionis ſuſtineri remedium, nomine defenſionis non intelligimus exceptionem, ſed illud remedium, quo adhibito non neceſſum ſit appellare & ab eodem judicio, in quo reconventio ſuam vim exſerit, litem ad impugnationis materiam extendere. Non etiam obſt. Corvini definitio, quâ exceptionem definit eſſe defenſionem: nam alia eſt defenſio, quæ actionem excludit: alia eſt defenſio, quæ actionem imminuit, & hæc imminutio juxta conſiſtit, ita ut utrinque actio collidatur.

Reconventio eſt mutua actio, *l. 11. §. 1. ff. d. jurisd.* mutua petitio, *l. 1. §. ult. d. extraord. cogn. l. 6. C. d. Compenſ. l. 1. C. rer. amot.*

RECONVENTIO & conventio in prima inſtantia ſi ſint cumulatæ, & ab alterutra ſaltem appelletur, poteſt Judex in altera recõventionis cauſa nihilominus procedere, ut Alexander ex Innocentio in *c. cum nobis. d. elect.* tenet. Idemq; probare videtur Speculator *d. reconventione. §. videndum. num. fin.* ubi ait ſi à cauſa conventionis vel reconventionis appelletur, quòd non debeat in

Quod adfertur è jure Canonico, ejus contrarium colligitur ex *c. ult. X. d. mut. petit.* Nec o. *c. cum nobis. d. elect.* in quo nec conventio, nec reconventio proponitur, ſed ejus caſus ita formatur, Recepto à Capitulo Capuano mandato Canonici convenerunt in Capitulo ad tractandum de electione paſtoris. Archidiaconus cum quibusdam ſuis ſociis appellavit, ne fieret electio, niſi canonica ſecundùm tenorem mandati Apoſtolici, & ſtatim receſſit. Alii, qui remanſerunt in capitulo, archidiaconum & alios ad capitulum revocaverunt, ut ſecundùm tenorem mandati Apoſtolici procederent ad electionem: & cum nollent redire, creden-

Alterutrâ causâ ad Judicem appellationis devolutâ etiam altera devoluta cenſeatur, per rationem, ne cauſæ litigii & proceſsûs continentia dividatur: quæ cum in prima inſtantia utramq; ſimul tractari voluit, nec in ſecunda dividi patietur, per ea, quæ Imp. in *Nov. 96. c. 2.* tradit.

Digitized by Google

alia ſuperſederi: cum ſint diverſæ cauſæ, & poſſit altera ſine altera expediri.

tes poteſtatem eligendi ad ſe devolutam fuiſſe, quendam ſubdiaconum domini Papæ in Archiepiſcopum elegerunt. Cum iſta eſſent ad Papam delegata, Papa auditis allegationibus utriusque partis, ſuper hoc ſcripſit ca. Capuano dicens, cum autem conſtat appellationem fuiſſe interpoſitam, ne fieret electio niſi canonica, videri poterat, quòd medio tempore nihil potuit, nec debuit innovari: & ideo talis electio erat judicanda penitùs irrita & inanis poſt appellationem legitimè factam. Sed contra hoc ſic poterat reſponderi, cum appellatum fuiſſet, non ut nulla fieret electio, ſed ut fieret canonica, ſi canonica electio fuit poſtmodum ſubſecuta, nihil contra formam appellationis, ſed potiùs ſecundùm ipſam proceſſum fuiſſe: & ideo non erat electio aliquatenus irritanda. Præterea cum poſt appellationem Archidiaconus receſſiſſet & alii eum revocaſſent, ipſe autem & ſocii noluerunt accedere, alienos ab electione ſe feciſſe videntur, propterea quòd contra electionem nihil poſſe opponere videbantur. His igitur & aliis allegatis, quamvis contra perſonam electi nihil objectum fuiſſet: quia tamen (ut dicit Apoſtolus) nemini manum citò imponas: diligenter debet inquiri, quæ circa perſonam electi ſunt requirenda. Unde de literatura ejus præcepit dominus Papa inquirere: & licet non eminentis ſcientiæ, verùm ſufficientis eſt inventus, ſicut didicit ab his, qui eum cognoverunt, de ætate tamen veritatem non potuit ſcire, an ſcilicet annum XXX. attigiſſet. Unde volens perſonæ & Eccleſiæ pariter providere, & rationes ac Canones obſervare, præfatum ſubdiaconum conceſſit in procuratorem Eccleſiæ Capuanæ, committens eidem liberam adminiſtrationem tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus. E quo caſu ita formato nec conventio apparet, nec reconventio. Poſſet etiam dici ex ſententia Mindani *libr. d. proceſſ. 3. c. 6. n.* 16. jus Civile quidem ita procedere, ſi in cauſa conventionis primæ appelletur, utpote quæ edicto cauſam reconventionis ſecum trahat, tanquam principale ſuum acceſſorium, incidens ſive connexum: non autem ſi in cauſa reconventionis appelletur: quandoquidem principale non ſtatim ſequatur qualitatem acceſſorii. Sed ab utracunque principaliter appelletur, una ſemper alteram ſimul devolvet ad Judicem appellationis: rationes enim non dividendæ connexitatis utrobique eædem militant: & niſi id fieret, uterque tam actor quàm reus in diverſis inſtantiis litigare cogerentur. Poteſt tamen Judex à quo, donec appellatio introducatur & juſtificetur in altera cauſâ, nihilominus procedere, & tunc demum ſusceptâ ad cognoſcendum appellationis causâ, & alteram ad Judicem appellationis eo, in quo ſtatu eſt, transmittere. Niſi fortè utraque cauſa planè ſit connexa & cohærens, ut unius appellatio & alteram ſtatim ſuſpendat, quod idem fit, ſi ab ea, quæ præjudicialis eſt, appelletur: tunc enim ſimiliter alterius cauſæ exercitium ceſſare debet, donec quæſtio præjudicialis deciſa ſit.

RECONVENTIO etiam poteſt fieri poſt litem conteſtatam, *c. diſpendia. 3. d. reſcript. in* 6. præſertim ſi fiat in continenti, antequam juretur de calumnia: ita tenet Baldus in *c. cum veniſſet. d. judic.* Imò demum poſt litem conteſtatam fieri poteſt, quatenus litis

Nullam eſſe differentiam innuit Felinus in *c. 1. n. 2. X. h. t.* Neutro enim jure poſt litis conteſtationem ulteriùs reconventio admittitur. Ne quidem tum, ſi ficta ſaltem conteſtatio præceſſerit; puta ex cõtumacia rei, litem conteſtari nolentis, aut non comparentis; Quia idem efficit ficta conteſtatio, quod vera operatur, *l. 1. d. A.*

Statim ante litis conteſtationem debet fieri reconventio, *Nov. 96. c. 2. auth. & conſequenter. C. d. ſentent. & interl.* ita ut poſt litis conteſtationem reconventio non admittatur, Ant. Faber in *C. libr. 3. tit. 1. defin.* 25. Joh. Zanger *d. except. part. 2. c. 1. n. 383. & ſeqq.* Matth.

conte-

conteſtatio eſt rei in judicium deductio per narrationem actoris & contradictionem ſive reſponſionem rei: vel quatenus litis conteſtatione res ſit litigioſa.

Colerus *part.* 1. *deciſ.* 102. *num.*1.

vel A. P. l. certè.6.ff.d.precar. l.un. C.d. R.V.A. ne alioquin per contumaciam melior conditio fiat, quæ deterior potiùs fieri deberet, *l.ſi plures.38.ff.d.adm. & peric.tut. l.quid autem.35.d.excuſ tut.* His non obſtat ratio dubitandi ex *d.c.1.X.d.mut.petit.* quod ita explicat Carpzovius in *Juriſpr.Forenſ. Romano-Sax.part.*1 *conſt.7.defin.2.num.*1. Statim ante litis conteſtationem inſtitui debet reconventio; cui etiam in continenti poſt litem conteſtatam, & reſponſionem ad libellum actoris factam tenetur reſpondere actor reconventus. *Non obſtat* ratio dubitandi ex *c.diſpendia.3 d.reſcript.in 6.* ad quod reſpondet Maranta in *ſpec. aur. part.4. judic ſext. diſt.quaſt.prim.princ.num.5.* verum eſſe, quòd poteſt fieri reconventio poſt litem conteſtatam, & in quacunque parte judicii; tamen tunc dicitur vera reconventio, quia non ambulat pari paſſu, nec per eam retardatur cauſa conventionis. *Non obſtat*, quòd litis conteſtatio ſit rei in judicium deductio per narrationem actoris & contradictionem ſive reſponſionem rei. Ut enim hic non examinetur illa definitio, de qua videri poſſunt Nicolaus Vigelius in *libell d.lit.conteſt.* eumque ſecutus Gudelinus *4.d.jur.noviſſ.c.*8. quibus litis conteſtatio eſt conſtitutio ſtatûs cauſæ: exiſtimantes videlicet, tum demum litem dici conteſtatam, cum narrando, excipiendo, replicando, &c. deventum fuerit ad eum articulum, qui cauſæ ſtatum aperit. Vid. differentiam, in qua *Litis conteſtatio eſt conſequens narrationis.* Wiſſenbachium *diſp. ad reg. jur.13. reg.87.§.1.th.2.* Hoc tantùm aſſeritur, latiùs patere reſponſionem, quàm pateat contradictio, quia reſponſio poteſt conſiſtere vel in mutua petitione, vel in contradictione. Deinde cum litis conteſtatio ita definitur, litis conteſtatio eſt negantis; qui autem mutuam petitionem inſtituit, nihil negat, ſed duntaxat contrarium jus affirmat. *Non denique obſtat*, quod litis conteſtatione res fiat litigioſa. Præter enim, quòd effatum hoc non ſit univerſale, ſed tantùm actionum perſonalium, in quibus agitur adversùs obligatum, v.c. ex ſtipulatu, ex empto vel teſtamento, nec de dominio rei diſputatur; nam in actione in rem res fit litigioſa ſolâ in jus vocatione: reſponderi poteſt ex antecedenti reſponſione reconventionem non facere rem litigioſam, quum res litigioſa ſit, cujus ambiguus eſt utrinque eventus.

RECONVENTIO ita ſe habet, ut utraque cauſa unâ ſententiâ terminetur, gloſſ.ad *c. cum dilectus.2.in verb. eâdem ſententiâ terminandæ. X.d.ord. cognit.* Abb.ad *c.1. X. d.mut. petit.* quia finis litibus citò eſt imponendus, ne partes ultra modum graventur laboribus & expenſis, *c.finem. 5. in pr. d. dol. & cont.* Ungebaur ad *d.tit.d.mut.petit.num.*8.

Duæ ſunt ſententiæ, quia quot ſunt articuli, tot ſunt petitiões & ſententiæ, *l. etiam.29. §.1.d. minor.25.* & *l.cum in una. 17. d. appell. & relat.* Specul. *d.lit.conteſt. §.nunc dicamus.num.*1.

Etiam jus Canonicū vult tot eſſe petitiones & ſententias, quot ſunt articuli, arg. *c. cum in Eccleſia Sutrina. 3. d. cauſ. poſſ. & propr.* Nec obſt. quod utraq; cauſa unâ ſententiâ terminetur: nam eſt amphibolia in phraſi illa, unâ ſentẽtiâ terminari, quia una ſententia refertur vel ad eandem cauſam, vel ad judicandi facultatem, vel ad idem tempus, vel ad eandem litem, ita ut nova litis conteſtatio non ſit neceſſaria. In primo ſenſu non eſt una ſententia, niſi eandem cauſam conventionis & reconventionis dicamus, ita ut eidem illi cauſæ ſententia ſit conformis. In ſecundò ſenſu non eſt una ſententia, ita ut alterâ causâ neglectâ ſuper altera feratur, vel ejus ferendæ tanta & tam libera judicandi in Judice ſit facultas. In tertio ſenſu eſt una ſententia, quippe eodem tempore definita,

Digitized by Google

licet ejusdem ſententiæ diverſa eſſe poſſit condemnatio. In ultimo ſenſu etiam eſt una ſententia, quoniam ex eadem litis conteſtatione oritur. Hinc illa differentia inter jus Commune & Saxonicum, de quo in differentia, *Reconventionem probat Pontifex.* Etenim omnia illa juris Saxonici capita, è quibus probatur reconventio, ita ſunt accipienda, ut actor coram Judice rei conventi reſpondere quidem teneatur petitioni mutuæ, ſed finitâ demum actione. Ut hac ſaltem ratione privilegium reconventionis obtineat, coramq; eodem Judice mutua rei petitio adversùs actorem pertractetur; non etiam ut pari paſſu judicii conventio & reconventio ſimul exerceantur & terminentur. Sic poſt Jac. Schulte. explicat Carpzovius in *Juriſpr. For. Romano-Sax. part. 1. conſt. 7. defin. 7. num. ult.* Vid. Chil. König in *proc. c. 61. num.* 8. apud quem der Kläger iſt dem beklagten auff ſeine widerklage zu antworten nicht ſchuldig/ ſeine klage vnd ſache ſeye dann zuvor geendet/ vnd der Kläger von jhm kommen.

RECONVENTIO prorogat jurisdictionem Judicis delegati etiam ad unam cauſam, *c. preterea. 5. X. d. offic. & pot. Judic. deleg.* in quo delegatus ex eo, quòd cauſa ſibi committitur, ſuper omnibus, quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcuntur, plenariam recipit poteſtatem.

Nulla eſt differentia, quoniam idipſum, quod tribuitur juri Civili, Panormitanus apud Marantam in *ſpecul. aur. part. 4. diſt. 6. n. 29.* probat ex jure Canonico. 2. diſtinguit Maranta *d. loc. num.* 30. quòd prorogatio jurisdictionis poſſit conſiderari duplici modo. Quędam enim eſt prorogatio voluntaria, & iſta non poteſt fieri coram delegato: quędam eſt prorogatio neceſſaria, quæ fit contra invitum ex neceſſitate legis, prout eſt illa, quæ fit per reconventionem, & iſta poteſt fieri, nam reconventio inducit quandam neceſſitatem reconvento, ut reſpondeat coram Judice non ſuo, & ſic reconventus prorogat jurisdictionem non ſponte, ſed ex neceſſitate. 3. reſpondet Maranta, quod Recentiores obſervant in differentia, in qua *Reconventionem probat Pontifex.* cauſam conventionis dici connexam cum cauſa recoventionis, quod patet, quia non poteſt coram diverſis Judicibus ventilari, unde ratione iſtius connexitatis poteſt delegatus de ea cognoſcere: maximè quia agitur inter eaſdem perſonas, & cauſa reconventionis venit conſecutivè ad cauſam conventionis & acceſſoriè. Vid. Ummium diſp. ad *proceſſ. jud. diſp.* 10. *th.* 3. *n.* 11.

Non prorogat jurisdictionem Judicis delegati, quia delegatus habet jurisdictionem limitatam, & non extendibilem, niſi ad perſonas & cauſas in delegatione contentas: nam quoad alias perſonas & cauſas in delegatione non contentas habetur privatus Bald. in *auth. & conſequenter. col. 2. in pr. C. d. ſent. & interl.*

RECONVENTIO prorogat jurisdictionem Judicis deputati ad certam ſpeciem cauſarum, ut tamen non habeat locum in alia cauſa diverſæ ſpeciei, Canoniſtæ in *c. 1. X. d. mut. petit.* pro quibus facit ratio, quia pro-

Aliqui, ut in conſenſum cogant hanc differentiam, præſupponunt jurisdictionem eſſe talem, quam Judex prorogatus habebat aliàs in ſuos ſubditos in ſimilibus cauſis; aliàs prorogatio non valet de tali cauſa, quam in ſuos ſubditos non poterat expedire.

Habet locum in alia cauſa diverſæ ſpeciei, ut coram Judice delegato in cauſis criminalibus poteſt fieri reconventio in cauſa civili: & è contrario coram Judice delegato in cauſis civilibus poteſt fieri reconventio

rogare

Digitized by Google

rogare juriſdictionem eſt extendere eam adeò, ut tamen eadem dicatur juriſdictio prorogata, quæ prior erat.

quia quoad illam caret omni juriſdictione, & ſic juriſdictio, quę non eſt, non poteſt prorogari. Ita tenet Alex. in *l. teſtamenta omnia. C. d teſtam.* Bartolus in *d. auth. & conſequenter.* facit diſtinctionem inter cauſas, de quibus poterat fieri prorogatio partibus volentibus. Maranta in *ſpec. aur. part 4. diſt. 6. num.32.* reaſſumit pleniùs veritatem hujus quæſtionis per unam ampliorem diſtinctionem, per quam habebuntur omnes veræ concluſiones, quæ poſſunt cadere in hac materia & dicit ſic.

in cauſa criminali: vel de liberali, vel de cauſa majoris ſummæ, quam poterat cognoſcere, gloſſ. in *auth. & conſequenter. C. d. ſent. & interloc.* quam ſequitur Bald. per *l. quoties. C. d. Judic.* & videtur probari in *l. ſi idem cum eo. §. ſed etſi mutua. ff. d. jurid.*

Aut Judex non poteſt cognoſcere de aliqua cauſa propter privilegium perſonæ litigantis, aut propter privilegiū ipſius cauſæ, ut quia juriſdictio eſt limitata Judici quoad certas cauſas tantùm certæ ſpeciei vel ſummæ, ita quòd ad alias cauſas diverſæ ſpeciei vel majoris ſummæ ſe non extendat. Primo caſu vera concluſio eſt, quo procedit reconventio, ex quo perſona privilegiata elegit illum Judicem pro ſe: debebit eundem habere contra ſe non obſtante privilegio, quia natura cauſæ id patitur. Hoc probatur in *l. eſt receptum junct. gl. & ibi per Dd. ff. d juriſd.* Probatur etiam per id, quod dicimus de Clerico, nam Judex Laicus non cognoſcit de cauſa Clerici conventi propter privilegiū perſonæ, *c. ſi diligenti. d. for. compet.* & tamen per viam reconventionis bene cognoſcit. Secundo caſu principali, ſcl. quando obſtat privilegium cauſæ, diſtinguit Maranta aliter, quàm Bartolus, nam diſtinctio Bartoli implicat obſcuritatem, dum dicit, Aut eſt talis cauſa, de qua poſſet Judex cognoſcere partibus volentibus, aut non, quia adhuc remanet dubium, quæ eſt illa cauſa, & Bartolus non clarè declarat hujuſmodi cauſas, unde clariùs diſtinguit ſic. Aut cauſa, de qua fit reconventio, eſt de ſpecie cauſarum, de quibus poteſt recognoſcere Judex, differt tamen ab illis in ſola quantitate, & ſic per plus & minus, & ſic locum habet reconventio. Aut cauſa, de qua fit reconventio, eſt de ſpecie aliarum cauſarum penitùs ſeparata ab illis, de quibus poteſt cognoſcere. Exemplum, ſi coram Judice cauſarum criminalium fit reconventio de cauſa civili: vel coram Judice ſeculari fit reconventio de cauſa ſpirituali: vel coram Judice pedaneo fit reconventio de cauſa meri vel miſti Imperii, vel de cauſa liberali, de quibus cauſis non poſſet principaliter cognoſcere, & tunc reconventio non habet locum. Ita procedat opinio Canoniſtarum.

RECONVENTIO ultra reum conventū non porrigitur, hoc eſt, actor conveniens, ſi reconveniatur, tantùm reconvenienti reſpondere cogitur, *c. 1. X. d. mut. pet.* in quo Plebanus & Clerici Abbati & fratribus in continenti reſpondere compelluntur.

Erroneam eſſe Accurſii opinionem declarat differentia, in qua *Reconventionem probat Pontifex.* ubi aſſeritur procedere reconventionem in actionibus mutuò cognatis inſtitutis, non verò diſparatis, ſeu quæ ex diverſa cauſa oriuntur. Hinc ſubſumit Mindanus *libr. d. proceſſ. 3. c. 6. n. 5.* Reconveniri vel conveniri tantùm poſſunt illi, qui

Actor non ſolùm reconvento, ſed & quibusvis aliis propter intentatam tertio alicui litem reſpondere cogitur, Accurſius in *l. 2. §. ſed etſi. verb. compelluntur. ff. d. Judic.* & in *l. non diſtinguemus. 32. §. item ſi quis. 9. ff. d. recept.*

ſunt in eodem judicio, imò qui ſunt ejuſdem litis in contrarium participes, idque ipſa ſecum fert vocabuli notatio & etymologia.

RECONVENTIONEM Laicus Clerico opponere non poteſt, *c.12.X.d.for.compet.*

Putant quidem non poſſe. Quaſi Clericus uti expreſsè in Judicem ſecularem conſentire nequit, ita nec tacitè id poſſit, quoniam contingeret ipſum judicari à Judice inferioris ordinis, qualis eſt ſecularis. At magis probatur contraria ſententia, quòd mutuæ reconventionis facultas non tam à tacito agentis conſenſu, quàm ab authoritate legum pendeat, nuſquam hujusmodi conventionem Clericorum improbante. Cum igitur iſta reconventio non principaliter, ſed ex conſequenti fiat, & nitatur utilitatis & æqualitatis favore, non tam videri poteſt Clericus judicari, quàm prima & principalis cauſa faciliùs terminari, & hoc in cauſa, ſuper qua ſeculari Judici licet cognoſcere, Perezius ad *tit.C.d.ſentent.& interl.n.19.*

Opponere poteſt. Vid. differentiam, in qua *Reconventio prorogat juriſdictionē Judicis deputati &c.*

RECONVENTIONEM probat Pontifex *duobus capit.tit.d.mut.pet.X.* quorum prius vult Judicem actorem ad reſpondendum reo in cauſa mutuæ petitionis ſeu reconventionis cōpellere utramq; cauſam ordine ſucceſſivo ſimul audire, & unâ ſententiâ terminare poſſe. Poſterioris capituli ſumma eſt, quòd modus procedendi datus per reſcriptum in cauſa conventionis intelligatur repetitus in cauſa reconventionis. Quando igitur actor à Pontifice impetravit reſcriptum cum hac clauſula, *remotâ appellatione*, h.e. ne poſſit reus victus à ſententia provocare, extenditur hoc ad cauſam reconventionis, quòd in ea actor ſuccumbens ſimiliter appellare

Nulla eſt differentia, quia illa ratio, Quod conceſſum eſt actori, id multò magis concedi debet reo, utrique juri eſt communis, ut confirmant illæ leges, quas in *d. tit. num.*10. allegat Ungebaur. Nec contrarii veſtigium eſt aut in lege, aut in ratione, aut apud Interpretes. *Quoad legem*, eam communiter volunt eſſe 14.*C.d.ſentent. & interloc.* Sed cum Imperator nullam reconventionis mentionem faciat, imò in extremo legis dicat eum damnari in eodem negotio, perſpicuè indicat unum eſſe judicium, quo agens damnatur: hæc enim condemnatio non ſolùm in impenſas litis fieri poteſt, *l.pen.§.neque.C.d fruct. & lit. exp. l.properandum.13.§. & ſi quidem.C.d.judic.§.1.in fin.I.d pœn. tem. litig.* Sed etiam in re principali, ut actor reo ad aliquid dandum vel faciendum condemnetur ſecundùm obligationis, qua de agitur, naturam, veluti ſi agatur pro ſocio, & rationibus ſubductis actor rei debitor reperiatur, Pacius in *anal. ad d. C.tit.num.6.* Igitur ſtatuamus cum Umm.in *proceſſ.judic. diſp.*10.*th.1.num.*4. Ott. Tab. in *theſ. loc. comm. Juriſpr. ex axiom. Barboſ. libr.*16.*c* 13.*axiom.*3. Reconventioni locum eſſe, ubi compenſatio opponi poteſt, *l.8.§.2.ff.d.neg.geſt. l.18.§.ult.ff.commod. l.7.§.1.d.compenſ.* Arbitrii enim noſtri eſt, an compenſare, an petere velimus, Ulp. in *l.1.§.4.d. contr.tut. & util.act.* imò ipſa compenſatio dicitur, *l.7.C.d. compenſ. l.1.C.rer.amot.* *Quoad rationem*, eam Rosbach in *proc. civ.tit.*46.*n.*17. Donellus 17.*comment.*18. Ordin. Camer.Imper.*part.*3.*c.*30. Perezius ad *d.C.tit.d.ſent. & interl. num.*23. ponunt in fine recoventionis ſeu bono publico, quo lites ſimultaneo proceſſu faciliùs abſolvantur, minorique ſumptu decurrant. Tractanda enim, ut monitum, utraque cauſa ſucceſſivis vicibus, *d.c.1.X.d.mut.petit.* ita ut deliberatione habitâ fiat primò litis conteſtatio ſuper libello actoris, poſtea ſuper reconventionis libello, atq; de utroq; ubi Judex plenè cognoverit, utramque

Reconventio non habet locum, *l.1.§.ult.ff.quæ ſent.ſin.app.reſcind.*

non

non poſſit. Talem autem affert Pontifex rationem in *can. ult. X. d. tit.* quòd actoris & rei eadem ſit conditio. Quod igitur conceſſum eſt actori, id multò magis concedi debet reo.

Non obſt. quòd reſcripta ſint ſtricti juris, nec debeant extendi, *c. 40. in fin. d. off. & pot. Jud. deleg.* quodq; privilegium uni conceſſum non poſſit ad alium extendi propter identitatem rationis *c. ſanè. 9. d. privil. & exceſſ. privileg.* Verùm hi textus loquuntur de actore, qui impetravit privilegium ſeu reſcriptum, quod non tendit in detrimentum alterius; hoc enim ad alium non extenditur: ſecus autem eſt, ſi alterius læſionem reſpiciat, quale eſt reſcriptum, quod impetravit actor in *d. can. ult.* Ungebaur in *comm. ad d. tit. usque ad num. 13.*

cauſam ſimul unâ pronunciatione definiet, h.e. uno eodemque contextu & die, quamvis alioqui duplex ſit ſententia, quandoquidem ad duas cauſas referatur. Hoc extendit Mindanus *libr. d. proceſſ. 3. c. 6. in* 12. ad privilegiatas Imperii inſtantias, & vult coram Auſtregis reconventioni locum eſſe, indeque errare Sichardum in *l. cum Papinianus. num. 9. C. d. tit. d. ſentent. & interl.* aſſerentem, quòd coram Commiſſario Cæſareo, cum voluntate partium electo, non habeat locū reconventio: quandoquidem primus ſaltem, ſeptimus & octavus modus *part. 2. ord. tit. 4.* excipiuntur, quòd reconventio locum non habeat: exceptio autem in non exceptis firmat regulam, præſertim cum nullæ adſint rationes reconventionem impedientes. Oſtendit idem Mindanus *d. loc. in* 2. quòd Sichardus dicat Placentinum in *l. nulli. C. d. judic.* errare, dum dicit cauſam conventionis & reconventionis eſſe continentem & cohærentem, quum cauſa reconventionis ſit incidens; iſtâ digladiatione opus non eſſe: utrumque enim probè dicitur. Et ea, quæ incidunt in judicium, eidem continentia ſunt & connexa. *Nunc videamus modos*, quibus Interpretes conſtringunt, limitant, negant reconventionem. Conſtringunt cum d. Mindano 3. *d. proceſſ. 6. num.* 9. quòd procedat reconventio in actionibus mutuò cognatis inſtitutis, non verò diſparatis, ſeu quæ ex diverſa cauſa oriuntur: quod tamen adhuc diſputat Umm. *d. loc. th. 6. num.* 21. admittit Mynſing. 1. *obſ.* 10. tum, ſi de utraque cauſa pariter liqueat; aliàs ſi priùs conſtet de una, quàm de alia: vel conventus non pergat in reconventione, poterit Judex pronunciare ſolùm de cauſa ea, quæ liquet, & ſuperſedere in alia, ubi ita & in Camera Imperiali in cauſa Sebaſtiani Vegelsberger contra Comitem Wilhelmum de Fürſtenberg Anno 1543. pronunciatum teſtatur. Limitant, ut reconventio reconventionis nulla ſit, nec à Judice debeat admitti, Accurſ. in *auth. & conſequenter. C. d. tit. d. ſentent. & interl.* Schwanman. 1. *proc. Camer. c.* 69. *n.* 7. Niſi ſecunda reconventio in ipſam reconventionē incidat, vel ipſi præjudicium adferat, Umm. *d. loc. n.* 6. Negant reconventionem dari contra implorationem officii Judicis, niſi officium incidenter imploretur, vel principaliter quidem, ſed in modum actûs extrajudicialis: vel niſi officio Judicis inſtar actionis partes utantur, Otto Tab. *d. loc. axiom.* 4. Non obſt. *d. l. 1. §. ult. ff. quæ ſent. ſine app. reſcind.* in qua non improbatur reconventio, ſed improbatur ſententia Judicis, qui reconventionis jus non attendebat, & quæritur, ſit ipſo jure nulla, ita ut non neceſſaria ſit appellatio, an remedio appellationis annuletur? quod poſterius in objecta lege eſt definitum. Aliud dubium ex hoc §. *ult.* eliciunt Interpretes, Compenſationem non videri fieri ipſo jure, contra differentiam, in qua *Compenſatio ipſo jure &c.* nam apud Borcholten *d. compenſ. c. 3 num* 33. ita argumentatur Tindarus, Si compenſatio fit ipſo jure, appellatio fruſtratoria eſt, hoc eſt, non neceſſe appellare à ſententia Judicis, qui condemnavit ad ſolvendum eum, cui viciſſim ab adverſario debebatur. Ratio eſt, quia ipſo jure compenſatio ejus, quod utrinque debitum fuit, facta eſt. Judex igitur non rectè con-

demna-

demnavit eum, qui nihil debuit, & ob id appellare neceſſe non eſt. Sed à ſententia Judicis condemnantis eum, qui debuit, cum illi viciſſim ab adverſario deberetur, appellari poteſt. Ergo compenſatio ipſo jure non fit. Ad hoc argumentum ita reſpondere oportet. Talis proponitur facti ſpecies. Ego & tu apud eundem Judicem aliquid petivimus. Ego dixi te mihi debere pecuniam cum uſuris. Tu contra affirmaſti me tibi pecuniam debere ſine uſuris. Mutua hic eſt petitio. Judex me priorem condemnavit tibi, quo tu prior me condemnatum habes, ut JCtus inquit, ut tu prior poſſes judicati agere adverſùm me. Hic mihi neceſſe non eſt appellare. Ratio eſt, quia ſecundùm ſacras conſtitutiones tu judicatum à me petere non potes priùs, quàm de mea quoque petitione judicatum fuerit. Hoc jus compenſationis facit. Si enim Judex te mihi viciſſim condemnaverit, hoc caſu usque ad concurrentes quantitates, quæ hinc inde debitæ fuerunt, ipſo jure compenſatio multò jam ante fuit facta. Ne igitur tu exigas à me, quod multò jam ante tibi non debui, ut puta compenſatione ipſo jure factâ, ex eo tempore, quo utrinque debitum fuit, tu judicati agere non potes adverſùm me priùs, quàm de mea quoque petitione, quàm adverſùs te inſtitui, judicatum fuerit. Appellatio igitur hoc caſu neceſſaria non eſt. Tutius tamen eſt, ut appellatio interponatur, quia interpoſitâ appellatione metuendum non eſt, ne Judex, à quo appellatum eſt, ad executionem rei judicatæ procedat: quod etſi de jure facere non poteſt, de facto tamen facere poſſet; ſed appellatione interpoſitâ id nullo modo facere poteſt. Ex eo verò, quod JCtus dicit, magis ſive tutius eſſe, ut appellatio interponatur, non rectè infertur, appellari debere à ſententia Judicis, qui condemnavit, compenſatione ipſo jure jam factâ. Nec enim JC. dicit, appellari debere, ſed potiùs affirmat neceſſe non eſſe appellare. Appellatio ex abundanti & pro majori tantùm cautelâ interponitur, non ex neceſſitate, quaſi neceſſe ſit appellare. Sed redeamus ad jus reconventionis, à quo divertit jus Saxonicum, ut multum quondam diſceptatum fuit, variè ac diverſimodè ſentientibus Interpretibus juris Saxonici, ut videre eſt apud Matth. Berlichium *part. 1. concl. 21. num. 2. & ſeqq.* Sed clara eſt diſpoſitio juris Saxonici in *art. 12. libr. 3.* Landr. ubi diſertis verbis ſtatuitur, ſi quis aliquem conveniat, & reus viciſſim actorem reconvenire intendat: actorem non teneri reſpondere libello reconventionis, niſi priùs ab actione inſtituta reus ſe expedierit; in verb. **Weil eher man auff einen klaget/vnd jener wider auff jhn/der vor erſt klaget/darff dem andern nicht antworten/er ſeye dann erſt ledig von jhm.** Ex quo reconventionem de jure Saxonico penitùs eſſe prohibitam cum Weſenb. in *paratit. ff. d. compenſ. num. 9. ſub fin.* concludit Carpzovius in *Jurispr. For. Romano-Sax. part. 1. conſt. 7. def. 7. num. 3.* Vid. eundem in *proceſſ. Jur. tit. 6. artic. 3. num. 11. & ſeqq.*

RECONVENTIONI locus eſt in poſſeſſione, & non poſſeſſione, id eſt, proprietate, aut jure aliquo, id eſt, ſervitute, *c. ſuper. X. d. mut. petit. c. ſuper. X. d. ord. cogn.*

Non eſt ea propriè reconventio, Quin potiùs abſurda eſt quæſtio, An de poſſeſſione agens reconveniatur de proprietate, Giphanius ad *l. 14. C. d. ſentent. & interl.*

Utraq; aſſertio conſiſtit, eam, quæ eſt juris Canonici, limitando: eam, quæ eſt juris Civilis, interpretando. Limitatio in eo conſiſtit, quod in jure aliquo, id eſt, ſervitute non ſit locus reconventioni: ſed in poſſeſſione & non poſſeſſione, id eſt, in proprietate, cum reus conventus interdicto unde vi actorem reconvenit eodem interdicto, aliâ de re ſive fundo. Miror hic Giphanium in *d. loc.* ſubjicere hanc diſtinctionem & multiplicem ejus ſectionem non videri juri congruam, & tamen eſſe verum judicio poſſeſſorio non opponi petitorium, ſed cauſam proprietatis differri, donec poſſeſſio fuerit deciſa. Si enim cauſa proprietatis differatur, donec poſſeſſio fuerit deciſa; hoc nihil aliud eſt, quam judicio poſſeſſorio non opponi petitorium. Quia potiùs abſurda eſt quæſtio. An de poſſeſſione agens reconveniatur de proprietate: ſunt enim hæc pugnantia, nam qui agit de poſ-

Digitized by Google

de poſſeſſione, ut unde vi, non poſſidet: qui ſi poſſet reconveniri de proprietate, poſſideret. Lis quippe proprietatis non eſt niſi contra poſſidentem, *l. 9. officium. ff. d. R. V. l. 24. non alias ff. d. judic.*

REDIMENDI JUS cenſetur introductum, cum ita conventum eſt inter emptorem & venditorem, ut liceat venditori quandocunque redimere, ac illius conventionis tanta vis eſt, ut redimere volenti triginta annorum præſcriptio non obſtet, quia is, qui in mala fide eſt, nullo unquam tempore præſcribere poteſt. *c. ult. X. d. præſcript.* Vid. differentiam, in qua *Præſcriptio ſemper requirit bonam fidem.* & differentiam, in qua *Uſucapione completâ &c.*

Si in contractu venditionis pactum fuerit ita conceptum, ut ſi non placuerit vel emptori vel venditori, liceat ab eo diſcedere nullo præfinito tempore, quærit Covarruvias *libr. variar. reſol.* 1. *c.* 9. *num.* 1. num jus iſtud conventionalis retractûs temporis præſcriptione tollatur? & ibidem Angelus reſpondet in *conſ.* 55. juri offerendi pretium ad rei venditæ retractum obeſſe præſcriptionem triginta annorum, cum ab initio contractûs hoc jus venditori actione perſonali competat, *l. ſicut in rem. C. d. præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.*

Qui juri Civili adſtipulantur, commune hoc adducunt argumentũ, Omnem actionem regulariter extingui ſpacio longiſſimi temporis, *l. ſicut. l. omnes. C. d. præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* Igitur & actio, quę competit ad redimendum. Si dicatur in hoc caſu pactum repugnare, quia dictum eſt, ut liceat quandocunque redimere. Reſpondetur id nihil obſtare, quia verba perpetuum tempus ſignificantia triginta annorum ſpacium non excedunt. Id patet ex *l. 1. ff. ſolut. matrim. junct. l. in rebus. C. d. jure dot. l. minor. §. qui ſtatuliberum. ff. d. evict. l. Prætor ait. § hoc interdictum. ff. d. O. N. N. c. 1. d. in integr. reſt. junct. c. 1. eod. tit. libr. 6.* & ex aliis locis plurimis. Secundò præſcriptioni 30. annorum renunciari non poteſt expreſsè ab ipſis contrahentibus ſecundùm communiorem ſententiam Doctorum in *l. nemo poteſt. d. leg. 1.* & habetur apud Franciſc. Balb. *d. præſcript. in 5. part. 5. part. princ. quæſt.* Ergo neque tacitè renunciari poteſt, aut renunciatum eſſe intelligitur illâ conventione, ut liceat ſemper & quandocunque redimere. Sed contraria ſententia mihi videtur longè probabilior, quam amplexus eſt poſt alios Mynſing. *cent. 1. obſ. 16.* ubi teſtatur ſæpe ita fuiſſe judicatum in Camera Imperiali, quia venditor ſuæ promiſſionis & obligationis eſt conſcius. Ad quod reſpondent equidem contrariæ ſententiæ authores diſtinguendo ſcilicet propoſitionem, ut locum habeat, quando abſolutè actio competit, ſecus autem ſi actio competat præcedente aliquâ conditione, puta in legatario, cui actio competit ad legatum non ſimpliciter & abſolutè, ſed ſi legatum acceptaverit, quo fit ut adversùs eum 30. annorum præſcriptio currat malâ fide hæredis non obſtante. Unde ſic & in propoſita ſpecie reſpondendum eſſe videtur, quia non abſolutè competit actio venditori ad redimendum, ſed ita demum, ſi pro redemptione inſtiterit, & precium etiam obtulerit. Ceterùm hæc reſponſio parum obſtat, ut dicebat Covarruvias *d. loc. ante num. 6.* Primùm quia in hac ſpecie quæſtionis noſtræ ſtatim ab initio contractûs actio oritur ad rem ipſam redimendam. Ac in actione propoſita illa legatario non competit ante legati acceptationem. Præterea cum legatarius legatum non petit, probabiliter exiſtimare poteſt hæres eum idcirco non petere, quòd acceptare nolit. Secus eſt in venditore, quia ſi non redimat, non ſtatim credere debet emptor eum redemptionis gratiam facere velle, ſed fortaſſe non redimere, quia non habet ad redimendum paratam pecuniam. Re-

Ddd

ſpondent ſecundo loco authores contrariæ opinionis malam fidem non obſtare, quia venditor renunciare videtur poteſtati ac juri redimẽdi, quod habet, dum illud non exercet, & prælabitur longiſſimum tempus, quo tollitur & extinguitur omnis actio. Sed nihil obſtat hæc reſponſio, quia non ſequitur, Venditor permittit labi tantum tempus, nec redimit rem venditam. Ergo renunciare cenſetur juri redimendi. Ratio eſt, quia non ignorat emptorem, cum ſit in mala fide, præſcribere non poſſe, & ſic malam fidem emptoris efficere, ut omni tempore actionem & jus ſuum exercere poſſit. Etſi enim ſpatio tanti temporis omnis extinguatur actio, id tamen locum ſibi non vindicat, ubi adeſt mala fides, quoniam illa impedit præſcriptionem. Reſpondent tertio loco malam fidem impedire præſcriptionem quoad hoc, ut dominium non acquiratur, ſed dominii confirmationem nihilominus acquiri poſſe. Sed repugnat huic reſponſioni textus in *d.c.ult.* ubi dicitur nullam præſcriptionem valere abſque bona fide. Nec difficile eſt ad argumenta reſpondere, nam ad primum reſpondeo, Verum eſſe regulariter, quod aſſeritur in argumento ſpacio longiſſimi temporis omnem actionem excludi. Sed ab hac regula caſus ille eſt excipiendus, cum videlicet is, qui conveniri poteſt, eſt in mala fide. Quod verò dicitur, verba tempus perpetuum ſignificantia reſtringenda eſſe ad ſpacium annorum 30. locum habere poteſt in diſpoſitione legis, non autem in diſpoſitione hominis. Ad alterum argumentum reſpondet Fachinæus *libr. controv. jur. 2. c. 14.* Dato, quòd illa ſententia vera ſit, hic non agi, an renunciari præſcriptioni poſſit, ſed an præſcriptio cum mala fide valeat. Sub finem moneo, ne quis exiſtimet contrarium docere differentiam, in qua *Uſucapione completâ &c.* & differentiam, in qua *Tempus immemoriale non attenditur.* hic non ſimpliciter proponi malam fidem, verùm proponi eam, quâ quis à jure redimendi recedit, & ita non proponitur res nudæ voluntatis, ſed conventionis initæ, quâ quis jus redimendi, quod conſiſtit in mera facultate, adjecit: quæ autem meræ ſunt facultatis, non præſcribuntur, arg. *l. 2. ff. d. via publ.* Vide differentiam, in qua *Præſcribi poſſe & quaſi poſſeſſione acquiri &c.*

REDITUUM annuorum emptio prohibetur ut Antichreſis, Vid. differentiam, in qua *Antichreſis damnatur*, & differentiam, in qua, *Uſurarum crimen &c.* Vid. Carpzovium in *Juriſpr. Forenſ. Romano-Sax. part. 3. conſt. 24. def. 12.*

In quo videtur poni differentia, illud eſt ipſum, quod jus Canonicum induxit, nam emptio annuorum redituum juri Civili erat ignota, huc q; applicari poteſt illud Hahnii ad *tit. ff. d. Uſur. num. 5. in cond. 3.* Licet Canoniſtæ, hosq; ſecuti Scholaſtici & Theologi Pontificii morales in univerſum omnes damnent uſuras, tamen id odio vel ſolius nominis fieri exinde conſtat, quòd concedant præter ſortem licitè aliquid accipi poſſe ratione intereſſe, h. e. lucri ceſſantis & damni emergentis, quod etiam uſuram vocari non negatur. Hoc ipſum vero approbare nihil aliud eſt quàm nomen uſurarum rejicere, rem ipſam verò admittere: Vid. Bachovium ad *Weſenb. tit. d. Uſur. num. 5. lit. g.* Eò alludunt inſerta d. differentiæ, in qua *Uſurarum crimen &c.* Si luberet pleniùs excutere plura juris Canonici loca, inveniremus tacitas uſurarum conceſſiones, quibus avaritiæ cæcitas aliquorum ani-

Longiùs diſtant emptiones redituũ ab uſuris. Nam uſura ſolvitur ſupra ſortem, & una cum ſorte reddenda eſt. At in venditione reditûs neq; ſors redditur. Eſt enim vera venditio, & precium tranſit perpetuò in venditorem, ut emptor illud repetere nequeat, neq; quid ſupra ſortem ſolvitur, ſed aliud pro ſorte, nempe reditus, qui eſt merx in hoc contractu. Hos igitur reditus emere aut vendere nihil prohibet, *c. 1. 2. d. empt.*

mos oc-

mos occupans eos in illam temeritatem impellit, ut quæ ſibi à jure interdicta noverint, exquiſitis fraudibus uſurpare conentur. Verbo dicam, In Laicis quæ vetant Canoniſtæ, vetant ideo, ut ſoli exerceant: ſe totos diſſimulant, ut toti agant id, quo unctiores reddantur. Incorruptum manet Eraſmi de Pontificibus, Epiſcopis & Monachis judicium, *Chriſti Vicarii terrificum fulmen in nullos torquent acrius, quàm in eos, qui inſtigante Diabolo patrimonia Petri minuere atque arrodere conantur. Cujus cum hæc vox ſit in Evangelio, reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te; tamen hujus patrimonium appellant agros, oppida, vectigalia, portitoria, ditiones. Pro quibus dum zelo Chriſti accenſi ferro igniſque dimicant, non abſque plurimo Chriſtiani ſanguinis diſpendio, tum demum Eccleſiam Chriſti ſponſam ſeſe credunt Apoſtolicè defendere, fortiter profligatis, ut vocant, hoſtibus. Quaſi verò ulli ſint hoſtes Eccleſiæ pernicioſiores, quàm impii Pontifices, qui & ſilentio Chriſtum ſinunt aboleſcere, & quæſtuariis legibus alligant, & coactis interpretationibus adulterant, & peſtilente vitâ jugulant. Jam verò vulgus Sacerdotum nefas eſſe ducens à Præſulum ſuorum ſanctimonia degenerare, euge quàm militariter pro jure Decimarum, enſibus jaculis, ſaxis, omniq́ue armorum vi belligerantur: quàm hic oculati, ſi quid ex veterum literis poſſint elicere, quo plebeculam territent, & plus quàm decimas deberi convincat.* Sit tamen hæc redituum annuorum emptio nihil aliud quàm contractus uſurarius, ut eum vocat Bachovius *d.loc.lit.a.* Sit color tantùm, quo uſura abducatur, ut voluit Beſoldus in *delib.jur.ex libr.ff.18.q.5.* aut non ſit contractus uſurarius, nec color, quia non perſolvitur ſingulis annis, non ut lucrum, ſed ut merx & res empta: aut non ematur pecunia mediante pecuniâ, ſed ematur potiùs jus percipiendi; eſt tamen hæc emptio licita, dum illi reditus ſint proportionati. Ad quam proportionem duo requirit Hahn *d loc.num.14.* 1. ne ultra quincunces in ſingula centena annuatim recipiantur. 2. ut ſoli venditori competat facultas cenſus annuos redimendi, non verò emptori, die loßkündigung der Gültverſchreibung ſol bey dem verkäuffer vnd nicht bey dem käuffer ſtehen. *In receſſ.Imp.ann.1548.§.* vnd die loßkündigung. Idque adeò verum eſt, ut nec valeat pactum. daß der käuffer die loßkündigung thun ſol/ licet contrahentes, uti ſæpe fit, conſtitutionibus Imperii expreſsè renunciaverint. Fallit tamen & hoc, quia emptor cogere poteſt venditorem ad redimendum. 1. ſi venditor dixerit factam jam eſſe redemptionem pretiumq́ue reſtitutum, idq́; per calumniam affirmaverit. 2. Si idem ſit in mora præſtandi reditus, emptoremq́ue litibus ac ſumptibus vexet. 3. Si conventum ſpecialiter, quòd in caſu moræ à venditore commiſſæ debeat emptor habere facultatem repetendi ſortem.

vend. etiam cum pacto de retrovendendo, dummodo moderatio legum ſervetur, Weſenbecius ad *tit.ff.d.Uſur.num.14.*

REIPUBLICÆ causâ ſi quis abſit, illa abſentia non attenditur, *c. ad audientiam.15. X. d.Cleric.non reſid.* Vid. Alciatum *parad.libr.5.c.15.*

Attenditur, & Reipublicæ causâ abeſſe eos ſolos intelligimus, qui non ſui commodi causâ, ſed coacti abſunt, *l.36.42.ff. Ex quib.cauſ.major.&c.*

Nulla eſt differentia, Aliud eſt abſentiam non attendi: aliud eſt abſentiam eſſe nullam. Deinde quoad abſentiam, an attendatur, diſtinguitur inter cauſam, circa quam abſentiæ controverſia agitur, Vid. differentiam, in qua *Abſens ſi quis fuerit. &c* & differentiam, in qua *Abſente aliquo ſine contumacia. &c.* & inter ipſam abſentiam, quæ modò attenditur tanquam probabilis ſeu neceſſaria: modò non attenditur. Tertiò ab abſentia, quæ contingit facto hominis, ad abſentiam, in cujus præjudicium vel favorem lex pronunciat, non argumentamur. Tandem ab abſentia, quæ effectu juris eſt abſentia, ad abſentiam, quæ effectu juris eſt præſentia, non argumentamur. Sic in *l. 140. ff.d R.J.* Abſentia ejus, qui Reipublicæ causâ abeſt, neque ei, neque alii damnoſa eſſe debet; ne cui

officium publicum damno vel compendio ſit, *l.29. ff.d. tit. Ex quib cauſ. major.* Hinc facilis eſt reſponſio ad *d. c. ad audientiam.* in quo abſentes dici non debent, ſed præſentes, qui cum Epiſcopo pro ipſius & ipſius Eccleſiæ ſervitio commorantur. Sive præſentes dici non debent, niſi actualis præſentia deſideretur. Hoc indigetat *c. d. cætero. X. eod.* in quo Canonicis, qui in ſervitio Epiſcopi fuerint, nihil ſubtrahi debet vel auſſerri, quod de communitatis ſibi beneficio debetur: niſi fortè ſint victualia, quæ non conſueverunt abſentibus exhiberi.

Religionis ea eſt libertas, ut ad eam quis cogi non poſſit, *can. licet. diſt.* 45. in quo plus agit benevolentia quàm ſeveritas: plus cohortatio, quàm comminatio: plus charitas, quàm poteſtas. V. differētiam, in qua *Hæreticorum exterminium &c.* Beſoldum *libr. pol. 1. c. 3. num.* 18. Keckermannum *diſp. pract. 35. probl.* 14.

Quum religio ſit fulcrum, columna & fundamentum Reipublicæ, quo ſubtracto & ipſam concidere, commoto & ipſam nutare neceſſe eſt, Arniſ. *libr. 2. d. majeſt. c. 1. num.* 369. ad eam quis cogi poteſt, arg. *l. un. C. nemini lic. ſign. Salvat. Chriſt. l. inter claras. 8. C. d. ſumm. Trin. l. 2. d. J. & J.*

Ut reſpondeatur ad quæſtionem, An Princeps Subditos ad religionem cogere poſſit? cum Canoniſtis ſentimus, cum fides in actu interno conſiſtit; actus verò interni à nulla poteſtate externa præcipi aut imperari poſſunt. Elegantia ſunt loca, quæ in *differt. d. ſuperior. territor. th.* 4. adducit Johan Gothoſredus Freyer Jenenſis, Quis imponat, verba ſunt Lactantii *libr. 5. Inſt. divin. c.* 10. neceſſitatem vel credendi quod nolim, vel quod velim, non credendi: nihil tam voluntarium, quàm religio, in qua ſi animus averſus, jam ſublata, jam nulla eſt. Quibus gemina ſunt ea, quæ habentur apud Tertullianum, Humani juris & naturalis poteſtatis eſt unicuiq;, quod putaverit, credere, nec alii obeſt aut prodeſt alterius religio: ſed nec religionis eſt cogere ad religionem, quæ ſponte ſuſcipi debet non vi, cum & hoſtiæ ab animo lubenti expoſtulentur. Ita etſi nos compuleritis ad ſacrificandum, nihil præſtabitis Diis veſtris: ab invitis enim ſacrificium non deſiderabunt, niſi ſi contentioſi ſint: contentioſus autem Deus non eſt. Quibus ſubjicere lubet memorabilia illa Henrici III. Galliarum Regis, in mortis articulo ad aſtantes quoſdam Proceres prolata verba: *Remettez le different de la religion à la convocation des Eſtats du Royaume, & apprenez de moy que la pieté eſt un devoir de l' homme envers Dieu, ſur lequel le bras de la chair n'a point de puiſſance.* Refert Jean de Serres *en l' hiſtoire de France ſoubs Henry III. fol. 615. edit. Pariſ. de l' an* 1647. ubi in præcedentib. fol. nempe 576. pie loquitur, *La foy ne ſe plante pas avec violence aux cœurs des perſonnes; il faut attendre du Ciel la converſion des deſvoyez.* Et fol. 626. *La concorde de la religion & des choſes divines s'eſtablit plus par douceur, que par la force: plus par amour, que par crainte, que par peine & cruautez. Il ne faut point d'autres armes, que la parole de Dieu, contra les ames obſtinees: elles ne ſont ſubjectes aux tourmens, qui deſtruiſent le corps, & les ſupplices ruinent plus en une heure, que les peines n'edifient en pluſieurs annees. La religion ne peut ſouffrir violence, car les Roys ne commandent pas aux cœurs, comme aux corps.* Hinc apud Ottonem Taborem in *theſaur. loc. comm. Juriſpr. ex axiom. Barb. libr. 16. c. 25 axiom. 1.* ſanctè Marcianus ſub anno 452. edicto ſcripſit publico: Noſtra Clementia, nulli penitus neceſſitatem imponi præcepit, quatenus aut ſubſcribat, aut conſentiat, ſi noluerit: non enim terrore aut violentiâ aliquos trahere volumus ad viam veritatis. His ita traditis non obſtant allegata Juris Civilis loca. Non *l. un. C. nemini lic. &c.* quam explicat Tuldenus, pertinere ad vindicandam reverentiam adorandæ crucis, tropæi ſalutis, & eſſe latam adverſus Gentiles & Judæos, qui imaginem crucis, contumeliæ causâ, humi conſignabant proculcandam. Quicquid ſit vel hic prohibitum, vel a Sylveſtro in

ſumma.

ſumma V. Imago. antiquatum, vel quoad figuratæ crucis effectus, qui ſe exſerunt in morbos, in dæmones, in tempeſtates, damnatum: vel etiam ab Imperatore in *l. ult. C. d. jur. delib. Nov. 5. c. 1. Nov. 67. c. 1. Nov. 123. c. 32.* ſuperſtitioſius obſervatum, ex illa *l. un.* non apparet religionis metus aut violentia: non urgetur factum omiſſionis, ſed impeditur factum commiſſionis. Nos etiam, ſi quis opinetur licere ſibi ſignum Salvatoris Chriſti humi, vel in ſilice, vel in marmore aut inſculpere aut pingere, ut inde oriatur ludibrium, id facinus deteſtamur. Non o. *l. inter Claras.* de cujus autoritate vide differentiam, in qua *Hæretici poſtulare poſſunt.* Adhæc curam eorum, qui præſunt, admittimus: coercitionem nimiam coercemus. Moneat eos Lipſii monitum *lib. 4. pol. c. 4.* referente *Reinkingk lib. 2. claſſ. 3. c. 2.* In fide agendum, ceu in fidibus: ſi quid diſcrepat, non ſtatim disrumpendum, ſed paulatim ad concentū reducendum. Notat Zevecotius ad *lib. 1. Flori. c. 2.* vix ulli unquam bene ceſſiſſe uſurpatum in conſcientias imperium, quo peccatum nullum gravius eſſe, eosque, qui id moliuntur, cum gigantibus cœli arcem invadere velle Olomucenſi Antiſtiti reſpondit Maximilianus II. Precibus potiùs & inculpatæ vitæ exemplis in partes noſtras diverſum ſentientes trahendi ſunt, quàm ſuppliciis aut armis. In Diſcipulorum capitibus apparuerunt linguæ igneæ, non patibula, aut flagra aut teſtes: ut doceret Spiritus Sanctus non vi, ſed inſtructione & puriore doctrinâ ad fidem ducendos eſſe infideles. Apud Thuanum *libr. 16.* Summus Pariſienſis Senatus Henrico II. Regi anno 1555. ſic ſcribit: Quandoquidem miſerorum, qui quotidie ob religionem plectuntur, ſuppliciis id tantum hactenus effectum eſt, ut crimen potiùs deteſtabile eſſet, quàm errores ipſi corrigerentur, æquum videri, ut potiùs veteris Eccleſiæ veſtigiis inſiſtatur, quæ non ferro & flammis in religione conſtituenda ac propaganda, ſed puriore doctrina, & honeſtis vitæ Antiſtitum exemplis rem confecit. Non obſt. *l. 2. ff. d. J. & J.* in qua Jus gentium erga Deum religionem ſibi vindicat. Aliud quippe eſt religionis origo, aliud in ſuis ſubjectis neceſſitas: aliud præceptum, aliud coactio: aliud concomitantia eorum, quæ ſunt jurisgentium, aliud immobilis inhærentia. Addo illud Beſoldi *libr. polit. 2. c. 1. n. 38.* cui non videntur Chriſtiani eſſe modi, Papicolis frequentes; honorum, divitiarumque promiſſione aliquos allicere, aut etiam ſcelerum impunitate Religionem promovere: aut etiam tributis hæreticos onerare; ut eo faciliùs ad fidem convertantur. Chriſtus enim diſcipulis ſuis non regna mundi promiſit; ſed tribulationes multijugas prædixit. Improbatur in Juliano Apoſtata, qui arte potiùs, quàm poteſtate inſectatus fuit religionem: honoribus, ut habet Oroſius 7. c. 30. magis permovere, quàm tormentis ſtudebat. Et de eodem Imperatore Ammianus Marcellinus *libr. 22.* Chriſtianis aliàs non æquus: Illud, inquit, inclemens obruendum perenni ſilentio; quod arcebat docere Magiſtros, Rhetoricos & Grammaticos, ritûs Chriſtiani cultores. Ex his duo ſunt examinanda conſectaria, de quibus non meum, ſed aliorum referam judicia. Unum eſt, *An plures religiones ſint tolerandæ?* Secundum eſt, *An Hæretici bello ſint laceſſendi?* Ad prius reſpondet Joh. Gothofredus Freyer *d. loc.* Rationes politicas ſi perpendimus, præſtat unam in republica vigere religionem, & ſtatus ille, ubi plures ſunt religiones, ſemper eſt turbulentus. Verùm ubi plures religiones diu viguerunt, earumque cultores publicum exercitium obtinuerunt, nec ſine periculo aut detrimento reipublicæ eradicari poſſunt, ſatius eſt publicæ pacis conſervandæ ergo eas tolerare. Sunt ſæpe, addit Zevecotius *d. loc.* in corpore humano fiſtulæ, quas, quamvis injucundas & graves, tantum abeſt, ut tolli velit Medicus, ut etiam quotidianâ curâ alat & foveat, ne vita ipſa vocetur diſcrimen. Vid. Beſoldum *d. libr. politic. 2. c. 1. num. 35.* Ad poſterius reſpondet Perezius ad *tit. C. d. hæretic. num. 8.* Bello quieti hæretici non facile laceſſendi: nam ut animalia quædam veneno, ſic turbis valeſcunt. Quosdam enim impetus & inſana bellandi dulcedo & prædæ cupiditas, non æſtimato jure partium, armis hæreticorum ſociat, quibus alioqui nihil commune cum illorum dogmatibus erat; quosdam etiam ex criminibus metus judiciorum. Deinde ut fila ſingula facilè rumpuntur, non etiam in funem connexa, qui eò faciliùs implicatur, quò fortiùs premitur; ita illi bello invaleſcunt, eo ipſo, quod commu-

ne periculum eos conjungat, qui antea ſoluti erant, neque incitati adverſantium fervore, plurimum quoque de ſuo remittebant. Qui plures ambiguitates deciſas volet, ut illam, Ob ein Fürſt vermög Landsfürſtlicher Oberkeit einen Lehenmann oder Unterthanen zu der Augſpurgiſchen Confeſſion oder Papiſtiſchen Religion zwingen könte? vel illam, An Magiſtratus civitatis alicujus Imperialis, Pontificiæ vel Lutheranæ Religioni addictus civibus ſuis alterius Religionis exercitium publicum petentibus permittere id invitus teneatur? videat Joh. Bidenbachium *quæſt. nobil.* 2. Carpzovium *deciſ. illuſtr. Sax.* 63.

REMITTENDI jurisjurandi facultas, tanquam articulus ſpiritualis, ad Judicem Eccleſiaſticum pertinet, per textus, quos allegat Gailius *libr.* 1. *obſ.* 25. *num.* 1.

Accurſius ad *l. adigere.* 6. *D. d. jur. patron.* plenam remittendi jurisjurandi facultatem Imperatori Principibusque tribuit.

Hugo Grotius *libr.* 2. *d. jur. Bell. & Pac. c.* 13. *d. jurejur. num.* 20. ita ſentit: ſed & actus ex utroque mixtus eſſe poteſt, ut ſi ſuperior conſtituat, quod inferior juraverit hoc aut illo caſu, puta ex metu, aut imbecillitate judicii, ita demum valere, ſi ab ipſo approbetur. Atque ex hoc fundamento defendi poſſunt abſolutiones juramentorum, quæ olim à Principibus, nunc ipſorum Principum voluntate, quò magis cautum ſit pietati, ab Eccleſiæ Præſidibus exercentur. Tria hic ſub incudem ſunt revocanda. 1. Jure Romano nunquam Principes juramentorum abſolutiones exercuiſſe: non in *l. ult. D. ad Municip.* ubi Imperatores Antoninus & Verus reſcripſerunt, gratiam ſe facere jurisjurandi ei, qui juraverat ſe ordini non interfuturum, & poſtea duumvir creatus eſt, nam juramentum in hujus legis caſu ipſo jure nullum eſt, cum ſit præſtitum contra Rempublicam, cui magis, quàm nobis naſcimur, neque ſupervacanea fuit remiſſio, ſi non determinet jusjurandum, cum reſtabat infidelitatis crimen, quod jurando commiſerat, & per Clementiam Imperialem dilui debebat. Nec ad rem facit *l. ult. ff. qui ſatisd. cog.* nam ibi per cauſam conceſſam non intelligitur principalis remiſſio, ſed cauſa à l. conceſſa Nec facit *l.* 1. §. 1. *C. qui milit. poſſ. lib.* 12. nam ibi jurisjurandi ſolutio non pendet ex autoritate ſumma, ſed remiſſione juris acquiſiti. Non facit *d. l.* 6. nam ibi juramentum in damnum Reipubl. redundans ipſo jure caducum erat. 2. quod animadverſum eſt Buſii ad *l.* 1. *d. jurejur. num.* 20. Judicem Eccleſiaſticum relaxare juramentum poſſe in terris Eccleſiæ: in terris Imperii & Principum ſecularium rem obſervandam eſſe ex moribus cujusque loci. 3. eſt Gailii *d. loc.* cui tamen regulæ Canonicæ quinque adduntur exceptiones, quarum præcipuam ſibi vindicat judicium Cameræ Imperialis.

RENUNCIATIO jurata & ſimplex diſtinguuntur. Ita renunciatio jurata in fidejuſſoribus beneficia tollit. Excuſſio contra juramentum non habet locum, cum tale juramentum ſervari poſſit absque interitu ſalutis æternæ, *c. cum contingat,* 26. *X. d. jurejur.*

Renunciatio jurata & ſimplex non diſtinguuntur, quia juramentum non operatur effectum extenſivum, ſed adſtringit obligationem, cui adjectum eſt, *l. ult. C. d. non numer. pec.*

Potuiſſem in illo faſtigio, è quo vis juramenti & ejus exceſſus juxtim emicant acquieſcere. Sed enim vicina videntur, quæ maximè diſtãt. Renunciatio quippe jurata & ſimplex nec jure Canonico diſtingui videntur, quia juramentum ſemper ſequitur, & induit naturam negotii ſeu contractûs, cui adjicitur, *c. acceſſorium. d. R. J. in* 6. neque operatur, ut is degeneret, ſed tantùm efficit, ut in forma & natura ſua firmior ſit, *d. l. ult. l.* 1. *C. d. ſi adv. vend. c. ex parte tua.* 13. *X. d. Cler. non reſid.* Jam verò natura contractûs ipſâ lege

munita

munita privilegium Diviſionis fidejuſſori concedit; ergo juramentum contrarium producere nequit effectum, utpote quod tantùm additum eſt ad ipſum contractum firmiter ſervandum, non verò ad renunciationem remediorum ſeu beneficiorum ex jure & æquitate competentium; illa enim quilibet ſibi ſemper reſervare, non verò illis renunciare, niſi in caſu, quo evidens ſit probatio, præſumitur, Abrahamus Widman in *diſſert.d.benef. diviſ. th.12. ſub præſidio Magnifici Lauterbachii.* Attamen contraria ſententia eſt verior, quæ fundatur & in *c. ex reſcripto. X.d. jurejur.* à quo propter religionem juramenti neutiquam recedendum: & in praxi, cujus præjudicium apud Carpzovium in *Juriſpr. For. Romano-Sax. part. 2. conſt. 17. defin. 5.* legimus hiſce verbis conceptum, dieweil er aber dennoch/ der vor ihne underſchribenen obligation redlichen nachzukommen/ und alles das jenige/ ſo drinnen begriffen/ zu halten endlichen verſprochen/ ꝛc. So hat er ſich auch da wider die exceptionem excuſſionis und diviſionis zu gebrauchen nicht fug/ ſondern er iſt die vollſtendige zahlung unweigerlich zu leiſten ſchuldig. Nec ad rem pertinet, quòd hac ratione fidejuſſoris obligatio haud parū augeatur contra *l. Græcè. 8. §. illud. ff. d. fidejuſſ.* Reſp. Carpzov. *d. loc. num. 9. 10.* Nil prohibere, quò minùs fidejuſſor interveniente jurejurando in duriorem cauſam obligari queat. Hactenus ſcilicet, ut tanquam principalis debitor, non tanquam fidejuſſor, obligetur, qui in plus obligari vult, ut propter jurisjurandi authoritatem eo modo actus valeat, quo valere poteſt, Ant. Fab. in *Cod. libr. 8. tit. 27. def. 14.* Alio modo & ſic reſponderi poteſt, fidejuſſoris obligationem poſſe augeri, non tamen poſſe excedere rei principalis obligationem. Deinde non eſſe abſurdum poſſe obligari fidejuſſorem ut reum principalem. Vid. *diſp. ſub meo præſidio d. fidejuſſ. habitam. ſect. 7. tit. 9.* Tandem non obligatur in plus, qui ſe conſtituit reum principalen, quia obligari in plus non refertur ad tempus, ſed ad majorem ſummam.

REPLICATIONI iterandæ nullus eſt modus vel ex naturâ defenſionis, quâ legitimè procedente non peccamus: vel ex natura favoris, quem ampliari convenit, *c. odia. d. R. J. in 6.*

Si è deductione capituli, quod ambigua patitur interpretamenta, formaremus differentiā, in ſimpulo fluctus excitaremus, & vel certiſſimum opinioni noſtræ incertum fieret. Utroq; jure nemo defenſionibus ſuis peccat & favores ampliari convenit, niſi favore majus ſuppullularet odium. Odium hoc in eo conſiſtit, quòd infinitas ſit vitanda, *l. qui bona. 13. §. ult. d. damn. inf. l. fideicommiſſa. 11. §. ſi quis decem. 18. d. leg. 2. l. fin. C. d. SS. Eccl. l. un. C. d. ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, prof.* ſiquidem in omni re, quod eſt infinitum, deteſtamur, Gilken. ad *l. properandum. in pr. C. d. Judic.* Barboſ. in *axiom. libr. 9. c. 53.* Hacpropter rectè ſalubriterque in Ordinatione Cameræ Imperialis conſtitutum eſt, ne progreſſus diſputationis in dilatoriis ultra duplicationem incluſivè extendatur: tametſi in peremptoriis exceptionibus progreſſus fiat usque ad triplicationem incluſivè & in ea gradus ſiſtatur, Kammergerichts ord. *part. 3. tit. 26. tit. 26.* § Wo aber. *& tit. 29.* §. Wo aber ſolche. Quid in Curia Würtembergica obſervetur, Vid. Harpprechtum ad §. 1. 2. 3. *I. d. replicat. num. 3.* Num idem in aliis judiciis & tribunalibus, Vid. Manſium ibidem *num. ult.*

Utcunque plures allegationes eſſe poſſint, id eſt, non tantùm exceptio, neque etiam replicatio, quæ actori; ſed etiam ulteriùs duplicatio; quæ rurſus reo contra replicationem; triplicatio; quæ rurſus actori contra duplicationem detur; & contra triplicationem rurſus quadruplicatio; & contra quadruplicationem quintuplicatio: eſt tamen allegationibus hiſce iterandis modus, *arg. l. 2. §. ſed & contra. 3. d. except. l. conſilio. 7. §. 1. & 2. d. curat. fur. & al. extr. min. dand.*

REPRES-

REPRESSALIÆ, cum alter pro alterius debito vel delicto capitur, ejusve res pignerantur, ſunt illicitæ, *c.1.d.injur.in 6.* Cothmannus *vol.2. reſp.33. num.*120. Streinius in *Summ.jur.Can.part.3.tit.12.d.execut.priv.§.2.*

Non videndum quid Fridericus intendat, ſed quò progrediantur leges Juſtinianeæ, juxta quas naturali æquitati repugnat pro alterius debito vel maleficio alium capi, detineri, exigi, *l.un.C.ut.null.ex vican.pro al.vican.deb.ten.libr.11. l.4.C.d.execut.libr.12.l.Quintus.39.§.1.D.ad L.Aquil.* Et ideo qui fecerit, actionem amittit, & in quadruplum condemnatur, *Nov.52.c.1.* Præſides provinciarum & Judices atque officiales eorum non ſolum damnum ſarcire jubentur, ſed & exilio mulctantur, *Nov.134.c.4.* Uſus tamen ſeculi, quod habet Wiſſenbachius *diſp.extraord.3.* repreſſalias reduxit, ſed non paſſim repreſſaliæ probantur, verùm certis conditionibus: nempe ut concedantur à Principe, vel eo, qui Principis partibus fungitur: ut qui impetrat, civis noſter fuerit: ut denegata ei ſit juſtitia ab iis, quibus adverſarius ſubjectus eſt. Bartolus in *tract.d.repreſſal.* Jac. à Canibus in *ſim.tract.part.1.num.14.* Gail.*d pignorat.c.2.* Mynſing.6.*obſ.11.* Ant.Matth. in *tract.d.crimin.libr.47.ff.tit ult.c.ult.d.illic pignorat.& empt.* Iſtæ conditiones ſi concurrant, nemo naturali æquitati repreſſalias adverſari dixerit, Nam ſi jurigentium, quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, conſentaneum eſt, ut ſi prædatus hoſtis fuerit, civiumque noſtrorum res abſtulerit, Fecialis mittatur clarigatum, ſive res repetitum: quibus non redditis bellum hoſti indicatur, *c. Dominus noſter.23.q.2.* certè etiam jurigentium conſentaneum videri debet ex cauſa æris alieni, ſi jus non reddat Judex adverſarii, Pignorationes rerum vel perſonarum uſurpari, Gail. 1.*obſ.28. in fin.* Et inter cives ac ipſum Magiſtratum mutuus quidam eſt nexus & unio, ita ut ſi non per unum omnes peccare videantur, ſaltem ſi unus deliquerit, reliqui omnes id agere teneantur, & ad hoc obligentur, ut injuriam paſſo ſatisfiat: quod ſi non faciant, ipſi quodammodo ſe participes facere injuriæ videntur. Vid. Thom.Aquin.2.*q.4.* Bachovium *libr.2 d pignor.c.12.num.5.* ſibi contrarium *vol.ad Treutl.2.diſp.1.th.5 lit.g.* Hunnium ad eundem locum *q.31.* Limnæum *d.jur.publ.libr.8.c.9.à n.25.*

In Germania olim eas fuiſſe licitas probat *auth.habita.C.ne fil:pro patr.* ubi ſtudioſis hoc beneficium ſeu privilegium dedit Fridericus, ne ob delictum vel debitum alterius poſſint detineri: unde apparet ex cauſis tum civilibus, tum criminalibus huic retentioni fuiſſe locum. Vid. Chriſtophorum Schvvanmannum *obſ.pract.Cam.Imp.61.62.*

RESCISSORIA actio non habet locum, *c.primâ quæſtione.13.cauſ.16.q.3.* Vid. tamen in *diſp.Baſil.tom.7.*

Nulla eſt differentia, quia jus Can.non tollit actionem reſciſſoriam, ſed ejus abuſum intra terminos ſiſtit, Vid. *gloſſ.ad d.c.lit.f.* Joach. Haſſæum in *ſeſquicent.different.jur.Civ.& Can.theſ.111.*

Habet locum, *§.rurſus.5.I.d.action.*

RESCISSORIA poſtliminio reverſis intra quadriennium non datur, quia eo tempore non currit præſcriptio, *c.primâ actione.16.q.3.*

Nulla eſt differentia, quia jus Canonicum ex Concilio Hiſpalenſi, cui interfuit Iſidorus, hoc tradit, Spoliatis belli tempore non obeſſe præſcriptionis titulum, quia ubi hoſtilitatis metus eſt, nemo præſcribit. Non enim obeſt titulus præſcriptionis tentatæ. Nemo præſcribit, ita ut contra illam præſcriptionem reſciſſoria locum non habeat.

Datur, *§.rurſus.I.d.R.D.l fin.C.d.in integr.reſt.*

RESCRIPTA non

Nulla eſt differentia,

Semper veritate nitun-

ſemper

ſemper veritate nititur, *c. cæterum. 3. X. d. reſcript.* Vid. Mœſtertium *libr. d. juſt. l L. Roman. 2. c. 11. & ad eum* Cyprianum Regnerum, Didacum Sahagum de Villa Sante *oper. poſth. tom. 1. ad c. ex parte. X. d. reſcript. num. 1.*

tur, nam omnia ſub ea conditione proferuntur, *l. ult. C. d. div. reſcript.*

quia etiam in jure Civili vel ſubeſt veritas, vel ſubeſt veritatis color, ſic in *l. 1. C. d. petit. bon. ſubl. libr.* 10. Imperatores ita in nonnullis cauſis inverecundâ petentium inhiatione conſtringuntur, ut etiam non concedenda tribuant: & tunc, ut in *d. c.* prius reſcriptum poſteriore revocatur. Vid. Reinkingk *libr. d. R. S. & E. 2. claſſ. 2. c. 8. num. 5. & ſeqq.* Deinde ut varia, quæ opponi poſſent, concilientur, reſcriptum per mendacium extortum non totum corruit, ſed tribuit delegato jurisdictionem, ut de veritate negotii principalis poſſit cognoſcere. Nec inde colligi poteſt differentia, quòd jure Canonico non neceſſum ſit exprimi illam clauſulam, ſi preces veritate nitantur: utcunque enim non exprimatur, ſubintelligitur, *c. 2. X. d. tit. d. reſcript.* & ad illud Zœſius ac Ungebaur. Maneat hoc utrique juri commune, Advertere nos debere vitia, quæ ſolent ſubeſſe reſcriptis, cauſari plerumque per obreptionem, quæ eſt allegatio falſi, & ſubreptionem, quæ eſt ſubteptio veri. Ita enim hæc duo diſtinguuntur: quamvis diſtinctio illa parum deſerviat huic reſcriptorum irritationi. Ut rectè aliqui indifferenter dicant obreptitia vel ſubreptitia, quoties malè impetrantur, ſive tacitâ veritate neceſſariò explicanda, ſive falſo, quod ad rem confert, narrato.

Rescripta poſteriora derogant prioribus, *d. c. ceterùm. 3. X. d. reſcript.*

Scripturæ diverſæ fidem ſibi invicem derogantes ab una eademque parte prolatæ nihil firmitatis habere potuerunt, *l. 14. C. d. fid. inſtrum.*

Nulla eſt differentia, quia à reſcriptis, quæ ſemper publica ſunt, ad ſcripturas, quæ publicæ ſunt vel privatæ, non argumentamur. Deinde jus Canonicum proponit reſcripta à diverſis impetrata: jus Civile ſcripturas ab eodem productas. Vid. differentiam, in qua *Reſcripta ſi repugnent reſcriptis.*

Rescripta Principum non ſunt perpetua, *c. ſi autem. 9. c. plerumque. 23. X. d. reſcript.*

Sunt perpetua, *l. 2. C. d. div. reſcript.*

Admittimus jus Civile, quatenus Principum intentio talis eſſe præſumitur, qualis eſt intentio legis ſcriptæ & rationis naturalis, Weſenb. *conſ.* 100. *num.* 19. Otto Tabor in *theſ. locor. comm. Jurispr. ex axiom. Barboſ. libr.* 16. *c.* 41. *axiom.* 2. Sed videtur idem jus non enixè reſcripta Principum velle perpetua; proin clauſulam addit, ſi modò tempus, in quo allegari vel audiri debent, non ſit comprehenſum. Vel dicimus reſcripta eſſe perpetua, quatenus tamdiu durant, quamdiu non abrogantur. Vel diſtinguimus inter reſcripta, alia pendent à poteſtate: alia ab electione, quibus duobus reſcriptis obviare ſacrilegium eſt, *l. 5. C. d. tit. l. 3. C. d. crim. ſacril:* alia à beneficiorum collatione, quæ periodica eſſe poteſt, ſeu ex placito conferentis, ſeu civilis juris diſpoſitione, & hæc non ſunt perpetua. Vid. Ant. Fabr. in *Cod. rer. in Saband. judicat. libr. 1. tit. 11. def. 6.* Reinkingk *d. R. S. & E. libr. 2. claſſ. 2. c. 8. num.* 17. ubi diſtinguit inter reſcriptum gratiæ & ad jus. Quærit Fachinæus *libr. controv. jur. 8. c. 65.* formatâ pleniùs ex *d. c. plerumque.* & *d. l. 2.* quæſtione, *Utrùm reſcripta ad lites ſint perpetua?* & reſpondet 1. cum Baldo, qui, teſte Felino in *c. ſi autem. num. 1. d. reſcript.* jure Canonico reſcripta vult eſſe annalia: jure autem Civili perpetua. Quæ reſponſio eidem non placet, quia non eſt inducenda inter jus Canonicum & Civile diſcordia, niſi apertè expreſſum ſit. Reſpondet 2. ex ſententia Petri Rebuffi *d. reſcript. in præf. num.* 4. reſcripta eſſe perpetua, quæ jura partium reſpiciunt. Veluti ſi Princeps alicui concedat, ut conveniatur ſub certo Judice; quia decet Principis beneficium eſſe manſurum, ſecus dicendum

in reſcriptis juſtitiæ, quæ Judicis comprobatione egent. Vel quidam, inquit Rebuffus, intelligunt ea, quæ ad jus reſcribuntur, i. e. ad obſervationem juris vel elucidationem. Illa enim ſunt perpetua ſicut & jus. Priorem ſenſum amplectitur Menochius *d.arb.judic. caſ.rer.num.77.* poſteriorem & nos attigimus. Sed nec hæc diſtinctio placet Fachinæo, quia nullo jure probatur. Nec jus Canonicum dicit reſcripta anno perire, ſed eum, qui reſcriptum obtinuit, ſi eo non utatur intra annum, conveniri poſſe ex alio poſteriori reſcripto, licet nullam prioris mentionem faciat. Igitur vera manet, quæ communis eſt ſententia, Reſcripta ad lites perpetua eſſe, & tamdiu durare, quamdiu actio ſeu jus durat, ſuper quo impetrantur. Ceterùm ſi dolo vel negligentiâ is, qui reſcriptum impetravit, eo intra annum non utatur, tunc adverſarium ejus experiri poſſe, & aliud reſcriptum impetrare, licet nullam prioris mentionem faciat.

RESCRIPTA ſi repugnent reſcriptis, non conſideratur temporis, ſed ſpecialitatis ratio, *c. paſtoralis.14.§.fin.X.d.reſcript.* deinde in *eodem cap.* ſi reſcriptorum ſit differentia, ad arbitros eſt deveniendum. 3. in reſcriptorum concurſu ſuperſedendum eſt usque ad Pontificis conſultationem, *c.2.X.d.offic.deleg.* 4. In diverſis reſcriptis non conceſſionis, ſed præſentationis tempus conſideratur, *c.capitulum.30.X.eod.* 5. Secundum reſcriptum prioris mentionem non faciens non roboris firmitatem habet, & ipſo jure eſt nullum, nec temporis curſu, nec adverſarii facto confirmatur, *c.non firmatur.d.R.J.in 6.*

Ut utrumq; jus conciliet, triplex exploranda eſt ratio. Prior eſt valere primum non obſtante ſecundo illius mentionem non faciente, quia in reſcriptorum tractatu neminem de Principis poteſtate, ſed voluntate & intẽtione dubitare perſpicuum eſt, & ſicut principalis poteſtatis natura liberalitatem benignamque conceſſionem poſtulat; ita ſupplicantis officium in petitione juſta & vera verſatur, *l. fin. C d. precib. Imp. off.* idcirco reſcriptorum natura exigit Principi referenda eſſe omnia, quæ ad juſtæ petitionis conceſſionem ſpectant. Quare ſi impetrans veritatem ſuppreſſit, vel falſitatem expreſſit, non ſolùm impetratis carere debet, ſed etiam graviter puniri, *c.dicenti.§.præſcriptione.§ ctſi legibus.25.q.2.* eâdem ratione primum reſcriptum ſecundo non obſtante valet. Secundum reſponſum eſt. Primo reſcripto detrahere ſecundum illius mentionem faciens, quia impetratur non tacitâ veritate. Ex qua verâ traditione ſatis apparet non ſufficere generalem primi reſcripti mentionem facere, ſed etiam totius ſubſtantiæ & clauſulæ neceſſariæ, vel ſingularis ad movendum Pontificis animum ſufficientis. Tertium reſponſum eſt, ſecundum reſcriptum prioris mentionem non faciens illi non derogare, ſi communi conſenſu impetratum fuerat, illiusque conſensûs mentio non fit.

Primum reſcriptum ad lites valet, niſi in ſecundo illius mentio fiat: quod ſi fiat, valet ſecundum, niſi primum communi conſenſu fuerit impetratum, & illius conſensûs in ſecundo mentio fiat, Didacus Sahagum de Villa Sante *oper.poſth. tom.1. ad c. ceterum.X.d.reſcript.* Vid. differentiam, in qua *Reſcripta poſteriora &c.*

Ratio eſt, quia referenda ſunt omnia, quæ ad ſecundam reſcriptionem pertinent, ſed communi conſenſu impetratum fuiſſe eſt clauſula ſubſtantialis, & idcirco nominatim eam exprimi oportet. Non obſt. *c.paſtoralis.* quia veriſſimum eſt, quando conſtat reſcriptum eſſe ſpeciale, alterum generale, generali derogare ſpeciale, ſive præcedat, ſive ſequatur. Non obſtat, quòd ex *eod.cap.* ad arbitros deveniendum, quia procedit, quando quæſtio eſt &

Digitized by Google

eſt & dubitatio, quod ex reſcriptis valeat: ſecus verò eſt, quando nulla eſt dubitatio, & manifeſte cognoſcitur ex ſerie reſcriptorum, quod ex eis prævaleat, ut quia in ſecundo mentio facta eſt primi vel è converſo. Tamen hæc dubitatio debet eſſe legitima & probabilis, ut compellat Judices tam ex primo, quàm ex ſecundo reſcripto formam expectare; alias dubitatio calumnioſa non impediet, quin Judices in cauſa legitima non procedant. Non o. *c.2.X.d.off.deleg.* ad quod, ut conſtat ex Abbate, Felino, Decio, receptior eſt conciliatio, aut reſcripta differunt in data, ſcilicet quia unum prius & alterum poſterius, cum prioritas non ſolùm diei, ſed horæ & momenti in data ſufficiat, ut unum aliis præferatur, Menoch. *d.arbitr. c.84.* ſi verò reſcripta ſunt ejuſdem datæ, ut non conſtet de prioritate ad eoſdem Judices ſub contraria forma impetratæ, tunc enim venit conſulẽdus Judex, quia non valet cognoſci, quodnam ex reſcriptis prius fuerit impetratum. Non o. 4. Non conceſſionis, ſed præſentationis tempus eſſe conſiderandum, Reſp. Ibi conſtituitur coram Delegato conventum non excuſari ex eo duntaxat, quòd allegaverit, ſe reſcriptum prius impetraſſe, niſi & illud præſentaverit ante Judicem in eo deſignatum. Ratio eſt, quia Delegatus, qui ex ſecundo reſcripto illum in jus vocavit, jam virtute reſcripti juriſdictionem habet fundatam, & ut debitus honor illi deferatur, non ſufficit eum, qui vocatus eſt, affirmare ſe reſcriptum prius impetraſſe, niſi & illud præſentaverit ante Judicem, ut ex juſta cauſa poſſit delegatus in cognitione ceſſare. Non denique obſtat ſecundum reſcriptum prioris mentionem non faciens non roboris firmitatem habere & ipſo jure eſſe nullum. Nam diſtinguendum eſt inter reſcriptum ſubreptitium gratioſum, quod ipſo jure eſt nullum, & contentioſum, quod mero jure valet, quamdiu oppoſitâ exceptione non irritatur. Fallit 1. Si propter formæ defectum reſcriptum irritatur. 2. ſi doloſum ſit. 3. in excommunicati odium. 4. quando ſubreptio committitur ad revocandam cauſæ cognitionem jam inceptam.

RESCRIPTUM in dubio præſumitur emanaſſe proprio motu, *c.ad audientiam.X.d.præſcript.*

Hanc differentiam tollit Reinkingk *libr. d. R. S. & E. 2. claſſ. 2. c.8. n. 14.* Aut reſcriptũ principaliter ipſius partis intereſſe reſpicit, & tunc attenditur jus Canonicum: aut publicam utilitatem vel ipſius Principis intereſſe, quia quilibet præſumitur in re concernente officium ſuum diligentiam adhibere & propterea reſcribere; & tunc attenditur jus Civile.

Præſumitur emanaſſe ad inſtantiam ejus, pro quo diſponit, Bart. in *l. ſi quis. ff. quod quisque jur. in alt. ſtat. ut ipſe.*

RESCRIPTUM non ita interpretatione eſt adjuvandum, ut antiquiora corrigat, ne legum correctio utiq; odioſiſſima inducatur, arg. *c. ad audientiam. 15. X. d. Cler. non reſid.* Vid. differentiam, in qua *Reſcripta poſteriora &c.* & differentiam, in qua *Reſcripta ſi repugnent reſcriptis.*

Vix impetrare à me poſſum, ut abeam à jure Canonico, quia in *c. ex ore. 17. X. d. privil. & exceſſ. privileg.* ex ore Romani Pontificis rectiſſima debet exire ſententia: quæ contra juſtitiam nulli parcat, ſed reddat unicuique, quod ſuum eſt. Igitur jus Canonicum procedit exceptis duobus caſibus. 1. Si jus novum ſuaderet exceptionis æquitas. Ita in *d.c. ad audientiam.* Sacerdotes, qui à proprio templo recedunt, ejus reditus & vindemias amittere generaliter cautum jure communi eſt: præterquam, quod monet Alciatus *libr. paradox. 5. c.15. num.2.* ſi inter Romani Pontificis Palatinos ſint, vel ſuo Archiflamini deſerviant. Vid. differentiam, in qua *Reipublicæ cauſâ ſi quis abſu &c.* 2. Si jus novum ſuaderet exceptionis neceſſitas. Ita Alcia-

Reſcriptum ſi nihil novi induceret, contra jus commune eſſet extendendum, Baldus in *l. nullus. C. ad L. Jul. majeſt.*

tus *d.loc.num.ult.* Si qualis forma diplomatum ſit, appareat, expreſſimque nihil, quod ad veteris juris correctionem ſpectet, legatur, tunc potius ad literam verba accipienda ſunt, quàm ita extendenda, ut aliquid novent. Pontifex verò Romanus cum in *c.in his. X.d.privil. & exceſſ. privil.* quibusdam ex Franciſci fraternitate conceſſiſſet, ut ubicunque forent, cum altari viatorio myſtica ſacra celebrare poſſent: ita interpretandum privilegium aſſerit, ut etiam abſque præſulum licentia id facere eis concedatur, cum alioquin ea neceſſaria eſſet. Sed hoc me non moverit: cum enim conſtaret Pontificis eam mentem eſſe, ut eis indulgentiam aliquam faceret, niſi ea interpretatio admitteretur, nihil conceſſiſſet. At noſtra quæſtio tunc dubitabilis eſt, cum neſcimus, qui ſtatuentium animus fuerit: nam & maximum fuiſſet illis incommodum, ſi à tot præſulibus licentia accipienda fuiſſet: & hoc modo intelligentia illa in damnum faſtidiumq; fratribus vertiſſet. Abbas ibi, præſertim ubi de celebratione miſſarum agitur, quæ perquam favorabiles ſunt. Crediderim iis, quibus ſermo è ſuggeſtu proponendus, ac uſitata miſſa, ſive currens ſit ſive non, non æquè eſt facilis.

RESPUBLICÆ etiam ſunt aliæ præter Romanam, *c. jus Civile.8. diſt.* 1. ubi jus Civile definitur, quod quisque populus, vel quæque civitas ſibi proprium divinâ humanâque causâ conſtituit.

Sola ea publica ſunt, quæ ſunt populi Romani, *l.15.d.V.S.l.81.ff.d.furt.*

Hanc anguſtam Reipublicæ notionem Argentræus arrodit & vellicat ad *conſuetud. Britann.art.266. c.23.d.loc.publ.præſcr.* Proinde, *inquit*, etſi ſibi Romani imperii aſſeclæ JC. prolatione Reipublicæ & publici Romanam duntaxat Rempublicam & Romanum publicum intelligi volunt, nec niſi abuſivè iſta ad alias civitates traduci, nota hæc eſt priſcæ arrogantiæ & antonomaſiæ. Nec tamen non aliis quoque civitatibus & imperiis ſuæ etiam Reſpublicæ ſunt. Et verò lacerum jam illud imperium agnoſcere cogitur, multas eſſe alias, atque adeò potentiores. Sed nec vigente quidem imperio in poteſtate habuere, ut vocem, naturâ & poteſtate indefinitam & univerſalem, ad individuum ſuum contraherent. Et promiſcuo in uſu fuit Reipublicæ ſignificatio; quod frequentibus exemplis ille epiſtolarū Plinii liber X. oſtendit, cum alibi Ponticarum & Bithynicarū civitatum Reſpublicas commemorat *epiſt.*114. & Byzantinorum *epiſt.*44. & alibi ſæpe & publicos debitores dicit, qui Apamæorum Reipublicæ deberent, & pecuniam publicam, quæ deberetur. Hactenus Argentræus, ut ex eo tranſcripſit Wiſſenbachius *diſp. ad tit. d. R.J.*21. *leg.*140.*th.*3. Vid. Albericum Gentilem ad *d.l.*15. Scipionem Gentilem *d.donat.int.V.& U.libr.*1.*c.*2. Verùm excuſari poteſt Imperator, quòd vel non inquirere voluerit in originem Rerumpublicarum, ut inquiſivit in §.10.*I.d.J.N.G.& C.* ubi juris Civilis, in duas ſpecies diſtributi, origo ab inſtitutis duarum civitatum, Athenarum ſcilicet & Lacedæmoniorum fluxiſſe videtur. Nec inquirere voluit in caſum dubiū, in quo quoties non additur, cujus jus Civile ſit civitatis, illud decidit, §.2.*I. d.tit.* Nec etiam inquirere voluit in civitates orbi Romano non ſubjectas, ne potentiam ultra ſuos limites porrigeret. Nec denique inquirere voluit in abſurda, quæ inde ſequerentur. Abſurdum foret aſſeverare non dari actionem Paulianam, quæ Reip. causâ contingit, aliis in territoriis. Abſurdum non excuſari tutorem, quem abſentem alterius loci magiſtratus dederit. Non legatione fungi, quem Roma non miſerit. Non videri Reipublicæ commiſſarium, quem in expediundis exteris negotiis Baſilea ordinaverit. Loqui ergo Imperator voluit in ſenſu comparato arg. *l.*16 *ff.d.tit.d.V.S.* in qua civitates privatorum loco habentur, non in ſenſu abſoluto, arg. *l.*1.§.4 *ff.d.ædil.ed.* in qua ſi reſpublica aliqua faciat venditionem, ædilitium edictum locum habebit. Vel loqui voluit Imperator de jure Romano, juxta quod Roma communis noſtra Patria eſt, *l.*33.*ff. ad municip.* & in orbe Romano qui ſunt, cives Romani effecti ſunt, *l.*17.*ff.d.ſtat.hom.* non de jure ceterarum gentium, juxta quod an ſola res Romana ſit publica? lis illa dimanat ex *l.*9.*ff.d.L.Rhod.d.jact.* cujus explicationem tetigi in *diſp.d.mari patul.poſit.ult.c.*25. Traditis

his non

bis non obſt. *d.l.81.ff.d.furt.* in qua qui pecuniam civitati ſubtraxit, actione furti, non crimine peculatûs tenetur. Reſp. hanc legem ut concilient cum *l.4.§ ult.ff.ad L.Jul.peculat.* Interpretes, ſtudia in contraria ſcinduntur, & diverſo tramite ad metam ſe perventuros credunt. Vid. Alciatum. 2. *diſpunct.*3. Duarenum, 2. *diſpunct.*26. Fabrum, 1.*ſemeſt.*22. quos refert ad *d.l.4.lit.b.* Dion. Gothofredus. Petrus Gregorius 32. *ſyntagm* 19.*num.*1.vult peculatûs teneri eum, qui ſibi vel civitatis Romanæ pecuniam ſubripuit: non teneri, qui aliis civitatibus pecuniam ſubripiat. Putaverim ego, quo ducit Fornerius 2.*ſelection.*22. diſtinguendum eſſe inter L. Juliam, quæ ſit prior, & conſtitutionem, quæ ſit poſterior: ita ut L. Juliâ teneatur furti, qui pecuniam civitati ſubtraxit, conſtitutione autem Principum Divorum Trajani & Hadriani peculatûs crimen committit. Hoc etiam indigitant verba finalia, *& hoc jure utimur*, quæ, monente eodem Gothofredo *d.loc.lit.b.* diverſum jure veteri obtinuiſſe. Excutere ſi luberet Papicolarum otia & blandi ſoporis veternum, quo in omnia ſumma evehuntur, copioſiùs ex eorum, quàm ullorum gentilium, ſcriptis derivarem, Rem Romanam ſolam eſſe publicam. Si imaginarii hujus principatûs aſſertores examinarentur: ſi aſſertionis hujus canditati conjungerentur: non miraremur quot prodierint ex equo Trojano, ſed quotidiano niſu tot poſſe prodire ex mulæ hujus gravidæ inteſtinis. Si ſeorſim quæque Nitedularum Romanenſium, quæ circa Pontificis crumenam humili cultu involvuntur, interrogarentur, animo meliore fieri, majorum ſuffragio confiſi, ſpe remunerationis nitentes cuncta cenſui Pontificis inſerrent, ut ſe ſolos ab eo irent liberatum. Nihil eſſe, quod non illi debeatur fortunæ, quam participant.

RESTITUERE in integrum infames Pontifex Romanus poteſt, non minùs ac Princeps aut Imperator in integrum eoſdem reſtituere poteſt, Hunn. ad *vol.1.Treutleri.diſp.8.th.2.q.9.lit.E.*

Pergit Hunnius *d.loc.* hæc abſurdiſſima ac falſiſſima eſt Canoniſtarum ſententia, quæ non ſolùm teſtimoniis S.S. Scripturæ manifeſtiſſimis, ſed & Apoſtolorum liquidiſſimis refutatur exemplis. Prohibet quippe Chriſtus Apoſtolos ſuos, & conſequenter omnes illorum ſucceſſores rebus ſecularibus ſe immiſcere, & terreni Judicis vices ſubire, *c.placuit.cauſ.*2.*q.*3 *libr.*2.*feud.tit.*21. Non ad rem facit *c.*23. *X.d.ſent. & re jud.* Nam Pontifex Romanus nullo jure ſibi hanc arrogat poteſtatem, quod infames in integrum reſtituere poſſit, cum, ut modò dictum eſt, hoc ſit negotium ſeculare atque ab officio ſummi Pontificis alienum. Multo minùs obſtat argumentum ab Imperatore ad Pontificem: ad quod reſponſum in d. differentia, in qua *Eccleſiæ ita ſe habent.* Et cum Pontifex Romanus Apoſtolorum Chriſti, inprimis verò D. Petri ſucceſſorem ſeſe jactitet, par eſt, ut horum quoque veſtigiis inſiſtat. Atqui nuſpiam in ſacris legitur Petrum & ceteros Apoſtolos infamiâ ob facinus aliquod admiſſum notatos priſtinæ reſtituiſſe famæ & exiſtimationi. Et cum hæc infames reſtituendi facultas denegetur Pontifici Romano, multò magis Cardinalibus eorundemque collegio deneganda erit: tum quòd ipſis tanquam Clericis & Perſonis Eccleſiaſticis non convenit ſeſe rebus hujus Seculi (qualis eſt reſtitutio famæ) immiſcere: tum quia à latere Pontificis ſunt, ejuſdemque pars eſſe intelliguntur, arg. *l.5. in pr. C. ad L. Jul. Majeſt.* Et ideo cum facultas reſtituendi infamem Pontifici Romano non competat, multò minùs competet Cardinalibus, ipſius Pontificis Conſiliariis. Nec movet quòd Cardinalium Collegium Senatui comparetur: Senatus verò reſtituere infames olim potuerit. Reſp. Utrum collegium Cardinalium Senatui, an verò Præfectis

Atqui ſeculare negotium eſt reſtituere infames in integrum, & ad terreni tantùm ac Secularis magiſtratûs officiũ pertinet, proinde Pontifex hoc ſibi uſurpare atque arrogare non debet. Vid. differentiam, in qua *Eccleſiæ ita ſe habent.* & differentiam, in qua *Papa eſt ſucceſſor Petri.*

Prætorio æquiparari debeat, adhuc controverſia eſt: Hotomannus his potiùs, quàm illis comparandos exiſtimat. Deinde poſito illo, non tamen in veritatis præjudicium conceſſo, quòd Cardinalium Collegium ſit inſtar Senatûs, exinde tamen non ſequetur, quòd ſicut Senatus Romanus olim infames exiſtimationi reſtituere potuit, ita quoque hodie poſſit Collegium Cardinalium. Nam Senatus Romanus erat liberæ Reipublicæ Senatus, atque à Principe ſeparatum planè corpus conſtituebat. At Collegium Cardinalium, ſi modò Senatus eſt, non conſtituit peculiare & ab ipſo Pontifice Maximo ſeparatum atque diverſum corpus, ſed una cum Pontifice corpus unum conſtituit. 1. quia Cardinales dicuntur eſſe à latere Pontificis. 2. quia Conſiliarii ſunt Pontificis: conſiliarii verò ſunt pars de corpore ejus, cujus conſiliarii ſunt, *d. l. 5. C. ad L. Jul. Majeſt.* Vid. Bachovium ad *d. Treutl. loc.*

RESTITUI non poteſt Eccleſia adversùs libertatem, *c. etſi illi. 39. c. 12. quæſt. 2.*

Rationem juris Canonici confirmat jus Civile, in quo libertas res eſt inæſtimabilis, omnibus rebus favorabilior, propter quam multa contra juris Civilis regulas ſint introducta, *§. ult. I. d. donat. l. 106. 122. ff. d. R. J. l. 24. §. 10. ff. d. fideicomm. lib.*

Reſtituitur Eccleſia adversùs libertatem, ſicut & minor, *l. 9. §. 4. ff. d. minor. l. 1. C. ſi advers. libert.* Æquiparantur enim Eccleſia & minor, *l. fin. C. d. SS. Eccleſ.*

RESTITUITUR in integrum Eccleſia etiam in præjudicium Laici, idque coram Judice Eccleſiaſtico, *c. cauſa reſtitutionis. pen. X. d. integr. reſt. c. cum ſit generale. 8. X. d. for. comp.*

Cum in allegatis capitulis non tractetur de violentia illata Eccleſiæ, nec ejus patrimonio, nec de ſacrilegio, nec de fraude aut dolo adversùs Eccleſiam ex propoſito in contractum deducto, non videt Covarruvias *var. reſol. libr. 1. c. 4. num. 2.* quo jure præfata Doctorum ſententia circa reſtitutionem in integrum defendi poſſit, niſi prædictis duabus Decretalium deciſionibus comprobetur. Eas tamen poſſemus ita intelligere, ut diceremus Judicem Eccleſiaſticum ibidem non minùs eſſe ipſius Laici, contra quem agitur, quàm Eccleſiæ Judicem: eò quòd illa provincia eſſet etiam quoad ſecularem jurisdictionem, Romanæ Eccleſiæ ſubdito vel ex eo eſſet ad Romanum Pontificem judicium illud ab Eccleſia deductum: quòd ob aliquot cauſas non ſatis tuta eſſet ſpes Eccleſiæ conſequendi juſtitiam apud Judicem ſecularem. Scio, ita pergit Covarruvias *d. loc.* me divinatione uti, ne invitus cogar hac in re ab aliis receptam ſententiam ſequi. Utcunque tamen ſit de hoc dubio, illud omnino aſſeram audacter, in rebus, quæ ad ipſorum presbyterorum patrimonium ſpectant, nequaquam eam opinionem veram eſſe, nec admitti debere: ſiquidem Clericus læſus circa proprias res & ad ipſum pertinentes in reſtitutionis in integrum judicio Laicum convenire debet coram Judice ſeculari ex regula generali, quâ etiam à Canonibus expreſſum eſt, oportere actorem ſequi forum rei, Vid. Perezium *d. tit. C. num. ult.*

Semper adeundus eſt Judex illius, de cujus præjudicio agitur, etiamſi Eccleſia ſit, quæ reſtitutionem petit, *l. 2. C. ubi & ap. quem cogn. in integr. reſt. agit. ſit.*

RESTITUTIO in integrum, aliudve remedium reſciſſorium cum actione nullitatis cumulari

Aut præfertur jus Canonicũ, Mynſing. *cent. 2. obſ. 25.* Aut nulla eſt differẽtia, quia utrumque remedium tam nullitatis, quàm reſciſſorium cenſe-

Cumulari non poteſt, *l. 43. in §. ff. d. R. J. l. 10. ff. d. act. empt.*

lari poteſt, *c.conſtitutus.8. X.d.in integr.reſt.*

tur conditionaliter & disjunctivè propoſitum, prout innuit vocula (vel) quæ eſt disjunctiva. Ex quo instrumentum venditionis petitur declarari invalidum, vel quatenus ſit aliquod, illud reſcindi, ut ſic propter incertitudinem, & quia inde nulla reſultat perplexitas aut repugnantia, toleretur. Sebaſt. Vant. *d.nullit. rubr.quot & quib.mod. null.in jud.prop.num.7.verſ.ſuſtinetur namque.* Unde etiam fit, quòd admittatur cumulatio nullitatis cum appellatione aut remedio attentatorum, *l.ſicut.ff.d.fund.inſtr leg. l.1.in fin. cum.l.ſeq. ubi Br. ff. d. pecul.leg.* Quid ni ergo quoque admitteretur cumulatio nullitatis cum remedio reſciſſorio vel reſtitutione in integrum, quæ appellationi æquiparatur, quin & reſtitutio ſpecies eſt quædam appellationis, *l.Præſes.42.ff.d.minor.* Mynſing.*cent. 6.obſ.80.num.9.* Carpzov.in *proceſſ.judic.tit.6.art.1.num.95.& ſeqq.*

Restitutione in integrum poſtulatâ & pendente illâ quæſtione ſententia priùs lata executioni mandatur, ut tamen is cautionem idoneam præſtet, ſe omnia retro reſtituturum, ſi cauſam reſtitutionis locum obtinere poſtea conſtiterit, *c.ſuſcitata. X. d. in integr.reſtit.*

Emericus à Rosbach. in *theſ.rec.diff.jur.Civ.& Can. libr.3. tit.23. num.3. 4.* Jus Canonicum ita intelligendum putat, ſi præſumptiones militent contra poſtulantem reſtitutionem in integrum, quòd eam cauſâ impediendi ſententiæ executionem de induſtriâ & malâ intentione potiùs, quàm bonitate cauſæ petat. Deinde limitandum, ſi per cautionem præſtitam illi, adversùs quem fit executio ſententiæ, interea differenda eſt. Et hoc moderamine jus Canonicum in utroque foro rectè ſervari poteſt, Mynſ.*cent.1.obſ.48.* Bartolus apud Perezium ad *tit.C.in integr. reſt.poſtul.ne quid novi fiat.* diſtinguit, an cauſa reſtitutionis in integrum in continenti poſſit probari. At verò ſi res altiorem indaginem requirat, aut ex circumſtantiis cauſæ appareat æquum eſſe, ut ſententia mandetur executioni, pendente cognitione ſuper reſtitutione in integrum Judex, quod æquum eſt, ſequetur. Vid.Duarenum ad *d.C.tit.*

Reſtitutione in integrum poſtulatâ & pendente illâ quæſtione, nihil interim eſt innovandum, ſed omnia in ſuo ſtatu eſſe debent, donec res finiatur, ita ut etiam ſententiæ executio eò usque differenda ſit, *t.t. C. in integr. reſtit. poſtul. ne quid nov.fiat.*

Retentio non habet locum, *c.cum. Johannes.X.d.fid.inſtrum.*

Vid. differentiam, *Compenſatio ipſo jure non habet locum.*

Habet locum, *l.14.C.d. ſent. & interl.*

Retorsioni non eſt locus, quia cum Apoſtolus dicat ad Romanos, *Non vos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ*: quid aliud prohibemur quàm propriæ perſonæ injuriam repellere, *c.quod militare.23.q.1.* ubi & ex proverbiis notatur,

Retorſioni non eſſe locum volunt Rennemannus in *comm. d.jur. retort.* Wiſſenbachius *ad ff. part. prior. diſput.3. theſ.5.* quibus aſſentior. Ad objectas autem leges reſpondeo cum Wiſſenbachio, Ethnicorum eſſe illa judicia & reſponſa, corruptæ naturæ fœtus; alium eſſe Chriſtiani characterem. 2. Vel ipſis juris autoribus nihil præſidii in citatis legi-

Retorſioni eſt locus, *l.25.ff. d. procur. l.14.§.6. d. bon. libert. l.39.ff. ſolut. matrim.* nec crimen aliquod pertimeſcat, qui ſibi arbitrium ultionis ſuę ſciat eſſe permiſſum, *l.5. C.d.metat.libr.12.*

quòd

quòd Dominus vindictam ſibi ſervet. Item ex lege Evangelica, in qua cum militia videatur inſtituta ob injuriam propulſandam, vel propter vindictam inferendam, utrumque prohibetur. Vid. Cyprianum Regnerum *d. quibusdam aliis jur. Civ. artic. inſtit. adv. c. 6.*

bus habent, quibus convitium convitio expiare volupe eſt. Ajunt enim, ferendum eſſe eum, qui pudorem ſuum purgat. Ignoſcendum eſſe ei, qui &c. Quem ferendum eſſe dicimus? cui ignoſcitur. Cui ignoſcitur? non alii, quàm qui deliquit. In *l. 5.* non pertimeſcimus id, quod publicâ autoritate agimus. De compenſatione delictorum Papinianus loquitur in *d. l. 39.* quæ fit pronunciatione Judicis, non quæ fit privato ſtomacho & bile. Certè ab omni pœna immunis eſſe non debet, qui ſpreto legum auxilio ſe ulciſci non erubuit. Liberabitur à tanto, ſed non à toto. Vid. Jul. Clarum & alios, qui referuntur à Greveo 2 *concl.* 100. *num.* 12. & quos ſequitur & defendit Umm. in *proc. diſſ. tit. 14. coroll.* Bachov. *vol. ad Treutl. 2. diſp. 30. in fin.* Bockhauſen *in per. Acad. part. 1. q. 14.* Effata heic annecto tria, quæ in *Diana Panormitani* congeſſit Antoninus in *voc. Fama.* quod autem meum mereatur calculum, non invenio. Primum eſt, Qui affectus injuriâ magnam famæ jacturam faceret, ſi fugientem non ſequeretur, poteſt perſequi invaſorem & percutere, imo & occidere, ſi opus ſit ad ſui honoris reparationem, modò abſit odium, appetitus vindictæ & exceſſus. Quia ut ego poſſum perſequi furem, & rem meam (quam ſuppono eſſe magni pretii) illatâ etiam morte extorquere; ſic potiori jure poſſum perſequi infamatorem, & raptam mihi famam, quâ poſſum ratione repetere. Secundum effatum eſt, Qui alium occidit cum moderamine inculpatæ tutelæ, cum poſſet fugiendo vitam ſervare, non peccat, nec incidit in irregularitatem, ſi non poteſt fugere ſine gravi infamiæ nota: quia non poteſt vitare periculum ſibi ab adverſario imminens, niſi occidendo: quod enim ſine gravi infamia vitari non poteſt, cenſetur moraliter inevitabile. Non tamen licet prævenire inimicum, quamvis paratum ad invadendum, donec actu invadat; quia nemini privato licet alium occidere, niſi ad neceſſariam defenſionem. Tertium effatum eſt, Licet clam occidere eum, qui in judicio conatur aliquem calumniis opprimere in cauſa magni momenti, quia hoc non tam eſt occidere, quàm ſe defendere. Licet autem id non prohibeatur jure naturæ; tamen jure poſitivo prohiberi poteſt, & re ipsâ prohibitum eſt legibus; nam talis occiſor deprehenſus morte mulctatur, ut obviam eatur infinitis cædibus, quæ ſub prætextu tuendæ famæ aut vitæ quotidie perpetrantur. Si evagari luberet, in turpi hac facie cuilibet nævos deſignarem; ſed enim brevior eſt noſtra intentio.

RETRAHENDI jus ſeu jus retractus eſt in *c. conſtitutus. 8. X. d. in integr. reſt. c. ad noſtram. 5. X. d. empt. vend.*

Jus Canonicum eſt contra *l. dudum.* cujus ſummam eſſe æquitatem ipſa l. indicat in verbis, Gravis hæc videtur injuria, quæ inani honeſtatis colore velatur, ut homines de rebus ſuis facere aliquid cogantur inviti. Addit tamen l. Niſi lex ſpecialiter quaſdam perſonas hoc facere prohibuerit, ut in *l. 22. C. d. adm. tut.* in qua nec domum vendere licet, in qua defecit pater, minor crevit, in qua majorum imagines aut non videre fixas, aut revulſas videre eſt lugubre, aut niſi pactum interveniſſet. *l. 12. ff. d. præſcr. verb. l. 2. C. d. pact. int. empt. & vend. &c.* Igitur jus retractus prohibetur regulariter, permittitur intra ſuos terminos: nec de quovis aſſeritur, non intereſſe mihi an alteri res vendatur, quia non quivis cuivis rem venditam reſtituto precio avocare poteſt.

Prohibetur in *l. dudum. 14. C. d. contr. empt.*

REVENDITIONIS pactum uſuræ præſumptionem inducit, ſi accedat

Nulla eſt differentia. Nec obſt. *cc.* allegata, quoniam id non probant, cum in illis caſi-

Contractus non eſt cenſendus uſurarius, quia talis contractus eſt judiprecij

precii modicitas: cujus ſententiæ fundamentum eſt in *c. ad noſtram. 5. X.d. empt.vend.* in illis verbis. Cum revera contractus uſurarius ageretur, quod patet ex eo, quòd creditor debitori promiſit, quòd quandocunque à ſeptennio usque ad novennium daret ſexaginta uncias Tarenorum, quæ vix dimidiam juſti precii contingebant, domos reſtitueret & olivas. V. *c.illo vos. X.d.pignor.*

candus, qualis ex ipſa forma apparet, *l.cum precibus.C.d.probat.l.ſi tantùm ff.ad SC.Macedon.* Deinde non ſolùm hoc quæritur, An ſit cenſendus contractus uſurarius, ſed an ſit contractus illicitus reputandus? quod negatur, niſi id manifeſtè evincatur, *l.prævaricationis.§.ult. ff.d.prævaric.* Vid. Carpzovium in *Jprud. Forenſ. Romano-Sax.part.2.conſt.1. defin.2.3.*

bus multa alia concurrerint, ex quibus contractus à Pontifice reprobatus fuit. Si dicatur Pontificem in illis caſibus perpẽdiſſe tantùm precii modicitatem & pactum revendendi. Reſpondetur aliter illud pactũ conſtitutum fuiſſe, quàm in quæſtione noſtra, nempe ut à ſeptennio ad novennium venditori redimere liceret, & ſic ante ſeptennium redimere non poterat, quod argumento eſt emptorem ante illud tempus lucrari fructus voluiſſe. Si replicetur id non obſtare, quia etiam ubi ſit pactum hujusmodi ſimpliciter, ut venditori liceat quandocunque redimere, apparet emptorem animum lucrandi aliquid habuiſſe ultra ſortem. Reſpondetur non tam certum & magnum lucrum hoc in caſu emptorem facere potuiſſe, ſicut in ea ſpecie, quando ſcilicet ante ſeptennium redimere non licet. Proinde aliqui requirunt, ut contractus cenſeatur fœneratitius, pactum revendendi, precii modicitatem, & emptoris conſuetudinem fœnerandi, quam fœnerandi conſuetudinem conſiderat *d.c.illo vos.* Aliqui ex *d.c. ad noſtram.* in quo præceſſerat mutui petitio, diſtinguunt, Aut præceſſit mutui petitio, h.e. Venditor ab emptore petit mutuò pecuniam, antequam venderet, aut non præceſſit: Primo caſu ex pacto revendendi & precio exiguo contractus illicitus reputatur. Secundo caſu non item, Odofredus relatus à Balbo in *l. emptione. C. Plus val. quod agit. quàm &c.* Fachinæus *libr.controv.jur.2.c.12.* in hac re ſic ſtatuit, Si tria hæc concurrant, nempe precii modicitas, pactum revendendi & conſuetudo fœnerandi, contractum cenſendum eſſe fœneratitium. Hoc ei perſuadent *cc.* allegata. Etenim tres potiſſimùm conjecturæ à Pontifice ſunt perpenſæ. Ratione quoque movetur, quia ſemel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali. Quare ſi magna ſit læſio circa precium rei venditæ, & pactum adſit revendendi nihil aliud ſuſpicari licet, quàm contractum initum fuiſſe in fraudem uſurarum, ita ſcilicet, ut partes animum habuiſſe præſumantur mutuum contrahendi usque ad certum tempus, & fructus ex re vendita uſurarum loco percipiendi. Tutiſſima eſt ſententia Gornei *conſ.4.libr.1.* Totam hanc rem prudentiæ Judicis eſſe committendam, qui omnibus conſideratis circumſtantiis contractum ejusmodi tanquam licitum approbabit, vel ut fœneratitium repudiabit.

Reus abſolvitur tantùm ab obſervatione judicii, ut ex novis indiciis, novisque probationibus iterum poſſit illud crimen deferri, tractariq;

Actore non probante reus, etiamſi nihil præſtet, ab ejus petitione eſt abſolvendus, *leg. 4. C.d. edend.*

Nulla eſt differentia, ſed diſtinguenda eſt cauſa civilis à criminali, *arg.l.9. & 11.* (in qua vide quid de Caino & Abele arioletur Accurſius) *C. d. accuſat.* Vid. differentiam, in qua *Accuſatus ad purgationem &c.* Nec

in judicio, quaſi reipublicæ expediat ita id fieri ad punienda ſcelera & effugiendas delatorum prævaricationes, *c. grave. 11. q. 3.* Facit gl. in *c. juvenis. d. ſponſal.* Covarruvias *tom. 2. var. reſol. libr. 1. c. 1. num. 8.*

obſt. *d. l. 4.* quæ non ſecernit cauſam civilem a criminali, nec abſolutionem ab obſervatione judicii ſeu inſtantiæ ab abſolutione ab ipſo crimine, nam reſpondetur in illa *l. 4.* non ſecerni cauſas, non abſolutiones, non quæri de novis probationibus, num admittendæ ſint, ſed quæritur tantùm de probationibus ac inſtrumentis, num ex alienis actor ſeu accuſator juvari debeat, litemve ſuam inſtruere poſſit.

Reus conventus etiam latâ ſententiâ in executione compenſationem opponere poteſt, *c. ſubortâ. 21. X. d. ſent. & re jud.*

De hac compenſationis oppoſitione agit Hermannus Hermes ad *paratit. Weſenb. tit. d. Compenſ. num. 8. lit. b.* ſed utrique juri eodem modo attribuit, allegans & *d. c. ſubortâ.* & *l. ex cauſa. 2. ubi Dd. C. d. compenſ.* in qua ex cauſa quidem judicati, ſi debitum ſolutum repeti non poteſt, eapropter nec compenſatio ejus admitti poteſt. Rationem autem, ob quam reus conventus etiam latâ ſententiâ in executione opponere poteſt compenſationem, hanc *d. loc.* reddit H. Hermes, quia omnis exceptio non impugnans ſententiam poteſt opponi poſt eam latam in executivis, Bartolus & communis Doctorum ſchola in *l. peremptorias. C. ſentent. reſc. non poſſ.* Sichard. ad *rubr. C. h. t. d. Compenſ.* *Non obſtat* Perezius *d. loc.* qui non excludit executionem, ſed eam includit, & dicit durare hoc jus compenſationis uſque ad executionem ſententiæ, contra debitorem latæ, ita ut non modò in ipſo judicio, contra debitorẽ accepto, ſed & in ipſo momento, quo petitur executio rei judicatæ, compenſatio implorari & objici poſſit. *Non etiam obſtat*, quòd executor de cauſa cognoſcere nequeat: hoc enim accipiendum limitatè de iis, quæ ſententiam definitivam præcedunt. 2. Executor cognoſcere nequit, ita ut cognitione illa impugnet ſententiam. 3. de cauſa cognoſcere nequit, quam ſententia definitiva terminat; poteſt tamen cognoſcere de cauſa, quæ jus ſit reo convento etiam in ipſa executione competens. 4. An malè applicabitur diſtinctio Hunnii *vol. ad Treutl. 2. diſp. 33. th. 4. q. 35.* quâ quæritur, An appellare poſſit à ſententia, quâ pronunciatur ſententiam exequendam eſſe? Alium eſſe executorem merum, alium mixtum, de quo different. in qua *Quæſtionem: Executor &c.*

Non demum in executione compenſationem opponere poteſt, quia executor de cauſa cognoſcere nequit, cum is pro executore habeatur, qui poſt ſententiam auditâ omnique diſcuſsâ lite prolatam in rei judicatæ vigorem ad effectum producit, *l. pen. C. d. except. rei jud.* Otto Tabor in *theſ. loc. comm. Jurispr. ex axiom. Aug. Barboſæ libr. 5. c. 27. axiom. 3.*

Reus edere cogitur actori, quæ contra ſe faciunt, *clem. un. §. ceterum d. Uſur.* Zœſius ad *tit. Decretal. X. d. probation. n. 9.*

Hanc differentiam in *differ. jur. Civ. & Can. in tom. 7. diſp. Baſil. th. 16.* notat Joachimus Haſſæus. Sed ex eodem adverſùs eundem ſubſumimus. Hoc jure Canonico in odium fœneratorum ſtatutum, ut cogantur libros rationum adverſario ſuo contra ſe ipſos edere. Sic & jus Civile habet ſuos caſus ſpeciales in cauſa dotis, fiſci & ſimilium. Vid. Wiſſenbachium in *tit. C. d. edend. th. 1.* ubi inducit uſum fori, quo reus actori inſtrumentorum ſuorum copiam facere tenetur, ad

Crudele eſſet ad ſe ipſum jugulandum arma ſubminiſtrare cogi, *l. 4. C. d. edend. l. 7. C. d. teſtib.* in qua nimis grave eſt urgeri partem diverſam ad exhibitionem eorũ, per quæ ſibi negotium fiat.

fundandam

fundandam ejuſdem replicationem, Joh. Imbert.1. *Inſt.fo.enſ.17.* Rotæ Romanæ tribunal, repudiato jure Civili, reum actori inſtrumenta edere jubet, etiam ad fundandam intentionem ejus, *deciſ.c.d.probat.* Quod pluribus confirmare annititur Ant. Merenda *5.contr.36.* Sed iis rationibus id conatur, quæ ſatis demonſtrant, cum inſtrumentorum editionem, quæ præcedit litem conteſtatam, confundere cum editione, quæ litis conteſtationem ſequitur. Vide eundem Weſſenbachium ad *tit.C.d.fid.inſtr.l.ult.* Ceterùm congruit *c.1.X.d.probat.* cum allegatis locis juris Civilis, & vult unumquemque in judicio intentionis ſuæ probationes adferre debere, non deſiderare, ut ab adverſario exhibeantur adversùs ſemetipſum: non oportere originem petitionis fundari ex inſtrumento ejus, à quo petitur. Nam in *d.c.* Gregorius Tancredo, Regi Vinceſtriæ in Hiſpania reſcribit, non jure eum deſiderare, ut ſibi ex archivis, ut loquuntur, Juſtiniani Imperatoris exhibeantur conventiones habitæ inter Juſtinianum & Reges Gothorum anteceſſores ſuos, quibus exhibitis inde probare ſe Tancredus arbitrabatur poſſe quædam jura ſua, quæ tum vindicabat adversùs Mauritium Imperatorem, Cujacius ad *d.c.1.* Vid. Antonium Merendam *libr.controv.jur.5.c.36.à num.14.* Quærat hic nonnemo, annon diverſum ſit in cauſa depoſiti? Reſp. quamvis cauſa depoſiti ſit executiva & privilegiata, non tamen cogatur reus edere librum rationum ſuarum ad fundandam actoris intentionem, etſi aliter non poſſet probare intentionem, quippe imputandum eſt ei, quòd tempore depoſiti non adhibuerit teſtes vel inſtrumenta, ſicque ſuæ facilitatis expenſum ferat. Poſſet denique diſtingui perſona Judicis, cujus interrogationi reus interrogatus non defert, à perſona rei interrogati, quem honeſtas reſpondere ſuadet. In ſimili ait Seneca *epiſt.81.* Quemadmodum reus ſententiis paribus abſolvitur, & ſemper quicquid dubium eſt, humanitas inclinat in melius; ſic animus ſapientis, ubi paria maleficiis merita ſunt, deſinet quidem debere, ſed non deſinet velle debere. Vid. *l.154.ff.d.R.J.*

REUS interrogatus etiam de jure ad ſe non pertinente, & ex quo nihil actori poſſit accreſcere, reſpondere cogitur, *c.1.X.d.judic.*

Utrumque jus conciliari poteſt, quatenus interrogatio reſpicit vel cauſæ merita; tunc enim ſecundùm jus utrumque reus reſpondere non cogitur: vel reſpicit proceſſum, ut ſi reus interrogetur, an v. c. cauſam ſuam velit tractari, & an eam concilio ſubjiciat, *c.1.X.d.Judic.* tunc reſpondere cogitur.

Reus interrogatus de jure ad ſe non pertinente reſpondere non cogitur, Bl. in *l.37.ff.d.R.V.*

ROGATIO teſtium non eſt de ſubſtantia teſtamenti ad pias cauſas: nam in eo ſolùm jurisgentium vel divini ratio habetur, Joann. Andr. in *c.relatum.d.teſtam.* Tiraq. *d.privil.piæ cauſæ.privil.3.*

Præfertur jus Canonicum. Nec obſt. opinio diſſentientium, qui ex *d.c.relatum.* urgent illa verba, *tribus aut duobus legitimis teſtibus requiſitis.* Quæ verba idem ſignificent, quod teſtibus rogatis. Nihil enim aliud eſt rogare teſtes, quàm eos requirere, ut adſint actui. Reſpondetur non hanc eſſe mentem *d.c relatum,* quod dicit expreſsè cauſam teſtamentorum ad pias cauſas non eſſe tractandam ſecundùm leges, ſed omnino eſſe ſequendum jusgentium ſive divinum. Ad illa autem verba, *teſtibus requiſitis.* ex Corneo reſpondet *d.loc.* Tiraquellus 1. quòd ille textus non lo-

Eſt de ſubſtantia teſtamenti, quia non invenitur correctum jus civile. Quod autem non mutatur, id veterum legum conſtitutionumq; regulis relictum intelligitur, *l.32.§.ult.C.d.appell.* Item licet milites poſſint quibuslibet modis teſtari ſervato duntaxat juregentium, *l.1.D.teſtam.mil.* debent tamen teſtes in

eorum teſtamento eſſe rogati per *l. Divus. eod. tit.*

quatur de teſtibus requiſitis, ut intereſſent teſtamento: & illa verba referantur ad præcedens verbum, *tractetur*, quod quidem refertur ad Judices, & eſt verbum futuri temporis, & tamen teſtamentum erat factum de præterito: & qualitas adjecta verbo intelligitur ſecundùm tempus verbi, *l. in delictis. §. ſi extraneus. d. noxal. act. l. ex facto & ibi Bart. d. vulg. & pup. ſubſt. l. Lucius. d. teſtam. milit.* Et ideo loquitur de teſtibus, qui requiruntur tempore judicii, ſcilicet ad probandũ teſtamentum. Sed & quòd non intelligatur, requiſitis, i. e. rogatis, prout leges volunt teſtes in teſtamento eſſe rogatos, ex eo facilè apparet, quòd ille textus non ſolùm loquitur in teſtamento, ſed & in aliis ultimis voluntatibus: quia generaliter loquitur de relictis Eccleſiæ, non ſe reſtringens ad teſtamentum.

Non obſt. quòd in teſtamento militis teſtes debeant eſſe rogati. Nam ideo debent eſſe rogati, ut ex eo poſſit certò dijudicari militem proferendo verba, quæ ſonant in teſtamentum, ea deliberatè & ſeriò, animoque teſtandi & non joco, non perfunctoriè protuliſſe, ut ſæpe ſolent aliàs.

RUBRICA reſtringitur reſponſis, *c. ad audientiam.* 15. *X. d. Cler. non reſid.*

Subſumit Alciatus *lib. parad.* 2. *c.* 18. Videamus verumne ſit illud Pauli Caſtrenſis aſſertum, & negat allegans rubricam Codicis *libr.* 12. *Negotiatores ne militent.* id tamen ex ſequenti conſtitutione tantum procedere, cum Sacramento militari adiguntur. Ex ejuſdem C. rubrica *libr.* 11. *Ne ruſtican. ad ull. obſeq. devoc.* Ruſticani generatim ad obſequia devocari prohibentur, quod tamen pluribus caſibus coarctari certum. Fortiùs nos Pontificis epiſtola in *d. c. ad audientiam.* adjuvat, nam ſi lege Sacerdotum in collegio facta generaliter, qui in templis non reſident, fructus ſuos facere vetentur, dicemusne eos comprehendi, qui in Archiepiſcopi vel Pontificis officio permanent, & non comprehendi certum eſt. Si ergo ſtatutum potiùs intelligitur, ut nihil novi inducat, quum generaliter contra jus accipiatur, quantò magis in rubrica id eſſe fatendum eſt: Quin & Bartolus in *l. quæſitum. §. fin. d. inſtruct. vel inſtr. leg.* Si lex in municipio generalis promulgetur, deinde alia ſpecialis, à prima diſceſſum videri ſcripſit. Adhæc notandum Canoniſtas etiam ea inſerere rubricis, vel videri inſerere, quæ in ſubjectis conſtitutionibus non habentur. Ita Mareſius in *Cucchii Inſt. Jur. Can. libr.* 2. *tit.* 19. Neque illud *c. fin. cum dilectus. X. d. ſucceſſ. ab inteſt.* habet id expreſsè, quod hic refertur, ſed ſolùm illius rubrica, quamvis dubitanter, his verbis; *Valet teſtamentum ad pias cauſas conditum per verba enunciativa etiam propter aliud prolata.* & hoc eſt planè contra rationem; nam ſi quis cum aliis fabulàndo dixerit ſe hæc aut illa dediſſe Eccleſiæ iſti aut iſti Monaſterio, licet nullum teſtamentum, in quo id contineatur, condiderit, nullâ ratione teſtari viſus eſt. Secus foret ſi rogatus in lecto emortuali, Num hæc aut illa velit dare iſti aut illi Eccleſię, per nutum annueret: quamvis jure Civili nemo poſſit ſolo nutu condere teſtamentum; aut ſi vivâ voce pronunciaſſet coram idoneis teſtibus, ſe hoc & illud ad pias cauſas dare & legare, quaſi ultimam ſuam voluntatem expreſſurus, tunc enim hoc teſtamenti genus, licet non ſit ſcriptum, nuncupativum cenſetur, & tenet in piis cauſis. Ita nempe omni ratione ſtudet Clerus Pontificius res alienas adhamare, & quod privatus non poſſet obtinere abſque variis ſolennitatibus, Sacrificuli vel tenui filo in ſuam naſſam deducere poſſunt.

Rubricam non reſtringi reſponſis Paulus Caſtrenſis integrâ conſultatione exiſtimavit, quapropter cum proponerentur ita concepta rubricæ verba, ſtantibus maſculis fœmina non ſuccedat, & in lege ipſa muliebris ſexus tantùm à matris ſucceſſione repellatur, nihilominus à paterna quoque hæreditate rejiciendas fœminas reſpondit quoniam rubrica generaliter ſcripta proponebatur.

S.

SACRÆ res ab Hæreticis captæ in uſus profanos converti non poſſunt, *c. ſemel. d. R. J. in 6.*

Nulla eſt differentia, quia idem, quod jus Canonicum, aſſerit Civile, *l. ſancimus. 21. junct. auth. multò magis. C. d. S. S. Eccleſ.* Nec obſt. *d. l. 5.* quia illa L. loquitur de locis ſacris, quæ falſis Diis dedicata ſunt à Paganis, Wiſſenbach. *diſp. ad Inſt. 9. theſ. 12.* Addit idem ad *d. C. tit. d. pagan. ſacrif. & Templ.* Quamvis armorum præſidio res Hæreticorum captæ ſequantur victorem jure belli, *l. cum loca. 36. ff. d. relig. & ſumpt. fun.* pii tamen & religioſi Imperatoris eſt, non præfractè jure ſuo uti, ſed Idolorum fanis dicata piis & ſanctis uſibus in ſolidum transſcribere, *l. cælicolarum. 12. C. d. Judæ. & Cælic.* Pergit in Acad. Franekeranæ honorem; Candido ſignata lapillo maneat in omne ævum illa dies, quâ Illuſtres ac Præpotentes Friſiæ Ordines Ædem hanc Academicam, ſuperſtitione ſub Papatu horridam, inter lituos & armorum fremitus, Deo admirandis ſucceſſibus eos proſequente, profligatâ impietate, aſſertâ libertate, in Urbis & Orbis Palladium, in literariæ Sapientiæ pharum, & quaſi quoddam æternitatis Capitolium commutarunt. Audiamus heic acerbam indignationem Manzii ad §. 8. *I. d. R. D. n. 19.* Cur paſſim in Germania noſtra non modò Principes terrarum, ſed quandoque etiam privati poſſident Eccleſias, monaſteria & alia loca Deo dicata? decimas, alioſque reditus ad miniſterium & cultum Dei deſtinatos? Cur in multis locis templa fuerunt in ædificia privata converſa & inhabitata? cur in civitatibus primariis (quemadmodum videre licet in una ad Rhenum ſita) in choro templi, ubi laudes divinæ deberent decantari, ſpectari poſſunt ab omnibus tranſeuntibus per publicas plateas ſtrues lignorum ad usque fornicem templi porrectæ. Reſpond. hæc omnia facta eſſe inſaniâ Martini Lutheri apoſtatæ & aſſeclarum ejus. Cum enim ille vota Deo reddita temerario & impio auſu rupiſſet & violaſſet, fidemque catholicam deſeruiſſet, non veritus eſt etiam omnia ſacra profanare, monachus cum moniali ſacrilegas nuptias celebrare, ſub ſpecie reformationis omnia deformare, & qui antea indulgentias impugnabat, poſtea ipſe alias indulgentias concedere, & ſecularibus plenam rapiendi & bona Eccleſiaſtica invadendi facultatem & poteſtatem indulgere. Unde factum ut ſucceſſores & hæredes eorum, qui templa & monaſteria fundabant, extruebant, dotabant, & pro gloria Dei & ſalute animarum ſuarum cultum divinum erigebant, inſtaurabant & augebant, omni conatu eum iterum imminuerent, loca & res ſacras partim diriperent & expilarent, partim everterent, partim ad ſe traherent, magna ex parte prophanarent, decimas & reditus fiſco & Cameræ ſuæ applicarent, legitimos poſſeſſores migrare juberent, renitentes vi expellerent, Sacerdotes Dei, religioſos, ceteroſque miniſtros Eccleſiæ fugarent, pulſarent, mactarent, aliiſque cruentis modis tractarent. Ita ut ſi Pſalmiſta vixiſſet, lamentationem Pſalmi 78. repetiturus fuiſſet, de profundis cordis ſui clamando: Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt Jeruſalem in cuſtodiam tuam. Poſuerunt morticinia ſervorum tuorum, eſcas volatilibus cœli, carnes Sanctorum tuorum beſtiis terræ: effuderunt ſanguinem eorum, tanquam aquam in circuitu, & non erat, qui ſepeliret. In hac Manzii indignatione alia ſunt perſonalia, alia realia. Quoad perſonalia nec bacchæ bacchanti adverſamur, ne ex inſanis inſaniores fiant, nec ex facto jus derivamus. Quoad realia non reſpondet jus Canonicum, ſed Civile. 2. reſpondet priſca ſimplicitas, quam innocentem poſterior religionis ætas ſuâ & ignorantiâ & cavillationibus invaſit. 3. reſpondet emendatio reformantium ac reformatorum, cui recenſendæ quum alii ſuffecerint, nec copioſi eſſe volumus, nec inanitatibus pondus addere noſtrum. Inania volitent, ſubſidere eſt humanum, & in his humani ad divina tendit. In quæ alia calumniæ Pontificiæ virus ſe effundat, Vid. Surium

Converti poſſunt, *l. 5. C. d. pagan. ſacrif. & Templ.*

in *comm.rer.in orb.geſt. ad annum* 1552. *& ad annum* 1562. Licet Evangelicorum nonnullos, verba ſunt Rodolphi Hoſpiniani *libr.5. d. Templis.* etiam non omni culpâ liberare velim, qui primùm bona Eccleſiaſtica ſibi vendicarunt cen ſua, iisque partim latam ſibi faciunt ditionem, partim arces atque ædificia ſtruunt, partim theſauros augent, neglectis interim aut perparce habitis miniſtris Eccleſiarum aut pauperibus. Deinde Oeconomos iis præficiunt duros ſimul ac rigidos, qui malint derogare, quam erogare. Sed reddent hi infideles diſpenſatores Domino bonorum iſtorum graviſſimam in die judicii ultimi rationem. Verùm enimverò aliquorum è noſtris peccet uſurpatio; uſurpatio Pontificiorum eſt nimia, quâ vel ſua faciunt, quæ ſunt aliena: vel faciunt perpetua, quæ temporis uſu terminantur. Finxerunt etiam fabulas multas, quibus terrorem incutere voluerunt Principibus, ſi manum unquam rebus Eccleſiaſticis injicerent. Etenim dicuntur bona, quæ dantur Eccleſiæ, eſſe bona *manûs* mortuæ, fortè per antiphraſin, ut Bacqueto viſum, quòd ſemel *amortizata* ſuperiori authoritate tam firmiter & fortiter retineantur, ut ſuis poſſeſſoribus eripi non poſſint: ſuntque Clerici homines manûs vivæ in accipiendo, ſed manus mortuæ in reddendo, neque ex illo inferno datur redemptio; veſtigia infinitorum ſunt omnia adversùm illam belluam, nulla retrorſum. Sic finxerunt olim de Dagoberto (& proſtat ejus nomine editum ea de re programma, quod eſt in Hiſtoria Hedæ) eum in ſublime raptum, Divinæque Majeſtati inter choros Sanctorum in habitu judicantis ſedenti præſentatum à ſanctiſſimis Eccleſiarum patronis, pro rebus Eccleſiaſticis per rapinam diſtractis & conſumptis, graviter & conſtanter accuſatum, maximè à S. Dei genitrice Maria & Beatiſſimis Petro & Paulo Apoſtolorum principibus, & quòd non auderet delicta defendere, ex arbitrio præſidentis pœnæ addictum fuiſſe; donec tandem illi diu cæſo & pœnis atrocibus confecto ſuccurrit ſuus ſpecialis patronus, Martyr Dionyſius, qui precibus ſuis inſtantis pœnæ dilationem & pœnitentiæ tempus obtinuit, & in hoc illi ſpem plenæ poſuit indulgentiæ, ſi ad honorem Dei & prædictorum Sanctorum, quos magis offenderat, domum divinis aptam ſervitiis Eccleſiam conſtrue ret. Atq; exinde totus dicitur fuiſſe occupatus in fabricis & fundationibus ſacris, per quas etiam Sancti elogium obtinuit. Sed Tilius in *Chron. d. Reg. Franc.* ita de eo loquitur, Monachorum otium & inertia multas texuit de eo fabulas, ut aſſentatione & laudibus Principum facultates ad hamum pellicerent. Hoc & aliis argumentis Buchelius ad Hedam has literas Dagoberti ſuſpectas meritò facit. Ita etiam confinxerunt, vel Eucherio Amelianenſi, vel etiam ipſi Papæ, revelatum fuiſſe Carolum Martellum ob Eccleſias bonis ſuis ſpoliatis damnatum ad inferos, & in monumento ejus refoſſo ſerpentem miræ magnitudinis repertum fuiſſe. Sed Aventinus *libr.3.* id omne dicit confictum Eucherii invidiâ, quem Carolus ab Epiſcopatu removerat. Quin ferunt Carolum hunc omnium ſuorum peccatorum remiſſionem fuiſſe conſecutum S. Ægidii precibus; in cujus rei fidem ſyngrapha cœlitus delapſa fuerit in hæc verba, *Ægidii merito Caroli peccata remitto.* Quin curabant olim iſtæ hirundines donationibus ſibi factis dira carmina & horrendas devotiones apponi adversùs eos, qui illas quoquo modo infringerent, ut videre eſt in priſcis formulis, quo ſuperſtitione & metu eos terrerent, quos alias vi & potentiâ impedire non poterant.

SACRÆ res conſecrantur per Pontifices, id eſt, cujusque loci Epiſcopos & Antiſtites, & quidem ritè, id eſt, publicè & publicâ autoritate, adeoque

Nulla eſt differentia, quia nec jure Civili ſacra ſunt privata, & ſi quis privatim ſacrum ſibi conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed profanum, *l.6.§.3.ff.d. div. rer. & qual.* Quòd au-

Sacra alia ſunt publica, alia privata, *l.9.§.1.ff.ad L.Jul.pecul.* Vid. differentiam, in qua *Locus non fit religioſus privatâ authoritate.*

non

non per quoslibet, nec quomodolibet, ſed ſingulari ritu adhibito, *c.1.X.d. conſecrat. Eccl. & alt.* Manzius ad *§.8.l.d.R.D.n.3.*

tem è *d.l.9.* ſacra eruantur privata, ea non negant Canoniſtæ. Sic Vivianus *ad c.4. X. d. relig. dom.* dicit permiſſum eſſe cuique Laico habere oratorium in domo ſua, dummodo non habeat formam Eccleſiæ, etiam absque autoritate Epiſcopi, *c. unicuique. d. conſecr. diſt.1.* non tamen ibi celebrari poterit absque autoritate Epiſcopi, *c. Clericos. d. diſt.1.* Manzius *ad d. §. 8. l. d. R. D. n.4.* Ad hæc illa ſacra privata propriè non ſunt ſacra, quia in iis non committitur ſacrilegium, quanquam ad ſacra propiùs accedant. Hinc in *d.l.9.* ſacrilegi ſunt, qui publica ſacra compilaverunt, at qui privata ſacra vel ædiculas incuſtoditas tentaverunt, ampliùs quàm fures, minùs quam ſacrilegi merentur. Denique omnia ſacra ſunt publica autoritate, non omnia cultu, quia alia ſacra cultui publico, privato alia dedicata ſunt. Non o. *l.1.§.1.ff. ne quid in loc. ſacr. fiat.* in quo hoc interdictum de ſacro loco, non de ſacrario competit: Nam per ſacrarium non intelligimus privatum aliquod ſacellum ſive oratorium, in quo privatæ devotionis gratiâ pater vel ſolus, vel cum ſuis domeſticis ſolet vacare ſacris; ſed intelligitur locus, in quo ſacra reponuntur, quod etiam in ædificio privato eſſe poteſt, *l.9.§.2.ff.d.div.rer.& qual.*

SACRÆ RES ſunt in alicujus dominio, *c. monaſterium. cauſ.16. q. ult.* in quo monaſterium vel oratorium canonicè à domino conſtructoris eo invito non auferatur.

Vera eſt aſſertio juris Civilis. Nec obſt. Canonicum in *d.c. monaſterium.* Nam 1. non poteſt eſſe aliquid in alicujus dominio & canonice conſtructum. 2. aliquid invito altero non poſſe auferri non arguit dominium, ſed jus reſervatum. 3. nomine dominii, ut explicat gloſſa, intelligitur diſpoſitio. 4. aliud eſt commendare perſonam, quod pendet è facto hominis: aliud eſt perſonæ commendare ſacrum officium, quod jam collatum facto commendationis privatæ eſt exemptum.

Sunt in nullius dominio; hinc non recipiunt æſtimationem, *l.9.§.ult. ff. d. diviſ. rer. & qual.* non veniunt in ſtipulationem, quia ſubjici uſibus dominioque noſtro non poſſunt, *l.83.§.4.ff.d.V.O.*

SACRÆ vel religioſæ res poſſunt oppignorari, *c.1. X. d. pignor. ubi gloſſ. in verb. neceſſitate.*

Nulla eſt differentia, quia jus Civile proponit regulam: Canonicum exceptionem: exceptionis autem ratio, quod indigerat gloſſa, continetur in caſu neceſſitatis, quæ in utroque jure hoc operatur, ut ſileant vel ceſſent omnino privilegia, *l.3. C. d privil. domus Aug. libr.11. c. pervenit.2. X.d. ſentent. excomm.* Otto Tabor in *theſ. loc. comm. ex axiom. Jurispr. Barboſ libr.12.c.5.ax.6.*

Nullo modo in obligationem deduci poſſunt, Rittershuſius *libr. d. diff. jur. Civ. & Can.*

SACRARUM rerum alienatio ſi fiat, in illa alienatione requiritur totius Cleri tractatus atque conſenſus, *c. ſine exceptione. c.12.q.2.*

Nulla eſt differentia. Quanquam enim jure Civili non requiratur totius Cleri tractatus atq; conſenſus: requiritur tamen ſervientium conſenſus, quatenus vel omnes conſentiunt, vel omnium conſenſui majoris partis conſenſus æquiparatur. Vel requiritur conſenſus eorum, quorum intereſt. Quò faciunt *d.l.21.* verba, Ab his qui hæc ſuſcipere auſi fuerint, modis omnibus vindicari tam per religioſiſſimos Epiſcopos, quam per Oeconomos, nec non & ſacrorum vaſorum cuſtodes: nullâ eis actione relinquendâ vel ſuper recipiendo pretio vel fœnore exigen-

Non requiritur totius Cleri tractatus atq; conſenſus *l. ſancimus.21. junct. auth. hoc jus porrectum. C.d. SS. Eccleſ.*

exigendo, pro quo res pignoratæ ſunt: ſed omnibus hujuſmodi actionibus reſpuendis ad reſtitutionem eorum omnibus modis coarctari. Nolo hic conſulere fidem Pontificiorum, hoc tamen aſſeverandum in ſacrarum rerum alienatione requiri conſenſum eorum, qui ſacris præſunt. Nec fodiat pectora ſanctorum promiſcui abuſus imaginatio, quâ Magiſtratus vel ſuam perſonam, vel alterius perſonæ conjunctionem, vel rerum & acquiſitionem & alienationem, vel licita perſecutionum remedia non religioſo præcipientium cultu obſervet. De Magiſtratu Calvinus in *Inſtitutionibus libr. 4. c. 11. ſect. 3.* quem allegat Laurentius Beyerlinck, Archipresbyter civitatis Antuerpienſis, in *tract. Synod. ad Synod. Dordrac.* Magiſtratus, ſi pius eſt, non volet ſe eximere communi filiorum Dei ſubjectione, cujus non poſtrema pars eſt Eccleſiæ ex verbo Dei judicanti ſe ſubjicere, tantum abeſt ut judicium illud tollere debeat. Quid enim honorificentius, quam ut Eccleſiæ filius dicatur Imperator? Imperator enim bonus intra Eccleſiam, non ſupra Eccleſiam eſt. Vindicent hoc imperatum in animorũ ſuorũ moderationem Magnates illi, qui, ubi diſciplina Eccleſiaſtica diſſentit, eam aut violenter negligunt, aut ſuperbo contemptui habent.

S A C R A R U M rerum alienatio ſi fiat, non ſolùm ſuam habeant ſolennitatem, ſed & ſolénitatis modum: ita terrulas aut vineolas exiguas & Eccleſię minùs utiles, aut longè poſitas & parvas Epiſcopus ſine conſilio fratrum (ſi neceſſitas fuerit) diſtrahendi habeat poteſtatem. *c. terrulas. c. 12. q. 2.*

Nec hic eſt differentia, quia hoc ſolùm diſponitur, quando conſilium requiratur. Vid. tamen Harpprechtum ad §. 8. *J. D. R. D. num. 6.* Mynſing. *ad eund. num. 5.* Sneid. *num. 9.* Can. *Cleros diſt. 21.* è quo deducitur, Majorum fuiſſe conſuetudinem, ut Rex eſſet Sacerdos & Pontifex, unde & Pontifices Romani Imperatores appellabantur. Vid. Sittershuſium *libr. d. differ. jur. Civ. & Canon. 7. c. 14.* Anzonium in *Diana Canormitani voc. contractus num. 65.*

Dontrarium eſt in d. *auth. loc.* jus provectum.

S A C R A ſunt omnia, Vid. differentiam, in qua *Eccleſiæ ita ſe habent &c.* differentiam, in qua *Imperator electus ante coronationem &c.* differentiam, in qua *Papa eſt convocare Concilia.* differentiam, in qua *Traditio imperii ex coronæ impoſitione Pontificia pendet.* & quæ hinc inde non ſtudio inquirendi in res Trans-Alpinas, ſed occaſione datâ differentiis meis aſperſi, ut purpura erubeſcens pudorem ſuum communicaret.

Foveamus veritatem, quâ ſacra alia ſunt, alia profana: non opinionem Canoniſtarũ, qui Pontifici ſuo omnia ſacra cupiunt; ſic enim oblimaretur veritas. Nolim anxius in omnibus his ſacris omnem movere lapidem, quo in fundum Papalem jacto impediam opus, quod Romanenſes novâ quotidie ineptiarum mixturâ faciunt, augent, nunquam ſunt exędificaturi, dum alio atque alio, ſæpe etiam impuro apparatu ſuperſtitioni cæcæ incumbunt, ac difficulter evigilaturi animâ carere, quàm nugamentorum animam dep[illegible]nere malunt. Quæſtio hæc ſit ſacra Theologis, qui ungulas rudentium me felicius premunt. Mea ut non intereſt Cajum Imperatorem I N C I T A T U M ſuum, auro atque ebore pabulari ornatum conſulem deſignaſſe; ita mea non intereſt ſcrutari,

Sacra alia ſunt, alia profana, adeò ut quamvis res ſacra profana fieri poſſit, in ſtipulationem tamen non veniat tanquam profana futura, *l. 83. §. 4. ff. d. V. O.* Ita in *l. 6. §. 3. ff. d. div. rer. & qual.* diſtinguuntur res ſacræ & profanæ, ut ſi quis privatim ſibi ſacrum conſtituerit, non ſit ſacrum, ſed profanum.

Digitized by Google

ſcrutari, quo hic vel ille Canoniſtarum juſtum excedat; non tamen omnino à me impetrare poſſum, quin eo tempore, quo vel amici vel ſeveriora non morantur, non Augiæ admirer bubile, quod ſolus Hercules repurgare potuit, verùm in Pontificiis tot eſſe Junios Brutos, qui minas culinæ quàm inferiorum magis metuunt. Mali indole ſuâ beneficiis pejorem vitam metiuntur. Pauci, quanquam fraus deprehenſa ſuadeat, ſe ſubducunt: pauciores, qui ſe ſubducere videbantur, firmi conſiſtunt. Rara mehercules eſt gloria eorum, qui perſeverant. Qui Baſileæ anno 1657. ſe ſubduxit Andreas Coſta, oratione panegyricâ palam fecit, quemadmodum apud Pontificios omnia ſint ſacra. Unde orditur, in quo terminatur ipſius oratio? Hoc unicum agit, ut callidarum ſimulationum fraudes detegat. Orditur ab Indulgentiis, quas ait eſſe futiles atque inanes, veras animarum deceptiones, quæ ad quæſtus ac divitiarum aucupia, ementitâ pietatis ſpecie impia ſint figmenta: deprædicantibus ipſorum Pontificum & geſtis & monumentis, eos ſomniata theſaurorum Eccleſiæ diſpenſatione valde vigiles theſaurizare. Hinc purgatorium, feraciſſimam Sacrificulorum aurifodinam, aëreum ac imaginarium, merum rationis ens, ſine ratione confictum facilè credidit; minimè verò igneum, ſubterraneum, quod nullo Sacri textûs obfirmetur teſtimonio, nullâ ratione fulciatur. Sanctos deprecationibus, ſacrificiis, votiſque fatigare, eorum pictis aut ſculptis imaginibus adorationem exhibere, adolere thus, accendere luminaria, erigere aras, templa conſtruere: reliquias itidem mortuorum, minima oſſium fragmenta, conſumptorum cinerum indiviſibilia, veſtimentorum, induſiorum, calceorum, pilorum perexigua fruſtula ſolicitè adſervare ac obſervare levitatem redolere deridendam. Idem inducit tot magicos ritus, uſus & abuſus adjurationum, conſecrationum, deprecationum, dierum feſtorum, jejuniorum, peregrinationum, ſacramentalium: tot per bullas, canones, conſtitutiones, decreta Pontificum, ut plurimùm inter ſe velitantium, nec juſto conſentaneas, nec ſibi conſtantes leges. Idem, Ut vera fatear, Romæ Salomonica vidi Templa, non parem Templis ſanctitatem. Neronis aurea non unica domus conſpicitur, ſed ferreum Neronis ſeculum cum ſuis turpitudinibus non omnino damnatur. In Amphitheatris, in Coloſſæis, in Capitoliis, in Thermis, in Obeliſcis, in Statuis, in Columnis priſcorum Heröum excoluntur monumenta; à poſterorum geſtis non referuntur facinora. Romani nominis decor, Conſulum ac Senatorum vetus dignitas oſtentatur; neſcio ſenſusne vigeant atque conſilia. Cœleſtes modulantium choros, angelicas voces audivi; cœleſtem morum candorem non ſum intuitus. In utroque ſexu formæ non vulgaris maximus eſt cultus, nullus animorum. Unico dicam verbo, Urbs ſeptem collium verior hydra eſt ſeptem capitum, omnium vitiorum evomens venena, inficiens halitu; adeò ut nec Tyber exundans frequenti alluvione, nec fontium undique affluentium erumpentes aquæ (quarum copiâ tota perfunditur, ornatur Roma) exſordeſcentis queant abluere ſordes; utinam flammis ex alto ultricibus non expiandas! Sol impudentiſſima ſcortorum videt agmina, infames Cinædorum cuneos; Mimorum, Paraſitorum ac Nebulonum fœdiſſimam procacitatem; mulierum laſcivientem comptum; efferam virorum libertatem. Tandem interrogat, Ecquid nam cum byſſo & purpura, cum auro renidentibus tectis, cum phaleratis equis, aureis curribus Vicarius ille Chriſti, cui naſcenti defuit locus in diverſorio, viventi ubi reclinaret caput, demortuo linteum, quo tumulo demandaretur? Quid cum ſcortorum turmis de augendo Beatiſſimi Papæ theſauro optimè meritis ſummus Pontifex, cujus aliquando unica ancilla Petro ademit fidem, Petrum expulit collacrymantem? Quid Beatiſſimi ac Sanctiſſimi excelſa nomina cum lege latâ viris Apoſtolicis ſimplicem *Magiſtri* titulum interdicente, *Ne vocemini Rabbi?* Omnium ſcelerum, oculis videntibus, tolerat crimina Beatiſſimus ac Sanctiſſimus ejus vices gerens, qui de cœlo cœleſtis factus eſt in terra terrenus, ut mundi tolleret peccata, peccati fœditatem proprio cruore detergeret? Hominum fertur humeris, cujus capiti vult ipſemet homines à Deo fuiſſe impoſitos? Alarum remigio ſeptus intrat templum, ut Deum ipſum in Eſaiaco templo Seraphim ſtipatum alis referat ad unguem? Trinâ præviâ adoratione humi deje-

ctos homines ad pedis oſculum admittit homo; coram Deo ſtantibus Angelis, cum divinas concinunt laudes, canunt triſagium? Fungus mihi profectò pro cerebro, ſi perſpectis his, & Romano Pontifici, quæ profitetur, docet, præcipit; & ipſum Pontificem Romanum pro totius Eccleſiæ capite habendum facilè conceſſiſſem: cum horrendum Idololatriæ monſtrum cæcis ipſis appareat, non adorandus fidelium omnium paſtor ac parens. Hactenus Coſta, cujus quæ recitat, ſi ſunt ſacra, omnia, ne quidem in profanis toleranda, ſacra erunt.

SACRILEGII pœna ut committatur, conatus ſufficit, *c. ſacrilegium.* 17. q.4. Vid. different. in qua *Conatus delinquendi &c.*

Nulla eſt differentia; quia conatus Juris Canonici, quo quis tentavit, non opponitur facto, ſed factum, in quo quis deprehenditur, ſub ſe continet. Sic in *l. ult. ff. d. div. rer. & qual.* Romuli frater Remus occiſus traditur ob id, quòd murum tranſcendere voluerit.

Solus conatus non ſufficit, *l. 5. ff. ad L. Jul. pecul.*

SACRILEGII triplex ſpecies conſtituitur 1. ſi quis rem ſacram aut divino cultui dicatam in loco ſacro. 2. ſi rem ſacram in loco profano. 3. ſi quis rem profanam in loco ſacro furtim auferat vel intercipiat, *c. ſi quis cõtumax. §. ſacrilegium ergo eſt.* 17. q. 4. Vid. Cypr. Regner. *lib. d. injuſt. LL. Roman. 2. c. 22.* Triplici huic ſpeciei nõ derogat *c. quid ergo.* 23. q. 4. ubi non undecunque tollere hoc eſt ſacrilegium committere, ſed de Eccleſia qui aliquid furatur, Judæ proditori comparatur. Reſp. De Eccleſia aliquid furari. vel refertur ad locum, vel ad rem Eccleſię dicatam.

Etſi Dd. non conveniant, An diſpoſitio juris Civilis, an verò juris Canonici in foro ſit recipiẽda: ſcribit enim Dom. Cardin. Tuſch. *pract. concl. in verb. ſacrilegus. concl. 6. num. 1. & ſeqq.* de conſuetudine ſacrilegium judicari ſecundùm jus Canonic. non autem ſecundùm jus Civile. Alii verò diſtinguunt, an in foro ſeculari vel Eccleſiaſtico furtum fuerit perpetratum. Quin & Petrus Gregor. exiſtimat nedum de jure Canonico, ſed & de jure Civili ſacrilegium dici, etiam quod non ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro auferatur, in *ſyntag. jur. lib. 33. c. 14. n. 8. verſ. & generaliter.* Carpzov. in *practic. crim. part. 2. q. 89. num. 6.* Eſt ſacrilegium, ut breviter decidatur, quoad venerationem loci vel rei: non eſt ſacrilegium quoad pœnam. Denique neceſſum eſt illam rem vel eſſe in cuſtodia vel dominio hominum; poteſt enim etiam theſaurus, qui eſt nullius, in loco ſacro inveniri, §. 39. *I. d. R. D.*

Sacrilegium propriè committitur, cum quis rem ſacram ex loco ſacro furatur. Cum enim res privata ſive profana de loco ſacro furtim eripitur, facinus illud non eſt propriũ ſacrilegium, ſed furtum ſimplex, *l. Divi. 5. ff. ad L. Jul. pecul.* Si quoque ſacra res de loco non ſacro furtim tollatur, propriè ſacrilegii crimen non perpetratur, *l. aut facta. 16. §. locus facit. 4. ff. d. pœn. l. 9. §. 1. ff. d. tit. ad Jul. pecul.*

SALTUS in honorum delatione admittitur, *c. un. d. Cler. per ſalt. prom.* & tenet gloſſa recepta in

Quod in *d. cum nobis* cavetur, & innuit differentia, in qua *Ætas virilis &c.* ne cui citò manus imponatur: aut,

Ut gradatim honores deferantur, edicto, & ut à minoribus ad majores perveniatur, epiſtolâ

c. ſollici-

c. ſollicitudo. diſt. 52. Vide differentiam, in qua *Reconventio & convẽtio in prima inſtantia &c.* ubi proponitur caſus *c. cum nobis. X. d. elect.* differentiam, in qua *Singula officia ſingulis perſonis &c.*

Divi Pii & ad Titianum exprimitur, *l.* 11. *in pr. ff. d. muner. & honor. l.* 41. *ff. d. donat. int. V. & U.*

quod in *c. nullus.* 1. *X. eod.* cavetur, ut cupiditati in electionibus obviam eat canonicæ regulæ diſciplina, ne, quod Eccleſiæ Dei maximè officeret, indigni aſſumantur ad regimen Eccleſiarum, *c. nihil eſt. X. eod.* aut temerarii, de quibus in *c. Oſius. X. eod.* exiſtant, ut talem excuſationem afferentes aſſeverent, quòd literas populi acceperint, cum ſit manifeſtum potuiſſe plures eorum, quã ſinceram fidem non habent, præmio & mercede corrumpi, ut clamarent in Eccleſia, & ipſos petere viderentur. Quàm diligentiſſimè hoc Pontificii obſervent, vid. differentiam, in qua *Eccleſiæ regimen infra annum &c.* differentiam, in qua *Electio ut valeat.* Exempla electorum in differentia, in qua *Grammatica & Grammaticæ ignorantia æquiparantur.* in differentia, in qua *Grammaticæ artis ignorantia toleratur.* in differentia, in qua *Solœciſmorum in ſermone nulla ſit cura.* Perluſtremus acta temporum, ſcrutemur, quæ ipſi Romanenſium Primates tradunt; inveniemus paucos, quos invitos gloria comitetur: pauciores, quĩ eam à tergo eſſe malint: qui non communi hac inſania, quocunque modo ad ſummum evehi, fruantur, inveniemus pauciſſimos. Quanta ubique obrepat inſolentia, quàm pelluceat in omnibus votorum procacitas, ipſa mens vaniſſima, humana quidem, ſupra humana ſe attollat, non veſtigia quæramus: totis viis incedit ambitio. Teſtarentur, ſi intelligerent ſeductæ oviculæ, terrori eſſe non duntaxat ferociſſima, ſed ignaviſſima animalia. Promotos eſſè, vix aliquo gradu dignos: promotos eſſe gradatim, vix gradui primo idoneos: promotos eſſe per ſaltum, qui nunquam poſt principia calluerunt: factos eſſe ſublimes, quos inculpata conſcientia difficulter poſtremiſſimo honori permiſiſſet. Videamus tamen, quid ſimulet jus Canonicum. Concludit in allegatis locis non ſuper eo, quod in anteceſſu jubebat. Sic in *can. legimus. diſt.* 93. invehitur Pontifex in diſſentientem, *Quid mihi præfers unius urbis conſuetudinem? Quid paucitatem, de qua ortum eſt ſupercilium, in leges Eccleſiæ vindicas? Omne, quod rarum eſt, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere pretioſius eſt. Diaconos paucitas honorabiles, Presbyteros turba contemptibiles facit. Ceterùm etiam in Eccleſia Romæ Presbyteri ſedent, & ſtant Diaconi, licet paulatim increbreſcentibus vitiis inter Presbyteros abſente Epiſcopo ſedere Diaconum viderim, & in domeſticis conviviis benedictiones Presbyteri dare. Diſcant qui hoc faciunt, non rectè ſe facere, & audiant Apoſtolos, Non eſt dignum ut relinquentes verbum Dei miniſtremus menſis. Sciant quare Diaconi conſtituti ſint. Legant acta Apoſtolorum, recondentur conditionis ſuæ. Presbyter & Epiſcopus aliud ætatis, aliud dignitatis eſt nomen. Unde & ad Titum & ad Timotheum dicitur, de Presbyteris omnino reticetur: quia in epiſcopo & presbyter continetur. Qui provehitur, de minori ad majus provehitur. Aut igitur ex presbytero ordinetur diaconus, ut presbyter minor diacono comprobetur, in quem creſcit ex parvo: aut ſi ex diacono ordinatur presbyter, noverit ſe laicis majorem, ſacerdotibus eſſe minorem.* Et in *c. ſi officia.* 2. *diſt.* 59. Idem, *Si officia ſecularia principem locum, non veſtibulum actionis ingreſſis, ſed per ſingulos gradus examinatis temporibus deferunt, quis ille tam arrogans, tam impudens invenitur, ut in cœleſti militia, quæ propenſiùs ponderanda eſt, & ſicut aurum, repetitis ignibus exploranda, ſtatim dux eſſe deſideret, cum tyro ante non fuerit, & priùs velit docere, quàm diſcere? Aſſueſcat in Domini caſtris, in lectorum primitus gradu divini rudimenta ſervitii; nec illi vile ſit exorciſtam, acolytum, ſubdiaconum, diaconum per ordinem fieri: nec hoc ſaltu, ſed ſtatutis majorum ordinatione temporibus.* Sic ipſe Zœſius ad *d. c. un.* Ordines inter ſe ſunt ſubordinati, ut per minorem ad proxime ſuperiorem ſit aſcendendum: aliàs intermiſſo inferiore initiatus ſuperiori, veluti ſi ordinetur Lector, antequam ſit Oſtiarius, aut Diaconus ante Subdiaconatum ſuſceptum, dicetur per ſaltum promotus. Quo caſu licet ordinatio teneat, ut colligitur & ſupponitur in *d. c. un.* & in *d. can. ſollicitudo.* peccatum tamen eſt, & executio Ordi-

nis ſic ſuſcepti eſt ſuſpenſa, donec Ordo inferior omiſſus ſuppleatur, id eſt, ut equidem ego interpretor, donec reperiatur, quod repertu erit arduum, qui dextrâ aure, juxta quam teſtetur æquè prominere ſiniſtram, vacuum hoc diſtinguat, & chlamyde, quam pueris noſtris comparamus, indutus, ſeu potiùs in clitellis circumerrans tandem anteceſſorem ſuum inſequatur. Idem jus Canonicum, cujus ſatellites non tam prælationum jus aut injuriam verbis efferunt, quàm perplexitates iis annexas queruli enumerant, agit *de eo, qui furtivè Ordines ſuſcepit.* Furtivè Ordines ſuſcipere dicitur, qui non examinatus, aut non admiſſus, aut contra prohibitionem Superioris ſe ingerens ordinandis ordinari ſe fecit, aut admiſſus tantùm ad inferiores temerario auſu etiam majori ſe initiari fecit. A cujus proinde executione impeditur per Canones, niſi cum eo idoneo invento diſpenſatum fuerit. Hæc diſpenſatio Epiſcopo ita demum permiſſa, ſi reus non fuerit ſub anathemate aſcendere ad ſuperiorem prohibitus. Aliàs non eſt permiſſum ullatenus diſpenſare, niſi ſuſcepto habitu monaſtico delinquens intret monaſterium, ibique laudabiliter converſetur, Zœſius ad *d. tit. de eo, qui furt. Ord. ſuſc. num.* 1. Crediderim ita demum Epiſcopo permiſſam eſſe diſpenſationem, ſi avarus fuerit, & ſub coactis munuſculis myſteria iniquitatis amet. Tunc ſibi applicat illud *can. legimus. diſt. 93. ex c. Luc. 5.* Vade & monſtra te Sacerdoti & offer donum. Narrata ipſa Pontificiorum hanc ambitionem exſecrantur. Martinus Delrio *libro diſquiſ. mag. 6. c. 2. ſect. 3 q. 3.* de Prædicatorum Neapoli Priori, qui circa annum 1370 ſacrâ panopliâ contra horrendam viſionem ſe muniverit. Ibi in conventu S. Dominici accidit, ut poſt completorium refectionis locum ingrederetur, cui erat illius cura commiſſa, qui mox in ingreſſu videt illum fratribus circumquaque refertum, & illi cappas habebant indutas, & tanquam hora foret collationis faciendæ & illam expectarent, ſedebant. Accurrit ille ſine mora ad Priorem, & illud ei aperit. Prior fratrem delirum putat, vel ſomnia narrantem: attamen dum urgetur, vadit videt & credit, & ille quoque turbatur, & rem mox confert cum monaſterii gravioribus Patribus & prudentioribus: de quorum conſilio ſacras veſtes aſſumit, & ſacrum Chriſti corpus deferendo, toto conventu comitante, ſe illuc confert, & ad illum ſermone directo, qui honoratiore loco ſedebat, eos adjurat, ut aperiant quinam ſint, & ad quid venerint, & quid velint: & ut ad hæc reſpondeant in nomine illius Domini, quem geſtabat in manibus. Ut tamen quando Prior coram illis comparuit cum venerabili Sacramento, illi omnes aſſurrexerunt quidem & capita inclinaverunt, caputia tamen taliter demittentes, ut eum minimè viderent; & hoc facto iterum ſederunt: ita juſſi à Priore, ut reſponderent ad propoſita, inclinaverunt. Tandem, qui inter eos videbatur præcipuus, reſpondens dixit: Quòd ipſi omnes fuerant ejusdem Ordinis religioſi, & pro majori parte Magiſtri, Priores, Superiores, Baccalaurei, Lectores & aliis officiis donati, & quòd omnes damnationis ſententiam acceperint, quoniam ambitio multa, ſuperbia, invidia & alia hujus generis vitia eos fecerint damnatione dignos. Sed quòd divinâ permittente clementiâ juſſi fuerint illuc venire, ut eos & univerſos Ordinis cultores commonefacerent, ut ſuæ vocationi facerent ſatis. Nam illi, quia minimè id præſtiterant, omnes damnati erant, & flammis cremabantur æternis. Et in ſignum hujus cuncti in eos aſpicerent. Et hoc dicto omnes illi cappas aperuerunt, & ſinguli eorum flammis circumcincti & incenſi viſi fuere, & tunc idem præcipuus manu in menſa ſignum dedit, & ſic illa viſio evanuit, & totus conventus manſit timore conſternatus. Subdit Delrio, Vah! quàm timenda peſtis hæc ambitio, quæ tanto cum damno Sanctorum etiam in cœtus ſe ingerit? Huic rei probandæ aliud teſtimonium non minoris fidei adſcribam obiter, nunc recens ex literis cujusdam digniſſimæ fidei Sacerdotis hoc anno Neapoli perſcriptum in hæc verba. Caſu accidit, ut acceptis tuis proximis literis loquerer cum Fr. N. Philoſophiæ Profeſſore, qui in Salernitano monaſterio fuit Superior, is mihi narravit F. Tiberium, hominem ſanctimoniæ laude præſtantiſſimum, qui ſæpius hoc ſanctitatis titulo fuit ſuperior, ſibi coram rem ita narraſſe, cum quadam die ſub noctem Fr. Tiberius viſeret fratres, an in lecto de more accubuerint, tranſivit per triclinium; ubi vidit pleraque lumina, & vocem

audivit:

Digitized by Google

audivit hominis de ſuperiore loco legentis, vidit pleroſque miniſtrantes, tandem qui ſuperioris locum tenebat, facto ſuper menſam ſigno ſic locutus eſt. Ambitio & crapula duxerunt nos ad tartara. Et nunc etiam ſupereſt velut cicatrix in menſa, perinde ac ſi igne tacta eſſet. Non omne eſt inſuave, quod falſum eſt, & interdum ſub inanitatibus monet eos, quibus veri à falſo diſcrimen non æquè ac admonitio eſt curæ. Hæc quoad jus Canonicum. Supereſt ut enucleemus leges allegatas. *L.11.* vult nemini in delatione honoris fieri debere præjudicium, niſi vel honoris contemptu, vel inſufficientiâ, vel ignaviâ ſibimet quis præjudicium creet. *L.41.* ſuper quá dubitat Dion. Gothofred. *lit t.* non agit de promotione gradatim facta, ſed indigetat proceſſum Conſulum & ſimilium Magiſtratuum, Vid. *Nov.105. & l.2.C.d.conſul. libr.12.* Jac. Rævardum *libr. conject. 2.c.9.* ubi refert inſcriptionis antiquæ clauſulam: HUIC ORDO DECURIONUM OB SPEM PROCESSUS EIUS HONOREM DECURIONATUS GRATUITUM OBTULIT. Ambroſius in *Pſalm.118. ſerm.7. Tentari ſolent proſperis ſuperborum proceſſibus.* Et *libr.5. epiſt. Palatina omnia officia, hoc eſt, memoriales, agentes in rebus, apparitores diverſorum comitum temperare à proceſſu jubentur.* Seneca in *prologo libr.2. declam.* ſic etiam ſcribit, *Foroque ſe & honoribus parant, in quibus ipſa, quæ ſperantur, timenda ſunt, ego quoque aliquando ejus proceſſûs avidus.* Illud etiam ad proceſſus viri donatum poteſt videri, quod ob valetudinis proceſſus voto ſuſcepto uxor donat mariti nomine; quod hæc inſcriptio vetus, quam Laurinorum beneficio acceptam ferimus, omnino demonſtrat. T. AUREL. US AUG. LIB. DIOSCORUS. VOTUM ÆSCULAPIO SANCTO OB PROCESSUS SUOS CUM VALERIA. NICE. CONIUGE ET AURELIS DIOSCORIS. VICTORINAE FILIS D.D. Atque ita quidem tam id, quod ob valetudinis, quàm quod propter honoris proceſſus erogatur, ad proceſſus viri donari dicitur.

SATISDARE tenetur, qui nihil in bonis habet, nec invenire fidejuſſores poteſt, *c. Odoardus. 3. X. d. Solut.* ubi ab eo, qui ſolvere debita non poteſt, recipitur idonea cautio, ut ſi ad pinguiorem fortunam devenerit, debita perſolvat. Non autem crediderim eum, qui debita perſolvere non poteſt, aut in bonis habere, aut invenire poſſe fidejuſſores.

Satisdatio eſt ejus, qui vel in bonis habet, quo ſatisdet, vel invenire fidejuſſores poteſt. *l.7.ff.d. ſtip. prætor.* in qua diſtinguuntur ſatisdationes in prætorias & non prætorias. Prætoriæ deſiderant perſonas pro ſe intervenientium. Non prætoriæ pignoribus, pecuniæ, vel auri, vel argenti depoſitione in vicem ſatisdationis funguntur. Sic in *l.11. in princ. ff. ad munic.* perſona idonea definitur cautione idoneâ: cautio idonea eſt ejus, qui ſolvendo fuerit.

Hactenus cōveniunt jus Canonicum & Civile, quòd illud *l.4. in pr. ff d. ceſſ. bon.* in qua is, qui bonis ceſſit, ſi quid poſtea acquiſierit, in quantum facere poteſt, convenitur; utriq; juri ſit commune. Vid. differentiam, in qua *Cedens bonis, ſi ad pinguiorem fortunam &c.* idoneam autem cautionem in jure Civili non reperio. Si quis alius tam ſtultus ſit, ut nomine ejus, qui bonis ceſſit, vel fidejuſſor interveniat, vel pignus ſupponat, jura ſtultis non ſuccurrunt, *l. pen. §. ult. ff. d. jur. & facti ign.* Nec inde tamen neceſſitas cautionis idoneæ colligitur, quia neceſſitas eſt, quæ abeſſe non poteſt. Qui ergo hæc Papæ cautio idonea excuſari poterit; *Forſan* excuſabit beneficium competentiæ, quod habet is, qui bonis ceſſit: verùm in eo perperam conſtituetur cautio idonea; nam in *l.173. in princ. ff. d. R. J.* beneficium competentiæ eſt, non totum, quod habent conventi, extorquere; ſed eorum eſſe rationem

habendam, ne egeant. Debemus diſtinguere inter quotidiana alimenta; de quibus in *l.6.ff.d.t.d.ceſſ.bon.* quibusque nemo eſt fraudandus: & inter idonea emolumenta, de quibus in §. *ult.I.d.action.* quæque is, qui bonis ceſſit, poſtea acquiſivit. Nec hæc, quia nondum ſunt præſentia, & quia poſſunt etiam non acquiri, cautionem idoneam præſtant. *Forſan* excuſabit commiſeratio eorum, quibus debetur, aut benignitas Judicum, qui in caſu ceſſionis decernunt. Verùm nec in commiſeratione, quâ totum remitti poteſt debitum, conſtituetur idonea cautio: nec in benignitate Judicum: imò benignitas Judicum creditoribus magis obeſt, non ſecus ac cautela illa Apparitorum, de qua Petrus Peckius in *tract.d.jur.ſiſt.c.42.num.ult.* quaque apparitores non priùs curam & cuſtodiam debitoris in ſe recipiunt, quàm à creditore expenſarum illarum refuſionem ſint ſtipulati. *Forſan* excuſabit Carolina conſtitutio, de qua Martinus Naurath ad Henr. Zœſium in *Cod.qui bon.ced.poſſ.lit.d.* quaq; præter veſtem & lectus cum ſuis ornamentis, unaq; ex rebus mobilibus minoris pretii cedenti bonis aliqua miſerationis gratiâ relinquuntur. Verùm nec in Carolina conſtitutione eſt idonea cautio. Etenim veſtem atterit uſus, lecti venditionem indicat præco, ornamenta transfert paupertas, res minoris pretii, ſi quocunque pretio alienentur, ſedandæ fami ſufficiunt. *Forſan* excuſabit fraus eorum, qui cedentes bonis non cuncta, quæ dominii jure retinent, creditoribus manifeſtant. Verùm quæ idonea cautio conſtituetur in iis, quæ debitor fraude ſuâ latere creditorem vult? non acquieſceret huic cautioni creditor, & qui cunctis proprietatis jure acquirendis inſiſtit, accelerato deperditi dolore rem cum pulviſculo auferret. *Forſan* excuſabit quinquennalium induciarum beneficium, de quo in *l.fin.C.h.tit.* Verùm hoc beneficium non quærit, quid in ceſſione ſit præſtandum, quoniam ceſſionem præcedit: non omnia bona dat in ſolutum, ſed bona retinet: non impetratur à creditoribus, quam Majeſtas Imperialis audiendam cenſet. *Forſan* excuſabit nuda promiſſio, quæ ſatisdationis appellatione venit. Verùm aliud eſt nuda promiſſio, cui mutuum non damus: aliud repromiſſio, quâ contentus fuit, cui ſatisdatio debebatur. *Forſan* excuſabit cautio juratoria, quam præſtat, qui præſtare aliam non poteſt. Verùm cautio juratoria tum præſtatur, ubi de damno nondum conqueri poteſt is, cui cautio præſtatur: cautio juratoria præſtatur, ubi agitur de fructibus è re perceptis, non ubi ipſius rei periculum verſatur. Igitur, ut hæc concilietur differentia, juxtim coruſcent Sol Imperatorius & Luna Pontificia: Ille ceſſionem bonorum agnoſcat miſerabile eſſe auxilium: hæc recludat Petri patrimonium, quod ſi non omnia poſſidet, omnia deſiderat.

SCRIPTURÆ diverſæ inter ſe contrariæ cum ab una eademque parte proferuntur, neutra valet, *c.improbari.13. X.d.fid.inſtr.*

Idem utrumq; jus ſentiunt. Sic enim jus Civile, ſcripturæ diverſæ fidem ſibi invicem derogantes ab una eademque parte prolatæ nihil firmitatis habere poterunt, *l.14.C.d.fid.inſtrum.* Non o. *d.l.13.* nam prolatæ ibi ſunt contrariæ profeſſiones non ab una parte, ſed à diverſis; uti rectè is locus vulgò acceptus eſt. Sed cur, cum inſtrumenta contraria proferuntur à diverſis partibus, creditur ei potiùs, in quo fides major eſt, quàm cum proferuntur ab eadem parte? Reſp. quia cum litigator unum inſtrumentum profert, non debet ejus inſtrumentum vinci inſtrumento adverſarii: niſi id verum ſit, quia inſtrumentum adverſarii non approbat. At qui ipſe duo inſtrumenta contraria profert, is utendo utrumque probat: probando facit, ut utrumque adverſùs eum valere debeat. Opp. cum teſtes ab una parte edicti diverſa & contraria dixerunt, non ideo tamen omnium teſtimonia improbantur, ſed ea aſſumenda ſunt à Judice, quæ rei aptiora & vero proximiora eſſe comperierit, *l.ob carmen.21.§.ult.D.d.teſtib.* Reſp. Diſpar hactenus Teſtium & Inſtrumentorum eſt ratio; nam

Si duæ profeſſiones de ætate non tantùm diverſæ, ſed etiam contrariæ fuerunt prolatæ, altera valet; ei autem ſtatur, cui fidem præcipuè conſtare credibilius eſt, *l. cum de ætate.13.ff.d.probat.*

tio: nam qui plures teſtes producit, non ideo probat eorum teſtimonia, quia ignorat quid iſti dicturi ſint, & producit tanquam viros bonos, quos non putat contraria dicturos. At inſtrumenta plura qui profert, hoc ipſo probat, quia profert, quippe qui ſtatim ex lectione ſcire poteſt, quid in ſingulis contineatur, nec quisquam ſolet proferre, quæ non legit. Ad *l.15.C.d.tit.d.fid.inſtrum.* reſpondet ibidem Wiſſenbachius.

SCRIPTURA privata contra ipſum ſcribentem vim probandi obtinet, modò à parte, contra quam producitur, & cujus eſſe perhibetur, agnita & recognita fuerit, *c.per tuas.*10.*X.d.probat.* Hunnius in *coll. jur.Can. diſp.*11.*th.*32. Mevius ad *jus Lubecenſe libr.* 3. *tit.* 1. *art.*1.*num.*28. Joh. Bapt. Suttinger *obſ.*73.

Nulla eſt differentia, Nam 1. jus Civile loquitur de actu primo i.e. actu primo hoc perniciosum. 2. de ſcriptura, quam ipſe ſcribens producit. 3. jus Canonicum non tam loquitur de ſcriptura, quàm de confeſſione, quâ quis ſuam agnoſcit ſcripturam: nec diſſentit in hoc caſu jus Civile, *l.25. §.ult.ff.d.probat.* 4. *c.per tuas.* quod allegat, nil tale continet. Vid. Gail. *libr.2. obſ.20.* ubi de libris mercatorum. Hiltropff. in *proc. jud. part. 3. tit.15. d.libr. rationum num.8.* Denique diſtinguendum videtur inter res exigui & magni præjudicii. Unde in rebus magni præjudicii Panormitanus infert, ſi Epiſcopus prætendens aliquod caſtrum pertinere ad Eccleſiam ſuam, ſcripſerit in libro antiquo Eccleſiæ iſtud caſtrum pertinere ad Eccleſiam ſuam, & ſucceſſivè multis temporibus ille liber fuerit detentus in Camera Epiſcopi; dicemus ne, quòd probabit dominium caſtri cum magno poſſeſſoris damno. Igitur oportet, ut & alia adminicula concurrant, veluti quòd ex archivo publico depromptus ſit, *auth.ad hæc.C.d.fid.inſtrum.* Vel ſi conſuetudine loci liber antiquus ſit receptus & approbatus, *c.11. X.d.fid inſtrum.* Vide Wiſſenbach.ad *l.5.6.7.C.d.probat.* ubi quid de *libro Publicani* ſit judicandum, quærit. Huic enim plenam fidem deberi ſcribunt Afflictus *d. regalib. verb.vectigalia.num.* 48. Maſcardus *d. probat. concl.* 234.*num.*13. Chriſtin. ad *jus Mechlin. tit.* 13. §.9. *num.*8. & alii. Contra Jaſon *vol.3.conſ.*103. & Rebuff. in *tract.d.Chirogr.& ſched.recogn.num.*11. privatam eam eſſe ſcripturam nec plenam fidem mereri. Cur enim fidem adhibeamus eorum libro, quos audaciæ & temeritatis plenos arguit JurisConſultus in *l.quanta.12.d.public.in.* Hic ſi jus Romanum ſpectes, non eſt dubitandum, rectiùs Jaſonem & Rebuffum ſenſiſſe: nam ne fiſci quidem rationibus debetur plena fides, *d.l.7.C.d.probat.Nov.48.c.1.§.1.* tantùm abeſt, ut libro Publicani. Verùm patrocinatur Publicanis plerumque uſus fori, quem cum Jure Romano perperam diſſentientium nonnulli confudiſſe videntur. Ita hoc Publicanis edictorum lege tribui video, ut ſi fraudem plenè probare non poſſint, urgentibus reum indiciis, in defectum probationis juramentum eis deferatur. Quod à Jure communi prorſus alienum deprehenditur. Neque enim delicta jurejurando accuſatoris, ſed legitimis probationibus oſtendenda ſunt. *l.ult.C.d.tit.d.probat.*

Exemplo perniciosum eſt, ut ei ſcripturæ credatur, quâ unusquisque ſibi adnotatione propriâ debitorem conſtituit, *l.7. C.d.probat.*

SCRIPTURA vacua, vulgo charta bianca, Blancket/ obligat, *c.2.d. fid. inſtr. ubi gloſſ. c.2. in pr. verſ. ſigillorum ſuorum. d. off.ord.in 6.*

Ut utrique juri ſua conſtet veritas, diſtinguenda ſunt tempora. Quamvis enim non protinus obligetur, qui tenorem ſcripturæ poſtea ſubſequutæ non inſpexit, ac veroſimiliter nondum cognovit; tamen ex quo inſpiciendi co-

Non obligat, quia ſubſcribens vel ſignum apponens ſcripturæ vacuæ tenorem ſcripturæ poſtea ſubſequutæ non inſpexit, ac veroſimiliter nondum cognovit, *l.fin.*

gnoſcen-

gnoſcendique habuit facultatem, cognoviſſe atque ita approbaſſe præſumitur, *l.2.§.inſpectio.ff.teſtam quemadm. aper.* Sic valet album folium, cui procuratorium inſcribatur, Tuſchus *lit.F concl.409.* quia eo fine miſſum eſt, ut eidem inſcribatur mandatum. Ac ita pariter inſtrumentum mutui accepti in arbitrium creditoris conferri poteſt, ut clauſulas, quas velit, adponat. Si verò majorem ſummam inſcribat, locus eſt non numeratæ pecuniæ, vel etiam doli exceptioni. Sic & legatis talia mandata libera dari ſolent interdum. Et de hujusmodi literis etiam canit Guntherus *libr.3.Ligurini.*

Impreſſo plurima ſigno
Deprenſa eſt vacuis apud illos pagina chartis.

Sed hæc res periculo haud caret. Sic & in Concilio Chalcedonenſi Orientales ſunt conqueſti, ſe in Synodo Epheſina II. violenter fuiſſe coactos, ut in pura ſubſcriberent charta. Et Wenceslaus Imperator inter alia eam ob cauſam ab Imperio remotus fuit, quòd miniſtris ſuis dabat puras chartas, in quibus poterant inſcribere, quod lubebat, Beſoldus in *delib. Jur. ex libr.12.pand.q.3.* Vid. Johann. Baptiſtam Suttinger in *obſ.71.*

C. *plus valere, quod ag. quàm quòd ſimul. conc.*

SENTENTIA cauſæ expreſſionem requirit, gloſſ. in *cap. ſicut nobis.16. verb. exprimantur. & ibi.* Abbas *num.* 10. *& ſeqq. X. d. ſent. & re jud.*

Sententiam cauſæ expreſſionem non requirere ipſum inculcat jus Canonicum. Sic in *d. cap. ſicut nobis.* non requiritur, ut teſtes, qui de ſententia deponũt, etiam de cauſis deponant, quia conſtat ex *c. præterea. 27. eod tit.* teſtes debere tantùm de his deponere, quæ ſenſu corporeo perceperunt, & non de his, quæ à jure dependent. Ratio illius eſt, quam reddit Ungebaur ad *tit. Decretal. X. d. ſentent. & re jud. num.14.* ne videlicet anſa cavillationibus procuratorum præbeatur, quibus raro aut nunquam ulla ſatis ad condemnandum efficax ratio dari poſſet. Hanc rationem qui ſcrutatur, alienus erit à Joanne Oldendorpio, qui in *aſſert. ex jur. & æquit. aſſert.2. in fin.* hunc morem exiſtimat juſtum eſſe, ut Judex breviter ac ingenuè reddat ſuæ pronunciationis rationem. Quemadmodum enim, inquit, moneta non ſignata ab omnibus habetur ſuſpecta & adulterina; ita ſententia Judicis ab omni ratione nuda multò magis erit ſuſpecta, æſtimabiturque iniqua & inanis. Non etiam obſt. *d. gloſſ.* quæ continet caſus ſpeciales.

Non requirit, quia pro ſententia ſine expreſſione cauſæ lata præſumptio eſt, quod ſit juſta & æqua, *§. fin. l. d. fidejuſſ.*

SENTENTIA etiam ſine ſcripto valet, *c.43. X. d. teſtib.*

Nulla eſt differentia, & in jure Canon. potiùs arguitur imperitia Judicis, ob quam quia miles timebat ſibi & filiis, quos de legitima uxore ſuſcepit, curavit ſententiam redigi in ſcripturam.

Ex breviculo recitari debet, *t.t. C. d. ſent. ex brev. recit.* Non obſtat *l. ult. C. commin. epiſt. programm. auth. &c.* quæ majorem cautionem addit.

SENTENTIA fertur in ipſum dominum, non in procuratorem, *c. licet. X. d. probat.* Vid. different. in qua *Procurator potuit &c.*

Præfertur jus Civile, varias tamen exceptiones vid. apud Dion. Gothofr. ad *d. l.1. lit. m. n.* Zœſ. ad *tit. ff. d. ſent. & re jud. num.*98. 99.

Sententia ferenda eſt in procuratorem, *l.1. C. d. ſentent. & interl.*

SENTENTIA inter alios lata etiam alios ob-

Utrumque jus conſiſtit. Jus Canonicum continet caſum defini-

Inter alios acta & judicata aliis non nocent: ligat.

ligat, *c. adverſus. 7. X. d. immu. Eccl. c. ſi contingat 55. X. d. ſent. excomm.*

tum Civile caſum dubium. Canonicum jus commune: Civile jus ſingulare. Canonicum eos, in quos lata eſt ſententia: Civile ipſos Judices, qui ex aliorum Judicum præſcripto judicare non teneantur.

non enim ſi quid non bene dirimatur, hoc in aliorum Judicum præjudicium vergere oportet, *l. 13. C. d. ſent. & interl.*

SENTENTIA lata ex præſumptione non poteſt retractari, *c. is qui ſidem. X. d. appell.*

Ut utraque opinio concilietur, diſtinguitur inter præſumptionem juris & de jure, & inter præſumptionem juris. Priorem volunt non admittere probationem in contrarium: poſteriorem non reſpuere probationem, ſi poſtea per confeſſionem propriam de veritate conſtiterit. Sed enim hæc ratio non videtur Zœſio ad *tit. ff. d. ſent. & re jud. num.* 106. ita efficax. cum ſententia ex probationibus aut inſtrumentis lata, etiamſi contraria poſtea inveniantur veritatem indicantia, non ſemper retractetur, *l. 4. C. d. re jud.* Ut poſſit videri idem dicendum de lata ex præſumptione tali, ſcilicet quæ ſufficiens eſt ad ferendam ſententiam, qualis eſt ea, quæ juris, quæ eſt loco probationis, Alciat. *d. præſumpt. p. 3. n. 33.* Nihil facit *d. l. 34.* quâ alii nituntur, cum tantùm loquatur de eo, qui non eſt abſolutus definitivè, ſed tantùm propter defectum probationum, ut ibi vult gloſſa.

Poteſt retractari, Gloſſa, Bartolus & Dd. in *l. ſi qui. 34. C. ad L. Jul. d. adult.*

SENTENTIAM Judex ſtando pronunciare poteſt, *clem. ſæpe. in fin. ubi gloſſ. verb. ſtans. d. V. S.*

Hanc differentiam obſervat Zœſius ad *tit. ff. d. re judic. n. 8.* & præfert jus Civile, ut compoſitâ mente juſtum judicium Judex proferat, quod ipſum pleniùs colligitur ex *l. 6. §. fin. ff. d. poſtul.* Verùm utrumque jus conciliari poteſt, arg. *c. fin. d. ſentent. & re judic. in 6.* ſi diſtinguatur inter cauſam, quæ plenam requirit cognitionem, & inter cauſam, quæ de plano tantùm agitur, in qua Judici ſtando pronunciare licet. Vel diſtingui poteſt inter lites prolixas ac ſpecioſarum perſonarum, & inter breves lites ac vilium perſonarum, quæ & ſine ſcripto terminantur, & ſtando cognoſcentibus inter ſuos Epiſcopis, *auth. niſi. C. d. ſentent. ex brevic. recit.*

Sedere debere Judicem, dum ſententiam pronunciat, colligunt ex *Novella d. Judicib. 82. §. ſedebunt.*

SENTENTIA ne mandetur executioni, obſtare exceptio poteſt, *c. veniens. 38. X. d. teſtib.*

Præfertur jus Canonicum, quatenus exceptio in continenti probari poteſt, & quatenus non eſt præſumptio contra excipientem, quòd malitioſè excipiat, ut in *cap. ſuſcitata. 6. X. d. in integr. reſt.*

Executorem eum eſſe manifeſtum eſt, qui poſt ſententiam inter partes auditâ omni & diſcuſsâ lite prolatam rei judicatæ vigorem ad effectum videtur adducere, *l. ult. C. d. execut. rei judic.*

SENTENTIA non ante rem judicatam dici creditur, quia tum demum tempora ad appellandum præſtituta lapſa

Forſitan jam ſuo ævo tale quid parturiebat Bartolus ad *l. 1. ff. d. re judic.* ubi interrogationi, Quomodo à re judicata ſententia differat? reſpondet, quòd

Sententia eſt ante rem judicatam, ita ut res judicata ſententiæ ſit effectus, *l. 1. ff. d. tit. d. re jud.* ita ut finem controver-

ſunt: quæ pervulgata & uſu forenſi protrita eſt Canoniſtarum opinio, Ungebaur ad *tit. Decretal. X. d. ſentent. & re jud.*

aliud ſit res judicans, & aliud res judicata. Res judicans, inquit, eſt ipſa ſententia ſeu actus judicandi & ſententiandi: & hoc imponit finem controverſiæ. Sed res judicata eſt cauſa, quæ finem controverſiæ à ſententia accipit. Et ſic ſententia eſt judicans: res verò judicata eſt cauſa deciſa. Quam opinionem rejicit Abbas ad *rubr. d. ſent. & re judic. num. 1.* per *capit. cum inter. 13. capit. quod ad conſultationem. 15. d. tit. & capit. cum dilecti nos. 32. in fin. d. Elect. & Elect. poteſt.* in quibus textibus dicitur ſententia poſt lapſum decem dierum tranſire in rem judicatam. Si igitur ſententia eſt res judicans, quomodo poteſt effici res judicata, cum maxima ſit differentia inter judicantem & judicatum. Ipſe verò Abbas *d. loc. num. 2.* putat ſententiam poſſe dupliciter conſiderari, reſpectu ipſius definitionis judicialis, ſeu reſpectu cauſæ agentis, h. e. Judicis; & reſpectu contenti in ea ſeu cauſæ patientis, ita ut quicquid contineatur ibi, ſumens deciſionem & definitionem facto Judicis, appelletur res judicata. Et hoc, ait, voluit textus in *d. l. 1.* dum ait Modeſtinus, quod res judicata dicitur, quæ finem controverſiarum pronunciatione Judicis accipit. Conſideravit enim pronunciationem Judicis, ſeu ſententiam ex parte contenti & cauſæ patientis, quia decidens & deciſum habent ſe ut agens & patiens. Et ita etiam intelligitur *l. litigatoribus. 14. C. d. appell. & Conſult.* Et hoc quoque reſpectu accipienda putat Abbas ea jura, in quibus dicitur, quòd ſententia tranſeat in rem judicatam, h. e. aſſumat autoritatem rei judicatæ, *l. probatam. 4. C. d. ſent. & interl.* Simpliciter adhæreamus juri Civili, & dicamus ſententiam differe à re judicata, tanquam cauſam à ſuo effectu. Sententia eſt cauſa rei judicatæ, quia per eam res judicata redditur deciſa, h. e. definita. Res verò judicata dicitur ſententiæ effectus. Nihil enim aliud eſt res judicata, quam lis ſeu cauſa controverſa Judicis ſententiâ deciſa atque definita. Pro Canoniſtis parum facit, quòd ſententia dicitur tranſire in rem judicatam, cum nullâ fuerit appellatione ſuſpenſa, quia, ut ex Abbate notat Ungebaur *d. loc.* verba illa hoc denotant ſententiam in autoritatem tranſire rei judicatæ, aut rei judicatæ autoritatem habere, aut vim atque vigorem rei judicatæ obtinere, quod fit demum poſt decem dierum ſpatium, quia tunc jus ex ſententia factum eſt, & res judicata accipitur pro veritate, *l. 25. d. ſtat. hom. l. 207. d. R. J.* Unde etiam efficitur irrevocabilis, & ex ea competit exceptio rei judicatæ, *t. t. d. except. rei jud.*

ſiarum pronunciatione Judicis accipiat, Cujac. ad *c. 1. X. d. t.*

Sententia non ſit conformis privatæ ſcientiæ, etiamſi ſit certiſſima, *c. paſtoralis. §. quia verò. X. d. offic. & poteſt. Jud. deleg.* Vid. differentiam, in qua *Executor requiſitus.* differentiam, in qua *Judex in cauſis brevioribus*, & apparebit ex hac noſtra ſecundas curas eſſe meliores.

Si ſtatuenda eſſet differentia, potius tribueretur juri Canonico, quod juri Civili, *arg. c. inquiſitioni. 44. d. ſent. excomm. c. non ſolùm. 24. q. 2.* ſed prior locus agit tantùm de eo, qui probabiliter ſcit, & argumentis nonnullis topicis reum innocentem eſſe exiſtimat. Poſterior locus agit de Judice, qui Dei ſit miniſter: de modo autem miniſterii nihil agit. Utcunque tamen ſit, circa quæſtionem propoſitam quinque ſunt notanda. 1. quæſtionis neceſſitas. 2. ejus, qui fert ſententiam, perſona. 3. fides eorum, quæ ex actis & probatis conſtant. 4. ſcientia privata. 5. abſtinentia à munere judicandi. *Primum* notat Frantzkius *libr. 2. reſol. 22. ab initio.* Quæſtio, inquit, hæc eſt de rarò contingentibus. Rarò enim accidit, ut contra ea, quæ legitimè juxta proceſſum juris in judicio acta & probata ſunt, Judex veritatis exactiſſimam habere ſcientiam poſſit. Unde quidem, ſi quæſtio hæc, uti ſimpliciter poſita eſt, intelli-

Judex ſecundùm veritatem judicare debet, *l. 13. in fin. C. d. ſentent. & interl. l. 14. in pr. C. d. Judic. auth. qui ſemel. C. quomod. & quand. Jud. &c.*

Digitized by Google

intelligatur, inconveniens non eſt, ut regulariter juxta id, quod à partibus probatum eſt, ejus ſententiam ferendam eſſe aſſeramus. Sed quando hoc quæri ſupponitur, quando acta & probata pugnant cum conſcientia, utrùm ex his in expediendo ſuo munere & controverſiâ propoſitâ decidendâ ſequi teneatur? tum vera dubitatio exiſtit, digniſſima ſane, ut quanto & religionem Judicis & dehinc publicam judiciorum utilitatem arctiùs concernit, tanto diligentiùs à nobis excutiatur. *Secundum notat* idem Frantzkius *d.loc. num.*3. Quodcunque hic quæritur, maximam partem locum invenire in Judice, qui eſt perſona una & ſingularis, non item in corporibus integris, qualia hodie judicia pleraq; nobiliora ſolent eſſe conſtituta. Tametſi enim unum ex his Judicibus ponas veritatem contra fidem actorum exactiſſimam notam habere, ejus tamen ſcientia tanti non erit, ut ob eandem reliqui poſthabitis probatorum documentis in illius ſententiam concedant, & juxta eandem cauſæ controverſiam dirimant, arg. *l.Pomponius. ubi Dd.d.re jud.* niſi & ceteri omnes vel plerique infallibiliter acta & probata falſa eſſe exiſtiment. Circa hanc perſonam unam & ſingularem notat idem Frantzkius *d.loc.num.*7. Non tam hic proptie quæri & dubitari de Principe Summo, illum enim juxta propriam ſcientiam probationibus contrariam judicare poſſe illi ipſi, qui aliàs diſſentiunt, ultro concedunt, Bartolus & alii in *l.*1.*C. Ut quæ deſ.adv.part.&c.* Covarr. 1. *var. reſol.*1.*num.*7.*verſ.Tertium.* quod & ad ſumma tribunalia Principum extendunt, Guid. Papæ *deciſ.*29.*in pr.* *Tertiùm quoad fidem eorum, quæ ex actis & probatis conſtant,* notat Ant. Merenda.*libr contr.jur.*5.*c.*48. eo modo hac in re Judicem verſari multis ex cauſis damnari, & primo quia Judex tunc ſcienter faceret contra finem, propter quem inſtituta fuere judicia: nullâ enim aliâ de cauſa id factum fuit, quam ut per illa conſequeremur id, quod nobis debetur, nam ſcienter non tribueret alicui jus ſuum, quod non videtur ullâ ratione admittendum, quia ex fine eſſentia actuum moralium pendet. Deinde hic modus judicandi præfert veritati imaginem veritatis: non alia enim de cauſa lex jubet ſequi fidem actorum & probatorum, quàm quia exiſtimat ea eſſe vera. *l.ult.d.probat.* & ideo deficiente fundamento, cui lex innititur, nulla cauſa eſt, cur ejus diſpoſitionem obſervemus, *l.adigere.* §.*quamvis.d.jur.patron.* veritatis enim opinionem ſi adimas actis & probatis, quid aliud quæſo ſunt quàm mera hominum figmenta? *Quartum quoad ſcientiam privatam* ita notari poteſt, non ut intelligatur credita aliqua juris ſcientia, quam diſtinguit Iſaacus Wake in *Rege Platonico pag.*39. ubi cum ædes Eboracenſes ab Eccleſia Henricus VIII. extorquere cuperet, Wolſæus dixit, non ſuas eſſe, ſed ſucceſſorum ſuorum ædes, ideoque jure alienare non poſſe, cui Shælleus juris Municipalis Judex, Etiam, inquit, potes in forma juris transferre: at (inquit Cambdenus) poſſum ne in forma bonæ conſcientiæ? Utinam qui jus profitentur, aliquid etiam profiterentur conſcientiæ, nec ita ſub nomine juris injuſta conſulerent. Non etiam, ut intelligatur credita aliqua opinio, quâ juxta Pindarum cor cæcum habet turba hominum maxima, quâ Proculus quidam juramento interpoſito affirmavit vidiſſe ſe Romulum è cœlo ſive deſuper ſeſe ingerentem, etiam auguſtiori formâ, verbis magis divinis quàm humanis utentem: quâ riſu & cachinnis oneranda vetuſtas exiſtimavit Deaſtros eſſe infantiles, futiles, ſtercoreos, furum, fornacum, ſcoparum, innumerarum quiſquiliarum ſervatores: quâ matres ſimplicioribus maritis ſpurios, quos genuerint legitimos, obtundunt, & non patres patres ſimulant: ſed ut intelligatur individuum animi judicium, de quo Frantzkius *d. loc. num.* 11. eſſe eum in finem conceſſum, ut per illam falſitatem deteſtari, veritatem autem defendere debeamus, quam, ut homo religioſus cuſtodiret, Deus hanc adjecit pœnam, ut quicquid contra illam in alterius perniciem faceret, illud omne eâdem accuſante ad gehennam condemnaret, *c. ad literas.d.reſtit ſpol.* *Quintum quoad abſtinentiam à munere judicandi* tangit *d.c.paſtoralis.* in quo quia ſæpe contingit, quòd executio ſententiæ ordinario mandatur, quæſitum eſt, an ſi ipſam injuſtam eſſe cognoverit, debeat eam executioni demandare; an ſit ſubſiſtendum. Attendentes itaque, quòd non cognitio, ſed executio tantùm demandatur, eidem reſpondemus, quòd cum ordinarius teneatur obſequi dele-

gato, etſi ſcit ſententiam injuſtam, exſequi nihilominus teneatur eandem: niſi apud eum efficere poſſit, ut ab hoc onere ipſum abſolvat. Subſumit Jacobus, Britanniarum Rex, apud d. Iſaacum Wake in *Rege Platonico pag.* 119. Nec hinc conſcientiæ notitiam negligendam, nec illinc legis præſcriptum violandum fuiſſe, quorum alterum inevitabile videbatur. Siquidem duplicem Judex ſuſtinet perſonam, unam publicam Judicis, alteram privatam hominis Chriſtiani. Quà Judex eſt, juramento Regi tenetur ſecundùm legem judicare; quà Chriſtianus, Deo obligatur judicare ſecundùm conſcientiam. Quod ſi aliquando contigerit, ut utrumque præſtare nequeat, eò quòd probationes afferantur contra veritatem privatim ſibi cognitam, oportet inprimis omnes aggredi & tentare modos, quibus inveſtiget veritatem, & retegat teſtium falſitatem, & utramque in lucem meridianam (ſi fieri poterit) protrahere. Sin adeò teſtes deſperatæ ſint nequitiæ & præfracti, ut illud efficere atque obtinere non poſſit, Regem tum demum ſcriptis de re tota certiorem facere oportet, cujus id eſt officium, ut poſſit & debeat, tanquam Angelus Dei, judicium rectum & ſecundùm veritatem ferre: atque ita, vel juxta conſcientiam ſuam de re illa ſtatuere, aut alium in prioris locum Judicem ſubſtituere, eundemque in teſtem producendum decernere. Atqui ſi id Regi perſuaderi non poſſit, eam ut provinciam atque curam in ſe ſuſcipiat, Judicem tamen oportet potiùs Judicis munus deponere, & privati teſtis perſonam ultro induere, quàm contra conſcientiam ſuam judicare, eò quòd veriſſimum ſit, quod quidam dixit, qui judicat contra conſcientiam, ædificat ad gehennam, quibus deinde ſubjecit, Nihil iniquius eſſe & immanius, quàm ut bonorum cauſæ falſis malorum teſtimoniis æſtimarentur; ſic enim neminem bonum tutum eſſe poſſe, cum nec Chriſto ipſi ejusmodi teſtes falſi defuerint. His præſuppoſitis ponamus nunc quæſtionis neceſſitatem, Eſſe perſonam, quæ ideo latura ſit ſententiam, quia eam declinare non poteſt, an illam debeat ferre conformem privatæ ſcientiæ, an ex fide eorum, quæ proponentur? Hujus controverſiæ plurima pars eſt deciſa in tertio notando, ex quo etiam convellitur decantatiſſima diſtinctio Doctorum, qui conſiderant conſcientiam Judicis, modo ut Judicis ex actis publicis informatam; modò ut privati in privata notitia poſitam; & cum in dirimendis controverſiis publicam perſonam ſuſtineat, *l. Barbarius. 3. d. off. præt.* ſecundùm illam, non ſecundùm hanc ſententiam ferri volunt. Vid. Covarruviam *d. loc. num.* 4. Si enim Judex, etiam ut publica perſona eſt, juxta veritatem judicare debet, & ea tantùm unica eſt, quis non videt, conſcientiam actorum, ubi Judex contrarium privatim certiſſimè novit, non niſi *ὁμωνύμως* ſic dici, & à vera conſcientia, ex qua omne verũ & falſum dijudicatur, longè differre. Non o. *d. c. paſtoralis.* ad quod quintũ notandum reſpondet. Alii reſpondent jus Canonicum & hic errores communes ac ſententias ſcholaſticorum amplexatum eſſe. Non o. quod dicitur Judicem in judicando non debere ſequi ſcientiam privatam, quia animadvertere debemus duplici de cauſa hujusmodi ſcientiam allegari. Primò ut ſecundùm eam ſententia feratur. Secundò ut propter eam Judex non præſtet fidem actis & probatis. Si primo modo fuerit allegata, veriſſimum eſt ejus rationem habendam non eſſe. Altero vero modo re acceptà aliud eſt dicendum. Differentiæ autem ratio in eo conſiſtit, quòd ſcientia privata non eſt medium ſufficiens ad inſtruendum Judicem actum publicum exercentem, & ideo non poteſt eſſe ſatis, ut Judex ſecundùm eam ferre ſententiam poſſit. Quando vero quæritur, An propter ſcientiam privatam non debeat præſtare fidem actis & probatis? aliud eſt dicendum, ut monet ſecundum notandum. Non o. *l. illicitas. 6. §. veritas. ff. d. off. Præſ.* ubi Judicem id ſequi debere dicitur, quod ex fide eorum, quæ probabuntur, convenire exiſtimat. Ut reſpondeatur, præſuppono cum Hotomanno *Illuſtr. quæſt. 27 geſtorum* vocabulum, de quo in *d.* §. ambiguum eſſe, & modò in jure noſtro ſignificare res adminiſtratas ſeu factum ipſum contrahentium: modo acta & inſtrumenta. Juxta priorem ſignificationem hæc erit *d.* §. ſententia, illud, quod errore à contrahentibus geſtum eſt, veritatem ipſam non vitiare aut corrumpere. Unde apud Præſidem plus valere debere, quod revera probabiliter geſtum, quam quod per fraudem ſimulatè conſcriptum actumve ſit. Juxta ſecundam iſte

erit

erit ſenſus, Præſidis officium eſſe non tam inſtrumentis, quæ vitioſa & falſa eſſe poſſunt, quàm rei veritate moveri. Juxta priorem intellectum prædictus §. male allegatur & opponitur, ſiquidem in eo fides probationis non opponitur conſcientiæ Judicis, ut in hac noſtra quæſtione, ſed potiùs errori, dolo & ſimulationi alterius contrahentium. Juxta poſteriorem accipiendus non eſt, cum *geſtorum* vox non pro inſtrumentis, ſed ipſis rebus adminiſtratis ibidem capiatur. Examinari nunc poſſent varia conſilia, quæ meticuloſi nonnulli Judici ſequenda putant. Ultimum, quo Judex juret ſibi non liquere, Frantzkio *d.loc.num.25.* manifeſte falſum eſt, Qua enim fronte, quà conſcientiâ jurabit ſibi non liquere, qui veritatem tanquam proprios digitos novit, ſive ex privata conſcientia, quod nos volumus, ſive ex publica relatione teſtium ex ſententia ceterorum, qui à nobis hac in quæſtione diſſentiunt. Vid. Zœſium ad *tit. Decret. X. d. off. Jud. n. ult.* ubi contrarium defendit, idque ob Reip. bonum, in quo majora mala ſequerentur, & magna perturbatio, ſi illa licentia Judici concederetur, cum de privata ejus notitia non poſſit conſtare Reipublicæ Reſpondeo. 1. ex primo notando, rarò accidere, ut contra ea, quæ legitime juxta proceſſum juris in judicio acta & probata ſunt, Judex veritatis exactiſſimam habere ſcientiam poſſit. 2. Exigit Reipublicæ bonum etiam in caſu dubio impunitum potiùs relinqui facinus nocentis, quàm innocentem condemnari, *l.5. d. pœn.* 3. non inde majora mala ſequerentur, ſed potiùs arcerentur: quoties autem nihil ſine captione inveſtigari poteſt, eligendum eſt, quod minimum habeat iniquitatis, *l.200.d.R.J.* 4. non poteſt excitare perturbationem, quod Judicem jubet ferre ſententiam, prout religio ſuggerit arg. *l.79.ff.d.judic.* 5. Nulla hinc licentia Judici conceditur, quem nullus affectus ſtimulat, ſed ſola neceſſitas urget. 6. de privata ejus notitia conſtare poteſt, qui aliorum mendacia indagat. 7. Quantumvis non cuivis privato poſſit conſtare, tamen poteſt Reipublicæ, quam Judex repræſentat.

SENTENTIA non tranſit in rem judicatam, *c. ex literis. 1. X. d. conſang. & affinit.*

Nulla eſt differentia, ſed tantùm excipitur cauſa matrimonialis. Vid. differentiam, in qua *Sententia non ante rem &c.*

Rebus judicatis ſtandum eſt, *t.t.C.d.re jud. t.t. C.d.exec.rei jud.*

SENTENTIA poteſt eſſe injuſta & eſt timenda, *c. ſi Epiſcopus. 11. q. 3.*

Sententia non poteſt eſſe injuſta, *l.11.d.J.&J.*

Nulla eſt differentia, Nam jus Canonicum vult ſententiam eſſe timendam, i.e. non ſpernendam: vel ſententia eſt timenda, quatenus metum delinquere volenti incutit. *L.11.* non dicit non poſſe eſſe injuſtam ſententiam, ſed non videri injuſtam ſententiam in relatione ad officium, in quo eſt conſtitutus, qui tulit ſententiam. Sic denique timenda eſt ſententia ei, qui eam pronunciat, ne dum victos aut damnatos pœna ſequitur, ſeverior penes Judicem maneat. Coërcere deberet Judicem intra rectæ deliberationis limites vel ipſi divini judicii metus, vel ad divinum Judicium provocatio. *Circa hanc ad divinum judicium provocationem*, ne in parietem caducum inclinent cogitata mea, non incumbam humeris Pontificiorum, ſed communem & Pontificiis & nobis ſolem inconniventibus oculis ſuſpiciam. Non ſcrutabor fixas periodos, quas tempora deſignaverint: non fatales terminos, quos docta crediderit vetuſtas: non laniatus, qui intra viſcera male judicantium ſæviant; ſed arcana veſtigia, quibus vera opinio è dubiis tandem eluctatur. Forſan influxu ſuo juvant, quæ Delrio *lib. diſquiſ. magic. 4. c. 4. q. 3. ſect. 1.* notat, juxta quem ſæpe fit, ut qui ſe injuriâ affici ab aliis putant, nec hominum præſidium vel auxilium ſupereſſe cernunt, ad Deum confugiant, non quidem malis ut illos eripiat, ſed ut, ſumptâ de perſecutoribus ultione, tali indignos ſupplices injuriâ fuiſſe, cunctis faciat manifeſtum: interdum illos ad tribunal Dei ſiſti intra certũ tempus, interdum nullo tempore addito jubent: *citationem ad comparendum coram Deo judice* vocant. De hac meritò dubitant pleriq; quid tenendum: metuenda ne ſit

citato nec ne? item licita citanti, an illicita? Quoad citantem & quiritantem ob injuriam dico. 1. Si citra odium aut vindictæ cupiditatem, vel impatientiam, iram, deſperationem, vanitatem, aut aliam vitioſam affectionem, per injuſtitiam oppreſſus quis hoc faciat bono fine (puta ut innocentia ejus appareat, nec infamiâ gravetur familia, aut ut liberetur mundus tali tyranno, aut ut reſipiſcat, & terrore perculſus pœniteat, deſinatque ab oppreſſione & concuſſione miſerorum) licita eſt talis citatio. Addit, quod legimus de Euſtachio Abbate, cum hæreticus quidam, Agreſtius nomine, B. Columbanum jam mortuum convitiis & calumniis laceraret, ſic ultum eſſe calumniatorem, idque in Concilio Matiſconenſi. Ita namque ſcribit Jonas Abbas, ejus contemporaneus, Cum ſic ille Agreſtius frivola garriret, ſagax Euſtachius, ut erat virtute patientiæ & ſcientiæ inſignis, reſpondit, In horum præſentia Sacerdotum te ego, ejus diſcipulus & ſucceſſor, cujus tu diſciplinam & inſtituta damnas, ad divinum judicium cum illo intra præſentis anni circulum diſceptaturum invito, ut juſti Judicis examen ſentias, cujus famulum tuis obtrectationibus maculare conaris. Scire vultis eventum citationis? poſt aliqua media ſequenti capite ſubjicit Jonas: Sed cum ille Agreſtius ſæpius ſibi datum pœnitentiæ locum non agnoſceret, ut Euſtachii ſententia ad divinum judicium ipſum vocantis prævaleret, ante triginta dierum circulum, priuſquam vertentis anni meta compleretur, à ſervo ſuo, quem ipſe redemerat, ſecuri percuſſus interiit. Subminiſtrat aliud exemplum Gualtherus Burgenſis, vir doctrinâ & ſanctitate clarus, per injuriam pulſus Epiſcopatu Pictavienſi à Clemente V. quamdiu vixit, injuriam patienter tulit: moriens juſſit ſepulcro inſcribi: *Ad juſtum Dei judicium appello.* Legit elogium Clemens, & injuriæ, quam intulerat, memoriâ expaviſſe ferunt: addunt alii, non diu poſt obiiſſe: ſed, quem citant, Volaterranus id non addit, & fabuloſum putat Delrio: utrumque, vel certè prius exemplum fabuloſum puto, ut & illud, quod idem Delrio ſubnectit. Memoratu, inquit, digniſſimum eſt, quod legitur apud Scriptorem dictum, eruditum & veracem (quem vocat Cantipratenſem, aliàs Brabantinum) his verbis: Monaſterium D. Jacobi apud Leodium notum multis & acceptum. Iſtud quidam adoleſcens, conſobrinus majoris Præpoſiti, causâ devotionis & religionis intravit: quod, ut audivit Præpoſitus, indignè tulit: mox forti manu collectâ ſatellitum intrat violenter cœnobium, rapit juvenem, & nudatum ſancto habitu ſeculari induit. Abbas ergo Monaſterii collectis primoribus civitatis Epiſcopo conqueritur, & totum Clerum pro tantis injuriis interpellat. Hoc autem cum indignanter audire vix vellet Epiſcopus, & Abbatem potiùs duris verbis impeteret, flexis Abbas genibus cum moderamine verborum dixit: Judicem contra te (ò Præpoſite) in terra habere non poſſum: & ideo contra te Deum ſummum Judicem interpello, ut intra quadraginta dies uterque noſtrum compareat coram illo, ſententiam pro meritis accepturus. Ad hoc Præſul cachinnans cum ſuis irriſit hominem atque ſprevit, & repulit exprobratum. Quid plura? quadrageſimo die circa nonam mortuus eſt dictus Abbas: & cum pro eo ſolenniter pulſaretur, ſedens in balneo Præpoſitus quæſivit à circumſtantibus, quid hoc eſſet? moxque quidam ingrediens reſpondit, Abbatem D. Jacobi modò eſſe defunctum, & pro eo pulſationem fieri tam ſolennem. Ideo ergo recordatus Præpoſitus quadrageſimum diem eſſe, quâ ſe citatum audiverat ab Abbate, conſternatus animo dixit ſuis. Citò videte quid faciam, mortuus ego ſum: comparere me hodie ſummi Judicis aſpectibus oportebit. Nec mora, poſt verba hæc, cum balneum egredi feſtinaret, in adſtantium manibus cum diro ejulatu & vocibus expiravit: ibi procul dubio reſpondere compulſus, ubi cauſarum ſtrepitus ceſſant, Juriſperitorum advocatio conticeſcet, ubi nec preces nec precium liberabunt. Hactenus Delrio, qui cum hoc exemplum memoratu digniſſimum cenſeat, cur credit tertium eſſe commentum ab Hæreticis vel Schiſmaticis Britannicorum Scriptorum operibus inſertum, quod tale eſt. Ceſtrenſis *libr.7.* tradit Innocentium IV. à Roberto, *groſſe teſte* dicto, Lincolnienſi, famigerato illâ ætate Philoſopho, quem excommunicarat, & ille ad Deum Judicem provocarat, Pontificem ad Dei tribunal citans mortuum, quo die mortuus eſt Robertus, auditamque

hanc

hanc in aula Pontificia vocem: *Veni miſer ad Judicium*, repertumque ſequenti die Papam in lectulo exanimatum, ac lividam in ejus latere cruentamque plagam, ac ſi fuſte percuſſus fuiſſet. Sed deſinamus ineptiarum clauſtralium, quibus creatura creare poteſt, & impudentiſſimo garritu ſuperſtitiones ſuas fulcire allaborat. Balæus ad Artuii menſam rotundam ſuaviter ea ſituatur vel non: non tam ſit ingenioſus, quam impius ſimilium dramatum fabricator, inde quæſtioni noſtræ, quæ eſt circa provocationem ad divinum judicium, nihil accedit, decedit nihil: tantùm manifeſtat, quemadmodum Pontificii ſuæ ſcenæ ſerviant. Pergit Delrio ibidem quoad citantem & quiritantem, Periculoſum eſſe hominibus non compertæ Sanctitatis has citationes imitari, Nam facilè fallit amor proprius, & perſuadet nos injuriam perpeſſos, cum non ſimus: facilè etiam latens aliqua glorioiæ, vel vindictæ, vel perturbationis animi nebula ſe immiſcet, ut veritatem non videamus. Lethaliter inſuper peccare, qui ſcienter injuſtè alios citant, probat idem, quia nocent injuſte & graviter. Sic enim ſugillant eos, quos citant, ut oppreſſores innocentiæ: minùs etiam conſtantes gravi terrore percellunt, ita ut ex metu mortis poſſint in morbum incidere & mori. Quod fortaſſis aliquando contigit. Quoad eos verò, qui citantur, exiſtimat duas regulas poſſe ſtatui, Prima eſt, ſi conſtet eos juſtè judicaſſe, nec ullum eſſe dubium de ſententiæ aut facti, propter quod citantur, æquitate: tunc poſſe hujusmodi citationem ab illis contemni. Ratio eſt, quia juſto Judici præmium à Deo, cujus vice fungitur, non ſupplicium eſt expectandum. Sciebat hoc magnus ille Imperator militum, Gundizalvus Ferdinandus de Corduba: Qui cum Tarentum obſidens maleficum quendam ſeditioſumque (inquit Jovius) militem ad ſupplicium duci juſſiſſet: illeque multùm reluctatus ſe iniquiſſime damnari vociferaretur, & proinde Gonſalvum ad dicendam cauſam ad Dei Maximi tribunal magnâ voce citaret: vade, inquit Gonſalvus, feſtinaque confiſus optimo Judici, & cauſam inſtrue. Nam ibi pro me aderit, qui opportunè reſpondeat, Alfonſus frater, qui nuper ex Serravermegia in in Cœlum contendit. Tum enim Gonſalvo nunciatum fuerat, fratrem a Mauris circumventum dignam forti pioque Duce mortem oppetiiſſe. Sic ille nebulonem injuſtè provocantem meritò contempſit. Altera regula eſt, Quando Judex aliquam animi perturbationem ſenſit, quæ ad damnandum vel movit omnino, vel ad citiùs damnandum movit: vel etiam non usque adeò certa eſt ſententiæ juſtitia, ut non ſuperſit probabilis contrarii metus: tunc malè facit Judex, ſi contemnat hujusmodi citationem: rectè facit, ſi diligentiùs iterum omnia momenta, & quæcunque ad veri indagationem pertinent, examinet ac perpendat, & reum interim in cuſtodia ſervet, ut vel retractetur prior ſententia, vel maturiore conſilio confirmetur. Probatur hæc concluſio, Tum quia Judices non poſſunt nimis circumſpectè procedere in re tanti momenti, cum non hominis, ſed Dei judicium judicent. Tum quia qui videbantur nocentes ex allegatis & probatis, eos tempus poſtmodum ſæpe docet fuiſſe prorſus innoxios. Non opus eſt exempla proferre, ſunt ad manum non pauca, nec obſcura, tum denique quia ſæpiſſime accidit tales citationes non eſſe irritas. Scribunt Hiſtorici Hiſpanorum Ferdinandum III. Regem juſſiſſe duos nobiles perduellionis reos ex turri vel rupe altiſſimâ præcipitari: illos conſtanter crimen negaſſe, quod quia videbant ſe fruſtra facere, tandem ad divinum tribunal provocaſſe, Regique denuntiaſſe ibi, ut ſe ante diem triceſimum ſiſteret: Ferdinandum poſtea ipſo die triceſimo ſatis ſubitâ morte abreptum. Germania ſola multa præbet exempla. Menvercum, Paderbornenſem Epiſcopum gravi contumeliâ Corbicenſis quidam monachus affecerat: cui Epiſcopus, Redditurum altiſſimo facti rationem, prædixit. Monachus floccipendens riſit epiſcopum. Ecce, moritur Antiſtes: & nihil mali ſentiens ante monachus in ipſa hora mortis Epiſcopi expiravit. Paucis annis poſtea Henricus Moguntinus (vel ſecundùm alios Wormacienſis) Epiſcopus falsò & per calumniam Arnoldi accuſatus, & per prævaricationem Cardinalium duorum à Pontifice Eugenio III. ad cauſæ cognitionem delegatorum depoſitus, ipſo Arnoldo ſuffecto, fuit: ſed ad juſtum Judicem Deum interpoſitâ appellatione ſequenti anno mortuus fuit. Ejus auditâ mor-

te ambo

te ambo illi Cardinales obiere ſubitò alter digitos proprios arrodẽs: alter in latrinis, Arii morte. Tempore Henrici IV. Burchardus, Halberſtadienſis Epiſcopus, & Meginherus, Abbas Herſeldenſis, de juribus Eccleſiarum litigantes invicem ad Dei tribunal evocarunt, & ambo die dictâ repente ex hoc ſeculo migrarunt. In vicinia Germaniæ Gothia memorabile accidit illud Johannis Turſonis, de quo ſic ſcribit Olaus *libr.14. hiſt. Aquil. c.20.* quendam capite plecti juſſerat. Is genibus innixus, En morior injuſtè, inquit, teque voco hac horâ ante tribunal Dei, ut reſpondeas, cur me innocentem morti condemnes. Vix autem miſer carnificis manu obtruncatus fuerat, cum etiam Judex de equo corruit exanimis. Liguria pars nota Italiæ, ibi Genuenſium triremes adverſùs piratas emiſſæ biremem Gotholanam accepere, & in Siculorum Gotholanorumque contemptum, extra Drepanum, furcæ noctu rectorem biremis affixerunt. Miſer ille diu fruſtra queſtus nihil unquam ſe Genuenſibus nocuiſſe: ut vidit plus gentis odium illos, quàm æquitatem movere: præcipuamque mortis ſuæ cauſam eſſe trierarchum Genuenſem, juſſit ut ſe ille intra ſextum menſem ante Deum Judicem ſiſteret. Vide quod habet Fulgoſus *libr.1.c.6.* de Franciſco Duce, qui Armoricis præfuit, & Æneas Sylvius *Europ.hiſt.c.43.* Is ſummâ crudelitate fratrem ex Anglia redeuntem de medio ſuſtulit; ſed viciſſim fratris citatione intra annum de medio ſublatus principatum cum vita amiſit. Vix eſt quiſquam, cui non ſit audita damnatiò Templariorum: ex his unus Neapolitanus eques traditur ad divinum judicium appellaſſe, & Clementem V. ac Philippum Pulcrum, Francorum Regem, anni ſpacio conceſſo ad tribunal illud ſupremum citaſſe. Addit Fulgoſus intra id tempus Clementem repente mortuum, nec multo poſt Philippum quoque interiiſſe. In plura hujus ſenticeti anguſta me intruderet anſa eorum, de quibus differentia, in qua *Purgatio per aquam frigidam &c.* differentia, in qua *Quæſtio cum ſit res gravis &c.* differentia, in qua *Quæſtioni ſubjectus quod fatetur &c.* Verùm tot dicendorum concurſus me inter judicium & ſtuporem medium obrueret.

SENTENTIA transfert poſſeſſionem, *c. cum aliquibus. 6. X.d. ſentent. & re jud.* in quo cum aliquibus eſt adjudicata poſſeſſio, non ſufficit eis pignora dari, niſi corporali poſſeſſione lætentur. Vid. differentiam, in qua *Sententia non ante rem judicatam dici creditur.*

Sententia non transfert poſſeſſionem, *l.57. in princ. ff. d. evict.* in qua habere licere rem videtur emptor, & ſi is, qui emptorem in evictione rei vicerit, ante ablatam vel abductam rem ſine ſucceſſore deceſſerit, ita ut neque ad fiſcum bona pervenire poſſint, neque privatim à creditoribus diſtrahi: tunc enim nulla competit emptori ex ſtipulatu actio, quia rem habere ei licet. Vid. Gomez. *tom. 2. c. 2. var. reſ. num. 47.*

Quæſtio eſt, An, ut dicatur poſſeſſio tranſlata, ſufficiat ſuper ea Judicem pronunciaſſe, an verò ipſius Judicis pronunciationem debeat ſequi executio? & affirmatur, maximè eo in caſu, ubi ſequi non potuit executio, quia executionem nemo urgebat. Et ita format caſum *d.l.57.* gloſſa, Vendidiſti mihi fundum, & promiſiſti habere licere. Venit Titius & agit contra me rei vindicatione, & obtinuit, ſed ante executionem deceſſit, ſic quòd non apparet, qui petat executionem fieri, quæritur an ſit commiſſa ſtipulatio? Dicitur, quòd non. Addit Dion. Gothofredus ad *d.l.57.* rationem, quòd evicta res emptori non videatur, niſi ablata ei ſit poſſeſſio rei. Non o. *d.c.cum aliquibus,* quia aliud eſt adjudicare poſſeſſionem: aliud transferre poſſeſſionem. Prius continet neceſſitatem transferendæ poſſeſſionis, quæ ipſam translationem antecedit: poſterius continet translationem ipſam. Deinde nondum corporali

porali

porali poſſeſſione lætatur, qui adhuc executionem urget. 3. Corporalis poſſeſſio non pendet ex adjudicatione, ſed ex traditione ejus, circa cujus poſſeſſionem lis erat inſtituta.

SEPELIRI debent cadavera punitorum factâ executione, *c. quæſitum.* 53.*q.*2. Jul. Clar. *libr.* 5. *ſentent.*§.*ult.q.*100.*num.*1. Petrus Heigius *part.* 2.*q.* 37.*n.*6.*& ſeqq.* Damhaud. in *prax. rer. crim. cap.* 153. *num.* 12. Carpzovius in *pract. crim. part.* 3. *q.* 137. *num.*69.

Sepeliri non debent, quia creſcentibus delictis creſcunt pœnæ, *l. aut facta.* 16.§.*ult.d.pœn.* Et notat Bartolus ad *l.*1.*C.d. ſuperexact.libr.*10. & Jaſon ad *l.* 1. *C. d. precib. Imp. off.* quod delicta etiam non admodum gravia propter frequentiam graviſſimè puniri ſoleant, & propter frequentiam delictorũ jura liceat transgredi, ſecundùm etiam Innocentium in *c.* 1. *X. d. Conſtit.* Accedit illud Ungebauri *exercit Juſtin.* 13. *q.* 4. *ex l. capitalium.*28. §.*pen.ff.d.tit.d.pœn.* in qua famoſos latrones in his locis, ubi graſſati ſunt, furcâ figendos eſſe ratio additur, ut conſpectu terreantur alii ab iiſdem facinoribus.

Concurrunt hic jus Divinũ, Canonicum, Civile. In jure Divino eſt mandatum Dei, *Gen.* 3. Terra es, & in terram reverteris. *Deuter.*21.*verſ.ult.* Cum peccaverit homo, & adjudicatus morti appenſus fuerit in ligno, non pernoctabit cadaver ejus in ligno, ſed ſepeliendo ſepelies eum eodem die. In jure Canonico etiam eſt mandatum, cui ſubeſſe poſſunt rationes. 1. ut vivorum oculis parcatur, ne rei tam fœdæ aſpectu ſe contaminent, ad feritatem aſſueſiant; in ipſa mortuorum cadavera, perinde ac ſi his aſpectibus gaudeant, crudelitatem exerceant, & ad homicidia quaſi ineſcentur. 2. quia intereſt Reipublicæ, ne aër inficiatur, neve interdum gravidis mulieribus damnum hinc inde inferatur prætereuntibus. 3. quia poteſt ipſe ſupplicii locus terrere alios non minùs, quàm cadavera ibi relicta. Et certè quem non terret patibulum aut rota, eum etiam non terrebunt fures in patibulo & rota relicti. 4. cuicunque pœnitentiæ & euchariſtiæ ſacramenta non denegantur, ei quoque ſepultura non eſt deneganda, *can.quæſitum eſt.*13.*q.*2. Sed furibus & latronibus nequaquam denegari poſſunt pœnitentiæ & euchariſtiæ ſacramenta, *c. fures. X d.furt. c. ſuper eo.* 4 *d.hæretic.in* 6. Ergo iiſdem etiam non erit deneganda ſepultura. 5. Faciunt quàmplurium JurisConſultorum autoritates, in quibus familiam ducunt Weſenbecius in *Oeconomia ſua ad tit. d. cadaver. punit.* Covarruvias *libr.* 1. *var. reſol. c.*1. & comprobant id omnium Gentium mores, quibus inhumanum atque impium habitum fuit corpora defunctorum inhumata relinquere, ut ex Cicer. *act.*5. *in Verr.* Sophocle, Euripide, aliis monſtrat Speckhan *cent.*1.*q.*9.*num.*6. 7. Quòd aliqui duntaxat caſus excipiantur. Sed enim ſtamus rationi petitæ è jure Civili, cui non adverſantur *l.obnoxios.*11. *C. d.relig.& ſumpt.fun. l.ult.d.tit.d.cadav.pun.* Non enim quæritur, An ad petitionem alicujus cadavera ſepulturæ tradi poſſint, vel an petitio cadaverum ſit licita; ſed hoc quæritur, An ſepeliri debeant cadavera punitorum citra petitionem? Sic punitorum cadavera Medicis ad anatomiam concedi poſſunt, quamvis veteres Empirici id negarint; non tamen punitorum pœnam hoc ſequitur, quòd neceſſum ſit punitos concedere Medicis ad anatomiam. Sic è contrario ex *l.oſſa.*8.*in pr.d.relig. & ſumpt fun. l.nemo.*14.*C. eod. tit. can.corpora ſanctorum.*37. *d. conſecr. diſt.*1. *& cap. ſacris.*12. *X. d. ſepultur.* non quæritur, an humanum corpus ad alium locum ſit transferendum, ſed an ſine decreto Pontificum ſeu permiſſu Principis ad alium locum transferri queat. Et miramur in diverſum ſeceſſiſſe Canoniſtas, quibus tamen juxta Petr. Ravenn.in *pr.part.oper.*§.41. devota hæc eſt aſſimilatio, quâ ſicut depinguntur corpora Sanctorum in Eccleſiis, ut deſpicientes provocentur ad de-

Google

votionem: quia quod facit ſcriptura legentibus, hoc facit pictura cernentibus, *c. per latum.27.diſt 3.d.conſecr.* ita corpora damnatorũ publicè exponenda ſunt in locum horroris ad revocandum populum à malitia. Omnino opinionem Canoniſtarum mutare debuit illud Ambroſii in *Pſalm.*118. *ſerm.*20. Qui, inquit, turpi vel ſceleſto reatu belluinæ obſcœnitatis illuviem, vel beſtialis immanitatis horrorem commiſiſſe detecti ſunt, tanquam ii, qui propoſito humanæ moderationis exciderint, formam quoque humanæ conditionis jubentur exuere: reciſo enim capite reliqui corporis truncus beſtiarum corpori comparatur, & ſapientiæ arce fraudatur, qui ſapientiæ non potuit tenere rationem. Supereſt, ut reſpondeamus ad loca juris Divini & rationes juris Canonici. Ad locum *Gen.*3. reſpondetur, Cadavera in furca aut rota relicta propter putrefactionem tandem in terram reverti, & ut ait Seneca *libr.*8. *controv.*4. in ſepulturam defluere. Ad locum *Deuter.*21. reſpondet Geneſis 40.*verſ.*19. ubi piſtor in ligno ſuſpenſus volucribus cœli dilaniandus relictus legitur. Utrumque locum conciliat Wilhelmus Zepperus in *explan. Leg.Moſaic.forenſ.libr.*1.*c.*7. inquiens, Lex de cadavere ſuſpenſi ita fuit politica, ut ceremonialiter maledictam Chriſti mortem figuraret. Cadaver enim ſuſpenſi in morte non relinquebatur, quia maledictum erat omnis ſuſpenſus. Non quòd deſperata eſſet ſalus ipſorum; ſed quia adumbrata fuit Chriſti in Crucem ſuffixio, quâ noſtram maledictionem, quæ propter peccatum nobis incumbebat, in ſe ipſo tranſtulit, *Galat.*3. *verſ.*13. Et *libr.*5.*c.*7. Hæc lex ceremonialis fuit & typica in Chriſtum, quemadmodum illius luculentus interpres Paulus eſt. Etſi ergo aliorum omnium ſuſpenſorum longè diverſa fuit ratio; hanc tamen legem universè in populo ſuo obſervari voluit Deus, ut perpetua eſſet in omnibus ſuſpenſis apud Iſraëlitas præfiguratio illius, qui ſuſpenſus eſt propter peccata noſtra. Sed quia ceremoniales & forenſes leges Iſraëlitas tantùm obligabant, ideo legibus politicis nihil præjudicant. Ad rationes Canoniſtarum ut reſpondeatur, ad 1. reſp. ab abſurdo conſequenti & notatâ fallaciâ accidentis. Ad 2. reſp. Aëra non infici ſuſpenſione, verùm, ne homines vivi inficiantur, ſuſpenſa hęc exempla admonere. Quoad mulieres, ne ſibi metuant, eò non accedant, abſentiâ ultro metui conſulturæ. Ad 3 Ipſum locum, inter quem & hominem non eſt convenientia, æque afficere ac hominem, ecquis exiſtimet? Loci nulla eſt pœna, ſed locus irrogat pœnam. Adhæc nemo dolet poſt mortem ſuam ſupereſſe patibulum, ſed doleret ſe mortuum pendere è patibulo. Ad 4. Sacramentorum numero & quæſtioni, an inde contingat ſepultura, nos nullatenus implicamus, nec implicare poteſt tantilla juris Pontificii autoritas. Ad 5. Nec abſoluta eſt, quantumvis major eſſe poſſit, quàm juris Pontificii, plurium JurisConſultorum autoritas. Ad 6. Non attenduntur Gentium mores, ſed ratio naturalis, quæ jus gentium conſtituit. 2. SpecKhan *d.loc.num.*7. verè dicit hodie ſecundùm conſuetudinem Germaniæ ſuſpenſorum & rotæ impoſitorum cadavera non ſepeliri, ſed ad exemplum in furca, patibulo vel rota relinqui videmus. 3. Non poteſt haberi inhumanum atque impium, quod non ulteriorem pœnam irrogat, ſed fit ſuperſtitibus metus, & ita falſum eſt punitum duplicem inſequi pœnam, adeò ut priori addatur nova. Ad 7. quòd aliqui duntaxat caſus excipiantur. Hoc equidem putat Carpzovius *d.loc.num.*70. Hoc eſſe ſpeciale in ſupplicio ſuſpendii ac rotæ; idemque adverſùs eos, qui gladio plectuntur, quandoque practicari ſolet, ut in crimine rapinæ, homicidii ex propoſito & animo deliberato commiſſi. Apud Speckhan *d.loc.num.*2. *&* 3. excipiuntur majeſtatis damnati. Quod jure Gallico ſervari teſtatur Rebuffus in *proœm. Conſtit. Reg.Gall.num.*54.55. Excipiuntur aggreſſores publicarum viarum, qui ſuſpenſi in patibulo relinquuntur, ut ceteris ſint exemplo & terrori. Sed enim ſciendum, non hoc agitari in ſenſu affirmativo, An omnia cadavera ſint ſepelienda? ſed in ſenſu negativo, An nulla corpora ſint ſepelienda? Deinde quæ ponuntur loco exceptionum, poſſunt eſſe loco regulæ, à qua ob petitionis interventum aut criminis diverſitatem recedi poteſt. Si enim admitteretur tot exceptionum latitudo, illâ regula diffluere poſſet. *Hoc eſt monendum*, Licet vi juris Canonici omnes ſepeliantur, ita ut mortui umbra non incurrat in oculos, nec ejusdem putridum corpus tranſeuntem in fugam convertat; alio tamen modo Canoniſtæ reum ſepulturâ indignum cenſent. Cum

ſimul-

Google

ſimultas inter Formoſum Papam & Romanos orta eſſet, de cujus cauſa vid. Luitbrandum *libr.1.rer.per Eur.geſt.c.8.* Sergius Formoſum defunctum extra ſepulcrum extrahi, atque in ſede Pontificatus ſacerdotalibus veſtimentis indutum collocari præcepit. Cui & ait, Cum Portuenſis eſſes Epiſcopus, cur ambitionis ſpiritu Romanam univerſalem ſedem uſurpaſti? His expletis, ſacratis exutum veſtimentis, digitisque tribus abſciſſis, in Tiberim jactari mandavit. *Hoc denique monendum*, Quid ſequi debeat cadaveroſam illam malignitatem, quâ infelices æternam mortem moliuntur, & quæſitâ ſui occiſione vitam amittunt: pendent victima ſui facinoris juvenes: ſeniores *Informes vultus, ſparſamque cruore nefando caniciem* in triſtia mutant? Mallem ſub ſpongia perire ejusmodi controverſias, quarum argumentum eſt incerta morientium calamitas. Legere poſſum Africanum, qui inſcribit monumento, Ingrata patria ne oſſa quidem mea habes. Non terret ereptus Cliens, qui ſanguine Ciceronis maduit. Non afficiunt pupillus & ſpado, qui de Pompeii capite tulere ſententiam. Non C. Cæſar, qui quod ipſe Chæreæ præſtitit, juſſit Lepidum Decio tribuno præbere cervicem. Sed terrent Romani illi Imperatores, quos natura in ſummis imperiis conſtituiſſe videtur, ut oſtenderet, quid ſumma vitia in ſumma fortuna poſſent. Quinquaginta minimùm numeramus alieni aut ſui vel ferri vel veneni internecione abſumptos. Si explicare juberet facundiam, propiùs intuerer eos, qui cum ante ſe agerent agmina, & hoſtium tergis graves inſiſterent, perfuſique ſuorum inimicorumque cæde cadaveribus flumina ſiſterent, ingentibus in triumphis feſtinato exitu vitam finiêrunt. Depingerem eos, in quibus, quantumvis toto orbe arma circumtulerint, finem non noverat laſſa crudelitas. Haut ſtetere unquam, ſed alium ſuſpirantes orbem ſuos eduxere milites: tandem non aliter quàm in præceps dejecta pondera, quibus eundi finis eſt jacuiſſe, pavido auſu ſuæ ambitionis ſtitere apparatum. Verùm in rem præſentem, quod dicendum eſt, dicamus. Differentia illa, in qua *Occiſio ſui ipſius eſt illicita* oſtendit verum eſſe Auguſtini *d. civit. Dei. c.26.* illud. *Hoc dicimus, hoc aſſerimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem ſpontaneam mortem ſibi inferre debere, veluti fugiendo moleſtias temporales, ne incidat in perpetuas. Neminem propter aliena peccata, ne hoc ipſo incipiat habere graviſſimum proprium, quem non polluebat alienum. Neminem propter ſua peccata præterita, propter quæ magis hac vitâ opus eſt, propter quæ poſſint pœnitendo ſanari. Neminem velut deſiderio melioris vitæ, quæ poſt mortem ſperatur; quia reos ſuæ mortis melior poſt mortem vita non ſuſcipit.* Hacpropter qui ſibi ipſi mortem ſpontaneam intulerint, eos jus Pontificium punit, ſiquidem ſacro Bracharenſi Concilio primo (ita loquitur Menoch. *lib.d.arbitr.jud. 2.cent.3.caſu.284.num.35.36.*) quod celebratum eſt ſub Honorio, hujus nominis primo, Pontifice Max. ſancitum eſt *c.34.* & relatum eſt in Decretis in *c. placuit.23.q.5.* ut ii, qui mortem ſibi conſciſcunt, ſepulturâ careant, & pro eis in divinis nulla fiat commemoratio, quam conſtitutionem confirmavit Innocentius III. in *c.ex parte d.Sepultur.* Addit Covarruvias *libr.var.reſol.2.c.1.num.ult.* ejus, qui ſe ipſum occidit, bona fiſco vindicari, niſi & liberos habuerit heredes. Carpzovius in *Jurispr.Conſiſtor.libr.2.tit.24.à num.9.* adhibet diſtinctionem differentiæ, in qua *Sepultura non omnis &c.* quam præjudiciis Electoralibus confirmat. Ego crimen nefandum nullus diffiteor, ſi tamen terram Deus indulgeat, homines vel in extremo terræ non invideant: ſi Deus concedere nolit, & hominis conceſſio erit fruſtranea. Pœna poteſt pronunciari, quæ ceteris horrorem incutiat, ſi tamen cauſa mali minus malum ſuadeat, humanitas non reluctabitur: Si malitia perverſa innotuerit, quod in parricida ſancit *l.un.C.d.his, qui par. vel lib.occid.* terra mortuo auferatur.

Sepeliri debet Archiepiſcopus cum pallio, ideoq; alteri Archiepiſcopo pallium commodare non poteſt, *c.2.*

In anteceſſum præter ea, quæ quoad originem habet Mareſius in *Cucchi jur. Canon. inſt. libr.1.tit.10.* excutienda eſt vox pallii ſecun-

Non oportet ornamenta cum corporibus condi, nec quid aliud hujusmodi, quod homines ſimpliciores faciunt,

Digitized by Google

X.d.autor. & uſu pall. Vid. Speidelium in *notab. jurid.hiſtor.polit.lit.p. num.*1.

*l.*14.*§.*5.*ff.d.religioſ.* Vid. Berneggerum *quaſt. miſcell.* 144.

dùm ea, quæ conſignavit Limnæus *d.jur.publ. libr.*3.*c.*3. *à num.*43. Abbas in *rubr.n.*3. *d.autor. & uſu pall.* noluit pallium, ſed paleum: iſtud honeſtatis & honoris tantùm, Laicis quoque competens; hoc propriè dignitatis & Laicis denegatum aſſerens. Verùm quid hoc ſibi velit, & unde derivatum ſit paleum, non reperio; nec abſurdum arbitror, pallium ſtatuere duplex. Unum, quod commune & neceſſitatis magis, arcendæ ſcilicet pluviæ, frigoris &c. causâ, quàm honeſtatis introductum; alterum certis tantùm clerici ordinis perſonis, in dignitatis præeminentiam, conceſſum. Utrumque autem communi derivatione inde dictum Grammatici notarunt, quòd palam, h. e. foris geſtaretur. Alii tertiam pallii ſignificationem mihi addere videntur, ut Alberic. in *rubr.C.d.SS.Eccleſ num.*4. & eſt tegmen ſolii Principis in throno ſtantis ſive incedentis, Thuano eſt Uraniſcus, Ita enim ille *libr.*97. Cum anno 1590. Cajetanus, Legatus Pontificis, Pariſiis in Senatum veniſſet, voluiſſetque ſuggeſtum uraniſco ſuperſtructo ornatum, qui Regi ſoli reſervatur, conſcendere, Barnabas Briſſonius, qui primas in Senatu tenebat, manu prenſum retinuit, & in ſubſelliis inferioribus è regione poſt ſe ſecundo loco ſedere juſſit. Quoad noſtrum pallium, cum eo Archiepiſcopum ſepeliri Canoniſtæ ideo volunt, ut ſignificetur plenitudo pontificialis officii. Hanc rationem credat Judæus Apella; vera ratio eſt, ut Archiepiſcopis cum pallio ſepultis ſucceſſores à Domino Papa, cujus hic non intereſt communibus utilitatibus providere, *contra c.adversùs.*7 *X d.imm. Eccleſ.* novum pallium, & quidem unctiori pretio, redimere cogantur. Hoc ne animadvertatur, vel ut ſenſim augeatur redemptionis pretium, dicunt Canoniſtæ pallium eſſe inſigne ornamentum, ſumptum de corpore Beati Petri *c. ſignificaſti in fin. X. d. elect.* ubi gl. in verb. *corpore aſſumuntur. & ibi Abb.num.*9. & non dari, niſi fortiter & ſæpe poſtulanti, *c. priſca.*100. *diſt.* Cardin. Tuſch. *lit. p.concl.*39. Summa Summarum eſt, Avaritiam non eſſe ampliùs, ut fuit *c.avaritiæ* 10 *X.d.præbend.* idolorum, ſed eſſe eorum, qui idola adorant.

Roma manus rodit, quas rodere non valet, odit,
Dantes exaudit, non dantibus oſtia claudit.

h.e. quod Alber. d. Roſate infert, Curia Romana non amat ovem ſine lana. Et quanquam uſus ornamentorum, de quo in *d.l.*14. probaretur, cui non injuriæ hæc latentia patent. Quum eſſem, verba ſunt Eraſmi in *conviv. relig.* apud Britannos, vidi tumbam D. Thomæ gemmis innumeris ſummique precii onuſtam præter alia miracula divitiarum. Ego malim iſta, quæ ſuperflua ſunt, elargiri in uſus pauperum, quàm ſervare Satrapis aliquando omnia direpturis, ac ornare tumbam frondibus ac floſculis. Deinde licet non injuriæ pateant, ſui inquiſitione alliciunt. Hujus inquiſitionis exemplum refert Surius in *comm.rerum in orbe geſtarum ad annum* 1544. cujus anni menſe Februario Romæ in Vaticano, cum in ſacello S. Petri fundamenta foderentur, inventa eſt marmorea arca longitudine pedum octo & ſemis, latitudine quinque, & ſex altitudine, in qua condita fuit Maria, Honorii Imperatoris conjux, quæ virgo obiit, morte abrepta ante nuptias. In ea arca, corpore abſumpto, aliquot tantùm dentes ſupererant, capillique ac tibiarum oſſa duo: præterea veſtis & pallium, quibus tantum auri fuit intextum, ut ex his combuſtis auri pondo 36. collecta ſint. Erat inſuper capſula argentea, longa pedem unum & ſemiſſem, latitudine digitorum 12. in qua vaſcula multa ex cryſtallo, nonnullaque ex achate, perpulchre elaborata. Item annuli 40. variis gemmis ornati. Erat & Smaragdus auro incluſus, in eoq; ſculptum caput, quod creditum eſt ipſum Honorium referre. Is 500. aureis æſtimatus eſt. Præterea inaures, monilia, aliaque muliebria ornamenta, in quibus una earum, quas hodie Agnus Dei vocant, per cujus ambitũ inſcriptum erat, Maria noſtra florentiſſima: laminaq; ex auro, & in ea hæc nomina, Michael, Gabriel, Raphael, Uriel, græcis literis. Item veluti racemus ex Smaragdis aliisque gemmis conſertus, & diſcriminale longitudine 12. digitorum, inſcriptum hinc, Domino noſtro Honorio: hinc Domina

mina noſtra Maria. Adhæc inerat ſorex ex chelidonio lapillo, cochleaque & patera ex cryſtallo: item pila ex auro luſoriæ ſimilis, ſed quæ in duas partes dividi potuit. Innumeræ penè aliæ inerant gemmæ, quarum etſi plurimæ vetuſtate corruptæ, nonnullæ tamen recentem admirandamque pulcritudinem referebant. Et hæc omnia Stilico dedit filiæ pro dote. Quanquam non ab hac inquiſitione pendeat prohibitio, ſiquidem inde etiam ſuaderi poſſit conceſſio. Exemplum refert Harpprechtus in *addit. & annot. ad Julii Clari recept. ſent. libr. 3. & 4. §. teſtamentum. q. 86. num. 5.* de matrona quadam apud Colonienſes, patritia, Richmuth nomine, cujusdam prædivitis mercatoris, ædes in novo foro pſittaci picturâ inſignitas inhabitantis, conjux dilectiſſima. Hæc anno 1357. Coloniæ lue peſtiferâ graſſante, non tantùm (ut mœſtiſſimus maritus cum cæteris lectum circumſtantibus putavit) moritur: ſed etiam, ſicut eventus docuit, ſatis luctuoſo quidem, ſed nimis feſtinato funere honorificè ſepelitur. Ceterùm quia avarus veſpillo ſciebat dictæ matronæ digitos precioſis annulis, præſertim autem illo, quem lugens maritus olim ipſi lætiſſimorum ſponſaliorum tempore arrhæ nomine dederat, eſſe ornatos: eò audaciæ progreſſus eſt, ut non dubitarit mediâ nocte & ſepulcrum & libitinam ſive arculam ligone aperire. Sed hæc res ſepultæ matronæ quàm optimè ceſſit. Ecce enim libitinæ ſive feretri operculo remoto illa veſpillonis pulſatorio ſtrepitu quaſi exſuſcitata & rediviva facta ſeſe erigit, reſurgit, & candelâ ardente veſpillonis (is enim, quia mala conſcientia lucem ferre non poteſt, præ metu & lafernâ & ligone apud ſepulcrum relictis fugit & prorſus aufugit) ſumptâ domum properat, tintinnabulo ſæpius excuſſo præſentiæ ſuæ ſignum dat: ſed quia alba lodice operta incedebat, maritus æquè ac veſpillo novâ iſtâ formâ tanquam ſpectri perterrefactus, uxorem nequaquam intromittere voluit, donec & ex loquela & annulo ſponſali illam tandem agnoviſſet. Tum enim maritus lætiſſimus omni luctu valere juſſo eam quaſi redivivam & novam ſponſam recepit, ſuſcepit, calefacto hypocauſto & cibis recreavit, & in thalamum ſuum reſumpſit, adeoq; ipſi rurſus non tantùm ut maritus cohabitavit, ſed etiam tres adhuc filios ex eadem procreavit. Eſt tamen non è via collectus myſticus pallii ſenſus, ut cum ſit de vellere ovis, intelligant pallio ſe ovium eſſe paſtores; & quia eo circumcinguntur circa humeros, ut circumſpiciant, ne aliqua erret; errantem humeris ad caulam reportent. Indagaret nonnemo, *Cum ſepeliatur Archiepiſcopus cum pallio, cur non ſepeliantur omnes ſancti cum ſuis reliquiis?* Reſpondeo, Sepeliuntur omnes Sancti, ſed reliquiæ in vitam redeunt. Etiamſi inſubidus videatur aſſerere reliquias in vitam redire, earum etiam poſt vitam eſt in reliquiarum venditione uſus; quanquam venditionem prohibeat & jus Civile, *l. 3. C. d. SS. Eccleſ.* & jus Canonicum. *c. ult. X. d. reliq. & vener. ſanct.* 3. Etiamſi in vitam non redeant, reliquiarum eſt veneratio, cui accedit autoritas Eccleſiæ Romanæ. Prò temporum iniquitatem! ſi nihil aliud accedat, quàm autoritas Eccleſiæ Romanę, næ ficulnea erit veneratio. 4. Veneratio hæc non eſt paſſim obvia, nec quovis modo ſtimulatur; Etenim in *d. c. ult.* reliquiæ Sanctorum extra capſam non debent oſtendi. Quando extra capſam oſtenduntur, ex mente Canoniſtarum viléſcit iſta veneratio. Omne enim, quod rarum eſt, plus appetitur, *can. legimus. 24. verſ. omne. diſt. 93* Et addit Abbas illam rationem, quia cum oſtenduntur extra capſam oſſa nuda, multorum devotio tepeſcit, & datur detrectatoribus cauſa obloquendi. Dicunt enim, quòd ſi fuiſſet ſanctus, oſſa non fuiſſent ſic diſperſa, non advertentes, quod omnibus generaliter dictum eſt, cinis es, & in cinerem reverteris, illis exceptis, quibus Deus ſingularem gratiam facere voluit. Sed quæritur, An major ſit veneratio capſæ quàm reliquiarum? 2. Annon ideo multorum devotio tepeſceret, ſi promerentur extra capſam oſſa nuda, quæ in capſa cultu ſuperſtitionis erant veſtita? 3. Annon, quia omnibus generaliter dictum eſt, cinis es, & in cinerem reverteris, reliquiæ Sanctorum cinis ſint & in cinerem reverſæ? 4. An ſingularis illa gratia, quâ quidam non ſunt cinis, nec in cinerem revertuntur, ſit cauſa reliquiarum, quæ tandem è cineribus ſurgunt. Forſan ideo extra capſam non oſtenduntur, ne concidat inanitas earum rerum, quæ vel non fuerunt, vel non tales fuerunt. Verbo

Digitized by Google

ab olim, Exilio dudum mulctatæ fuiſſent venerabiles hæ ſuperſtitiones, ſi robur retinuiſſet conſtitutio Baſileenſis Concilii de non ſolvendis Papæ Romanæ Annatis, quas Henricus Spelmannus in Gloſſario deſcribit eſſe Eccleſiaſticarum poſſeſſionum primitias, quas Clerus Romanus Pontifici Romano pendit. Conſtitutio, ut refert M. Zuerius Boxhornius in *hiſtoria univerſ. ad annum MCCCCXI. in ſeſſ. XXII.* legitur, *Sacro-Sancta generalis Synodus Baſileenſis in Spiritu Sancto legitimè congregata univerſalem Eccleſiam repræſentans. Ad perpetuam rei memoriam, in nomine ſpiritûs paracleti, ſtatuit hæc ſancta Synodus. Quòd tam in Curia Romana, quàm alibi, pro, ſeu in conformatione electionum, admiſſione poſtulationum, præſentationum proviſione, collatione, diſpoſitione, electione, poſtulatione, præſentatione, etiam à Laicis facienda, inſtitutione, inſtallatione & inveſtitura, de Eccleſiis etiam Cathedralibus & Metropolitanis, Monaſteriis, dignitatibus, beneficiis, officiisque Eccleſiaſticis quibuscunque, nec non Ordinibus, ſacrâ & benedictione ac pallio, de cætero nihil penitùs ante vel poſt exigatur ratione literarum, bullæ, ſigilli, annotarum, communium & minutorum ſervitiorum, primorum fructuum, deportatuum, aut ſub quocunque alio titulo, colore vel nomine, prætextu cujuscunque conſuetudinis, privilegii vel ſtatuti, aut aliâ quavis causâ vel occaſione, directè, vel indirectè; ſolum ſcriptoribus, Abbreviatoribusque & Regiſtratoribus literarum ſeu minutarum pro ipſorum labore competenti ſalario perſolvendo. Huic autem ſacro Canoni ſi quis exigendo, dando, vel promittendo contraire præſumpſerit, pœnam incurrat adversùs Simoniacos inflictam; ac in ipſis dignitatibus & beneficiis taliter obtentis, nullum jus aut titulum acquirat; obligationes quoque, promiſſiones, cenſuræ ac mandata, & quicquid in præjudicium decreti hujus ſaluberrimi fieri continget, nullas obtinere vires ac irrita cenſeantur. Etſi, quod abſit, Romanus Pontifex, qui præ ceteris univerſalium Conciliorum exequi & Canones debet, adversùs hanc ſanctionem aliquid faciendo, Eccleſiam ſcandalizet, generali Concilio deferatur. Ceteri verò pro modo culpæ, juxta Canonicas ſanctiones per ſuos ſuperiores dignâ ultione puniantur.* Aſt enim, quod teſtatur memoriæ fides, Conſtitutiones ejuscemodi tamdiu ſervantur, quamdiu non ſurgunt, qui conſtituerunt: imò dum adhuc ſedent, obliqua interpretamenta prælibant, aut emergentes novas cauſas animo concipiunt. Vid. Speidel. in *Notab Juridic. Hiſt. polit. lit. a. ſub voce Annatæ*, apud quem videmus etiam eo caſu, quo Annatæ ſolvebantur, Tobias Paurmeiſter *lib. 2. d. jurisd. Imp. Rom c. 3. n. 40.* Annatas à Germanis non ad ſovendum luxum ac prodigalitatem Pontificum ac familiarium eorum, ſed ut theſauri loco, conſervarentur contra Turcas & alios Chriſtianæ Reipubl. hoſtes, exactas fuiſſe. Unde in comitiis Auguſtanis Maximiliani I. tempore, Anno 1500. decreta fuit legatio ad Pontificem, ut ab eo, tanquam S. Romano Imperio devincto & obnoxio poſtularetur, ut Annatas Germanicæ Nationis initio ad eum finem exigi permiſſas ad ſubſidium belli, id temporis contra Turcas ſuſcipiendi, erogaret.

SEPULTURA eſt gratuita, *c. abolendæ. 13. X. d. ſepultur.* in quo dicitur abolendæ conſuetudinis perverſitatem inoleviſſe, ut decedentibus non priùs permittatur effodi ſepultura, quàm pro terra, in qua ſepeliendi ſunt, certum precium Eccleſiæ perſolvatur.

Non permittit jus Canonicum, quæ ejus eſt ſanctimonia, ut pro ſepultura quicquam exigatur, quia Pontificibus impium fuit viſum, ea habere venalia, quæ divini ſunt juris, quæque humano commercio exempta ſunt, usque adeò, ut in ſimoniæ crimen incidere videantur, qui ſepulturæ nomine quicquam exigunt, *c. non ſatis. 8. c. cum in Eccleſia. 9. c. ſuam nobis. 29. c. audivimus. 41. X. d. ſimon.* Et in hoc Pontifices naturam ipſam imitantur, quippe quæ gratuita eſt, & omnibus ſepulturam dedit: ne quis inſepultus eſſet, proſpexit. Naufragorum idem eſt fluctus, qui expulit: corpora ſuffixorum crucibus in ſepulturam ſuam defluunt. Vid. differentiam, in qua *Sepeliri debent ca-*

Jus ſepulturæ haud eſt extra commercium, *§. religioſum. 9.* ubi Joann. Harprechtus *num. 2. Inſt. d. R. D. & A. E. D.*

daveræ

davera punitorum &c. eos, qui vivi uruntur, pœna ſunerat. Atque hinc non nimis ſevere Alphonſus, Arragonum Rex, Paſtorem quendam pagi per biduum in fovea ad lumbos usque terrâ circumfusâ detinuiſſe ſcribitur, quod viduæ cujusdam maritum ſine pretii numeratione ſepelire noluerit, prout refert Joach. à Beuſt. ad *l. admonendi. d. jurejur. n.* 568. Quantumvis ſacrificuli tempore Gregorii Magni, ſolius lucri gratiâ intra urbes cœmiteria tranſtulerint, quo ſcl. eò faciliùs ſacra & quæſtum facerent, Waremund. ab Erenberg. *l.* 2. *d. fœder. c.* 1. *num.* 111. Etenim decedit quiſpiam è vita, mox tibi præſtò ſunt, rogant: Velis ne mortui corpus ad ſepulturam deferri ſtragulâ honeſtiori contectum, an ſordidiori, vel mediocri? Velis ne crucem elegantem, an verò minùs pulcram anteferri? Nam prout delegeris, dandum erit pretium. Sleidan. *libr.* 9 *comm. d ſtat. relig.* Lather *d. cenſ. libr.* 3. *c.* 22. *num.* 32. Quid hoc aliud eſt, quàm defuncto tributum imponere. Aut quid hoc aliud eſt, quàm crucem, in qua Chriſtus nos redemit, repræſentare vel elegantiorem, vel minùs pulcram, ejus addere aut adimere precio, minuere aut augere quantitatem. Crux Chriſti apud Pontificios in quam quantitatem excreverit vid. Hoornbeck in *exam. Bullæ Urbani VIII. de Jeſuitis; de Imaginibus; de Feſtis. pag.* 155. ubi addit, Exclamabunt fortè aliqui & ſtupebunt ad immenſum lignorum crucis Chriſti hic & ibi repertorum numerum, quem adduximus: verùm ſciant illi, ne dimidiam quidem (ut opinamur) eorum partem à nobis aſſignatam eſſe, quæ vel hodie vel olim jactata fuere: neque quod nos dicimus, non crucem, ſed ædes jam ex tot lignis facilè extrui poſſe, Pontificios quispiam moveat, qui hoc facilè concedant. *Si enim in unum conferantur acervum, quicquid ubivis gentium de ligno crucis reconditum habemus,* inquiunt Hæretici, dicit Geldolphus à Ryckel. *p.* 238. *ſui phylacterii, ſatis erat ad vaſtam domum conſtruendam, vel ad Batavicam onerariam navem implendam.* Quid autem reſpondet, *quibus dicimus nec hoc veritati repugnare.* Hoc tantùm in tranſitu, ut moneam, ſupereſt, quomodo calamitate Pontificiorum, ſi iis fides adhibenda, effectum ſit, ut crucem Chriſti Simon Cyrenæus non portaverit, nec ipſi Pontificii, niſi diviſis trabibus, portare queant? Fingant Simonem Cyrenæum fuiſſe illum Atlantem, qui humeris Cœlum ſuſtinuerit. Nunc redeo ad differentiam, quam terminet conſenſus noſter, quo, ut tradit Carpzovius in *Juriſpr. Conſiſt. libr.* 2. *tit.* 24. *def.* 391. mos iſte vendendi ſepulcra in Eccleſias etiam reformatas transmigravit. Quin & ipſo jure Canonico prohibitio venundationis ſepulcrorum ita reſtringitur, niſi conſuetudine alicujus loci receptum ſit, ut non tam aliquid exigatur, quàm ex liberalitate ſponte offeratur. Vid. Speckhan. *cent.* 1. *q.* 6. Streinium in *ſumm. jur. Canon. part.* 2. *tit.* 5. *d. Sepultur.* §. 5. ubi, *An ſine Epiſcopi conſenſu locus ſepulturæ alicui pretio dari poſſit in Eccleſia?*

SEPULTURÆ tum in Templis, tum in pomœriis eorum fiunt, *t. t. X. d. ſepult.*

Mortuorum reliquias, ne ſanctum municipiorum jus polluatur, intra civitatem condi jampridem vetitum eſt, *l.* 12. *C. d. religioſ. l.* 3. *§.* 5. *d. ſepulcr. viol.*

Extra urbem locum ad ſepulturas eligendum & cœmiterium extruendum eſſe docet Carpzovius in *Juriſpr. conſiſt libr.* 2. *tit.* 24. *defin.* 385. à quo divortium facit Leo Imp. in *Nov.* 53. quam hisce concludit verbis: Quicunque ſive extra muros, ſive intra civitatem ſepelire mortuos volet, perficiendæ voluntatis facultatem habeat. Rationes, quas nectit, Carpzovio *d. tit. def.* 389. non ſunt magni momenti, perinde ut nec ipſa ſanctio eſt authentica, Cujac. 17. *obſ.* 13. Gœdd. *d. C. & C. S. cap.* 6. *concl.* 7. *num.* 74. Hoc tamen negare non poſſumus Majoribus olim dignitatis causâ placuiſſe corpora quorundam, inprimis Martyrum, in atrio aut porticu vel in exedris Eccleſiæ ſepeliri, *can. præcipiendum* 13. *q.* 2. ex hac forſan ratione, ut quotidiano conſpectu hujusmodi monumentorum mortalitatis admonerentur poſteri, Gilken. ad *l. nemo* 2. *n.* 2. *C. d. SS. Eccl.* Ulteriùs poſtea creſcente ſuperſtitione ſub Gregorio Magno progreſſi ſunt Pontificii, & in ipſis etiam Eccleſiis ac Monaſteriis mortuos ſepelire cœperunt: Vel quòd hoc iis prodeſ-

ſe exi-

ſe exiſtimaverint, ſi nempe proximi ad ſacra venientes loca, ſuorumque ſepulcra adſpicientes, eorum recordentur, ac pro eis preces fundant, ut colligere eſt ex decreto Gregorii in *can. gravia. 13. q. 2.* Vel ut commendans defunctum Martyrum patrocinio affectus pro illo ſupplicationis augeatur, *can. non æſtimemus. in fin. d. cauſ. 13. q. 2.* Sed rationem utramque ineptiis relinquimus ſuperſtitioſis Pontificiorum rectiùs edocti, quòd preces pro mortuis planè ſint inutiles, quin & impiæ, ſiquidem animæ piorum, quamprimùm è vivis migrant, in Cœlis & manu Dei ſunt, impiorum verò in inferno, *Luc. 16. v. 22. & 23.* & qui portas inferni ſemel eſt ingreſſus, nunquam ex eo eluctabitur, nec per portam vitæ ingredietur, quia clauſa eſt janua, *Matt. 25. verſ. 10.* Nervum fortaſſis tanget rationem hujus moris eam reddens, quòd Pontificii ex vigiliis, miſſis & anniverſariis eò facilius ſacra & quæſtum facere potuerint, Joann. Gerh. *tom. theol. 8. c. 7. §. 88.* Vide differentiam, in qua *Sepeliri debet Archiepiſcopus &c.* Qualiſcunque verò tandem fuerit ratio, demptâ ſuperſtitione mos ſepeliendi defunctos in Eccleſiis improbari non poteſt, quin & apud Evangelicos eſt receptus, ubi honoratiores ſaltem in locis ejusmodi ſacris humari videmus: vel quòd defuncto dignitas & fama ex loco conſecrato accedat: vel quòd tutior ejusmodi cenſeatur locus, ne forſan ab impiis cadaver aut oſſa defunctorum effodiantur, vel facinoroſi poſtea in eodem ſepulcro condantur, Petr. Gregor. in *ſyntagm. jur. libr. 2. c. 13. num. 4.* Sanè haut ſuperſtitioſè ſtatuendum, quòd in cœmiterio ſaltem corpora mortuorum terræ mandari neceſſe ſit, poſtquam ſacra in contrarium extant exempla; ita enim ſepultus legitur Rex David in civitate 1. *Reg. 2. verſ. 10. Actor. 2. verſ. 29.* Propheta Samuel in domo ſua, 1. *Samuel. 25. verſ. 1.* Summatim dicimus, ſic pergit Carpzovius *d. loc.* hac in re uſu ac moribus recepta non facilè immutanda eſſe, *l. quod ſi norit 31. §. quia aſſidua. ff. d. ædil. ed. l. ult. C. d. fidejuſſ.* Nam conſuetudini ceu matri adhibenda eſt reverentia, *Baldus libr. 2. conſ. 38. col. 2. verſ. qui enim ſervat.* juxta alios ibidem allegatos.

SEPULTURAM defuncti differt debitum non ſolutum, & hoc in Anglia eſſe ſtatutum teſtatur Tancredus in *c. quâ fronte. X. d. appellat.* Deinde etiam differt, quia debitum non ſolutum & vivi corpus afficit, quod carceri mancipari poteſt.

Verum definit Petrus Peckius in *tract. d. jur. ſiſt. c. 5. n. 23.* Quoniam hominem mortuum ſepeliri debere natura, humanitas, verecundia & ſalubritas Reipubl. docet, quòd etſi facilis ſit jactura ſepulcri, tamen qui ſuperſtites ſunt, tam barbari eſſe non debent, nullam ut habeant humanitatis rationem. Meritò cautum reperitur, ne mortui corpus debitoris ſiſti ſeu arreſtari poſſit ſub pœna amiſſionis debiti, & aliis Divali Conſtitutione comprehenſis, *l. cum ſit. C. d. ſepulcr. viol.* Covarruvias *libr. var. reſol. 2. c. 1. num. 10.* & non minùs expediat Reipublicæ mortuos humari, quàm vivos conſervari, ut ait Bald. ad *l. fin. C. d. neg. geſt.* quum cadavera ſine obſtaculo in memoriam humanæ conditionis ſint ſepelienda, *l. quidam in ſuo. ff. d. cond. inſtit.* interdictaque ſit omnis appellatio, ne cadaver ſepeliatur, *l. fin. ff. d. appell. c. ex parte. d. ſepult.* etiamſi contra defunctum, & pro debito extaret inſtrumentum guarentigiatum. Licet malè contra ſentiat Angel. in *auth. ut defuncti ſeu funera. §. 1.* quem rectè reprehendit

Sepulturam defuncti non differt debitum non ſolutum, *l. 38. ff. d. relig. & ſumpt. fun.* in qua ne corpora aut oſſa mortuorum detinerentur, aut vexarentur, neve prohiberentur, quò minùs viâ publicâ transferrētur, aut quò minùs ſepelirentur, præſidis provinciæ officium eſt. An non etiam hæc cura fuerit Pontificum, vid. Ant. Fabrum in *rationalib.* ad eandem legem. Vid. *d. l. cum ſit. ult. C. d. ſepulc. viol.* in qua injuſtum eſt & noſtris alienum temporibus injuriam fieri reliquiis de-

Rodec.

Digitized by Google

functorum ab his, qui debitorem ſibi eſſe mortuum dicēdo, debitumq; exigendo ſepulturā ejus impediant: ne in poſterum eadem injuria procederet cogendis his, ad quos funus mortui pertinet, ſua jura perdere: ea quidem, quæ mortuo poſito ante ſepulturam ejus facta fuerint, vel exigendo, quod debitum eſſe dicitur, vel confeſſiones aliquas, aut fidejuſſorem aut pignora capiendo, penitùs amputari præcipimus.

Roder. in *5. extenſione. l. poſt rem. ff. d. re judic.* docens, quòd
nullius inſtrumenti vigore poteſt fieri executio in cor-
pus mortui pro debito, aut illius ſepultura impediri. Et
d. l. fin. generaliter loquens extendit ſe ad omnem actum,
factum pro debito conſequendo, cujusmodi procul du-
bio eſt arreſtatio, & iſtud in ſpecie decidere videtur Pa-
normitanus in *c. ex parte. num. 3. d. ſepult.* reprobatâ con-
ſuetudine Anglorum contrariâ. Nam ſi affines, fidejuſ-
ſores & hæredes defuncti, intra novem dies à tempore
mortis debitoris, pro debito moleſtari non poſſunt, *auth.*
ſed neque C. d. ſepulcr. viol. certè nec corpus mortui detineri
poteſt: quia aliàs, quod unâ viâ denegaretur, aliâ conce-
deretur, ſcilicet detinendo corpus defuncti, propter de-
bitum defuncti, quod ab hæredibus vel fidejuſſoribus
ejusdem ſolvendum eſſet. His præmiſſis interrogat Pe-
ckius, Nunquid propter debitum defuncti poſſit ſeu de-
beat differri ſepultura? Dicit Tancredus hoc olim fuiſſe
ſtatutum: ſed, ut dicit Joh. Andr. hoc tanquam iniqui-
tatem continens fuit ſublatum. Non obſtat ſtatutum
Anglicanum, quod ſuo territorio relinquimus. Non
obſtat, quòd ob debitum non ſolutum vivi corpus car-
ceri mancipetur, quia hanc mancipationem ſequi poteſt
ſolutio; ſepulturæ autem dilatio creditorem non facit
locupletiorem. *Quid igitur* (porro interrogat Peckius) *dicemus de multis paſtoribus ruſticanis, qui cadaver in quolibet pago, per quem à loco mortis ad ſepelitionis locum defertur, pro jure, quod prætendunt, curant arreſtari?* Reſpondet idem: cujus
reſponſionis partem admittimus, partem ſuperſtitioni deputamus) certum eſſe, quod
locus deſtinatus tantùm inſpicitur, non is, ad quem caſualiter pervenitur, *l. quæſitum. §.*
fin. d. leg. 3. ideoque is, qui natus eſt in aliqua civitate, per quam mater tranſibat caſu, civis
illius civitatis dici non poteſt, *l. 1. C. d. captiv.* & gabella (ut noſtri loquuntur) de his ſolvi
non debet, quæ caſu fortuito ad eum locum, ubi ſolvitur, perveniunt, *l. interdum. §. ſi pro-*
pter. ff. d. public. & vectig. ratioque funeralium, quæ ſolum domicilium laboresque paſto-
rum & adminiſtrationem reſpicit, hic ceſſat, nullusque noſtrorum ignorat cadavera per
aërem deferri non poſſe ad locum ſepelitionis, facileque hoc pacto libera ſepulturæ ele-
ctio, quæ nullâ ratione conſtringi poteſt, impediretur ob nimios ſumptus, quos heredi-
tas defuncti ferre non poſſet. Exiſtimo verò hunc errorem & abuſum ex pietate ortum
eſſe: ſicut ſemper humanarum rerum hæc viciſſitudo fuit à condito mundo, quòd opti-
ma quæque per abuſum corrumperentur paulatim ad pravitatem. Videntur enim olim
homines religione atque pietate ducti in ſingulis Eccleſiis pagorum, per quos cadavera
deferebantur ad locum ſepelitionis, mortuos depoſuiſſe, donec Paſtores illic cum Clero
preces ſuas ad Dominum effudiſſent pro defunctis.

SEPULTURAM ſi aliquem Paræcianorum contigerit alibi eligere, capitulo Eccleſiæ cathedralis de teſtamento quarta pars relinquatur, *c. cum ſuper 8. cum duob. ſeqq. X. d. ſepultur.*

Quantumvis non libera eſſet electio, electioni tamen non ſubeſſet pœnæ metus. Nam nullo in caſu pellucere debet ſepulturæ pretium, quod in privatum uſum deputetur, quoniam ſive pauper ſit, qui in fata conceſſit, ſive locuples: ſive interfectus, ſepultura ejus ſemper ſit opus miſericordiæ & charitatis. Si pauper eſt, obtinet definitio Carpzovii *in Jurpr. Conſiſt. 2. tit. 24. def. 374.* Si locuples, tunc nec hoſti honeſta ſepultura eſt deneganda, Carpzov. *d.*

Libera eſt electio, §. 9. *I. d. R. D.*

Digitized by Google

*loc.num.*381. Si interfectus, eum auſu temerario condemnare non licet: utcunque enim de ejus obitu & nece certi nil conſtet, præſumptionem tamen innocentiæ urget pietas, ut hinc contra charitatem Chriſtianam ad ſepulturam ignominioſam haut quaquam ſit deveniendum, *arg. l.1.& ult. ff. d. cadav. punit.* Denique jus Canonicum hanc quartam non conſiderat ut pœnam, quam meruerit defunctus, ſed ut portionem ejus, quod totum capitulum Eccleſiæ cathedralis ſperabat.

SEPULTURA non facit locum religioſum, *c. cum quis. 2.d.ſepultur.in 6.* in qua antiquâ dimiſsâ novam ſepulturam quis eligere poteſt etiam in loco minùs religioſo.

Nulla eſt differentia, poteſt enim locus eſſe minùs religioſus, ut in differentia, *Sepulturæ tum in templis.* non tamen ille locus, quem ſepultura facit, poteſt eſſe omnino non religioſus. Deinde non tam à loco, quàm à corpore illato locus vocatur religioſus. Sic ut locus fiat religioſus, non ſufficit monumentum, quod memoriæ ſervandæ causâ extruitur, *l.2. §.6.ff.d tit.d.relig.&ſumpt.fun.* non ſufficit cenotaphium. i.e. inanis tumulus vel vacuum ſepulcrum, quod quandoque vivis nobis extruitur. Vid. Venat. in *anal.jur.Pontif.d.ſepult.in adiac.* illa enim vendi, donari, & ad alios uſus transferri poterant, *l.6.§.fin.ff.eod.* Ratio rationis eſt, quia non monumenti aut cenotaphii alicujus extructio, ſed ſola mortui aut reliquiarum illatio locum faciebat religioſum, *l.5.§.8.ff.d.donat.int.V.& U.l.4.§.non fit.6.ff.ad L.Jul.pecul.* Tandem locus religioſus vocatur religioſus ab iis, qui loco huic æqualem religionem debent. Sic olim in omnibus locis religioſis obtinebat. In arandis agris & conſerendis hortis ſepulcra & loca religioſa intacta fuiſſe relicta, & neque arari neque coli potuiſſe. Ex his fit manifeſtum non obſtare jus Canonicum, quod innuit diverſitatem graduum, non oppoſitam ſpeciem. 2. admittitur electio loci minùs religioſi, modò bonâ fide fiat, non dolo ſeu contemptu, quem prohibet *c. fraternitatem. X.d.tit.d.ſepult.* in quo qui relictis antiquis Eccleſiis & patrum, aliorumque ſuorum parentum ſepulcris contra conſuetudinem Patrum veteris Teſtamenti, qui cum patribus ſuis ſepulti eſſe leguntur, ad nova & minùs religioſa loca ſe transferunt, irrationabiliter & contra antiquam inſtitutionem facere videntur. 3. diſtinguit ex *c.1.13.q.2.* Philippus Francus ad *d.c.2.num.2.* inter Eccleſiam habentem cœmiterium & non habentem cœmiterium, in qua non licitum eſt eligere ſepulturam, quia corpora fidelium debent quieſcere in cœmiteriis Eccleſiarum. Eadem propemodum tradit differentia, in qua *Sepultura non omnis &c.*

Sepultura facit locum religioſum, nam religioſus dictus eſt vel à reliquiis defuncti ibi poſitis, *l.44. §.1.ff.d. relig.& ſumpt. fun.* vel à relinquendo, quòd videlicet propter ſanctitatem à profanis uſibus intactus relinquatur, Manzius ad *§.9.I.d.R.D.num.2.*

SEPULTURA non omnis efficit locum religioſum, *c.1. X. d.torneament.*

Nulla eſt differentia, quia omnis ſepultura efficit locum religioſum, niſi in pœnam ejus, qui ſepelitur. Sic in *d.c.1.* proponuntur deteſtabiles illæ nundinæ ſeu feriæ, quas vulgò torneamenta vocant, in quibus milites ex condicto convenire ſolent, & ad oſtentationem virium ſuarum & audaciæ temere congredi, unde mortes hominum & animarum pericula ſæpe proveniunt. Quòd ſi quis eorum ibi mortuus fuerit, quàmvis ei poſcenti pœnitentia non negetur, eccleſiaſticâ tamen careat ſepulturâ. Duplex igitur, notante Carpzovio in *Jprud. conſiſt.2.tit.24.defin.375.* conſtituitur ſepultura à Canoniſtis, honeſta & ignominioſa. Illa vulgò dicitur, cui ceremoniæ atque ritus pro loci cujusque conſuetudine ſolennes adhibentur; Hæc verò, ubi ſolennitates ejuſmodi omittuntur, quam Cicero inſepultam ſepulturam

Sepultura efficit locum religioſum, *§.9.I.d.R.D.* Vid. differentiam, in qua *Locus non fit religioſus.*

pulturam appellitat: ab aliis vocatur canina & aſinina. Fieri tamen poteſt, tradente eodem authore *def.382.n.1.2.3.* ut ignominioſâ quis afficiatur ſepulturâ, licet non caninâ vel aſininâ, quam propriè dicimus eam, quando carnifex demortui cadaver projicit, vel in loco inhoneſto terræ infert. Ignominioſam verò ac inhoneſtam vocamus ſepulturam, quæ abſque ſolennitatibus & ceremoniis in loco ſeparato extra cœmiterium, vel intra illud ad parietes in angulo quodam peragitur. Vid. differentiam, in qua *Sepeliri debent cadavera punitorum.*

SEPULTURA vilis & ſpecioſa non diſtinguuntur, *c. ſacris. 12. X. d. Sepultur.*

Diſtinguuntur, *l.14.§.3.4.ff.d.relig.& ſumpt.fun.*

Nulla eſt differentia, ſed diverſos caſus utrumque jus proponit. Canonicum conſiderat ſepulturam in relatione ad ipſos mortuos, quibus juſtis nō obſit ſepultura nulla vel vilis, impiis celebris & ſpecioſa non proſit. Civile conſiderat ſepulturam in relatione ad ea, quæ veniunt in anteceſſum ſepulturæ, aut ſepulturam comitantur. In anteceſſum veniunt ſumptus illi, ſine quibus funus duci non poteſt: ii etiam, quibus quid in mortui locum erogatur: ii denique, quibus quid ad corpus cuſtodiendum, vel commendandum, vel in marmor, vel veſtem collocandum, factum eſt. Sic inter ornamenta, quod obſervat Carpzovius *libr. Juriſp. conſiſt. 2. tit. 24. defin. 392.* quibus corpora defunctorum humari ſolent, communiſſimum ferè eſt, ut induta tumulo condantur; at minùs piè, ſi jus divinum conſulamus, cujus monitu homo, quemadmodum nudus mundum ingreditur, ſic nudus quoque viciſſim egredi debet, *Job.1. verſ.2. Eccl. verſ.14. 1. ad Timoth.6. verſ.7.* ex quo etiam pios homines faſciis tantummodò linteis, quas ipſa honeſtas exigere videtur, coopertos fuiſſe ex ſepultura Salvatoris, *Matth.27. verſ.59. Marc.c.15. verſ.46. Luc.23. verſ.51.* & Lazari *Joann.11. verſ.44.* apparet. Coronarum quoque uſum in ſepulturis receptum novimus, non abſque ratione Chriſtiana. Ut enim victores quondam coronabantur in ſignum virtutis & honoris obtenti; ita quoque defunctos, qui ex vitæ hujus calamitatibus & certaminibus variis feliciter ſunt eluctati, & ad beatitudinem pervenerunt, coronari convenit, Rittershuſ. ad *LL.12. Tabb. claſſ.1.c.9.* Accedit porro uſus unguentorum, veluti legitur de Joſepho, quòd mandaverit ſervis ſuis medicis, ut ungerent patrem ſuum Jacobum, quod & fecerunt ungentes eum per quadraginta dies, *Gen.20. verſ.1. & ſeqq.* & de funere Regis Aſæ, quòd poſuerint eum ſuper lectum, plenum aromatibus & unguentis, *2. Chron.16. verſ.14.* hunc procul dubio in finem, ut fœtor vel planè à defunctorum cadaveribus averteretur, vel certè minueretur: itemq; à putrefactione diutiùs corpora præſervarentur. Quò & referenda erectio Cenotaphiorum, affixio Vexillorum, impoſitio lapidis ſepulcralis, aliave monumenta memoriæ causâ exſtructa, *l. vel quod. 6. §.1 & l. monumentum. 42. ff. d. tit. d. relig. & ſumpt. fun.* Eaque improbanda haud ſunt, præſertim ſi modico uſu ab illuſtribus, nobilibus, aliiſque honoratioribus perſonis in honorem & memoriam defunctorum adhibeantur: etiamſi in ipſis Eccleſiis monumenta ponantur, & vexilla affigantur. Vid. differentiam, in qua *Sepeliri debet Archiepiſcopus.* Petrum Martyrem in *libr.1. Samuel. c.25. verſ.1.* ubi ait, Quod ad rationem funerum attinet, nobis videndum eſt, ut mediâ viâ incedamus, ut neque abjiciamus cadavera, tanquam reliquias ferarum, ut Ethnici faciebant, qui nec æternitatem animarum credebant, nec reſurrectionem corporum: quo in genere multa ridiculè & facetè dicta commemorantur de Diogene: neve ex altera parte ad ſuperſtitionem & immodicum illorum cultum deflectamus. Caveri etiam debet luxus & inanis ſumptus: qua in re omnibus ſeculis ſcimus magnopere peccatum eſſe. Multi enim non contenti ſimplici humo in ære, alabaſtro, argento, auro volunt putreſcere; extruunt inſanas moles, obeliſcos & pyramides. Noſtra ætate incredibile eſt, quantum conjiciatur in cereos, funalia, in pompam & apparatum funebrem: quòd multò rectiùs & ſanctiùs conferri poſſet in alios uſus. Vid. eundem in *loc. commun. d. ſepultura.*

SEQUESTER non poſſidet, *c. 15. X. d. judic.* Zœſius ad *tit. Decretal. X. d. ſequeſtr. poſſ. & fruct. num. ult.* Corvin. in *jur. Can. libr. 3. tit. 24.*

Poſſidet, *l. 17. in §. ff. depoſ.* Beſoldus in *delib. jur. ex libr. 16. pand. q. 5.*

Nulla eſt differentia, nam *d. c. 15.* minimè decidit hanc quæſtionem, An ſequeſter poſſideat, ſed actorem ab inſtantia repellit propter libelli ineptitudinem, quia in ipſius forma intentabat rei vindicationem petens Eccleſiæ proprietatem ſeu jus patronatûs, & inſimul ſe poſſeſſorem eſſe dicens, quæ duo ſunt incompatibilia juxta *reg. l. officium. 9. ff. d. R. V.* Deinde juri patronatûs, quod eſt incorporale, tribui poſſeſſio non poteſt, arg. *l. 3. & 8. ff. d. A. vel A. P.* Tertiò nec jure Civili ſequeſter omni caſu poſſidet. Utut enim non adhibeam diſtinctionem inter ſequeſtrationem voluntariam & neceſſariam, poteſt uterque litigantium, ſe eſſe poſſeſſorem, contendere: poteſt ſequeſtratio eâ conditione fieri, ut ſequeſter rem ſequeſtratam vendat, ac pretium ſervet, donec res inter litigantes dijudicetur, *l. 9. §. 3. ff. d. dol. mal.* Vid. Coraſium *libr. miſcell. 3. c. 2. num. 13. 14. 15.* Ungebaur ad *tit. X. d. ſequeſtr. poſſeſſ. num. 12.* ubi *l. licet. 17. §. 1. ff. depoſ.* vult non loqui de re, ſed de poſſeſſione ipſa depoſita. Vid. etiam Guilhelmum Rodingum in *pandectis Cameralibus. libr. 3. tit. 17.*

SEQUESTRATIO, cum ſit frequentior, producitur ad virginem elocandam, *c. cum locum. 14. X. d. ſponſalib.* ad uxorem, cum qua lis eſt, ſi timeat mariti ſævitiam, *c. ex transmiſſa. 8. c. literas. 13. in fin. X. d. reſtit. ſpoliat.*

Non producitur ad virginem, nec ad uxorem, ut patet ex differentia, in qua *Sequeſtratio rariùs permittitur.* Wiſſenbachio ad *tit. C. d. probib. ſequeſtr. pecun.*

Præfertur jus Canonicum, quod plerumq; circa virginem & uxorem magis eſt ſolicitum & diligentiùs earum integritati cavet. Quoad virginem enim quum mille prolectent inſidiæ, quibus virgo ſubjaceat, ſeque illudi patiatur, ne tam lubricâ viâ non intelligens virginitatis ſuæ ſignum amittat, incuſtoditam meritiſſimo non vult jus Canonicum. Quoad uxorem eâdem ſeveritate animadvertit, quia, quantumvis matrimonii conjunctio individuam vitæ conſuetudinem contineat, ſi quid tamen emergat, quod illam conſuetudinem turbet, adhibendum eſt novum remedium, quod nec legibus diſplicet, *arg. l. 11. §. 8. ff. d. interrog. in jur. fac.* Præſertim ſi tam juſti ſeparationem ſuadeant metus, quales proponuntur in differentia, *Uxor verberibus ſubjacet.* Quando fletus & ejulatus feruntur per vicos & compita & ad ædes ejus, qui tam indecorè ſe gerit, cui ſim accedunt vicini, ac ſi aliqua fera, quæ ſunt intus, vaſtet ac perdat: ſecus eſt, ſi leve urgeat ſtibulculum, quod tenera uxor identidem ingeminare ſolet.

SEQUESTRATIO eſt frequentior in *c. 2. & c. ult. X. d. dol. & contum.* ex cauſa prodigalitatis & dilapidationis, veluti ſi actor propter rei contumaciam mittatur in bonorum poſſeſſionem.

Non obſt. *t. t. X. ut lite*

Sequeſtratio rariùs permittitur, *l. un. C. d. probib. ſeq. pec.* quia ſequeſtratio eſt quædam veluti executio, à qua non incipiendum. Vid. Emericum à Rosbach in *theſ. recept. differ. jur. Civ. & Canon. tit. 15. libr. 2.*

Nulla eſt differentia, quia & jure Civili quoties periculum eſt in mora, à regulis juris communis receditur, *l. 5. §. 12. ff. d. O. N. N.* Nec obſt. *l. un.* quæ veteris juris emendationem continet & generaliter pecuniæ creditæ ſequeſtrationem in judicio fieri prohibet:

pend.

pend. nihil inn. Reſpond. *c. mora. d. R. J. in 6.* quòd mora ſua cuilibet debeat eſſe nociva. Vel reſpondetur, Lite pendente nihil eſſe innovandum ex perſona actoris.

prohibet quoque reo auferri poſſeſſionem rei, quæ petitur, antequam probaverit actor, quod intendit & convictus ſit reus, Perez. ad *d. l. un. num.* 1. Vel, In utroq; jure ſequeſtratio eſt frequens, ſed in jure Civili pecunia, ſuper qua lis oriebatur, ſequeſtrationem conſtringit. Vel, In utroque jure ſequeſtrationis eadem eſt cauſa.

SERVITUS non eſt contra naturam, *c. cum caput.* 33. *q.* 5. in quo etiam gentiles fœminæ viris ſuis ſerviunt communi lege naturæ.

Hæc ſervitus fœminarum non eſt ſervitus vera, ſed eſt cultus requiſitus, quo fœminæ omnem exuunt autoritatē, de qua in *c. mulierem. d. q.* eamque maritis ſubjectione debitâ aſſignant: Moneo hic Canoniſtas, ne perrupto profeſſionis ſuæ ergaſtulo evagentur, & communem hanc naturæ legem, quâ feminæ ſerviunt, ſibi etiam communicandam exiſtiment, ac ita capitia, quibus pectoris pietatem implent, nimiùm incaleſcant.

Servitus eſt conſtitutio jurisgentium, quâ quis dominio alieno contra naturam ſubjicitur, *l. 4. §. 1. ff. d. ſtat. hom.*

SERVUM aut ancillam, qui quæve flagellis verberaverit, ita ut infra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eò quòd incertum ſit voluntate an caſu occiderit, vel poſt ſeptem annos, vel poſt quinque annorum tempora ad communionem eſt admonendus, *c. ſi qua diſt.* 50.

Quamvis humanitas & clementia rigori & crudelitati ſit præferenda, *l. ult. C. qui bon. ced. poſſ.* hic tamen præfertur jus Civile. Ac peccat jus Canonicum primum in eo, quòd diſtinguat inter fœminam Zeli furore accenſam & non accenſam: nam Zeli furor aut eſt juſta indignatio, & tunc nulla ſequitur pœna, aut eſt indignatio temeraria, & tunc non attenditur, quia in occiſione momentum & non perſeverantia temporis attenditur. Deinde in eo, quòd non inquirat in certitudinem homicidii, caſu an voluntate ſit patratum. 3. quia etiamſi voluntate ſit patratum, non ſanguinem fundit ei, qui ſanguinem fudit.

Juſtinianus cum Antonino Imperatore conſtituit, ut in Imperio ſuo non modò non liceat ſervum ſine juſta cauſa legibus cognita occidere ſub pœna homicidii & legis Corneliæ, ſed ne quidem in eum intolerabiliter & ſupra modum ſævire: cui rationem addit Manzius ad *§. 2. I. d. his, qui ſui vel al. jur. ſunt.*

SERVUS non tenetur præferre charitatem Domini ſui charitati propriæ, *c. humanum. diſt.* 1.

Præfertur jus Canonicum, quia ordo charitatis ex præſcripto juris naturalis eſt. 1. ut quis Deum diligat plùs quàm ſeipſum & ſuper omnia. 2. ut diligat ſeipſum & corpus & res ſuas magis, quàm proximum ſuum & illius res, Streinius in *antinom. jur. Pontif. & Cæſar. tit. 15. differ.* 11.

Tenetur præferre, *l. 1. §. eodem autem dicto. ff. ad SC. Syllan.*

SIMONIÆ mentalis eſt pœna, *c. 34. & ult. X. d. ſimon.*

Canoniſtæ duplicem faciunt Simoniam, quod obſervat Ungebaur ad *tit. Decretal. X. d.*

Nulla eſt pœna, quia cogitationis pœnam nemo patitur, *l. 18. ff. d. pœn.*

*ſimon.num.*3. alia enim eſt interior, quæ mentalis dicitur, & alia exterior, quæ appellatur conventionalis. Mentalis Simonia eſt, quæ in animo deliteſcit, ut actu exteriori ſe non prodat, ſeu cum nullum quidem interceſſit factum, ſed ſola prava dantis & recipientis mens & intentio concurrit. Conventionalis dicitur, quando pactum fit ſeu conventio, ut unus det temporale, alter verò ſpirituale præſtet, Lancellotus *libr.3.Inſt. Jur. Can.tit.d. ſimon.3.§.ſimoniæ duplex ſpecies.* Simoniæ mentalis nec jure Canonico eſt pœna. Nec o. *d.c.*34. quia aliud eſt ſimoniæ mentalis eſſe pœnam temporalem, de qua quæritur: aliud eſt ſimoniæ mentalis reum apud diſtrictum Judicem (qui ſcrutator eſt cordium & cognitor ſecretorum) culpabilem judicari. Non obſt. *d. c. ult.* quia iterum aliud eſt pœna, quam creatura creaturæ irrogat: aliud eſt pœnitentia, quâ qui ſuo ſatisfacit Creatori, & à pœna ſe liberare poteſt; pœnitentiam quippe nulla quadruplicis pœnæ, quæ ſimoniam conventionalem manet, & eſt excommunicatio, in monaſterium detruſio, omnium bonorum ſpoliatio, depoſitio, ſequi poteſt. Ecquis ex hiſce, modò vel uno ictu ei ſit oculus Pontificius, non videat, quid tribuendum illis, qui titulum de Simonia hodie in Curia Romana volunt antiquatum, quod falsè ex Panormitano notat Coſtalius in *l.*17.§. *ſicut.ff.commod.* Sunt Baptiſtæ Mantuano Carmelitæ

Venalia Romæ
Templa, Sacerdotes, Altaria, Sacra, Coronæ,
Ignis, Thura, Preces, Cœlum eſt venale, Deusque.

Sic Joann. Ovvenius, quem Martialem vocant Britannicum,

An Petrus Romæ fuerit, ſub Judice lis eſt,
Simonem Romæ nemo fuiſſe negat.

Et Poëta alius, *Si caput à capio, vel dixeris à capiendo,*
Tunc eſt Roma caput, omnia namque capit.

Quod ipſum quoque ſenſit Joann. Andreæ, juris Canonici interpres, cum diceret, Romam fundatam à latronibus adhuc ſapere primordia ſua. Refert Wiſſenbachius *diſp. ad R. J.* 28. *th.*3. Quàm malè conveniunt hæc ingeſta cum *c.maritum.*2.*diſt.*33. in quo Clericus ordinari non poteſt, qui per ambitionem ad imitationem Simonis Magi pecuniam obtulerit, niſi diſtinguere malimus inter clericum ordinatum, qui poſſit eſſe Simo Magus, & ordinandum. aut inter ea, quæ facta tolerantur: ac ea, quæ fieri prohibentur. Aut niſi, opinione forſan decepti, opinemur Pontificios, ut ſoli ſint Simones, in ceteris damnare Simoniam. Exclamare liceat cum Petro Bleſenſi in *epiſt. ad Octavianum legatione fungentem*, O curas hominum, quantum eſt in rebus inane! O inanis gloria! O ambitio cæca! O terreni honoris inexplebilis fames! O tinea cordium, animarum ſubverſio, cupiditas dignitatum! Unde obrepſit hæc peſtis? Unde invaluit hæc execranda præſumptio, ut indigni dignitates ambiant, & quanto minus meruerunt adſcendere ad honores; tantò importunius honoribus ſe importent? Hodie per fas & nefas, hodie cum animæ corporisque diſcrimine currunt infelices ad cathedram paſtoralem, nec attendunt, quòd ſit eis cathedra peſtilentiæ, Ex Baronii *tom.* 12. *Annal. ad annum* 1187. *in pr.* refert Zœſius ad *tit.Decretal.d.ſimon.num.*1.

SIMONIA non eſt dari aliquid pro omiſſione actûs ſpiritualis, quia nihil involvit mali precio inducere, ut quis abſtineat ab actu, ſpirituali licet, quem injuſtè, ſacrilegè aut ſimoniacè facere,

Proponit hanc quæſtionem Zœſius *d. loc.* & reſpondet hoc per ſe non eſſe malum, cum dans non intendat emere rem ſpiritualem, ſed tantùm impedire peccatum injuſtitiæ aut ſimilis vitii, quod per ſe bonum eſ-

Simonia eſt, quia omiſſio rei debitæ æquiparatur commiſſioni arg. *l. in fraudem.* 4. *ff. quæ in fraud. credit. facta ſunt, ut reſtit.* in qua in fraudem etiam videtur facere is, qui non facit, quod debet facere.

ret,

ret, Zœſius ad *tit. Decretal. d. Simon. num.* 28. cui licet invitare pretio ad bonum, nec invenitur prohibitum per Eccleſiam.

ſe negari non poteſt, etiam pretio interveniente. Non obſtant *d. l. in fraudem.* 4. *ff. quæ in fraud. d. l.* 1. *in fin.* & *l.* 2. *d. cond. ob turp. cauſ.* quas allegat jus Civile. Nam ad *l.* 4. reſpondetur, Aliud eſt factum meræ omiſſionis: aliud eſt factum omiſſionis, quod commiſſionem operatur. Sic in caſu *d. l.* 4. qui non utitur ſervitutibus, in fraudem facit creditorum, quibus hoc non uſu ſervitutis decreſcit patrimonium ejus, qui debet: Ad *l.* 1. 2. reſpondet Zœſius, ex iis hoc tantùm ſequi, turpitudinem, quæ non eſt in perſona dantis, eſſe in perſona accipientis, qui cum turpiter accipiat, repeti ab eo acceptum poteſt; non poſſe tamen dici eum notatum labe hac, cum non vendat uſum rei ſacræ, ſed tantùm uſum libertatis. Unde patet, quid dicendum de dante pecuniam eligentibus, ne eligant indignum: talem ſcil. non videri infectum hac labe, propterea quòd pecuniæ interventus tantùm contineat meram redemptionem injuriæ & injuſtæ læſionis, quâ afficeretur Eccleſia per electionem indigni, cui jus eſt, ut habeat Prælatum dignum. Ut ejusmodi redemptio ſit vexæ injuſtæ, quæ licita eſt, quamvis ex parte accipientis ſit injuſtitia. Ne autem jus Canonicum ſibi in *c. nemo.* 14. *X. h. t.* contradiceret, reſpondet idem, In uſu negativo ſpiritualis jurisdictionis per ſolam omiſſionem poſſe committi Simoniam ratione pretii intervenientis, quoniam talis omiſſio moraliter cenſetur provenire à dicta jurisdictione, haberque effectus morales illi proportionatos; cujus ordinis eſt denegare pœnitenti abſolutionem à cenſura, aut eum nolle reconciliare ratione pretii. Nec hoc eſt merum ens rationis, ſed exercetur per aliquem actum poſitivum, quo Eccleſiaſticus Judex declarat ſe nolle abſolvere, aut hominem non eſſe dignum abſolutione. Quæ declaratio continet quendam uſum & exercitium Eccleſiaſticæ poteſtatis, quod non magis poteſt pretio æſtimari, quàm ipſe actus abſolutionis, qui æquè pertinet ad ſupernaturalem ordinem. In hoc ſupernaturali ordine, ut & ſacramento pœnitentiæ ac judicii ſpiritualis pergit Zœſius, non ego, ne tetigiſſe bidental Pontificiis videar.

Facit *l.* 1. *in fin.* & *l.* 2. *d. cond. ob turp. cauſ.* Vid. differentiam, in qua *Condictio ob turpem cauſam &c.*

SIMULATIO eſt licita, Nihil enim intereſt ad juſtitiam, apertè pugnemus, an ex inſidiis, modò juſtum ſit bellum & bona intentio, *c.* 2. 23. *q.* 2. Item in *c. in mandatis. diſt.* 43. legimus licere nobis aliquãdo prudenter eludere proximum.

In hac differentia duo aguntur. Unum eſt ipſa *ſimulatio*, de qua in differentia, *Dolus ei, qui dolum commiſit &c.* Alterum eſt ipſum *mendacium.* Circa ſimulationem iterum duo aguntur. 1. *An præſumatur.* 2. *Quæ ſit vis illius ſimulationis, de qua conſtat.* Ad *prius* reſpondetur, Simulationẽ non præſumi, *l. ſed ſi maritus.* 14. §. *fin. ff. qui & à quib. manum. l. rogaſti.* 11. *ff. ſi cert. pet.* Bald. *conſ.* 456. *num.* 1. *libr.* 1. Farinac. *conſ.* 91 *n.* 7. unde difficilis eam eſſe probationis Menochius dixit 2. *conſ.* 116. *num.* 12. ſiquidem opus eſt probare certam ac determinatam ſpeciem ſimulationis: cum enim plures ſimulationum ſpecies reperiantur, quarum aliæ ſint licitæ, aliæ illicitæ, Abb. in *conſ.* 9. *num.* 2. *verſ.* & *ratio evidens. col.* 2. ideoque non ſufficit

Simulatio non eſt licita, quia ex circumſtantiis non tam ſimulatio, quàm mendacium eſſe videtur; mendacium autem jus improbat, *l.* 4. *in pr. ff. d. interr. in jur. fac.* quippe per quod veritas occultatur, *l. fin. d. R. V. l. ſervus.* 20. §. *ſi perſuaſeris.* 1. *d. dol.* Unde licet tenue ſit, nihilominus tamen perlucet, ſi diligenter inſpexeris, Senec. *epiſt.* 79.

ſufficit probatio, quæ in genere contractum ſimulatum eſſe concludat, niſi ſpecies illicitę ſimulationis oſtendatur, Bartol. *conſ.65. factum tale.num.4. verſ. prædictis his præmiſſis.col.2.* ubi refert, quòd cum verba ſimulationis poſſint multipliciter intelligi, quicunque dicit contractum ſimulatum ſive agendo ſive excipiendo, debet dicere, quâ cauſâ ſimulationis contractus ſimulatus ſit, aliàs intentio eſſet incerta, & abſolvendus ille, contra quem ſimulatio contractûs allegatur, cum de jure nullæ fictiones, nullæque ſimulationes præſumantur, niſi appareat cauſa, propter quam factæ fuerint, quod idem notavit in *l. Ab Anaſtaſio.in fin.C.mand.* dum inquit, Quòd ille, qui dicit inſtrumentum ſimulatum, dicere debet, in qua parte ſit ſimulatum, & quare, & ſic modos ſimulationis exprimere: id enim, quod pluribus modis fieri poteſt, debet declarari per intentantem. Nec eſt bona conſequentia, Inſtrumentum eſt ſimulatum; ergo in totum eſt ſimulatum, & ob id concludit, quod actor exprimere debeat, in qua parte inſtrumentum ſimulatum eſſe dicatur. Hæc & plura Otto Tabor in *theſaur.locor.commun.ex axiom.Juriſpr.Aug.Barboſ.libr.17.c.33. axiom.1.* Ad *poſterius*, Quæ ſit vis illius ſimulationis, de qua conſtat, diſtinguitur. Etenim eam inducit aut *neceſſitas actionis*: aut *voluntas obligationis*: aut *opinio*: aut *perſuaſa credulitas*: aut *perfidia*. Si eam inducit *neceſſitas actionis*, tunc eſt permiſſa. Talis neceſſitas actionis apparet in actione Publiciana, quâ Prætor benignitatę motus duritiem juris Civilis mitigavit, & ad exemplum rei vindicationis actionem ex ſua jurisdictione conſtituit, atque mihi, qui poſſeſſionem amiſi, permiſit vindicare & dicere, eum equum me uſucepiſſe, quem tamen non uſucepi, h.e. perinde me defendi adversùs Mævium, atque ſi jam uſucepiſſem, & dominium per præſcriptionem acquiſiviſſem, Manzius ad §.4.*I.d. action.num.5.* Si eam inducit *voluntas obligationis*, tunc, quod eſt modò animadverſum, ſimulatio non poteſt parere obligationem, quæ ſit vel juris vel æquitatis vinculum. Simulatus contractus eſt ſicuti cadaver ſine anima, & corpus ſine ſpiritu, nec contractus appellari poteſt, Baldus in *l.1. C. plus valer. quod agit.* & in *l. ei qui. C.d.diſtr.pign.* Bartol. in *l.2. §. parvi.col.2.ff.quod vi aut clam.* Joſeph.Ludov. *concl.51.verſ. & quando adſunt.* Ideoque dixit Bartolus in *l.nemo poteſt. ff. d. leg.1.* quòd ſi contractus ſimulatus in ſubſtantialibus deficiat, nomen contractûs non mereatur. Facit, quòd ſcribit Baldus in *d.l.Ab Anaſtaſio. num.4.* Quod contractus ſimulatus dicatur coloratus ſive depictus, quo extrinſecùs appareat aliquid, ſed intrinſecùs non habet ſubſtantiam, Otto Tabor *d.loc.axiom.2.* Si eam inducit *opinio*, Simulatio fit, verùm non operatur effectum. Hæc ſimulatio perſtringit Romanorum conſuetudinem, quâ per adulationem etiam minimè meritos in numerum Deorum cooptabant. Hoc modo Seneca *libr.1.d.Clem.c.10.* Deum eſſe (*ſcil.Imperatorem Auguſtum*) non tanquam juſſi (*decreto ſenatûs & publicâ apotheoſi, ſed ſponte noſtrâ ipſiusque merito*) credimus. Sic Plinius *panegyr.c.11.d.Trajan.* In ſideribus patrem intuliſti, non ad metum civium, non in contumeliam Numinum, non in honorem tuum, ſed quia Deum credis. Atque hæc θεοποιία ſive ἀποθέωσις (ita namque vocabant Deificationem & conſecrationem latinè dixeris, barbarè canonizationem) quo ritu ſolita fuerit apud Romanos peragi, haud ſcio, quiſquam ne meliùs & accuratiùs explicuerit Herodiano *lib.4.* ubi conſecrationem Imperatoris Severi, quam ſuperſtites filii Antoninus & Geta patri fecerunt, ſic deſcribit, ut non pictor penicillo delineaverit illuſtriùs. Nec pauca Dio *libr.56.* adducit in Auguſti conſecratione, & ex utroque Blondus *libr.2. Romæ triumph.* ac Panvinius *libr.2.faſt.* quæ huc tranſcribere nihil attinet. Vid. Berneggerum *quaſt. miſcell.45.* Talis opinio, quæ ſimulationem inducit, deprehendi poteſt in differentia, in qua *pauperes omnes &c.* ubi qui paupertatem affectant, eâ affectatione ſe pios arbitrantur. In Hybernia (narrante M.Zuerio Boxhornio in *Hiſtoria univerſ.ad an. Chriſti MCCCLXXVIII.*) Richardus, Inſulæ ejus patriarcha primarius, Hermicanorum flamen, adversùs Mendicantem religionem librum edidit: Innocentio VI. Pontifici Maximo dedicavit: ubi teſtimoniis ſacraris cœleſtis comprobat, Religionem Mendicantem, velut cultorum falſorum Deorum propriam, adverſam eſſe veritati & pietati Chriſtianæ, Chriſtumque & ejus comites non ſolùm non emendicaſſe ſtipem oſtiatim, victumque emendicando

quæſiſſe,

quæſiſſe, ſed ne cuipiam quidem vel Chriſtianorum licere ſuâ ſponte profiteri mendicitatem. Sed de his ſatis ſuperque delicatis ſtomachis ptochotyrannorum. Talis deprehendi poteſt in differentia, in qua *Poëſis &c.* in omnibus iis, qui ineptâ titulorum prærogativâ, quæ ſoli oſtentationi famuletur, eruditionem jactant, & cum ſint ſtupidiſſimi, aliorum ſtuporem extorquent. Temperare hocloco mihi non poſſum, quò minùs cum Boxhornio *d.loc.* egregium Maphæi Vegii, qui Martini V. Papæ Datarius, ut in Curia Romana loquuntur, fuit, judicium conjungam. Verba ejus *libr.3.d.educ.liber.c.1.* hæc leguntur; *Curandum erit, ut in his ſtudiis exerceantur, ad quæ idonei magis eſſe videbuntur. Quo fiet, ut quam quisque naturâ ducente magis amplexus fuerit, vel Oratoriam, vel Poëticam facultatem, vel Dialectices, vel Medicinæ, vel legum, vel cujusvis alius artis peritiam, ſi illi vacare permittetur, longè procul dubio doctior præſtantiorque futurus ſit. Quorum poſtrema duo ſtudia cum plures ceterùm ignaros Profeſſores habeāt, non aliunde id evenire conſtat, quàm quòd ſpe lucri, quod inde quæri ſolet, ad ea paſſim omnes non dicam non apti, neque nati, ſed nec vix primis Grammatices elementis imbuti admittuntur. Quodque dolentius eſt, increvit poſtea novus ille ac peſſimus mos decorandi eos auro in teſtimonium adeptæ jam, quam nec multi ſummis etiam digitis attigerunt, perfectæ eruditionis. Quid verò ſtolidius dici poteſt, quàm falſæ ſibi ſapientiæ apud vulgus authoritatem quærere vanâ hujusmodi exteriorum ornamentorum oſtentatione? Circulatoribus magis, quàm gravibus & literatis viris conveniunt. Itane ſatis erat corrupta eſſe cætera; niſi ad literarum usque ſtudioſos corruptiones hæ etiam ſe extenderent? Appello quosque harum artium doctiſſimos: nam & multi extant fateor egregiè verèque eruditi, egregiâque & verâ famâ percelebres. Quid laudis putant ſe magis nactos eſſe his aureis ornamentis: quæ ab innumerabilibus profeſſionis ſuæ, quos manifeſtiùs ipſi cognoſcunt, imperitiſſimis hominibus geſtari etiam quotidiè conſpiciunt? Non eſt à propoſito aliena, quæ de auri & ferri concertatione, nunc in mentem venit fabella. Cum enim ferrum auri fortunam prædicaret: quod ad cultum uſumque Regum inventum eſſet, ſummoque ab omnibus in precio ac admiratione haberetur; ſe verò niſi ad arma bellica, ad horrendas cædes, ad fodiendam quoque humum, atque ad triſtia & vilia quæque natum eſſe crederetur: Tace, inquit, aurum. Nam ſi millia ærumnarum tuarum iactaveris, haud unam tamen meam, quâ nulla eſt alia gravior, æquare unquam poteris. Cum enim à Regibus, quos tu nominaſti, magna cum laude mea geſtari ſolerem, nunc majore cum ludibrio deveni in manus ineptiſſimorum quorundam hominum; quibus cum parum vel nihil ſit doctrinæ, illo etiam malo me afficiunt, ut teſtimonio meo, quod palam omnibus oſtentant, eruditi atq; ſapientes eſſe videantur. At magna hæc credi poſſent, niſi majora etiam deploranda eſſent. De Poëtis loquor, quorum laureandorum novum morem invexit quidam, cujus nomen, hoc præſertim loco, quo à me reprehenditur, honeſtiùs prætereo. Qui cum graviſſimus aliàs & modeſtiſſimus extiterit, mirum tamen eſt, quàm in hoc gravitatem longè modeſtiamque exceſſerit. Is auro cingi ſibi caput ad majorem Poëticæ artis authoritatem, publicumque inſuper ejus rei inſtrumentum condi curavit. Quod cum aliquando legerem, non potui non ridere. Quis verò à riſu ſe continere poſſet, videns gloriam Poëtarum, quæ communi omnium voce & atteſtatione quæri conſuevit, ſub imperiti alicujus tabellionis fide clauſam videri? Inde ad pleroſque alios ea peſtis poſtea exemplo ejus defluxit; defluxuraque adeò eſt (niſi occurratur) ut quisquis metri tantùm leges intellexerit, ad laurûs coronam ſubitò ſit adſpiraturus. Res peſſimi certè exempli; præſertim cum neque factitarint quicquam horum Majores noſtri, neque etiam cogitarint.* Hæc Maphæus Vegius. Putaverim tamen, ut in *d. different.* digni Poëtæ meditationes ſub collata lauru non indignè acquieſcere. Si ſimulationem inducit *perſuaſa credulitas*, illa noxia eſt modò, modò utilis, modò indifferens. Noxia, ut ſi quis debitum ſuum occultat aut diminuit, eo fine, ut plus accipiat, & alter faciliùs tranſigat, ac de debito ſuo remittat, in mala fide & fraude verſari perhibetur, *c. de cetero. 5.* ubi Canoniſtæ *d. ſent. & re jud.* Utilis erat perſuaſa credulitas apud Berneggerum *d. loc.* Etenim cum vana fuiſſent ſine ſacris templa, ideo etiam Flamines, Sacerdotes ac Sodales inſtituebantur, qui ſacra in memoriam Divi peragerent. Hinc noti paſſim in hiſtoria lapidibusque Flamines ac Sodales Quirinales, Auguſtales, Claudiales, Flavii, Trajanales, Hadrianales, Antoniniani & aliorum divorum divarumque. Imò, quod rideas, interdum etiam fœ-

minæ ad horum cœlitum ſacerdotia adſcriptæ: ſicut Agrippinam fuiſſe Claudii Sacerdotem Tacitus indicat *lib.13. annal.c.1.* Utilis etiam erat iis, qui fraudes & impoſturas tegebant, ut cum in apotheoſi Romuli Julius Proculus ſubornatus à Patribus eſt, renunciaret plebi, vidiſſe ſe Regem humano amictu auguſtiorem, eumque mandaſſe ad populum, ut ſibi delubrum fieret, ſe Deum eſſe & Quirinum vocari: quod ex Livio *libr.1.c.16.* Dion. Halic. *lib.2.* Plutarcho in *Romulo* Lactantius confirmat *libr.1.c.15.* Huic ſimillimum exemplum refertur à Dione *libr.59.* de Livio Geminio ſenatore, ſe Druſillam in cœlum euntem vidiſſe jurante & ſibi ſuisque diras imprecante, ſi mentiretur. Utilis tandem erat iis, qui ambitionis gratiâ ſuos in Divorum numerum retulerunt, ut Veſpaſianum Titus, Titum Domitianus: vel adulationis cauſâ, ut plerique, vel hypocriſeos ac oſtentationis, ſicut apud Tacitum *libr.14. Annal.c.3.* Nero parricida matri defunctæ templum deſtinat & aras & cetera pietatis oſtentandæ, vel facinoris mitigandi cauſâ. Pertinet huc arguta quidem, ſed impia vox Baſſiani Caracallæ, qui cum fratrem Getam occidiſſet, ac vereretur tyrannicam ex parricidio notam, audiretque poſſe mitigari facinus, ſi divum fratrem appellaret, dixiſſe fertur. Sit Divus, dum non ſit vivus. Indifferens eſt ſimulatio iis, qui ſimulant id, cujus liberum eſt ſilentium. Sic Nero ſimulavit Claudii conſecrationem, cujus liberum, imò conſultius fuiſſet ſilentium; nam conſecrabat Claudium, quem tamen contumeliis mortuum inſectabatur, & morari inter homines deſiiſſe productâ primâ ſyllabâ jocabatur. Sic ſimulationem inducit *perſuaſa credulitas*, ea ſpectatur aut *tempore belli, aut tempore pacis.* *Tempore belli* Stratagematum uſus eſt conceſſus. Nobile ſtratagematis genus hoc eſt, quod Tacitus *libr.2. Annal.c.56.* ſpeciatim Cattis tribuit. Nam qui recedit, fugere creditur, uti Darius inquit apud Curtium *libr.3.* Fugæ verò metusque ſimulatio ſecurum reddit inſequentem hoſtem. Eſt autem ſecuritas frequentiſſimum calamitatis initium: & nemo celeriùs opprimitur, quam qui nihil timet, inquit Vell. Paterculus *hiſtor.libr.2.* Uſi ſunt hoc aſtu feliciter equites Theſſali, qui cum à Perſis vehementer urgerentur, ſtrenuè circumactis equis dilapſi rurſus in prælium redierunt, ſparſosque & incompoſitos victoriæ fiduciâ barbaros ingenti cæde proſtraverunt, Curtius *libr.3 c.11.* Cujus generis exempla plura videantur apud Cæſarem *libr.6. bell.Gall.c.4. & 8. & libr.2. bell.civ.c.40.* Juſtinum *libr.1.c.8.* Frontinum *libr.11.* & Polyænum in *ſtratagem.libr.* paſſim. Certum ut hæc aliaque belli ſophismata boni militis ſunt, ita num etiam boni viri ſint? quæritur: & eſſe hisce rationibus evincitur. 1. quia hoſtis eſt, in quem ea uſurpamus, quem quovis modo perdere jus fasque eſt; haut ſecus ac feras non vi manuque tantùm, ſed laqueis aut retibus captare licitum. Pindarus hoc monet *Iſthm.ode.4.* ad Meliſſum Thebanum: Oportet quidlibet conantem frangere adverſarium. 2. Quia animus cum diis, corpus cum beluis nobis commune eſt, quæ verba Salluſtii ſunt in *Catil.à pr.* erunt etiam illa facinora militaria pulchriora, homineque digniora, quæ per captatam ratione occaſionem ac dolum, quàm quæ per vim aut robore patrantur, Polyb. *libr.9.hiſtor.* Quod & Spartanis ita viſum, ideoque apud ipſos, e ducibus decedentibus eum, qui rem dolo aut ſuaſione confeciſſet, bovem: qui prælio, gallum immolare ſolitum refert Plutarchus in *Marcello*: & rei rationem reddit in Laconicis: quod ita vellent aſſueſacere duces, ut non modo bellicoſi eſſent: ſed etiam calliditate pollerent. 3. Hujusmodi belli furta (ſic enim Braſidas vocat apud Thucid. *libr.5.*) comprobantur non profanis tantùm exemplis, quibus omnis hiſtoria ſcatet, virorum probitate, ſapientiâ, uſu inſignium, ſed etiam ſacris. Ita namque Benjamitas Iſraelitæ permiſſo divino per inſidias oppreſſerunt, Judic. *c.20. verſ.28. & ſeq.* Quin & *libr.2. Samuel.5.v.23.* Deus ipſe mandavit Davidi, ut à tergo Philiſtinos adoriatur. Quomodo etiam aperto juſſu Dei oppidum Hai ex inſidiis occupavit Joſue, ut eſt *cap.8.v.2. & ſeqq.* quem in locum Sacræ Scripturæ D. Auguſtinus *quæſt.10. ſuper. Joſue tom.4. fol.*288. ſic commentatur: Quòd Deus jubet ad Joſue loquens, ut ſibi conſtituat retrorſus inſidias, hinc admonemur, non injuſte fieri ab his, qui juſtum bellum gerunt: ut nihil homo juſtus præcipuè cogitare debeat in his rebus, niſi ut juſtum bellum ſuſcipiat, cui bellare fas eſt. Cum autem juſtum

bellum

bellum ſuſceperit, utrùm apertâ pugnâ, utrùm inſidiis vincat, nihil ad juſtitiam intereſt, Berneggerus *q. miſcell.* 26. *Opp.* 1. Inſidiæ non ſunt ſine fraude: At ſtratagemata ſunt inſidiæ. E. non ſunt ſine fraude & proinde illicita. *Reſp.* Propoſitio univerſaliter vera non eſt. Sunt enim inſidiæ illicitæ, ſunt & licitæ: illæ ſunt fraudulentæ contra honeſtatem ſtructæ, quibus non debebant ſtrui, vel alio modo medioque, quam debebant: iſtæ fraudis expertes ſunt, hoſtibus ſtructæ, ſalvâ honeſtate. De prioribus accipiendum eſt illud Ciceronis 1. *Officior.* Nemo, qui fortitudinis gloriam conſecutus eſt, inſidiis & malitiâ laudem eſt adeptus: nihil eſt enim honeſtum, quod juſtitiâ vacat. Hoſti per ſicarios aut venena inſidias ſtruere & ipſum viro forti indignum & inhoneſtum cenſetur, quia in actibus ejusmodi nihil eſt virtutis aut prudentiæ. Unde cum Pyrrhi Medicus Cajo Fabricio ſuam in Rege per venena tollendo operam offerret, vinctum Fabricius ad Pyrrhum miſit, & de hominis perfidia admonuit, indeque egregium ab hoſte virtutis teſtimonium reportavit. *Opp.* 2. Euripidis in Rheſo ſententia eſt, Vir nemo mentis altæ clanculum venit occidere hoſtem. *Reſp.* Loquitur Poëta, ſi Lipſio credimus, non de hoſte publico, ſed de clandeſtinis inimicitiis factisque infamibus ſicariorum, vel de fraudulentis & injuſtis impoſturis. *Opp.* 3. ex Floro *libr.* 1. *c.* 11. Eam, *inquit*, vir ſanctus & ſapiens ſciet eſſe victoriam, quæ ſalvâ fide & integrâ dignitate paratur. *Reſp.* Neque aliam nos probamus: minimè violanda fides. *Opp.* 4. Hoſtes iterum facile inſurgunt, ſi non virtute, ſed arte ſe victos ſentiant. *Reſp.* Præſtat nihilominus vel virtute, vel arte hoſti nocere, quam integras ejus vires relinquere, neque vires tantùm, ſed ars metuitur, Wendelinus *Phil. mor. libr.* 1. *c.* 13. §. 56. *& ſeqq.* Secus verò eſt in devicto jam hoſte, in quo non dolus licitus, ſed perfidia conſideratur. Unde, notante Frantzkio *exerc. ad Inſtit.* 12. *q. ult. coroll. ult.* partim falſa eſt reſponſio Franciſci I. Regis Galliarum cuſtodiâ Hiſpanica liberati ad Carolum V. Cæſarem apud Guicciardinum *libr.* 17. *pag. mihi* 622. partim vera. Falſa, quando inquit; Quæ vi a captivis promitterentur, nullam vim habere omnibus notum eſſe: Vera, ſe ad Burgundiæ cum magna Belgii parte conceſſionem non teneri: cum in Galliæ Regis poteſtate non ſit abſque Regni communium conventuum conſenſu ſe ad quicquam ex iis, quæ ad Regni corpus ſpectarent, alienandum obligare. Si ſpectetur *perſuaſa credulitas tempore pacis*, illa præſertim in perſona Judicis ſimulationem tuetur. Talis ſimulatio erat Salomonis, qui ſimulavit ſe infantem in duas partes diviſurum, ut ex affectu matrem cognoſceret. Talis ſimulatio erat Claudii Auguſti, qui finxit ſe velle, ut mulier, quæ falsò negaverat ſe matrem eſſe, connubia jungeret adoleſcenti, quod ne admittere cogeretur, veritatem confeſſa filium recipit. Carolum M. pari artificio uſum ferunt. Cum enim ignoraret, uter duorum pater an filius commiſiſſet homicidium, ſimulavit utrumque ſuſpendio necaturum: quo territus pater, ut filius ſervaretur, ſe homicidii authorem eſſe confeſſus eſt. Hac occaſione Streinius in *ſumm. jur. Canon. part.* 3. *tit.* 2. *d. Judic.* §. 3. *dub.* 5. quærit? *An liceat Judici factâ impunitatis promiſſione veritatem elicere, & ſecundùm eam capite damnare?* Pro affirmativa opinione citatur Archidiac. in *c. unicam.* 22. *q.* 2. ubi refert ab aliquibus excuſari Alexandrum IV. Pontificem, qui diſpenſatione promiſſâ induxit epiſcopum quendam Simoniacum ad confitendum Simoniæ crimen, quo facto ipſum depoſuit. Idem ſentire putatur Geminianus in *c. nos in quenquam.* 2. *q.* 1. ubi aſſerit ejusmodi confeſſionem præjudicare. Felinus licet conſentiat prædictis, memorat tamen vidiſſe ſe aliquos Judices, qui ejusmodi ſimulationes execrarentur. Reſpondeo igitur non licere Judici ex tali confeſſione ſententiam condemnationis ferre, ſed fidem ipſi ſervandam, cui impunitatem promiſit. Siquidem omnis juſta promiſſio ſervanda, & ſtudioſè agendum eſt, ut ea, quæ promittuntur, opere compleantur. *c. Antigo. us. c. qualiter. d. pact. l.* 1. *ꝟ. d. pact. l. non minorem. C. d. tranſact.* Limitat tamen Decianus *l.* 2. *c.* 15. Primò niſi poſtquam reus ſciret impunitatem ſibi promiſſam non eſſe ſervandam, nihilominus ratificaret confeſſionem ſuam. Secundò quando Judex in conſcientia ſua certus eſſet indubitata certitudine, puta ſi vidiſſet reum delinquere. Hoc enim caſu licere quocunque dolo elicere confeſſionem, quia certus eſt Judex non da-

mnatum iri innocentem, ſed nocentem. Si denique ſimulationem inducit *perfidia*, illa eſt omnino illicita, ſive ſit contra *fidem datam*, ſive *contra fidem præſumptam*. *Contra fidem datā* ſimulatio nonprocedit, *l.1.d.pact. l.1.d.pecun.conſt.* in quibus nihil videtur magis æquitati conveniens, quam ea, quæ placuerunt, ſervare: ſive privatus ſit ſive Princeps, & ſive Princeps fraude inductus ſit ſive non, quod ſuo exemplo docuit Joſua, Dux Iſraelitarum fortiſſimus ac feliciſſimus: Hic enim etſi à Gabeonitis fraude inductus eſſet ad fœdus cum ipſis faciendum, noluit tamen religioſiſſimus Dux, cognitâ fraude illorum, fidem ſemel datam & jurejurando confirmatam violare: ne, inquit, Dei præpotentis, quem fœderis teſtem invocavimus, iracundiam ciere videamur, *Joſ.9.* Vid. differentiam, in qua, *Fides non ſemper ſervanda.* & differentiam, in qua *Hæreticis fides data non eſt ſervanda.* Chriſtophorum Forſtnerum in *not. politic. ad libr. Annal. Taciti* 3. ubi inducit Leonem X. Pontificem, qui Hiſpaniæ Regis oratori pro Alfonſo Petracio Cardinali, qui inſidias vitæ Pontificis ſtruxerat, ſed poſt acceptâ ſecuritatis fide Romam venerat, datam fidem imploranti reſpondit, Nullam fidem, quantumvis ampliſſimam & munitam clauſulis fortibus & ſpecialibus porrigi ad ſecuritatem delicti contra vitam Pontificis Maximi commiſſi: igitur Alfonſus noctu in carcere ſtrangulatus fuit. Ita vinculum collo injectum fidei datæ vinculum diſſolvere potuit. Vide etiam Wendelinum *libr. philoſ. mor. 1. c.31. §.41.* apud quem Simanca, Epiſcopus Pacenſis *d. cathol. inſt. c. 46. num. 52.* Nullo, nullo, nullo modo fides hæreticis ſervanda eſt, etiamſi juramento firmata ſit. Cardinalis Hoſius *epiſt.* 197.202.210. ad Regem Poloniæ, Pax politica Evangelicis promiſſa & jurata à Pontificiis ſervanda non eſt. Conradus Brunus *d. hæret. libr.* 3. multis probare conatur, Pacificationes cum diverſæ religionis hominibus initas eſſe irritas: quia cum hujusmodi hæreticis Catholico nulla pax eſſe poſſit; ut illi offendi ac conteri non poſſint. Fungatur vice reſponſionis ipſe Pontificiorum diſſenſus. Molanus *tract. 2. Theol. pract.* ſine fronte ſcribit, Mentiri hæreticos à pontificiis Theologis doceri, Hæreticis fidem ſervandam non eſſe: & quod addit Wendelinus §.42. Longè aliter per Dei gratiam Auguſtiſſimus Imperator Romanus cum auguſto ſuo ſentit collegio, reliquisque illuſtriſſimis Ordinibus, qui iis etiam, quos aliàs pro hæreticis habent, datam fidem ſanctè & religiosè ſervandam cenſent, monſtrum contrariæ aſſertionis execrantes. Nec procedit ſimulatio contra *fi*[illegible]*em præſumptam*: Talis ſimulatio erat in eo fure, de quo Camerarius in *meditat. hiſtor. cent. 1. cap. 64.* Accidit tempore Regis Franciſci I. ita refert, ut quidam fur ſplendide veſtitus, cum magnâ ſolennitate celebraretur Miſſa, Cardinali Lotharingio ex loculis, qui plerumque veſtibus ad pecuniam, vel alias res aſſervandas aſſuuntur, aliquid clanculum eximeret. Quumque iſte fur aſtutè animadvertiſſet, neminem hoc præter Regem, idque intentis oculis obſervaſſe, tantum abfuit, ut abſterreretur, ut auſus fuerit familiariter ſubridendo Regi digito annuere, ut taceret, quaſi joco iſta fierent. Rex uti delectabatur jocis, exiſtimans iſta non ſeriò, ſed uti inter aulicos moris eſt, velut rem ludicram fieri, diſſimulavit ſe vidiſſe hoc furtum. Finitâ autem Miſſâ, ut certiùs cognoſceret quid factum eſſet, inter colloquendum præbuit Cardinali occaſionem, ut ſuos loculos reſpiceret. Is cum non ampliùs reperiret, quod ibi repoſuerat, & ob eam rem valde commoveretur; Rex qui conſpexerat, quid accidiſſet, & materiam ridendi quæſierat, in largiorem riſum effuſus eſt. Poſtquam autem ſatis riſiſſet, & ſeria tractanda occurriſſent, juſſit Rex, ut ea, quæ ablata Cardinali ſe vidente eſſent, reſtituerentur. Perſuaſum enim illi adhuc erat, joco & animo reſtituendi iſtam rem a quodam nobili aulico (talem namque ex veſtitu judicaverat) ſubtractam eſſe. Verùm cum exploratâ re compertum eſſet inſignem & veteranum furem in veſtitu aulico ſeriò abſtuliſſe ea, quæ in ſacculo Cardinalis aſſervaſſet, & is admiraretur, cur Rex alioquin juſtitiæ ſtudioſiſſimus, hoc qualificato, præſertim inter ſacra commiſſo furto, ita delectaretur: Rex audaciam furi clancularii deteſtatus, quid ſe connivente accidiſſet, enarravit, addito juramento, hoc primùm ſibi accidere, quod fur familiaritatem & ſocietatem ſuam expetiſſet: Le Roy jura ſoy de gentil'homme, que c'eſtoit la premiere fois, qu'un larron

l'avoit

l'avoit voulu faire compagnon. Aliud memorabile furtum in præſentia Caroli V. commiſſum vide ex eodem Camerario apud Speidelium in *N. 1. Jurid. Hiſt. Polit. lit. D. ſub voce tub.* Talis ſimulatio contra præſumptam fidem eſt in Principum aulis. Privatorum limitibus, verba ſunt Forſtneri in *not. polit. au libr. annal. Tac. 1.* Vera amicitia includitur; Pax gentium & incolumitas regnorum non amicitiâ vicinorum, non fœderibus, ſed armorum metu ſuſtinetur. Et profectò intuenti mihi; quæ in aula geruntur, & Principum ſortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda, & denique totum aurati liminis genium; videtur illud ſimile tabernæ, in qua fuci venduntur, ubi nihil eſt ſincerum; omnia perſonata & ad fallendum facta. Pervicaciſſima ars aularum eſt, amorem fingere. Omitto dicere infidas ſpes & trepidos metus, & nunquam quieta aulicorum vota. Ipſorum Principum inter ſe geſta vide: fucis ſcatent & dolis, quos neceſſitas & Imperii ſalus & penè honeſtum jubent. Rara eſt inter illos vera, nec utilitatis ſpe rumpenda amicitia, & quæ ut inter privatos, ſolâ virtutis pulcritudine placeat. Et quanquam alio mercimonii genere dehoneſtari creditur familiæ claritudo; tamen amicitiis tanquam negotiatione augere rem regium habetur: ut nec fœdera, nec ſanctiſſima fidei pignora ſuo vinculo, niſi utilitas ſubſit, ligent. Hinc non minùs verè, quàm falsè & argutè Boccalinus dixit, fumum vendere privatis interdictum, ſolorum Regum mercaturam eſſe, *cent. 2. c. 65.* & alibi, Omnes lineas actionum regiarum concurrere in unum centrum, quod eſt evacuare ſocii loculos & implere ſuos, *cent. 1. c. 111.* Inde & ſolemne eſt Principibus, qui occultas ſimultates inter ſe gerunt, donec in aperta bella iſtæ erumpant, interim donis & muneribus & legationibus nova Regna, conjugia, victorias, natum Regni hæredem gratulari, & omnia benevoli animi ſigna utiliſſimâ ſimulatione præferre. Hactenus ſimulatio. Quoad *Mendacium* quatenus diſtinguatur & an aliquod probetur, vid. Ariſtotelem *lib. 4. Ethic. c. 7.* Auguſtinum in *Enchirid. c. 22.* Drexelium in *Orbis Phaetonte c. 35.* Hornejum *lib. 3. n. 2. 3. Ethic. c. 10.* Alexandrum III. in *c. 4. X. d. Uſur.* Wendelinum *d. loc. à §. 7.* Ottonem Taborem in *theſ. locor. comm. Juriſpr. ex axiom. Auguſt. Barboſæ libr. 11. c. 22. axiom. 4.* juxta quem mendacium nemini nocens non eſt punibile, Baldus in *l. fin. ff. quod falſ. tut.* quia, ut inquit Salicet. in *auth. contra qui propriam. col. 3. in pr. C. d. non num. pec.* mendacium, quod alteri non nocet, cenſetur nugatorium, quem refert & ſequitur Ludov. Gomez. ad *§. in perſonam. I. d. action. num. 17.* Mendacium enim licet in ſe turpe & Deo & hominibus inviſum, in ipſo tamen ſapiente propter utilitatem aliorum, aut bonum commune laudatur, Plato in *dialog. d. juſto* Herodianus *libr. 3.* Bodinus in *meth. c. 4.* & *libr. 1. d. mag. dæm. c. 1.* Pontanus *4. d. obed. c. 12.* Setzer. *diſp. Juſtin. 21. coroll. 1.* Hinc in neceſſitate & ex cauſa licere mendacium dicere, cum aliquis juvatur, nec quicquam cuique nocetur, neque inde ullum delictum inducitur, latiſſimè diſputavit Alber. Gentilis in *libr. d. abuſ. mend.* quem ſequitur & Ummius *diſp. ad proc. judic. 2. th. 8. num. 2.* Unde mentiri licere in judicio pro jure ſuo conſervando, inquit Angelus per illum textum in *l. ſi quis de libertate. 12. ff. d. injur.* per *l. at quin natura. 19. §. cum me abſente. 3. cum gl. ff. d. negot. geſt.* quamvis quando quis mentitur non pro jure ſuo conſervando, ſed pro alieno auferendo ſecus dicendum foret, Ludov. Gomez. ad *§. ſed iſta. 3. I. d. action. num. 33.* ubi quibus caſibus liceat mentiri & in quibus caſibus non, allegat textum in *c. primum. 22. q. 2.* Licet enim vita hominis nullâ fallaciâ defendenda, nec mendacium dicendum, quamvis ex eo quis poſſit à morte liberari, quoniam os, quod mentitur, occidit animam, *c. omne genus. 16. cum ſeq. 22. q. 2.* Joh. de Imol. in *c. ex tenore. in 2. notab. X. d. teſtib. & ibi* Felin. adeò ut nec pro ſalute aut defenſione hominis mentiri licitum ſit, gl. in *c. nullus unquam. in verb. ad minuendum. 4. q. 4.* attamen quando hæc duo potiſſimùm concurrerent, ſcl. foveret juſtam cauſam, & uteretur malitiis & cavillationibus ſine mendacio, arg. eorum, quæ profert gl. in *cap. cupientes. in verb. malignantium. d. elect. in 6.* ubi dicit, quod poteſt quis fallaciis uti contra fallacias & malitias adverſarii, cum non videatur fraudem facere, qui fraudem excludit, & in *c. Dominus noſter. 2. 23. quæſt. 2.* non peccaret: quod in foro contentioſo Pacian. quidem admittit, in foro tamen animæ periculoſum eſſe, cum malitiam

Digitized by Google

in ſe contineat, maximè quando juramentum interveniſſet, concludit *libr.1.d.probat.c.21. num.3.cum ſeqq.* Moveri poſſet & quæſtio, quam Wendelinus *d.loc.* §.36. movet, *An mentales Pontificiorum & Jeſuitarum inprimis reſervationes & æquivocationes verbales ſint mendacia; ut ſi quis dicat, ſe non feciſſe, aut neſcire quod fecit & novit: & in mente interim reſervet ſenſum, quod non fecerit aut noverit ita, ut velit illud manifeſtare?* Sed malo omittere, quia duplicem reperio ſententiam. Alia eſt eorum, qui inde mendacia non colligunt, ſed eas æquivocationes licitas eſſe putant, ita ut, etiam ſub juramento, negari abſolute poſſit, quod quis novit verum eſſe. 1. Si audiverit illud in confeſſione. 2. ſi non juridicè interrogetur à Judice. 3. ſi per interrogationem injuria ipſi inferatur. 4. ſi adſit aliqua rationabilis cauſa. Alia eſt ſententia eorum, qui has æquivocationes improbant, in quibus eſt Sotus *d. J. & J. libr.5. quæſt.6. art.2.* cui Dicere non feci, quod tamen feci, licet cum hac mentis limitatione, ut tibi ſignificem, non eſt æquivocatio, ſed mendacium. Soto aſſentitur Covarruvias *var.reſol.libr.4.c.2.* quorum uterque nullam admittit reſtrictionem. Aut enim dicendum eſt, quod ſentis: aut interroganti non reſpondendum: aut apertè recuſanda confeſſio. Igitur mihi ſuffecerit oſtendiſſe, quàm diverſis ardoribus modo hunc, modò illum pertinax febris exerceat. Suffecerit & hoc interrogaſſe, *Quales hæ ſint reſervationes & æquivocationes?* Non tam ſunt ſcientiæ, quàm conſcientiæ, quibus plerique Pontificii, meliora ab ipſa conſcientia edocti, intellecta ſuorum errorum portenta ad inſaniam usque defendunt, ac pervicaciſſimo rictu veram religionem allatrant, parvaque exiſtimant, quæ ſuis rhenonum tegumentis tegunt. Ebullirent animi, ſi utrumque ſub rota aſſerere Romana eſſet ſecurum, ſed quia ſecurum non eſt, imitantur vulpes Samponis, quæ os quidem liberum fingunt, ſed caudis colligatæ vineam Eccleſiæ lancinant, depopulantur, exterminant. Ne rotæ tormina experiantur, imperatum negotium eſſe cenſent, quicquid illa marare poteſt. En ſpeciem. Propoſui differentiam, in qua *Papæ eſt convocare Concilia Oecumenica &c.* Laurentius Beyerlinck, Archipresbyter Civitatis Antverpienſis, in *tract. Synod ad Synod Dordrac.* cui aſſerere nihil eſt liberum, ita quæſtionem detorquet, Quod autem Adverſarii quædam hiſtoriarum fragmenta nobis obtrudunt, è quibus conſtare videtur nonnunquam per Imperatorum literas & decreta convocatas Synodos, nihil aliud efficitur, quam neceſſarias fuiſſe aliquando ejusmodi Imperatorum literas, præſertim vigentibus legibus, quibus ob ſeditiones crebras non licebat frequentiores conventus coire, ut vel ita facultas fieret ad conveniendum, vel de loco diſponeretur, qui erat ſub eorum ditione: vel denique commeatus adventantibus Epiſcopis, ac miles, qui tutiora redderet itinera, vel inſolentias in ipſo Concilii loco compeſceret, ſuppeditaretur. Ac nullum Adverſarii hactenus Concilium deprment, qnod absq; Romani Pontificis authoritate celebratum pro legitimo habitum fuerit: contra quod nihil facit, interveniſſe nonnunquam Imperatores. Qui nominatam differentiam legerint, deprehendent polentam, quâ Pontificii colores ſuos devenuſtant. Seditiones coërcet, qui Concilia convocat. De loco diſponit, qui convocare poteſt. Inſolentias compeſcit, cujus eſt imperare. Non Concilium celebrari absque Pontificis authoritate, ſi Pontificis authoritas ſit ipſa perſona, haud negamus. Intervenire nonnunquam Imperatores ipſorum eſt officii: non intervenire ſocordiam arguit. Lubet applicare illud Lutheri, qui in libro, quem de ſervo arbitrio ſcripſit, ita de Eccleſiæ Doctoribus, eos vel ex infirmitate carnis lapſos fuiſſe, vel alieno animo ſcripſiſſe, & aliter ſenſiſſe, quam ſcripſerant: vel ad finem vitæ reſipuiſſe: vel denique ſub illis ſervaſſe ſibi Deum Eccleſiam, licet illi vera Eccleſia non eſſent, ſed alii eſſent, qui non dicerentur Eccleſia Dei. Tandem interrogari poteſt, *Annon Canoniſtæ, quod ſimulationi, mendacio tribuant, ita cui ſimulare licet, eidem mentiri liceat?* Reſpondet drama ridiculum Epiſcoporum titularium, ut Dardaniæ, Athenarum &c. in Papatu, qui acceptis ſuis Bullis a Papa ſtatim ſe accingunt ad iter; ſed Româ egreſſi ad primum, ſecundum & tertium lapidem incidunt in homines ad id expreſſe diſpoſitos, qui proteſtantur non poſſe illos absque evidenti & jugi diſcrimine vitæ ſuæ eò proficiſci, quia ibi verſaturi eſſent inter infideles aut hæreticos, &

eos & nihil profecturi. Quarum proteſtationum ſumpto per Notarios teſtimonio Epiſcopus titularis Romam redit, oſtenditque Pontifici, ſe quidem conatum fuiſſe ad Eccleſiam ſibi commiſſam à S.Sede proficiſci, ſed coactum redire, quod ibi in aperto vitæ diſcrimine verſaturus fuiſſe. Tunc ei acclamatur, *Euge bene* & oſſa quædam beneficiaria latranti ejus ſtomacho in præmium rei feliciter geſtæ objicitur.

SINGULA officia ſingulis perſonis ſunt committenda, *c. cum. d. præbend. & dign. in 6.*

In eundem tutorem conferri poſſunt tria onera tutelæ, *l. 3. & 17. in princ. ff. d. Excuſ.* quæ eſt munus publicum *princ. l. eod.* Facit *l. 59. §. ult. ff. ad SC. Trebell.*

Nulla eſt differentia. Etenim & jus Civile aſſeverat difficile eſſe ut unus homo duorum vicem ſuſtineat, *l. 9. in fin. pr. ff. d. pact.* ſeu ut triplici officio quis fungatur, *l. 13. §. 4. ff. ad SC Trebell.* Non o. *d. l. 3 & 17.* quia à munere publico, quod autoritate eſt publicum, utilitate verò privatum; ad munus publicum, quod autoritate & utilitate eſt publicum, non argumentamur: de priori agunt *dd. ll.* de poſteriori jus Canonicum. Non o. *d. l. 59. §. ult.* quia à perſona, quæ nec duorum vicem ſuſtinet, nec triplici officio fungitur, ad res, quæ dividi poſſunt, & diviſæ modis diverſis, etiam eidem, relinqui poſſunt, nec ſic argumentum quadraret. Deinde excutienti penitius *d. l.* fiet manifeſtus error geminus. Alter, quòd filia pacto ſuo nec directam nec utilem matri potuerit quærere actionem. Alter, quod cum pactum fuerit nullum, Judex ſententiâ ſuâ & adjudicatione peccaverit. Quoad jus Canonicum equidem, ut monet Mareſius in *Cucchi Inſt. jur. Can. libr. 2. tit. 6.* certum eſt Beneficiorum multitudinem Canonibus eſſe prohibitam, quod docet Duarenus. Eò potiſſimum facit Extravagans Johannis XXII. *Execrabilis. Extra d. præb. & dignitat.* Videatur & *canon ſingula. diſt. 89.* ubi diſertè edicitur, ut ſingula Eccleſiaſtici juris officia ſingulis quibuſcunque perſonis ſingulatim committantur. Nam ſicut indecorum eſt, ut in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxium ſimulque turpiſſimum, ſi ſingula rerum miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa. Quod quomodo conciliari poſſit cum more conſtanti Eccleſiæ Romanæ, omnes Eccleſiaſticos ordines conferentis uni homini, ut ſuperiorem conſequi nequeat, qui inferiores non acceperit, planè non videmus. Et beneficiorum multitudinem quod attinet, obſervat Duarenus Concilio Chalcedonenſi & quibusdam aliis vetitum eſſe, ne quis in duabus Eccleſiis ordinetur, quod & in muneribus civilibus ac profanis Imperatorum leges prohibent. Interea tamen ſunt iſti omnes Canones telæ aranearum, quas grandiores muſcæ facile perrumpunt: nam eorum gratiam Pontifex Romanus, cujus voluntas pro ratione habetur, facit cuilibet, qui illam argenteis lanceis expugnare poteſt. Hinc fit, ut captatores beneficiorum Romam certatim curſitent prætextu literaturæ aut nobilitatis, veniam à Pontifice impetraturi, quæ nemini, quamlibet indigno nebuloni, modo is numeret, denegari conſuevit. Qua ex re tanta Eccleſiæ deformatio exorta eſt, & prope dixerim πανωλεθρία, ut nulla vis humani ingenii ad eam indignitatem exprimendam ſufficiat. Prodigioſa ſanè res eſt in Eccleſia hæc beneficiorum cumulatio, quæ ſine delectu paſſim recipitur. Nec minùs mihi monſtroſi videntur, qui tot perſonas in Eccleſia ſuſtinent, quot Briareus ille, qui manus centum habuit, ut eſt in fabulis, aut Geryon, quem trium fuiſſe corporum perhibent. Addo obſervandam eſſe juris hujus originem & ejusdem interpretationis indulgentiam. Origo, quâ ſingula officia perſonis ſingulis ſunt committenda, inde derivari videtur, quòd Eccleſiaſtici officii diligens requiratur executio, *c. pen. diſt. 18 c presbyter. 2. diſt. 91. c. 1. diſt. 92.* Indulgentia ejusdem interpretationis inde derivatur, quòd nomine officii veniat quoq; beneficium: imò beneficium plerumque conferatur non propter officium, ſed ei, qui vel non tali, vel nullo officio fungi poteſt. Addi poſſet examen beneficiorum, quæ dividunt in Simplicia & Curata: Compatibilia & Incompatibilia. Verùm has monſtroſitates ſi bene incruſtarent Pontificii, non malè impugnaremus.

SOCIE-

Digitized by Google

SOCIETAS mutuo diſſenſu ſolvitur, *c.pratetrea.2.X.d.ſponſal.*

Nulla eſt differentia. 1. quia à ſocietate, quæ vinculo matrimonii illigatur, ad ſocietatem rerum non argumentamur. 2. unius diſſenſu ſolvitur ſocietas, niſi alterius interſit, *d.l.65.§.5.* vel, ut ibidem, §.3. niſi ſolutio ſocietatis, aut ejuſdem renunciatio ſit intempeſtiva, tunc enim Caſſius ſcripſit eum, qui renunciaverit ſocietati, à ſe quidem liberare ſocios ſuos, ſe autem ab illis non liberari. Quod utique obſervandum eſt, ſi dolo malo renunciatio facta ſit, veluti ſi cum omnium bonorum ſocietatem iniſſemus, deinde cum obveniſſet uni hæreditas, propter hoc renunciavit: ideoque ſi quidem damnum attulerit hæreditas, hoc ad eum, qui renunciavit, pertinebit, commodum autem communicare cogetur actione pro ſocio.

Unius diſſenſu, *l.65.§.3.ff.pro ſoc.*

SODOMIÆ pœna eſt, ſi Clerici fuerint, dejiciantur à Clero, vel ad agendam pœnitentiam in monaſteriis detrudantur. Si Laici, excommunicationi ſubdantur, & à cœtu fidelium penitùs fiant alieni, *c.Clerici.4.X.d.exceſſ.prel.* Vid. Rittershuſium *libr. d. differ. jur. Civ & Can.6.c.5.* Decium ad *l.1.C.d.ſec.nupt. num.7.8.*

Vid. tamen *c. flagitia. & can. uſus naturalis.32. q. 7.* Wiſſenbachium *in contr.jur.Can.15.* Quadrat heic illud Sleidani *libr.3. d.quat.ſumm.Imp.* Si faſtus & avaritia & literarum inſcitia perſuaſit illis (ſcl. Pontificibus) ut ejusmodi facerent decreta, ſi ſententiis ipſi variant, nec alii volunt aliorum adſtringi legibus, quòd pari ſint poteſtate præditi, quæſo, cur te maceras, ut diſtorta & repugnantia componas & concilies. De Diabolica hac Venere etiam brutis ipſis exoſa Vid. Carolum V. *art.116.* & ad eum Matthiam Stephani, Julium Clarum *libr.5.ſentent.§.ſodomia.* Farinacium *libr.4.prax.crim.tit.16.q.147.* Harpprechtum ad §.1.*I. d.nupt.num.41.* Non tamen Papicolæ inſimulent ſodomiæ eos, qui in toro immaculato, aut extra torum caſtè vixerunt. De Calvino (ſic ſcribit Joh. Crocius in *Anti-Becano contr.6. ſect.5. num.1.*) eſt putidiſſima calumnia à multis quidem Papiſtis ſparſa, ſed ab uno execullato circumforaneo Bolſero primùm orta, arrepta à cæteris, indigna à multis antehac judicata, quæ confutaretur. Nuper tamen à Viris Clariſſimis egregiè confutata eſt. Vid. D.D.Theod. Zuingerum in *Joh. Calvini Inſtit. libr.4. c.1.* Papiſtæ doctrinam confutare non poſſunt; vellent ergo vitam ſuſpectam reddere, inprimis vellent hanc notam eximio Dei ſervo Calvino, cujus nomine nos premunt, inurere, ne videatur melior Papis Romanus, à quibus ipſi Papiſtæ dici amant. Ex illorum ordine numerantur bene multi, qui licet ferro candenti non ſint inuſti, non tamen ſine nota infamiæ hinc abierunt, teſtibus Papiſtis: Joannes XIII. vel, ut alii numerant, XII. Sergii tertii ex meretrice Maroria ſpurius, in adulterio confoſſus. Paulus IV. à Nicolao Quercæo in adulterio deprehenſus vulnus in facie accepit. Joannes XXIV. aliis XXIII. à Concilio Conſtantienſi adulterii, inceſtûs, ſodomiæ, aliorumq; ſcelerum accuſatus & damnatus fuit à propriis Epiſcopis. Notum epigramma Joannis Sapidi ſepulcro Sixti IV. affixum,

Sixte, jaces tandem, deflent tua Buſta Cynædi,
Scortaque, lenones, alea, vina, Venus.

Cum vir nubit in feminam viris porrecturam, quid cupiatur, ubi ſexus perdidit locum? ubi ſcelus eſt id, quod non proficit ſcire? ubi Venus mutatur in alteram formam? ubi amor quæritur, nec videtur? jubemus inſurgere leges, armari jura gladio ultore, ut exquiſitis pœnis ſubdantur infames, qui ſunt, vel qui futuri ſunt rei, *l.31.C.ad l.Jul.d.adult.*

Notum

Notum illud Pontani in Alexandri VI. filiam:

Hoc jacet in tumulo Lucretia nomine, ſed re
Thais, Alexandri filia, ſponſa, nurus.

SOLENNITATES præſumuntur, Imol. in *c. dilectus. num. 20. in fin. d. conſuet.*

Diſtinguendum inter ſolennitates intrinſecas, quæ præſumuntur, §. *ſi ſcriptum.* 17. *I. d. inutil. ſtip. l. jurisgentium.* 7. §. *quod ferè.* 12. *d. pact. l. ſciendum.* ubi Jaſon *d. V. O.* & ſolennitates extrinſecùs advenientes, quæ, niſi probentur, non præſumuntur, *d. l. ſciendum.* ſi nimirum defectus ſolennitatis requiſitæ in judicio à parte adverſa allegatus ſit. Deinde obtinet jus Canonicum, quando defectus ſolennitatis extrinſecæ non eſt à parte gravata allegatus, quo caſu ſtat præſumptio pro inſtrumento, quòd omnia ritè & acta & celebrata ſint.

Qui ſe fundat in lege, quæ certas ſolennitates in actu aliquo requirit, ex ea non juvatur, niſi manifeſtè probaverit ſe omnes ipſius qualitates obſervaſſe, Marſil. latè in *rubr. C. d. probat. num.* 347. Alex. *conſ.* 77. *num.* 5. *vol.* 7. Curt. *conſ.* 60.

SOLENNITATIS quæ ſunt, ea in ipſo actu interveniant neceſſe eſt, *c. auditis* 29. *c. quia.* 42. *X. d. elect. & elect. pot.*

Utriusque juris idem eſt aſſertum, ſiquidem & jure Civili ea eſt natura ſolennium, ut dividi & ſeparari nequeant, *l. continuus.* 137. *in pr. cum ibi not. d. V. O. l. cum antiquitas.* 28. *C. d. teſtam.* Tiraquellus *d. LL. Connub. verb. conſentiment. gloſſ.* 6. *num.* 8. Carpzovius *part.* 2. *conſt.* 15. *defin.* 309. *n.* 5. Neque etiam ex ſolennibus quidpiam omittendum vel mutandum, *l. Divus.* 7. *d. in integr. reſt.* ſed ſemper mos ſolennitatis expleri debet, *l. ex illo.* 13. *ibi. ſolennitatis more expleto. C. d. appellat.* Non obſt. *d. l.* 183. ad quam reſpondetur, eâ non tolli jus Canonicum, ſed limitari, ut ſolennitatis quæ ſunt, interveniant, iisque omiſſis actus vitietur, niſi evidens æquitas contrarium ſuadeat. 2. illa lex non dicit aliquid ex ſolennibus immutari poſſe, ſed nihil facilè ex ſolennibus eſſe immutandum. 3. non dicit aliquid è ſolennibus omitti poſſe, ſed immutari poſſe, quod arguit aliorum ſolennium in ſolennia priora ſurrogationem. 4. non probat hanc immutationem ſeu ſurrogationem, ſed ſubveniendum cenſet. Sic in §. 7. *I. d. teſtam. ord.* cum aliquis ex teſtibus teſtamenti quidem faciendi tempore liber exiſtimabatur, poſtea autem ſervus apparuit: tam Divus Hadrianus Catoni, quàm poſtea Divi Severus & Antoninus reſcripſerunt ſubvenire ſe ex ſua liberalitate teſtamento: ut ſic habeatur firmum, ac ſi, ut oportebat, factum eſſet. Aliud exemplum vult Otto Tabor in *Theſaur. Jurispr. ex Auguſt. Barboſæ axiom. part. alt. libr.* 17. *c.* 37. *axiom* 1. extare in teſtamento inter liberos, quod ſubſiſtere duobus teſtibus adhibitis, tametſi aliàs numerus teſtium ſeptenarius ad ſolenne teſtamentum requiratur, *l.* 21. *C. d. teſtam.* cujus intellectum pleniùs exponit Gail. 2. *obſ.* 12. Aliam ſpeciem ad *eandem l.* figurat Jac. Gothofredus, Solenne eſt, ut in legitimè citatum contumacem ſententia dicta valeat: & tamen adversùs eam regulam ex evidenti æquitate nonnunquam reſtitutio facienda eſt, veluti ſi citatus non reſpondit, & ob hoc More pronunciatum eſt, Confeſtim autem pro tribunali adhuc ſedente Judice venit. Magna equidem eſt ſolemnium. i. e. ordinis judiciorum autoritas, ſed quem evidenti æquitati cedere neceſſe eſt: ut ſanè evidens eſt in hac ſpecie æquitas cum juſta cauſa, & citatus confeſtim, etſi damnatus, adeſt: Aliam ſpeciem ex *l. 8. d. nox al. act.* addit Cujacius, quam non admittimus. Non obſtat *d. l.* 1. §. *ult. d. ventr. inſp.* ad quam reſpondet Otto Tabor *d. loc.* regulam procedere de ſolennitatibus propriè

Etſi nihil facilè immutandum eſt ex ſolennibus; tamen ubi æquitas evidens poſcit, ſubveniendum eſt, *l.* 183. *ff. d. R. J. l.* 1. §. *ult. d. ventr. inſpic. l.* 21. *in fin. ff. qui teſtam fac. poſſ.*

dictis,quæ actui ſunt ſubſtantiales,vel de ſubſtantiali vel gravi ſolennitate. Nam aliàs requiſita minùs ſolennia actum non vitiant: quo caſu etiam omiſſionem levis ſolennitatis non vitiare maximè in conſiſtorio Principis,ut quæ ibidem non valde attenduntur, poſt Gailium 1.*obſ* 41.*num.*1. refert Carpzovius 2.*reſponſ.*100.*num.*16. *& libr.*4.*reſp.*37.*n.*13. Non obſtat *l.*21.*in fin.ff.qui teſtam.fac.poſſ.* quæ non agit de ſolennitatibus omiſſis vel non, ſed tantùm declarat unum contextum, quo teſtamentum fiat,qui unus contextus non refertur ad ſolennitates,verùm ad actus, qui ſunt aut à teſtamento alieni,aut ad teſtamentum pertinentes.

SOLOECISMORUM in ſermone nulla ſit cura. *In C.indignum,diſt.*38. Gregorius indignum vehementer exiſtimat,ut verba cœleſtis oraculi reſtringat ſub regulis Donati.

Præcipuam debere eſſe curam docent differentiæ,in quibus *Grammatica & Grammatica ignorantia æquiparātur &c. Grammaticæ artis ignorantia toleratur in Epiſcopis.&c,*

Tollunt Canoniſtæ hanc differentiā, dum allegatum canonem à multis antiquis exemplaribus abeſſe contendunt. Utinam & abeſſet hominum memoriæ, quod Platina ſcribit in *vita Pauli II.* hunc natione Venetum fuiſſe hominem ferocem, rapacem & ſuperbum ita infeſtum bonis literis,& ſtudiis humanitatis, ut ejus ſtudioſos uno nomine hæreticos appellaret. Hanc ob rem Romanos hortabatur, ſatis eſſe ſi legere & ſcribere didiciſſent. Utinam abeſſet hominum memoriæ illa Abbatis epiſtola,quâ ſcribit monaſterii fratribus: *Fres, Fres, vos ad multum foratis, vos ad multum potatis,vos ad multum ſcortatis,hæc res in longum non faciet bonum.* Jucundè Eraſmus Antibarbarorum *libr.* 1. invehitur in monachos,ad quorum occurſum frequenter aut nauſeet, aut incandeſcat: quos nonnunquam velut omen infauſtum mutatâ voce declinet. Eos eſſe ſupercilio turgidos,ſeſe ad luxum convertere: neglectis linguis, neglectâ antiquitate natam eſſe perturbatam doctrinam, & prorſus ineruditam eruditionem,quâ non ſolùm humanæ diſciplinæ, verùm etiam ipſa Theologia miſeris modis vitietur. Eos eſſe aſellos Arcadicos,ſive mavis Antronios, quos publicis in ludis,in quibus optimæ literæ tradi deberent, imprudentiâ plus quàm aſininâ paſſim audiamus non loqui,ſed rudere. Addit Eraſmus, Quis non malit vel in ultimas Indiæ ſolitudines profugere,quàm hos literatorum ſimios ferre. Equidem priſcorum hominum more,quos e truncis arborum natos finxit antiquitas, non paulò malim inter pecora vitam tranſigere,quàm inter hoc brutorum omnium brutiſſimum genus, quibus apud nos mihi differta videntur omnia: qui pari ſoliditate & ſuam ruſticitatem admirantur, & alienam doctrinam contemnunt. Sed inter has beluas veriùs quàm homines nullum odioſius aut peſtilentius,aut Muſis omnibus infenſius, quàm iſti quidam religionis larva perſonati,qui venerando cultu ſimulatæque ſanctimoniæ ſpecie non mediocrem authoritatem ſibi pararint apud Idiotas, præſertim apud mulierculas, quarum & ſtultitiâ abutuntur, & libidini fortiter ſuccurrunt, tauri egregiè obeſi neque vulgariter mutoniati. Deprehendo etiam in iis, qui in ſermone ſolœciſmum non committunt, pronunciationis errorem. Pauſanias Cappadox, cum inter perorandum confundens conſonantes,breves producens,productas verò corripiens auditus eſſet, vulgò dictus eſt malus coquus,qui pretioſa obſonia malè condiret, Philoſtratus in *Sophiſtis* & ex eo Volaterranus *libr.*8. *urban. comment.* Unde autem hujus mali origo? Rem,præter ea, quæ in juris ſtudioſo deprehendit Forſtnerus in *not.politic. ad libr. Annal. Tacit.*2. acu tetigit Bernhardus Schmit in *diſſ.ur.d.reput. Acad ſtud.in onſ. pag.*8. *& ſeq.* Hoc tanquam neceſſarium præſuppoſitum obſervet juvenis indolis generoſæ (uti reputatio perſuadet) ne ſuſtineat condiſcipulorum ſuorum eſſe ultimus, cui ſcabiem imprecatur Poeta,ne tardum ingenium affingatur, ſtupidusque captus. Moræ ergo non ſunt nectendæ ſub ferula, ſed relicto privato Magiſtro vel Scholâ triviali ad Academiam quandam albis quadrigis citiùs prope-

Digitized by Google

properandum eſt: præſertim ſi ſimilis monetæ quiſquam præceſſerit, non quòd obtineat ille, attendat, ſed quod diſceſſerit. Rebus igitur convaſatis, ſarcinis compactis, ocreis indutis, petaſo impoſito alas teneras libret, & in proximam quamque Academiam ruat. Et hæc eſt antiqua illa Diaboli fraus, quâ multis tantas tenebras offundit, quæ omne eruditionis lumen obfuſcant, ut perorent, antequam loquãtur, volent & natent, ut Icarus & Pharao, nondum applicatis vel pinnis vel pennis, & tanquam matres Iſraeliticæ, antequam obſtetrices accedant, parturiant. Qui error in prima concoctione commiſſus (ut cum Medicis loquar) non emendatur in ſecunda, ſed per totam vitam literato obicem ponit. Pergit idem *pag.* 15. 16. Quamprimum etiam oneroſum Pennalis pallium, non quidem pondere, ſed anxiâ futuræ diſſolutioris vitæ ſpe moleſtiſſimum humeris excutitur, preciosis veſtibus nullius momenti corpus involvitur, per plateas non podagroſè, quod quidem cochleatum, nec honeſtè, quod virorum, ſed ac ſi pedibus in locum Archimedei inſtrumenti commovenda eſſet terra, vel Pompeii more concutienda, diſcurritur, crinibus antea vel deraſis, vel quotidiano labore in nodos circumgyrati (nam nec laboribus nec vigiliis cum ſtudiorum neglectu parcunt, modò non conturbentur hæc ſtultorum capitum excrementa) corpore ita diſpoſito ac ſi haſtam parturient, brachiis Icario caſu Planetis adventum minitantibus, & tandem in tergi vicinia perpetuo mobili incluſo. Revocaret, ſi adeſſet, Solon legem ſuam, Neminem ante obitum felicem nominandum eſſe. Capita ita ſcientiis diſtenta diſſertaque ſunt, ut arbitrer nec Jovis cerebrum adeò gravidum fuiſſe, cum Palladem parturiens Vulcani ſecurim imploraret. Idem *pag.* 55. 56. Devenio jam ad aliud ſtudioſorum inconſideratorum genus, qui eo dementiæ procedunt, ut in hujuſcemodi delicias & honorem quærant, quæ aliis quidem non ſtomachum, cachinnum tamen movent. In non neceſſariis dico & laude non dignis literis & in ſtudio ſingularitatis. Hinc nihil cogitant, nihil ſomniant, nihil crebris ſermonibus crepant aliud, quam de aptitudinalitatibus, componibilitatibus, ſuſceptilitatibus, paſſionabilitatibus, de dabilibus, meliorabilibus, verificabilibus, ſingulariſationibus, effectuationibus, infinitationibus, conceptibilitatibus, attingibilitatibus, dogmatiſabilitatibus, homineitate, fœmineitate, rotundeitate, & quò monſtroſiora quis parturit, eò impenſiùs ſibi placet. Nugæ enim, ait acutiſſimus Scaliger *exerc.* 62. *ſect.* 2. delectant imbecilla ingenia, ut monſtra in picturis. Utinam, ut hoc addam, ſolœciſmorum eſſet cura, & illa ſubtilis cura, quæ duntaxat fovet ſolœciſmos, omitteretur. Deliteſcant hi Philoſophi, rectæ locutionis aut rudes aut negligentes, tanquam cicada meridiana domi ſuæ in hemicyclo: nunquam evolvant vel Calepini dictionarium libri magnitudine deterriti, ut diſſerere queant ſecum de captiunculis Logicalibus: vetuſtatis eloquentiam inſuper habeant, ut novas Syllogiſmorum formas & cornua excogitent: vocis decorem indecorum conclamitent, tantùm ut in pulvere circulos deſcribant, eorum quadraturam ſcrutentur, pulicum paſſus dimetiantur, Euripi fluctibus ad deſperationem usque intenti ſint. Diſputant, quantumvis nondum ſint Grammatici, futuri nunquam Grammatici, hi Logodædali in conventibus ſuis, tanquam in Trophonii antro: An Deus poſſit producere reſpectum ſine fundamento & termino? Quem pedem priùs poſuerit in Italiam Æneas, aut quæ nomina eorum, qui in equi Trojani inteſtinis reconditi erant? Quanti conſtiterit clava Herculis? Quo habitu corporis dormiverit Anacharſis? Quantum fuerit dolium Diogenis? An Lazarus teſtamentum ſuum ſolverit reſurgens? Num Chimæra bombinans in mari comedere poſſit notiones ſecundas? An Adamo in materno utero non enutrito propterea defuerit umbilicus? An homo ob id non habeat caudam, ne impediatur ſeſſio? Si aliqua ſtola ſit quintupedalis & ponatur quòd una ejus pedalitas vetuſtate conſumpta indigeat reſarciri & reſarciatur, ita ut ſit quidem tota ſtola benedicta; ſed ſi alio tempore alia pedalitas removeatur & reſarciatur, & ſic ſucceſſivè usque ad quintam pedalitatem incluſivè, tunc quæritur: An illa ſtola etiam tota ſit conſecrata? An mus arrodens hoſtiam ſit excommunicandus? an à ſacrificulo devorandus? an execrari debeat? num in muſcipula adorandus? Hæc dum intueor, credo me tolli ſub-

limem medium, ac ingeminare ſubjacenti terræ illud Cornelii Taciti, *Literarum ſecreta viri pariter ac fœminæ Germanorum ignoratis*: ignoratis, qui tam inſubida ſecreta, & non quæ majoris ſunt abollæ, meditamini. Ut tamen verum fatear, malo ſolœciſmum, quo utcunque res intelligatur, quàm Amphitheatralem ac velut hiſtrionicam verborum ampullatorum congeriem, ex iis Scriptoribus, qui cum blattis & tineis dimicant, arrogantiùs collectam. Malo errorem vocabuli præ eo, quod in errorem rerum conjiciat. Ardua ſi res monet, quæ nec errorem vocabuli nec rerum admittat, toroſos ac quaſi maſculos lacertos exigimus, qui non ad laſcivientis oculi veneres picturata jacula, ſed ſolida mittant robora. Procul ergo delenifica facundia, interſparſo rariore pipere leporis plena, quæ vulneri cicatricem mentitur: illa ſcitiſſimis clauſulis erotundata totaque ductilis, quæ per aurium traduces inſtar digiti per cryſtallinas & onychinas cruſtas non impacto ungue perlabitur.

SOLVERE qui juravit, compenſationem objicere non poteſt, *c. ad noſtram. 7. X. d. jurejur.*

Juramentum hoc non valet, quia interpoſitum eſt ſuper indebito ſolvendo, vel ſoluto, arg. *l. 10. §. 1. ff. d. Compenſ.*

Hæc quæſtio, ut videtur Antonio Merendæ *libr. contr. jur. 1. c. 4. num. 2. & ſeqq.* in facto magis quàm in jure conſiſtit; difficultas enim tota pendet ex intentione jurantis, & ejus, ad cujus favorem præſtitum fuit juramentum. Si enim is, qui juravit, eâ mente juravit, ut ſe præcisè ad ſolutionem adſtringeret, quis dubitare poterit ei non licere compenſationem opponere? Si verò juravit, quò magis teneretur, & ut arctiorem redderet obligationem ſuam, citra animum privandi ſe ab hac exceptione, nemo utique admittet ei non licere hac exceptione uti: cum juramentum ultra voluntatem jurantis non ſe extendat, *l. fin. ubi Dd. C. d. non num. pec.* Judex ergo, cujus eſt munus quæſtiones voluntatis decidere, *l. 7. C. d. fideicomm.* diligenter perpenſis facti & perſonarum circumſtantiis, quæ fuerit voluntas contrahentium, expiſcabitur. In dubio autem exiſtimare debet noluiſſe eum, qui juravit, hac exceptione ſe privare, quia nimis durum eſt repetere id, quod retineri poteſt, experientiaque teſtis eſt, homines difficilimè hujsmodi exceptione ſe privare, & ideo non eſt credendum eum, qui juravit, voluiſſe præcisè ſe obligare ad ſolutionem eo caſu, quo compenſare poſſet, maximè quia nec veriſimile eſt creditorem hoc ab eo exegiſſe, quia à boni & probi viri officio id nimis alienum eſt. Quis enim vir bonus exigit æs alienum ab eo, cui tantundem ſtatim reſtituere tenetur? Nemo utique cum ſibi hoc non valeat prodeſſe, & debitori plurimùm nocere poſſit: quòd ſi debitum, cujus compenſatio opponitur, nondum contractum fuerat, cum juravit, res explorata videtur; neque enim cogitaviſſe eos veriſimile eſt de eo debito, quod nondum contractum fuerat. Idem eſt ſi is, cui compenſatio opponitur, non eſt facilis exactionis, & hoc non ignorabat is, qui juravit. Non obſt. id, quod vulgò dici ſolet, juramentum præcisè obligare ad factum, quia id intelligi debet, quando mens jurantis fuit ſe ad factum præcisè obligare: nam certum eſt eatenus juramentum obligare, quatenus is, qui juravit, obligari voluit. Itaque hæc regula non convenit rei noſtræ, quia in dubio præſumendum eſt debitorem hac exceptione ſe noluiſſe privare, etiamſi juraverit ſolvere, quia ſolutionis appellatione compenſatio continetur *l. 4. §. ſolviſſe. ff. d. e jud. l. ſi debitor. ff. qui pot. in pign. l. dediſſe. d. V. S. l. ſolutionis. ff. d. Solut.* Non obſt. textus in *d. c. ad noſtram.* quia ibi evidens erat voluntas paciſcentium, ne pignus repeteretur, antequam pecunia mutuata aliter, quàm per compenſationem fructuum, reſtitueretur: nam is, qui mutuavit, pro lucro fructus retinere volebat, ut colligitur ex ipſo textu, præcipuè in ultimis verbis; & ideo non eſt mirum, ſi exceptio compenſationis & imputationis fructuum in ſortem non admittatur. Placuit hanc eandem quæſtionem proponere in differentia, in qua *Soluturum ſe, qui datis creditori pignoribus.* ut diverſitatem ingeniorum invicem committerem, nec tantùm, quæ meæ ſint opinionis, adumbrarem. Plura qui deſiderat, videre poteſt Fachineum *libr. contr. jur. 1. c. 7.*

SOLUTA

SOLUTA cum uxorato comittit adulterium. Generaliùs ex Iſidoro in *c. non mœchaberis.* 15. *q.* 5. *cauſ.*32. & apertiùs in *c. nemo.* 4. *d. cauſ.*32. *q.*2. ex D. Ambroſio, adulterium dicitur congreſſus mariti cum quacunque femina præter uxorem, Vid. differentiam, in qua *Adulterium tribus modis committitur.*

Bocerus apud Harpprechtum ad §. 4. *I. d. publ. judic.* nihil ambigit ſequi partes juris Canonici, idque propter ſequentes elegantes rationes. 1. Cum uxoratus carnaliter cognoſcit vacuam mulierem; mulier ipſa ſoluta haud dubiè accedit ad alienum torum, eumque violat. Acceſſus autem ad alterius conjugis torum & ejus violatio eſt adulterium. 2. Viri & uxoris una eſt fides, una caſtitas, una promiſſio inſeparabilitatis, & ſpes una habendæ prolis, *c. 1. X. d. ſponſ. duor. c. debitum. 5. X. d. bigam.* Qui ergo maritus eam fidem non ſervat, quique cum aliena coit femina, etiam vacuâ, atque ita ſeparat ſe ab uxore ſua, ac ſpem habendæ prolis illi aufert, adulterium committit. 3. Maritus eſt principium, & prima ac principalis pars matrimonii contrahendi, ut patet ex *c. ſi inter virum. 31. ibi. ego te in meam accipio: & ego te accipio in meum. item ibi. ego te recipiam in meam & ego te in meum. X. d. ſponſal.* Maritus igitur recedens à fide uxori datâ magis adulterat, quàm uxor, quæ à viro per alienum concubitum divertit. 4. Quando inter virum & uxorem non ſervatur data matrimonii fides: non conjuges, ſed adulteri appellantur, *c. apud miſericordem. 10. in fin. d. c. 32. q. 1.* At quando maritus cum aliena concumbit femina, etiam vacuâ, non ſervat matrimonii fidem. Ergo adulter appellatur. 5. Maritus & uxor ejus ad paria judicantur, *c. ſi quis uxorem. d. cauſ. 32. q. 1.* Ut ergo uxor adulterium committit, quando cum alieno viro, etiam ſoluto, concumbit; ita & maritus committit adulterium, quando feminam ſolutam carnaliter cognoſcit. 6. Maritus, qui alienæ ſe commiſcet feminæ, uxorem propriam coinquinat, infuſcat, maculat, & ipſa fit adultera ex viri adulterio, antequam ipſum pœniteat, *c. in conjugio. 3. & c. ſeq. d. cauſ. 32. q. 1.* Igitur adulterium committit vir, quando cum aliena femina, etiam ſolutâ, coit. Hanc eandem ſententiam eſſe juris divini, non paucorum Legiſtarum, etiam juris noviſſimi in *art. 120. d. loc.* docet Harpprechtus. Monendus hic eſt ſtudioſus, hanc ſententiam non inde rectè probari Weſenbecio, quòd adulterium Germanis ſit Ehebruch. Nam ratione juris Romani, quod ibidem notat Bachovius, conjugium non propriè nec in ſpecie dicitur frangi. Senſim eò delaberemur, ut frangentem in typographia literam e. dicamus adulterum. Sed jam alia quæſtio diſcutienda venit, *Si filius ex viro conjugato ac femina ſoluta, quæ tamen hunc virum matrimonii vinculo adſtrictum eſſe ignorabat, adeoque ex adulterina copula, de jure Canonico loquendo, naſcatur & poſtmodum, uxore iſtius defunctâ, vir feminam illam ſolutam in matrimonium ducat, an filius priùs ex adulterio natus per hocce ſubſequens matrimonium legitimetur.* Ratio dubitandi oritur inde, quòd videatur bona fides alterius conjugis operari legitimationem per ſubſequens matrimonium contractum: quemadmodum etiam bona fides unius ſaltem conjugis facit, ut filius ex matrimonio, propter dirimens aliquod

Ex ratione juris Romani & Moſaici adulter non fit maritus, niſi cum alia nupta congrediatur. Adulterium enim Moſes hoc appellat, ſi quis ad proximi uxorem ingrediatur: nec poteſt cenſeri illo jure adulterium cum aliena femina congreſſus, quo jure vetitum non eſt plures habere uxores: & licet omnino polygamia jure noſtro Romano prohibita ſit, tamen maritus, quicunque cum ſoluta congreditur, is torum violare non dicitur, quem jure noſtro uxor habere non exiſtimatur, Bachov. in *annot. ad Weſenb. paratitl. ff. ad l. Jul. d. adult. n. 3. lit. c*

impedimentum alioquin nullo, legitimus naſcatur, & hanc opinionem tenet Præpoſit. in *c. quod nobis. X. qui fil. ſint legit.* Verùm contraria ſententia verior eſt, eaque probatur in *c. cum inhibitio.* §. 1. *X. d. cland. deſponſ. c. tua. c. ult. d. homicid. in* 6. cum enim parentes dederint operam rei ex ſua natura illicitæ, conſequenter ignorantia ibidem nullâ ratione excuſat, & hanc ſententiam ſequuntur Covarruvias *d. matrim. part.* 2. *c.* 8 §. 2. *num.* 20. Ludov. Molin. *d. J. & J. tract. 2. diſp.* 172. *num.* 11. Franciſc. Sarmient. *ſelect. interpr. libr. 1. c. 6.* Sic etiam filius natus ex inceſtu cum concubina commiſſo, etiam matrimonio per diſpenſationem ſecuto, per illud non legitimatur, Joann. Franciſc. Balthaſar. *pract. reſol. jur. Civ. & Bavar. part. 1. tit. 3. reſol. 1. num.* 18. E quibus reſponderi poteſt ad dubitandi rationem, quia ſi alteruter ſaltem conjugum, vel ambo conjuges habent ignorantiam impedimenti, ac nuptiæ in facie Eccleſiæ celebratæ ſunt, proles legitime nata dicitur, quoniam dederunt operam rei ex ſua natura licitæ, ni velimus aſſerere matrimonium ſuâ naturâ eſſe illicitum.

SOLUTIO poteſt fieri per partes, *c. Odoardus. 3. X. d. ſolut.* ubi agitur de eo, qui in totum vel pro parte non poteſt ſolvere debita.

Nulla eſt differentia, Aliud enim eſt ſolutionem poſſe fieri per partes: aliud poſſe ſolvere debita pro parte. Prius liberat parte ultimâ ab obligatione: poſterius cum non habeat partem ultimam, quâ ab obligatione liberet, obligationis partem differt. Sic in *l. 4. in pr. ff. d. ceſſion. bon.* Is, qui bonis ceſſit, ſi quid poſtea acquiſierit, in quantum facere poteſt, convenitur. Vid. differentiam, in qua *Cedens bonis ſi ad pinguiorem &c.* Hunnius *vol. ad Treutl. 2 diſp. 29 th. 1. lit. B. quæſt. 1.* premit veſtigia eorum, qui ſolutionem poſſe fieri per partes ſtatuunt; verùm ne à ſcopo remotiùs eam, alibi cum magna eſſe auſum, ut magnis auſis excideret, Deo favente, oſtendam.

Solvenda res integra, & partem recipere nemo cogitur, etiam in caſu, quo debitum eſt dividuum, niſi aliter conventum fuerit, arg. *l. 9. ff. d. ſolut.* Ratio eſt, quia particularis ſolutio multa habet incommoda, *l. 3. ff. fam. erciſc.* Zœſius ad *d. tit. d. ſolut. num. 28.*

SOLUTURUM ſe, qui datis creditori pignoribus mutuum accepit, jurans non poteſt compenſationem objicere, quaſi non ſolvat, qui compenſat, *c. ad noſtram. 7. X. d. jurejur.*

Mœſtertius *libr. d. juſt. Rom. LL. 1. c. 8.* præfert jus Civile. Non movere debet, quod dicitur, Compenſationem eſſe fictam ſolutionẽ, cum non inde ſequatur, per eam jurijurando non ſatisfieri, cum illa fictio tantùm ſit nudi cujusdam accidentis, ubi revera per debiti & crediti inter ſe contributionem actiones utrinq; ipſo jure ſunt ſublatæ, *l. ſi conſtat. 4. C. d. compenſ.* ita fruſtra requiritur ſolutio, ubi ampliùs non eſt debitum, *l. 1. C. d. pign. act.* Exceptionem præbet depoſitũ, quod ratione cujusdam ſanctimoniæ, quàm vetuſtas ipſi neſſe credidit, præciſè reſtituitur, cum interim agatur etiam de ſincera fide depoſitarii, nullũ jus acquirentis in ipſa ſpecie, quam nullo colore retinere poteſt, illudq; partes probè norunt: at qui jurat ſolvere, intelligitur juraſſe de tali ſatisfactione, quæ debitũ exſolvit, tollit, perimit, quæ pleniſſimâ liberatione ex juſto legum tenore ſoleat fungi. Cyprianus Regnerus ad d. Mœſtertii locum notat, quod invitâ juriſprudentia proditum ſit in *d. c. 7.* eum, qui datis creditori pignoribus juravit ſe ſoluturum quantitatem mutuò acceptam non poſſe compenſationem objicere nego ac pernego. Sed quæritur ibi,

Solviſſe accipere debemus non tantùm eum, qui ſolvit; verùm omnẽ omnino, qui eâ obligatione liberatus eſt, *l. 4. §. 7. ff. d. re jud.* ſed liberatus eſt, qui compenſat, *l. 19. in fin. pr. ff. d. compenſ.*

Utrùm

Utrum juramento non obſtante debitor res oppignoratas vindicare poſſit, antequam ſolvat. Ratio dubitandi erat, quia venditor ex pignorata fructus perceperat, quibus compenſare poterat. Ratio tamen decidendi eſt, quia nondum tot fructus perceperat, qui deductis expenſis ſortem æquarent, res pignoratas vindicare non poteſt. Ceterùm compenſare poteſt fructibus in ſortem imputatis. Hæc interpretatio liquida eſt in illis verbis: Licet autem de poſſeſſionibus illis & reditibus nondum deductis expēſis ſortem receperit &c. Aliter Covarruvias in *c. quamvis. d. pact in 6.* Confirmat doctrinam noſtram *l. 2. ff. d. compenſ.* ubi inquit JC. *Unusquisque creditorem ſuum eundemque debitorem petentem ſummovet, ſi paratus eſt compenſare:* & hoc ipſa ratio æquitatis ſuadet, quia noſtra intereſt potiùs non ſolvere, quàm ſolutum repetere, *l. dolo facit. ff. d. R. J.* Quæ cum ita ſummâ ratione conſtituta ſint, quis Pontificem ea ignoraſſe arbitrabitur.

SORS non eſt admittenda, *c. ult. X. d. ſortileg.* Vid. Corvinum in *jure Canonico libr. 4. tit. 29.*

Admittitur, *l. 14. ff. d. Judic.* Vid. Peucerum *d. ſortib. & divinatione ex ſortibus.*

Nulla eſt differentia, Nam jure Canonico ſors non admittitur in electionibus, nec in hoc recedit à jure Civili, *l. 47. in princ. C. d. Epiſc. & Cler.* ideoque in aliis uſus ſortis non reprobatur; quod enim de uno negatur, conſequens intellectus patet, quod de quibusdam conceditur, *cap. qualis. diſt. 25.* An ſors ſit aliquid mali, & annon hæc prohibitio juri divino refragetur, vid *gl. ad d. c. ult. lit. C.* Vid. omnino Bocerum *c. d. regalib. 3. num. 169. 170.* Obſervandum eſt inſuper quoad *d. l. 14.* ne videatur Judex, dum aliquid ſorti committit, non ex æquo & bono procedere; ſi dubium reſpiciat ea, quæ ſunt juris ſeu officii Judicis, ſorti nil eſſe committendum: ſecus eſt, ſi dubium reſpiciat ea quæ ſunt facti, ſeu ſi Judicem lateat, quis litigantium alterum prævenerit. Quoad *d. c. ult.* obſervandum, An electio per ſortes celebrata ipſo jure ſit nulla? poſſe videri non eſſe nullam, cum *d. c. ult.* dicat quidem illam reprehenſione dignam, non tamen tam innovet quàm confirmet, ut videatur ſupponere validam. Dicendum tamen eſſe nullam, cum contineat vitium in forma præſcripta in *c. quia propter. 42. X. d. elect.* quod factam non ſervatâ formâ ibi præſcriptâ vult eſſe irritam. Nec facit, quòd in *d. c. ult.* Pontifex confirmet electionem; quia electio, de qua ibi, non continet vitium in forma præſcripta, cum ſecundùm ejus formam electio ſit facta, ſcilicet per compromiſſarios, licet in eo erratum ſit, quòd in compromiſſariis eligendis ſors intervenerit, qui modus cum non rejiciatur in *d. c. 42.* non ponit vitium in forma. Et licet potuerit irritari, non tamen irrita dici poteſt, quia in *d. c. ult.* non ponitur ullum verbum irritans, ut ex gratia Pontificis ſit confirmata, Zoeſius ad *tit. d. ſortileg. num. 5.* ubi *num. 6.* tractat hanc quæſtionem, An liceat uti ſortibus in terminandis litibus ſuper beneficiis? N. 7. tractat aliam, An ſortes ſint extra reprehenſionem in electionibus ad munia Civilia? Vid. etiam Berneggerum in *quæſt. miſcell. q. 9. & q. 178.* Joh. Theod. Spreng. in *diſp. politico-jurid. d. amb. ſort. imp. th. 18.* ubi inducit & Venetorum inſtitutum, qui ſuum Ducem ſorte aureorum & argenteorum globulorum eligunt, Contar. *d. Repub. Venet.* & inſtitutum Lucenſis Reipublicæ, in qua Senatus quibusdam Gonfalonerium, qui in Republica ſupremus eſt, eligendi poteſtatem demandat, ita ut ſint tres aſſortatores, qui in loco à Conſilio ſeparato numerant pilulas usque ad 180. quas in diverſas cellas conjectæ poſtea à ſingulis eligentibus extrahuntur, quibus ne fraus aliqua intercedat duo monachi, unus Dominici, alter Franciſci, adjunguntur. Simili fere inſtituto in civitate quadam Vallaſtelinæ, nomine Bormio, magiſtratus per fabas albas & nigras eligitur. De electione Pontificis vid. Speidelium in *notab. Jurid. hiſtor. polit. ſub lit.* [illegible] Carpzovium in *Cap. Caſ. c. 3 num. 6.* Interroget hic nonnemo, an differentia hæc differat ab altera, in qua *Sortilegia* [illegible]. Reſpondetur cum Zoeſio *d. tit.* [illegible] *c. 2.* diviſione ſortium in diviſorias, conſultatorias, divinatorias [illegible] plicem fortunæ caſum, quo inquiritur vi pacti aut [illegible]

attribuendum ſeu aſſignandum, ſive agatur de patrimonio, ſive de honore aliave re; cujusmodi pactio includit voluntatem quaſi conditionatam, ſi hoc ita fiat aut eveniat, quæ tranſit in abſolutam, impletâ conditione. Habet locum in luſibus, diviſionibus, electionibus. Conſultatoriæ ſunt, quibus inquiritur quid ſit agendum, tanquam bonum, utile, tutum, vel è contra, ſub ratione conſilii. Divinatoriæ ſunt, quibus inquiritur cognitio futurorum. Quæ duæ ſpecies generali nomine poſſunt dici & conſultoriæ & divinatoriæ; ſiquidem omnis inquiſitio occulti eſt quædam conſultatio, & omnis prædictio ac præcognitio illius poteſt dici divinatio: propriè tamen his tacitè vel expreſsè conſulitur dæmon, iſtis verò Deus. Leonh. à Ryſſen in *d. tract.* poſtquam circa ſortem, quam omnem impugnat Gatakerus, defenſionem piæ veritatis, atque ejusdem amantiſſimi Ameſiii induxiſſet, unam atque alteram objectionem adjicit. *Prima eſt*, Si in quavis ſorte neceſſariò ſit immediata Dei providentia, tum in poteſtate hominis eſt efficere, ut Deus operetur immediatè ad placitum ſuum, Gatak. *d. nat. ſort. c. 7 p. 184.* Reſpondet. 1. Grande abſurdum! Si in precibus petatur ſpecialis Dei providentia; tum in poteſtate hominis eſt efficere, ut Deus operetur ſpeciali modo. Si in peccatis requiratur providentia permiſſiva, tum in poteſtate hominis eſt efficere, ut Deus peccata permittat. Imò ſi in omni opere immediatus requiratur præcurſus; tum eſt in poteſtate hominis efficere, ut Deus operetur immediatè. Idem in uſu Sacramentorum urgeri poſſet. Reſpondetur 2. Non dicimus hic eſſe immediatam providentiam ratione omnium, quæ ſic fiunt, ſed immediatum præcurſum & ſpecialem directionem, quâ Deus rem in ſe contingentem eò dirigit, quò cauſæ ſecundæ eam dirigere non valent, ut ſcilicet ita exeat ſors. V. G. cadat ſuper Matthiam. 3. Reſp. Deus nec operatur, nec cooperatur cum creatura, niſi velit. Manet ergo ubique cauſa prima, excitans creaturam, & concurrens cum eadem. *Altera objectio eſt*, Quis non videt, quòd ſitus ſortis hoc aut illo modo ordinariè veniat immediatè ab actione creaturæ? Reſpondet, Id Ameſius non videt, & multi cum ipſo, Nam 1. idem, quod creatura hic agit, agit etiam in ſorte ſacra, ubi tamen ſpecialis Dei actio agnoſcitur. 2. Ratione creaturæ omnia contingenter eveniunt. Et quod eo modo, non oppoſito, ſors exeat, id non à judicio, directione aut intentione cauſæ ſecundæ, ſed primæ. Quæ omnia ita regit, ut ita ſors exeat, quomodo ipſa conſultum duxit. Quæ alia moneri poſſent, lubentiſſimè omitto, tutius exiſtimans culpâ ignorantiæ in rebus divinis, quas ex aliorum ſcriptis ſubinde tango, vacare, quàm illam deprecari.

SORTILEGIA vetantur, *t. t. X. d. ſortileg.* ſicque omnis tollitur divinatio ac magia, quæ ſalutem & bonum procurare videtur, quia nihil poteſt eſſe bonum aut purum, quod ex pactione cum Dæmone aut ejus arte oritur. Et licet eſſet bonum per ſe, quia tamen ab eo prodit, polluitur. Vid. *c. illud. & c. qui ſine. 26. q. 1.* differentiam, in qua *Artes mathematicæ &c.*

Præferendum eſt jus Canonicum ſolidis rationibus ſuadet Leo Imp in *conſt. 65.* Ut verò diſtinctiùs agatur in tanto materiarum confluxu, Tres conſiderandi modos in hac materia ſubminiſtrat jus Canonicum, quos innuit Corvinus in *jure Canon. libr. 4. tit. 29.* 1. Quid ſit ſortilegium. 2. Qui ſortilegi propriè dicantur. 3. Quæ divinationis ſint ſpecies. Non lubet aliunde mutuari, quæ copiâ ſuâ abundarent: ſufficit

Nullis criminationibus implicanda ſunt remedia humanis quæſita corporibus, aut agreſtibus locis innocenter adhibita ſuffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres aut ventis grandinisque lapidatione quaterentur: quibus non cujusquam ſalus aut æſtimatio læderetur, ſed quorũ proficerent actus, ne divina munera & læta pro-

ea proponere, è quibus prohibitio juſta colligitur. Quoad 1. Sortilegiũ in genere omnem divinationis, impietatis, vanitatisq; magicæ ſpeciem comprehendit, *c. ſi per ſortiarias.* 33. *q.* 1. Vid. & Plin. *libr.* 28 *c.* 4. Quoad 2. Sortilegi dicuntur, qui ſub nomine ficti religionis per quasdam, quas Sanctorum ſeu Apoſtolorum vocant, ſortes divinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcunque ſcripturarum inſpectione futura promittunt, *c. Sortilegi.* 26. *q.* 1. & 2. *ex Iſidor. libr.* 8. *Etymol. c.* 9. Quoad 3. Divinationis plures ſunt ſpecies; per terram, quæ Geomantia; per aquam, quæ Hydromantia; per aërem, quæ Aëromantia; per ignem, quæ Pyromantia, *c. igitur genus.* 26. *q.* 3. & 4. *c. nec mirum.* 26. *q.* 5. Sunt & Incantatores, qui verbis & cantionibus ad ſortilegia utuntur; Arioli, qui in aris Idolorum & per aras ſuperſtitiones ſuas agunt; Haruſpices, qui in ſingulis negotiis exta inſpiciunt; Augures, qui avium garritus, voces, actiones obſervant; Auſpices, qui aves conſiderant; Genethliaci, qui ex geniturıs; Salitores, qui ex membrorum ſaltu præſagiunt, Pythones, qui ex dæmone; Aſtrologi, qui ex aſtris; Præſtigiatores, qui aciem oculorum perſtringunt, & magicis artibus faciunt apparere, quod non eſt, & quod eſt, celant, *d. c. nec mirum.* 26. *q.* 5. *d. c. igitur genus.* Hactenus Corvinus. Videri poſſunt Caſparus Peucerus in *commentario d. præcip. divina: generi'* Tholoſanus in *ſuo ſyntagm. jur.* refert Catoptromantiam, divinationem ex ſpeculis nitidiſſimis: Chriſtallomantiam, vaticinium ex puro Chriſtallo: Dactylomantiam, per annulos ad certas conſtellationes fabricatos: Onychomantiam, ex ungue pueri impolluti: Coſcinomantiam, divinationem per cribrum: Axinomantiam, divinationem per ſecures: Cephalæomantiam, per caput aſini aſſatum ſuper prunas: Oniromantiam, divinationem per inſomnia. Botanomantiam, per herbas: Necromantiam, per manes: Necyomantiam, ex cadaveribus: Sciomantiam, ex umbris: Aſtragalomantiam, ex jactu aſtragalorum: Geomantiam, ex projectione punctorum & linearum: Phyſiognomiam, ex facie: Chiromantiam, ex inſpectione linearum manuum: Splanchnoſcopiam haruſpicum, ab hoſtia ab ara dempta ita appellatam, & ſpecialiter prohibitam in *l. nullus C. d. malef.* Hydromantiam ex annuli ictibus in cyatho factis, & illam inſpectionem, qua fit per aquam, in quam advocantur umbræ & imaginum ludificationes. Sunt inter Lithuanos Sortilegi tales, quos Linguâ Ruthenicâ Burtii vocant, qui Potrimpum invocantes ceram in aquam fundunt, atque ex ſignis inter fundendum figuratis vaticinantur. Meminit author Reip. Moſcov. cujusdam mulierculæ, quæ cum juſto longiorem ſui filii abſentiam ampliùs ferre non poſſet (erat enim ex Boruſſia in Daniam profectus) in ſciſcitationem ſimilem ceram adhibuit, in qua navem fractam conſpexit, & res ita fuit, filius naufragio perierat, & quæ ſunt ſimilia alia divinatoria, quorum præter allegata d. author magnam partem producit, quibus maximè in hodiernum usque diem intentos adhuc Perſas memorat author Reip. Perſicæ. Addit Joh Sprengerus in *diſp polit. jurid. d. ambig. fortun. imper. th.* 12. Cabalam, non illam legitimam, ſed ſpuriam, ad quam ſpectat id, quod commune inter Judæos febris quartanæ antidotum eſt. Scribunt ſuper plumbo nomina quatuor fluviorum ex Paradiſo oriundorum, quorum mentio fit *Geneſ.* 2. *v.* 11. & collo febricitantum appendunt pro medicina, ſicut & plurima alia diabolica Cabalæ inventa Judaica habet colluvies, quibus ut plurimùm ſcatent illi, quos Rabbi appellant, & quæ aliquoties in aliorum perniciem ſunt excogitata, nullam omnino rationem habentia. Nec minor vanitas hæc eſt, quòd imago Herculis ſupinè jacentis & leonem vincentis collo appenſa firmum contra colicam amuletum credatur. Sic credula antiquitas ab Hieronymo reprehenditur, quòd putaverit ſe fortiorem, quando imaginem Alexandri auro vel argento incluſam geſtavit. Commune id eſt, quod de Abracadabra tradunt, quod vocabulum in modum trianguli redigunt, & ſemper detractâ unâ literulâ ſcribunt, ut triangulum conſtituat, quod ita chartæ inſcriptum atrociſſimam febrim curare quidam vanitatis ſectatores ſtatuerunt, & quæ ſunt alia inaniſſimarũ obſervationum irritamenta. Non o. *d. l.* 4. ad quam reſp. Conſtantinum adhuc rudem rerum fidei ſuperſtitioſa ad fi-

bores hominum ſternerentur, *l.* 4. C. *d. malef.* & *mathem.*

Digitized by Google

nem bonum remedia permiſiſſe: ita Anton. Contius & alii: addunt quidam poſteriorem hanc legis partem ex libro βασιλικῶν tanquam iniquam rejectam. Martino Delrio *diſquiſ. magic. libr. 3. p. 2. q. 4. ſect. 8.* non videtur in lege quicquam iniqui contineri. Nam Conſtantinus remedia ſuperſtitioſa non approbat, nec etiam licita eſſe pronunciat, ſed duntaxat decidit in foro civili non eſſe puniendos, nec ſeveriſſimis legibus (ſcil. contra maleficos latis) vindicandos, qui maleficia vel calamitates ſuperſtitioſis modis depellerent. Certè æquiſſimum eſt non eandem ſubire conditionem eos, qui contra ſalutem hominum aut pudicitiam moliuntur, & eos, qui innocenter (ſic loquitur) iſta remedia adhiberent ad maleficia diſſolvenda. Si perpendas, iſta Accurſii & Bartoli mens fuit. Non etiam obſt. non rarò evenire, quæ ab iſtis prædicuntur. Reſpondet Auguſtinus *libr. 2. d. doctr. Chriſt. c. 23.* Illuſionibus & deceptionibus prævaricatorum Angelorum evenit, ut iſtis ſuperſtitioſis & pernicioſis divinationum generibus multa præterita & futura dicantur, nec aliter accidant, quàm dicuntur, multaque obſervantibus ſecundùm obſervationes ſuas eveniant, quibus implicati curioſiores fiant, & ſeſe magis magiſque inſerant multiplicibus laqueis pernicioſiſſimi erroris, de quo inferiùs in eadem differentia. Non denique obſt. impietas eorum Magnatum, qui Magos in deliciis habuere, ut fecit Wilhelmus Hollandus, Rom. Imp. de quo ita ſcribit Joannes de Beka (ut habet Beſoldus *libr. polit. 1. c. 3. num. 5.*) in *chron. Ultraject. p. 69.* Appropinquante Theophaniâ Domini Rex migravit ad Coloniam, ut ibi in honorem trium Magorum ſolennem immolaret hoſtiam. Fuit enim illis diebus regens & legens apud Coloniam Dominus Adelbertus, Ratiſponenſis Epiſcopus, de ordine Prædicatorum, magnus in Nicromantia, major in Philoſophia, ſed maximus in Theologia, qui Regem humilimè precabatur, ut in die ſolenni ſecum diſcumbere dignaretur. Rex autem ſperans aliquod prodigiale ſignum videre, noluit eidem reverendo patri ſupplices preces denegare. Celebratis igitur Epiphaniæ ſolemnibus, idem Epiſcopus à ſtudorio ſuo progrediens Regem cum ſua familia gratioſè ſuſcepit. Quam extra cænaculum in quodam viridario ſecum abduxit, ubi miniſteriales miræ pulcritudinis fuerunt, qui ad convivalem lætitiam quævis neceſſaria præparaverunt. Fuit utique diebus illis hyems aſperrima, totaque ſuperficies terræ cooperta nive maximâ; quapropter univerſa multitudo Procerum murmurare cœpit adversùs Epiſcopum, quòd in tam horrido frigore convivas ſuos abſq; foco prandere juſſiſſet intra pomarium. Sed poſtquam Dominus Epiſcopus futurorum omnium conſcius unà cum Rege reſideret ad menſam, & omnis conviva ſecundùm ſtatum dignitatis ſuæ locatus expectaret eſcam: ecce glaciei & nivis immenſa moles in momento diſparuit, ac æſtivus calor emicantibus ſolis radiis ferventer invaluit; terra gramineum germen edidit: vernantes flores in mira venuſtate floruerunt: una quævis arbor frondibus extemplo viruit, & maturos fructus ad veſcendum cunctis exhibuit; vinea florens odorem ſuavitatis reddidit, & recentes uvas in ubertate magna citò præbuit: garritus volatilium applaudentibus alis illic introivit; quarum grata modulatio cunctis accumbentibus magnam exultationem intulit. Quare longiùs algor hyemalis frigiditatis prorſus evanuit, & fervor æſtivalis caliditatis in tantum efferbuit, ut quidam diſcumbentium propter aëris intemperiem exutis duplicibus indumentis ſeminudos ſe facerent, & plurimi ſub frondoſis arborum frondibus refrigerium quærerent. Miniſteriales verò detulerunt ubique copioſam epularum plenitudinem, ita ut abunde ſatiarent populoſam convivarum multitudinem: & lætatus eſt Rex cum ſimiliter diſcumbentibus, in eadem curia tot & tanta cernens inaudita mirabilia. Expleto demum convivio turba miniſterialium tanquam phantaſma diſparuit: garritus avium omnino ſiluit: germen arboreum confeſtim evanuit: florida tellus marceſcens exaruit: copia nivis iteratò rediit: gelu truculenter inhorruit; ut omnes, qui exutis veſtibus deſudaverunt intra convivium, nunc trepidantes accelerarent ad ignem infra cœnaculum. Reſpondet his Magnatibus ſua impietas: reſpondent ipſæ gentes, quæ quamvis veram religionem ignorarent, lumine quodam naturali ſortilegia eſſe damnanda intelligebant, *l. 4. §. 1. ff. famil. erciſc.* Si quis

per mo-

Digitized by Google

per monumentum tranſiſſe veſpere argueretur, ut veneficus, ſepulcrorumque horrores, & errantium ibidem animarum ludibria colligens, reus capitis interibat, Ammianus Marcellinus *libr.* 19. Et verò ſi non reſponderet impietas: ſi non Gentilium lumen naturale: ſi non reatus capitalis; reſponderent præſtigiatricium actionum pericula. Quod teſtatur exemplum Johannis Fauſti. Qui cum aliquando apud notos diverteret, petierunt ab eo ſpecimen quoddam artis ſuæ, Quod cum ipſe diu multumque renuiſſet, importunitate tandem Sodalitii ebrii victus promiſit, ſe illis, quodcunq; expeterent, exhibiturum. Unanimi igitur conſenſu poſtulatum, ut illis vitem plenam racemis exhiberet. Hoc cum ſe facturum recepiſſet, ſerio interminatus eſt, ne quis ullam uvam decerperet, donec ille juberet, ſecus ſi facerent, imminere periculum capitis. Conſenſere omnes, mox ludibriis ſuis huic ebriæ turbæ oculos ita perſtrinxit, ut illis tot uvæ miræ magnitudinis & ſucci plenæ in vite pulcherrima apparerent, quot ipſorum adeſſent. Rei itaque novitate capti, & ex crapula ſitibundi ſumptis ſuis cultellis exſpectarunt, ut illos uvas reſcindere juberet. Tandem cum illos aliquandiu in errore ſuſpenſos tenuiſſet Fauſtus, ſubitò in fumum abeunte vite cum ſuis uvis, conſpecti ſunt ſinguli tenentes loco uvæ, quam unusquisque apprehendiſſe videbatur, ſuum naſum, appoſito ſupernè cultello, ita ut ſi quis immemor præcepti dati uvas ſecare voluiſſet, ſe ipſum naſo mutilaſſet, Philipp. Camerar. *cent.* 1. *horar. ſubciſ. c.* 70. Accuratè hanc in rem Forſtnerus ad 2. *Annal. Tac. libr.* Ratio prohibitionis, quà omne divinandi genus legibus eſt interdictum, eſt duplex; una Principum ſecuritatem concernens, altera univerſalis. Turbant ejusmodi de Republica prædictiones animos parentium, & inanes ac interdum ſceleratas ſpes ſubjiciunt incautis (Dio Caſſ. *libr. LII.*) — *nos pravum ac debile vulgus*

Scrutamur penitus Superos: hinc pallor & iræ,
Hinc ſcelus, inſidiæque & nulla modeſtia voti.

Inde Hadrianus Imperator obſtruxit venas fatidicas Caſtalii fontis ſaxorum ingenti mole; ne ut ipſe ſe imperaturum præcinentibus aquis compererat, etiam alii ſimilia docerentur. (*Ammian. Marcell. XXII.*) Altera cauſa eſt, quod fallunt plerunque magicæ ſortes: & qui veriora dixiſſe videntur magi, non ab aſtris, ſed à Geniis & execrabili ſpirituum familiaritate habent. Hi enim transacta inter homines ſecretaque accuratè explorant, & ſagaciter de futuro conjiciunt. Vel etiam, quemadmodum ſi cæcus vim lapidum ſpargit, aliquando imprudens tangit metam; ſic dum multa & paſſim harioli mentiuntur, nihil mirum eſt, ſi nonnunquam fortuna illorum audaciam commendat. Denique crediderim, Deum eſſe, qui in vindictam impiæ crudelitatis nonnunquam repræſentet mortalibus ea ipſa, quæ ſibi non à Deo, ſed à ſyderibus metuerunt. Sed ut dixi, ſæpiſſimè fallunt vaniſſimæ artis jactatores (*v. D. Auguſtin. VII. Confeſſ. VI. Pic. Mirand. contra Aſtrolog. Jo. Barcl.* 11. *Argen.*) Quod appoſito exemplo demonſtrat in monitis politicis Juſtus Lipſius. De Alexandro Epiri Rege nota eſt hiſtoria ex Livio. Ego alia tria addam. Julianus Cæſar Phrygiam ſibi fatalem fore oraculo didicerat. Sed ignorabat miſer, locum in Perſia, ubi cæſus eſt, Phrygiam appellari. (*Ammian. XXV.*) Murzuflo, Byzantiorum tyranno, fatidici reſponderunt, urbem non niſi per Angelum capi poſſe. Turris erat contigua mœnibus, quæ Angeli dicebantur, quòd ibi nuncii cœleſtis ſignum ſitum erat. Per illam irruperunt in urbem Franci, cæterique Latini Græcorum hoſtes (*P. Æmil. libr* 6. *d. reb. geſt. Franc.*) Refert Guilielmus Neubrigenſis, (*libr.* 4. *hiſt. Angl.*) Stephanum quendam, quem ipſe Richardi Regis Procuratorem Andegavenſem vocat, abſente Rege improbas ſpes concepiſſe, denique de ſuis fatis dæmones conſuluiſſe. Cumque initio quæſiviſſet, viſurusne iterum eſſet Regem, idque negaſſet impoſtor ſpiritus: iterum rogavit, quamdiu cum imperio futurus eſſet: Reſpondit dæmon, quamdiu vives. Denique ſciſcitanti, ubi moriturus eſſet, reſpondit, in Pluma. Cœpit igitur Stephanus confidenter expilare populares: quippe de regis reditu ſibi videbatur ſecurus, & ſolerter caverat, ne ullibi locorum plumæ inſideret, incubaretve. Sed cum paulo pòſt in obſidione caſtelli cujusdam captus eſſet, miſer ibi miſerè trucidatus eſt. Erat autem caſtello

Digitized by Google

nomen Pluma. O ludibrium! Mirum itaque eſt, Paullum V. Pont. Mathematicorum & Aſtrologorum vitæ exitum ei intra paucos menſes prædicentium, nugis adeò deditum fuiſſe, ut veneficii metu nulla niſi à ſororiis parata obſonia ſumeret, denique eò procederet vanus metus, ut fratres Borgheſii tres ac viginti profeſſionis illius homines intra ſuas ædes coactos Pontificis fata ſcrutari juberet. (*Andr. Maur. 16. hiſt. Ven.*)

SPADO removetur à contrahendo matrimonio, *c. 2. X. d. frigid. & malefic.* in quo ſpado infanti comparatur.

Non removetur à contrahendo matrimonio, cum ei tantùm ſit accidentarium impedimentum, quod ſanari aut tolli poteſt, Zœſius ad *Decret. tit. X. d. frigid. & malefic. num. 6.* Weſenbecius ad *tit. ff. d. adopt. num. 4.* apud quem ſpadonibus, quibus meatus ſeminis vitio impediti contortique ſunt, cum ſpes ſit vitio ſublato eos ad generandum fore idoneos, adoptio minimè eſt inhibenda, *l. 4. §. ult. ff. d. adopt.*

Cujacius ad *c. 1. col. 2. X. eod. ex d c. 2.* facit differentiam inter Pontificium & Civile jus. Verùm iſte textus nihil tale habet, ſed ſimpliciter ait, pueros & impotentes minimè aptos ad contrahenda matrimonia reputari, quia non poſſint reddere debitum. Ubi nomine impotentium veniunt illi, qui perpetuò tales ſunt, non etiam, quibus temporale eſt vitium, ſecundùm diſtinctionem juris Civilis, à quo non eſt dicendum recedere Canonicum, ſi non ſit expreſſum, arg. *c. 1. X. d. N. O. N.* Vid. differentiam, in qua *Impotentia ſeu frigiditas.* & Zœſium in *all. loc.* Hunnium *vol. ad Treutl. 2. diſp. 15. th. 3. q. 32 l. 9. in pr. ff. d. liber. & poſth.* ubi ſi quis poſthumos, quos per ætatem aut valetudinem fortè habere non poteſt, heredes inſtituit, ſuperius teſtamentum rumpitur: quod natura magis in homine generandi & conſuetudo ſpectanda eſt, quàm temporale vitium aut valetudo, propter quam abducatur homo à generandi facultate. De ambiguitate vocabuli agunt *l. 6. §. ult. junct. l. 7. ff. d. ædil. ed. l. 39. in §. ff. d. jur. dot.* & in *l. 14. §. ult. d. manum. vind.* ſi ſpado velit matrimonii causâ contrahere, poteſt. Et verò ſi temporale vitium removeret à contrahendo matrimonio, contractum quoque dirimeret; quæ orirentur jurgia, quantæ querelæ, ſi quivis temporalis morbus aut etiam morbi opinio individuam vitæ matrimonialis conſuetudinem turbare, aut omnino dirimere poſſet! Maritus vellet illam in uxore cantilenam, quâ Muſas olim in Cadmi nuptiis dulciùs ceciniſſe figmenta Poëtarum narrant: quòd ſi interdum ſeveriori ſit vultu, nollet hanc pati tetricitatem: ſi ægrotaret fato ſic urgente, hoc ægritudinis fatum deſertione ſolaretur. Uxor è contrario, ne tranquillitati quid decederet, aut negotium otio interveniret, in marito accuſaret animum ſubinde ab humanis cogitationibus alienum, à curis domeſticis divulſum: non poſſe illum definiri, ut aquam quotidianam definit Ulpianus in *l. 1. §. 2. ff. d. aq. quotid. & æſt.* eſſe illam, quâ quis quotidie poſſet uti, ſi vellet. Senſim remitteret verecundia, quam ſi, etiam in morbis, non conſervat caſtus & legitimus amor, lubido fit ac turpis procacitas. Ab hac quæſtione priùs quàm abeam, removenda ſunt duo dubia, alterum juris Canonici, alterum juris Civilis. Nam ſecundùm jus Canonicum temporalis morbus videtur eſſe cauſa ſufficiens, ob quam matrimonium reſcindatur, *c. Fraternitatis tuæ. X. d. frigid. & malefic.* Reſp. in *d. c.* proponitur morbus temporalis, qui credebatur eſſe perpetuus, cui fidem faciebat Archipresbyter, unde autem, Pontifex non addit. 2. Credebatur ideo perpetuus propter certitudinem pleniorem, quâ Epiſcopus Altiſſiodorenſis quaſdam matronas ſuæ parœciæ providas & honeſtas evocavit, diſtrictè illis injungens, ſub periculo animarum, ut mulierem ipſam prudenter inſpicerent, & perquirerent diligenter, utrùm idonea eſſet ad viriles amplexus, quæ tandem in fide ſua aſſeruere conſtanter, quòd eadem nunquam poterat eſſe mater aut conjunx, tanquam cui naturale deerat inſtrumentum. 3. Propo-

nitur

Digitized by Google

nitur id, quod nemo ſperabat, contigiſſe poſtea, quòd mulier invenit, qui ſeras hujusmodi reſeravit, & abjiciens continentiam alii ſupernupſit: ideoque hunc morbum fuiſſe temporalem, ſive ſeras illas fecerit reſerari artificio medici, ſive concubitu viri, ſive alio modo: nam non poteſt eſſe impedimentum perpetuum, quod præter divinum miraculum per opus humanum abſque corporali periculo potuit removeri. Tandem interrogat Pontifex circa illam, quæ adeò arcta eſt, ut à viro, cui nupſerit, nunquam potuerit deflorari, ideoque ab eo judicio Eccleſiæ ſeparata nubit alteri, cui arcta non ſit, & per frequentem uſum ſecundi redditur etiam apta primo: utrùm ad eum redire debeat, cum quo fœdus inierat conjugale prius? Ne erret, qui perſuaſione ſuâ errare non poteſt, nihil reſpondet, quoniam hoc non eſt reſpondere, De talibus non eſſe facilè judicandum: cum finale judicium pendeat ex futuro. Hæc quoad jus Canonicum. Secundùm jus Civile nec videtur obſtare perpetuus morbus, quia matrimonium in articulo mortis, qui non diſtinguit temporalem aut perpetuum morbum, quum omnem morbum finiat, contrahi poteſt, *l. hoc genus. 106. ff. d. C. & D. l. ſancimus. 27. C. d. nupt.* Joann. Bapt. d. S. Blaſio. *conſ. 406. num. 9. inter conſ. Jo. Crotti libr. 3.* Alex. in *l. ſi quis poſthumos. 9. ff. d. lib. & poſth.* & quos præterea allegat Harpprechtus ad *§. ult. I. d. nupt. num. 19.* Hanc quæſtionem ita inducit Valentinus Forſterus in *comment. d. ſucceſſ. ab inteſt.* Quæſtio hæc ab omnibus non conſtanter deciſa eſt, verùm diverſas ſententias nacta eſt. Aliqui enim matrimonium prorſus contrahi non poſſe affirmant: quia matrimonia principaliter inſtituta ſunt ſobolis procreandæ & caſtitatis ſervandæ causâ. De eo verò, qui in agone mortis eſt, nulla ſpes ſobolis haberi, neque fornicatio timeri poteſt. Ceſſante itaque causâ meritò effectus ceſſabit. Deinde ex Baldi opinione in extremo vitæ ſpiritu cum effectu nec dos conſtitui, nec dotale inſtrumentum confici poteſt, *l. Julianus 20. in fin. ff. d. jur. dot.* multò minùs itaque legitimatio perficietur, Baldus in *l. eam quam. C. d. fideicomm.* Præterea exploratí juris eſt frigidos, maleficiatos, eosque omnes, qui ad debitum carnale præſtandum idonei non ſunt, à matrimonio contrahendo arceri, *c. 2. X. d. tit. d. frigid. & malef.* illi maximè tales ſunt, qui animam agunt, Ulteriùs quando eſt impedimentum etiam non perpetuum, quod tamen non poteſt ſine corporis periculo amoveri, tum tale impedimentum matrimonii contractum impedit, *d. c. fraternitatis.* Tale autem impedimentum eſt in iis, qui in agone mortis conſtituti ſunt. Quæ Forſterus addit, ſolvunt quodammodo dubia, ſed quia minùs palato purgatiori ſaperent, omitto. Primò igitur reſpondeo conjungi, quæ erant ſeparanda; ſobolis enim procreatio non eſt in noſtra poteſtate, cum noſtræ poteſtatis ſit ſervare caſtitatem. 2. caſtitas non eſt procreare ſobolem, ſed caſtitas eſt non ex alieno toro procreare ſobolem. 3. caſtitas præcedere poteſt matrimonium, ita ut in matrimonio perſeveret. 4. etiam qui in agone mortis eſt conſtitutus, reſumere poteſt eas vires, quibus ſobolis procreationem meliores quærunt, deteriores fornicationem ſectantur. 5. Etiamſi vires non reſumant; cenſentur eas continuare vires, quibus ante mortis agonem cum concubina toleratam conſuetudinem aluerunt. 6. Quando ex *d. l. Julianus. 20. in fin. d. jur. dot.* Interpp. eliciunt, in extremo vitæ ſpiritu cum effectu nec dotem conſtitui, nec dotale inſtrumentum confici poſſe, legis intentionem non aſſequuntur, quoniam in ea hoc ſolum quęritur, An dos exiſtimetur conſtituta, quæ fuit collata in id tempus, quo matrimonium futurum non eſt, & reſpondetur, quòd non, *l. 56. §. 1 l. 76 in fin. ff. eod* 7. A' dotis conſtitutione, quæ reſpicit conſtans matrimonium, non progredimur ad legitimationem, in qua ſufficit haberi matrimonium, ac ſi præceſſiſſet. 8. Nec progredimur à matrimonio contrahendo, in quo conſideratur tantùm intereſſe eorum, qui matrimonium contrahunt, ad matrimonium, cui accedit perſona ejus, cujus intereſt legitimari, nam ut ille legitimetur, admittitur moriens, ſaltem prohibetur mortuus. 9. Non tam attenditur vitium contrahentium, quod matrimonio tolli non poteſt, quàm vitium naturalium, quod legitimationis medio faciliмè tollitur: facilimum quippe eſt medium, quo defectui naturæ legis proviſio ſubvenit.

Spoliato tria potiſſimùm remedia ratione ſpolii prodita ſunt, 1. ex *can. redintegranda. 3. cauſ. 3. q. 1.* 2. condictio ex *c. ſæpe 18. X. d. reſtit ſpol.* 3. condictio ex *c. frequens. eod. in 6.* Spoliatus tamen ita reſtitutionem obtinebit, ſi duo hæc probaverit, nimirum ſe fuiſſe in rei poſſeſſione, vel quaſi tempore ſpoliationis: item ſe ſpoliatum fuiſſe ab eo, adversùs quem agit, ſive ipſemet ſpoliaverit, ſive ſpoliari mandaverit, vel ab alio factam ſpoliationem ratam habuerit. Vid. Joan. Franciſc. Balthaſar. *pract. reſol. juris Civ. & Bavar. part. 5. tit. 20. reſol. 1. à num. 18.* Manzium ad *§. 4. I. d. public. judic. num. 47.* Johan. Baptiſt. Sutting. in *obſ. pract 39.*

Omnium ſaluberrimum eſt remedium, ex *d. c. redintegrand. 3. cauſ. 3. q. 1.* quod ſine ulla perſonarum & rerum diſtinctione ſpoliato datur contra quemcunque poſſeſſorem, etiam bonâ fide & cum titulo poſſidentē: quemadmodum in Camera Imperiali aliquot vicibus ſuo tempore in judicando obſervatum fuiſſe tradit Mynſing. *cent. 3. obſ. 8. num. 6.* Unde cauti advocati eſſe debent, ut ſuis clientulis vel agendo vel excipiendo patrocinium præſtare volentes ſemper hoc remedio, quod omnium pleniſſimum & tutiſſimum eſt, utantur. Quamdiu hoc remedium duret, vid. Menoch. in *tract. d. recup. poſſ. reme l. 15. num. 416. & ſeqq.* Gemina hic ſubnaſcitur quæſtio, quam movet Zœſius ad *tit. Decretal X. d. reſtit. ſpoliat. à num. 10.* Prima eſt, *An exceptio ſpolii removeat agentem per modum reconventionis?* Reſp. Inſpecto jure Civili minimè removeri ut patet ex *l. 7. C. ad L. Jul. d. vi publ. vel priv.* quòd ultimum vitium primò ſit purgandum, & quòd peccaverit ſecundus ſpoliator contra prohibitionem juris, ſibi propriâ autoritate jus dicendo, in cujus odium & pœnam indiſtinctè audientia denegatur. Jure tamen Canonico ejusmodi exceptio videtur obſtare ſpoliato agenti, cum non continuò & ante omnia reſtituatur, ſed audiatur reus objiciens ſpolii exceptionem per expreſſum textum in *c. fin. X. d. ord. cogn.* ubi dicitur audiendus reus ſuper quæſtione ſpoliationis. Quod aliqui accipiunt, quando ſpoliatio hinc inde eſt facta circa res diverſas, non circa rem eandem. Qui intellectus non videtur poſſe ſubſiſtere, cum *d. c. fin.* ſimpliciter loquatur, & ſpoliatio circa res diverſas non debeat poſſe excludere una aliam, aut impedire reſtitutionem per compenſationem, quæ non habet locum niſi in quantitatibus. Unde veriùs accipitur *d. c. fin.* de ſpoliatione circa unam & eandem rem, ut primus ſpoliator agens contra ſecundum ſit indignus privilegio reſtitutionis juxta vulgare dictum, Qui paratus eſt in alium dicere, ipſe omni vitio careat. Secunda quæſtio eſt, *An jure Canonico exceptio dominii notorium prædonem ſpoliatum removeat?* Reſpond. Primâ facie videri non removere. Pro quo primò facit, quòd ſpoliatus etiam prædo ante omnia ſit reſtituendus de rigore juris, *c. 1. X. d. reſtit. ſpol.* Non factâ diſtinctione an contra dominum, an contra tertium ſpoliantem. Secundò quod reſtitutionis petitio ex cauſa ſpoliationis ita ſit privilegiata, ut actor non cogatur reſpondere ſpoliatori ante reſtitutionem, *c. 3. X d. ord. cogn.* Ex quibus & aliis eſt collecta regula & recepta ſpoliatum ante omnia eſſe reſtituendū. Tertiò videtur facere textus in *c. porro. X. d. divort.* ubi etiam poſitâ publicâ & notoriâ parentelâ dicitur tamen vir non poſſe expellere uxorem ſuam absque judicio Eccleſiæ, jubeturque recipere tam temerè expulſam. His tamen non obſtantibus dicendum nihilominus ceſſare reſtitutionem. Quam ſenten-

Recuperandæ poſſeſſionis interdictum eſt unde vi, quod datur ei, qui vi de poſſeſſione rei immobilis dejectus eſt, adversùs eum, qui dejecit, ut poſſeſſionem reſtituere cogatur, licet dejectus vi vel clam vel precariò poſſideat, *§. 6. I. d. interd.*

Digitized by Google

ſententiam quidam probare nituntur *c.literas.*13.*X.d.ti.d reſt.ſpol.* ubi oblatâ in continenti probatione cauſæ, ob quam quis alterum conjugem ſpoliavit, non datur plena reſtitutio. Verùm iſte textus parum facit, cum loquatur in caſu ſpeciali, quo agitur de vitando peccato inceſtûs, à quo conſcium impedimenti non ſalvaret mandatum Judicis, ut patet ex ipſo textu, & cum deciſio iſta ſit ſingularis, non venit extendenda. Rectiùs aliqui in probationem poſterioris opinionis allegant *c. fin. eod. in* 6. ubi ſpoliatus ab eo, pro quo eſt jus commune, nequaquam dicitur reſtituendus, non aliâ ratione, quam quòd clarum ſit eum injuſtè poſſidere, ſpoliantem verò eſſe dominum. Nec eſt, quòd quis dicat ibi agi de cauſa beneficiali, in qua ſi de jure ſpoliantis pateat, ideo denegari reſtitutionem, ne detur vitioſus ingreſſus; cum in beneficiis ſupra dicta regula, de reſtituendo ante omnia ſpoliato, obtineat, ſi non conſtet de jure, ut patet ex *c.*5. *h. t.* Facit pro iſta parte ratio, quòd, cum conſtet de jure proprietatis, non ſit attendenda cauſa poſſeſſionis: hæc enim licet in pronunciatione ſit præmittenda, illa tamen in executione prævalet, *c.*7. *X.d.cauſ. poſſ. & propr.* Ut fruſtraneum foret concedere reſtitutionem prædoni contra dominum, cui mox rem reſtituere cogeretur. Facit eo textus in *l. bona fides. ff. depoſ.* ubi licet depoſita res ſit reſtituenda ipſi deponenti, dominus tamen comparens præferendus, quòd juſtior ejus cauſa. Nihil obſtat regula primo & ſecundo loco allata, quia rectè accipitur in caſu, quo non concurrit dominus cum notorio prædone. Non obſtat tertium, nam aliqui reſpondent in iſto *cap.* idcirco juberi reſtitutionem, quòd dimiſſio conjugis ſit facta contra Eccleſiæ prohibitionem: ſed minùs accomodè, cum & ſit contra juris prohibitionem per vim rem, licet ſuam, alteri auferre, & in odium ſpoliationis videatur lex mandaſſe reſtitutionem ſpolianti. Dicendum itaque in iſto textu agi de diſſolvendo matrimonii vinculo, ad quod nullum notorium poteſt ſufficere, ne quid temere fiat etiam in notorio, ſed expectandum eſt judicium Eccleſiæ. Vid Menochium *d. recup. poſſ. rem.* 1. *num.* 111.

SPONSA ad minus ſtet per annum, antequam per virum ad domum traducatur, *c. inſtitutum. cauſ.*27. *q.*2. cujus ratio eſt apud Ludovicum Romanum in *ſingul.*34. quia gratior eſt fructus, quem ſpes producit in annum.

Sponſalia inter & nuptias poteſt intercedere ſeptennium, nam qui majores ſunt ſeptem annis, contrahunt ſponſalia, *l.*17. *d. ſponſalib.* anno autem demum decimo quarto cõtrahuntur nuptiæ, *pr. I. d. nupt.*

Nulla eſt differentia, Non enim hoc eſt in quæſtione quodnam poſſit inter ſponſalia & nuptias intercedere intervallum, ſed quamdiu Sponſæ, antequam matrimonio conſummato deſinat eſſe ſponſa, ſub ſilenti verecundiæ cultu ſit opperiendum. Deinde jus Canonicum nec proponit annum, quem ſi omnes ſponſæ oppidatim interrogentur, vix ulla proponet: non enim patiuntur diutiùs eludi vota ſua. Hinc & jus Civile in *l.*2. *C. d. ſponſal.* definit, Si is, qui puellam ſuis nuptiis pactus eſt, intra biennium exequi nuptias in eadem provincia degens ſuperſederit, ejuſque ſpatii fine decurſo in alterius poſtea conjunctionem puella pervenerit, nihil fraudis ei ſit, quæ nuptias maturando vota ſua diutiùs eludi paſſa non eſt. Tertiò jus Canonicum non proponit præceptum, ſed conſilium, ne vilem habeat maritus datam, quam non ſuſpiraverit ſponſus dilatam. Laudat cunctationem, non matrimonii contemptum. Si qua rogaret *velut crimen tedas exoſa jugales*

Pulcra verecundo ſuffundens ora rubore,
Inque patris blandis hærens cervice lacertis,
Da mihi perpetuâ genitor cariſſime —
Virginitate frui; dedit hoc pater ante Dianæ.

Reſpon-

Reſponderet *— te decor iſte, quod optas,*

Eſſe vetat, votoque tuo tua forma repugnat:
Phœbus amat, viſæque cupit connubia Daphnes.
Quodque cupit, ſperat, ſuaque illum oracula fallunt?
Utque leves ſtipulæ demptis adolentur ariſtis,
Ut facibus ſepes ardent, quas fortè viator
Vel nimis admovit, vel jam ſub luce reliquit:
Sic Deus in flammas abiit, ſic pectore toto
Uritur, & ſterilem ſperando nutrit amorem.
Spectat inornatos collo pendere lacertos:
Et quid ſi comantur? ait, videt igne micantes
Sideribus ſimiles oculos: videt oſcula, quæ non
Eſt vidiſſe ſatis: laudat digitoſque manuſque
Brachiaque & nudos media plus parte lacertos:
Si qua latent, meliora putat.

Denique jus Canonicum vult in ipſo matrimonio, ne merum ſit libidinis arbitrium, ſubeſſe diſcrimen, quod præſcribit Ambroſius in *c. in omni.d.cauſ.27.q.2.* In omni matrimonio conjunctio intelligitur ſpiritualis, quam confirmat & perficit conjunctorum commiſtio corporalis.

SPONSA committit adulterium, quia committitur adulteriũ cum ſponſa aliena de præſenti ducta, nam talis vera eſt uxor, ut jus Canonicum paſſim obſervat, *c. tertio loco.d. præſumpt. c.2. c. fin. d. ſponſ. duor. c. qui deſponſatam. 27. q. 2.* Conſenſus enim verbis de præſenti expreſſus efficit verum matrimonium, etiamſi copula non intervenerit, quæ ſola nuptias non facit, ut proinde cum hujuſmodi ſponſa commixtio habita ponat alieni tori violationem, Perezius ad *tit. C. ad L. Jul. d. adult. n.3.*

Verius eſt, quod traditur in jure Canonico, adulterium committi cum ſponſa aliena de præſenti, non de futuro, idque ex adulterii definitione probatur, quæ eſt violatio alieni tori: igitur qui accedit ad ſponſam de futuro, minmè violat alienum torum, cum hic ante matrimonium non concedatur ſponſis de futuro. Facit, quod dicit Papinianus propriè adulterium in nuptam committi in *l.6. §.1. ff. d. tit. ad L. Jul. d. adult.* atqui ſponſa non eſt nupta, nec poteſt dici materfamilias: ergo acceſſus ad eam non eſt adulterinus, nec etiam dicitur adulter, niſi qui corrupit alienam matremfamilias. Quoad *l.13, §.1.* non convincitur inde, quod alii volunt, ſiquidem JC. ibi dicat, hoc idem vindicandum eſſe, vid. corruptionem ſponſæ, non tamen tanquam adulterium, dicit enim non permitti violari ſpem matrimonii, ut cum

Etiam committitur adulterium cum ſponſa aliena de futuro, quod patet ex reſcripto D. Severi & Antonini in *l.13. §. 3. ff. ad L. Jul. d. adult.* quæ coitum alterius cum ſponſa vindicandum dicit, eâ ratione, quia nec matrimoniũ qualecunque, nec ſpem matrimonii violare permittitur. Igitur tam ſponſa, quàm qui eam violavit, adulterii crimine obſtringitur. Facit quòd in *§. prac. d. l.* JC. in ea quoque uxore, quæ vulgaris eſt, dicat maritum adulterium vindicare, & in continenti ſubjicit, hoc idem in ſponſa vindicari, & ſic loquitur de adulterio, quod vult vindicanecdum

Digitized by Google

necdum ſit matrimonium, ita necdum ſit materia adulterii, & licet vindicandum ſit, non tamen aliter quam ſtuprum. Itaque colligitur ex §. 8. ejusd. legis, *ſi minor 12. annis in domum deducta adulterium commiſerit, mox apud eum ætatem exceſſerit, cœperitque eſſe uxor, non poterit jure viri accuſari ex eo adulterio, quod ante ætatem nupta commiſit; ſed vel quaſi ſponſa poterit accuſari ex reſcripto D. Severi, quod ſupra relatum eſt.* Proinde de ejus explicatione non amplius laborandum eſt, cum expreſsè conſtituatur differentia inter corruptorem ſponſæ & uxoris. Ubi notandum verbum adulterii generaliùs ſumi, ut & ſtuprum comprehendat, *d. l. 6. §. 1.* Quòd ſi autem puella, antequam deſponſaretur, violata fuerit, poterit ipſa aſſiſtentibus curatoribus ſuam injuriam proſequi, quomodo in *d. l. 7. C. d. tit. ad L. Jul. d. adult.* propter violatam virginem adultam, qui poſtea maritus eſſe cœpit, accuſator juſtus non eſt, & ideo jure mariti crimen exercere non poteſt, niſi puella violata ſponſa ejus fuerit: ac tum quidem non agit jure mariti, & tanquam de adulterio, cum maritus non fuerit tempore criminis, ſed potiùs jure ſponſi tanquam de ſtupro, in ſui injuriam commiſſo propter antecedentia ſponſalia & ſpem matrimonii juxta *l. 15. §. 24. d. injur.* Hanc opinionem fulcit textus in *l. 11. §. 7. ff. d. tit. ad L. Jul. d. adult.* qui dicit, novam rem inſtituere accuſatorem, qui adulterii crimen deſiderat objicere, propter hoc tantùm, quòd priori ſibi deſponſata puella à patre alii in matrimonium fuerit tradita. Videatur Covarruv. *d. ſponſal. p. 1. c. 1.* Sanchez *d. matrim. libr. 1. diſp. 2.* Perezius *d. loc. num. 4.* E` quibus reſpondetur Harppréchto ad §. 4. *I. d. publ. judic. à num. 24.* Hunnio ad *Treutl. vol. 2. diſp. 32. q. 24.* Hermanno Hermes ad *paratitl. Weſenb. in ff. tit. ad L. Jul. d. adult. num. 7. lit. n.*

ri in ſponſa de futuro, nam ſi eſſet de præſenti, non diceretur ſpes matrimonii, ſed verum matrimonium, *l. 30. ff. d. R. J.* Præterea ſuffragari videtur, *l. 7. C. d. tit. ad L. Jul. d. adult.* ubi jure mariti vindicari poteſt coitus cum ſponſa perpetratus; ergo adulterium cum ſponſa comittitur. Hanc opinionem multis argumentis tuetur Franciſcus Sarmient. *libr. 1. ſel. interpr. c. 5.*

SPONSALIA alia ſunt de præſenti (ſic dicta quaſi concepta per verba præſentis temporis, Corvinus *libr. jur. can. 2. tit. 12. cum juribus ibidem allegatis.*) alia de futuro. Harpprechtus ad §. 4. *I. d. publ. judic. num. 26.* Pacius ad *tit. Decretal. X. d. ſponſal. & matrim. num. 2.*

Rennemannus in *Jurisprud. Romano-Germ. diſp. 41. th. 41. lit. d.* circa hanc diviſionem rectiſſimè ſentit, Quia diviſio illa canonica ſponſaliorum, quâ alia ſunt de futuro, & contrahuntur, poſtquam dentes primuli decidêre, Cujacius *ad c. Juvenis. 3. X. d. ſponſal.* quod Rennemanno addi poteſt; alia de præſenti conjugio, non tantùm ex verborum, præſentis & futuri temporis diſcretione, in vernacula præſertim lingua noſtra, plusquam pueriliter deſcripta: Imò quoad ſpeciem poſteriorem naturæ ſponſaliorum, quæ de futuris ſint nuptiis, planè contraria; Sed etiam ſponſalia de præſente vulgò dicta: ſi qua ſint talia: nihil aliud quàm ipſiſſimæ, quæ ſic in jure vocantur, nuptiæ in ſpecie ſunt: meritò illam ut peſtiferam juris ſponſaliorum corruptelam rejicimus. Vid. eund. *diſp. 42. lit. c.* Schraderum *ad tit. Inſt. d. nupt. num. 1. & ſeq.* Joann. à Sande *de prohib. rer. alien. part. 1. c. 2. §. 1.* Rittershuſ. *d. different. jur. Civ. & Can. libr. 1. c. 1. claſſ. 1.* Cujacium ad *c. diſcretionem. 6. X. d. eo, qui cogn. conſang. ux. ſuæ.* Lutherum *in libello* von Eheſachen. qui captavit ubique jus Canonicum ſugillandi anſam, quod agnovit Beſoldus *opuſc. Jurid. part. 4. d. nupt. c. 6. num. 8.* Agnovit in Hotomanno Fachinæus *part. 2. controv. jur. libr. 5. c. 1.* ubi ait, Franciſcus Hotomannus, natione Gallus, profeſſione JurisConſultus, ac eruditus vir, de Jurispru-

Omnia ſponſalia ſunt de futuro, *l. 1. ff. & C. d. ſponſal.* Pacius ad *rubr. D. d. Sponſal.*

dentia, deque omni re literaria bene meritus dici poſſet, niſi hæreticâ pravitate imbutus aliquam ſcriptorum ſuorum partem hæreſis veneno aſperſiſſet, ac proinde (id quod hæreticis hominibus commune eſt) omnem occaſionem adversùs ſacros Canones ac Romanum Pontificem ſcribendi perperam quæſiviſſet. Non tamen crediderim, Domine Fachinæe, eſſe hæreticum, qui adversùs Romanum Pontificem ſcripſerit, nec hæreticâ pravitate imbutum, qui negaverit hunc Pontificis canonem, quo ſponſalia de præſenti aſſerit, eſſe ſacrum. Non obſt. Perezius ad *tit. C. d ſponſal. num.* 4. juxta quem hoc Canonicum Inſtitutum rectè defendi poteſt, tum quòd hic mutua ſit promiſſio, tum quòd effectu ſponſa tantùm promiſſa ſit, needum traditâ poſſeſſione corporis, quæ demum accidit per deductionem in domum viri & conſummationem, quæ matrimonium ponit. Nam quod conſummatum non eſt, adhuc diſſolvi poteſt, tanquam re aliquatenus integrâ, ſi alteruter conjugum religioſam vitam amplectatur, adeò ut tum alteri liceat ad ſecunda vota tranſire, *c.* 2. *&* 7. *X. d. converſ. conjug.* Reſpondemus Perezio, Inde ſequi non alia eſſe ſponſalia de præſenti, ſed nuptias nondum conſummatas jure Canonico faciliùs diſſolvi quàm conſummatas. Nec connivendum eſt in errore Boſchœi, quem refert Covarruv. *tom.* 1. *d. matrim. p.* 2. *c.* 1. *n.* 7. qui putabat non dici propriè matrimonium absque concubitu. Forſan Boſchœus in hiſtoria Romana legit de iis proletariis, de quibus Ræv. ad *l.* 12. *Tabb. c.* 9. & ita vocabantur ab officio prolis edendæ, quòd cum re familiari Rempublicam parum juvare poſſent, ſoboli tamen gignendæ operam darent, & civitatem frequentarent. Vid. differentiam, in qua *Matrimonium quum definitur.* Vel contra *c. ult. X. d. ſponſ. duor.* Boſchœus præfert ſecundum matrimonium copulâ carnali conſummatum primo, quod conſenſu tantùm erat celebratum. Si tamen aliqua ſponſalia de præſenti ſunt admittenda, admittimus illa, quæ verbis ſunt de præſenti, reſolvuntur autem juris interpretatione in ſponſalia de futuro, ut ſi hæc verba, *Accipio te in uxorem*, *Accipio te in virum*, proferantur ab impuberibus, faciunt ſponſalia de futuro, quia ab impuberibus contrahi matrimonium non poteſt, *c. un. d. ſponſal. in* 6. Vid. Philippum Francum ad *c. un. verſ. idem quoque. d. ſponſal. & matrim. in* 6. *num.* 4. Ex omnibus hiſce fit manifeſtum hinc non ſuppullulare novam differentiam, quâ quæritur, An & quatenus in utroque jure à ſponſalibus reſilire liceat? nam ſive probentur bina hæc ſponſalia, ſive improbentur, ſemper de iiſdem quæritur, An & quatenus à ſponſalibus reſilire liceat? Hoc tamen diſcrimen tuentur inter ſponſalia de præſenti & matrimonium Feudiſtæ, apud quos Vaſallus fundo ſuo multatur, ſi cucurbitaverit dominum ſuum, i. e. cum uxore domini ſui concubuerit, vel concumbere ſe exercuerit, *Tit.* 5. *§. item ſi fidelis. & tit.* 21. *§. ult. libr.* 1. *feud. tit.* 24. *§. rurſus ſi domini. tit.* 38. *verſ. & ideo. tit.* 57. *ibi ſi eum cucurbitaverit. libr.* 2. *feud.* Quærunt præterea Feudiſtæ, Privetur ne Vaſallus feudo, Si cum domini ſui ſponſa rem exerceat veneream? Et diſtinguunt inter ſponſam de præſenti & de futuro ii, quos allegat Bocerus in *mod. amitt. feud. tract.* 3. *num.* 20. In dubio autem *præſumaturne ſponſa de præſenti, an de futuro?* Reſp. Vix poteſt eſſe dubium, niſi fingamus caſum, quem elicit Cujacius ex *c. ex litteris.* 10. *X. d. ſponſal.* ſi ſponſalia facta ſint inter duos impubeſcentes, i. e. inoleſcentes & probè puberes, molli jam incipientes pubeſcere veſte, ut Lucretius loquitur. Hi ſunt, quorum vox gallulaſcit, ut Nonius: quorum jam ramus roboraſcit. *Quid verò juris circa niſum ad copulam, an illo ſponſalia tranſeunt in matrimonium?* Affirmat Marſelius in *Lucchi Inſt. Jur. Canon. libr.* 2. *tit.* 9. cum etiam poſt omnia ſolennia niſus aliquandiu fruſtra ſit, ſi præſertim fœmina ſit juvencula, & matrimonium pro rato habeatur.

SPONSALIA contrahi poſſunt etiam ante ſeptimum annum, propterea quòd in nuptiis etiam maſculus, qui nondum

Idem circa ætatem contrahentium ſponſalia, quod circa ætatem contahentiũ matrimonia eſſe definiendum negant Doctores,

In ſponſalibus contrahendis ætas contrahentium definita non eſt, ut in matrimoniis; quapropter & à primordio eſt qua-

Digitized by Google

eſt quatuordecim annorum, matrimonium contrahere poſſit, ut & fœmina, quæ non eſt duodecim annorum, modò malitia ætatem ſuppleverit, *cap. de illis. 9. & c. ult. X. d. deſponſ. imp.*

quos ſequitur Fachinæus *libr. 3. controv. Jur. c. 26.* cui nullo modo ante ſeptennium ſponſalia efficiuntur. Ad allegatos textus cum Doctoribus reſpondet Ungebaur ad *tit. Decretal. X. d. ſponſalib. num. 5.* eos loqui de matrimonio, in quo id ſpecialiter ſit permiſſum, ideoq; non recte ad ſponſalia extendatur, *c. literas. 4. & c. acceſſit. 5. X. d. tit. d. deſponſ. imp.* Vid. differentiam, in qua *Matrimonium contrahentis &c.* Hacpropter qui pueris dant puellas in cunabulis, & è converſo, nihil faciunt, niſi uterque puerorum, poſtquam venerit ad annos diſcretionis, conſentiat: etiamſi pater & mater hoc voluerint & fecerint, *c. ubi non eſt. cauſ. 30. q. 2.*

ætatis ſponſalia effici poſſunt, ſi modò id fieri ab utraque parte intelligatur: id eſt, ſi non ſint minores quàm ſeptem annis, *l. 14. ff. d. ſponſal.*

SPONSALIA contrahuntur ab iis, qui credebant ſe contrahere nuptias, Ita cum impuberes duo verbis præſentibus nuptias contraxiſſent, non omnino nihil agebatur, ſed quod agebatur, cum non poſſit valere in vim nuptiarum, ſaltem valeat in vim ſponſalium *c. 1. d. deſponſ. imp. in 6.*

Inde annotatur, cum vitium in cauſa efficiente ſit, actum, qui ut agitur, valere non poteſt, aliquo tamen modo ſuſtineri. Quam ſententiam Alciat. *libr. parerg. jur. 12. c. 7.* non ſolùm jure Pontificio, ſed etiam Quiritum veram eſſe arbitratur. Nec eum movet Ulpiani reſponſum, quia non videtur rectè intellectum. Quæſitum eſt, inquit, an ſponſalia ſint ante XII. annum, ſi fuerint nuptiæ collatæ. Interpretantur collatas, id eſt celebratas nuptias: at ego collatas intelligo (ſic pergit Alciatus) in tempus præmaturum rejectas: ut diſtinguamus, ſi re ipsâ celebratæ ſint, valere in vim ſponſalium, ſi non in præſens celebratæ, ſed rejectæ in tempus præmaturum: tunc nec in vim quidem ſponſalium valeant, ſed prorſus ſint nullius effectûs: ſicque nulla inter Pontificium & Civile jus erit differentia.

Cum id, quod agebatur, non poſſit valere in vim nuptiarum, oportet enim puberem eſſe virum, feminam viripotentem: nec valeat in vim ſponſalium ex Ulpiani reſponſo in *l. quaſitum. 9. ff. d. ſponſal.*

SPONSALIA non ſunt mentio & repromiſſio, quia ſtipulationis nullus eſt uſus: vel in differentia, *Stipulatio non differt.* ſtipulatio à pacto non differt.

Sic cum Hotomanno emendat Weſenbecius in *paratitl. ff. d. ſponſal. num. 2. l. 1.* & vult legēdum eſſe *repromiſſionem*: non, ut vulgaria habent exemplaria, *mentionem & promiſſionem.* Addit Bachovius ibidem *lit. d.* Cum jus vetus ſublatum, & etiam jure Digeſt. nudo conſenſu ſponſalia celebrentur, non erat, cur Weſenbecius valde probaret opinionem Hotomanni. Ut tollatur utriusque Juris differentia, ſtatuendum eſt ſubeſſe potiùs emendationis voluptatem, quàm neceſſitatem Nam eſſe promiſſionem, eſſe mutuam repromiſſionem, promiſſioni ineſſe mutuam repromiſſionem hæc ſono, non intellectu diſcrepant. Sed enim in Hotomanno contradicendi animus inde etiam ſe prodit, quod hanc definitionem Modeſtino adſcribat, quum tamen omnes libri Flo-

Sponſalia ſunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum, *l. 1. ff. d. ſponſalib.*

rentino adſcripſerint: quòd ſtipulationem obtendat, cujus ſolennem nexum in *l.4. in pr. ff.d.tit.d.ſponſal.* ſponſalia non agnoſcunt.

SPONSALIA quamvis nulla & invalida, tamen præclarum operantur effectum, nempe impedimentum, ſive, ut loquuntur, juſtitiam publicæ honeſtatis, *c.5.X.d. deſponſ. imp. & ibi Canoniſtæ*, Sichardus ad *l.1.C.d. ſponſal. num.* 19. Rittersh. *d.differ.jur.Civil. & Canon. libr.1.c.1.claſſ.*1.

Nulla eſt differentia, ſi attendatur diſtinctio in *d.Sichardi loco num.17.* quòd duobus modis ſponſalia fiant invalida. Primo ratione defectûs conſensûs. Nam quemadmodū in matrimoniis, ita etiam in ſponſalibus pro eſſentia & ſubſtantia requiritur conſenſus. Unde ſi minores ſexennio, i. e. infantes contrahant ſponſalia, quia non habent conſenſum, neſciunt enim quid videant, nedum quid agant, *l.1.C.d.falſ. mon.* Ergò illa ſponſalia tanquam nulla non prohibent alia contrahi, etiam ſine renunciatione, & ita ſine metu infamiæ. Quod adeò verum eſt, ut ex ſponſalibus infantum ne juſtitia quidem oriatur publicæ honeſtatis, *c.1.& d.c.5. X.d. deſponſ.imp.* Secundo modo invalida ſunt ſponſalia ratione potentiæ de jure, i. e. quia propter prohibitionem juris non poſſunt eſſe ſponſalia inter ipſos, ut ſi quis contrahat cum cognata, cum affine &c. Apertiùs agit Petr. Peckius ad *c. non præſtat. 52. num.5. d. R. J. in 6.* Sponſalia, quæ propter publicam honeſtatem infirmantur, licet non ſortiantur effectum juris poſitivi, ſortiuntur tamen effectum facti, generantque in animis hominum opinionem, ex qua naſcitur impedimentum, cujus effectum jus poſitivum in univerſum non tollit. Apertiſſimè agit Antonius ibidem, Aut ſponſalia ſunt nulla non ex defectu naturali conſensûs vel fundamenti, ſed propter aliquod extrinſecus accedens, & de jure poſitivo tantùm, cum in ſui ſubſtantia ſint perfecta. Et iſto caſu licet quoad effectum juris ſint nulla, tamen quia ſecundùm jus naturale & qualitatem facti reſultat opinio in animis hominum, exiſtimantium iſtos eſſe ſponſos, prout erant apparenter, ideo ex iſtis ſponſalibus naſcitur publica honeſtas, quæ impedit matrimonium contrahendum cum conſanguinea. Aut ſponſalia ſunt nulla ex defectu conſensûs, ſic quòd nulla hominum opinio inde reſultet, quæ faciat publicam honeſtatem, & ex talibus non naſcitur impedimentum.

Sponſalia nulla & invalida procul dubio nullum producunt effectū, quia ea, quæ lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta, non ſolùm inutilia, ſed etiam pro infectis habentur, *l.5.C.d.ll.*

SPONSALIA ſub impoſſibili conditione inita tenent, *c.fin.X.d.condit. appoſ.*

Vera eſt aſſertio juris Civilis, nam qui aliter non vult ſe obligare, quàm poſito eventu impoſſibili, cognito ut tali, ſimpliciter ſe non obligat, *l. non ſolùm. D.d.O. & A.* & §.*ſi impoſſibilis. Inſt.d.inutil.ſtipul.* Nihil facit diſpoſitum in *d.c.fin.* quia loquitur de matrimonio quod ponit contractum præſentem, in quo adjectus eventus impoſſibilis habetur pro non adjecto, idque in favorem matrimonii. Qui favor cum ſit in re odioſa, utpote in præjudicium apponentis, non eſt ampliandus ad ſponſalia, de quibus lex non loquitur. Diſparitatis ratio eſſe poteſt, quòd cum Judex dubitet, an contrahentes intendant abſolutè contrahere, an verò ſuſpendere conſenſum in conditionis eventum, periculum ſit ex una parte,

Non obligant per abſolutam obligationem; eâ ratione, quòd contractus pendens à voluntate contrahentium, cujusmodi hic, non extendatur ultra eorum intentionem: qui cum noluerint contrahere, niſi ſub tali conditione, non poteſt ex iſto contractu reſultare obligatio abſolu-

parte, ne injuria ſaltem materialis fiat apponenti iſtam conditionem, ſi contra eum judicetur: ex altera verò parte, ne fiat injuria matrimonio, ſi judicetur non ſtare, quod fortè legitimum erat. Atqui cum ex iſtis duobus præponderet matrimonii dignitas, in favorem ejus declaravit Pontifex matrimonium ſubſiſtere, conditione ejusmodi habitâ pro non adjectâ. In ſponſalibus autem ejusmodi ratio cum non militet, eorum non tanta habenda ratio, cum probabili partis periculo, ante conditionem impletam. Accedit, quòd in dubio melior ſit conditio poſſidentis, ut, cum de ſponſaliorum validitate dubitetur, nemo ſit ſpoliandus ſuâ libertate. Zœſ. *d.loc.* Vid. differentiam, in qua, *Conditio impoſſibilis in matrimonio vitiatur.* & differentiam, in qua *Matrimonium recipit conditionem.*

ta, Zœſius ad *d.Decretal. tit.num.ult.*

SPONSALIA ſunt contractus, *rubric. d. condit. appoſ. in deſponſ. vel in aliis contract. c. preterea. 2. X.d.ſponſal.* Vid. differentiam, in qua *Matrimonium ut fiat, non &c.* Zœſium ad *d.tit. Decretal. d.condit.appoſ.&c.*

Sponſalia non ſunt contractus, quia ab iis reſilire licet, *l.1.C.d.ſponſal.*

Si procederet ratio juris Civilis, diſtinguendum foret quoad jus Canonicum inter ſponſalia de præſenti, quæ dicerentur eſſe contractus, & inter ſponſalia de futuro, quæ non dicerentur eſſe contractus. Sed videatur differentia, in qua *Sponſalia alia ſunt de præſenti.* Si dicendum eſt verum, jure potiùs Civili, quo ſponſalia ſunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum, *l.1. d.ſponſal.* Sponſalia eſſent contractus. Nec repugnat ſubjectum argumentum. Nam mandatum, ſocietas, depoſitum ſunt contractus, ab iis tamen recedere licet, §.9. *I.d.mand.* & ad eum Manzius, *l.65.§.3.pro ſoc.l.1.§.22.ff.depoſ.* Non etiam confirmat jus Canonicum *d. rubr.* è qua ſequeretur non tantùm ſponſalia, ſed etiam nuptias, quibus, ut ſponſalibus, deſponſatio eſt communis, eſſe contractus, quæ tamen non ſunt contractus, licet earum ſit contractus, *l.ult.C.d.repud.* 2. Non aſſeverat *d.rubr.* deſponſationem eſſe contractum, verùm analogiam proponit: quemadmodum contractus recipiunt conditionem; ſic recipit deſponſatio. 3. Aliud eſt deſponſationem eſſe contractum: aliud eſt deſponſationi apponi conditionem in modum contractûs, ita ut utrinque naſcatur vis obligandi, quantumvis cauſa ſit diverſa. Non etiam repugnat *d.c.præterea.* quod à ſimili ad idem procederet. Similitudo autem conſiſtit in eo, Quemadmodum qui ſocietatem contrahunt, eandem ſibi remittere poſſunt; ita poſſit in patientia tolerari, ut quis talem non ducat, quam odio habet, ne fortè deterius inde contingat. Si tamen aliqua inde elicienda eſſet differentia, hæc potiùs eliceretur, Jure Civili præſtitam matrimonii fidem inviolabiliter ſervari: jure Canonico perfidiam in patientia tolerari. Non repugnat Zœſius; cui ſponſalia ſive de præſenti ſive de futuro ſunt de genere eorum contractuum, qui adjectione conditionis non vitiantur. Reſp. 1. hic poſſe reſumi analogiam. 2. nomine contractûs intelligitur omne negotium, animo non iterum diſtrahendi conventum. Nil denique infert differentia, in qua *Matrimonium ut fiat, non &c.* cujus manuductio conjugium bonæ fidei contractum vocat, quia contractus bonæ fidei apponitur vel negotio, vel eſt omne negotium, cui abeſt dolus.

SPONSA poteſt ſtatim, ex quo ſponſus ad remota loca abiit, ne ei cōjungeretur, alteri nubere, etiamſi juraſſet priori, *c. 5.X.d.ſponſal. junct. c.3.X.d.*

Præfertur jus Civile, quia de affectus matrimonialis futura conſtantia vel incōſtantia judicare per cujusvis temporis exiguum licitum quidem eſt, non tamen honeſtum. Sem-

Liberum eſt filiæ tuæ, ſi ſponſum ſuum poſt tres peregrinationis annos expectandum ſibi ultra non putet, omiſsâ ſpe hujus conjunctionis

cond. app. Ritterſhuſius *d. differ. jur. Civ. & Can. libr.* 1. *c.* 1. *claſſ.* 1.

per autem in conjunctionibus non ſolùm quid liceat, conſiderandum eſt, ſed & quid honeſtum ſit, *l.* 14. §. 2. *l.* 42. *ff. d. R. N. l.* 197. *ff. d. R. J.*

matrimonium facere, ne opportunum nubendi tempus amittat, cum poſſit nuncium remittere etiam, ſi præſente illo conſilium mutare voluiſſet, *l.* 2. *C. d. repud.*

SPONSIO non eſt licita, quâ Titio dantur centum, ut in caſu, quo intra decennium moriatur, reddat ducenta: ſi verò ſupervixerit, datam ſummam lucretur, quia talis ſponſio uſurariâ labe laborat, *c. Naviganti. X. d. Uſur.* vel eſt aleæ ſpecies, vel aleæ factũ, quod viribus fortunæ innititur, vel eſt inæqualitas conditionum, vel tendit in præjudicium eorum, propter quos ſponſio fit, vel ſubeſt captio verborum, vel certa eventûs ſcientia, vel omnino non poteſt eſſe conventio, nec contractus: denique Statutorum accedit prohibitio.

Quod JurisConſultis olim erat familiare temeritatis & ambitionis ſuſpicionem à ſe ſummovere, hoc mihi & aliàs eſt perpetuum, & in hoc caſu neceſſarium. Putaverim cum Johanne à Sande in *deciſ. Friſic. libr.* 3. *tit.* 9. *def.* 1. pro regula à Doctoribus tradi omnem conventionem factam ſub conditione cenſeri habere cauſam ſufficientem, quamvis ſtipulatoris alioquin non interſit conditionem impleri, Dd. in *l. à Titio.* 108. *ff. d. V. O.* Covarruvias *part.* 2. *relect. cap. peccatum. d. R. J. in* 6. Gomezius *tom.* 2. *var. reſol. c.* 11. *n.* 4. Quam regulam non admittit Thomas Herbajus *libr. ſing. rer. quot. c.* 1. Exiſtimat tamen à Sande ſponſionem ſatis firmari per ſtipulationem, quæ per ſe cauſa eſt & ſatis efficax ad producendam actionem, ut rectè contradicente licet eodem Herbajo *c.* 2. tradunt Joh. Gœddeus in *tract. d. C. & C. S. c.* 3. *num.* 75. Joannes Parladorius *libr.* 2. *rer. quotid. c.* 3. *n.* 55. Non obſt. *c. Naviganti. X. d. Uſur.* ad quod variæ à variis adducuntur conciliationes. Sunt, qui culpent exſcriptorum culpam, & volunt addi negativam, ſcilicet *Uſurarius non eſt cenſendus.* propter ſubſequentia verba. Nam cum Pontifex ante poſuiſſet caſum à labe uſuraria alienum, ſubjungit *Ille quoque &c.* quòd copula debeat copulare ſimiles caſus, non etiam contrarios. Quæ conciliatio ſubtilis quidem eſt, & poſſet videri vero propior, ſed divinatoria eſt, JurisConſulto minimè digna, cum omnes textus legant affirmativè. Alii manus dant & ſecundùm textum iſtum ponunt in prædicto caſu labem uſurariam, contra rationem; cum pecunia, quæ datur, detur non tam ratione mutui principaliter, quàm ratione oneris, quod eſt æſtimabile. Quo modo dicendum in *d. cap.* Pontificem non ponere labem uſurariam in eo, quòd aliquid ultra ſortem capiatur, etiam nomine periculi, ſed in eo, quòd creditor non aliàs mutuum dare voluerit transmarinum, quàm in ſe ſuſcepto periculo: quæ res quia gravis debitori, ad ejus onus ſpectans, qui maluiſſet ipſe ſubire periculum non ita præſens, ponit labem uſurariam ſecundùm Pontificem, qui non vult qualibet periculi ſuſceptione licitum fieri receptum ultra ſortem, ſed eâ tantùm, quæ verè talis eſt, pecuniâ conventâ reſpondente periculo. Quicquid ſit eorum, quæ reſpondet Zœſius *ad tit. ff. d. naut. fœn. num. ult.* non

Sponſionem definit Zœſius ad *tit. ff. Si menſ. falſ. mod. dix. num.* 10. eſſe contractum, quo de veritate alicujus rei vel eventu contendentes viciſſim aliquid ſpondent, quod fiat illius, qui veritatem eſt aſſecutus, vel pro quo ſtat rei eventus. Et hanc ſponſionem in honeſta cauſa admittit *l.* 17. §. *ult. ff. d. praeſcript. verb.*

Digitized by Google

ult. non quærimus de contractu uſurario, vel non uſurario, ſed de ſponſione: nec quærimus de ſponſione, quæ ſit aliqua repromiſſio, ſed quam ex ipſo Zœſio definiimus. *Non obſtat* Sponſionem eſſe aleæ ſpeciem. Reſpondet Tuldenus ad *tit. C. d. aleat. num.* 3. Sponſionem eſſe diverſum genus ab alea, damnatâ propter deſidiam, itemque diſcordias & rixas inde oriri ſolitas. *Non obſtat* aleæ factum, ad quod reſpondet Benvenutus Straccha in *tract. d. Sponſion. tert. part. num.* 4. hic non eſſe aleæ factum, quoniam aliud eſt factum momentaneum & non iterabile, quale eſt factum ſponſionis: aliud eſt factum ſucceſſivum & iterabile, quale eſt factum aleæ. *Non obſtat*, quòd hoc factum viribus fortunæ innitatur. Reſp. Fortunam non æſtimamus, ſed fortunæ viribus velle inniti id æſtimari poteſt. Vid. differentiam, in qua *Sors non eſt admittenda.* Adeò autem fortunæ viribus inniti licet, ut non diſtinguatur pecuniæ quantitas, quæ in ſponſionem venit. Neque audiendus eſt Kilianus König exiſtimans jure Saxonico ſponſiones **wetten** ultra aurei Ungarici quantitatem fieri non poſſe arg. *gl. & Landr. lib.* 1. *art.* 6. *per l. fin. C. d. relig. & ſumpt. fun.* ubi tamen nihil ejus reperitur. Quam ob cauſam Scabini Lipſienſes eam ſententiam non ſequuntur, ſed honeſtas ſponſiones easque licitas ratas eſſe pronunciant, **vnd haben ehrliche Wetten für beſtändig vnd kräftig erkandt.** Gœdd. *d. C. & C. S. c.* 6. *num.* 20. Non etiam audiendus eſt Wiſſenbachius *diſp. ad ff.* 23. *th.* 18. *part.* 1. qui ab honeſta cauſa ſeparat ſponſiones vulgares, quæ fiunt in incertum rei eventum: veluti ſi Gallus vicerit Hiſpanum: Si Græci expugnaverint Trojam. Addit ex Keckerm. *curſ. philoſ. diſp.* 28. *problem.* 48. rectè & prudenter facere Magiſtratum Ambſterodamenſem, qui in hoc caſu actionem judiciariam non committat inter Mercatores variè & temere alioquin hoc indirecto acquirendi modo abuſuros. Addit idem, Inſanam judicamus ſponſionem Cleopatræ & Antonii, de qua Plinius *libr. nat. hiſtor.* 9. *cap.* 35. Honeſtam contra illam Azonis & Lotharii de imperio mero. Sponſio Cleopatræ & Antonii ita refertur, Hæc, cum exquiſitis quotidie Antonius ſaginaretur epulis, ſuperbo ſimul ac procaci faſtu, ut regina meretrix, lautitiam ejus omnem apparatumque obtrectans, quid adſtrui magnificentiæ poſſit, reſpondit, unâ ſe cœnâ centies H-S. abſumpturam. Cupiebat diſcere Antonius, ſed fieri poſſe non arbitrabatur. Ergo ſponſionibus factis poſtero die, quo judicium agebatur, magnificam aliàs cœnam, ne dies periret, ſed quotidianam Antonio appoſuit, irridenti, computationemque expoſtulanti. At illa corollarium id eſſe, conſumpturamque ſe eâ cœnâ taxationem confirmans, ſolamque ſexcenties H-S. cœnaturam, inferri menſam ſecundam juſſit. Ex præcepto miniſtri unum tantùm vas ante eam poſuere aceti, cujus aſperitas visque in tabem reſolvit margaritas. Gerebat auribus cum maximè ſingulare illud & verè naturæ unicum opus. Itaque expectante Antonio quidnam eſſet actura, detractum alterum merſit ac liquefactum abſorbuit. Injecit alteri manum L. Plancus, judex ſponſionis ejus, paranti quoque ſimili modo abſumere, victumque Antonium pronunciavit. Inſana fuerit illa ſponſio, quam ſuperbus ſimul ac procax faſtus pepererit; non tamen erat illicita. Honeſta fuerit Azonis & Lotharii de imperio mero, an judex ſponſionis fuerit æquus, aut iniquè alter equum amiſerit, hoc in diſquiſitionem venit, ut & hoc, Annon præjudicium illius quæſtionis, quæ eſt circa imperium merum, merſæ margaritæ æquiparari poſſit. *Non obſtat* inæqualitas conditionum, quam etiam *d. loc.* urget Wiſſenbachius. Ipſo jure ſubſiſtit, ita loquitur Joh. à Sande *d. loc.* propoſita ſponſio, nec eam vitiat vel minùs efficacem reddit inæqualitas conditionum. Cum enim ex certa ſcientia ita conventum ſit, rata debet eſſe conventio, & contractus ex conventione legem accipit, nec ſcienti fraus facta videri poteſt, Dd. ad *l. à Titio.* 108. *d. V. O.* & ſuſtinentur hujusmodi ſponſiones propter dubium eventum, dummodo non interponatur ſuper ſubjecto inhoneſto, nec bonis moribus repugnent, ac nullibi certus modus ſponſioni præfinitus eſt. Et ita ſenatus cenſuit in propoſitâ ſpecie, quâ Titius Sempronio decem dedit, ut viginti reciperet, ſi uxor ſua gemellos eniteretur, quod ita evenit. Quamvis non deſint, qui ſponſiones ſuper ingravidatione fœminarum initas, ut illicitas & inhoneſtas rejiciant. Chriſtinæus *vol.* 2. *deciſ.* 200.

deciſ. 200. *num.* 5. quem vide. *Non obſtat*, quòd ſponſio poſſit tendere in præjudicium eorum, propter quos ſponſio fit. Sic quæritur apud Paulum de Caſtro in *d. l. à Titio. ff. d. V. O.* Sempronius ſtipulatus eſt à Seio decem ſibi dari, ſi hoc anno morietur Imperator vel Pontifex: promiſit Seius & reſtipulatus eſt à Sempronio centum ſibi dari, ſi non moriatur Pontifex vel Imperator, reſpondit Sempronius: moritur Imperator ſeu Pontifex, an Sempronius adversùs Seium ad decem rectè aget? reſpondet idem Paulus propter frequentem uſum mercatorum Florentiæ, ſecundùm Sempronium & contra Seium & conſultum à valentiſſimis Doctoribus & judicatum fuiſſe, quoniam conditionis eventus habetur pro cauſa. Sed enim ſponſiones hujuſcemodi apud Straccham *d. loc. num.* 3. plenæ triſtiſſimi eventûs videntur, *l. fin. C. d. pact.* & caſum adverſamque fortunam liberi hominis expectare neque civile neque naturale eſt, ut Juris-Conſultus ait in *l. inter ſtipulantem. in* §. *ſacram. ff. d. V. O.* Reſpondet idem *num.* 7. homines omnes natos eſſe, & propoſitam eſſe omnibus fortunæ telis vitam noſtram: nec eſſe dolendum, quò minùs eâ, quâ nati ſumus, conditione vivamus, ut divinus Plato dicere conſueverat, & mors accidit univerſis, ut ait Horatius, *Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas Regumque turres.* Non aſſentitur Tuldenus *d. loc. num.* 3. Inducitur enim votum mortis, quod circa Principes (quorum non vita tantùm, ſed cor in manu Dei, ob ſpecialem curam, dicitur) eſt impium. Circa Pontificem nil reſpondet: nil reſponderi poſſe plures optarent. Aliter format caſum Streinius in *ſumm. juris Canon. part.* 2. *tit.* 12. §. 2. *num.* 4. Mortuo Pontifice & inſtitutâ de ſucceſſore per Cardinales electione, ſponſiones fiunt pro cujusque voto & judicio, ſintne illicitæ, dubitatur? Non videntur illicitæ, ſi rem ipſam ſpectes, quia eventus dubius eſt, & quemadmodum ſuppono, in aliis æqualitas. Verùm prohibitas eſſe jure Eccleſiaſtico docet Bulla Pii IV. *d. reform. conclavis, ſuper elect. Rom. Pontif.* quæ incipit *In eligendis Eccleſiarum Prælatis.* quam prohibitionem tamen non niſi in Urbe locum habere Azor. *c.* 20. notat, cum dicatur contra facientes ſubjici arbitrio Gubernatoris, & arbitrio futuri Pontificis, & puniantur. *Non obſtat*, quòd ſponſioni ſubeſſe poſſit captio verborum. Reſpondet idem Tuldenus *d. loc. n.* 4. Quòd quidam velint captionem verborũ in ſponſione, non eſt probandum, quia in dolum cadit, cum agitur de lucro vel damno. Nam quod cavillatio eſt, cum voluptatis vel exercitii causâ diſputatur, adhibitis argutiis ad irretiendum adverſarium; id calumnia eſt, cum idem tentatur in contentione ſeria, cum de lucro vel damno certatur. Calumnia autem ſpecies eſt doli. Et quis dubitet in propoſito verſari dolum, cum aliud agatur, aliud ſimuletur ad fraudandum aliquem? *l.* 1. *D. d. dol.* nempe aliud primâ verborum ſpecie oſtentatur, aliud penitiore interpretatione occulitur, *l. ea, quæ commendandi.* 43. *ff. d. C. E.* Ambiguitate enim verbi locus fraudi quæritur, quum aliud intelligimus, quàm intelligi volumus: quod non eſt faciendum, ubi veritas quæritur, Senec. *epiſt.* 83. Ex priore & hoc dubio tantum ſequitur ſponſioni non debere votum mortis aut captionem verborum ſubeſſe, non ſponſionem rem eſſe illicitam aut minùs tolerabilem. *Non obſtat* certa eventûs ſcientia; Reſpondet Zœſius *d. loc. ad tit. ff. d. aleat. num.* 10. hanc certam eventûs ſcientiam ſponſionis tollere juſtitiam, ad quam requiritur hinc inde æqualitas, i. e. ut uterque ſit dubius, & uterque ſe periculo amiſſionis ejus, de quo conventum, exponat. Si enim victoris dolus arguatur, aut ſimulatio ignorantiæ ejus, de quo agitur, cum omnino certus eſſet, atque ita alterum ad ſpondendum induxerit, ſponſio injuſta erit, ob inæqualitatem inter partes, quam ponit ſcientia alterius, quæ alterum faceret involuntarium, cum alter ſi non rem, ut ſe habet, præſciviſſet, nunquam fuiſſet ſponſionem initurus. Si tamen poſt declaratam ſeriò certitudinem ab uno alter nihilominus velit contendere, non poteſt videri injuſta illicitave ſponſio, nec injuſtum lucrum, cum volenti non fiat injuria, & pertinaci atque incredulo imputandum ſit damnum, quod ſentit. Talis eſt pertinacia ejus, qui contendit aquam effuſam, quæ in ſolo inæquali neceſſariò declive petit, aliò defluxuram. Talis eſt incredulitas ejus, qui non credit volatum avis ſuâ naturâ adſcendere, quia contingit beſtiam mori, & mortuam abjici, & vulturem tum fortè fame vexatum

tum eò advolare. Ecquæ injuria fieret iis, qui ſponſionem inirent cum iis, de quibus in differentia, in qua *Luſus aleæ eſt prohibitus.* quique apertam falſitatem fovent. Sciant Romanos, ut omnem manuum directionem tollerent, talos in fritillum aut turriculam conjeciſſe. Hinc turricula apud Martialem loquitur *libr. XIV. epigr. XVI.*

Quærit compoſitos manus improba mittere talos,
Si per me miſit, nil niſi vota facit.

Interrogari hic poſſent duo, *An idem obtineat in aſſecuratione & in ludo?* Prius affirmatur: poſterius negatur. Sic Tuldenus *d. loc. num. ult.* In contractu periculi averſi, quem aſſecurationem vocant, nihil actum dicimus, ſi vel hic periiſſe, vel ille ſoſpitem perveniſſe navim clam ſciverit, quia propria hujus contractûs natura eſt incerta damni ſors. Grotius 2. *d. jur. bell.* 12. *num.* 27. Quare igitur aliud in ſponſione? quia ea ad contentionem victoriæ, aſſecuratio ad æquitatem commercii ſpectat. Sic pulcra apud Covarruviam *d loc.* §. 4. *num.* 5. *&* 6. definitur dubitatio. Contigit, quòd alter ex ludentibus, qui primas & potiores partes ludi habet, quique neceſſario victor evaſurus eſt (obvenit enim illi ludi ſors, quæ certo certius omnibus, quæ alteri obvenire poſſunt, potior eſt ad victoriam) ſponſionem augeat, appoſitamque pecuniam certus de illius lucro duplam efficiat: altero ob ignorantiam minimè recuſante ſponſionem illam ejuſque additionem; an in hac ſpecie acquiſitum ſit neceſſariò in animæ judicio reſtituendum? opportunè quæritur, & videtur ita receptum & acquiſitum reſtituendum eſſe ex eleganti Bartoli ſententia in *l. quæro. ff. d. act. empt.* qui ſcribit vendentem alteri frumentum certo precio, & eo tempore juſto, ſcientem tamen occultè & ſecretè à Senatu decretum eſſe, ut minori precio vendatur, ſi emptor inſcius ſit hujus decreti, teneri emptori ad id, quod ejus interſit, frumentum illo precio emiſſe. Idem ſenſit gloſſa in *l. contra legem. ff. d. ll.* Roman. in *ſingul.* 282. eà ratione, quod emptor ſi ſciret, quod venditor ſciebat, non tanti frumentum emiſſet. Idem & in animæ judicio quoad reſtitutionem tenent Conrad. *d. contract. q.* 62. & Jo. à Medina *d. reſtit. q.* 35. Nam & venditor certus de diminutione valoris rei, quam vendit, tenetur emptori ignoranti damnum illatum reſtituere propter malam fidem. A' quibus & illa ſpecies expenditur, Nam cum quis frumentum habens, inopiâ temp. opprimente, ſciat naves paulò pòſt frumentũ advecturas, quo vilitas annonæ conſecutura ſit, viliorique pretio frumentum ſit vendendum, an teneatur is civibus ignorantibus id ipſum prænunciare, ne tanti emant frumentum, quod ab eo venditur? cujus quæſtionis diſputationem Cicero tradit eleganter *libr. 3. d. offic.* fraudem exiſtimans ſubeſſe huic venditioni, niſi venditor, quod ipſe ſcit, emptoribus manifeſtum fecerit: & ideo non eſſe honeſti civis officium, ita doloſè conventionem iſtam tractare. Igitur & in propoſita ludi quæſtione eadem ratione dicendum erit, teneri ad reſtitutionem, qui lucrum ex ea cauſa habuerit. Sed Covarruvias contrariam ſententiam veriorem eſſe cenſet, potiſſimùm ob naturalem ludi legem, quæ conſenſu utriusque hanc conditionem habet, ut qui meliorem ac potiorem ludi partem habuerit, is poſſit, etiam certus de lucro, alterum ad augendam ſponſionem invitare, appoſitamque pecuniam augere, modò alia fraus minimè lateat. *Non obſtat* Bartoli opinio: Nam in quæſtione per eum tradita ſcientia alterius ad decipiendum ignorantem non eſt de natura contractûs: imò ei refragatur propter fraudem ſaltem re ipſa contingentem, quæ à contractu abeſſe debet. At in hoc ludi tractatu natura conventionis eſt, lexque ludi hoc habet, ut ſciens ſe certum habere lucrum & potiores ludi partes, poſſit alterum ignarum ad appoſitæ pecuniæ augmentum provocare. Sicuti & ſecundùm ludi leges, qui jam ſcit certò ſe pecuniam appoſitam perdidiſſe, quia habet pejorem eventum, poterit cautè & ſimulatè ſponſionem augere, ut cogat alterum inſcium & ignarum cedere & eam recuſare: & tandem ex hoc conſequitur pecuniam appoſitam, quam ſi non auxiſſet, alter habiturus tutò eſſet: quamvis & hic in hac ſpecie augens ſponſionem periculum ſubit amittendæ pecuniæ, quam modò addit, ſi alter minimè cedat, imò provocationi conſenſerit. Sed & in quæſtione Bartoli quoad conſcientiæ judicium ſcribit Thomas 2. 2. *q.* 77. *art.* 3. non teneri venditorem ad reſtitutionem,

quamvis malè fecerit, & ob id poſſit aliquâ pœnâ puniri. Quia venditor merces vendit eo precio, quo juſtiſſimè æſtimari poterant communi hominum judicio; unde nulla fit injuria, quantum ad commutationem, emptori, & ideo liber eſt ab obligatione reſtituendi: quippe qui juxta precium præſens rem vendiderit, nec ullam culpam habeat, ſi non enunciet, quæ aliunde futura ſunt: licet hæc denunciatio perfectioris hominis eſſet, adque virum bonum, ubique ſanctum, honeſti cultorem, non tantùm civilem pertineat, cujusque muneris ſit. *Non obſtat* præterea ſponſioni, quòd ſponſio nec ſit conventio nec contractus: datur enim tertium, illud ipſum, quod in conventionem & contractum venire poteſt; ita ſponſio ſeu per conventionem ſeu per contractum celebratur. *Non denique obſtat* ſtatutorum prohibitio, quia hoc eſt in quæſtione, An jure Canonico, quod nullum ſtatutum, ſive prius fuerit, ſive ſit poſterius, attendit, ſponſio ſit licita. 2. Sunt ſtatuta, ut eſt ſtatutum magiſtratûs Ambſterodamenſis, quæ planè ſponſionem prohibent. 3. Sunt ſtatuta, quæ modum imponunt, vid. Hahn. ad *d. ff. tit. d. aleator. num. ult.* 4. Sunt ſtatuta, quæ quidem ſponſionem permittunt, eam tamen in alterius redundare damnum nolunt. Quando ſtatutum Lubecenſe *libr.3. tit.9. art.3.* decernit circa ſocium, **Wurde er aber beſchuldiget/daß er ſein gut vnnütze zugebracht hette mit vergeblichem übrigem zehren/ huren/ ſpielen/ ſtraffen/ verwetten oder dergleichen/ kan ſolches bewiſen werden mit glaubwürdigen leuthen/ ſo ſol ſolches von ſeinem theil allein bezahlt werden.** Hoc ſtatuto, ut notat Mevius *num.42.* non omnes ſponſiones ſunt prohibitæ, ſed ſaltem per eas deperditum inter ſuperfluas minimèque neceſſarias impenſas refertur.

SPONSUS & Sponſa cum benedicendi ſunt à Sacerdotibus, à parentibus ſuis, vel à paranymphis offerantur, qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reverentia ipſius benedictionis in virginitate permaneant, *c. ſponſus. diſt.* 23. Non obſtat, quòd abſtinere à toro ſit ſpecies pœnæ, *c. interfeciſti. 2. X. d. homic.* Reſp. 1. In *d. c. ſponſus.* non contineri interdictum tori, ſed feſtinatæ veneris. 2. non nuptiarum prohibitionem, ſed nuptarum ad nuptiarum implementum præparationem, ne magis præveniſſe amores, quàm eò perſuaſæ vi-

Fortean primæ noctis auſpicia Sacerdotes in ſuæ benedictionis redhoſtimentum lubentes obſervarent: & huic deſiderio præter confeſſionem deeſſe nihil videtur. Ecquid expectarent à vidua, cui benedicunt? non tantâ rivalium æmulatione eas affectantur. Quid à marito, cui tale præceptum injungerent? Vel nimiæ curæ increpationem: vel minas: vel ſociæ in cubiculum admiſſionis metum. Sed enim ſacerdotes hanc ſpem ſtultè ſibi promittunt: Virgines differant, quod ferendum eſt ſemel: Mariti ex *d. l. 5. ff. d. R. N.* noverint, duci uxorem literis vel nuncio non poſſe. Honeſtum ſolis animis æſtimetur, *l. 3. in princ. ff. d. donat. int. V. & U.* & corporis uſura in ipſius tendit uxoris emolumentum. Quo reſpicientes ipſi prudentes, qui pacta dotalia ſic concipiunt, ut conſummato priùs matrimonio per copulam & traductionem ad domum, **Nach beſchehenem ehelichem beylager vnd heimführung** lucrum ex pacto in caſu non exiſtentium liberorum ſuperſtiti obveniat, Gail. *libr. 2. obſ. 80. num. ult.* Et

Proponunt quidem leges celebritatis nuptiarum tres gradus, 1. deductionem in domum mariti, *l. 5. ff. d. R. N.* 2. in ejusdem cubiculum, *l. 15. ff. d. C. & D.* 3. ipſum concubitum, *l. 10. in pr. ff. eod.* ubi ſi ducta ſit in domum mariti non nubilis ætatis, non implet conditionem, *cum nupſerit.* ſed de jejunio nocturno nihil imperant.

deantur.

Digitized by Google

deantur. 3. in oppoſito *cap* 2. poteſt intelligi is, qui vivit extra matrimonium, ne ob ſcelus perpetratum illud ambiat: ſic dicitur gladio abſtinere, non quo fuerit cinctus, verùm ne eo cingatur. 4. poteſt etiam intelligi is, qui vivit in matrimonio, quatenus & ille, quantum in ipſo eſt, à toro abſtinere debet. Quòd alii intelligant torum extraneæ, id nullam inferret pœnam. Alii quòd non in lecto, ſed in terra jacere debeat, hanc gloſſam nec admitteret uxor, nec ſi illa admittat, hinc marito gravior naſceretur pœna; poteſt enim uxor ſequi terram mariti arg. *l. exigere. 65. ff. d. judic.*

non tantùm in ipſius tendit uxoris emolumentum, ſed etiam in majorem ſecuritatem: interdum uxores ſunt meticuloſæ, & caligine terrentur: interdum ſopore expugnatę ancipites Euripos, quos emetiantur, ſomniant: interdum falſi conjugis imago illudit, ut rurſum evigilantes omnes angulos ſcrutentur, donec verum & ſibi vectigalem reperiant, eique à primis ad ultima recitent, quo errore fuerint agitatæ, quas in anguſtias apprehenſio perrexerit, quibus ſudoribus teneſum manaverit pectus. Nunc ſe rediiſſe ad eum, cujus retinacula collabaſcentem ſiſtant animam.

SPORTULÆ Judicibus denegantur, niſi quòd proficiſcenti Judici ſuppeditetur viaticū, *c. cum ab omni. X. d. vit. & hon. Cler. c. ſtatutum. §. inſuper ut gratis. d. reſcript. in 6.*

Emericus à Rosbach in *theſ. diff. jur. Civ. & Can. libr. 3. tit. 22.* Diſtinguendum tamen cum Matth. Stephani ad *d. Nov. 82. num. 3.* inter magiſtratum & pedaneos Judices: Pedaneis dantur ſportulæ ſive ſalaria certa; Magiſtratibus non dantur, quia ampla ſalaria habent: pedanei permodica, & ſimiliter ſportulas permodicas.

Judicibus delegatis ſportulæ debentur, & quidem in principio litis duo aurei, ſi cauſa centum aut plures aureos attingat, & rurſus duo in fine, *N. 82. c. 7.*

SPURII ad ſacros Ordines non ſunt admittendi, nam ſcortatores vim quandam in ſemen transfundere videntur, quæ etiam transeat in filios: unde malæ ſequuntur inclinationes, atque hinc judicantur ceteris deteriores. Quare ſi admittantur ad ſacrum miniſterium, Eccleſia capiet detrimentum, *c. 1. diſt. 56.*

Heic jus Canonicum, de quo Hunnius *vol. ad Treutl. 2. diſp. 15. th. 3. q. 32.* ſibi non conſtat, cui indignum eſt ſpurios ita mulctari propter patris voluptatem, *c. ſatis perverſum.* quos nec Deus dedignatus eſt fingere, & animam dare, *c. naſcitur.* Et ſi Chriſtus dignatus eſt ſpurios in ſua genealogia recenſeri, cur eos non admittemus ad miniſterium, *c. Dominus. d. diſt. 56.* Quare tot ſpurii in Pontifices electi ſunt, *c. Oſius. d. diſt.* de quo alii volunt legem Cœlibatùs ſub eo nondum eſſe latam. V. Mareſium in *Inſt. jur. Can. Cucchi libr. 1. c. 4.* Quare cauſam excellentiæ præ legitimè natis in ſpuriis divinam ominantur? Sic placere Deo excelſa quandoque deprimere, humilia extollere. Non minùs tribuunt arcanorum naturalium Cenſores, Spurios utplurimùm genitores habere vegetos, calidos, qui animis pleni

Spurii non prohibentur magiſtratum gerere, *l. 1. §. 2. l. 6. ff. d. decurion.* Vid. Bocerum *c. d. regal. lib. 2. num. 36.* Harpprechtum ad *§. 1. I. d. inoff. teſtam. n. 24. & ſeqq.* Hunnium *vol. ad Treutl. 2. diſp. 15. th. 3. q. 32.*

generationibus vacent. Denique Ethnici Ethici è natalium obſcuritate & macula eluctari per virtutem & rerum arduarum molitiones ipſos ſpurios memoriæ produnt. Quem obſecro fugit, ut & heic honori Canoniſtarum litem, Gratianum, qui Decretum compilavit, fuiſſe Tuſcum ex civitate Claſſiæ Ethruriæ, Monachum Ordinis S. Benedicti, & fuiſſe ſpurium ex adulterio natum, unà cum aliis duobus adjutoribus, Petro Lombardo, magiſtro ſententiarum, & Petro Comeſtore, licet hoc ultimum dubium ſit. Vid. poſt Antonium & Baronium ad *annum* 1164. Sam. Mareſium in *diſſert. Theol. d. jur. Canon. th.* 8. Quem, iterum obſecro, fugit è Sacerdotibus natos in electione præferri legitimè natis ſæpius, non propter majora merita, quibus Profeſſorum filii præ ceteris competitoribus æquè bonis ſunt promovendi, *l. nemini.* 11. §. 1. *verſ. filios. & inibi Bald. C. d. advoc. diverſ. judic. l. jubemus.* 3. §. *& filios.* 5. *ibique gloſſ. C. d. adv. diverſ. Jud.* Bolognin. in *auth. habita. C. ne fil. pro patr. num.* 30. ſed vel propter illam felicitatem, quâ legitimè natos numero excedunt: vel propter promiſcuam Venerem, quâ aut in ſolutas ſtimulantur: aut ſimplicium uxoribus, & ſemitâ hac ſacerdotali legitimos naſci, hanc fraudem ſupponunt, ut tutiùs ſua adulteria firment. Si Sixtus V. ex ſubulco Franciſcanus, ex Franciſcano Cardinalis & Papa fieri potuit, quare non è Sacerdote natus? Diſtinguit Hartm. ab Eppingen *pract. obſ. c.* 2. *obſ. ult. n.* 2. Aut illegitimus religionem ingreditur, aut in ſeculo remanet. Priori caſu ad ordines promoveri poteſt, etiam ſine diſpenſatione aliqua, *c.* 1. *X. d. fil. presbyt.* quòd per ingreſſum monaſterii legitimatus cenſetur, Bl. in *l.* 1. *C. d. SS. Eccl.* Vid. Emericum à Rosbach in *theſ. recept. diff. jur. Civ. & Can. libr.* 1. *tit.* 1. cui concedimus quidem dignitatum portas infamibus & vilibus hominibus, quorum fama apud viros ſpectatos & laudatos laborat, nec integra habetur, non patere, quoniam idem determinat jus Civile, *l.* 2. *C. d. dign. libr.* 12. ſed in hoc manet dubium, An ſpurii tales ſint? reſpondet *d. l.* 6. in qua non eſt impedienda dignitas ejus, qui nihil admiſit: & *l.* 5. §. 1. *d. extraord. cogn.* in quo dignitatis noſtræ ſtatus ex delicto noſtro minuitur aut conſumitur. Aliæ tamen ſunt dignitates, quæ vel non ſemper fuerunt, vel honeſtiorem non infami ſed minùs honeſto opponunt. Sic ſpurius nec Doctoris titulo inſigniri, nec Principis Conſiliarius eſſe poteſt. Doctoris titulo inſigniri non poſſe vult Franc. Vivius *deciſ* 162 *num.* 10. *libr.* 1. adeò ut ſcripſerit, ſpurium non magis Doctorem eſſe, quàm aſinum hominem. Num Principis Conſiliarius eſſe queat, decidit Limn. *d. jur. publ. libr.* 8. *c.* 8. *num.* 80.

STATUTUM de lucranda dote non habet locum in ſponſa, quia propriè appellatiõe matrimonii non venit matrimonium initiatum ex conſenſu, ſed conſummatum per traductionem & copulam ſubſecutam, textus eſt in *c. ex publico.* 7. *X. d. converſ. conjug.* ubi deſponſata de præſenti ante copulam religionem ingredi poteſt, etiam invito ſponſo.

Adſtipulatur Gailius *libr.* 2. *obſ.* 80. *num.* 4. juri Civili, quod verius ſit & æquitati magis conſentaneum. Nam inprimis notiſſimi juris eſt traductionem ad domum vel concubitum non pertinere ad ſubſtantiam matrimonii, ſed ipſum conſenſum mutuum, *l. nuptias.* 30. *ff. d. R. J. l. cum fuerit.* 15. *ff. d. C. & D.* poſtquam matrimonium contractum eſt conſenſu mutuo per verba de præſenti, etiam ante copulam vel traductionem, propriè conjuges ſunt,

Etiam habet locum in ſponſa, Bartolus in *l. nihil intereſt. num.* 1. *ff. d. act. rer. amot.* Caſtrenſ. in *l ſi marito.* §. *ſi pater. num.* 2. *ff. ſol. matrim.* ubi dicit ſe ita conſuluiſſe. Idem in *l. cum fuerit. num.* 1. *ff. d. C. & D.* per textum illum, ubi legatum conditionale, ſi in familia nupſiſſet, ſtatim atque ducta eſt uxor, debetur, quamvis nondum in cubiculum mariti venerit. Et pulcre in

Accedit,

Accedit, quòd ante copulam maritus nulla matrimonii onera ſuſtineat. Ita Joan. Bodinus *d. rep. libr.1. c.3.* ubi inquit, *La plus part des Canoniſtes & Theologiens, qui s'en font croire en ceſte matiere, croyent qu'il ny à point de mariage entre l'homme & la femme, ſi l n'eſt conſommé de faict, ce que nos couſtumes ont diſertement articulé, quand il eſt queſtion des profits du mariage & de la communauté.*

l.ſi donaturus. §.fin. num.4. ff.d. condict. cauſ. dat. cauſ. non ſec.

& non dicuntur ampliùs propriè ſponſus vel ſponſa, ſed maritus & uxor: quia ſponſus dicitur quaſi promiſſus, & ſponſa quaſi promiſſa, ſed poſt contractum matrimonium promiſſio eſt finita. Ex his patet reſponſio ad primam juris Canonici rationem, quam juvat differentia, in qua *Sponſus & ſponſa cum benedicendi. &c.* ubi prudentes pacta dotalia ſic concipiunt, ut conſummatur priùs matrimoniũ per copulam & traductionem ad domum: quâ conceptione, ſi ſtatutum de lucranda dote non etiam haberet locum in ſponſa, non fuiſſet opus. Non etiam obſt. quòd ante copulam maritus nulla matrimonii onera ſuſtineat; quia ratio ſtatuti de lucro diſponentis non videtur eſſe petita ab oneribus matrimonii, & magnis ſumptibus faciendis in traductione, ſed petita inde, ut viri ſpe lucri invitentur ad matrimonia contrahenda, vel ut mulieres eò citiùs viros inveniant; textus in *l. qui liberos. ff. d. R. N.* qui non ſolent tam facilè matrimonia contrahere ſicut mulieres. Præterea licet maritus onera matrimonii uxore nondum cognitâ vel traductâ non ſuſtinuerit, non tamen ex eo ſequitur, quòd lucrum dotis non dicatur debitum ex cauſa oneroſa, arg. *l. de fideicommiſſo. C. d. tranſact.* quia iſtud procedit à caſu & per accidens, unde magis inſpicere debemus originem, quàm eventum, gloſſa in *l. ſi duo. ff. d. acq. hæred.* Quo pertinet illud ejuſdem Gailii *d. libr 2. obſ.49. num.6.* vulgatum, quòd à primordio tituli poſterior formetur eventus per textum in *l. un. §. fin. C. d. impon. lucrat. deſcript in verb. primordium.* uniuſcujuſq; enim contractûs & initium ſpectandum eſt & cauſa, textus in *l. ſi procuratorem. ff. mandat. l.1. §. ſi ſervus depoſuerit. ff. depoſ.* Addit Caſtrenſis *d. loc.* rationes in contrarium eſſe magis apparentes quàm exiſtentes. Nam etiam antequam ad domum uxor traducatur, magni ſumptus fieri poſſunt, & poſtquam traducta eſt ad domum mariti, accidere poteſt, ut parvo interjecto tempore, puta intra biduum vel triduum, vel primo anno moriatur: quo caſu ſecundùm eos, qui partem negativam tenent, ſtatutum locum haberet, cum tamen nulla, aut ſaltem exigua interea maritus onera matrimonii ſuſtinuiſſet. Unde rectè infert Caſtrenſ. quòd onera matrimonii ſint potiùs cauſa impulſiva, quàm finalis ſtatuti: idem dicit Alexand. in *d. l. ſi donaturus. §. fin. num.8.* Pertinet etiam huc Theorica; quòd potentia actui propinqua pro actu habeatur, textus in *l. qui pœna. §. Divus. ff. d. manumiſſ.* Item quòd is, qui proximè cingendus eſt, pro jam cincto reputetur: textus in *l. pen. ff. d. teſtam. mil.* Et quòd res deſtinata in locum aliquem perinde habeatur, ac ſi eſſet in loco: textus in *l. fundi. §. fin.* & in *l. granaria. ff. d. act. empt.* Sed mulier deſtinata eſt per parentes ad domum mariti ſtatim, ſimulatque ſponſalia contracta ſunt per verba de præſenti: & uxor forum viri ſortitur, etiam ante traductionem, gloſſa in *l. ea quæ dat. 2. in verb ante. ff. ad municip.* textus in *l. exigere. ff. d. judic.* Supereſt, ut reſpondeatur ad *d. c. ex publico.* quod non oſtendit, in quo ſponſa de præſenti in ſponſum ſuum conſentiens & cognita conveniant; ſed quomodo ſit animadvertendum in eam, quæ non ampliùs in ſponſum conſentit; verùm divertere vult. Præcipiendum eſſe ei, ut ad virum rediens exhibeat eidem conjugalem affectum. Et verò in *eod. cap.* diſerte aſſeritur, quòd ſi ſponſa de præſenti ad religionem tranſierit, uterque reſtituat alteri, quod ab eo noſcitur recepiſſe. Quæ autem cenſeatur ſponſa de præſenti, vid. differentiam, in qua *Matrimonium ut fiat, mos obtinet &c.* & Harmenopulum *libr.4. tit.4* cui non modò conſenſu matrimonium contrahitur, ſed & niſi Sacerdotum precibus corroboratum fuerit, non convaleſcit. An conſuetudo Tranſiſulaniæ, comitatûs

Hollandiæ, regni Luſitaniæ: item an conſuetudo Pariſienſis, Pictavienſis, Nivernenſis, Turonenſis, Melodunenſis, Laonenſis velint ſufficere aliquam eſſe ſponſam de præſenti, vid. Lambertum Goris *adverſ. jur. ſubciſiv. tract. 1. c. 2. & c. 7. num. 2.*

STATUTUM ſimpliciter de lucro dotis etiam locum habet in dote actualiter nondum tradita, ſed tantùm promiſſa, quia communis loquendi uſus in his attenditur, *c. quamvis. X. d. V. S.*

Obſervanda ſunt duo. 1. Hoc utrique juri, Civili & Canonico, eſſe commune, & quod in jure Canonico de communi loquendi uſu docet *c. quamvis.* idem habet jus Civile, ſecundùm quod ſtatuta interpretari juxta communem loquẽdi uſum, & in proprio ſignificatu eſt idem per ea loca, quæ congeſſit Gailius *libr. 2. obſ. 80. num. 2.* Deinde non immutari debet controverſiæ ſtatus, nam aliud eſt ſtatutum ſimpliciter loquens de lucro dotis etiam locum habere in dote actualiter nondum traditâ, ſed tantùm promiſſa, & ita format controverſiæ ſtatum Hermannus Hermes ad *tit. ff. d. jur. dot. ſub lit. e. Bachovii ad Weſenb. n. 2.* Aliud eſt ſtatutum loquens de dote data, an etiam locum habeat in dote promiſſa? quod diſcrimen ſi obſervaſſet H. Hermes *d. loc.* non aſſeruiſſet Fachinæum *libr. 10. contr. jur. c. 26.* diſſentire. Imò exiſtimamus cum Fachinæo ſtatutum loquens de dote data non habere locum in dote promiſſa. Non quia id probetur in §. *pen. in auth. d. non elig. ſecund. nub.* quoniam ibi unus conjugum dedit, alter non dedit, quæ cauſa eſt, ut locum non habeat pactum de lucrando reſpectu ejus, qui non dedit. Non etiam per textum in *l. jubemus. §. ſanè. C. d. SS. Eccl.* quia Bartolus ibi declarat optimè nihil facere pro hac ſententia: ſed quia aliud eſt dare, aliud promittere, ut patet ad ſenſum, licet quantum ad aliquos juris effectus non ignorem aliquando paria eſſe dare vel promittere, *l. ult. C. ad L. Falcid.* & quantum ad actionem, *l. qui actionem. d. R. J.* ſed argumenta Socini Jun. diluenda ſunt in *rubr. ſol. matrim. num. 52.* *Primum eſt*, quia ratio ſtatuti militat etiam in dote promiſſa. Reſpondeo id negari poſſe, ſed dato, quòd militaret eadem ratio, non debet fieri extenſio: Iſte enim non eſt caſus omiſſus, ſed excluſus à ſtatuto. Cum enim requirit dotem eſſe datam, rectè colligi poteſt, promiſſionem non ſufficere. Sic videmus orationem D. Severi, quæ traditionem requirebat, locum non habere in promiſſione, *l. Papin. ubi Gloſſ. in verb. donationem. ff. d. donat. int. V. & U.* licet eadem ratio militare videatur in donatione re non tradita. Utroque enim caſu adeſt voluntas donatoris perſeverantis usque ad mortem juxta *l. cum hic ſtatus. ff. eod. tit.* *Secundum* argumentum eſt ex communi uſu loquendi, ſecundùm quem verba ſint exaudienda, *l. liberorum. §. quod tamen Caſſius. ff. d. leg. 3.* Hic autem videtur eſſe communis uſus loquendi, ut mulier dicatur dotem habere, cum ei promiſſa eſt. Reſpondeo hunc communem uſum loquendi non probandum eſſe, quia de eo minimè conſtat, & tempore ſtatuti ſtatuentes ad illum non reſpexerunt. *Tertium* argumentum ſumitur ex doctrina Saliceti in *l. ſi conſtante. C. d. don. ant. nupt.* ubi docet ſtatutum diſponens, ut ſoluto matrimonio morte uxoris vir reſtituat tertiam partem dotis, locum ſibi vindicare in dote promiſſa, licet verbum, *reſtituat*, videatur requirere dotem datam ac numeratam eſſe. Reſpondeo argumentum ex authoritate Doctoris non eſſe neceſſarium, ſed probabile, & nullas vires habere contra communem opinionem. Sed & Salicetum reprobat Ruin. *conſ. 107. libr. 1.*

Non poteſt habere locum in dote tantùm promiſſa, *l. 20. C. d. jur. dot.* in qua pro oneribus matrimonii mariti lucro fructus totius dotis eſſe, quos ipſe cepit: vel ſi uxori capere donationis causâ permiſit, eum, in quantum locupletior facta eſt, poſſe agere maniſeſtiſſimi juris eſt. Non poſſunt autem eſſe onera matrimonii, ubi nondum eſt matrimonium, quia non entis nullę ſunt qualitates, *l. decem. 116. ff. d. V. O.*

libr. 1. *Quartum* argumentum, Non debet eſſe melioris conditionis mulier, quæ dotem promiſit & non dedit, quàm illa, quæ dedit. Sed eſſet melioris conditionis, ſi ſtatutum deferens lucrum dotis datæ non haberet locum in dote promiſſa, ergo &c. Reſpondeo id eſſe imputandum viro, qui pacto ſibi non proſpexit circa lucrum dotis promiſſæ, vel quia dotem ſibi ſolvi ac numerari à principio non curavit, vel quia promiſſam non exegit. Ex his Fachinæi aſſertum juris Civilis fundatur, ruente ſponte ſuâ jure Canonico, cujus ratio, ut monitum ſupra, à jure Civili non eſt aliena.

STERILITAS non eſt cauſa divortii, *c. tantùm.* 33. *quæſt.* 7.	Non videbatur eſſe confugiendum ad ſpecialem hanc differentiam, Vid. differ. in qua	Eſt cauſa divortii, *l.* 60. *in* §. *ff. d. donation. int. V. & U.*

Matrimonium eſt omnino individuum. Sed hoc erat quærendum, An ſterilitas ſit cauſa illius divortii, quo contingit ſeparatio quoad torum & menſam? Negat jus Canonicum: jus Civile idem tuetur juxta illud Dion. Gothofredi ad *l.* 1. *ff. ſolut. matrim. lit. f.* Licet enim deſinat in hujusmodi mulieribus prolis favor, non tamen deficit matrimonii honor. Non ob. differentia, è qua colligitur, Impotentiam ſeu frigiditatem eſſe ſeparationis cauſam. Reſp. Ab impotentia ſeu frigiditate, quâ quis redigitur ad ſtatum eorum, qui non poſſunt contrahere matrimonium, non argumentamur ad ſterilitatem, ſive illa ſit temporalis, arg. *l.* 12. §. 3. *ff. d. Uſufr. l.* 15. §. 1. *ff. locat. l.* 8. *C. eod.* ſive perpetua: ideoque Imp. in. *l.* 27. *C. d. nupt.* ſuſtulit legem Juliam vel Papiam, quâ majores ſexagenariis contrahere prohibebantur: in majoribus autem hiſce potentiam gignendi emarceſcere tradunt Phyſici, Ariſt. *libr.* 1. *d. gener. animal* c. 18. Galen. *d. tuend. ſanit. libr.* 2. Weſenbec. ad *tit. ff. d. adopt. n.* 4. è quibus fit manifeſtum libidinem & ſterilitatem ſe invicem non deſtruere, quum lubido, cujus impetu matrimonia contrahuntur, etiam in ſterilibus pruriat, & quod extorqueri non poteſt, ſpe blandâ ſubinde excitet. Non credamus eſſe tertium ſexum, qui generare non poteſt, ſed ſteriles eſſe ejusdem ſexûs, qui generationem propagat. Subeſſe poteſt occultus ignis inter parentes, verùm & in parentibus extingui poteſt.

— Venus Aſcanio placidam per membra quietem
Irriget, & gremio fotum Dea tollat in altos
Idaliæ lucos: ubi mollis Amaricus illum
Floribus & dulci aſpirans complectitur umbrâ.

non tamen, quæ in thalamis fieri ſolent, incœpta ſua prolis imagine fecundant. Non caluerit Dido propter liberos, non de liberis cogitarit; habuit tamen, de quo interrogabat, ac ſuper quo ingeminarunt plauſum Tyri Troesque,

— vario noctemque ſermone trahebat
Infœlix Dido longumque bibebat amorem;
Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa:
Nunc quibus Auroræ veniſſet filius armis,
Nunc quales Diomedis equi, nunc quantus Achilles.

Interdum ſolicitas audimus matres, quæ maritis iterumque iterumq; vocatis ſua deſideria fatentur, ſeque non ſolâ eſſe familiâ, ſed etiam liberis fore matres opinantur, quibus reſponderi poteſt,

Quid tantum inſano juvat indulgere labori,
O dulcis conjunx? non hac ſine numine divûm
Eveniunt.

Illa divini & humani juris communicatio, quâ in *l.* 1. *ff. d. R. N.* nuptiæ definiuntur, non imperitat communes liberos, ſed illud Virgilianum,

Quò res cunque cadent, unum & commune ſepulcrum,
Una ſalus ambobus erit.

Votum fuerit Didonis, Utinam in mea aula parvulus Æneas luderet, non ea fuit neceſſitas, quâ *Uritur infœlix Dido, totaque vagatur*

Urbe

Urbe furens: qualis conjectâ cerva ſagittâ,
Quam procul incautam nemora inter Creſſia fixit
Paſtor agens telis, liquitque volatile ferrum
Neſcius: illa fugâ ſylvas ſaltuſque peragrat
Dictæos: hæret lateri lethalis arundo.
Nunc media Æneam ſecum per mœnia ducit,
Sidoniaſque oſtentat opes, urbemque paratam.
Incipit effari mediaque in voce reſiſtit.
Nunc eadem labente die convivia quærit,
Iliacoſque iterum demens audire labores
Expoſcit, pendetque iterum narrantis ab ore.
Poſt ubi digreſſi, lumenque obſcura viciſſim
Luna premit, ſuadentque cadentia ſidera ſomnos:
Sola domo mæret vacuâ, ſtratiſque relictis
Incubat: illum abſens abſentem auditque videtque.
Aut gremio Aſcanium genitoris imagine captâ
Detinet, infandum ſi fallere poſſit amorem.

Hæc quod primam inſtantiam.

Non obſt. ſecundò illud Heinſii in *epiſt. ad Primicerium, An & qualis viro literato ſit ducenda uxor?* Humanus animus in eam penitùs converſus partem, quam præclarè Imperantem Stoici & Plato dicunt, quâ ad Deum immortalem proximè homines accedunt, & in qua ſupremum hominis ac proprium verſatur opus ac officium, à ſenſibus externis ſeparatus, tutum ac immunem à contagione iſta facilè ſe præſtat; quæ ut primò ſe per oculos inſinuat, ita parte eâ, quam natura rationi maximè oppoſuit, ac cujus pudere omnes voluit, reſtinguitur. Cui qui honeſtè imperare nondum didicit, honeſtè ſerviat, ſi volet: & ad generis humani propagationem, quod vectigal omnes conſervationi ejus debent, caſtè & legitimè accedat. *Reſp.* 1. inter inclinationem naturalem, à qua pendet generis humani propagatio, & inter præciſam neceſſitatem, cui non alligatur generis humani propagatio, diſtinguens. 2. Geminum hic implicari reſpectum: alter eſt in relatione ad homines, qui ne conſervationi hoc vectigal debeant, ſe opponere nequeunt, alter eſt in relatione ad Deum, qui ſuo arbitrio hanc propagationem aut ſiſtit aut promovet. 3. Non videndum quid hic aut ille conetur, verùm cui debito, qui in ſocietate vivunt humana, obligentur. 4. Hic non eſt effectus matrimonii perpetuus, ſed tantum eſt matrimonii effectus, quo legitimi naſcuntur. Vid. differentiam, in qua *Matrimonium quum definitur &c.*

STERQUILINIA juris Canonici bene olent. Sic Samuel Mareſius in *diſſert. Theolog. d. jure Canon. th.* 25. commendat lectionem & ſtudium juris Canonici, quia in illo ſterquilinio multæ gemmæ lateant, quas inde eruere magno cum emolumento poſſimus.

Sterquilinia juris Canonici bene oleant, ſed Canoniſtis, præſertim ſi evolvant Pſeudo-Iſidori Compilationem Canonum, quæ ante annos 800. prodiit: & collectionem ſeu potiùs confictionem epiſtolarum Decretalium veterum Pontificum, cujus authorem Blondellus ſtatuit fuiſſe eundem illum Benedictum Levitam ſive Diaconum, qui cum Anſegiſo Abbate collegit Capitula

Sterquilinia juris Civilis non bene olent, *l.* 1. *§.* 2. *ff. d. Cloac.* in qua curavit Prętor, ut & cloacæ purgentur & reficiantur, quorum utrumque & ad ſalubritatem civitatum, & ad tutelam pertinet: nam & cœlum peſtilens & ruinas minantur immunditiæ cloacarum.

Karoli

Karoli & Ludovici Pii, prout ſub illo titulo jam olim ex Bibliotheca Pithœana prodierunt. Aut ſi evolvant Decretum novum conſtans viginti libris Decretorum ex Conciliis & Pontificibus ac ſanctis Patribus, quod Anno 1010. aut circiter Burchardus Vormatienſis Epiſcopus compilavit. Quæ tunc fuerit facies Eccleſiæ, quanta morum in Papatu corruptio, patet ex *libro* 19. quo continentur quæſtiones ſpurciſſimæ, etiam ſequiori ſexui proponendæ in confeſſione, quare ſpecimen qui videre volet, adeat Molinæum in *Novitate Papismi* 6. *controv. c.* 5. Si evolvant Gloſſas Marginales; variorum quidem ad Decretum Gratiani, quorum præcipui fuerunt Johannes de Fontano & Bartholomæus Brixienſis; ſed ſpecialium autorum ad ſingulas Decretalium partes: Gregorianarum Gloſſator eſt Bernard. de Botono: Bonifacianarum & Clementinarum Johannes Andreas: Extravagantium Johannes XXII. Genzelinus: Extravagantium Communium Johannes Monachus Picardus Cardinalis, Guilelmus de Monte Lauduno & Franciſcus de Pavinis. Oportet ut Curia Pariſienſis in ſexto Decretalium hæc ſterquilinia ſuboleat, in qua nulli Advocato illum, niſi priùs præfatâ veniâ, citare in judicio fas eſt. Sed enim impropriè Mareſius eſt locutus, ut & in *th.* 13. in qua Papam vocat beſtiam. Etenim ſi propriè loqui velimus, magis erit homo, quàm beſtia: imò totus erit homo: aut neceſſum eſt eum, qui ante Papatum fuit homo, Papam factum fieri beſtiam, quod non concedent Urbanus V. Innocentius VI. Innocentius X. qui propter ſingularem juris Canonici peritiam ad Papatum conſcenderunt. Et nos impropriè loquamur, qui digitis noſtris ab ejusmodi proprietatibus ſumus remotiores, ac dicamus Jus Canonicum eſſe juſti & injuſti notitiam. Eſt injuſti notitia, quatenus ex eo evidenter plurimarum ſordium convincitur Eccleſia Romana, adeoque magnæ illius meretricis probrum denudatur. Eſt juſti notitia, quatenus tam multa paſſim in Gratiani præſertim Decreto occurrunt, Papiſticis erroribus & Pontificio faſtui contraria, ut vel ex iſto ſolo armamentario poſſit univerſus Papiſmus expugnari. Specimen exhibuit illius rei eximium Innocentius Gentilletus Delphinas JurisConſultus in *apologia ſua pro Eccleſiis reformatis.* in qua omnia capita controverſa inter nos & Pontificios, ex ipſo jure Canonico in gratiam Reformatorum feliciſſimè decidit. Illum imitatus diligentiſſimus Alſtedius *Encyclop. libr.* 25. *Theolog. S.* 4. *c.* 4. ex Johanne Hallero ideam proponit Symphoniæ Catholicæ juris Canonici, quantum ad Decretum Gratiani attinet, cum Canonicis Scripturis, idque in XXXV. capitibus præcipui momenti, quibus alia adhuc adjici potuiſſent. Hinc ipſe Gratianus ſubinde minùs placet Pontificiis Theologis; Vid. differentiam, in qua *Imperator electus ante coronationem. &c.* Nam & Baronio quandoque notatur tanquam parum accuratus in multis ad *annum* 774. §. 4. & 964. §. 4. & Delrii teſtimonium ad hanc rem profert Reinkingius, quo dicit neminem, qui jus Eccleſiaſticum vel à limine ſalutavit, ignorare poſſe, multa in Decreto haberi, quæ poſtea Decretalibus, Sexto, Clementinis & Extravagantibus abrogata fuerunt; nonnullaque à Gratiano per errorem inſerta eſſe, quæ cum veritate pugnare deprehenduntur. Hæc prælibata faciunt ut Doctores juris etiam Pontificii Academici ſui gradûs & dignitatis non pudeat. Non obſt. Mareſius in *d. diſſert. th.* 18. ubi cum olim ſeparati fuiſſent illi honores Doctoræ Juris Civilis & Canonici, ac etiamnum variis in Academiis ſeparati maneant non minùs quàm magiſterium Artium à reliquis Facultatibus, tria videntur effeciſſe, ut in multis locis conjungantur. Primùm enim Univerſitates quædam Juri Civili ſpeciatim aſſignatæ in Privilegiorum ſuorum augmentum obtinuerunt, ut unà poſſent creare Doctores Canonicos, quo nempe ſui JurisConſulti capaces forent Beneficiorum quorundam Eccleſiaſticorum, a quibus aliàs, ut & Medici, arcebantur. Deinde mutatis Audientiis Epiſcopalibus in jurisdictiones propriè dictas, in quibus, ut & in Rota Romana, non minùs vigent omnia genera vitilitigationum, quàm in foro Civili, qui ſe ad rabulariam auctorabant, utrumque gradum ſtuduerunt conjungere, quò videlicet imitati Angelum illum Apocalypſeos, qui uno pede mari, altero terræ inſiſtebat, poſſent in utroque foro Eccleſiaſtico & Civili ad meſſem auream ſemet invitare. Tertiò cum invaleſcente authoritate Ponti-

ficis tam in Imperio, quàm extra illud Juris Canonici authoritas non minùs obtineret quàm Juris Civilis, non ſolùm quoad cauſas concernentes res Spirituales & Eccleſiaſticas, ſed etiam quoad cauſarum Forenſium proceſſus & deciſiones, hinc effectum, ut qui Foro ſe parabant, Juris utriusque ſtudio vacarent, & in pleriſque Academiis utriusque Juris Doctores renunciarentur. Nam non argumentamur à tempore anteriori, quo ſenecta opinionum ſterquiliniis ſuis inquinavit jus Canonicum, ad noſtra tempora, in quibus ſumus Chriſtiani & ſolidiores facti hac materiâ non mergimur. In tempore anteriori fuerit cauſa impulſiva, quæ ſola non ſufficit arg. *l.1.§.5.ff.d.poſtul.* præponderare debet cauſa finalis. Olim quæſitum fuerit privilegiorum augmentum in acquiſitis quibusdam beneficiis Eccleſiaſticis; non uſurpamus audientias epiſcopales: non circũvolvimus Rotam Romanam. Ad meſſem auream nos invitat non rabularia, ſed dirimimus ambigua fata cauſarum, noſtræque defenſionis viribus in rebus ſæpe publicis ac privatis lapſa erigimus, fatigata reparamus: non minùs providemus humano generi, quam ſi præliis atque vulneribus patriam parenteſque ſalvaremus, *l.14.C.d.Advoc.diverſ.judicior.* Deferimus juri Canonico, quatenus jubet differentia, in qua *Canonicum jus prævalet Civili.* probamus ejus ſubſidia: quod inde ſtimulare poteſt ad ſequiora incitabulum, averruncamus. Tandem adhibemus liberum noſtrum arbitrium, nulli coactionis neceſſitati metuentes. Agnovit ipſe Mareſius *theſ.7.* in jure Canonico illud Martialis,

Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala plura,
Quæ legis, hic aliter non fit Avite liber.

Agnovit *theſ.25.* Lectionem & ſtudium juris Canonici multis uſibus inſervire, ſive ſint cognoſcenda, quæ ad regimen Veteris Eccleſiæ, & decentem formam Miniſterium Sacrum exercendi & obeundi, ac mores eorum, qui vel in Miniſterio jam verſantur, vel illud anhelant, pertinuerint; ſive Doctrinæ Catholicæ veritas contra Pſeudo-Catholicos & Pontificios adſtruenda. Idem *theſ.19.* Morem creandi Doctores juris Canonici in Academiis Reformatis retineri debere ex quadam morali neceſſitate, ne viderentur cæteris dignitate inferiores, aut etiam Doctores ceu non ſufficienter graduati in Curiis Pontificiis vel omnino rejicerentur vel cæteris poſtponerentur. Id maximè ſervari debuit intra Imperii limites, in quo jus Pontificium non minùs obtinebat quàm Romanum, & per pacem Religionis in cauſis Eccleſiaſticis & materiis Beneficialibus illi etiamnum hodie inhæretur.

STIPULATIO alteri per alterum facta facit, ut locus ſit remedio Evangelicæ denunciationis, *juxta c. novit.X.d.judic.* & id habet locum, quoties verba ſtipulationis fuerint directa in ipſum ſtipulantem: licet executionis formula concepta ſit in abſentem, Covarruvias *tom.1.relect.c.quamvis.d.pact.in 6.part.2.§.4.n.5.* Schulz in *ſyn. Inſt.*

Nulla eſt differentia, nec ſtipulatio alteri per alterum facta jure Pontificio habet majorem effectum, quam habet jure Civili. Et cum Covarruvia *d.loc.* maximè eſt obſervandum, Legem humanam poſſe dubio procul quosdam contractus, pacta quædam & conventiones ita irritas facere ac prohibere, ut minimè ex eis oriatur poſterior naturalis obligatio, quæ ex debito legati ac legis vinculo procedit, prout Reipubl. expe-

Stipulatio alteri per alterum facta eſt contraria legi reſiſtéri, & omnino nulla, ita ut nec ex ea oriatur naturalis obligatio juxta quorundam opinionem in *§. alteri. I. d. inutil. ſtipul.* dum in eo dicitur; alteri ſtipulari nemo poteſt. Etenim negativa dictio præpoſita verbo, *poteſt*, præciſam inducit neceſſitatem, ac ſignificat actum

Imp.

Imp. ad tit. d. inutil. ſtip. lit. b.

eſſe impoſſibilem. Vid. Covarr. *d. loc.*

dire cognoverint ipſi Legumlatores. Probatur hæc concluſio. Nam licet jus humanum tollere non poſſit jura naturalia quoad prima principia, ſecundùm quę vivendum eſt: nec quoad ea, quæ ex primis principiis neceſſariò ſequuntur, qualia ſunt Decalogi præcepta: concluſiones tamen, quæ ex primis principiis juris naturalis oriuntur, frequentiùs, non tamen in univerſum, juris humani diſpoſitioni, qua ex parte id utile Reipubl. & communitati ſit, ſubmittuntur. Hoc ipſum & ratio naturalis dictat, ut leges humanæ & hominum inſtituta mutentur juxta utilitatem ipſius humani convictûs, quod tradit Thom. 1.2. *quæſt.* 54. *art.* 5 *&* 22. *quæſt.* 60. *art.* 55. *& rurſus* 1.2. *quæſt.* 96. *art.* 4. Ex quo apparet humanas conſtitutiones in his, quæ ſunt præter jus naturale, i. e quæ neceſſariò non ſequuntur ex primis principiis juris naturalis, poteſtatem habere ſtatuendi, quod in Reipubl. utilitatem ceſſurum ſit, ſive præcipiendo ſive prohibendo. His accedit, quòd humana lex, ſi juſta ſit, etiam civilis obligat, & ſervanda eſt in animæ judicio & in divino tribunali, gl. inſignis in *c. quæ in Eccleſiarum. X. d. conſtit.* Igitur humana lex, ſi ea juſta ſit, minimè repugnat, nec eſt contraria legi naturali. Idcirco nequaquam verè dici poterit, eam tollere naturalia jura nec naturales obligationes: tametſi impediat oriri obligationem illam naturalem, quæ efficax ſit ad expediendum & ad retinendum, item ad executionem in foro animæ exigendam: diceretur autem iniqua lex, ſi naturalem obligationem tolleret, quippe quæ juri naturali refragaretur. Præterea aut lex humana poteſt contractum aliquem prohibere & ei reſiſtere aut non. Si poteſt, eadem quidem impedit obligationem naturalem ex vinculo conſenſûs oriri, quia conſenſum illum irritum facit in foro exteriori & interiori. Si non poteſt, tollitur profectò ubique gentium illa vera & hominum conſortio neceſſaria Reipubl. inſtitutio, quæ juxta tempus & locum debet aliquot conventiones prohibere & improbare. Hæc & plura Covarruvias *d. loc. num.* 6. *& ſeqq.*

STIPULATIO non differt à pacto, nec neceſſum eſt pactum, ut firmitatem acquirat majorem, in ſtipulationem transfundi, *arg. c.* 1. *X. d. pact.* Vid. Vinnium *ad* §. 1. *I. d. V. O. num. ult.*

Stipulatio à pacto totis titulis diſtat, Nec o. *l.* 5. *C. d. C. & C. S.* in qua duas notamus improprietates. Una eſt, quòd pollicitatio contra *l.* 3. *in pr. ff. d. pollic.* ſumatur pro promiſſione ſtipulanti factâ. Altera eſt, quòd pacta extendantur ad fidem eorum, quæ ante inter contrahentes acta erant.

Præfert jus Canonicum Weſenb. *in π. d. pact. n.* 9. cui hæ juris veteris ſubtilitates hodie non ſunt in uſu. Porrigit idem jus Canonicum ad Summorum Principum & reliquas Curias: ad arbitratores, mercatores, ſimiles. Utrumque hoc largiri poſſumus, eò quod etiam apud Gentes ante hoc diſcrimen a jure Civili introductum, pactum nihil aliud fuerit, quàm obligatio, quæ ex verbis paciſcentium naſcebatur. Commodùm heic attingimus, quo intellectu in *l.* 27. §. 2. *ff. d. pact.* dicatur in pactis verſari factum, in ſtipulatione autem jus. Mœſtertius *libr. d. juſt. ll. Rom.* 1. *c.* 2. ſic interpretatur, in pactis factum verſari, i. e. non niſi factum, ob dubium, num deliberatus animus ſubſit, verùm cum ſubeſſe conſtat propter cauſam, forte præcedentem obligationem, ſupervenit ipſum jus, quod tamen tollere non poteſt actionem priorem ipſo jure, quum ad id requiritur genuina & innata à primo momento potentia, quæ in pactis non reperitur, niſi juſta ſint. i. e. ita ab initio jure ſubnixa ob omnimodam animi deliberationem, *l.* 95. §. 4. *ff. d. ſolut.* citra quam nullus aut jurare, aut de actione injuriarum vel furti paciſci præſumi poteſt. Hæc Mœſtertii interpretatio Cypriano Regnero *libr. d. injuſt. quar. ll. Rom. c.* 2. inepta eſt, quum omne pactum, de quo loquuntur

JCti, certum ſit & deliberatum. Definitnr enim pactum duorum pluriumve in idem placitum conſenſus, *l.1.§.2.& 3.D.d.pact.* Itaq; in pactis deliberato animo initis factum verſatur, i.e. pactum de facto in judicio proponi oportet, ut elidat. Quòd ſi in pacto cauſa contineretur, utique pactum ipſo jure actionem tolleret. Civilis enim naſceretur obligatio, quæ tollit civilem. Sic pactum legitimum tollit actionem ipſo jure, non ob omnimodam animi deliberationem (nam illa in omni pacto æqualis eſt) ſed quia lege aliquâ confirmatum eſt. Denique ſtipulatio per ſtipulationem tollitur ipſo jure, non quia interrogatio & ſubſecuta reſponſio deliberatum fuiſſe promittentis animum evincunt (ſiquidem & pactum iisdem verbis fieri poteſt) ſed ideo tollitur, quia in ſtipulatione jus ad obligationem verſatur, i.e. negotium jure Civili munitum & approbatum. Hoc igitur ſenſu cum Regnero factum, in quo pactum conſiſtit, interpretemur, quòd in pacto ſit nudus conſenſus, qui eſt facti; non autem eſt cauſa, quæ eſt juris, i.e. negotium jure Civili approbatum, ſive vis producendi & diſſolvendi obligationem & actionem. Hinc eſt, quòd pactum vim ſuam producit facto hominis, i.e. propoſitâ exceptione, non ipſo jure. Vel in pacto factum verſatur, quia pactum non tam vi naturalis obligationis exceptionem producit, quàm quia ita factum & conventum eſt. Subſtantia itaque pacti in facto conſiſtit, ſubſtantia ſtipulationis in jure. Nam ſtipulatio verborum obligatio eſt. Breviùs hoc modo: in pacto factum verſatur, i.e. pactum non producit vim exceptionis aut replicationis, niſi de facto in judicio opponatur, excepto tamen pacto legitimo. Licet autem hodie non ampliùs indagetur diſcrimen inter pactum & ſtipulationem, & convenientia in utriusque effectu eandem dicat naturam; non tamen ea, quæ ex pacto deſcendunt, pacta ſunt dicenda. Sic quamvis hodie Delegatio fiat per pactum, exque eo deſcendat, ut docet Arumæus *deciſ.3.libr.2.num.ult.* non tamen eſt ipſum pactum.

STUPRATOR jubetur corruptam virginem vel decenter dotare vel uxorem ducere. Et ſi renuit ſtuprator defloratam ducere, caſtigatus excommunicatusque in monaſterium ad agendam perpetuam pœnitentiam detruditur *c.pervenit.2.X.d.adult.& ſtupr.* V. Corvinum in *jur.Canon.libr.4.c.18.*

Pœna juris Canonici è jure Divino petita eſt, & recepta eatenus, ut particula & (quæ in jure divino continetur) alternativè explicetur, alterutrumque horũ ſufficiat; ut nempe ſtuprator mulierem ſtupratam vel ducat, vel, ſi hoc facere nolit, dotet, Vide Berlichium *part 5.concl.38.num.17.* Carpzovium in *pract.crimin.part.2.q.68.num.12.* Eundem in *Jurispr.Conſiſt.libr.2.tit.14.defin.229.* Beſoldum *libr.politic.2.c.2.num.34.opuſcul.jurid.part.4.d.nupt.c.6.* ubi diſtinguit, ſi quis virginem vitiarit, quæ ſponte aut leviter rogata, non doloſâ perſuaſione, importuniſque precibus inducta conſenſerit in deflorationem vel impraegnationem, arg. *c.ſcienti.c.damnum.d.R.J.in 6.* Vid. Thomam Sanchez *d.matrim.libr.1.diſp.20.* In his quum ſingula exploro rerum momenta, ſubſiſto in bivio, & quò inclinem, tandem non invenio, certè nondum mihi eſt decretum. Aliqua enim poteſt leviter rogari, ne videatur laſciva: alia planè non rogari, quæ non illepidâ fraude ad concubitum invitet: alia perſuadet, ut quis in libidinis propoſito, mehercles non imperatorio, PLUS ULTRA, perſeveret: alia importunis precibus inducit, ut, poſtquam induxit, ſi ſolicitus nepos abitum meditetur, retrahat pallium, quo implexo effugere non liceat: alia potuit jacuiſſe inter duos media, & tertio, ut primum duobus æſtum reſtinxerit, proximam nunciaſſi horam: num tribus nubere poteſt? num trium aliquis à tot & toties obſeſſam ambiverit? num

Stuprum ſine vi virgini vel viduæ honeſtè viventi illatum publicatione dimidiæ partis bonorum, ſi ſtuprator honeſtus ſit aut coërcitione corporis cum relegatione, ſi humilis, punitur, *§.4.I.d.publ.judic.*

Digitized by Google

num nubere volet, quæ unius viri nocte officioſâ ſatiari nequit? Declinabit umbram, quam in matrimonio miſcemus caſtam; & quamvis non declinaret, non meretur verecundi matrimonii umbram, quæ non habet in fortunis, quod amittat: in verecundia, quod contaminet. Et quot ſunt, quæ ut ſanctitate venter tumeſcat, complexu reverentiali Clericum fatigant, obteſtantes ſeveriſſimè, ſe Laico cuivis telam Penelopes, quâ illudant, retexere: nunc refragari humilitatem, quæ Clericali ſubeſſe juſſui religioſè moneat? Quot ſunt, ut obſervatum in differentia, in qua *Lupanaria Eccleſia &c.* quæ quàm ſponſum, res amatoris malunt. Nuper mihi relatum eſt de quodam (nobilis ſit an nobilem ſe ſimulet ignoro) quàm miſerè Venus, non illa errantium ſtellarum, ſed quæ Marti erat gremium, eum exerceat: quibus cunctationibus majora in dies deſideria ſtimulet. Metuendum eſſe, ut non ſtudii, propter quod Parentes huc mittere ſolent, ſed intimæ admiſſionis fiat inſtrumentum: quo eventu, quod ex inſanâ conſuetudine naſci poteſt, legitimè natis fortè narrabit. Revocavi omnia fata, quæ nominata modò differentia minatur. Addidi fabellam, quam legere otioſo licet. Ita Jacobus Bidermannus in ſua Utopia de ebrio, qui lectum ſe velle oſtendit, ejusque, quæ ſe cognatam fingebat, rogavit auxilium. Vidiſſetis hic mirabile familiæ ſtudium; alios cum facibus adverſos ire, alios mihi pro ſcipionibus eſſe: hos meam vicem anxios, illos de cubiculo lectoque ſollicitos perturbari. Druſilla ipſa, ut me ſoletur, ſarcinas omnes jubet introferri, & auream illam pateram, reliquumque menſæ inſtrumentum, argentum omne donari, & juxta me in cubiculo deſtitui. Inde ſic à me diſcedere, vel poſterâ die humaniùs reviſura. Me verò obſtupefecit inſolens cognatæ humanitas, taciteque mecum & cœnæ lautitiam, & aurei doni pretium, & reliqui animi ſtudium reputanti, videbantur ii demum homines digni, quos meliori luto quondam finxiſſe Prometheus diceretur. Nos verò vulgus, & veluti fæx generis humani, quid niſi ex ultimæ notæ argillâ conformati? Talia cogitanti tres pueri officioſo certamine alius calceos ſolvere, alius aliuſque thoracem, & torquem, & reliquam veſtem exuere, pulchroq; ordine in ſcamnis omnia collocare, poſtremo lucernâ mihi relictâ, è cubiculo abire.

Date mihi hanc veniam, ut cætera paullò Latiniùs, quam ſoleo, rudiuſque deſcribam; ita tamen, ut nullum audiat ſibi honeſtas convitium fieri, ſed neſcio tamen, quis alterum ſenſum vulnerârit. Circumſpiciebam, ſi quid eſſet in cubiculo cætera inſtructiſſimo, ubi aquam peterem. Aliquandiu circumiens oſtiolum noviſſimè invenio, aperio, video ſellæ Patroclianæ monimentum, locum arcanum, ſed quærenti omnino opportunum. Ingredior lætus, etiam demum adverſùs ventris injurias ſecurus. Hic enimverò miſerum me & longâ felicitate incautum ſordidiſſima calamitas fefellit. Nam paullum à limine progreſſus ad aſſeris fallacis inſidias devenio? quem ſimul ut inſtiti, ſentio miſer fundamenta labi, & ſolutâ machinâ crepare trabes, titubare pedes, ruere aſſerem, mecumque in ſpurciſſimæ ſentinæ cloacam devolvi. Conclamatum de vita jam rebar, & profectò fuiſſet, ſi in caput iiſſem, nunc, quia rectiſſimè pedibus exſtiti, ad poplites usque, nec ultra, infame cœnum pertinuit; pædor autem & graveolens nauſea ſtantem penè dejecit, & minimò minùs exanimavit. Neſciebam primò ubi locorum eſſem; nam ſpiſſiſſimæ circum tenebræ erant: ſed non potui diu neſcire: nares enim indicârunt, me certè in redolenti violario non eſſe. Cœpi ergo in ipſa miſeria ridiculus mihi fieri: &, fortaſſe his balneis lavantur Utopii, cùm cœnant? Etſi profectò οὐ ψυχρὸν ἐστι τόδε, ut Jugurtha dixit: ἀλλ' ἀκάθαρτον βαλανεῖον. Adde, quòd athleticam non didici, & tamen hic ungor? Quòd ſi fortè luctandum eſt, tamen ceroma jam habeo; beneque lutatus in arenam prodibo. At quomodo tandem prodibo ſepultus in hâc Libitinâ? computreo, niſi opem familiæ imploro. Rurſus, id ſi faxo, vereor ne conſobrina caſu meo territa ſe ipſam amittat. Nam quo animo feret, ut in hac lacuna pervigilem, quæ non tulit, ut in taberna dormirem? Perſuadet tamen neceſſitas, ut clamem: ſed vox mea neſcio quem adverterit, certè neminem movit. Itaque converto me aliò, & modicum hiatum parietis video, qui in viam ſpectabat, quanquam ad ejus altitudinem pervadere ſine ſcalis nequibam. Tandem in

fortiſſimo naufragio tabulam corripio, aſſeremque illum, qui mecum deciderat, parieti admoveo; ſed per eum ſæpe relapſus noviſſime enitor; atque ita unctus luctator per foraminis anguſtias ægrè elabor. Poſtquam in publico ſteti, luna pernox elegantem ſanè mihi imaginem monſtravit. Nam ibi me contemplatus, video coloribus deformatum undique, & ſi, inquiebam, in ſpeculo jam relucerem, aut naſutus certè ſutor me examinaret, opinor naſum ejus aliquid ſupra crepidas reperturum, quod improbaret;

Hem qualis facies, & quali digna tabella?

Secundùm hæc nihil reſtare calamitatis autumabam; ſed omnibus periculis defunctum, continuò ad veterem fortunam rediturum. Igitur circumeo paullùm, incipio domûs januam cædere. Diu non audior, quippe riſus inter & cachinnos neſcio quid ii triumphabant. Ego nihilo ſeciùs inſto & pulſo, & quidquid attrecto, fortuitis coloribus januam, parietem, depingo. Demum feneſtra reſeratur, & dicaculus aliquis puer per ligneas maculas, quæ feneſtris prætexebantur, proſpicit, deſpicitque. Aperiri fores mihi jubeo, arceor, conſobrinam Dominam dico, increpor, infortunium caſumque memoro, rideor. Poſtremò, niſi ab ædibus faceſſerem, noctemque his clamoribus inquietare ceſſarem, mox malum habiturum. Quin certè res mihi, inquam, meas reddite. Quas, malùm, inquiunt tuas res? Ego veſtes, aurum, torquem, ſarcinas, equum. Illi delirare me, & cum his mendaciorum centonibus in furcam abire jubent. Ita valvæ obducuntur, ego excludor. Actum demum intellexi miſer, quibus fraudibus peterer; hinc illam repentinam cognationem, hinc inſolentem humanitatem proficiſci: utique non ad conſobrinę domicilium, ſed ad peſtilentiæ ſpoliarium divertiſſe, datâq; operâ in Patroclianum ergaſtulum deturbatum me fuiſſe, ubi interirem. Ideo non temperavi mihi, quin amariſſimè flerem, ſeriiſque lacrimis ſtultam credulitatem infelix damnarem.

Amiſsâ in hunc modum conſobrinâ, quam tanto meo malo inveneram, dum vix ſubuculâ tectus, eaque ſordidè & inſcitulè pictâ fraudulentis foribus apploro, prodit alicunde juvenum globus & confeſtim in me omnes ruunt. Ego vigiles nocturnos credere, &, qui effugerem, laborare: at ii reipsâ prædones erant, qui, quemadmodum ſepultum principem exhumarent, ſpoliaque legerent, quæritabant. Fortè horreum malè ſartum, aut neſcio quæ alia caſula ſuberat, qua curſum diverto, atque inter curruum impedimenta me abdo? Non fefellit eos fuga; quare miſerum inſequuntur, nec difficilè fuit, è latibulis eruere, quem graveolens odor etiam non quæſitum infamabat. Protractus in lunæ lucem primò poteram monſtrum videri, & aliqua Lamiarum poſteritas; ſed quando fœdiſſimo humore perfuſum, & olenti tectorio vidêre illitum, in cachinnis rogant, quâ fidelrâ uſus ſit pictor meus? Ego lacrimans, ſeriem cladis meæ enarro. Illi me bonam mentem habere jubent, promittuntque ſe ad alias opes ducturos. Verùm neceſſe priùs ut vivo me flumine abluerem. Et verò hic, inquiunt, puteus eſt, ad cujus usque fundum ductilis urna pertinet, hâc te, ut graviſſimi fœtoris obſidione abſolvaris, demittemus. Perſuaſit mihi non eorum oratio, ſed intolerabilis nauſea, ut conditione acceptâ in urnam, inde in puteum deſcenderem, ac novo more mergus fierem. Jam abſterſa erat omnis ſpurcities, & ego è frigidaria tandem cella cupiebam exire: dato proin ſigno, ut me de puteo educerent, illi repentè veros vigiles conſpicati metu omnes ad unum dilabuntur, meque in balneo meo ſolum relinquunt. Hic ego ſudare in gelidiſſimis undis incipiebam, quòd metuerem, ne unquam inde liceret evadere. Sed enim ii, quos dixi, vigiles, ubi prædonum diſſipatam aciem conſpexère, feſſi ad eundem puteum ſubſtiterunt, ut hauſtâ frigidâ ſitim reſtinguerent: hauriunt, meque inſcii unà cum urna attrahunt. Ibi complexus temere haurientem dum collo manus injicio, & horrendum exclamo, ille neſcio quid monſtri opinatus terreri, & unà cum omnibus velut è peſtilentia refugere. Neque mihi diutiùs cunctandum placuit, quà obviam eſt, diffugio, & lectulum alicubi in porticu, & horreo, quæro.

Verùm ecce prædonum priorum aliqui jam è fugâ collecti mihi occurrunt, quibus cum ego ſuper injuria expoſtularem, illi territos ſe plurimùm occurſu dicunt fugiſſe, ſed mox

mox ad exſolvendam fidem fuiſſe reverſuros. Inde ad incepta ſecum pergere jubent, nolentem cogunt. Venitur ad tumulum ejus principis, quem pridie viderant humari. Locus erat ingenti marmore obſtructus, quod ægrè amoliri me diu repugnantem in hypogæum denique demittunt, annuloſque & reliquam tumbæ opulentiam diripere, & ſibi continuò porrigi jubent. Quid facerem coactus, aut quid etiam erubeſco fateri? geſſi amens morem minantibus mortem. Quamquam illi, ut mihi imponerem neſcio quid juris ſe habere dixerant. Inde ego credulus omnem prædam exhauſi, digitoſque annulis, cadaver veſtibus, tumbam argenteis laminis exui. Poſt verò, quàm reliquum nihil erat, illi improvisò marmor iterum emoliuntur, meque vivum cum nudo cadavere incluſum, inhumani veſpillones ſepelierunt. Enimvero tum ego in anguſtiis eſſe, & de me ipſo deſperare: nam quæ ſalutis ſpes ſupereſſe poterat ſepulto? an expectarem, dum ad mortuum amici redirent ac ſepulchrale ſaxum ſubmoverent? an magis ipſe pervertere ſepulchrale ſaxum laborarem? conſului ungues meos, intendi nervos, exſerui lacertos, ſed priùs nimirum ſuccubui, quàm cæpi. Clamarem igitur, ut ſtrepitu homines accirem? primò quis accurrere, & non magis ab infero tumultu vellet refugere? Tum deinde ſit aliquos opem ferre, & tumulum recludere, nunquid dudum ſpoliatum cadaver viſuri non continuo me buſtuarium furem credent, & ceu ſacrilegum è ſepulchro quidem eximent, ſed rectà in patibulum agent? nempe, ſi rectè intelligo, moriendũ eſt, ſed utrùm in patibulo malim, an in tumulo, id mei arbitrii eſt. Hæc mecum reputanti ſtrepitus ſupernè ad aures accidit, aliquorum inter ſe colloquentium: ii erant pars altera prædonum, qui proxima in fuga dilapſi ab ſociis aberrarant, tum autem è ſuis latibulis regreſſi, cum nuſquam commilitones reperiſſent, ad prædam ipſi ſoli Libitinariam ferebantur, ignari ſe jam à ſociis præventos. Cum audirem hæc inter ſe muſſantes, animum inſperato recepi, atque uſus ingenio me ad eruptionem accinxi. Interea loci prægrande marmor illi denuo amoliuntur, ſcaliſque demiſſis audacior unus in hypogæum deſcendit: ibi me ipſe erigo, injectiſque manibus pedes invado. Ille hominum Cælitumque fidem clamare, ac ſurſum verſùm eniti, ego nihilominus hærere, unà aſcendere. Ille ſe à mortuo teneri & ad inferos rapi credens tanto magis vociferari, ſimul ſocios omnes terrore ſtultitiâque completos in effuſſimam fugam agere, ac demum ipſe per vim eluctatus, relictis omnibus, evadere, identidem reſpectans, an mortuus inſequeretur? Ita mihi nil ſperanti reditus in vitam patuit, poſtquam ter ſepultus & ſentinæ fœtore, & putei frigore, & tumuli putore toties fui exanimatus.

Quare, cum plurimis documentis Utopios unâ nocte didiciſſem, porro, quidquid meis rebus fieret, fugiendum exiſtimavi; neque ſæpius cum tot capitis periculis dimicandum. Et fortè jam diei crepuſculum appetebat, ideo portis urbis recluſis, ego ſeminudus exceſſi, hoſque ruſticos centones precariò inveni, quibus me amicirem: Nunc errore viarum, & penuriâ coactum Deus opinor propitius ad vos perduxit. Et vos, ſi paria experiri mecum, quàm metuere mavultis, eodem, ſuadeo, divertatis. Hactenus Bidermannus. Alios caſus, quibus præterpropter matrimoninm ſtuprator ſuæ libidini vacat, & nec ad dotem tenetur, qui capiverit, is videat Stephanum à S. Gregorio de Neapoli *d. præcip. jur. & juſtit. partib. libr. 1. c. 11.* ubi tamen excipitur promiſſio, quæ quamvis ficte fuiſſet facta, eam adhuc adimplere neceſſarium eſſet, quia aliter cederet in damnum puellæ, quod damnum refarciri non poteſt, niſi illam ducendo in uxorem. Nec promiſſionem impedit diſparitas conditionis, circa quam diſtinguitur. Aut enim violata ſciebat conditionis diſparitatem, ut ſi filia ruſtici vel opificis vel ancilla ſciat ſtupratorem ſuum eſſe virum illuſtrem, nobilem, aut in dignitate conſtitutum, & tum ſciens ſuum ſtatum eſſe diſparem ab illo, in quo eſt promiſſor, poterat & debebat putare ipſam decipi, quo non cogitato videtur voluntariè fuiſſe decepta, & per conſequens nulla injuria ei facta. Aut neſciebat talem diſparitatem, & tenetur promiſſor illam ducere, quamvis ficte promiſiſſet, quia aliter maneret puella injuriata, nec debet promiſſor de ſua malitia commodum portare in damnum puellæ. Excipitur etiam ſi puella per ſtuprum nihil damni paſſa ſit, cum

ſit, cum non obſtante violatione jam ſit æquè commodo conjugio collocata, nihil ei tenetur reſtituere ſtuprator, non ratione violationis pudicitiæ, cum ſit pretio inæſtimabilis, nec ratione damni illati, cum nullum damnum fuerit illatum. Sed ſi jam puella accepiſſet aliquam pecuniarum ſummam à ſtupratore pro ſtupro ei illato, non ideo teneretur reſtituere, tum quia contraria ſententia docens deflorationem pudicitiæ eſſe pretio compenſandam, eſt valde probabilis: tum quia poteſt quis paciſci de damno illato, vel de periculo, in quo fuit per injuriam poſitus, quamvis poſtea ex tali periculo nullum damnum ſentiat; ſicut mercatores ſolent paciſci de lucro ceſſante, & damno emergente, antequam eveniat, nec tenentur reſtituere pretium acceptum ex conventione, quamvis nullum malum eis adveniat.

SUBDITI in cauſa repreſſaliarum non omnes tenentur, nam contra innocentes & culpæ expertes repreſſaliæ non ſunt permittendæ, cum ratio naturalis repugnet, ut pœna alios teneat, quàm ſuos authores, *c.2. d.Conſtit.in 6. c. Romana.in fin.d.ſentent.excomm.* Idq; ſuadetur etiam ex doctrina Hoſtienſ. in *ſumm. tit.d.pœnit.§.qui de rapina. verſ. hoc tamen.* quem ſequitur Joannes Lupus *tract.d.bell.§.ſi bene.num.*1. qui extat *tom.* 16. *tractatuum diverſ. Dd. fol.* 323. *à terg.* ubi ait eum, qui juſtè prœliatur, non teneri ad reſtitutionē eorum, quæ juſtè quæſivit, arg. textûs in *c. jus gentium. diſt.*1. in *c.ſi de rebus.*23.*q.*7. idq; ſive capiatur de rebus pugnantis, ſive valitorum (utor ejus verbis) ſive hominum ſuorum: & mox ſubjungit, Illos autem

Adhærendum juri Civili, ſive conſideremus id, in cujus locum ſurrogatæ ſunt repreſſaliæ: ſive repreſſaliarum naturam. Si priùs, exiſtimant repreſſalias inductas eſſe ad exemplum androlepſię Gręcorum. Erat autem androlepſia jus quoddam hominum pignorandorum, quando occiſor à civitate, in quam refugerat, non tradebatur his, ad quos admiſſi ſceleris punitio pertinebat: tunc enim licebat tres cives illius civitatis capere eoſque retinere, quouſq; reum traderent, ut conſtat ex Eoſthene & Julio Polluce apud Petr. Gregorium *libr.*38.*ſyntagm.c.*8. Vid. Buſium *libr.*1.*ſubtilit.c.*17. quæ ex Herodoto & Polybio probet. Si poſterius conſideremus, cum Ferdinando Aria de Meſa *libr.var.reſol.c.*23.*n.*11. liberè dicam, quod ſentio, adverſùs omnes ſubditos Principis hoſtis oppignorationes, locum habere, neque ſeparandos eſſe eos, qui ſe immunes à culpa dicant, ab his, qui armis & conſilio Principem hoſtem adjuverint. Quæ ſententia ex validioribus rationibus, & majori Dd.

Omnes tenentur, quia ut habet differentia, in qua *Repreſſalia &c.* inter cives ac ipſum magiſtratum mutuus quidam eſt nexus & unio, ita ut ſi non per unum omnes peccare videantur, ſaltem ſi unus deliquerit, reliqui omnes id agere teneantur, & ad hoc obligentur, ut injuriam paſſo ſatisfiat: quod ſi non faciant ipſi quodammodo ſe participes facere injuriæ videntur. Non obſtat doctrina Jacobi de Belloviſo in *auth.d.hæred. & falcid.* cujus verba referuntur à Bartolo in *l. Divus.ff.d.captiv.* ubi ait, quòd quando capitur univerſitas perſonarum & quædam civitas, non eſt verum, quòd ipſi ſervî efficiantur, ſed quando unus ſingularis homo, tunc ſecus.

intelli-

intelligas ſuos, qui plus hominem, quàm Deum timentes ſequuntur dominum ſuum in bello illicito contra id, quod legitur in *c. Julianus.* 11. *q.* 3. aliàs autem, qui ei non præſtant auxilium vel favorem, non crederem puniendos. Deinde facit, nam bona eorum, qui hoſti ſubſunt, non poſſunt jure belli capi, niſi illi ſubditi fuerint in conflictu belli, in auxilium domini præliantis, vel ex eorum bonis præliantes læderentur, utputa à caſtris, ædificiis, juxta doctrinam Innocentii in *c. olim. col.* 2. ſecundùm ultimam voluntatem. *d. reſtit. ſpoliat.* Tertiò facit, quòd hodie inter Chriſtianos capti in bello de conſuetudine non efficiantur ſervi. Denique facit, quòd hic non ſit impoſſibilis ſeparatio culpabilium à non culpabilibus.

numero firmata eſt, quia Univerſitas eſt corpus, quod ſuis partibus conſtat, *l. ſicut. ff. quod cujuſque univ. nom. &c.* & ſi Princeps juſtitiam denegaverit & injuriam intulerit, omnes ejus ſubditi in ipſo Principe culpam admittunt, ut conſiderat cum judicio P. Molina *d. Juſt. tract.* 2. *diſp.* 121. *verſ. confirmari.* & ideo propter delictum Principis poteſt indici bellum contra totam civitatem, & ſubditos ejuſmodi Principis, ubi aliud remedium inveniri nequit, Laudenſis *d. bell. quæſt.* 38. & cum dominus ſit hoſtis, omnes ejus ſubditi domini cauſam ſequuntur, cum unum corpus cum eo conſtituant & pro hoſtibus habeantur, quia univerſalis culpa derivatur in omnes, qui non poſſunt à corpore ſeparari. Rurſus facit, Nam quamvis Camillus, cum ad eum delati eſſent quidam pueri, filii parentum nobiliſſimorum, quos obſeſſos habebat, eos remiſit, dicens, *Arma habemus non adversùs eam ætatem, cui etiam captis urbibus parcitur, ſed adversùs armatos.* ut refert Bellinus *d. re milit.* 2. *part. tit.* 9. *num.* 3. ipſe tamen hoc rarum & infrequens exemplum advertit, nam pueri licet immunes ſint à culpa, adhuc tamen ſervituti ſubjiciuntur, *l. quòd ſi filius.* 11. §. *ſed ſi ambo. ff. d. captiv.* non ſolùm caſu, quo pater eorum vivit, ſed etiam ſi ante deceſſerit, *l. lex Cornelia.* 28. *d. vulgar. l. ſi pater.* §. *ſi mortuo. ff. d. captiv.* Cum ergo impuberes culpæ expertes poſſint libertate privari, procul dubio multò faciliùs poterunt bonis exui, & nudari hi, qui à culpa ſe immunes eſſe profitentur. Idque etiam in fœminis obſervatur, *l.* 1. *l. fædiſſimè. l. Præſes. C. d. poſtlim. rev. l. mulier. ff. d. captiv.* Non obſtant, quæ juri Civili contraria adducuntur. *Non primum*, quo pœna non alios teneat, quàm ſuos authores. Idem enim eſt in jure Civili, *l.* 1. *ff. d. priv. delict. l. ſancimus.* 22. *C. d. pœn.* interdum tamen publicâ utilitate exigente, ut homines in officio contineantur, & à delictis patrandis arceantur, humana lex pœnâ pecuniariâ, publicatione bonorum & infamiâ ſolet afficere etiam illos, qui non deliquerunt, *l. quiſquis. C. ad. L. Jul. majeſt.* Vid. Covarruviam *libr. var.* 2. *c.* 8. Quâ etiam ratione pignorationum uſus nititur. Nam ſi latrones, piratæ, aut quicunque alii damnum dederint, injuriamque irrogaverint, & Principes, quibus ſcelerum authores ſubjiciuntur, in juſtitia miniſtranda negligentes fuerint, tunc juſtè pignorationibus uti licebit, authore D. Auguſtino *qu.* 10. *ſup. Joſue.* ut refertur in *c. dominus noſter.* 23. *q.* 2. & in *c. un. d. injur. in* 6. Quod multo expeditiùs procedit, quando ipſe Princeps injuriam intulit, nam tunc propter rationes ſupra conſideratas ſubditi ipſius videntur deliquiſſe, prout eleganter advertit Caſtrenſis *conſil.* 424. *num.* 5. *libr.* 1. *Non ſecundum*, quod deſumitur ex doctrina Hoſtienſis. Tum quia procedit in occupatione, quæ fit jure belli; non de oppignorationibus, quæ faciliùs conceduntur. *Non tertium*, quod urget doctrina Innocentii in *c. olim. num.* 6. ſecundùm ultimam voluntatem. *d. reſtit. ſpoliat.* dum ait eos, qui hoſti ſubſunt, non poſſe jure belli capi, niſi illi ſubditi fuerint in conflictu belli, in auxilio domini præliando, vel ex eorum bonis præliantes læderentur:

Digitized by Google

tum quia hæc traditio expreſsè convincitur ex dictis juribus, in quibus impubes ſervituti ſubjicitur, qui tamen non poterat auxilium in belli conflictu præſtare: & merum vaticinium eſſet aſſerere in dictis juribus ideo impuberem ſervum fieri, quoniam ex ejus bonis præliantes lædebantur, quod etiam in fœminis diſpoſitum eſt. Deinde quia ad hoc ut bello capta efficiantur capientium, neceſſe non eſt, ut in ipſo belli ardore & congreſſu occupentur, *l. in bello. §. item in pace. D. d. captiv. l. poſtliminii. §. 1. D. eod. tit. l. pen. §. 1. C. d. donation.* in illis verbis, *ſive in ipſa bellorum occupatione, ſive in quibuscunque locis degere noſcuntur.* Ulteriùs etiam ſi accuratius perpendantur Innocentii verba in *d. c. olim.* potiùs amplectitur noſtram ſententiam: nam cum ſimpliciter & abſolutè docuiſſet bona ſubditorum hoſtis capi poſſe, ſubjungit, *Alii dicunt, quòd nec perſonas nec res auxiliatorum capere poteſt, niſi de rebus eorum læderetur, puta caſtris vel aliis ædificiis.* Nam etſi vulgò jactetur ultimam opinionem videri ab authore firmatam ex gloſſa in *l. qui filium. §. Sabinus ff. ad SC. Trebell.* id tamen non procedit, quando author primam opinionem ſimpliciter protulit, & poſtea aliam exprimit per illa verba, *Alii dicunt,* tunc enim potiùs videtur reſidere in prima opinione. Nam dictio, *Alii,* excludit loquentem, ut docet Jaſon in *l. idem cum eodem. D. d. juriſd. omn. Jud.* Et eodem modo intellexit Butrium Petrinus Bellinus *d. re milit. 2. part. tit. 11. num. 3.* dum eum pro noſtra opinione adducit. Et licet Innocentius loquatur de ſubditis hoſtem adjuvantibus, omnes ſubditi opem ferunt, ſi non armis, tributis ſaltem & ſubventionibus. *Non obſtat quartum,* quòd hodie inter Chriſtianos capti in bello de conſuetudine non efficiantur ſervi; quia quoad bona jus antiquum incorrectum manſit, Covarruv. in *reg. peccatum. 2. part. §. 11. num. 6.* Boerius *deciſ. 178.* Tandem *non obſtat,* quòd non ſit impoſſibilis ſeparatio culpabilium à non culpabilibus: nam non poſſunt diſcerni & ſeparari in ſpecie, de qua agimus, tum quia Principis culpa influit in membra: tum etiam quia plurimi ex vaſallis adverſarii caſtra ejus ſequuntur, & ſub illius vexillis militant, ut difficilis valde ſit ſeparatio culpabilium à non culpabilibus, Coler. *d. proceſſ. execut. 2. part. c. 3. num. 329.* Denique ſubditi ſi non actu, ſaltem habitu & potentiâ præſtò ſunt domino, ſi egeat.

SUBSCRIPTIONEM in crimen non deſiderat Pontifex, *c. accuſaſti. X. d. accuſ.* in quo qui aliquem malitioſè accuſavit, ſi accuſatus per accuſationem mortuus fuerit, ſeptem annis pœnitere debet in pane & aqua & XL. diebus. Si autem per tuam accuſationē membrum amiſerit: per tres quadrageſimas pœnitere debet.

Nulla eſt differentia, quia idem, quod jus Civile, vult Sixtus III. in *epiſt. ad Epiſcop. Orient. c. 4.* juxta quem qui crimen objicit, ſcribat ſe probaturum. Revera ibi ſemper cauſa agatur, ubi crimen admittitur. Et qui non probaverit, quod objecit, pœnam, quam intulerit, ipſe patiatur, *c. qui crimen. 2. q. 8.* Et ibidem in *c. quisquis.* Quisquis ille eſt, qui crimen intendit, in judicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inſcriptionis arripiat, cuſtodiæ ſimilitudinem (habitâ tamen dignitatis æſtimatione) patiatur, nec impunitam ſibi fore noverit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicii. Si tamen quærenda eſt differentia, videtur, quod jure Civili vocatur ſubſcriptio, jure Canonico vocari inſcriptionem. Differunt autem ſubſcriptio & inſcriptio: nam inſcriptio eſt ipſa accuſatio ſcriptis comprehenſa: ſubſcriptio eſt approbatio eorum, quæ inſcriptione continentur, Dion. Gothofr. ad *d. l. 7. in pr. lit. b.* Verùm Imperator non adeo ſtringit ſpecialem ſignificatum, quin generalem admittat arg. *rubr. d. tit. d. accuſat. & inſcript.* in cujus *l. 3. in princ.* proponitur Li-

Si cui crimen objiciatur, præcedere debet in crimen ſubſcriptio, quæ res ad id inventa eſt, ne facilè quis proſiliat ad accuſationem, cum ſciat inultam ſibi accuſationem non futuram, *l. 7. in princ. ff. d. accuſat.*

tur Li-

Digitized by Google

tur Libellorum inſcriptionis conceptio. Videtur etiam eſſe differentia in allegatis locis juris Canonici: ſed enim hanc differentiam, quæ non facit jus Canonicum differre à Civili, ſed oſtendit juris ejusdem ab eodem diſſenſionem, intentioni noſtræ non aptamus. Hodie quia hujusmodi inſcribendi & ſolemni lege ſe vindicandi ratio rigida nimis eſſet, eaque de cauſa multi noxium quemque & perditiſſimum accuſare vererentur, ſatius ſibi fore exiſtimantes, propriæ ſaluti conſulere; quàm cum vitæ ſuæ jactura accuſatione ſuâ forſan temerariâ alterius vitam velle eripere, vel nomen labefactare, antiquatus eſt ille uſus inſcribendi ſive ſubſcribendi apud omnes ferè communi ſtilo. Ne tamen facilè quis provolet ad alienam famam ſubdolâ accuſatione vindicandam, in expenſas & damna & intereſſe calumniator probatus damnatur, & in mulctam, ne impune ferat calumniam, & unius pœna ſit metus multorum, Zoeſius ad *tit. ff. d. accuſation. num. ult.* Vid. differentiam, in qua *Maritus accuſans uxorem. &c.*

SUBSTITUI hæreticis non poteſt, quia hæreticorum bona ipſo jure confiſcantur, Bachovius *vol. ad Treutl. 2. part. 1. diſp. 11. th. 8. lit. C. ex c. vergentes. X. d. hæret.*

Poteſt hæreticis ſubſtitui, quia exhæredatis; hæretici autem exhæredari poſſunt, Bach. *d. loc.*

Hanc equidem differentiam monet Bachovius, vereor autem an bene. Nec procedit illa ejusdem obſervatio, quâ hęreſis dicitur pertinax in fundamento error, ut vix videatur in ætatem adeò teneram hæreſis cadere poſſe. Nec opus eſt confugere ad malitiam, quæ cum ſuppleat ætatem, pupillus pubertati proximus hæreticus dici poteſt, ideoq; ei ſubſtitui pupillariter poterit per *Nov. 115. c. 3. circ. fin.* Nec tandem neceſſarium videtur diſtinguere cum Bachovio in *d. diſp. th. 2. lit. G.* inter hæreticos & Apoſtatas. Non enim de hæreſeii noviter impreſſa, ſed etiam de hæreditaria eſt locus, in qua non magis malitia ſpectatur, quàm in liberis ejus, qui ad pretium participandum ſe venundari eſt paſſus. Deinde hæretici & apoſtatæ, qui ad hæreticos eſt transfuga, idem eſt odium. Et ut fuerit differentia, eam Fridericus in *auth. credentes. & in auth. Gazaros. C. d. hæret.* ſuſtulit.

SUBSTITUTIO pupillaris expreſſa, vel etiam tacita in vulgari contenta à ſucceſſione filii impuberis excludit matrem, *c. ſi pater. 1. verſ. licet autem filius. circ. fin. d. teſtam. in 6.* Vid. Fachinæum *libr. controv. jur. 4. cap. 45.*

Non excludit matrem, *l. fin. C. d. hered. inſt. l. 8. C. d. impub. & al. ſubſt. l. Lucius Titius. ff. d. vulg. & pup. ſubſt. l. in teſtamento. ff. d. teſtam. mil. l. 4. C. d. imp. & al. ſubſt.*

Nulla eſt differentia, quia & in jure Civili excluditur mater, Vid. Hunnium ad Treutl. *vol. 2. diſp. th. 9. q. 53. lit. c.*

Non obſt. *l. fin.* quæ continet caſum ſpecialem: vel potiùs eſt caſus alius, quo mater unà cum filio impubere inſtituta fuit.

Non o. *l. 8.* quæ loquitur de milite, in cujus teſtamento ſubtiles legum interpretationes locum habere non ſolent, *l. ult. ff. d. teſtam. mil.*

Non o. reliquæ leges, in quibus mater expreſſe ſubſtituto præfertur, Nam mater admittitur, & præfertur ſubſtituto, quia teſtator perſonis planè diſparibus ſubſtituendo non intelligitur in caſum pupillarem ſubſtituiſſe; adeoque nullus adeſt ſubſtitutus, qui matrem excludat. Huic quæſtioni ſubdit Hunnius *d. loc. q. 54.* aliam, An tacita pupillaris matrem excludat à legitima? quam quidem affirmat, contraria tamen ſententia, ut æquior & benignior, uſu recepta & ab Illuſtriſſimo Electore Auguſto in *Novellis ſuis. part. 3. conſt. 8.* confirmata eſt, ubi conſtituit, ut in omnibus ſubſtitutionum ſpeciebus matri expreſſe triens ſeu legitima relinquatur, aut ſi id factũ non fuerit, nihilominus ei nullâ ſubſtitutionis habita ratione legitima detur, Schultz in *ſynopſ. Inſt. Imp. ad tit. d. pupill. ſubſt. lit. b.*

SUCCESSIO ab inteſtato eſt juris civilis, *c. jus Quiritium. diſt.* 1. in quo legitimæ hæreditates deſcendunt è jure Quiritium.

Valentinus Forſterus *libr. d. Succeſſ. quæ ab inteſt. defer.* 1. ſic infert, Juſtinianum juri Civili eam planè attribuere, quem & Gratianus ſequatur. Minùs tamen ex æquo id factum eſſe; neque unquam tam barbara, neque tam inculta gens fuit, quæ jus legitimarum hæreditatum ignoraret, & propinquorum bona in proximum capacem & ad ſuccedendum idoneum transferri debere non agnoſceret. Romani itaque ſolùm his ſucceſſionibus legitimis formam & ordinem addiderunt. Quâ in re hanc partem, quæ ſimpliciſſimè tradi poterat & breviſſimè, tantâ legum, edictorum, conſtitutionumque mole obruerunt & implicarunt, ut hominibus eruditis difficilius ferè nihil, nec gravius quicquam viſum ſit, quàm certi aliquid & perpetui hac in re tradere, & juventuti proponere poſſe. Soli enim Romani quadam animi magnitudine ducti, ut reliquis vel ſubtiliores vel acutiores viderentur, nodoſo & intricato genere delectati ſunt: ac novum & ſubtile jus introduxerunt, quod & varias confuſiones excitavit, ac mirabiles labyrinthos peperit. Quæ perplexitas, & in hac hæredum delatione obſcuritas, ne in infinitum progrederetur & ſerperet, Juſtinianus modum ſtatuit: ac quàm potuit rectiſſimè præcipua ſucceſſionum capita complexus eſt in *Nov.* 118. ſecutus maximè veterem ea in re à Moyſe datam legem, quæ extat *Num.* 27. Cauſam itaque & originem hæc ſucceſſio ab inteſtato à natura ipſa hauſit. Rectè enim ſequitur. Eſt filius; ergo hæres, §. *fin. I. d. hæred. quæ ab inteſt. def. l. in ſuis.* 11. *ff. d. lib. & poſth. hæred. inſt.* Formam verò & ordinem huic ſucceſſioni jus Civile attribuit, *l. jus Civile.* 6. *ff. d. J. & J. l.* 1. *& ibi Accurſ. in verb. civitatis noſtræ. ff. d. A. R. D.* Ideoque legibus municipalibus hæreditates dari, adimi, & quoquo modo Legiſlatoribus placuerit, immutari poſſunt, Alex *conſ.* 2. *in fin. in* 2. *vol.* quem refert & ſequitur Alciat. in *l. nihil eſt aliud.* 24. *ff. d. V. S.* ita quidem, ut filiam non ſolùm à ſucceſſione hæreditatis paternæ, imò omnium de familia municipali jure excludere & evertere liceat, Interpr. in *c. Raynutius. X. d. Teſtam.* Lex enim municipalis in ſuo municipio hæreditate aliquem exuere, aliumque hæredem facere poteſt, Bald. in *d. l. in ſuis.* 11. *ff. d. lib. & poſth. hæred. inſt.* Quoniam ea, quæ juris Civilis ſunt, contrario municipum jure, eorum arbitratu ſubvertere & immutare permittitur, *l. omnes populi.* 9. *ff. d. tit. d. Juſt. & Jur.* Taleſq; leges maximam vim habent & ſervandæ ſunt. Hactenus Valentinus Forſterus, cui addo perperam definiiſſe jus Quiritium ipſum Gratianum, dum ei tribuit ſolùm ea jura, quæ apud nullum alium populum reperiuntur, ſed propria ſunt Romanorum, & in eoſdem ſolos conſtituta. Hunc errorem ut exterminaret Frantzkius *exerc. ad Inſt.* 6. *q.* 1. quâ quærit, Ex quo jure ſit teſtamenti factio? *num.* 5. *& ſeqq.* hoc notat, Ut de hac & ſimilibus quæſtionibus in univerſum dicam, quid ſentiam: Quando quæritur, num hoc vel illud ex jure gentium vel Civili ſit, non hanc habet ſignificationem, quaſi illud, quod aſſeritur eſſe jurisgentium, nullo modo juri Civili, & contra quod juris Civilis, nullo modo juri gentium vel naturæ cognitum ſit; alioqui pauca habebimus in jure noſtro, quæ dici poſſent merè civilia. Sed quando jus Civile & gentium circa productionem alicujus effectûs tanquam cauſæ ſociæ concurrunt, totus effectus, tametſi utrumque jus recipiat, alteri ſolùm adſcribi ſolet juri, quod majorem vim in efficiendo contribuit: alteri non æquè, etſi ejus efficacia non omnino conquieverit. Nempe poteſt aliquid eſſe cognitum jurigentium, ut nihilominus

Sempiterna & immota naturæ ratio, quaſi tacita quædam lex liberis parentum hæreditatem addicit: & parentes ipſi inſtigante naturâ & propellente ad liberorum educationem incitantur, utque iis quàm longiſſimè proſpectum ſit, ducuntur, *l. amiciſſimos.* 36. *l. Aurelius.* 28. §. *Titius teſtamento. ff. d. liber. leg.*

lominus illud dicatur eſſe productum à jure Civili: & contra aliquid cognitum juri Civili, & nihilominus eſſe ex jure naturæ ſeu gentium.

SUCCESSIONIS futuræ renunciatio juramento confirmari poteſt, *c. quamvis. d. pact. in 6.* & ad illud Philip. Francus per totum. Vid. Zœſium ad *tit. C. d. pact. q. 15.* & *q. 14.* ubi quærit, *An pactum juramento confirmatum poſſit mutari?* & diſtinguit inter jus Civile, quo mutetur, ac jus Canonicum, quo non mutetur.

Juramento confirmari non poteſt, per ea, quæ habentur in differentia, in qua *Juramentum omne eſt ſervandum.*

Præferendum videtur jus Civile, Juramentum enim ea, quæ ſunt juris Divini vel Naturalis, nec tollere nec mutare poteſt, *l. jus ſanguinis. 34. ff. d. pact. §. ſed naturalia. I. d. J. N. G. & C. §. fin. I. d. legit. agn. tut. l. eas obligationes 9. ff. d. cap. min.* Sed liberis paternam ſucceſſionem tam jus Divinum, quàm Naturale defert, Paul. ad *Galat. 4. ibi, ſi filius, ergo hæres. l. 15. ff. d. inoff. teſtam.* Deinde juramenti virtus in eo principaliter conſiſtit, ut actum confirmet: actus autem ſucceſſionum futurarum, & ſic adhuc viventium eſt nullus. Præterea jus ſuccedendi publicum ſuaſit commodum *l. fin. ff. d. juis & legit.* cui nullâ ratione, ne juramento quidem, derogari poteſt, *c. ſi diligenti. X. d. for. competent.* Adhæc renunciatio dolo peracta nullas habere poteſt virēs, *d. c. quamvis. d. pact. in 6. cap. cum contingat. X. d. jurejur.* Sed legibus huiusmodi pactum expreſsè prohibitum deprehenditur. Quare renuncians dolo carere non poterit. Contra legis enim prohibitionem quid agens doli ſuſpicionem minimè evitat, *c. qui contra. d. R. J. in 6.* Quæ ratio filiam etiam peccati arguit. Scriptum enim eſt, quod omnis, qui legum præceptis non obedierit, morte moriatur, *c. 2. X. d. major. & obed.* Inſuper juris manifeſti eſt, quòd contrariorum idem ſit judicium; ſed hereditas pacto, licet juriſjurandi religio acceſſerit, dari non poteſt, *l. hereditas. C. d. pact. conv. l. licet. C. d. pact.* Ergo nec per renunciationem amitti vel adimi. Denique repugnat pactum hoc tam æquitati naturali, quàm utilitati publicæ. Efficit enim ſucceſſionis ſpes liberos in exhibendis obſequiis non ſolùm promptos, ſed fideles etiam atque pios: quâ ſpe ſublatâ omnino metuendum, ne honor, reverentia & pietas poſtea in parentes intermittatur. Quod non tantùm naturæ dictamini adverſatur, ſed etiam res eſt peſſimi exempli, & propterea, quantum fieri poteſt, exterminandum. Sed præfertur jus Canonicum, quoniam hæc renunciatio animæ ſalutem non lædit, nec etiam alterius præjudicium concernit. *Non obſtant*, quæ in contrarium adducta fuerunt. Nam. 1. diſtinguendum inter jus ſanguinis ſive filiationem & ipſam ſucceſſionem. Illud perpetuum & immutabile eſt: Filius enim licet maximè nolit eſſe filius, eſt tamen & manet filius, hæc mutabilis. Nec refert, quòd ex naturali ratione procedat, nam aliud eſt habere rationem naturalem, & aliud eſt eſſe de jure naturali: priori modo mediante ratione naturali jus Civile diſponit. *Non obſtat ſecundum*, quia ſucceſſionis renunciatio licet puris contrahatur verbis, perpetuo tamen conditio iſta, ſi hereditas filiæ delata fuerit, pacto ſubeſſe intelligitur. *Non obſtat tertium*, Quatenus enim jus ſuccedendi generaliter in omnium commodum introductum eſt, publicum concernit commodum: quatenus vero ſingulis ex jure iſto aliqua acquiritur utilitas, cuilibet libera conceſſa eſt renunciandi poteſtas. *Non obſtat quartum*, quum dolo careat, qui jure permittente aliquid agit. *Non obſtat quintum*, quoniam pactum renunciationis nec bonum publicum, nec etiam Principis authoritatem, ſed renunciantium duntaxat favorem principaliter reſpicit. *Non obſtat ſextum*, nam ut argumentum à contrario ſenſu procedat, eandem in utriſque verſari rationem neceſſum eſt. Sed in noſtro caſu diverſitatis ratio conſtat. Qui enim pacto ſucceſſionem ſibi conciliare cogitat, à voto & deſiderio mortis, ex qua lucrum hoc ſibi acquiritur, abeſſe minimè poteſt. *Non obſtat ſeptimum*, quod ſibi tum demum lo-

cum vindicat, quando ad principale acceſſoriè quid ſaltem venit, non etiam, quando per acceſſorium principale quiddam conſtituitur & introducitur. *Non obſtat octavum & ultimum*, nam ſucceſſionis ſpes non principalis cauſa eſt, quæ liberos ad pietatem parentibus exhibendam movere ac ſtimulare ſoleat, ſed naturalis inclinatio, quam eſſentiæ & ſanguinis identitas conciliat. Vid. Kellenbentz *d. renunc. ſucceſſ.* c. 2. de Germaniæ conſuetudine Gailium *libr.* 2. *obſ.* 126. *& ſeq.* Opportunum eſt ex eodem Kellenbentz *q.* 12. adiicere, *An Judæi & reliqui infideles ex renunciatione jurata obſtringantur?* Dubitationem movet, quòd in ejusmodi perſonis nulla animæ perditio conſiderari poteſt, cum jam ante ſint perditæ per *tot. tit. X. d. Jud. & tit. d. hæretic.* Deinde juramenti materia, tanquam res ſpiritualis, Papam ejusque cognitionem reſpicit, *c. novit.* 13. *X. d. Judic. c. venerabilem. X. d. elect. c. fin. d. for. comp. in* 6. At hic Hebræos in iis, quæ animæ periculum reſpiciunt, non cogit, *c. qui ſincera. c. d. Judæis. diſt.* 45. Conſtitutiones enim Canonicæ tantùm ligant ſubditos Eccleſiæ, *c. gaudemus.* 13. *X. d. divort. c. multi.* 2 *q.* 1. Accedit, quòd vincula Sacramentalia non cadunt in hos, qui non ſunt de ſacro ovili. Præterea Hæreticis in genere omnis contrahendi & paciſcendi facultas de jure adempta videtur per textum in *l. Manichæos.* §. *præterea. C. d. Hæret. & Manich.* conſequenter ergo & renunciandi. Denique cum juramentum per falſos Deos præſtitum idololatriam habeat, *Hierem. c.* 5. ſanè recipiens iſtud peccato non carebit, cum alterum ad peccandum inſtiget, ejusque iniquitati conſentiat, Covarruvias in *c. quamvis. part.* 1. §. 1. *q.* 9. Non ergo ſubſiſtere poterit. Maranth. in *ſuo ſpecul. part.* 3. *num.* 55. diſtinguendum exiſtimat Judæusne cum Chriſtiano contractum de jure nullum medio juramento perficiat, an verò ſoli Judæi vel infideles invicem paciſcantur: priori in caſu obligationem ratam eſſe putat, non ratione periculi animæ: cum Eccleſia de hac minimè ſit ſolicita: ſed tantùm, ne Chriſtianum decipiat, & melioris ſit conditionis, quàm Chriſtianus, arg. *l. Servius. ff. quod vi aut clam. l. non ſolùm. ff. d. noval. all.* Poſteriori minimè. Cùm enim jus Canonicum hac in parte animas infidelium non conſideret, & conſequenter etiam eorum juramenta non reſpiciat, remanent eorum obligationes in terminis juris Civilis: quod minimè concedit, ut valeant, licet juramentum iis acceſſerit, *l. pactum dotale. C. d. collat. junctâ. l. non dubium. C. d. LL.* Nobis verior videtur Innocentii & Panormitani in *c. etſi Chriſtus. num.* 14. *X. d. jurejur.* ſententia exiſtimantium, etiam haſce perſonas poſſe obligationibus infirmis, adhibito juramento, conferre robur. Generaliter enim in *c. quamvis.* 22. *q.* 1. traditur, Nusquam legi, ne ab aliquo juramentum accipiamus, ſed perſonæ hujusmodi non exemptæ habentur. *Non obſtat primum dubium*, quod non agit de perſonis jurantium, ſed tantùm de materia, ſuper qua juratur. Non enim ob id, quòd Judæi ſunt damnati, Deus falli, & id, quod ex libera partium voluntate diſpoſitum eſt, in nihilum redigi debet, ſed potiùs, cum Deus omnibus licitis actibus ſuo teſtimonio aſſiſtere cogitet, firmiter iis inſiſtendum, nullâque ratione Deus etiam à Judæis fallendus erit. *Non etiam obſtat*, quòd Papa non poſſit cogere Hebræos, nam ex præcepto Pontificis diſtinguendum eſt inter fidem humanam & catholicam, ita ut licet juramentum ſit quiddam ſpirituale, propterea quòd animam jurantis ſtringit, quia tamen fidei humanæ confirmandæ gratiâ principaliter adhibetur, non ſolùm Pontifici, ſed etiam Imperatori de eo judicandi poteſtas eſt. *Nihil etiam movet d. l. Manichæos.* Nam ſingulariter Manichæis jus contrahendi ademptum eſt: ſtatim enim ſervi pœnæ efficiuntur, *l.* 12. *& l.* 29. *ff. d. pæn.* Aliud obſervandum in reliquis infidelibus. Hi enim licet excommunicatione notentur: ea tamen, quæ ſunt jurisgentium, & conſequenter contrahendi facultatem, non amittunt. *Non etiam obſtat ultimum.* Nam in noſtro caſu promiſſio, quæ per falſos Deos confirmatur, nullam juramenti vim obtinet. Deinde exigens juramentum non hoc intendit, ut per falſos ſibi juretur Deos, ſed ut ſecurus fiat de promiſſi fide. Ex quo ergo alter per falſos hoc præſtat Deos, culpa non in exigente, ſed tantùm in præſtante juramentum reſidet.

SUCCESSIO prætoriæ bonorum poſſeſſionis Unde Legitimi & juris Civilis hæreditas cum ſint connexæ, unâ ſublatâ tolli quoq; aliam neceſſe eſt, arg. *c. translato. 3. X. d. conſtit.* è quo Doctores, Quod de uno connexorum ſtatuitur, ad aliud connexum extenditur.

Videndum eſt, an inter cæteros ipſe quoque, qui excluſus eſt, admittatur, ut puta filius eſt in poteſtate, delata eſt ei bonorum poſſeſſio ex prima parte, unde liberis defertur: excluſus eſt tempore aut repudiatione, cæteris defertur; utrùm ipſe ſuccedat ſibi ex hac ſucceſſionis parte? & magis eſt, ut ſuccedat, ut unde legitimi poſſit petere: & poſt hos ſuo ordine ex illa parte, unde proximi cognati vocantur, & hoc jure utimur, ut admittatur. Poterit igitur ex ſequenti parte ſuccedere ipſi ſibi, *l. 1 § 11. ff. d. ſucceſſ. edict.*

Quæſtionem ſic format Alciatus *libr. paradox. 4. c. 4.* Qui jure Civili præſcriptione 30. annorū legitimâ hæreditate excluditur, num uti cognatus tantundem temporis habeat, & qui juri Civili renunciavit, num ex capite, unde legitimi, ſuccedat? Reſpondet ibidem, Cum tres gradus in ſucceſſionibus Prætor fecerit, Liberorum, Legitimorum, Cognatorum: & quamvis ab uno quiſquam excluſus ſit, nihilo tamen minus ex alio capite ſuccedere eum permiſerit. Dubitatum eſt, Num idem jure Civili ſit, ut ſi filiusfamilias per præſcriptionem 30. annorum ab hæreditate patris repellatur, poſſit dein uti agnatus admitti, vel 30. aliis annis tranſactis tanquam cognatus hæreditatem capere? Et in facti quæſtione interrogatus Bartolus poſt ſe reſpondit in *conſ. 129.* quem Baldus deinde & Alexander in *l. 2 [illegible]* cæterique probaverunt: nemoque in præſentem diem animadvertit inter conſilia Bartoli Franciſcum Tigrinum contraria opinatum *conſ. [illegible]8.* quam ſententiam audacter adverſus aliorum rationes tuetur. Siquidem quamvis jure prætorio tria hæc capita conſtituta ſint, ut omiſſo uno alterum ſuperſit, non tamen id conſiderari jure Civili credit, quod filio tantum hæreditatē defert, non quidem ut agnato cognatove, ſed ſolùm uti filio: alioqui jure Civili emancipatus ut cognatus admitteretur, quod falſum eſt. Sed omnino magis nova quidam in eo conſilio opinatum [illegible] non animadverti: nam cum noviſſimo jure differentia agnationis & cognationis ſublata ſit, eum, qui a capite, unde legitimi vocantur, excluſus eſt, uti cognatum quoque repelli exiſtimavit, conte-ctaque in hoc vetera jura, quibus ſimul differente hi ſucceſſionum modi credebantur, quod & in amplioribus commentariis Angelum ſenſiſſe quandoque adnotavi. Sed hæc poſterior opinio haudquaquam mihi defendi poſſe exiſtimatur: nam cum lex, quâ hujuſmodi agnatorum cognatorumque differentia ſublata eſt, ideo ſit promulgata, ut latior via in ſucceſſionibus eſſet, *in auth. [illegible] in princ.* cur contrarium effectum hoc caſu operari debeat, arg. *l. legata inutil. 14. ff. d. adim. vel transfer. leg.* non video, præſertim cum differentia ibi tollatur, quæ inter unum, qui cognatus, & alium, qui agnatus eſſet, habebatur. Quod ergo in diverſis perſonis ſtatuitur, in eadem extendendum non eſt, cum in correctoriis quæ lex in ſimplicibus loquitur, ad caſum mixtum trahi non debeat. Sed & cum capita hæc ex jure prætorio inducta ſint, lex civilis ſolùm conformis diſciplinæ reſpectu exiſtimanda eſt, non propter edictum Prætoris: cum enim diverſa ſint, alterum alteri nihil conferre potius credendum eſt, niſi expreſſim res conſtet. Sed & dubium eſt, ſi agnatus aliquis, qui jure Civili admitteretur, repudiaverit, num ex ea lege Prætoria per caput, unde legitimi vocantur, hæreditatem queat adipiſci? Et ex Bartoli verbis poſſe dicendum eſt, dum eum, qui ſenatusConſulti

Orphitiani

Orphitiani beneficio renunciavit, non habere bonorum poſſeſſionem legitimis conceſſam arbitratus eſt. Sed hæc ſententia omnibus ſuffragiis rejicitur in *l.1.C.quand.non petent. part.* quam tamen nos eſſe probabilem exiſtimamus. Nam cum Prætor iis bonorum poſſeſſionem, unde legitimi vocantur, concedat, qui ex l. 12. Tabb. vel conſtitutione, vel SCto vocantur, *l.generaliter.ff.und.legitim.* & qui ſemel repudiaverit, non vocetur: conſequens eſt, ut nec bonorum poſſeſſio illi competat. Huc facit *d.c.translato.* Et Accurſius, licet obſcuris verbis, pro nobis eſt, dum filium, qui bonorum poſſeſſionem, unde liberi vocantur, repudiaverit, ita demum ſibi ipſi ſuccedere tanquam legitimum tradit, ſi jure Civili viam adhuc habet & hoc eſt quod dicitur, ceſſante legitimâ ſucceſſione non admittendum. Et quamvis alibi Prætor ſe admittere teſtetur eum, qui jure Civili hæres eſſe potuerit, intelligendum eſt, & etiam impræſentiarum poſſit: quod ex ejus ſequentibus verbis colligi poteſt. *Nec obſtat* regula juris, quoties ex duplici jure quiſquam vocatur, uno repudiato aliud ſupereſſe: quoniam eam tunc veritate niti crediderim, cum altera via alteram non reſpicit, quod in caſu noſtro non eſt, cum in hujuſmodi connexis utrumque ſimul tollatur. Et hæc ſic defendi poſſe opinor, ut tamen in filio, qui in poteſtate morientis fuerit, nullum locum ſibi vindicent: quoniam is tametſi jure Civili remotus ſit, tamen tria capita adhuc ex jure prætorio illi remanebunt, nimirum quia hoc caſu ſeſe hæc jura ex edicto non reſpectant. Et hæc aſſeveratio Alciati magis confirmatur ex *l.2.in princ. ff. und. legit.* ubi ſi repudiaverint ſui ab inteſtato bonorum poſſeſſionem, adhuc dicemus eos obſtare legitimis, hoc eſt his, quibus legitima potuit deferri hæreditas: idcirco quia repudiando quaſi liberi bonorum poſſeſſionem, hanc incipiunt habere quaſi legitimi. Quod ipſum agnovit Frantzkius in *exerc.ad Inſt.8.q.2.* qui vult ſucceſſorium edictum etiam habere locum de capite ad caput. Caput nihil aliud eſt, quàm, ut declarat Bartol. in *rubr.d.ſucceſſ.ed.in princ.* digreſſio quædam de ordine ad ordinem, puta de liberis ad agnatos, de agnatis ad cognatos, quæ fit non tantùm in pluribus & diverſis perſonis, puta non petentibus liberis ut ſuccedant legitimi &c. ſed etiam in una eademque; ut qui omiſit bonorum poſſeſſionem unde liberi, idem poſtea eam occupet, quæ dicitur unde legitimi, & hac omiſſâ petat poſtea unde cognati. Et ſubeſt ratio in *d.l.1.§.12.ff.d.ſucceſſ.ed.* ubi filius ad propria penè bona venit, qui petit bonorum poſſeſſionem, ſeu ut in *l.11.ff.d.lib.& poſth.* poſt mortem patris non hæreditatem percipere videtur, ſed magis liberam bonorum adminiſtrationem conſequitur.

SUCCESSOR non præſtat factum defuncti: Ita ſi dominus, qui inveſtituram de feudo vaſalli viventis fecit, moriatur, antequam feudum aperiatur, Clericus eam adimplere cogi non poteſt, Hahn.in *diſp.feud.7.concl. 12. lit. b. per loca ibidem allegata.*

Hic ſi aliqua eſſet quærenda differentia, inveniretur potiùs inter jus Feudale & Civile, ſed nulla eſt. Igitur putaverim diſtinguendum, An factum defuncti in heredem continuetur vel non: ideoque Feudiſtæ in quæſtione propoſita diſtinguunt inter Laicum & Clericum, quia Epiſcopi & Præſules Eccleſiarum in defunctorum loca ſubſtituuntur non ex cauſa ſucceſſionis, ſed vel jure poſtulationis, vel ſuffragio electionis & ſic novo titulo ad dignitatem ſeu officium deſcendunt, *can. Apoſtolica. 7. cauſ. 8. q.1. c. ad decorem. 5. X. d. Inſtit.* Nec hanc diſtinctionem Otto Tabor *d. loc.* enervat, qui ait, factum defuncti heredem ratum habere, etiamſi propriâ ſuâ perſonâ, proprioque jure niteretur; nam ea, in quibus heres propriâ ſuâ perſonâ proprioq; jure nititur, à facto defuncti ſeparantur: vel factum defuncti jus heredis, quod ex ſua perſona habet, non perimit, quod ex allegatis ibidem legibus elicere poſſumus.

Succeſſor non poteſt aut debet contravenire facto defuncti, *l.1.ff.d.R.C.* Otto Tabor in *theſ.locor.comm.Jurip. ex axiom. Barboſa.libr 8. c.5.axiom.1.*

SUCCESSOR univerſalis in bona fide conſtitutus poteſt rem à defuncto relictam præſcribere, licet defunctus in mala fide fuerit, ſi non velit uti acceſſione temporis ac poſſeſſionis ſui defuncti, ſed tempora pręſcriptionis in propria perſona inchoare paratus ſit, Dynus Muxellanus in *c. poſſeſſor. num. 42. d. R. J. in 6.*

Hæc differentia non innititur textui Canonico, ſed æquitati, quã Dyn. Muxellanus ſibi imaginatur ſubeſſe Canonicam. Verùm contraria ſententia & ipſis Canoniſtis arridet, Quòd nimirum hæres bonâ fide rem defuncti poſſidens & poſſeſſionem ex ſua perſona complens non poſſit præſcribere, ſi defunctus fuit in mala fide, etiam longiſſimo tempore, eamq; poſt alios tenet Panormit. in *c. 2. num. 8.* & in *c. ſi diligenti. num. 29. X. d. præſcript.* Rationem reddunt quadruplicem, quæ mixta ex utroque jure colligitur. Prima eſt in *l. cum hæres. ff. d. diverſ. & temp. præſcript.* in qua cum hæres in omne jus defuncti ſuccedat, ignoratione ſuâ defuncti vitia non excludit, veluti cum ſciens alienum illum vel precario poſſedit; quamvìs enim precarium heredem ignorantem non teneat, nec interdicto rectè conveniatur, tamen uſucapere non poterit, quod defunctus non potuit. Idem juris eſt, cum de longa poſſeſſione quæritur, neque enim rectè defendetur, cum exordium ei bonæ fidei ratio non tueatur. Secundò facit textus in *l. neque fructuarium. C. d. Uſufr.* Neque fructuarium, *inquit textus*, ad obtinendam proprietatem rerum, quarum uſumfructum habet, neque ſucceſſores ejus ulla temporis ex cauſa tenentes præſcriptio munit. Quo loco Paulus Caſtrenſis ſcribit, quòd ſi is, qui poſſidebat precario nomine, mortuus eſt, & hæredes ejus per triginta annos & ultra, etiam ignorantes, poſſederunt proprio nomine, non propterea rem ipſam præſcripſerunt, eâ ratione, quòd, cum defunctus precario nomine tenuit rem, ejusdem hæredes cenſentur eodem modo tenuiſſe, licet tenuerint ut domini: quia non ſuperveniente novâ cauſâ non interverterunt poſſeſſionem, ſicuti nec defunctus potuiſſet mutare cauſam poſſeſſionis, *l. nemo. C. d. acq. & ret. poſſ.* Tertiò facit, quòd defunctus & heres una eademque eſſe perſona cenſeantur. *Nov. 48. in præf.* unde fit, ut verum ſit illud *d. l. 11.* Quartò facit, quòd heres defuncti conſcientiam exonerare teneatur, *c. ult. X. d. ſepultur. c. in literis. X. d. raptor. c. tua nos. X. d. Uſur.* Atque hæc communior reſolutio ampliatur, ut procedat, etiamſi hæres inventarium confeciſſet, Covarruvias in *d. c. poſſeſſor. part. 2. §. 9. num. 6.* Molina *tract. 2. diſp. 65. num. 4.* Subſumit Joan. Franciſc Balthaſar *pract. reſol. jur. Civ & Bavar. part 2. tit 9. reſol. 6. num. 13.* Etſi prædicta ſententia receptior & communior ſit, jure tamen Bavarico contraria Dyni Muxellani & ſequacium ſententia, utpote æquitate pleniſſima, expreſsè approbata, & conſtitutum fuit, quòd heres rem à defuncto malâ fide poſſeſſam poſſit præſcribere, dummodo is in bona fide conſtitutus tempora præſcriptionum in propria perſona inchoare velit, & poſſeſſione defuncti uti nolit. Vid. Ant Fabrum in *C. libr. 7. tit. 13. defin. 16.*

Diutina poſſeſſio, quæ prodeſſe cœperat defuncto, & hæredi & bonorum poſſeſſori continuatur, licet ipſe ſciat prædium alienum eſſe: quòd ſi ille juſtum initiũ non habuit, hæredi & bonorum poſſeſſori, licet ignoranti, poſſeſſio non prodeſt, *§. pen. I. d. Uſucap.* cujus ratio eſt in *l. 11. C. d. acq. & retin poſſ.*

SUI hæredes non protenus efficiuntur, nec ante conveniri poſſunt, quàm de immixtione conſtiterit, *c. ex præſen-*

Præferendum jus Civile. Quã de cauſa ſi hæres eſſe nolit, non repudiare hęreditatem, ſed relinquere dicitur, *l. neceſſarius. 57. ff. d. acq.*

Suis hæredibus ſine aliqua immixtione hæreditas legis miniſterio acquiritur, *l. in ſuis 11. D. d. lib. & poſth. l. 1. §. qui ſunt.*

tium.3. X.d.pignor. in quo filius Sacerdotis ex ſucceſſione ipſius patrimonii jus dicitur obtinere.

ff. ſi quis omiſſ. cauſ. & c.1.ſi quis.7.§.1. D.d. acq.hæred. Ant. Fab. *d.err.Pragm.decad.31.err.8.& 9.*

hæred. & ſe abſtinere, *l. quoties. 44. D. eod. tit.* quod verbum ad eos propriè pertinet qui rebus ſuis & jam quæſitis ſibi temperant, non qui alienis, *l.cum hæreditate.55.l.pen.D.d.acq.hæred.l.1.§.ſi nemo.ff.ad SC.Tertull.l.jam dubitari.86.ff.d.hæred.inſt* & abſtentio idem operatur in ſuis, quod in extraneis repudiatio, *l.pro hærede.20.§. Papinianus. ff.d. acq. hæred.* Aliquando tamen legatarius abſtinere dicitur, non cum legatum repudiat, ſed cum non petit, juxta textum alioquin difficilem in *l. Imperator.70.in princ.D.d.leg.2.* ut poſt gloſſam & Antiquiores notat ſubtiliter de more Ant. Faber *libr.17.conject.c.7.* Vid. Ferdinandum Ariam de Meſa *libr. var. reſol.3. c.1.* ubi à *num.6.* examinat Scævolam in *l. Thais. 41. §. Stichus. D. d. fideicom. libert.* an ſatis diligenter verborum proprietatem videatur obſervaſſe, dum ſcribit uxorem hæreditate mariti abſtinuiſſe. Pergit idem *num.15. & ſeqq.* His ita explicatis apparet ſuis hæredibus ſine aliqua immixtione legis miniſterio hæreditatem acquiri. Unde ſemper valde mihi ſuſpecta, & à juris elementis aliena viſa eſt communis & recepta Interpretum traditio, quæ habet, Ad hoc, ut executio adversùs aliquem fiat, non ſufficere probare reum conventum filium & in poteſtate debitoris fuiſſe, niſi etiam doceatur, eum paternæ hæreditati ſe immiſcuiſſe, ut per textum in *l.ei qui.ff.d.tit.d.acq hæred.l.1.C.ſi minor. ab hæred.* docet Guillelm. Benedict. in *c. Raynutius. verb.mortuo. num.87.* latè Tiraquell. *tract.le mort ſaiſit.7.part. declar.2. à num.1. & per tot.* cum pluribus Antonius Gomez. *libr.1. var.c.9.num.25.* Hæc tamen traditio apertè convincitur ex eo, nam executio non ſolùm adversùs eum, quem tenor ſcripturæ demonſtrat, ſed etiam adversùs ejus hæredem locum habet, *l. miles.6. §. ult.l. ex contractu.44.ff.d.re judic.* quod enim in teſtatore admittitur, idem quoque in ejus hærede conſtituendum eſt, *l.poſtulante.44 ff.ad SC.Trebell.* Atqui in ſuis hæredibus ſola exiſtentia ſine aliquâ immixtione eos hæredes facit; nam immixtio ſuorum hæredum non acquiſitio, ſed retentio eſt, ne poſſint ſe abſtinere, ut rectè explicant Donellus *libr.7.c.8.* Petrus Faber *libr.2. Semeſtr.c.22.* Pro qua ſententia conſidero ſuis hæredibus protinus legis miniſterio ſine aliqua declaratione voluntatis hæreditatem acquiri, imò continuatio dominii eò rem perducit, ut nulla videatur hæreditas fuiſſe, *d.l.in ſuis.ff.d.liber. & poſth.* & ideo ſuo hæredi in ultimo vitæ hæreditas quæritur, *l.ult.ff.d.condit.inſtit.* etſi mulier putetur prægnans, cum revera vacuo eſſet ventre, non obſtante ventris præteritione, filius in familia retentus interim decedens ſuus fuiſſe intelligitur, *l.ventre.84.d tit.d.acq.hæred.* quia ſuis etiam ignorantibus hæreditas acquiritur, *l.cum quidam.30.§.ſuum.eod.tit.* & quod ſervi, qui hæreditatis fuere, ſtipulati ſunt, ad ſuos hæredes etiam ignorantes pertinet, *l.liber homo.20. in fin. ff. d. ſtipul. ſerv.* Qua de cauſa etiam clauſis tabulis, dum vigebat Lex Julia & Papia, hæredes exiſtebant, *l.3.C.d.Jur.deliber.* nam ſuorum hæredum jus apertura teſtamenti non remorabatur, *l.3.§.ult.ff.d.hæred.inſt.* quia eorum ſcientia non erat neceſſaria, ſed repente hæredes apparebant, *l.in ſuis.14.ff.d.ſuis & legitim.* & ideo furioſo ſuo hæredi quærebatur hæreditas, *l.furioſus.63.ff.d.tit.d.acq.hæred.* quia ex quibus cauſis ignorantibus nobis acquiritur, ex eiſdem & furioſis acquiri ſolet, *l. ſi à furioſo. ff. d. R. C. l. ſi à furioſo. ff. d.O. & A.* Et hinc deſcendit, quòd ſi pupillus ſuus hæres ſub conditione paruerit juxta textum in *l.ſi pupillus.26.ff.d.cond inſt.* protinus hæres efficiatur, neque tutoris authoritas ſit neceſſaria, *l.in conditionibus.5. ff. d.C. & D.* ubi velim expendas verba illa, *nam hoc jure poteſtatis fieri*; quæ perſpicuè oſtendunt acquiſitionem hæreditatis non induci propter implementum conditionis, ſed jure poteſtatis. h. e. virtute exiſtentiæ, ut rectè vidit Socinus ibi *col.pen.* Unde detegitur lapſus Jaſonis in *l.1.ff.d condict.cauſ.dat.* dum exiſtimavit filium, qui implevit conditionem poteſtativam, ſtatim hæredem fieri jure immixtionis. Nam quamvis verum ſit eum, qui paruit conditioni poteſtativæ vel mixtæ, beneficium ab-

ſtentionis amittere, *l. jam dubitari.86. ff. d.tit.d.hæred.inſt.* quia id beneficium non indulgetur ei, qui ſponte oneribus hæreditariis ſe ſubjecit, *l. ſi filius, qui patri.ff.d.vulgar.* attamen implementum conditionis non cedit pro immixtione, ut probant Vasquius *d.Succeſſ.creat.§.19.num.58.* Acoſta *libr.2.,elect.c.3.num.4.* ſed eò rem deducit, quaſi purè hæreditas relicta ſit, *d.l.ſi pupillus.26.ff.d.cond.inſtit.* & cum in ſuis hæredibus non detur vacuum tempus inter mortem & exiſtentiam, *l.ſi poſt mortem.68.§.1.ff.d.leg.1.* Anton. Gomez. *libr.1.variar.c.9.num.17.* Hotom. *libr.9.obſ.c.10.* Cujac. *tract.4.ad African. in l. ſi filius.16. ff d.lib.& poſth.* niſi conditio vel quid aliud impediat, conſequens fit ut expletâ conditione & ſublato impedimento ſuus hæres poteſtatis jure hæreditatem ſine aliqua tutoris autoritate acquirat: imo cum tutor non poſſit exiſtentiam impedire, pupillus impletâ conditione, etiam invito tutore, ipſo jure hæres fiet, ut docet Ant. Faber in *Juriſpr. tit. 21.princ.1.ill.10.* Quibus aliis Ferdinandus Arias perſpicuè oſtendat ſuos confeſtim legis miniſterio hæredes fieri, & rerum hæreditariarum ſine aliqua immixtione dominium nanciſci, *d loc.* videri poteſt. Nunc ad *d.c.ex præſentium.* ut reſpondeatur, tot me conjecturæ obruunt, ut quam primam arripiam, quam denique probem, totus ſim dubius. Vereor ut excedam aut Canoniſtarum captum, aut meæ modeſtiæ limites. Quum pulſu dignoſcere non liceat hunc filium, credam. 1. non ſuum fuiſſe hæredem. 2. ſuum fuiſſe hæredem ex inſtitutione, quâ etiam, qui tantùm ſunt naturales, ſuccedunt. 3. ſuum fuiſſe hæredem, quem Papa, coram quo propoſita erat querela, legitimaverit. Vid. differentiam, in qua *Papa legitimare poteſt.* 4. ſuum fuiſſe hæredem, quem Sacerdos ante, quàm ſacerdotio fungeretur, ex uxore ductâ genuerit, & hanc ultimam conjecturam juvat gloſſa ad *d.c.lit.ſ.* Poſſe autem, qui macilentâ ante fruebatur uxore, ex qua ſuſceperit liberos, pingui poſtea frui ſacerdotio, hoc ipſum *libr. var. reſol 3.c.8.num.ult.* Ferdinandus Arias ſubminiſtrat, dum quærit, *Quid dici oporteat, cum agitur de accuſanda & remittenda nece patris religioſi, an monaſterium præferendum ſit filiis?*

SUPERFLUA nocent, *c.diſpenſatio.diſt.43.* in quo vitium animi eſt indignis ſecreta vulgare, quod fit vel loquacitate incautâ, dum ſine judicio volat irrevocabile verbum: vel adulatione, ut ei placeat, cui ſecreta revelat: vel jactatione ſcientiæ, ut plura ſcire videatur. In quibus omnibus profectò datur intelligi, quanta debeat eſſe diſcretio in prædicatione Sacerdotis. quâ ſi fortè caruerit, tanquam torto naſo ſacerdotalis officii judicatur indignus.

Utrique juri ſua conſtat authoritas. Nam & jure Civili quia indignis ſecreta non vulgamus, vanæ voces populi non ſunt audiendæ, *l.12. in §. C. d. pœn.*

Non nocent, *l.65.ff.d.V.O. l.32.§.6.ff.d.aur.arg.mund.&c.leg.l.81.&94.ff.d.R.J.* Nec nocet jus Civile, quod eſt ſuperfluũ.

Eodem jure loquacitas interdicitur incauta, nam qui effuſo eſt ſermone, in promptũ incidit ſui periculum, *l.ult. in fin.C.d.jur.dot.* Alia eſt fœcunda illa ſalium & arguta libertas, quæ grata ſolet eſſe in colloquiis, jocis, ceteriſq; animi remiſſionibus. Quid enim, ita notat Forſtnerus ad *libr. Annal. Tac. 5.* elegantius, quàm ad omne argumentum ſententiolam dictaque conciſa, & velut brevi fulgure micantia habere? quid urbanius, quàm omniũ dicta factaque excipere improviſis ſalibus; & brevi nitidoque acumine ſemper intentum eſſe in aliorum ineptiam? Sed innoxii debent eſſe iſti joci, & qui non minùs eum, in quem dicuntur, quàm ceteros, qui audiunt, delectent. Nam quibus acerbitas ineſt, quæque multum ex vero trahunt, acrem ſui memoriam relinquere ſolent. Etiam jocorum libertas, quæ multum inter pares jucunditatis habent, in ſuperiores uſurpata ſcurrilitas eſſe videtur magis quàm urbanitas: ejusque ſæpe apud præpotentes in longum memoria eſt. Eodem jure Civili interdicitur adulatio. Quemadmodum enim in Epiſcopali cervice nihil fulget ſplendidius, quam hu-

militas; ſic jure Civili homo ſibi humilitate ſplendorem addit. Vid. differentiam, in qua *Laus improbatur propria.* Credamus Senecæ, cujus ad Lucilium iſta ſunt *epiſt.39.* Magni animi eſt magna contemnere, ac mediocria malle quàm nimia. Illa enim utilia ſunt: at hæc, eò quod ſuperfluunt, nocent. Sic ſegetem nimia ſternit ubertas: ſic rami onere franguntur: ſic ad maturitatem non pervenit nimia fœcunditas. Subvereatur, qui ſe jactat, Thrax ſi eſſem, Fuſius eſſem: Pantomimus eſſem, ſi Pantillus: ſi eques, Meliſon, illud argutè dictum, Si cloaca eſſes, magna eſſes. Eodem jure interdicitur jactatio ſcientiæ, Vid. Carolum V. *art.44.* Menochium *d. arbitr. Jud. quæſt.331.* præſertim ſi in iis ſibi placeat, quæ jactans ignorat. Sic Donellus ad *tit. d. præſcr. verb, c.22.* cujus verba non pigrabor adſcribere: *Sed opponitur nobis authoritas Harmenopuli: Gravis ſcilicet author Harmenopulus, & dignus, cujus audiendi causâ vadimonium deſeramus. Credo quia Græcus eſt, & alienâ linguâ, non latinâ utitur. At vide, quàm à pleriſque, qui iſtum nobis obtrudunt, diſſentiam. Ego ſi quid verum me habere credam, continuò mihi ſuſpectum ſit, ſi idem ab Harmenopulo poſitum videam. de quo homine non neceſſe habeo dicere, quod ſentio & quod homines eruditi, cum parciſſimè loqui volunt, de eo dicere ſolent, hominem peregrinum fuiſſe, in jure non ſatis exercitatum, ſæpe etiam rudem videri.* Et de Plutarcho Bodinus *3. d. Rep. 3.* inquit, *Ejus ſcriptis non ita aſſentior; quin ſæpiſſime græcum hominem in Romanorum antiquitatibus offendere videam.* Traditis hiſce non obſtat *d. l. 65. ff. d. V. O.* in qua extrinſeca & nihil ad præſentem actum pertinentia ſtipulationi adjiciuntur. Non obſt. *d. l. 32.* §.6. in qua non neceſſaria verborum multiplicatio omitti poteſt, nec mutat ſubſtantiam rerum. Non obſt. *l. 81. d. R. J.* nam non ſunt ſuperflua, quæ dubitationis tollendæ causâ contractibus inſeruntur. Non obſt. *l. 94. ff. eod.* quia & abundare poſſunt, quæ ſecundùm negotii ipſius ſe habent naturam. Non obſt. quòd jus Civile ſit ſuperfluum: Reſpondet Forſtnerus ad *libr. Annal. Tac. 3.* Ingratus & iniquus mihi Juſtus Lipſius videtur, qui neque Juſtiniano ob compoſitos juris, quo utimur, libros, nec Lothario Imperatori ob reductos eoſdem in lucem uſumque hominum multam deberi gratiam arbitratur. Nec enim verum eſt, quod ipſe ait, ex multis legibus orta eſſe tot litigia, tot patronorum fraudes juriſque cavillationes. Hominum ea improbitas eſt, haut minor, imò major futura, ſi paucioribus uteremur legibus. Quippe leges pleræque ex occaſione latæ ſunt, ut darent formam finemque controverſiis, quæ ex juris ſcripti defectu emergebant. Nunc quod introductum eſt ad finiendas lites, ad ſtatuendum jus certum, ad præcidendas Juriſperitorum diſputationes, quomodo dici poteſt diſputationi litibusque cauſam dare? aut quomodo dici non debet, majores ſemper patronorum advocatorumque fore fraudes, ſi pauciores forent leges, quàm quæ negotiis ſufficerent? ſi omne jus in incerto eſſet, ideoque patronorum diſputationem exigeret? Quæ enim certo jure nituntur, certamque ſemper habuerunt interpretationem, nullâ hominum fraude, niſi etiam Judex corruptionibus pateat, eludi poſſunt. Fraus & cavillatio in incertis valent. Porro quod ajunt, Ut multi Medici peſtilentis aëris, ſic multas leges ægræ civitatis eſſe argumentum: verum id quidem eſt. Sed non ægra civitas aut corrupta eſt, quia multas habet leges: ſed multæ ſunt leges, quia ægra civitas eſt. Felix vitæ facilitas, quâ vetuſtiſſimi mortalium nullâ adhuc malâ libidine ſine probro, ſine ſcelere, eoque ſine pœna aut coërcitionibus agebant. Sed morbis tamen graſſantibus remedia prudenter eſſe quæſita, & ex malis moribus bonas natas eſſe leges aliquod eſt in malis ſolatium: & habenda Romanis boniſque Imperatoribus gratia, qui ad hujus vitæ turbas componendas tantum nobis reliquerunt & conſilii & judicii & æquiſſimæ rationis. Eodem illud ejuſdem Forſtneri ad *Corn. Taciti libr.13.* Adoleſcentes in Scholis ſtultiſſimos fieri: qui nihil ex iis, quæ in uſu habemus, aut audiunt aut vident. Quo fit, ut tria præcepta politica, quæ à magiſtris attulerunt, tanquam unum calceum omni pedi aptantes, & ſtultâ opinione tumidi ſuâ ſapientiâ octidui ſpatio omne mortale genus ad aurei ſeculi innocentiam refingi poſſe arbitrentur: ignari, vitia fore donec homines.

SUPPLI-

SUPPLICIO ultimo nemo afficiatur. *c.23.q.5.* Vid. Rittershuſium *libr. d.differ.jur.Civ. & C.6.c.5. in fin.* Rennemannum in *Juriſpr. Romano-German. membr.3.diſſ.43.theſ.3. & ſeqq.* Corvin. in *jur. Can. libr.2.tit.41.*

Præferendum eſt jus Civile, quod tollit temeritatem & conceſſam apud antiquos impunitatē. Noxia enim illa erat reverentia, quâ Pontificum occurſus ſervabat ductos ad ſupplicium. Vid. Plutarch. in *Num.* ubi de Veſtalibus & *problem.3.* ubi de Flamin. Dial. Alexandr. ab Alexandr. *5.genial.12.* Clarum *5.ſent.§.ult.q.98. verſ. ulteriùs quæro.* ubi de Cardinalibus Dionyſ. Gothofr. ad *d.l.6. lit. e.* Mathiam Stephani ad *conſt. Carolin. art.1. num. ult.* ubi de Pontificiorum hypocriſi. Adhæc in *d.c.23.* non aſſeritur ultimo ſupplicio neminem eſſe afficiendum; ſed in ejusdem *can. reos.* prohibetur quisque ſuâ authoritate in necem alicujus armari, non legis imperio reos morti tradere. Qui enim publicâ poteſtate functus ipſius legis imperio malos perimit, nec ullius præcepti transgreſſor, nec à cœleſti patria alienus habetur. Et in *can. homicidas ibidem.* Homicidas &c. occidere non eſt effuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium. Denique in *can. qui vitiis d. cauſ.* qui vitiis nutriendis parcit & favet, ne contriſtet peccantium voluntatem, non tam eſt miſericors, quàm qui non vult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem: & non timet, ne vulneratum doleat vel extinctum. Quid ſi aſſeratur ultimi ſupplicii ſeu metus ſeu prohibitio; quàm à priſcis Canoniſtis procul ſunt moderni, qui diſputant per Syllogiſmos, præſertim in lite religioſa, ex igne, aqua & laqueo confectos, ubi mors neceſſario ingreditur concluſionem. Hinc aſſeri poteſt in diverſæ religionis homines Canoniſtas eſſe ſeveriores, ſuæ autem religionis hominibus eſſe faventiſſimos. Vid. Eraſmum in *colloq.* in quo agit de votis, ubi inducit nugatorem maximum, qui peram habebat indulgentiis largiſſimis diſtentam, cui iter ſit longum in cœlum, nec ſatis tutum ob latrunculos, qui obſident regionem aëris mediam: vel quia fortè incidet in genium aliquem, qui latinè non intelligat.

Addictos ſupplicio & pro criminum atrocitate damnatos nulli Clericorum vel monachorum, eorum etiam, quos ſynoditas vocant, per vim atq; uſurpationem vindicare liceat ac tenere, *l.6.C.d.epiſc.aud.*

SUSPENSIO & interdictum cōveniunt, *c. quærenti.20.X.d.V.S.*

Nulla eſt differentia, ſive ſpectemus eandem ſignificationem, ſive diverſam. Si eandem, interdictum non erit ſuſpenſio, ſed, quod liquet ex *d.c. quærenti.* tam interdictum quàm ſuſpenſio continebuntur ſub cenſura Eccleſiaſtica. Si diverſam, Interdictum nec erit è jure veteri Romano forma & conceptio verborum, quâ Prætor aut jubet aliquid fieri, aut idipſum fieri prohibet, in *pr. I. d. interdict.* nec erit è jure novo actio extraordinaria de poſſeſſione vel quaſi competens, *§. ult. I. eod.* ſed juxta Corvinum in *jure Canon. libr.4. tit.45* eſt id, quo certis perſonis aut loco à jure vel Judice Eccleſiaſtico divinis officiis & ſepultura Sacramentorumque (Sacramenti) perceptione interdicitur, donec imperatis ſatisfecerint.

Interdictum non ſuſpendit, ſed ſequenti judicio petitorio viam pręparat, arg. *l. 1. §. ult. ff. d. aq. quotid. & æſt.* in quo interdictum, quod ad aquam quotidianā pertinet, totam quæſtionem finit, nec præparat cauſam, ut ſuperiora interdicta, nec ad poſſeſſionem temporariam pertinet; ſed aut habet jus aſſignatum ſibi, aut non habet, & interdictum totum finitur.

SUSPICIONES ſufficiunt, ut quis condemnari poſſit. Talis eſt ſuſpicio, ſi quis ſolus cum ſola, nudus cum nuda, in eodem lecto jacens, vel aliis multis locis ſecretis & latebris ad hoc commodis & horis electis deprehendatur, *c. literis. X. d. præſumpt.*

De ſuſpicionibus nemo condemnari debet, *l. 5. ff d. pœn.* quia ſatius eſt impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem condemnari. Vid. differentiam, in qua *Quæſtio cum ſit res gravis, &c.*

Utrum [illegible] jus diſtinguit inter levem ſuſpicionem, de qua in *l. 3. §. 1. inf. a. minor.* Exemplum habet Surius in *comm. rer. in orb. geſt. ad ann.* 1528. de quodam, qui uxorem ſuā adulterii ſuſpectam habuit, quod in famuli ſui ſuſpecti induſio ligulas ſericas inveniſſet, quas ſuas eſſe noverat: & indicia certa, quæ non minorem probationis, quàm inſtrumenta, continent fidem, *l. 19. C. d. R. V.* ſeu, ut habet *d. c. 12.* inter violentam & certam ſuſpicionem. Non obſt. *c. afferte. X. h. t.* ubi levis eſt tantùm ſuſpicio. Reſp. 1. non eſſe levem ſuſpicionem, quam malitia alterius mulieris, quæ malebat dimidiam partem infantis, violentam facit. Deinde non agitur in *d. c.* niſi civiliter ad prolis reſtitutionem, & ſuper ea tantùm judicatur nullā factā mentione criminalis judicii, quod poſterius notat Zœſius ad *tit. d. præſumpt. X. num. ult.* Non obſt. *c. literas. 14. X. eod.* quia ſolet in cauſa hæreſeos ſuſpecto abjuratio injungi, & alia cautio adhiberi, ut poſſit conſtare de veritate, Zœſius ibidem, qui addit, Praxi communi receptum videri pœnam delicti tantùm præſumptivè probati mitigandam eſſe, quòd, licet non omnino videatur reus innocens, non pateat tamen de crimine per veram probationem, qua de re Menoch. *libr. 1. præſumpt. c. 97.* Non attenditur illa ſuſpicio, quam ſolus dolus à mendacio diſtinguit, ſiniſtra interpretatio veritati opponit. En iterum plumam Surii Carthuſiani, in *comment. rer. in orb. geſt. ad annum* 1540. quā & ipsā plumā leviora ſcribit in novos novorum dogmatum ſatores atque buccinatores, quos temerarius vocat. Deducit illorum plus quam Vatinianum in ſocietatem Jeſu odium. Hinc eſſe illa convicia probraque jactandi ſævam libidinem: quòd cum revera mores reprehendere non poſſint, niſi per calumniam, in Societatis nomen petulanter incurrant, modò Jebuzitas, modò primā detractā ſyllabā Su tas, inprimis autem Jeſuwider Germanicè, tanquam Jeſu adverſarios vocant: ſæpius etiam atros Equites, quòd plerique omnes pullā veſte utantur: quaſi verò ejusmodi cavilla quicquam noceant laudatiſſimæ Societatis patribus, & non potiùs Sectariorum petulantiam declarent. Quanquam non ignoro (ſic pergit Surius) etiam quosdam bonos viros interdum aliquid contra hanc Societatem humanum eſſe paſſos: ſed id inde accidit, quòd nondum certam haberent ipſius Societatis notionem. Moventur enim ſiniſtris ſuſpicionibus nonnunquam etiam homines non mali, quia homines ſumus, &, ut homines, non raro fallimur. Oportet Surium fuiſſe aut ſimpliciſſimum, aut ſtipendio conductum, aut mancipatum iis aſſentationibus, quibus humi repentes emergere satagunt. Adeantur hiſtoriæ Jeſuiticæ Scriptores, in quibus eſt præcipuus Alphonſus de Vargas Toletanus, qui in *relatione ad Reges & Principes Chriſtianos* Jeſuitarum infidelitatem, erga Pontificem perfidiam, contumeliam, novandi libidinem illuſtribus documentis comprobat. Ne tamen cui videar Pontificios paſſim habere contemptui, admitto S. Stephani a S. Gregorio *libr. d. præcip jur. & juſt. part. 1. c. 13. num.* 10. tres ſuſpicionis gradus, & primus eſt, quando quis incipit dubitare de bonitate proximi ex levibus indiciis, & hic gradus eſt veniale (quem terminum Canoniſtæ attendant) peccatum, quia pertinet ad tentationem humanam, ſine qua vita non ducitur. Secundus gradus eſt, dum quis pro certo æſtimat malitiam proximi ex levibus indiciis, & in hoc ſecundo gradu conſiſtit judicium temerarium. Tertius gradus eſt, quando Judex proceſſit ex ſuſpicione ad aliquem condemnandum. Hac occaſione ibidem *num. 18.* quærit Stephanus, *Utrum dubia*

ſemper

ſemper interpretanda ſint in bonam partem? Affirmativè reſpondet cum Thoma 2.2. *q.60. art.4.* & ratio eſt, quia qui habet malam opinionem de ſuo proximo, ei injuriatur: nullus autem debet alteri injuriam inferre abſque cogente cauſa; unde ubi non apparent manifeſta indicia malitiæ alicujus, ſemper dubium eſt in bonam partem interpretandum. *Neque obſtat* id, quod Auguſtinus *libr.1.d.doctr.Chr.in princ.tom.3.* dicit, *Illum piè & juſtè vivere, qui rerum integer eſt æſtimator in neutram partem declinando,* ex quibus verbis videtur colligi, ſufficere ut quilibet in dubio in neutram partem inclinet, nam ut bene reſpondet Thomas ad 2. differt æſtimator rerum temporalium ab æſtimatore hominum. Qui enim ęſtimat res temporales, bene poteſt in dubio neutram partem eligere, quia agitur de intereſſe proprio, & nemini fit injuria; at qui æſtimat actiones hominum, debet bonam partem eligere, quia agitur de intereſſe alieno i. e. proximi, cui fit maxima injuria non interpretando ejus actiones in bonam partem, dummodo contrarium non appareat ex ſufficientibus indiciis, & ideo in hoc caſu adeſt culpa gravis. Idem etiam docet Seneca *libr.2. d. ira. c.24.* dicens, *Simpliciter opus eſt benignâ rerum æſtimatione, ut nihil, niſi quod in oculos incurret manifeſtumque erit, credamus.* Et pro majori intelligentia ſciendum eſt duplici modo poſſe nos dubia circa actiones proximi in potiorem & meliorem partem interpretari, ſcil. negativè & poſitivè. Negativè eſt putare noſtrum proximum non fuiſſe authorem criminis vel peccati, & non eſſe virum improbum, i.e. non commiſiſſe tale malum. Poſitivè eſt putare noſtrum proximum eſſe virum probum, habere bonam intentionem, & illam habuiſſe in ſuis actionibus.

SUUM hæredem habet Sacerdos Eccleſiæ de Offitona, *c.ex præſentium. 3.X.d.pignorib.*

Suum hæredem nullus habet Sacerdos, quia in *§.2. I.d. hæred. qual. & differ.* ſui hæredes ſunt liberi, qui in poteſtate teſtatoris tempore mortis ſunt, eumque proximo gradu contingunt, ut filius & filia, Manzius ad *d. §. num.1.*

Multiplex relatio ei, qui conſideraverit Sacerdotem, ſe offerret. 1. relatio illa ad ſubſidiariam operam, quâ non tantùm in vicinia, verùm etiam ſi remotior aliqua ſuccubuerit, tanquam alienos, familiæ ſecularium ſuos inſerunt, præſtantque devotæ commiſerationis opus, quod nemo maritorum rogaret. 2. relatio illa, quæ dirigitur ad factum potiùs, quàm ad jus naturale, quo ſe indignos communione juris naturalis faciunt, ac ejus definitionem, quaſi eſſet ſuo definito latior, ſugillant. Non hominis eſt ea ſibi negare, quæ cunctis animantibus, etiam iis, quorum caput aſſatum differentia, in qua *Sortilegia &c.* cephalæomantiâ explorat, competunt. 3. relatio illa, quâ quicunque ſuccedunt, ſui hæredes exiſtunt? Sic quamvis videantur JCti diſcrimen in verborum ordine conſtituere, quaſi interſit, utrùm dicamus ſuus hæres, ut in *d.*§.2. an hæres ſuus, ut in *l.6.in princ.& §.ult.I.d.inoff. teſtam.* Sicuti conſtat magni referre, utrùm dicamus bonorum poſſeſſio, *t.t.ff.d.bon.poſſeſſ.* an poſſeſſio bonorum, *t.t.ff.d.A.vel A.P.* illa juris *l.3.§.1.ff.d.tit.d.bon.poſſ.* hęc facti eſt *l.1.§.3. ff.d.tit.d.A.vel A.P.* quanquam transpoſitionem illam leges non ſemper ſcrupuloſè obſervent, *l.29.ff.d.hæred.inſt.* arg. *l.4 §.1 ff.d.off.ejus, cui mand.eſt jurisd.* Oſterm. in ration. ad *d.§.2.in rat.propugn.* 4. Offert ſe relatio ad ipſius Sacerdotis imperitiam, qui forſan inter hæredem ſuum & non ſuum diſtinguere non potuit. Nec verecunda heic ſit Sacerdotis confeſſio. Angelus Politianus, vir græcè latinèque doctiſſimus, qui jactabat ſe in gloſſematis juris Civilis vel Accurſium ſuperare poſſe, rogatus à Mariano Socino, JurisConſulto ſuæ ætatis Celeberrimo, Quisnam in jure Civili ſuus hæres diceretur, totus obmutuit. 5. Offerret ſe relatio ad inſtitutionem eorum, quos Sacerdos aut ex inæquali matrimonio aut copulâ fœdâ genuerit, nec enim Sacerdoti interdictam eſſe inſtitutionem differentia, in qua *Monachus vel Canonicus &c.* differentia, in qua *Teſtari non poteſt filiusfamilias Clericus* indigetant. 6. Offerret ſe relatio ad gremium illius Eccleſiæ, cui Sacerdos præſidet. Ejus tanta eſt benignitas, ut in eos, qui ſine patre geniti ſunt,

vim

vim & poteſtatem patriam exerceat, arrogatione piâ ſuos faciat, & velut non aliunde genitos cum legitimis liberaliter alit. Superſedere potuiſſet Campanella, Conſiliarius in Hiſpanos ſeverior, querelâ illâ, qua doluit plures, ſago ac prælus idoneos, vitæ mancipari monaſticorum, eoſque vivere extra matrimonium, qui matrimonio propagarent. Non conniveamus, ſi ignavus Sacerdotum venter diſſimulet: non dormiamus eorum vigiliis, quibus ſubinde inconceſſum eſt iter: non deferamus iis, qui ſtipem ſe petere fingunt, ut imprudenti mulierculæ imponant. Ecquis confidat coloratæ ſimplicitati Nonnarum, quæ etiamſi in priſtinum robur Troja reſurgeret, plures excludunt, quàm equus Trojanus includere poſſet. Si clavæ Herculis tot ineſſent nodi, quot nudos progeneiant, ei in Oceani profundiſſimi medio magnus Chriſtophorus inniteretur; aut ſi intentiori frigore vacillaret, alternis pedibus ſenſim egrederetur, acaſcenderet in aëra, donec per tot nodorum gradus ſerpens proximè cœlum verſaretur. Tunc ſi contingeret ruina casûs fortuiti, non malè rueret, quem tot dimidiati parvulorum lacerti ſuſtinerent: aut ſi lacertis eſſet onuſtior, vel felis, quemadmodum cato homini in pedes ſit recidendum, ſuavi præludio doceret. 7. Offerret ſe relatio ad Sacerdotem Eccleſiæ de Offitona, qui forſan generando & à plerisque non degenerando magis liberis, quàm libris procudendis incubuit. Quicquid ſit, ſuum hæredem Sacerdos non habeat, quem genuerit; habeat tamen, ut in *d.c.ex præſentium.* quem inſtituerit, aut quem ſucceſſio ab inteſtato ſuum nuncupet.

SYNDICUS cum eligitur, omnes qui ſunt de communitate, citari vel adeſſe debent. Sicut enim Capitulares omnes ad electionem Prælati ſunt vocandi, *c.quia propter.*42. *c.quod ſicut.*28.*X.d.elect.* ita ad electionem Syndici alicujus civitatis vel capituli omnes cives vel capitulares ſunt convocandi, Manzius ad *tit. ff. Quod cujusq; univ.&c.n.*25.

Etiamſi alqui non citentur, aut aliqui emaneant, nihilominus præſentes poſſunt actum perficere per *auth. ſi omnes.C. ſi minor. ab her. ſe abſt.*

Nulla eſt differentia, quia in jure Civili diverſus proponitur caſus, quo non præſentia omnium eſt neceſſaria. Deinde ponamus non diverſum proponi caſum, non etiam diverſa eſt deciſio: nam allegata *auth.* ad tria reſpondet. 1. quando omnes ſunt præſentes, ubi reſtitutio poſtulatur. 2. quando omnes ſunt abſentes. 3. quando quidam ſunt abſentes: hos omnes vel eſſe vocandos præſentes, vel abſentes eſſe citandos, ſive omnes abſint, ſive aliqui. Ita videntur ſentire Cujacius & Matth. Steph. ad *Nov.*119.*c.*5. in quo Juſtinianus, ut minore poſtulante reſtitutionem abſtinendi gratiâ, omnes creditores hereditarii citentur ſolennibus edictis, ut intra tres menſes compareant crediti petendi gratiâ: Judex verò bona hæc omnia in inventario conſcribi curet, ex quibus creditoribus ſolutio fieri poſſit. Quòd ſi tunc creditores non venerint intra præfixos menſes tres, ſine periculo minori dabitur reſtitutio, idoneo loco depoſitis rebus hereditariis. E' quibus pateſcit poſſe aliquorum ſeu omnium eſſe emanſionem, omnium tamen eſſe citationem. Denique & hoc aſſeverandum, faciliùs à conſtitutione eligendi Syndici quàm à conſtitutione *d.auth.* poſſe recedi: nam à priori recedit lex, ſtatutum vel conſuetudo, vel etiam difficultas, ob quam omnes & ſinguli de univerſitate haud facilè convenire poſſunt, tunc enim plerumque receptum eſt, ut ordo Decurionum & magiſtratuum in ſingulis civitatibus & oppidis Syndicum nomine communitatis conſtituat, Manzius ad *tit.ff. Quod cujusque univ.nom.num.*27.*& ſeqq.*

SYNDICUS eſt procurator, *c. petitio. & c. in cauſis. X. d. procur. c. cum*

Univerſitas non conſtituit procuratorem, ſed Syndicum, *t. t. ff.d.procucauſam.*

Non indagemus convenientiam in aliquo tertio, quam nobis ſuggerat habilitas

cauſam. c. in pertractandis. c. Imperatores. X. d. juram. calumn.

rat. & quod cujusque univ. nom. vel contr. eam ag.

Syndici & procuratoris, quòd ii ad Syndici munus idonei ſint, qui idonei eſſe procuratores cenſentur: vel etiam ſuggerat utriusque poteſtas, quòd Syndici parem poteſtatem in cauſis univerſitatis totiusque collegii habeant, quam procurator in privatis negotiis habet. Non etiam opinemur cum Rittershuſio in *diff. jur. Civ. & Can. libr. 5. c. 12* jus Canonicum negligere illud accuratum diſcrimen, quod tenet jus Civile inter Syndicum & Procuratorem, nam æquè jus Canonicum ac Civile in diverſis titulis de Procuratore & Syndico agit. Sed dicamus hanc differentiam eſſe ſpecierum, quæ ſub eodem genere continentur. Ita ut Procurator alius ſit publicus, qui non privatâ conſtitutione, ſed publicâ authoritate pro tota univerſitate intervenit, rem in judicium deducit, & nomine illius vel agit vel convenitur: alius procurator eſt privatus, qui res & cauſas privatas curat. Ex hac differentia palam fit, quid cenſendum ſit de illa differentia, quam Joachimus Hafſæus in ſesquicent. ſua, quam continet volumen diſputationum Baſileenſium ſeptimum in *th. 23.* quòd jure Civili Univerſitas non poſſit conſtituere Procuratorem, ſed Syndicum.

T.

TEMPUS diurnũ & nocturnum diſtinguuntur, *c. conſuluit. 24. X. d. off. & pot. Jud. del.* in quo prohibetur, ne judicium Eccleſiaſticum noctu fiat, quia, juxta teſtimonium veritatis, qui male agit, odit lucem.

Tempus diurnum & nocturnum non diſtinguuntur, *l. 8. ff. d. feriis. l. 1. ff. d. Oper. libert. l. 20. C. d. tranſact.* Vid. Fontanellam in *tractat. d. pact. nuptial. clauſ. 1. num. 21.*

Attendendum eſt jus Canonicum, Aliud enim eſt tempus nocturnum in negotiis expediundis non attendi, ita ut ſit illud Ovidianum,

— quo cuncta ſilent,
interque Triones
Flexerat obliquo plauſtrum temone Bootes.

Hinc ſtatutum Mediolanenſe, de quo Polydorus Ripa in *tract. d. nocturn. temp. c. 9. num. 3.* Nullus vadat poſt tertium ſonum campanæ usque ad campanam diei, cum lumine vel ſine lumine, cum aliqua vola vel lauto vel alio inſtrumento ad ſonandum. & qui repertus fuerit contra feciſſe, condemnetur in ſolidum centum tertiolorum. Aliud tempus non eſſe nocturnũ. 2. Interpretes juris Can. in *d. c. conſuluit. 24.* etiam tempus nocturnum attendunt. Sic Gloſſa *lit. m. ibi tenebras.* Quid ſi Judex proceſſit in tenebris ad lumen candelæ, vel ad conteſtationem litis, vel ſententiam protulit; nunquid valet, quod agitur? Credo quòd valeat proceſſus, licet procedi non debuerit: dummodo aliud non impediat, & præcipuè ſi Judex honeſtus ſit. Hic non dicatur quod ſi proceſſum fuerit, non valeat: quia multa fieri non debent, facta tamen valent. Hactenus gloſſa. Ludvvell. in *differt. temp. legit. th. 4.* cujusvis loci conſuetudines attendendas putat. In Curia Provinciali Lipſienſi enim ad candelam ſententias aliquoties publicatas eſſe conſtat. Preſſiùs hoc totum conſideravit Ripa in *tract. d. temp. nocturn. c. 134.* juxta quem ut duplex eſt ſententia, alia interlocutoria, alia definitiva, ita vidit duplicem opinionem, negativam aliam, aliam affirmativam. Sententia ferri poteſt de nocte pro ſententiarum natura. Affirmativa opinio eſt ratione interlocutoriæ: negativa eſt ratione definitivæ, ut illa poſſit de nocte ferri, hæc ferri non poſſit, quia interlocutoria non exigat Judicem ſedere pro tribunali. Quum verò in *d. c. conſuluit.* Innocentio placeat ſententiam de nocte ferri

Digitized by Google

non poſſe, placet mirum in modum diſtinctio Rebuffi in repetit. *l. quod juſſit. ff. d. re judic. num. 297. verſ. interlocutoria verò.* ut ſcilicet quando interlocutoria non requirit cauſæ cognitionem, poſſit ferri de nocte: quando verò cauſæ cognitionem expoſtulat, nec ea nocturno tempore poſſit pronunciari. Nec ego arbitror ſententiam de nocte ferri non poſſe ob ſolam judicii majeſtatem, ut pro tribunali ſedeat Judex, quanquam ea judicii majeſtas non contemnendi ſit ponderis, ut ideo eâ quoque attentâ ſententiæ interdiu proferantur: ſed etiam ut partes exaudiri poſſint, eorumque Advocati, quod maximè requiritur. Vel etiam dicamus, quòd interlocutoria eſt in duplici differentia: alia interlocutoria ſimpliciter, alia habens vim definitivæ. Interlocutoria ſimpliciter poterit ferri de nocte: ſecus ea, quæ habeat vim definitivæ. Vid. Rhodiginum *lib. L. A. 11. part. 2. c. 9.* Plutarchum *probl. Roman. c. 85.* Tiraquellum *d. retract. lignag. §. 1. gl. 11. num. 2. verſ. cujus rei.* & quemadmodum nocturnum tempus conſilio ac præparationi conſecretur, Polyd. Ripam in *d. tract. c. 10. num. 9. c. 47. d. magiſtr. quoad nomina. c. 48. d. magiſtr. quoad munera. c. 49. d. magiſtr. quoad honorarium. c. 69.* ubi proponit convivium aliud eſſe diurnum, aliud nocturnum, quod ſit juris Candidatorum, quod illud ideo nocturno tempore contingere poſſit, cum & illud ſint nuptiæ, ſed quidem maximè improprio largiſſimoque modo, quibus Jurisprudentia quodam quaſi conjugii vinculo Candidatis copulari ſoleat. Non poteſt ibidem Ripa, quin recenſeat facetam quandam congreſſionem ſibi habitam cum fortuito quodam auditore, dum poſt Divi Johannis natalitia interpretaretur in publico Tycin. Gymnaſio rubricam *C. d. Collat.* Dum enim varias acceptiones dictionis illius *Collatio* & recenſeret & explicaret, priorem illam Decii, quæ fit ſcholaribus, rejecit, quia non omnes conferrent, ſed unus tantùm de proprio præſtaret, & omnibus commodaret. Inſtante altero ex auditoribus, quòd imò erat collatio, quâ proprium quod erat, in commune ferebatur. Reſpondit, quòd licet in commune ferretur, non tamen erat collatio, quia & inſuper collatio deſideret æqualitatis ſervandæ neceſſitatem; *l. 1. in princ. ff. d. Collat. bon. auth. quæ tertiæ portionis. & l. illud. C. eod.* Applaudebant tunc omnes Auditores: is ſolus adfuit ignotus prorſus, & quem neſciebat unde adſcitus auditor, qui ex vocabuli tantùm novitate ſub gravi ſupercilio mirabundus fuit percunctatus, quidnam rei eſſet in hoc negotio, quomodo quave ratione ad illud ſignificandum fuerit introducta. Dixit, non quòd alter omnibus conferret, ſed omnes conferrent ſuumque darent ſymbolum. Rurſum ille, ſum de nomine illiusque novitate ſuperſtitioſus. Vidit Polydorus illius ſiccitati, ariditatique hoc loco, quo magis pacto potuiſſet, ſatisfaciendum, quærit, Nunquid Italus es: ſciebat enim, quòd barbara eſſet ea dictio apud Latinos: Et Italus inquit & Inſubris, quid tum? Ut vidit illius admirationẽ jam in laceſſendo procacem paulatim evaſiſſe, juſſit quærere domi ſuæ profundiùs, forte enim fortunâ à majoribus reconditum nomen effodiet. Abiit ille. Placuit frequentiſſimis Auditoribus. Atquè dum lætabundi aliqui de ſui præceptoris chariſſimi non minùs repentè, quàm opportunè reddito reſponſo ulteriùs eâ de re agere vellent, reſpondit cum Decio Auſonio Gallo ad Paullinum.

Ridere, nil ultra expeto.

Hæc Polydori inferre volui, quia forſan alii ſunt faceta, quæ mihi talia non videntur. Nec prorſus deliraverit, qui ſenſum collationis vulgàrem à juridico diſtinxerit: aut omnino non erit inficetus, qui hac hiſtoriolâ Romuleam fæcem auxerit: Vid. Fontanellam *d. pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 1. num. 37. 38.* Quicquid ſit, Collatio [illegible] erit nocturna, diurna alia. Quæ duo tempora & diſtinguere jus Civile, docent *l. 6. §. 1. ff. d. his. qui eff. fud. vel dejec.* in qua etiam nocte iter fit: *l. 10. ff. d. incend. ruin. naufr.* in qua ne piſcatores nocte lumine oſtenſo fallant navigantes, quaſi in portum aliquem delaturi, eoque modo in periculum naves, & qui in eis ſunt, deducant, ſibique execrandam prædam parent, præſidis provinciæ religioſa conſtantia efficiat: *l. 4. in §. ff. ad L. Aquil.* in qua lex 12. Tabb. furem noctu deprehenſum occidere permittit, ut tamen id ipſum cum clamore teſtificetur: interdiu autem deprehenſum ita permittit occidere, ſi is ſe telo defendat, ut tamen

æquè

Digitized by Google

æquè cum clamore teſtificetur. Mehercules furem nocturnum non magis quis dixerit diurnum, quàm illa in *Aulularia Plauti in prolog.* quæ in Cereris vigiliis ab adoleſcente compreſſa erat, ſtupratorem ſuum poteſt dicere diurnum: aut oporteret inſtar hermaphroditi illam dicere aliquid, quod nec dies nec nox ſit. Sic apud Ovidium *libr. metamorph. 4.*

— dies exactus erat, tempusque ſubibat,
Quo tu nec tenebras, nec poſſes dicere lucem,
Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.

Aut non magis furem nocturnum diurnum quis dixerit, quam peregrinus ille (qui gallicæ linguæ non intelligens jubebatur noctu ab ancilla, ut ſibi in via à matulæ effuſione caveret, & ſe vocari credens lotio permaduit) ancillam nocturnam præconem diurnum dixiſſet: quum nox impediat agnitionem perſonæ, gloſſ. in *l. ſi cum exceptione. §. in hoc. ff. quod met. cauſ.* & noctè quæ fiunt, difficulter probantur, gloſſ. in *l. item ſi cum. §. in hac actione. ff. eod.* Vid. Cardin Tuſchum *lit. D. concl. 407.* *Non obſtat d. l. 8. ff. d. fer.* ad quam reſpondet jus Canonicum in *d. c. conſuluit. 24* his verbis, Licet ſecundùm conſuetudinem & conſtitutione, legitimas more Romano dies à medietate noctis incipiat, in medio noctis deſinat ſubſequentis (unde quod in dimidiatis duabus noctibus agitur perinde ſanxit habendum legalis authoritas, ac ſi qualibet parte lucis agatur) nos tamen eam procedendi horam congruam intelligimus, ex qua poſſis ante noctis tenebras perficere, quod incumbit. Poſſet etiam reſponderi diſtinguendo diem in artificialem & naturalem, ita ut artificialis ſit à mane ad veſperam: naturalis ſit integrum ſpatium viginti quatuor horarum. Vel diſtinguendo cum Gœddeo ad *l. 2. in §. ff. d. V. S. ubi cujusque anni major pars eſt horarum ſeptem, num. 12. & ſeqq.* diem in civilem & naturalem. Qui dies differunt uſu & effectu. Civilis dies eſt ſpatium temporis, quo Æquator totus circa terram circumvolvitur, & ſol motu primi mobilis à meridiano inferiore circa terram ductus ad eundem meridianum redit. Hunc ante horarum inventionem alii populi incipiebant à meridiano ſuperiore, alii ab ortu ſolis, alii ab occatu, Cujac. *libr. 15. obſ. 22.* Quod poſtremam Pontifices Romanos etiam fieri voluiſſe patet ex *c. 2. X. d. feriis.* Romani verò, quibus magis diſciplina militaris, quàm orbium cœleſtium curæ erat, militari quadam ratione à media nocte ſine inferiore æquatore diem, tanquam à prima militari vigilia, inchoabant, Plutarch. in *d. probem. Rom. c. 84.* Polydorus Virgilius *c. 5. & 6. libr. 2.* meliore fortaſſis ratione, quàm Athenienſes & Romani Pontifices ab occaſu: quam Babylonii à ſolis ortu. Meridianus enim circulus, ſive ſit ſuperior ſive inferior, ſemper eſt idem, ſpatioque æqualis permanet. Occatus autem & ortus ſpatio plerumque ſunt inæquali, ſolis æquinoctialibus exceptis unde: vix eſt ut idem ſpatium & momentum temporis ſol confeciſſe dicatur ab ortu ad ortum vel ab occaſu ad occaſum. Sicut autem ſola militaris ratio effecit, ut non cum Umbris & Hetruſcis à ſuperiore, ſed inferiore meridiano diei principium ſumerent; ita quoque militari diſciplina ſpacia quædam agendi diſtinxere Romani per excubias. Non obſtat *d. l. 1. ff. d. oper. libert.* ad quam reſpondet Dion. Gothofredus *lit. b.* diurnum dicitur officium, vel quia per ſingulos dies præſtatur, vel quia per diem eſt laborandum: vel quia etiamſi noctu deberi poſſint operæ, JurisConſultus ad id, quod frequentiùs fit, reſpexit. Poteſt etiam reſponderi ideo operas libertorum definiri diurno officio, ut adhibeatur moderamen iis operis, quas patroni à libertis non tralatitiè exigere ſolent. Hinc etiam edictum de bonis libertorum a prætore propoſitum eſt honoris, quem liberti patronis debent, moderandi gratiâ. Namque, ut Servius ſcribit, antea ſoliti fuerunt a libertis duriſſimas res exigere, ſcilicet ad remunerandum tam grande beneficium, quod in libertos confertur, cum ex ſervitute in civitatem Romanam perducuntur. Poteſt denique reſponderi ex *d. l. 8.* quomodo ſub uxoris operis diurnis operæ continentur nocturnæ, Vid. Polydorum Ripam in *d. tract. d. nocturn. temp. c. 35. à num. 10.* *Non obſtat d. l. 20. C. d. Tranſact.* ad quam reſpondet Otto Tabor in *theſ. Jurispr. locor. comm. Barboſ. libr. 12. c. 25. axiom. 3.* Factum de no-

cte tantum valere, quantum de die, ſi nimirum communis conſenſus adſit, Jaſon in *d.l. more.ff.d.feriis.num.* 12. cum indulgendum ſit communi conſenſui partium, *l.ſi conſtante.* 19. *C.d.donat ant. nupt.* & pars utraque præſens eſſet, nec contradiceret. Jaſon in *d.l.*20. *num.*3. *per l. fidejuſſor.*26. §. *pater.*1. *cum gloſſ.ff.d.pignor.* Bartol. in *l. quæ dotis.ff.ſolut.matrim.* vel res eſſet peritura, arg. *l.*1.2.3.*ff.d.tit.d.feriis.* vel jurisdictio Judicis, vel ultima inſtantiæ dies expiraret.

Tempus futurum continetur ſub præſenti, ita ut oratio ſeu diſpoſitio indefinita ad futura extendatur, *c. quia circa.* 22. *X. d. privileg. & exceſſ. privilegiat.* ubi palam eſt tractari de remiſſione decimarum Epiſcopalium per verba indefinita, & ex ea non modicum afferri poſſe præjudicium tam Eccleſiæ, quam ſucceſſori, & tamen reſcribit Pontifex non tantùm præſentes decimas, ſed etiam futuras contineri. Vid. Pinellum in *rubr.* 1. *part. c.* 3. *num.* 24. *C. d. reſcind. vend.*

Dum in ejusmodi controverſiis diverſæ colliduntur opiniones, alo ſecuritatem illorum, qui in medio vineto, quid ſit agendum, circumſpiciunt, palmitum luxuriem putant, & ne ſuo pondere vitis laboraret, ſi quis termes malleolis malè hæreat, cum ad ſurgentes ridicas vinciunt. Faceſſere & ego jubeo, quæ abundant, malè hærentia compono, ut veritatem in magis neceſſariis ſtabiliã. Si fateri volumus, nulla hic eſt differentia. Quod enim è jure Canonico probatur, idem è jure Civili deducitur. Textus eſt in *l. ſi ſervitus.*23.*ff.d.S.V.P.* ubi illa indefinita, *ut lumina ita ſint*, de futuris quoque luminibus intelligitur, neque parvi præjudicii poſſunt aut debent cenſeri ſervitutes, arg. *l.quæro.ff.d.act. empt.* Præterea urget textus in *l. quidam.*7. *ff. d.tritic. vin.* & in *l. cum aurum. in princ. ff. d. aur. arg.&c.* ubi in legato auri aut tritici continetur omne aurum aut triticum, quod teſtator reliquit tempore mortis. In hac quæſtione magis receptum eſt multum intereſſe, an indefinita diſpoſitio ſimpliciter prolata ſit, & tunc futura comprehendat, an indefinitæ adjiciatur pronomen, *meum*, tunc enim tempus præſens demonſtrat. Nec obſt. *l. ult.*§.1.*ff d.leg.*2. *l.nomen.*33.§.1. *d leg.*3. *l.Aurelius.*28. §.1. & 2. *l ult. in fin. ff d.liber.leg.* in quibus juribus teſtator non utitur pronomine *meum*, & tamen diſpoſitio ad tempus teſtamenti reſtringitur: Reſpondet Arias de Meſa *d.loc num.*7. Hæc jura ita perpenſa parum me movent, Nam licet in illis juribus teſtator non uteretur pronomine *meum*, verba tamen ejus apertè ad præſens vel præteritum tempus referebantur, ut conſtat in primis ex *d. l. ult.* §.1. *ff.d.legat.*2. ibi, *quæ mihi cum fratre meo, patruo veſtro, communes ſunt*: & ex *d l. Aurelius.*28.§.1. *ff.d.liber.leg.* ibi, *quibuscunq; legata in eo teſtamento, quod incideram, dedi.* & in §.2. ibi, *quicquid*

Quæſtio eſt hæc Ferdinando Ariæ de Meſa *libr. var.reſol.*3.*c.*13.*num.*1. cum in ea ſibi non ſatis conſtent Dd. Nam quòd futura non veniant, ſuadetur ex *l. ſi ita.* 7. *l. ult. in princ. ff. d.aur.arg.&c.* ubi in legato relicto per illa verba, *veſtem meam, argentum meum*, ſcribitur ſolùm intelligi, quod teſtator habebat tempore teſtamenti. Accedit recepta traditio, quæ docet, quòd quando diſpoſitio indefinita magnum poteſt afferre præjudicium, quod tunc contingit, cum de dominii translatione agitur, ut in legatis donationibus & ſimilibus, nunquam indefinita diſpoſitio extendi poteſt ad futura, Mantica *libr.*3. *d.conject. tit.*11. *à num.*1. & *num.*13. Caſtillo *d. Uſufr. c* 44. *à num.*44.

ſortiæ

ſortis & uſurarum nomine mihi debeat, & ex *l. ult. in fin. ff. eod. tit.* ubi de verbis præſentis temporis tractari argumentum præſtat §. *Gaio in princ.* cujus thema retinet JC. usque ad finem *d. l. ult.* Et quamvis in *d. l. nomen. 33. §. 1. ff. d. leg. 3.* de verbis futuri temporis loquatur, ideo tamen ad præſens ibi reſtringitur diſpoſitio propter præſumptionem fraudis. Sed quæ hactenus tradita ſunt circa indefinitas diſpoſitiones, majori indigent declaratione. Igitur ſi diſpoſitio indefinita ad præſens vel præteritum tempus referatur, nemo dubitare poterit futura in ea diſpoſitione non contineri. Quòd ſi ad futurum reſpiciat, indubiè quoque dicendum futura venire. Quòd ſi diſpoſitioni indefinitæ nullum tempus adjiciatur, tunc multum referre puto, an verba diſpoſitiva inducant titulum univerſalem hæreditatis, an vero non. Primo caſu ſive teſtator relinquat bona ſimpliciter, ſive ſua bona, etiam futura continentur. Secundo vero caſu intereſt, an cum pronomine promittat, & tunc futura non debentur: an vero ſine pronomine, & tunc ſecus. Ex his deducitur verus intellectus ad textum in *d. c. quia circa. 22.* ubi cavetur remiſſionem decimarum ſimpliciter & indefinite factam comprehendere non ſolùm decimas poſſeſſionum, quas monaſterium habebat tempore remiſſionis, ſed etiam futuri temporis, poſſeſſionum ſcilicet acquirendarum. Quæ ſententia aperte firmatur, cum diſpoſitio indefinita ſimpliciter concepta ſine pronomine *meum*, vel adjectione præteriti aut præſentis temporis futura contineat etiam in legatis & aliis, in quibus de dominii agitur translatione. Deinde facit, quia qui contrariam ſententiam admittunt, ſcilicet verba indefinita ſimpliciter prolata ſine pronomine *meum*, futura non comprehendere, vix deciſioni *d. c. quia circa. 22.* faciunt ſatis, neque idoneam differentiæ rationem afferre poſſunt inter eum textum, & *l. ſi ita 8. ff. d. aur. arg. &c.* quod ſic oſtendo. Nam vulgò creditur remiſſionem decimarum in *d. c. quia circa.* ſolius Epiſcopi concedentis præjudicium continere: quæ ratio ſi vera eſt, vim habet ſuam pariter in legatis, cum Epiſcopus non habeat ampliorem poteſtatem in remittendis decimis Epiſcopalibus, quam teſtator in rebus ſuis. Si ergo in decimarum remiſſione ideo futuræ continentur, quia ſolius concedentis præjudicium vertitur, eodem modo in legatis idem ſervabitur, cum ſolius teſtatoris interſit, cui de re ſua liberè diſponere licet, *l. verbis. 120. ff. d. V. S.* Nec movet, ſi quis cauſetur in legatis præjudicium hæredis verſari: nam occurritur, id conſiderandum non eſſe in vita teſtatoris, quo tempore habebat liberam diſponendi facultatem: imò ſi hoc attenderetur, manifeſtius illud eſſet Eccleſiæ & ſucceſſoris in remiſſione decimarum Epiſcopalium. Cum ergo inſuper habito præjudicio remiſſio facta debitis ſolennitatibus futura comprehendat, idem quoque in legatis dicendum, proinde nulla ſupereſt differentiæ ratio inter utrumque textum. Nec diſplicet omnino interpretatio Barboſæ in *l. a. [illegible] § quidam anno num. 36. ff. ſol. matrim.* dum exiſtimat ex verbis *d. c.* ibi, *ſecundum canonicas ſanctiones.* remiſſionem decimarum Eccleſiæ detrimentum non irrogaſſe, alioquin ſecundum canonicas ſanctiones intelligi non poſſet, *c. 1. d. conſuet.* Nam licet alienatio rei Eccleſiaſticæ abſolute ſumpta Eccleſiæ detrimentoſa cenſeatur, & ideo non valeat conſuetudo, quæ eam admittit ſine debitis ſolennitatibus à jure requiſitis, *c. cauſam, quæ. d ſent. & re jud.* non tamen ita oneroſa videtur ſolennitatibus intervenientibus, ſed potiùs licita, *c. 1. d. his, quæ fiunt à Prælat. ſ. c. d. reb. Eccleſ. non alien.* Quod & confirmabis ex ſingulari conſideratione doctiſſimi P. Suar. *tom. 1. d. relig. libr. 1. d. decim. c. 33 num. 6.* dum docet exemptionem negativam à decimis ſolvendis certæ perſonæ aut loco conceſſam, qualis erat illa, de qua in *d. c. quia circa. 22.* minùs nocere Eccleſiæ, quam privilegium affirmativum de percipiendis decimis in aliena parochia. Planè ſi in ſpecie *d. c. quia circa.* remiſſio decimarum Epiſcopalium non ab Epiſcopo, ſed à ſummo Pontifice fieret, utique ſolas præſentes, non verò futuras comprehenderet juxta textum ſic explicandum in *c. tua. 26. §. ult. d. decim.*

TEMPUS immemoriale non attenditur, ſi appareat titulus illegiti-

Circa hanc differentiam triplicem reperio opinionem. Una eſt, quam juri Civili ad-

Tempus immemoriale vim privilegii & conceſſionis habet, etiam in.

mus, Joan. Andr. in *c.1. ad fin. d. præſcript. in 6.* gloſſ. in *c. apoſtolica. d. donat.* & hæc eſt communis opinio ſecundùm Felinum in *c. de quarta. n.35. d. tit. d. præſcript.* Aymonem Cravettam *d. antiq. temp. part. 4. verſ. materia iſta. num.6.*

ſcribimus, & hæc eſt Fernandi Vaſquii *contror. libr. 2. c. 81. n. 11.* qui vult, ut poſito titulo illegitimo non ſequatur præſumptio malæ fidei, & conſequenter ut etiam tunc de jure Canonico procedat præſcriptio lōgiſſimi temporis triginta vel quadragintaannorum. Rationem fundat in ge-

iis, quæ principi reſervata ſunt, & loco tituli legitimè acquiſiti habetur, *l. hoc jure. §. ductus aquæ. ff. d. aq. quotid. & æſt* Mynſing. *cent. 1. obſ. 30.* nec non vicem legis obtinet, *l. 1. §. ult. l. in ſumma. in princ. ff. d. aq. & aquæ pluv. arc.*

neralitate *l. ſicut. l. omnes. l. cum notiſſimi. C d. præſcr. 30. vel 40. ann.* ne jura illa temere corrigantur contra *l. ſi quando. in princ. C. d. inoff. teſtam.* & quia ſufficit bona fides etiam orta ex ſtulta cauſa. Et quia licet poſito titulo injuſto & illegitimo præſumatur mala fides, tamen illud eſt & procedit quoad impediendam longi temporis præſcriptionem, non etiam quoad impediendam præſcriptionem longiſſimi temporis. Sed jure diverſum! nam ſi ſimul ac habitus eſt titulus illegitimus, ſtatim ex legis interpretatione & præſumptione oritur mala fides, eaque ſemel orta videtur non poſſe mori, ergo quodammodo per adjectionem decem vel viginti annorum ſuper longum tempus præcedens mori eam malam fidem aut aufugere interpretamur: reſpondeo, quia ex longiore domini patientia & tolerantia ea res quaſi nobis conceſſa videtur, ſicque ea domini voluntas denuo nobis accedens fugat noſtram malam fidem præſumptam, eamque purgat, ut etiam retro ab initio ſemper bonæ fidei poſſeſſores fuiſſe videamur. Hæc quoad primam Vaſquii opinionem. Secunda opinio eſt Maſcardi *vol. d. probat. 3 concl. 1371. num. 38.* ubi conciliat diſſidentes ſententias diſtinguendo, quòd aut deducitur tempus tanquam cauſa inducens, & tunc verior eſt illa opinio, quòd ſcilicet non admittatur probatio in contrarium. Aut deducitur tanquam cauſa declarans, & tunc procedit opinio, quòd recipiat probationem in contrarium. Tertia opinio eſt Fachinæi *libr. 8. contr. jur. c. 33.* Hœnonii *diſp. 6. contr. 2.* quos refert Harpprechtus ad *princ. Inſt. d. Uſucap. num. 107.* ubi *num. 106.* concludit temporis immemorialis præſcriptionem corruere, ſi de titulo vitioſo atque injuſto appareat, & quamvis maxima ſit præſumptio pro eo, qui tanto temporis ſpatio poſſedit, veritati tamen eam cedere oportet, *can. veritate. 4 cum ſeqq. diſt. 8.* Nec remoratur hanc ſententiam, quòd bona fides etiam ex ſtulta & injuſta cauſa orta ſufficiat, arg. *l. igitur. 12. §. & generaliter. 3. ff. d. liber. cauſ.* Bona namq; fides ex errore facti procedens ad uſucapionem ſufficit: ex errore juris deſcendens nequaquam: quia juris error acquirere volentibus nunquam prodeſt, *l. 4. ff. d. jur. & fact. ign. l. nunquam. 31. ff. d. U. & U.* Præterea in *d. l. igitur. §. 3.* non dicitur bonam fidem ex injuſtis cauſis oriri: ſed hoc tantùm traditur, eum, qui ſive juſtis, ſive injuſtis rationibus ductus putavit ſe liberum eſſe, & in libertate moratus eſt, à dolo excuſari: quod ad propoſitam præſcriptionis materiam accommodari non poteſt. Nihil item obſtat. quòd præſcriptio temporis, cujus initii non extat memoria, nullum titulum deſideret, propterea licet titulus adſit, ſed minùs idoneus, nil præſcriptioni obeſſe poſſit, arg *l. un. in princ. C. d. R. V. A.* ubi inutilis dotis ſtipulatio pro utili habetur. Nam conſequentia negatur: quandoquidem titulus inutilis & vitioſus malam fidem inducit. Malam verò fidem præſcriptionem impedire notiſſimū eſt. Aliud eſt in ſtipulatione dotis inutiliter adjecta: quia iſta vitiatur & non vitiat, h.e. tacitam illam à lege inductam ſtipulationem non infringit aut retardat. Sic nonnunquam contingit, ut quædam expreſſa officiant, quamvis omiſſa tacitè intelligi potuiſſent, nec eſſent obfutura, reſpondente Modeſtino in *l. nonnunquam 52. ff. d. C. & D.*

d.C.& D. Titulus ergo injuſtus cum malæ fidei ſit argumentum, nocet. Ceterùm ſi nullus prorſus adeſſet titulus, facilius Vaſquio conſentirem: quid Maſcardi cauſa inducens & cauſa declarans ſibi velint, ſi liberius meditationi erit otium, forſan exſculpere potero: Plura qui deſiderat, is *d.loc.* Fachinæum videat.

TEMPUS non perimit inſtantiam, *c. venerabilis. pen. X. d. judic.*

Præfertur jus Civile, cujus ſaluberrimæ ſanctiones abbreviandis litibus, ſumptibus minuendis, diſcordiis publicis & privatis extinguendis ſunt commodæ. Heic tamen obſervandum, quod licet perempta ſit inſtantia per lapſum triennii, non tamen pereat jus partis, ſed judicium de novo inchoari poteſt in civilibus, *l. & poſt edictum. §. pen. d. judic.* Criminales verò cauſæ poſt biennium reſtaurari nequeunt, Mynſing. *cent. 3. obſ. 48. & 50.* Deinde cuivis diligentiùs ponderanti *cap.* juris Canonici facilè conſtabit falsò hanc correctionem juri Canonico affingi, quin potiùs idem ll. civilibus conſtitutum, *l. 1. §. 1. ff. d. dol. m.* Joachimus Haſſæus in *[illegible] diſſ. jur. Civ. & Can. th. 35. diſput. Baſil. tom. 7.* Vid. Zœſium ad *tit. Decretal. X. d. Judic. num. pen. ult.* ad *ff. d. ſent. & re jud. num. 18.*

Omnes cauſæ criminales intra biennium fieri debent, & hæc eſt inſtantia, i.e. tempus exercendi judicii, *l. fin. C. ut intr. cert. temp. crim. quaſt. term.* Inſtantiæ verò cauſarum civiliũ exſpirant metâ triennii, *l. properandum & ibi Dd. C. d. Judic.*

TESTAMENTUM etiam eſt ejus, qui non cives Romanos inſtituit, quod fit manifeſtum ex aſſignatione diverſarum perſonarum, de quibus in *t. t. X. d. Teſtam. & ult. volunt.*

Differentiæ huic ſubvenire poſſem, ut illi, in qua *Reſpublicæ etiam ſunt aliæ.* Poſſem etiam conſiderare *l. 3. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* in qua teſtamenti factio eſt juris publici: jus autem publicum eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat, *l. 1. §. 2. ff. d. J. & J.* Sed enim aliud eſt eſſe jus publicum, aliud eſſe juris publici, quod latiùs patet, Nam dicitur eſſe juris publici, & id, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat, & id, quod eſt permiſſionis publicæ. Permiſſio hæc iterum eſt duplex, abſoluta & limitata. Abſoluta, quatenus in relatione ad homines eſt omnium: ita flumina & portus in *§. 2. I. d. R. D.* ſunt juris publici. Limitata permiſſio eſt in iis, de quibus quæritur, an teſtari poſſint, & reſpondetur, Teſtamenti factionem eſſe juris publici. i.e. juris publicitus conceſſi, quatenus nemini teſtari licet, cui jure publico non eſt conceſſum. Poſſet & hæc tentari utriusque juris convenientia, quòd tantùm cives Romani inſtituantur non in oppoſitione ad peregrinos, quibus eſt illa naturalis facultas, quâ libertatem definimus: verùm in relatione ad ſervos, quibus non eſt juris Civilis communio, *l. 20. § 7. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* hi enim neutro jure hæredes inſtitui poſſunt, niſi quando in perſona eorum inſtituuntur cives Romani. Vel etiam poſſunt peregrini hæredes inſtitui: non tamen eâ communione, quæ eſt civium Romanorum.

Tantùm cives Romani hæredes inſtituuntur, arg. *l. 6. §. 1. ff. d. hæred. Inſt.* in quo ſolemus dicere media tempora non nocere, utputa civis Romanus hæres ſcriptus, vivo teſtatore factus peregrinus, mox ad civitatem Romanam pervenit, media tempora non nocent.

TESTAMENTUM, etiamſi ſit imperfectum, admittit tamen diſpoſi-

Hanc differentiam proponit Zœſius *d. loc.* Sed nulla eſt, nam caſus ſpecialis non facit

Teſtamentum debet eſſe perfectum, quia diſpoſitio legis primæ ſimtionem

tionem legis primæ *C.d. SS. Eccl.* nec jure Canonico hæc res eſt controverſa, quo etiam teſtamentum factum coram duobus teſtibus ſuſtinetur, Zœſius ad *tit. C.d.SS. Eccl.quæſt.*1.

pliciter loquitur: quod autem non mutatur, quare ſtare prohibeatur, *l.28.c.d.teſtam.*

differentiam. Caſus autem ſpecialis eſt, quo unusquisque habet licentiam Sanctiſſimo, Catholico Venerabilique Concilio decedens bonorum, quod optaverit, relinquere. Igitur in hoc caſu ponamus teſtamentum eſſe imperfectum, non tamen eſſet nullum, ſi attenderetur pia cauſa. In *l.21.in* §. proponitur teſtamentum imperfectum, ex eo tamen voluntas tenet defuncti, ſi à parentibus liberi utriusque ſexûs inſtituantur. Deinde ex mente omnium Canoniſtarum opponuntur teſtamentum imperfectum, & teſtamentum coram duobus teſtibus factum, illud vim nullam habet, hoc ſuſtinetur. Vid. differentiam, in qua *Teſtamentum ſi fuerit imperfectum &c.* Tandem ſolennitatem juris Civilis in eo, quod Sanctiſſimo, Catholico Venerabilique Concilio relinquitur, Canoniſtæ prorſus non attendunt, quia teſtes in teſtamento ad pias cauſas non ad ſolennitatem, ſed tantùm ad probationem adhibentur, Maſcard. *d.probat.vol.3. concl.*1352. *num.*32. *cum multis ſeqq.* Sufficit enim ſi de voluntate teſtatoris examinati deponant, Martinus Naurath in *annot. ad d. Zœſ.loc.lit.a.*

TESTAMENTUM facere cenſetur is, qui extremam voluntatem in alterius diſpoſitionem committit, *c.cum tibi.X.d. Teſtam.* Vid. Zœſium in *Cod.d.hæred.inſt.quæſt.*2.

Teſtamentorum jura per ſe firma & illibata eſſe oportet, non ex alieno arbitrio pendere, *l.32. in princ. ff. d. hæred. inſtit.* Hinc in *l. 1. ff. Qui teſtam. fac. poſſ.* teſtamentum definitur eſſe voluntatis noſtræ juſta ſententia: quo ipſo innuitur non eſſe juſtam teſtantis ſententiam, ſi è voluntate aliena pendeat.

Partem hujus differentiæ tangit differentia, in qua *Hæredis inſtitutio confertur in alterius arbitrium.* ubi remiſimus ad Covarruviam & Mœſtertium: induximus etiam Cyprianum diſtinguentē inter expreſſum & tacitum tertii arbitrium: denique quæſiimus, Num in ejus diſpoſitionem, qui aliàs teſtamentum per ſe facere non poteſt, poſſit quis committere extremam ſuam voluntatem? Hanc verò differentiam reaſſumere heic erat neceſſum, ne credatur duntaxat facere teſtamentum, qui circa hæredis inſtitutionem occupatur; Deinde quia ibi non eſt plenè determinatum, an *d.c. cum tibi.* juri Civili ſit conſentaneum? Nam etiam facit teſtamentum, qui legata relinquit, proinde in *l.36. ff. d. leg.*2. definitur legatum eſſe donationem in teſtamento relictam. An verò *d.c. cum tibi.* juri Civili ſit conſentaneum? ſuper eo quærit Fachinæus *libr.controv.Jur.5. c.59.* Circa prius quæritur, *An qui legata relinquit, conferre ea in alienam voluntatem poſſit?* Ad prius hoc reſpondet Fachinæus *d.loc.c.58.* Tria ſunt hac de re certa & explorata. Unum autem dubium eſt & controverſum. Primò certum eſt legatum conferri poſſe in voluntatem legatarii, *l. ſi ita expreſſum.ff.d.C.& D. l.ſi ita.§. illi ſi volet.d.legat.*1. Secundò certum eſt conferri non poſſe in liberam hæredis voluntatem, *l. Senatus.§.legatum.d.leg.*1. Tertiò poſſe conferri in hæredis voluntatem, ſi non libera ſit, ſed quaſi boni viri arbitrium accipiatur, *l.fideicommiſſaria.46. ff. d. fideicomm. libert.* Illud autem dubium & controverſum eſt, *Utrùm in voluntatem extranei conferri poſſit?* Non pugnare videtur *l. nonnuquam. ff. d. C. & D.* cum *l.1.ff.d.leg.*2. Modeſtinus in *d.l. nonnunquam.* ſcribit, Non poſſe utiliter his verbis legari: *Si Mævius voluerit, Titio decem dato. Nam in alienam voluntatem conferri legatum non poteſt, licet utiliter ita legari poſſit, Titio decem do lego, ſi Mævius Capitolium aſcenderit, quamvis in arbitrio ſit Mævii, an Capitalium aſcendat, & velit efficere ut Titio legatum debeatur.* At contra Ulpianus in *d.l.1. In arbitrium alterius*

conferri

conferri legatum veluti conditio poteſt: Quid enim intereſt, Si Titius in Capitolium aſcenderit, mihi legetur, an ſi voluerit? Idem Ulpian. in *d.l. fideicommiſſaria. Sed ſi ita adſcriptum ſit*, inquit, *ſi Sejus voluerit, Stichum liberum eſſe volo. Mihi videtur poſſe dici valere libertatem: quia conditio potius eſt, quemadmodum ſi mihi legatum eſſet, ſi Titius Capitolium aſcenderit.* Communis eſt Interpretum ſententia, Legatum poſſe in extranei arbitrium conferri, tanquam boni viri, non autem in liberam voluntatem, ſicuti explicat Covarruvias repudiatâ cujuſdam Luſitani contrariâ ſententiâ in *relect. d. c. cum tibi. num.* 7. Sed non hinc tollitur repugnantia, quæ eſt inter Ulpianum & Modeſtinum, dum iſte negat legatum in alienam voluntatem expreſſè conferri poſſe: tacitè autem, ſi Titius Capitolium aſcenderit, poſſe. Ulpianus autem affirmat conferri poſſe, nec ullum ſtatuit diſcrimen, an dicatur, Si Titius voluerit, vel ſi Titius in Capitolium aſcenderit. Certè nodus difficilimus eſt adeò, ut hanc eſſe antinomiam inſolubilem dixerit Sarmientus poſt Emanuelem Coſtam, quem refert *libr. 2. ſelect. interpr. c. 6. num.* 29. Si quid probabiliter adferri poteſt, id mihi videtur attuliſſe Jacobus Cujacius *libr. 2. obſ. c.* 2. Sed omiſſis, *inquis*, Interpretum traditionibus, ut hæc verba, Si Titius voluerit, dupliciter accipiam, inclinat animus. Aut enim his verbis totum teſtator in voluntate Titii poſuit, ut is arbiter & quaſi dator legati ſit & hoc fit inutiliter, *d.l. nonnunquam.* Aut hæc verba pro conditione accepit, in hunc ſenſum, ſi fortè acciderit aliquando, ut id Titius velit, & hoc non fit inutiliter. Æquè enim valet Legatum, atque ſi obſcuriori oratione ſit res collocata in voluntatem Titii, utputa, ſi Titius Capitolium aſcenderit, & hoc ita Ulpianus tradit in *l. 1. d. leg.* 2. In arbitrium, *inquit*, alterius conferri legatum veluti conditio poteſt. Quid enim intereſt ſi Titius Capitolium aſcenderit, mihi legetur: an ſi voluerit, veluti conditio: id eſt, quaſi conditio, ſed malim legere conditionem. Et ex eo quidem loco, quòd Ulpianus alibi tradit, legatum in aliena voluntate poni poſſe, ſic accipiendum eſſe reor, ut in aliena voluntate, quaſi conditione legatum poni poſſit, *d. l. Senatus. §. legatum.* Nam in *d. l. fideicommiſſaria.* ideo libertatem ita relictam, ſi Titius voluerit, deberi ait, quod conditio potiùs ſit ſcilicet, quàm legati dandi merum arbitrium, & huic conditioni eo etiam loco illam, ſi Titius in Capitolium aſcenderit, parem facit omnimodo. Hactenus egregie Cujacius. Circa poſterius nunc quæritur, *An d. c. cum tibi. juri Civili ſit conſentaneum?* Dubitationem facit *d. l.* 32. quam interpretatur Gloſſa. Sed Fachinæo *d. loco.* non placet gloſſæ interpretatio, aliud eſſe ex jure Civili conſtitutum: aliud ex Canonum æquitate, quia quoties Pontifex à juris Civilis rigore recedit, id prolixè & diſertè ſolitus eſt exprimere. Alii dixerunt Innocentium loqui, quando in alterius voluntatem non confertur principalis teſtamenti diſpoſitio, ſed tantum alteri committitur electio hæredis incerti ex certis. Non rectè, tum quia id jure Civili permiſſum eſſe non ſatis probatur: tum quia Innocentius loquitur diſertè de eo, qui extremam voluntatem ſimpliciter & abſolutè committit in alterius diſpoſitionem: non autem de eo, qui tantùm committit electionem. Illa nec mihi placet interpretatio, quæ communiter recepta eſt, ut declarat Covarruvias in relectione illius capituli, Innocentium loqui de eo, qui ſuam ultimam voluntatem alterius diſpoſitioni committit, ut ſcilicet ad pias cauſas bona ſua diſtribuat. arg. *l. Nulli. & l. ſi quis ad declinandam. C. d. Epiſc. & Cler.* Nam Innocentius loquitur eo in caſu, quo is, qui in alterius diſpoſitionem ſuam committit ultimam voluntatem, nihil per ſe prorſus ordinat vel determinat, quid, cui loco vel perſonæ conferre debeat. Id patet ex integra ipſius Innocentii epiſtola, quæ habetur *libr. 3. epiſtol. ejus. epiſt.* 38. ſcripta Antiſidorenſi Epiſcopo, cujus verba hæc ſunt, *Cum tibi de benignitate Sedis Apoſtolicæ ſit indultum, quòd ordinatio rerum Clericorum ab inteſtato decedentium liberè in tua poteſtate ac diſpoſitione permaneat, volens omnem materiam ſcandali ſemovere, quod aliquando inter te & tuos Canonicos eſt ſubortum, ſuper duobus nos conſulere voluiſti. Primò an appellatio vocabuli Clericorum tam ad Canonicos, quàm ad non Canonicos extendatur? Secundò an illi, qui in diſpoſitione & voluntate alterius ſuam committunt ultimam voluntatem, nihil per ſe penitùs ordinantes & determinantes quid, cui loco vel perſonæ conferri debeat, dicantur decedere inteſtati? Primæ igitur conſultationi tuæ du-*

Vvv

ximus reſpondendum, quòd appellatio Clericorum non ſolùm alios, ſed etiam Canonicos comprehendat. In ſecundo verò dicimus, quòd qui extremam voluntatem in alterius diſpoſitionem committit, non videtur decedere inteſtatus. Prior pars epiſtolæ continetur in *c. cum tibi. X. d. V. S.* Ex qua interpretari debemus & poſteriorem, ut nimirum inteſtatus non dicatur decedere, qui ſuam ultimam voluntatem in alterius diſpoſitionem committit, quantum ad effectum, de quo ibi quæritur, nempe ad hoc, ut ceſſet indultum Epiſcopo privilegium de rebus Clericorum diſponendi, qui ab inteſtato decedunt. Nam cum Clericus decedens alterius arbitrio ſuam ultimam committit voluntatem, ſatis dicitur teſtari ac declarare, ſe nolle, ut ea poteſtas ſit penes Epiſcopum, verùm penes alium, cujus arbitrio & prudentiæ totum committit. Hujus in arbitrium alterius commiſſionis circa legata textum habemus in *d. l. 1. ff. d. leg. 2.* in *d. l. fideicommiſſaria.* circa verò diſtributionem in pios uſus textum in *d. l. ſi quis ad declinandam.* Ut minimè mirandum ſit, ſi & in ea ſpecie admittatur ad excludendum Epiſcopum. Non igitur illud erit propriè teſtamentum, non codicillus, ſed mentis teſtatio, & declaratio morientis, cui rerum ſuarum diſpoſitionem mandarit, ut proinde non dicatur eſſe inteſtatus, ita ut jus diſponendi ad Epiſcopum pertineat. Vid. Lanſium in *conſult. d. principat. int. provinc. Europ. in orat. contra Ital.* ubi, Non tantùm in Principum, ſed etiam in privatorum fortunas invadendi modos cum excogitarent Papæ infinitos, hic ſanè fuit inter peſſimos, quòd in Galliis ſuperioribus ſeculis, qui teſtamento nihil Curionibus aut Collegiis Eccleſiaſticis legaſſet, honore ſepulturæ carebat: ſi quis autem inopinato caſu occubuiſſet, Sacrificulus Pontificis juſſu mortuo teſtamentum condere, & quæ vellet, Eccleſiæ arbitratu ſuo quaſi teſtator legare ſolebat. Hoc non eſt voluntatem ſuam in alterius voluntatem conferre, ſed præter alienam voluntatem nullam habere. Nec hoc teſtamentum eſt teſtamentum teſtatoris, ſed ejus, qui mortuo eo, qui teſtamentum condere aut noluit, aut non potuit, facultatem teſtandi in bonis alienis ſibi vindicavit.

Huc referri poteſt illa interrogatio, quâ Zœſius in *Cod. d. t. d. hæred. inſtit. quæſt. ult.* quærit, *An Conjux ſuper Conjugis bonis poſſit teſtari ejus permiſſu?* Reſp. poſſe videri ejusmodi teſtamentum non eſſe extra vitium, 1. quod in arbitrium alienum contra leges illa inſtitutio videatur collata. 2. quòd contineat donationem inter conjuges prohibitam. 3. quòd diſponatur ſuper re aliena. Contrarium tamen tenet Præſes Everardus *conſ. 6.* & eum ſecutus Peckius *d. teſtam. conjug. c. 27. num. 13.* ubi alii citantur, quorum opinionem probat, *l. ſicut. §. venditionis ff. quib. mod. pignus vel hyp. ſolv.* Ex qua tamen debile ſumitur argumentum & fundamentum, cum ibi agatur tantùm de remiſſione pignoris, quæ non facit ſuper re aliena diſponi, ſed propria liberare, nam & ante poterat teſtari debitor ſuper re obligata, ut patet ex *§. ſed etſi. Inſt. d. legat.* Melius fundamentum ponitur in eo, quod conſenſus æquiparetur mandato & operetur mandatum, Bartolus in *l. cum quis decedens. d. leg. 3.* Facit quod contractus ſuper re alterius ex conſenſu domini ipſum dominum liget non ſecus, ac ſi ipſe contraxiſſet, & ita ſecundùm hoc non obſtabit *primum argumentum*, quia non confertur in alienum arbitrium voluntas, cum non ſit teſtamentum conſentientis, ſed teſtantis, qui jure ſuo teſtamenti factionem habet. *Non ſecundum*, quòd conſenſus iſte non tam contineat donationem, quàm inducat mandatum diſponendi, ex quo nihil eſt commodi teſtanti, & ſi quid commodi inde procederet ad teſtantem, non niſi poſt mortem alterius. *Non tertium*, quia ut nihil repugnat diſponere inter vivos ſuper re aliena, ita nec in ultima voluntate.

TESTAMENTUM licet ultima ſit voluntas, quæ non inducit vinculum obligationis irrevocabile, teſtamento tamen

Procedit jus Civile & in Canonico, quia hoc non ſuſtulit *l. 2. in pr. ff. d. leg. 3.* in qua nemo eam ſibi legem poteſt dicere, ut à priori

Teſtamentum cum ſit voluntatis noſtræ, *l. 1. ff. qui teſtam. fac. poſſunt* verba *contraxerunt*, *geſſerunt*, ad jus teſtandi non pertineſt

ineſt contractus, *c. indicante.4.X.d.Teſtam. & ult. volunt.* Hinc valet argumentum à contractu ad ultimam voluntatem.

voluntate non recedat,

tinent, *l.20. ff. d.V.S.*

& hoc eſt in teſtamento non poſſe ſe obligare ad judicii ſui immutabilitatem. In contractu autem plerumque ea eſt judicii immutabilitas, ut ab ea non recedatur, *l.5.C.d.O.& A.* Non obſt. *d.c.indicante.* in quo neceſſitatem implementi non induxit ipſa uxor moriens, ſed demum Gregorius IX. Pontifex, qui voluntatem ejus uxoris per omnia voluit adimpleri. Deinde uxor moriens nil venundedit, ſed nudis verbis juſſit venundari concham argenteam. Et quod jus Canonicum proponit in ſenſu poſitivo, jus Civile in *l.8.§.4.ff.d.leg.3* proponit in ſenſu negativo, & dicitur Julius Agrippa primipilaris in teſtamento ſuo caviſſe, ne ullo modo reliquias ejus & prædium ſuburbanum, aut domum majorem hæres ejus pignoraret. 3. Si inde concluderetur venditionis contractus, etiam concluderetur venditionis contractum non eſſe alienum à ſtipulatione, quæ nudis verbis fit. 4. Si inde concluderetur venditionis contractus, non diceretur juris, ſed duorum voluntas, ſine qua contractus non conſiſtit, *l.31.& 55.ff.d.O.& A.* adimpleri. 5. Diverſitas eo ipſo pateſcit, quòd moriens uxor juſſerit venundari: non tamen dicitur juſſiſſe relinqui, ſed cuidam monaſterio ſcutellam argenteam reliquiſſe. *Non obſt* valere argumentum à contractu ad ultimam voluntatem: Nam inde non ſequitur contractum eſſe ejusdem naturæ, cujus eſt ultima voluntas. 2. non inde ſequitur contractum poſſe celebrari in negotio ultimæ voluntatis, quod uno contextu abſolvitur, *l.21.§.ult. ff.d.t. qui teſtam.fac poſſ.* 3. reſpondet Gœddeus ad *d.l.20. num.16.* Argumentum à contractibus ad ultimas voluntates etſi affirmativè in iis procedit, quæ ad ipſum teſtandi jus & alienandi facultatem ſpectant propter eandem, vel prope majorem rationem, arg. *t.Inſt.d.L.Fuſ.Can.toll. & ibi* Weſenb. per *l.fin C.d.legat. l.pactum inter. ubi* Bartol. *C.d.pact.d.l.8.§.4* Eberh. in *top. loc. à contract. ad ultim.volunt.* non tamen procedit quoad alia effecta, ſubjecta, & res, in quibus eadem ratio non eſt.

TESTAMENTUM quaſi militare Canoniſtæ non agnoſcunt, quia omne teſtamentum duorum vel trium teſtium requiſito determinant. Vid. differentiam, in qua *Teſtamentum ut valeat &c.*

Hanc juris Civilis aſſertionem ex nullo idoneo loco probat Vultejus: nec ex *l.8.C.d.teſtam.* probari poſſe docet differentia, in qua *Peſtis non eſt juſtus metus.* ubi oſtenditur vanum eſſe timorem eorum, quos peſtis deterret. Videri etiam poteſt Theodorus Beza, qui de peſte duas quæſtiones explicat, Unam, *Sitne contagioſa?* Alteram, *An & quatenus ſit Chriſtianis per ſeceſſionem vitanda?* Non nimiam laudaverim humanitatis noſtræ fiduciam, quâ Nero, quum urbs jam per novem dies arſiſſet, ſub ipſo incendio flagrantis urbis ſcenam inivit, atque flammæ pulcritudinem, ut eſt apud Tacitum *annal.15.* in ſcenico habitu decantavit. Non nimiam amaverim ſecuritatem, quâ quis ſpontaneo motu in loca peſti obnoxia ſe inferret, & inter calamitoſos quæreret, qui lumina claudat: inter morientes, qui exſequias eat: inter jam mortuos, qui conditorium communicet. Qui legerit Euſebii chronicon, & in eo peſtem illam, quæ Imperatoris Titi

Quaſi militare eſt teſtamentum tempore peſtis factum, in quo teſtes quinque ſufficiunt, ſi teſtator peſte correptus non ſit; imò etiam duo, ſi peſte ſit correptus, & tam illo, quàm hoc caſu etiam mulieres, Hermannus Vultejus in *Jurisp.Rom.lib.1.c.73.* Harpprechtus ad *§. ſed cum paulatim.3.& 4. Inſt.d.Teſtam. ord. num.36.* tametſi non deſint, ut ipſe Harpprechtus, qui aliter ſentiant, quod videre eſt apud Gabr. Romanum

Flavii Veſpaſiani temporibus Romam afflavit, ita ut per ſingulos dies decem millia in Libitinæ rationem venerint; non rationem adjudicabit illi, qui ſecurus migraverit. Non denique æſtimaverim illum horrorem, quo homines, ne cum hominibus pereant, hominum officiis ſe ſubducunt, & ne ſui interitu feſtinantiùs ſolvantur, omnia Chriſtianæ ſocietatis debita negant, ac diſceſſu ipſam ſocietatem ſolvunt. Peſtis eſt, illa corripere poteſt: corripere poſſit, quemvis ſive vicinum ſeu remotiorem ut corripiat, nulla ſubeſt neceſſitas. Melchior Adamus in vitis Theologorum Germanorum ad annum 1564. narrat, quum graviſſimâ hac lue Baſilienſi in urbe graſſante ſeptem circiter hominum millia periiſſent, peſte Mart. Borrhaus correptus quarto à decubitu die exſpiravit: Exſpiravit, verùm ſi hæc lex fati fuiſſet inevitabilis & exſpiraſſet veſpillo, qui ſepelivit. Quid poſterioribus juribus & in ipſa Camera circa hoc quaſi militare teſtamentum ſit receptum, tradit Gailius *libr. 2. obſ. 118. num. pen. & ult.* ubi vult memoriâ tenendum, quòd ad imitationem militiæ humanæ teſtamentum tempore peſtis coram duobus vel tribus teſtibus conditum valeat: nam tempus belli & peſtis æquiparantur, cum tunc cenſeatur eſſe bellum inter Deum & homines, ut eleganter notat Bartolus in *l. naturaliter. num. 23. ff. d. Uſucap.* & in *l. un. num. 1. ff. d. bon. poſſ. ex teſtam. milit.* Quod eſt intelligendum de peſte nimiopere graſſante, quando jam multis viduaſſet civibus urbem, aut cives relicto domicilio in loca tuta recedunt, vel præſentes periculum metuerent, ita ut copiam plurium teſtium teſtator peſte correptus facilè habere non poſſet: quia tunc neceſſitas ipſum excuſat à ſolennitate legali, & ideo à regulis juris communis receditur, textus in *l. ſed ſi ſciendum. ff ad SC. Trebell.* & in *l 1. ff. d. damn. inf.* Eandem opinionem ſequitur quoque Camera Imperialis, quia æquior & in dubio tenenda illa opinio, quæ favet teſtamentis, & conſervatio teſtamentorum publicam utilitatem concernit. Addit Cothmannus *vol. 3. reſp. 15. num. 33.* Quamvis Viglius Zuichemus hæc impugnet, & ſe quoque Spiræ Aſſeſſoris munere functum fuiſſe, nec tamen unquam comperiſſe teſtetur, quòd teſtamenta vel ultimæ voluntates tempore peſtilentiæ coram duobus teſtibus nuncupatæ unquam approbatæ & ratæ habitæ fuerint; tamen id inde contingere potuit, quod ipſius tempore talis caſus non inciderit. Et eſt magis ſtandum in hoc negotio doctrinis & aſſertionibus Mynſingeri & aliorum, qui ſententiam hanc noſtram non tantùm aſſerunt, ſed & præjudicia Cameræ Imperialis in ſpecie recitant & eorum omnium teſtes oculati ac auriti fuerunt. Vide etiam Carpzovium in *Jpr. Forenſ. Romano-Sax. part. 3. conſt. 4. def. 4. & ſeqq.*

libr. 4. rec. concl. tit. d. teſtam. concl. 8.

TESTAMENTUM ſi fecerit monachus, illud mutare aut revocare poſt ingreſſum non poteſt, cum ejus ſit mutare, cujus eſt ordinare, arg. *l. nolle. ff. d. acq. hæred.* ordinare autem non poteſt ingreſſus, *c. 2. X. d. teſtam. ubi Covarruv. num. 9.* Jaſon in *auth. ſi qua mulier. C. d. SS. Eccl.* Facit, quòd pro muto habeatur quoad actus

Quamvis ſibi nemo poſſit facultatem revocandi teſtamenti auferre, ut rectè quæſiet Zœſius *d. loc. quæſt. 7. An ex conſenſu Principis auferre poſſit?* & reſpondit, coram Principe factum naturam ſuam retinere: audit enim Princeps voluntates hominum, non inhibet commutationis arbitrium, *l. omnium. 19. C. d. teſtam.* Quod procedit, quando ſolùm audit: videtur etiam

Quilibet teſtamentum, quod fecerit, illud mutare aut revocare poteſt. Vid. differentiam, in qua *Voluntas ultima eſt ambulatoria uſque ad ſupremum vitæ exitum, niſi &c.* & differentiam in qua *Voluntas ultima eſt quidem ambulatoria uſque ad ſupremum vitæ exitum, ſi tamen &c.* Hinc axiomata illa, de quibus Otto Tabor in

civiles

Digitized by Google

civiles, ad quos ſpectat teſtamanti factio, Zœſius in C. *ut in poſſeſſ. legat. vel fideicomm. & c. quæſt.* 8.

theſaur. Juriſpr. ex Auguſtini Barboſæ axiom. part. alt. libr. 18. *axiom.* 3. *& ſeq.* quòd teſtamenta perfectionem primā ſumant à morte teſtatoris: quòd teſtamenti facultas nemini ſit auferenda. Facit, quòd ut teſtamentum non revocetur, non ſufficiat ingreſſus, qui morti comparatur; in teſtamento autem non ſufficit tempus mortis, *l.* 1. *§.* 8. *ff. d. bonor. poſſ. ſecund. tab.*

procedere quando firmat, ne revocetur, quod hæc libertas ſit à jure gentium, quod Princeps non immutat, Molina *d. jur. primogenit. libr.* 4. *c.* 2. *num.* 2. quæ tamen opinio poſſit videri dubia ſecundùm ea, quæ tradit Covarruvias 2. *part. rubr. d. teſtam. circ. princip.* Quicquid ſit, teſtamentum factum factus monachus mutare aut revocare poſt ingreſſum non poteſt. *Nec obſtat* natura ultimæ voluntatis, quæ ſit ambulatoria usque ad ſupremum vitæ exitum: Tripliciter reſpondemus. 1. Voluntas ultima eſt ambulatoria usque ad ſupremum vitæ exitum, ſi perſeverare poſſit, non autem ſi deficiat. 2. quod voluntas ultima ſit ambulatoria usque ad ſupremum vitæ exitum, hanc voluntatis naturam nemo alius tollere aut impedire poteſt. 3. Voluntas ultima eſt ambulatoria usque ad ſupremum vitæ exitum, niſi caſus, quo amittatur teſtamenti factio, ſupremum vitæ exitum anticipet. In *l.* 1. *§.* 9. *ff. d. tit. d. bon. poſſ. ſecund. tabul.* Si quis teſtamentum fecerit, deinde amiſerit teſtamenti factionem vel furore, vel quòd ei bonis interdictum eſt, poteſt ejus peti bonorum poſſeſſio, quia jure teſtamentum ejus valet. Et hoc generaliter de omnibus hujusmodi dicitur, qui amittunt mortis tempore teſtamenti factionem, ſed ante factum eorum teſtamentum valet. *Non obſtat*, quòd teſtamenta perfectionem primam ſumant a morte teſtatoris. Hoc enim *d. loc.* explicat Otto Tabor, quia abſurdum ſit, quod ſuperſtitis hæreditas adiri poſſit, *l. qui ſuperſtitis.* 94. *ff. d. acq. hæred.* neque etiam ea ad hæredem transmittatur, cum delata viventis hæreditas dici nequeat, nec transmittatur, niſi ſit delata, Tiberius Decian. *reſp.* 7. *num.* 111. *vol.* 1. *reſp.* 46. *num.* 148. *vol.* 2. Inſuper *non obſtat*, quod teſtamenti facultas nemini ſit auferenda. Ad quod reſpondet. 1. *t. t. ff. Si quis aliquem teſtari prohibuerit, vel coëgerit.* 2. reſpondet Otto Tabor *d. loc.* Nec is prohiberi dicitur, qui nihil in bonis habet, *l.* 3. *ff. ad L. Falcid.* Etſi enim prorſus teſtandi non ſit facultas, cum nihil, de quo teſtetur, ſuperſit, Vaud. 1. *variar. quæſt.* 31. inde tamen proprie loquendo libera teſtandi facultas non tollitur, cum regula hactenus tantùm vera ſit, ut, qui bona habet, quacunque conventione vel pacto, ne de iis diſponat, vel ne a diſpoſitione ſemel facta recedat, conſtringi non poſſit, Carpzov. *part.* 2. *conſt.* 12. *defin.* 26. *num.* 7. Denique *non facit*, quod ex *d. l.* 1. *§.* 4. elicitur. Non enim ſufficit tempus mortis, ubi non præceſſit teſtandi facultas, quia omnia, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatum eventus capiunt, ſi initium quoque ſine vitio ceperint, *l.* 201. *ff. d. R. J.* ſufficit tamen tempus mortis, ut ex eo poſſit adiri hæreditas, ſi præceſſit teſtandi facultas. Facti autem ſpecies in *d. l.* 1. eſt talis, Exigit Prætor, ut is cujus bonorum poſſeſſio datur, utroq; tempore jus teſtamenti faciendi habuerit, & cum facit teſtamentum, & cum moritur. Non quod tempus facti teſtamenti non ſufficiat, ſed quòd tempus mortis non ſufficiat, niſi cum tempore facti teſtamenti continuetur. Hoc ipſum indigetat *l.* 19. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* in qua Si filiusfamilias, aut pupillus, aut ſervus tabulas teſtamenti fecerit, ſignàverit, ſecundùm eas bonorum poſſeſſio dari non poteſt, licet filiusfamilias ſui juris, aut pupillus pubes, aut ſervus liber factus deceſſerit: quia nullæ ſunt tabulæ teſtamenti, quas is fecit, qui teſtamenti faciendi facultatem non habuerit.

TESTAMENTUM ſi fuerit imperfectum, lega-

Nec jus Canonicum hoc aſſerit, quod docet allegata differentia, in

Debentur arg. *auth. quod ſine. C. d. teſtam.* ubi in te-

Digitized by Google

ta in eo ad pias cauſas non debentur, Vid. differentiam, in qua *Eccleſia aliaq;* &c.

ſtamento patris inter liberos etiam legata extraneis data valent: ergo multò magis in teſtamento ad pias cauſas hoc dicendũ: cum major ſit favor pię cauſæ, quàm liberorum, quando de legitima liberis jure naturæ debita non agatur.

qua pias cauſas eodem cum privatis jure uti diximus; neque enim favor piarum cauſarum in præjudicium tertii extendendus eſt arg. *c. quid ergo. cauſ. 23. q. 4.* Felin. in *c. nonnulli. 38. num. 16. X. d. reſcript.* nec piæ cauſæ favore quicquam, quod jure expreſſum non eſt, ſtatuendum, *c. ſi clientulus. verſ. ſed diverſum. d. alien. feud. 1. F. tit. 3.* Nec aſſerit hoc jus Civile. Nec obſt. *d. auth.* partim quòd privilegia teſtamento inter liberos ſpecialiter conceſſa ſine textu ad conſequentiam trahenda & ad pias cauſas porrigenda non ſint, arg. *l. quod verò. 14. ff. d. ll.* partim quòd *d auth.* caſum ſpecialem contineat, quando videlicet pater in ſcriptis & quidem coram teſtibus voluntatem ſuam inter liberos declaravit: quo demum legata & fideicommiſſa extraneis relicta valent, *Nov. 107. c. 1.* ex quo textu authenticam ab Irnerio mutilatè conceptam ſupplendam eſſe rectè monet Hartm. Piſtor. *libr. 1. q. 2. num. 5.*

TESTAMENTUM ut fiat, non ſufficit hominis ſani voluntas, ſed requiruntur teſtes. Vid. differentiam, in qua *Teſtamentum ut valeat* &c.

In *l. 88. §. ult. ff. d. leg. 3.* Lucius Titius teſtamentum ſuum ſcripſit ſine ullo JurisConſulto rationem animi ſui potiùs ſecutus, quàm nimiam & miſeram diligentiam: & ſi minùs aliquid legitimè minusvè peritè fecerit, pro jure legitimo haberi debet hominis ſani voluntas.

Etiamſi non ſufficiat hominis ſani voluntas, illa tamen in anteceſſum deſideratur. 2. poteſt quis animi ſui rationem ſequi, quę non ex alieno pendeat arbitrio. 3. dicitur quis animi ſui rationem ſequi, quatenus non adhibet nimiam & miſeram diligentiam. quam adhibere non eſt neceſſum. 4. aliquid pro jure legitimo habetur, licet minùs legitimè, minùsve peritè fiat, i. e. licet non fiat eâ legitimâ peritiâ, quæ eſt JurisConſultorum. Faciunt in rem præſentem, quæ in promotione publica, cui Jurisprudentiæ uſum præmiſi, proponebam. Quod objiciunt L. Titium ſcripſiſſe teſtamentum ſine ullo JurisConſulto rationem animi ſui potiùs ſecutus, quàm nimiam & miſeram diligentiam, inde non eliminamus Jurisprudentiæ uſum; ſed non ubique eſſe neceſſarium innuimus: poſſe ſuprema ordinari, in quibus magis voluntas teſtatoris, quàm JurisConſulti conſilium ſpectetur: alioquin nonnunquam fore, qui diſſuadeant, qui ultimum arbitrium mutent: teſtamentum non tam ſcribant, quàm teſtatori præſcribant, aut ſcribant, quò ſibi magis, quàm aliis adſcribere poſſint. Hæc eſt nimia & miſera diligentia inquirere in id, quod omnibus debetur: dubitare de eo, quod cuilibet eſt notum: non poſſe ſuſcipere ſolum, quod è nobis, viri ſimus ſeu mulieres, originem ſumit. Ipſe Ulpianus in *l. 6. ff. d. jur. & fact. ign.* juris ſcientiam ſuis limitibus includit, ita ut ſcientia hoc modo ſit æſtimanda, ut neque negligentia craſſa, aut nimia ſecuritas ſatis expedita ſit, neque delatoria curioſitas exigatur. Craſſa negligentia eſt JurisConſultos non conſulere: craſſior eoſdem non intelligere: non attendere, quæ dicant, in JurisConſultorum redundat damnum. Ad beſtias damnatos, inquit in *l. 31. ff. d. pœn.* Modeſtinus legiſlator, favore populi Præſes dimittere non debet, ſed ſi ejus roboris vel artificii ſint, ut digniùs populo Romano exhiberi poſſint, Principem conſulere debet. Quâ lege fretus Azo, cujus nomen adeò clarum ac illuſtre fuit, ut fons legum ac lucerna juris appellaretur, cum in diſputatione ab antiſophiſta quodam ſuo provocatus cultro cum petiiſſet, raptusque in

carcerem

Digitized by Google

carcerem decollari juſſus eſſet, cœpit *ad beſtias, ad beſtias*, idemidem exclamare, quo legis principio ſe propter eximiam virtutem & doctrinam veniâ dignum, ſibique homicidii pœnam remittendam indigetabat. Verùm Judices voce illâ exaſperati, ſeque a reo tanquam belluas haud demuſſatâ contumelia affectos putantes non deſtiterunt, donec Azoni caput demeretur.

TESTAMENTUM ut valeat, duo vel tres teſtes ſufficiunt, *c. cum eſſes. X. d. teſtam.* Vid. Mœſtertium *libr. d. juſt. Rom. ll. 1. c. 13. & ad eum* Cyprianum Regnerum. Ant. Merendam *libr. contr. jur. 4. c. 16.*

Præfertur jus Civile. Quis enim ferat totum ferè Civile jus de ordinandis teſtamentis à tot Cæſaribus ac viris ſapientiſſimis comprobatum everti? Evertunt magis quàm ſuffulciunt illi Interpretes, qui inſuper habentes illud Philoſophicum, Numerorum, utpote quantitatis, per ſe nullam eſſe efficaciam, in numero ſeptenario ſingularem ponunt virtutem, quò ſuperſtitionem Veterum, qui religionem & divinitatem numero ſeptenario ineſſe rebantur, ſuam faciant. Et verò ſi quæ numeri ſeptenarii ſunt vires in ætatibus, morbis, diebus decretoriis, aliis mutationibus, ad ſiderum influxum humores agitantem ac temperamenta mutantem, alioſque abditiores cauſas magis, quàm ad perfectionem numeri referenda, quæ cauſæ, quia clam ſunt, per earum comites, numeros judicari poſſunt, Conimbricenſes *libr. 1. d. gener. & corrupt. c. 4. q. 2. art. 2.* Quid quòd alii novenario juxta Plutarchum *d. Hom.* alii ternario (quem & primum eſſe numerum, non binarium, A. Gentil. *Lect. Virgil. c. 15.* ſtatuit) abſolutionem tribuunt; ita ut quivis numerus ſui laudandi materiam ingenioſo præbeat. Non malè Antonius Faber ad *l. 20. ff. d. ll.* putat numerum ſeptenarium eſſe exemplum juris conſtituti, cujus natura hæc, ut ratio ejus nec inveſtigari debeat, nec reddi poſſit. Abunde ſit nullam eſſe in contrarium. Ea ſola nobis negotium faceſſit, quòd lex divina duorum tantùm teſtimonium in qualibet re ſufficiens eſſe definierit: quâ in re animadvertendum cenſeo legem divinam duorum teſtimonium probare, quaſi velit iniquum eſſe regulariter per unius teſtimonium quenquam damnari: non tamen vetat eadem lex, quin quandoque ex negotii qualitate plurium fides ſit neceſſaria, aut ſaltem reipubl. conveniens. Quod ex ea conſtat lege, dum dixit: *In ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum.* Non enim temere diſtinxit duorum vel trium teſtimonium, ſed ad hunc effectum, ut oſtenderet omne verbum ſtare in ore duorum vel trium, vel plurium; ſi hoc legum conditoribus ad Reip. regimen utile viſum fuerit, perpenſâ cujuſque negotii qualitate. Vid. *c. licet. 23. X. d. teſtib.* Adhæc etiam conſtitutio juris Canonici a lege divina diſceſſit: cum neceſſariò exigat præter duos teſtes parœcialis presbyteri fidem & teſtimonium, Covarruvias *tom. 1. d. teſtam. c. 1. num. 8.* Vid. tamen Hunnium in *coll. Jur. Can. diſp. 14. th. 2.* In aliis Papa ſi ſervat legem divinam, & usque ad animam ac ſanguinem confirmat, quod jactat in *c. juris quidam. 6. cauſ. 25. q. 1.* in noſtro caſu Papalis anima non periclitatur; ſed periclitatur tota explicatio *c. cum eſſes.* Si coram duobus teſtibus teſtamentum factum valet, multo fortiùs valere, ſi etiam adſit Parochianus. Quæ ſit ſententia Alciati circa *d. c. cum eſſes.* Vid. cum in *c. novit. d. judic. num. 47* diſtinguentem inter forum conſcientiæ & forum judicialem. Quæ ſit ſententia Fachinæi *lib. controv. jur. 6. c. 48.* vid. ibidem, ubi diſtinctionem illam Alciati improbat. Ne enim plura addam, facit in *d. c.* interminatio anathematis, quâ Pontifex prohibet, ne quis hujuſmodi audeat reſcindere teſtamenta. Aut ponam calceos, ne forſan ius ſacra contaminem. Quoad jus hodiernum in *receſſ. Imp. an. 1512. tit. v. n. 3.* ſit. unten. §. und ſollen die Notarien in terris Imperii, non attentis terris Eccleſiæ receptū eſt jus Civile, cui teſtamentorum ſinceritas præcipuæ eſt curæ, quæ in *§. 4. I. d. teſtam. ordin.* cavet, ne ulla

Teſtamentorum ſolennitas ſeptem teſtibus conſtat, Codicilli 5. teſtes requirunt, *l. ult. C. d. teſtam. l. ult. C. d. codicill.* Vid. Hilliger. in *Don. Enucl. libr. 6. c. 7. in not. lit. f.*

Digitized by Google

ulla fraus adhibeatur: in *l.ult.C.d.fideicomm.* ne quid falſitatis incurrat, & ut per ampliores homines perfectiſſima veritas relevetur: in *l.8.in fin.C.qui teſtam.fac.poſſ.* ne teſtandi licentia locum ullum relinquat inſidiis, tot oculis ſpectata, tot inſinuata ſenſibus, tot inſuper in tuto locata manibus. Igitur removeatur jus Canonicum, quod duorum teſtimonio ſuprema ordinavit, ut decipiat, non ut juvet: ut ſibi acquirat, non ut ex ultima voluntate acquirendi aliis permoveat: ut teſtamenti factio ſenſim fiat privati juris, quæ ante & erat, & nunc eſſe debet juris publici. Quoties hos, in materia teſtamentaria juris Canonici aſſeclas ruminor, cum non aliter illorum linguam detergere poſſim, in mentem venit ejus, quod habet Plutarchus in *libr.d.amor.prol.* Arena, pulvis & pennæ avium varias voces edentium minore ſunt numero, quàm qui alienas hæreditates ambiunt. *Non obſtat* quod interdum duo teſtes non ſufficiant, ut in Cardinali Epiſcopo convincendo ſeptuaginta duo, Presbytero Cardinali quadraginta quatuor, Diacono Cardinali viginti quatuor, Subdiacono, Acolyto, Exorciſta, Lectore, Oſtiario ſeptem, *c.præſul.2.q.5.* in purgatione Epiſcopi duodecim, Presbyteri ſeptem, Diaconi tres requiruntur, *c.omnibus.in fin.12.q.2.c.ſi legitimi 12.q.5.* Reſp. 1. à caſu, in quo nominatim aliquid requiritur, ad caſum dubium, in quo duo teſtes ſufficiunt, non argumentamur. 2. ea, quæ poſtea emergunt, auxilio indigent, *l.11.§.8.ff d.interrog.in jur.fac.* Hoc autem poſtea emerſit tam ſublimes perſonas falſâ fortean duorum teſtium adprobatione à ſuo ſtatu potuiſſe dejici. Vel ſi meliorum palato non ſapit hoc reſponſum, quia non in omnibus enumeratis perſonis tanta eſt ſublimitas, ideo plures Canoniſtæ requirunt teſtes, ne deprehenſis facilè tot inanitatibus contemptus, qui rem minueret Pontificiam, erumpat. Igitur prout pauciora vel plura ſuffragia juvant, Pontificii affectata ſua ſtringunt vel dilatare ſolent. Graviſſima hic moveri poteſt quæſtio, quam movet Vinnius ad §.3.*I.d teſtam.ordin.n.8.* *An ſi legitimus numerus teſtium adhibitus non fuerit, aliudve quid meræ ſolennitatis in teſtamento omiſſum, veluti ſi teſtes rogati non ſint, aut tantùm ſubſignaverint, ſive ſubſcripſerint, non etiam obſignaverint, tale teſtamentum ſaltem in foro conſcientiæ hæredem ab inteſtato, cui de voluntate teſtatoris conſtat, obliget ad reſtituendam hæreditatem hæredi ſcripto, & ad legata præſtanda?* Et obligare affirmat, Nam cum in foro conſcientiæ ſola veritas ſpectetur ſecundùm ſimplicitatem juris naturalis, *c.1.diſt.1.* ſufficit ad conſcientiam devinciendam, ut ſubſit aliqua obligatio: Qualis autem ea ſit, civilis, ex qua etiam agi poſſit, an naturalis, quæ ad petendum in foro externo inefficax, nihil intereſt. At in quæſtione propoſita ſi hæredibus certò conſtet de voluntate defuncti, nullamque fraudem interveniſſe, ad quam avertendã ſolennitas omnis juris Civilis comparata eſt, non poteſt non ſubeſſe naturalis obligatio. Quod etiam bene intellexit Plinius, qui ob id ſæpiſſime ſcripſit voluntatem defunctorum, etiamſi jure deficiatur, bonis hæredibus pro jure eſſe *libr.2.epiſt.16.libr.4.epiſt.10.libr.5.epiſt.7.* eoque pertinet & illud Senecæ; *Anguſta innocentia eſt ſecundùm leges* (intellige civiles) *bonum eſſe.* Nimirum lex conſcientiæ, quæ eadem & naturæ, legibus civilibus non mutatur, ſed una & apud omnes eadem eſt & ſemper fuit, utpote cordibus omnium hominum divinitus inſcripta. Hæc lex cum in corde loquatur, & dictet voluntatem defuncti quamvis irritam, ſi juris ſolennitatem reſpicias, ſervari oportere, utique qui eam non ſervat, contra conſcientiam facit. *Non obſtat,* quòd lex civilis, quæ ſolennitates introduxit, juſta eſt & ad communem Reipubl. utilitatem condita, ne quid ſcilicet falſitatis in ordinandis teſtamentis committatur: nam in quæſtione noſtra præſupponimus teſtamentum eſſe verum & ſincerum, deque eo hæredi conſtare, quod ſolùm in foro conſcientiæ conſideratur. Et ex converſo igitur ſalvâ pietate retineri quoque poterit ſaltem quamdiu ei non contradicitur, quod relictum eſt in teſtamento propter deliquium ſolennitatis alicujus jure civili invalido. Vid. Manticam *libr.2. d. conject. ult. vol. tit.14.* Tuldenum *in C. d. teſtam. num.10.* Grotium *libr. d. jur.bell.& pac.c.7.num.6.*

Teſta-

Digitized by Google

TESTARI non poteſt filiusf. Clericus arg. *c. quia nos. 9. X. d. teſtam.*

Quod jus Canonicum ſimpliciter negat, jus Civile non ſimpliciter affirmat. Quum enim, ut rectè monet Vigl. Zuichemus ad *pr. I. quib. non eſt perm. fac. teſt. num. 7.* jus Civile tantùm de presbyteris, diaconis, ſubdiaconis, cantoribus, lectoribus conceptum ſit, temere & ſine textu ad omnes etiam primæ tonſuræ clericos extendi non debet. Sed enim non diſtinguamus inter perſonas Clericorum, verùm inter bona, ita ut Clerici non teſtentur de quibusvis bonis, ſed iis demum, quæ ratione officii vel gradûs, in quo poſiti ſunt, acquirunt, arg. *l. Sacroſanctæ. 34. C. d. t. d. Epiſc. & Cler.* Ludvvel. in *tract. d. ultim. volunt. part. 2. c. 1.* Paulùm rem aliter concipit poteſt Corvinum *Jur. Can. lib. 2. tit. 43.* Mareſius in *Cucchi Inſt. jur. Canon. lib. 2. tit. 18.* Scilicet poteſt Clericus teſtamentum condere de ſuis, non verò de iis, quæ ſunt Eccleſiæ. Et hoc differt Clericus ab Uſufructuario, quòd hic fructus ſuos faciat, & de illis poſſit teſtari, ille non. Nam quæ ex Sacerdotiorum proventibus ſunt conquiſita, ejus cenſentur naturæ, cujus jure Civili bona peculii quaſi Caſtrenſis; ea Clericus in vita ſua, prout vult, adminiſtrare & diſtrahere poteſt: non autem teſtamentario vel ſucceſſorio nomine alicui heredum relinquere. Itaque valde impropriè id vocatur peculium Clericorum, cum de peculio caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi filiusf. poſſit condere teſtamentum. Aliqua examinari poſſent: verùm nulla pavicula, quâ omnia in horreo Pontificio exæquem, mihi ſuffecerit: præſertim cum idem Mareſius in *d. libr. 2. tit. 19.* nova ſubminiſtret.

Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Cantores, Lectores, (quos omnes Clericos appellamus) res quolibet modo ad dominium ſuum venientes habere in ſua poteſtate præcipimus, ad ſimilitudinẽ caſtrenſium peculiorum, & donare cui volunt, ſecundùm leges, & in his teſtari, licet ſub parentum poteſtate ſint, *auth. presbyteros. C. d. Epiſc. & Cler.*

TESTARI poteſt damnatus ad perpetuos carceres, quia jus Canonicum non imponit perpetuum carcerem ad pœnam, ſed ad pœnitentiam, ut in *c. novimus. d. V. S.* & in *c. pen. d. hæretic.* & in *c. quamvis. d. pœn. in 6.* ergo non debet hæc pœna inhabilitatis teſtandi prodire ex pœnitentia.

Circa hanc differentiam qui evolverit Hippolytum de Marſiliis, *ſing. 565.* inveniet varia. 1. hanc quæſtionem de jure Civili non procedere, quia in eo nemo damnetur ad perpetuos carceres. 2. diſtingui inter perſonam Clerici & Laici. 3. ſibi non conſtare Abbatem, nam in *c. tuæ. d. pœn.* tenet, quòd non perdat teſtamenti factionem. Definimus more Majorum, quibus indelibata veritas erat præcipua, damnatum ad perpetuos carceres non poſſe teſtari, quia illa pœna æquiparatur pœnæ mortis ſeu deportationis, ut notat Innocentius in *c. qualiter & quando. d. accuſ.* ſeu etiam jure Canonico pœna perpetui carceris introducta eſt in locum pœnæ metalli, *c. Eccleſia. ut lit. pend.* ita ut ſortiatur omnem effectum, quem pœna metalli ſortiebatur. Facit *l. 1. C. qui non poſſ. ad lib. perv.* ubi damnatus ad perpetua vincula perdit teſtamenti factionem activè & paſſivè. Et dicit ibi Bald. quòd Clericus damnatus ad perpetuos carceres dicitur inteſtabilis activè & paſſivè, niſi quoad alimenta: & hoc refert & ſequitur Joan. de Imola in *d. l. 2.* ad hoc, quòd damnatus ad perpetuos carceres ex forma ſtatuti, quia de jure communi hoc fieri non poteſt, non poterit acquirere ex teſtamento ultra alimenta.

Abbas in *rubr. X. d. Teſtam. in 1. col.* dicit, quòd in Laico communis ſit ſententia, quòd ſit inteſtabilis, ut notatur in *l. 2. ff. d. publ. judic.*

TESTARI poteſt filiusf. etiam de peculio non caſtrenſi & non quaſi caſtrenſi, ſi parentis conſenſus accedat, *c. licet.*4. *d. ſepultur. in* 6.

Non poteſt, *l.* 25. *ff. d. m. c. donat.*

Jus Canonicum non mutat jus Civile, ſed tantum pietatis cauſam excipit, Vid. Hunnium in *coll. Jur. Can diſp.*14. *theſ.*16 Weſſenbachium *diſp. ad Inſtit.*56. *th.*14. Viglium ad *pr. I. quib. non eſt perm fac. teſt. num.*17. Perez. ad *eund. C tit. n.*8. A qua exceptione in practica non eſſe recedendum monet Julius Clarus *4. ſentent.* §. *teſtamentum. q.* 5. *n.* 6. Quid ſi cum Ludvvell. in *tract. d. ultim. voluntat. part.* 2. *c.* 1. conjiciamus in puncto juris negativam veriorem videri, non tantùm jure Civili, quo filiosfamilias exceptis caſtrenſibus & quaſi caſtrenſibus bonis à teſtamenti factione arceri probationis non eget. Sed etiam jure Canonico, quo exceptio iſta quoad pias cauſas ex *d. c. licet.* ſatis probata non eſt. Nam textus iſte, cujus hæc ſunt verba, *Quamvis filiusfamilias absque patris aſſenſu ſibi poſſit liberè eligere ſepulturam: pro anima tamen ſua, præter ipſius aſſenſum (niſi peculium caſtrenſe aut quaſi caſtrenſe habeat) aliquid judicare non poteſt*: non loquitur de teſtamenti factione, ſed tantum de diſpoſitione inter vivos, vel in ultima voluntate extra teſtamentum factâ, ut hic ejus ſit ſenſus; filiumfamilias ſepulturam quidem ſibi eligere ſuo arbitrio poſſe, pro anima tamen judicare, ſive ad pias cauſas diſponere ſine conſenſu patris non poſſe, niſi caſtrenſia vel quaſi caſtrenſia bona habeat. Unde a contrario ſenſu rectè infertur, cum patris conſenſu etiam de adventitiis & profectitiis eundem rectè diſponere, intellige per contractum, vel in ultima voluntate, absque teſtamento tamen, arg. *l. tam is.* 25. §. 1. *ff d. m. c. donat.* cum illud ab alieno arbitrio pendere non debeat, *l. illa.* 32 *in pr ff. d. hered. inſt.* Neque enim argumentum a contrario procedit, quando correctio juris inde ſequitur, arg. *l.* 2. *C. d. condit. inſert. &c.* cum juris correctio per ſubauditiones & tacitos intellectus (qualem & à contrario ſumptum eſſe conſtat) inducenda non ſit. *gloſſ. in c. cupientes.* 17. §. *quod ſi. verb. petere. d. elect. in* 6. Nec movet, quòd patria poteſtas, quam juris Civilis eſſe conſtat, *l.* 3. *ff. d. his, qui ſui vel al. jur. ſunt.* jure Canonico non attendi videatur *c fin. in fin. d. judic. in* 6. quoniam hoc non ſimpliciter verum eſt, ſed tantum quoad judicia de rebus ſpiritualibus exercenda, quæ filiusfamilias etiam citra aſſenſum patris expedire poteſt: in reliquis cum ſublatum jus patriæ poteſtatis doceri non poſſit, merito adhuc ſtare credendum eſt, arg. *l. præcipimus.* 32. §. *fin. C. d. appellat.* Præterea quod aſſeritur jure Canonico Filiumf. teſtari poſſe de peculio non caſtrenſi & non quaſi caſtrenſi, ſi parentis conſenſus accedat, videtur idem eſſe aſſerendum jure Civili, quo cum poſſit conſentiente patre mortis cauſâ donare, cur non idem teſtari? cum eadem videatur eſſe ratio *l.* 6. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* & *l.* 25. *ff. d. m. c donat.* Paponius etiam *l. arr.* 7. *c. de s teſtaments.* ut refert Dion. Gothofr. ad *l. pen. C. qui teſtam. fac. poſſ. lit. h.* negat veram rationem hujusce cauſam adferri poſſe. Sed reſpondet ibidem Gothofredus, Eum, qui teſtatur, ſui juris eſſe debere, & teſtamentum ex alieno arbitrio pendere abſurdum eſſe: inter ſe verò repugnare, ut unus & idem ſit filiusf. & ſui juris. Majorem autem eſſe authoritatem patriæ poteſtatis quam ut ſolâ teſtamenti factione filiusf. ſui juris efficiatur. Breviter ita, A donatione mortis causâ, quæ eſt juris privati, ad teſtamentum, cujus factio eſt juris publici, non argumentatur.

TESTARI poteſt pupillus, ſi malitia ſuppleat ætatem, Philipp. Francus ad *c.* 1. *d. teſtam. & ult. volunt. in* 6. *num.* 6. ubi refert fuiſſe diſputatum & terminatum de impube-

Utrùm exceſſiſſe quis debeat quartum decimum annum, ut teſtamentum facere poſſit, an ſufficiat compleſſe: quęrit *l.* 5. *ff. qui teſtam. fac. poſſ. vel non.* propone aliquem

Deferendum juri Civili, Nam ab illa malitia, de qua agit differentia, in qua, *Matrimonium contrahentis ætas definita non eſt.* quaque virtus generandi matura intelligitur, ad malitiam, quæ refertur ad

remul-

re multùm ſagace & valde prudente, qui fecerat teſtamentum tempore, quo diſtabat tribus diebus à decimo quarto anno, & reſpondetur valere teſtamentum. Vid. Andr. Vallenſem in *paratitl. Decret. d. teſtib. n.* 23.

animum, ac diſcernit bonum à malo, non argumentamur; ita ut malitia matrimonialis huc malè applicetur: illa eſt facultas, quæ urget voluntatem: hæc eſt facultas, quæ non urget voluntatem, licet voluntatem præcedat. Tandem in teſtatore adeò abeſt illa malitia matrimonialis, ut teſtator potiùs ſtimulum mortis, quàm carnis ſtimulum ſequatur. Hinc in cauſa teſtamentaria non diſtinguitur, modò adfuerit annus decimus quartus, emèrſerint vigoris veſtigia vel non: præcoci aliqui fuerint judicio, alii lentiùs retineant. Non obſtat *gl. l.* 1. *ff. d. novat.* in qua pupillus ob malitiam contrahere poteſt. Reſp. vel à contractu, cui ſubeſſe poteſt remedium reſtitutionis in integrum, ad ultimam voluntatem nec ſic argumentamur, Vel non tam contrahit, quàm in relatione ad meliorem conditionem pro contrahente habetur. Vid. Chriſtophorum Philipp. Richter ad interpretationem *l.* 4. *C. qui teſtam. fac. poſſ. vel non.* ubi *num.* 5. *&* 6. quærit, an quoad ætatem teſtatoris etiam decimus quartus annus in fœmina requiratur, cum illa corporis perfectio & maturitas attendatur tantùm in matrimonio. Reſpondimus in modo dictis malitiam tantùm attendere Canoniſtas in matrimonio, definitam autem duodecim vel quatuordecim annorum ætatem præter matrimonium etiam in cauſa teſtamentaria pro diverſitate perſonarum attendimus. Conſentit Nicol. Reusnerus in *tract. d. teſtam. part.* 2. *c.* 5. *num.* 13. quòd fœmina non modò corporis, ſed etiam animi perfectionem atque maturitatem, quam Græci *ἀκμὴν* vocant, ſexui ſuo congruentem citiùs conſequatur, quàm maſculus.

Kalendis Januariis natum teſtamentum ipſo natali ſuo feciſſe quarto decimo anno, an valeat teſtamentum: dico valere. Plus arbitror, etiamſi pridie Kalendarum fecerit poſt ſextam horam noctis, valere teſtamentum: jam enim compleſſe videtur annum quartum decimum, ut Marciano videtur. Vid. Zœſium in *Cod. qui teſtam. fac. poſſ. q.* 2. & ad eum Martinum Naurath *lit. b.*

TESTARI prohibitus non poteſt mortis causâ donare: quòd ſi enim prohibitis teſtari permitteretur causâ mortis donare, manifeſta fieret fraus legibus teſtari prohibẽtibus. Quâ etiam ratione conſtitutionem *c. quanquam.* §. *ult. d. Uſur. in* 6. quâ cavetur uſurarium manifeſtum teſtari non poſſe, (ut habet differentia, in qua *Teſtis non*

Dubium hoc; An prohibitus teſtari cenſeatur prohibitus donare mortis causâ? non rectè ad pupillum, mutum & ſurdum coanguſtatur, quia mutus & ſurdus teſtari poteſt eo modo, quem præſcribit *l. diſcretis. C. qui teſtam. fac. poſſ.* in pupillo non ſufficit tutoris voluntas; alioquin donatio causâ mortis tutore authore utilis eſſet his caſibus, quibus donatio inter vivos facta tutore authore va-

Ex prohibitione teſtandi non rectè deducitur prohibitio donandi mortis causâ; quippe hujuſcemodi donatio inſpecto tempore, quo fit & ordinatur, magis habet naturam contractûs, eique propiùs accedit, ut poſt antiquiores docent Duarenus in *l.* 2. *d. leg.* 1. Covarruvias *d. teſtam. in rubr. d. pact.* 3. *à n.* 2. Antonius Gomez. *libr.* 2.

poteſt in teſtamento eſſe uſurarius.) ad donationes causâ mortis extendunt poſt gloſſam in *verb. aliter.* plures citati à Cævallos *communium.q.*11.

*var.c.*4.*num.*16. Facit *l.*25. *in pr.ff.d.m.c.donat.* & *ejusdem l.§.*

leret, contra quam ſcriptum eſt in *l.*1.§.1. & 2. *ff. d. tut. & rat. diſtrah.* Verùm de omni, qui prohibitus eſt teſtari, quæritur, an cenſeatur prohibitus mortis causâ donare? Et reſpondet Ferdinandus Arias de Meſa *libr.var.reſol.*2.*c.*39.*num.*5. hanc regulam non per omnia veram eſſe, ſed tunc demum, cum in utroque caſu par ratio locum habet: ſi par ratio locum non habet, qui de jure teſtamentum facere non poteſt, donare mortis causâ poteſt, idque ſignificare voluiſſe textum in *d.l.tam is* 25.*in princ. D.d.mort. cauſ.donat.* ejusque regulæ exemplum eſt in *ead. l. in* §. de filiofamilias, qui licet de jure teſtari non poſſit, etiam patre volente, *l.qui in poteſtate.*6. *l.ſi filius* 16.*ff.qui teſtam.fac.poſſ.* ex permiſſu tamen patris donare causâ mortis poteſt. Hæc ex aliorum opinione Ferdinandus: ſuam ſubmittit *num.*10. in his verbis, Si licet proprium judicium promere, exiſtimo priorem ſententiam jure eſſe veriorem, ut ſcilicet teſtari prohibiti etiam donare causâ mortis prohibiti intelligantur. Moveor propriis rationibus; Primò, quod generaliter proditum eſt in *l.ult.C.d.donat cauſ.mort.* donationes hujusmodi hodie ultimis voluntatibus adnumerandas, neque ulla ex parte eis abſimiles intelligendas. Unde ſicut qui de jure teſtandi jus non habet, non poteſt codicillos facere *l.Divi.*6.§.*Codicillos. l.conficiuntur.*8. §.*codicill.ff.d.jur.codicill.* ita ſimiliter qui non poteſt teſtari, non mirum, quod nec causâ mortis donare poſſit. Hac opinione admiſsâ movere non debent, quæ pro contraria militant. *Non primum* quòd donatio hæc inſpecto initio contractui propiùs accedat. Nam reſpondetur, quòd cum magis in ea attendatur finis & effectus, magis ultimæ voluntatis ſpeciem exhibere debet, ex traditis à Claro in §.*donatio.quæſt.*5 *num.*1.&2. Non obſtat *secundum* ex *d.l.*25.*in princ.* Nam plana ejus loci ſententia illa eſt, quòd donare causâ mortis poteſt non ſolum, qui teſtatus, ſed qui inteſtatus decedit: proinde illa verba, *quàm qui non facit.* non ad jus, ſed ad factum referri omnino debent. Nec negotium faceſſit, quod objici poteſt hanc interpretationem ineptiſſimam videri, cum ullâ probabili dubitandi ratione careat: nam occurrit Giphanius imò illam eſſe elegantem, quod cum legata non niſi ex teſtamento relicta conſiſtant, §.*præterea. Inſt. d. fideicomm. hæred.* idem videbatur obſervandum in hujusmodi donationibus: contrarium tamen Marcianus ſcribit has donationes potiùs in hac parte ſimiles eſſe fideicommiſſis & codicillis, qui etiam ab inteſtando fiunt, *d.l. conficiuntur.*8. *ff. d. tit. d.jur. Codicill.* §.*non tantùm.I.eod.* quam differentiam inter legata & has donationes apertè tradit JC. in *l.ſi filius.*20. *ff.d. legat. præſt.* Difficilior ſanè nodus ſupereſt removendus ex *ead.l.*25.*in* §. ſed omiſſis variis ſolutionibus reſponderi poteſt, ideo filiumfamilias etiam volente patre teſtari non poſſe, quia L. 12 Tabb. de qua in *l.*120.*d.V.S.* non alii jus teſtandi permittitur, quàm qui de ſua, non de aliena re diſponit. Planè filiusfamilias jure veteri proprium nihil habet, ex Ulp. in *fragm. tit.* 20. de quo teſtari poſſet, etiam volente patre, cujus voluntas ſi attenderetur, utique fieret, ut pater per filium teſtari videretur. Quod civilis ratio non patitur, cum teſtamentum ſit actus legitimus: quâ de cauſa alieno nomine lege agi nequit. Diverſum eſt in donatione causâ mortis, hæc enim ideo à filiofamilias ex voluntate patris rectè peragitur, quia cum non ſit actus legitimus, per filium pater donare videtur. *l.in ædibus* 9.§.*quod filiusfamilias.ff.d.donat.* & ita explicat Petr. Faber. *libr.*2.*ſemeſtr.c.*23. Quòd ſi urgeas donationem causâ mortis, utpote ultimæ voluntatis ſpeciem, a patre per filium fieri non poſſe. Dici poteſt in re propoſita donationem à filio factam, non eſſe comparandam ultimæ voluntati, quia cum filiusfamilias ſemper inteſtatus decedat, nulla cum ultima voluntate comparatio occurrit. *d.l.ſi filius.*20. *ff d.legat.præſt* Vid. Pichardum in *princ. num.*20.*I.d.donat.* Ex his fit manifeſtum, an placere poſſit diſtinctio, quam Ant. Faber. *dec.*46.*err.*8.*num.*6. ſubjungit, inter donationem causâ mortis, quâ dominium ſtatim

transfer-

transfertur, & inter donationem cauſâ mortis, quâ dominium non niſi poſt mortem donatoris relinquitur. Ut ſcilicet primo caſu, cum donatio vivo teſtatore perficiatur, non aſſimiletur ultimæ voluntati, ſed potiùs facilè degeneret in donationem inter vivos, ac proinde prohibitus teſtari poſſit donare cauſâ mortis, dominio ſtatim tranſlato: in ſecundo caſu diverſum jus obſervetur. Quæ Antonii Fabri diſtinctio etſi ſubtilis ſit, ex eo tamen probari non debet, quòd quamvis agnoſcam has duas donationis cauſâ mortis ſpecies proponi in *l.2.* & in *l. ſi mortis. 29. ff. d. mort. cauſ. donat.* & inſinuari in *l. ſi eum. 9. §. ult. cum duab. ll. ſeqq. ff. d. donat. int. V. & U.* nullibi tamen, quod ſciam, in jure extat locus, nec ab Ant. Fabro affertur, quo proditum ſit, has duas ſpecies donationis in hac parte differre. Quinimo, ut ego quidem exiſtimo, dominii tranſlatio in vita donatoris, ſicut non mutat naturam donationis, ut poſſit revocari, *l. Seia. 42. d. mort. cauſ. donat.* ita etiam ex vi ipſius revocationis, quæ donatori utroque caſu competit, ad inſtar ultimæ voluntatis æſtimari debet, ex *l. ult. C. d. donat. cauſ. mort.* ubi generaliter cavetur donationes cauſâ mortis quocunque modo celebratas ultimis voluntatibus comparandas. Quod etiam confirmari poteſt exemplo legati, quod aliquando etſi à vivo teſtatore præſtetur, legatum eſſe non deſinit, *l. Lucius. 22. ff. d. leg. 2.*

TESTATOR ſi legatū relinquit cum onere, acceptans legatum non cēſetur illud onus agnoviſſe, *c. requiſiſtis. 15. d. teſtam. in verſic. ſecus autem.* ubi dicitur cōditionem, ne Eccleſia Canonicam portionē Epiſcopo præſtet, cui ita legatum erat, nullius momenti eſſe, cujus deciſionis argumento idem dicendum videtur in conditione Epiſcopo adjecta, ne Canonicam portionē petat.

Acceptans legatum cenſetur onera annexa agnoviſſe cum omnibus ſuis qualitatibus, ex *l. cum ab uno 52. D. d. leg. 2.* & ita docent illi, quos allegat Ferdinandus Arias de Meſa *libr. var. reſol. 2, c. 8. num. 26.*

Quod juri Canonico ſubſcribimus, ut utriq; juri commune faciam, moveor præcipuè argumento textûs in *cap. officii. 14. d. Teſtament.* ubi proponitur teſtatorem reliquiſſe Epiſcopo ſub conditione, ut eo ſolo eſſet contentus, in qua ſpecie ſi Epiſcopus agnoſcat legatum, jam ampliùs canonicam portionem ex legatis piis debitam, *cap. conquerente. 16 d. offic. ordin.* exigere non poterit, quia ex perceptione legati videtur canonicæ portioni renunciare, arg. *text. in l. ſi pars. 10. §. ult. l. ult. in princ. l. pen. §. 1. D. d. inoff. teſtam. l. parentibus. 8. C. eod.* Secundò pro hac parte expendi poteſt, quòd cum creditor ſemel legatum agnovit, non poteſt illam conditionem ſeu onus, tanquam legati partem rejicere, ex *l. 4. l. ſed duobus. 5. D. d. leg. 2. l. ſi legatarius. 37. in princ. D. de leg. 1. l. ſi libertus. 41. in princ. D. d. bon. libert. l. ſi legatario. 22. l. ſi debitor. 45. in princ. & §. 1. ff. d. fideicomm. libertat.* Explicant poſt antiquiores eleganter Cujac. *libr. 12. quæſt.* Papin. in *d. l. ſi libertus. ff. d. bon. libert.* Surdus *d. aliment. tit. 5. q. 1. num. 24.* Adeò ut etſi creditor retro agnitum legatum reſtituere paratus eſſet, non eſſet audiendus ex *l. Imperator. 70. §. ſi centum. verſ. enimverò. ff. d. leg. 2.* niſi proponas legatarium eſſe minorem, cui ætatis beneficio indulgetur, ut quod legati nomine percepit, poſtea reddere poſſit, *l. ſi minor. 33. ff. d. minorib. l. tutor. 26. ff. d. liber. leg.* in qua re apertè fallitur Ant. Faber *libr. 17. conjectur. c. 7. & 9.* & cum eo ejus perpetuus aſſecla Caſpar Schifordegerus *libr. 2. forenſ. tract. 13. q. 10.* quos tamen rectè redarguit Hilliger in not. ad Donell. *libr 8. comment. c. 9. lit. D.* Non o. *d. cap. requiſiſtis*, ad quam reſpondet Ferdinandus Arias de Meſa *d. loc. num. 23.* in promptu inter utramque conditionem illam diverſitatis rationem occurrere, quòd conditio ſeu onus Epiſcopo impoſitum ei ſoli præjudicium afferat, cui propriâ voluntate renunciare poteſt, ex regula *l. pen. C. d. pact.* Ceterùm conditio ſeu onus, ne Eccleſia Canonicam Epiſcopo præſtet, eſt contra jus Canonicum, cui privatorum conventione derogari non

poteſt, ex regula *l. quod de bonis.* 15. §.1. *D. ad L.Falcid. l.nemo.55.D.leg.1.c.ſi diligenti.X.d.for. compet.*

TESTATOR ſi legatum relinquit, ita onus adjicere poteſt, ut excedat legatum, *c. officii.* 14. *d.Teſtam.*

Nemo poteſt rogari, ut plus remittat, quàm ei relictum eſt, *l. filius familias.* 114. §. *apud Marcellum.ff. d. leg.* 1. *l. Imperator.*70.§.*ſi centum.in princ. ff. d.leg.*2. *l. ſi legatarius.*8. *ff. d. leg.*3. *l.* 1. §. *ſi is, qui. l.ex facto.*17.§.*non tantum. ff. ad SC. Trebell.* §. *hoc ſolùm.Inſt.d.ſing.reb.per fideicomm. relict.* adeò ut cui nihil datum eſt, non poſſit rogando obligari, *l. ſed etſi.*6. *in fin. ff. d. leg.*3. *l.ab eo.*9.*C.d.fideicomm.*

Ferdinandus Arias de Meſa *libr.var.reſol.*2.*c.*8. *n.*11. vult multùm intereſſe, an teſtator leget quantitatem cum onere majoris quantitatis, an ſpeciei majoris pretii. Primo caſu legato percepto legatarium non cogendum ultra modum quantitatis legatæ. Secundo verò caſu adhuc ſubdiſtinguendum eſt inter onus ſpeciei propriæ & alienæ. Si enim legatarius legatum agnoſcat cum onere ſpeciei propriæ, illam præſtare tenetur, etſi majoris pretii ſit, quàm quantitas relicta eſt. Si verò onus rei alienæ legato adjiciatur, non idem obſervatur. Diverſitatis ratio inter onus majoris quantitatis & ſpeciei propriæ in obſcuro non eſt, quod in priore caſu, cum quantitates certam habeant æſtimationem, *l.nummis.ff.d.in lit. jur.* facilè apparet legatarium in plus verè, quàm acceperit, onerari. Ceterùm in ſecundo caſu, cum res ſeu ſpecies incertam & variam habeant æſtimationem, idcirco legatarius legato percepto tenetur præſtare rem ſuam, etſi majoris pretii, quia videtur tanti æſtimaſſe, *l.ſed ſi non ſervus.36.ff.ad L.Falcid. l.ſi mihi.97.ff.d.leg.*1. Quæ ratio ceſſat in re aliena, & ideo non mirum, quod non teneatur eam præſtare, niſi pro concurrenti quantitate legata. Neque hanc differentiam inter rem propriam & alienam evertere videtur textus in *l.pœnales.32.§.ult. ad L.Falcid.* ubi in *verſic.ſi autem.* Marcianus nullam facit differentiam inter hæc duo. Sic enim ait, *ſi autem manumittere ſervum vel ſuum vel alienum rogatus ſit, omnimodo præſtare debebit libertatem.* Nam ſubtilis Raphael Cumanus ibi reſpondit, ſententiam ejus textus referendam eſſe ad ſpeciem *l.decem.6.ad.fin. ff. d. fideicommiſſ. libert.* uti etiam præſentire videtur Cujac. *libr.60.ad edict.Paul.* & in *Nov.1.d hæred. & falcid.verſic.poſterior.* quo loci Paulus, etſi differentiam inter rem propriam & alienam magis probet, tamen concludit, quòd ſi quantitas legata ſit cum onere manumittendi ſervum alienum, hæres teneatur integrum legatum ſine falcidiæ deductione legatario præſtare, ut ita libertas non intercidat, idque favore libertatis receptum fuiſſe exprimit. Nec in hac re quicquam intereſſe puto inter legatum quantitatis cum onere ſpeciei, aut è converſo inter legatum ſpeciei cum onere quantitatis, utroque enim caſu etſi in onere ampliùs ſit, quàm in legato, utique legatarius cogendus eſt onus ſubire, quia utroque caſu videtur tanti ſpeciem, ſeu rem propriam æſtimaſſe, ut rectè docet Cumanus in *l.civitatibus.122.§.ult.ff.d.leg.*1. quamvis inter hos caſus differentiam agnoſcant Albericus *ibidem.num.*1. Caſtrenſis *num.*1. Nam etſi pro ſua ſententia expendant textum in *d.l.civitatibus.§.ult.* ſi tamen rectè inſpiciatur, nihil pro eis facit, cum onus fideicommiſſi, de quo ibi, ideo inutile fuit, quia in ea ſpecie fundus legatus eſt, ſub conditione dandi hæredi tantundem, quòd fundus valebat, quo caſu cum tantum legatarius erogaverit, quantum acceperit, ut idem textus ait, nihil videtur ex teſtamento capere, cum non aliter quiſquam legati nomine percipiat, quàm quod deducto eo, quod conditionis implendæ causâ dedit, ſupereſt, *l.non ampliùs.26 in princ.ff.d.leg.*1. *l. ſed ſi hoc.62.§.1.ff.d.C. & D.* Notat Ant. Gomez. *libr.*1. *var. c.*12. *num.*25. Ut proinde mirum non ſit, ſi onus fideicommiſſi imponi non poſſit, quamvis quoad rationem falcidiæ ineundam aliud obſervetur juxta textum in *l.at veterani.40.§.ult. l.ſi fundus.65.ff.ad L.Falcid.* & ita te-

ita textum in *d. l. civitatibus*.122. §.*ult.* interpretantur Duarenus & Cujacius in *d.l.non amplius*.26. Donell. *libr.8. comm. c.*9. etſi aliter explicet Cuman. in *d.*§.*ult.* Ex quibus novo forſitan nitore illuſtrari poterit ſententia textus in *d.c.officii*.14.*d. Teſtam.* in cujus ſpecie ideo Epiſcopus legatum ſemel agnoſcens cogitur ſubire onus remittendæ canonicæ portionis, in qua ampliùs, quàm in legato, eſſe apparuit, quia tempore legati percepti quantitas, quæ erat in canonica portione, incerta erat, quæ incertitudo æſtimanda eſt ad inſtar certæ legatæ quantitatis cum onere certæ rei ſeu ſpeciei majoris pretii, quo caſu quia tanti videtur æſtimaſſe: ideo non tam onus ſpeciei, quàm onus incertæ quantitatis conſiſtet, etſi in ea ampliùs ſit.

TESTES de confeſſione alicujus atteſtantes, ſi in tempore non ſint conteſtes, non plenè probant, Ant. de Butrio in *c.licet cauſam. num.8. d.teſtib.* Surdus *conſil*.425.*n*.5.

Plenè probant, Cravetta *d.antiq.temp. part*.4. §.*ſed. n*.18. Riminaldus *conſ*.7.*à n*.106.*libr*.1. Menoch.*d.præſumpt.q*.41.*n*.6. Maſcard.*concl*.379.*n*.14.

Aſſertionem juris Canonici, tradente Antonio Merendâ *libr. contr. jur*.5. *c*. 49. *à num*.2. judicando ſequuta ſunt duo ampliſſima Italiæ Tribunalia, nempe cōſilium Neapolitanum, teſte Afflicto *deciſ*.364. *num*.2.3.& Rota Romana ſæpius, teſtibus Puteo *deciſ*.476.*lib*.2. Seraphino *deciſ*.1159.*num*.2. *tom*.2. Pro eadem ſententia allegantur Probus in *c*.1. *d. pact. num*.4. *c*.1. *d. confeſſ. num*.53. Pro eadem ſententia numerandi ſunt illi, qui putant non poſſe conjungi duos teſtes, quorum unus de numeratione, alius de confeſſione deponit, quorum numero ſunt Cynus, Baldus, Salicetus, Abbas, Caccialupus, Surdus, & alii relati à Surdo *deciſ*.12. *num*.9. Fundamentum hujus opinionis in hoc conſiſtit, quòd illi, qui de confeſſione alicujus deponunt, teſtantur de enunciatione verborum, in quibus continetur confeſſio ejus, de quo agitur: itaque cum impoſſibile ſit enunciationes verborum diverſo tempore factas ad unam redigi enunciationem, utique impoſſibile eſt iſtos teſtes conjungi directè, ut unam eandemque enunciationem verborum probent, ſed id tantùm facere poterunt per modum adminiculi & præſumptionis, reddere veriſimilem depoſitionem aliorum teſtium: itaque cum quis ex teſtibus de tempore confeſſionis non concordantibus vult confeſſionem aliquo tempore factam probare, unius tantùm teſtis depoſitione uti poterit directè, ejus nempe, qui tunc præſens fuerit: aliis vero utetur per modum adminiculi conjungendo eorum depoſitionem cum illius teſtis depoſitione. Ergo manifeſtum redditur ex hac conjunctione plenam non oriri probationem, quoniam ut ex conjunctione probationum imperfectarum plena deducatur probatio, duo neceſſaria ſunt. Primùm, ut imperfectæ probationes in ſuo genere perfectæ ſint, i. e. ut plene ſingulæ earum probatæ fuerint, Myns. [illegible] *cent*.2 *obſ*.100.*n*.5. ita ut aliâ probatione non indigeamus. Secundo opus eſt, ut imperfectæ hujuſmodi probationes duas ſemiplenas conſtituant probationes: niſi enim omnes partes integrales concurrant, totum perfectum conſtitui non poteſt. Manifeſtum eſt hinc non poſſe oriri perfectam confeſſionis probationem, quia utrumque deficit, probationes enim, quæ conjunguntur, ſunt in ſuo genere imperfectæ, nec teſtium dicta, quæ pro adminiculo adferuntur, ſatis ſunt ad ſemiplenam probationem conſtituendam. Quæ enim præſumptio eſt, Titius confeſſus fuit hodie apocham ſubſcripſiſſe, ergo verum eſt idem craſtinâ die eum confeſſum fuiſſe, ut alius teſtis deponit. Vid. Menochium *d. præſumpt. d. libr*.1.*q*.82.*num* 6. Aggrediamur nunc rationes, quibus moventur diſſentientes, quarum *prima eſt*, Horum teſtium ſingularitatem eſſe adminiculativam & ideo conjungi debere ad plenam fidem faciendam. Reſpondeo commentitiam eſſe diſtinctionem adminiculativæ & diverſificativæ ſingularitatis: quod ſi mordicus eam tueri velis, dico non eſſe ſatis, ut teſtes in unum finem tendant, ut ſingularitas adminiculativa inde oriatur, ad exemplum teſtium de diverſis actibus juriſdictionalibus vel poſſeſſoriis deponentium: hi enim licet ad unum eundemque finem tendant, nempe ad probandam poſſeſſionem & juriſdictionem, tamen non dicuntur ſin-

tur ſingulares ſingularitate adminiculativâ, ſed diverſificativâ, ut noſtri communiter admittunt, quos videre poteris apud Farinacium *d. teſtib. q.64. à num.171.* *Secundò* pro eadem ſententia ſic arguit Cravetta, Teſtes, qui ad unum & eundem finem tendunt, plenè probant, *l. qui ſententiam. C. d. pœn.* Reſpondeo textum allegatum intelligi, quoties in ſubſtantia rei teſtes concordant, in circumſtantiis tantùm & in accidentalibus non conveniunt, ut ex ejus verbis liquet, quæ hæc ſunt. Qui ſententiam laturus eſt, temperamentum hoc teneat, ut non priùs capitalem in quempiam promat ſeveramque ſententiam, quàm in adulterii, vel homicidii, vel maleficii crimine, aut ſuâ confeſſione, aut certè omnium, qui tormentis vel interrogationibus fuerint dediti in unum conſpirantes concordantesque rei finem, convictus ſit. *Tertium argumentum* deducitur à Cravetta ex opinione eorum, qui dicunt teſtem de confeſſione deponentem conjungi cum eo, qui de numeratione teſtatur; nulla enim ait differentiæ ratio inter iſtos caſus adeſt. Reſpondeo imò magnam & evidentem eſſe differentiam, nam teſtis de numeratione deponens, licet unicus ſit, ſi tamen magnâ urgentique præſumptione adjuvetur, interdum plenam faciet probationem, ut poſt multos docet Ant. Gabriel *tit. d. teſt. concluſ. 1. num. 62.* Ergo non eſt mirum, ſi conjunctio iſtorum teſtium plenam quandoque inducere poſſit probationem: nimis enim urget conjectura, quæ ex teſtis omni exceptione majoris depoſitione de confeſſione debitoris oritur. Quæ vis utique non adeſt in præſumptione, quæ oritur ex depoſitione teſtis aſſerentis ſe audiviſſe eum, de quo agimus, alio tempore idem fuiſſe confeſſum. His accedit teſtes de numeratione & confeſſione deponentes inſimul conjunctos plenam non inducere probationem. *Quartò* ſic arguit Cravetta, Teſtes ſingulares ſufficiunt ad probandum quid in genere ſecundùm receptam noſtrorum opinionem: ergo etiam ſufficere debent in caſu noſtro, quemadmodum enim genus ex pluribus ſpeciebus conſtituitur; ita debitum ex pluribus deducitur confeſſionibus. Nihil enim eſt, quòd ſi teſtes ſingulares aliquid probent in genere, ex natura ipſius generis deſcendit, qua de cauſa ſi id, quod in genere ad probandum propoſitum fuit, ad tempus locumque certum fuerit adſtrictum, non poterit ampliùs per teſtes ſingulares probari, & hæc eſt recepta opinio, ideoque ad rem noſtram non pertinet, quia agimus de confeſſione certo tempore certoque loco facta, præterquam quod non eſt verum, teſtes ſingulares probare aliquid in genere, ut præclarè oſtendit Polydorus Ripa *obſ.240* *Ultimum argumentum*, quod proponitur à Cravetta, quòd iſtæ depoſitiones ſufficiant, à ceſſante ratione deducitur, nam quod teſtes ſingulares non probent, duplex ratio aſſignari poteſt; prima, quia dicuntur contrarii, quando eſt ſingularitas obſtativa: ſecundò quia alii alios elidunt, dum ſingularitas eſt diverſificativa, ergo regula, quòd teſtes ſingulares non probent, non pertinet ad caſum noſtrum, in quo hujusmodi rationes ceſſant. Reſpondeo Cravettam omiſiſſe veram rationem, cur teſtes ſingulares non probent, etiamſi ſint mille, quia ſemper verum eſt unum teſtem de eadem re deponere, non duos vel plures. Ex quo clarè apparet ratio, quam ſe non intelligere Cravetta profitetur, cur confeſſio per duos teſtes conteſtes probetur, per teſtes autem ſingulares non poſſit probari: quando enim duo adſunt teſtes conteſtes, tunc per duos teſtes probatur confeſſio: quando verò teſtes ſunt ſingulares, etiamſi ſint mille, tamen nulla eſt confeſſio, quæ per duos teſtes conteſtes probetur, cum de diverſis confeſſionibus deponant.

TESTES etiam domi ſolent examinari, *c. mulieres.2.d.judic.in 6.*

Teſtes omnes comparere tenentur in loco judicii, *l.3. §.4.d.teſtib. Nov. 90.cap.5.*

Regulam continet jus Civile. Exceptionem ſubdit jus Canonicum propter fœminas honeſtiores, quas non convenit virorum cœtibus immiſceri. Eadem ratio eſt juris Civilis *l.21.C.d.procur. l.1.§.5.d.poſtul.* Eſt & exceptio in *l.15.ff.d.jurejur.* in perſonis egregiis, iisque, qui valetudine impediuntur, ad quorum domum mitti oportet, *L.7.C.d.Epiſc. & Cler. l.8.ff.d.teſtib.* quas allegat Ungebaur ad *tit.d.*

tit.d.teſtib.X.num 26. non agit de iis, qui domi examinantur, ſed agunt de iis, qui vel omnino non examinantur, vel inviti examinari non poſſunt, ita ut modum, quem tamen tangere vult Ungebaur, non tangant.

TESTES in cauſa liberorum parentes & vice verſâ in cauſa parentum liberi admittûtur, *c.ſuper eo.3.X.d.teſtib.cog.vel non.*

Nulla eſt differentia, quia *d.cap.* non agit de parentibus & liberis in ſpecie, ſed de iis, qui facto interfuerunt. 2. agit de iis, qui jure Civili cogi poſſent, & vult jure Canonico eos ſolùm moneri. 3. videtur Jus Civile agere de cauſa civili: jus Canonicum de cauſa criminali, in qua non teſtimoniis, ſed teſtibus credimus *l.3.§.3.ff.d.teſtib.*

Parentes & liberi invicem adverſùs ſe nec volentes ad teſtimonium admittendi ſunt, *l.6.C.d.teſtib.*

TESTES in Codicillis non poſſunt eſſe legatarii, quia nullus teſtis poteſt conduci precio, *c.1.X.d.teſtib.& atteſt.* nec quis in re ſua teſtis eſſe poteſt, ut deducit ex *c. ſanè 15. q.1.* in *jure.Canon. libr.3. tit.27.* Corvinus: ex jure Civili Weſenb. ad *tit.ff.d. qui teſtam.fac. poſſ.num.11.in fin.* Vid.eos, quos allegat Zepperus in *tract.d.Codicill.c.8.n.29.*

Ponit & in hoc articulo differentiam aliquam inter teſtamentum & codicillos Nicolaus Reuſner.in *tract. d. Codicill.c.18. n.7.* poſt Socinum in *l. ſi quis ita. in fin.* & Baldum in *l. ſi quæſtio.ff.Qui teſtam.fac. poſſ.* nec quod de admiſſione teſtis legatarii in teſtamento diſpoſitû, ad codicillos extendendû autumat: quod & placuiſſe videtur Proſper. Farinacio *d.teſtib.quæſt.60. num.308.* & Maſcardo de probationibus *vol.1. concl.108. in fin.* licet hic ambiguus adhuc ſit in decidendo. Affert autem aſſerti ſui rationem hanc, quòd ut in teſtamentis ipſius hæredis, ita in codicillis res agatur legatariorum vel fideicommiſſariorum, in qua ipſa, tanquam in re ſua idonei teſtes eſſe non poſſint. Duplex nimirum apponitur ratio diverſitatis: nempe quòd negotium in codicillis agatur inter teſtatorem & legatarium, quæ ratio in perſona hæredis quoad teſtamenti factionem ponitur prohibitiva ab Imper. Juſtiniano in *§.ſed neque hæres.10. J. d. Teſtam.* Sed non admittit hoc in articulo ullam differentiam inter teſtamentum & codicillos Goffred. in *l.qui teſtamento.20.num.5.verſ.veruntamen ſolutio. & num.6.* & Petr. de Monc. *in addit.ad Crot. de teſtib.part.2.num.1.* Nec tutum videtur excludi legatarios à teſtimonio in codicillis, quos tamen in teſtamento legitimos haberi teſtes jam diximus. 1. Quod ſi enim cauſam ac rationem juris hujus, in qua multùm variant Interpp. ponderaverimus, vix melior afferri poterit eâ, quam exprimit ipſe Juſtinianus Imperat. *in §. legatariis autem.11.Inſtit.de teſtam.ordin.* nempe legatarios ac fideicommiſſarios propterea admitti teſtes in teſtamento, quia non ſunt juris ſucceſſores, hoc eſt, non repræſentant ipſum defunctum, qui in proprio ſuo teſtamento vices teſtis ſupplere nequit, quam ob rem heres in locum defuncti ſuccedens non eſt admittendus. Atqui hanc ipſam rationem in confectione quoque codicillorum obtinere manifeſtum eſt, cum nec in hiſce legatarii in jus ſuccedant univerſum, ſed relinquitur hoc heredibus ab inteſtato, qui perſonam defuncti ſuſtinent. Hoc ſi unico verbo quis comprehenſum velit, dicimus, neque in teſtamento, neque in codicillis

Possunt eſſe legatarii; quo enim jure excluderemus legatarios in codicillis, poſtquam nullibi in univerſo jure à teſtimonio in codicillis leguntur remoti? ſtante regulâ indubitatâ omnes admitti teſtes, qui lege expreſsâ haud inveniantur prohibiti, *l.1.in fin.pr. d.teſtib.* ubi gl. Bald. Salycet. & Doctores communiter.

teſtes eſſe idoneos, qui jure ſuccedunt hereditario in locum defuncti, nempe heredes: Secus verò qui abſque ulla defuncti teſtatoris repræſentatione re particulari ſunt contenti. 2. Et quo jure, ut monet jus Civile, excluderentur legatarios in codicillis, poſtquã nullibi à teſtimonio in codicillis leguntur remoti? ſtante regulã indubitatã, omnes admitti teſtes, qui lege expreſsâ haud perhibentur prohibiti, *l.1. in fin. pr. ff. d. teſtib. ubi* Gloſſ. Bald. Salycet. & Dd. *commun.* Alexand. *libr.5. conſil.156. num.3. in fin.* Nell. *d. teſtib. num.1.* Crot. *d. teſtib. part.3. poſt n.101.* Et ſi aliàs periculoſum habetur ſine lege loqui, ob quod etiam erubeſcere debeamus, *Novell.18. cap.5.* Jaſon *in l. præſes provinciæ.12. n.3. verſ. unde erubeſcimus. C. d. tranſact.* Aym. Cravett. *conſil.25. num.9.* Franc. Vivius *deciſ.358. num.4.* Matth. Weſenb. *conſil.2. num.1.* multò minùs utique ſine lege quidquam aſſeverandum eſt in caſu præſenti, quo agitur de excludendo teſte contra validitatem codicilli, quia tamen perinde ut teſtamentum ſingulari favore gaudet, vel ſaltem propterea, ut ultima conſervetur teſtatoris voluntas, *l. ſi pars.10. ff. d. inoff. teſtam. l. vel negare.5. ff. quemadm. teſtam. aper. l. cum antiquitas.28. in pr. C. d. teſtam.* 3. Ac ne generalitati ſaltem innitamur, licèt & hæc firmum ponat deciſio fundamentum, *l.1. §. generaliter. ff. d. legat. præſt. l.8. ff. d. publ. in rem act.* textum haud obſcurum hac de re ſuppeditat reſcriptum Zenonis *in l.22.* ubi hæc leguntur verba: *Dictantibus teſtamenta vel aliam quamlibet ultimam voluntatem, legatum vel fideicommiſſum, vel quodcunque aliud quolibet legitimo titulo teſtatorem poſſe relinquere, minimè dubitandum eſt, teſtibus etiam ad efficiendam voluntatem adhibitis pro ſuo lubitu, quod voluerit teſtator, relinquere non prohibetur. C. d. teſtam.* Ecce legatum relinquere teſti permittitur non ſolùm in teſtamento, ſed & in quavis ultima voluntate alia: Quidni ergo etiam in codicillo? Hinc quod unum idemque eſt, legatarius pro teſte inidoneo, vel illicito nequaquam judicandus. Clara omninò eſt ſanctio hæc, quæ & Doctorum nobis adverſantum animum in decidendo ſuſpendit, ut colligere eſt ex traditis Maſcard. *dict. concl.108. in fin.* 4. Et quid tandem cauſæ eſſet, ut legatarius removeretur à teſtimonio in codicillis, cum tamen horum ſolennitas ſit exigua, vel planè nulla, *§. ult. Inſt. d. codicill.* ſiquidem in codicillis neque ſubſcriptio neque ſubſignatio teſtatoris, neque ſolennis teſtium numerus, ſed tantummodo quinque teſtandæ veritatis gratiâ adhibentur, *l. divi.6. §.1. & 2. ff. d. jur. codicill. l. ult. §. ult. C. eod. tit. Receſſ. Imper. Colon. de anno* 1512. *tit.* Von Teſtamenten. §. Und ſollen die Notarien. *verſ.* Aber in *Codicillen. &c. At quomodo* refellendum Reuſneri fundamentum, quod petit ex *§. ſed neque heres.10. Inſt. d. teſt. ordin.* ubi Imp. Juſtinianus heredem propterea remotum vult à teſtimonio, quia inter ipſum & teſtatorem totum teſtamenti agitur negotium: quæ ratio in codicillis etiam quoad perſonam legatarii videtur obtinere? Nullam certè faceſſit hoc nobis ſcrupulum: Nec enim quodvis intellectum vult Juſtin. Imp. ibidem negotium, alioquin nec in teſtamento legatarius idoneus haberetur teſtis, quippe quod intuitu legati negotium cum ipſo habeatur: ſed in eo duntaxat negotio ponitur ratio ab Imperatore, quod jus hereditatis totum ac univerſum concernit, veluti ſe explicat Imper. *in §. ſeq.11. verb. quia non juris ſucceſſores ſunt,* Indigitat ergo negotium hereditatis ſeu univerſitatis hæreditariæ, quale negotium ne quidem in codicillis legatarius agit cum teſtatore, *§. heres quoque.5. verb. Neque enim cum herede, neque cum defuncto ullum negotium legatarius geſſiſſe propriè dici poteſt. Inſt. d. oblig. quæ quaſi ex contr. naſc.* ſed reſidet hoc in codicillis apud heredes ab inteſtato, qui in jus defuncti hereditarium ſuccedunt. Quidni ergo in codicillis quoque legatarii teſtes admitterentur? *Non magis* nobis adverſatur, quòd nemo in cauſa propria teſtis eſſe queat, *l. nullus.10. ff. de teſtib. & l. omnibus.10. C. eod. tit.* Nam nec hoc ſimpliciter intelligi debet, cæteroquin & in teſtamentis legatarius à teſtimonio repelleretur, ut qui legatum inde ſperat, adeoque cauſa teſtamenti ex parte aliqua ejus propria habetur. Sed limitationem admittit maxima illa: Si is, in cujus favorem receptũ eſt, ne talis admittatur teſtis, eum admittere deſiderat, tunc enim favori pro ſe introducto renunciare valet, *l. pen. C. d. pact.* Eſt autem in teſtatoris favorem introductum, ne teſtes ſuſpecti de ejus voluntate deponentes audiantur; quod ſi ergo illos teſtamento ſuo adhiberi, iiſque fidem tribui velit, ratio utique poſtulat, ut ea in re voluntatem

Digitized by Google

tatem ipſius ſequamur, ne quod in favorem eius introductũ eſt, in ejuſdem odium retorqueatur, *l. quod favore 6. C. d. ll. cap. quod ob gratiam. 61. extr. d. reg. jur. in 6to.* Nec quisquam mirabitur hanc ſingularitatem in perſona legatarii, cum nec in aliis multum curæ habeant jura quoad teſtes in confectione codicillorum; Ex quo fit, ut etiam mulieres ſint teſtes in codicillis, *arg. l. §. 1 ff. d. teſtib.* Gloſſ Bartol. & alii *in l. qui teſtamento 20. §. mulier ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Speculat. *in tit. de teſte §. 1. num. 82.* Joh. Harpp. *ad §. 3. & 4. num. 24. Inſt. d. teſtam. ordin.* Nec enim in codicillis attenduntur ſolennia, *§. ult. Inſt. d. codicill.* quorum causâ tantummodo mulieres a teſtimonio in confectione teſtamentorum arcentur, *d. l. qui teſtamento. 20. §. mulier 6. & 7. ff. qui teſt. fac. poſſ. l. ſi unus. 12 C. d. teſtam.* Verùm hoc ſeparatam meretur differentiam. Nec refert, an teſtes ad confectionem codicilli ſint rogati, an caſu quodam congregati, utroq. enim modo validus eſt codicillus, *l. ult. §. fin. C. d. codicill.* licet res ſecus ſe habeat in teſtamentis, quibus omnis ſubtrahitur validitas, ſi requiſiti non fuerint ſpecialiter teſtes ad actum teſtandi, *l. heredes palam. 21. §. in teſtamentis. 2. ff. qui teſt. am. fac. poſſ. l. hac conſultiſſimâ. C. d. teſtam. d. Receſſ. Imper. Colon. de Anno 1512. tit.* Von Teſtamenten. §. Nun die form. *verſ.* vor ſieben Zeugen/ die darzu ſonderlich zuſammen beruffen ꝛc. Ripa *in tract. d. privileg. ult. vol. ...* num 42. Ant. Fab. *in Codic. libr. 6. tit. 5. defin. 3. num. 4.* Attamen in eo nulla eſt inter teſtamentum & codicillos differentia, quòd teſtes uno eodemque tempore ſint adhibendi, *d. l. ult. §. fin. C. d. codicill. ubi* Corn. *col. 3.* Reuſn. *dict. cap 10. num. 14.* Pleraque hæc ſunt ex Carpzovio *deciſ. illuſtr. Sax.* 152. Nec obſtant allegata juris Canonici loca. *Non primus*, qui etiam juri Civili eſt communis, *d. l. 10. ff d. teſtib. l. 10. C. eod.* *Non ſecundus*, qui agit de venia eorum, quæ ebrii ignorantes patiant.

TESTES in teſtamento poſſunt eſſe Clerici, licet iis annulos geſtare non liceat, ut monet Matth. Stephani ad *Nov.* 78. *num.* 5.

Hoc equidem verum eſt ex decreto Concilii Lateranenſis ſub Innocentio III. & Baſileenſis ſub Sigismundo Imperatore habiti, nullum Clericorũ portare annulum, niſi cui competit ex officio dignitatis & unum duntaxat. Nam aliàs vulgò dici ſolet, Clericus annulatus aut eſt fatuus aut prælatus. Hinc tamen non ſequitur, Clericos non poſſe eſſe teſtes, quia teſtes non debent habere propria ſigilla, quoniam, ut docent Interpretes ad *d. §. 5.* ſæpe contingit, ut teſtes ſigilla & annulos ſignatorios non habeant, quibus etiamſi deſit materia ſigni, eſt tamen fides ſignantis. Deinde plures, Teſtes præter annulum alieno poſſe ſignare ſigno aſſerunt quàm ſubdubitant. 3. Poſſent alieno ſignare annulo.

Teſtes in teſtamento non poſſunt eſſe Clerici, quia iis annulos geſtare non licet, arg. *§. 5. J. d. teſtam. ord.*

TESTES ita ſe habent, ut factâ publicatione contra eorum perſonas & dicta excipi non poſſit, niſi ante publicationem fuerit de excipiendo, reprobandove proteſtatus, *c. præſentium. X. d. teſti*[illegible]

Præfertur jus Civile, quod & Camera præfert, quia interdum reſciſcimus poſt publicationem teſtium conditionem, ex qua exceptiones illæ ſumuntur.

Proteſtatio hæc non eſt neceſſaria, ſed eâ omiſſâ admittitur poſtea volens opponere exceptiones, etiamſi non juret ſe non petere repulſam teſtium ex malitia. Vid. Gail. 1. *obſ.* 87. *n.* 4. *obſ.* 105.

TESTES lite non conteſtatâ recipi poſſunt, c. 1.

Nulla eſt differentia. *arg. rubr. all. ut lit. non conteſt.* Deinde proponi

Judex lite demum negativè conteſtatâ proba-

X.ut l.t.non conteſt.non proc. ad teſt.recept.

tionem imponit ac fieri decernit, *l.à procedente.ubi Bart.C.d.dilat.* Weſenb.*in π.d.teſtib.num.* 5.

exceptionem colligitur ex *c. quoniam. 5. X. eod.* è quibus duobus junctis capitulis intelligitur in hac quæſtione, *An Judex ante litem conteſtatam procedat ad ſententiam definitivam?* num inter jus Civile & Canonicum ſit differentia. Quo tunc modo, ſi producantur teſtes ante litem conteſtatam, teſtium productio juxta dictamen juris Canonici fieri conſveverit, vide Zœſium ad *tit.ff.d.teſtib. num.*12. Hoc præterea ex *c. fraternitatis.17. X.d. teſtib.* obſervat Matth. Colerus *part.2.deciſ.*299.*num.*3. Ant. Fab. in *Cod.libr.4.tit.15.defin.*44. *num.*6. Carpzovius in *Jurispr. For. Romano-Sax. part.1. conſt.16. defin.*36. Teſtationes ad futuram rei memoriam conſcriptas nec ab adverſario inſpici poſſe ante publicationem, nec publicari debere, priusquam adverſarius quoque teſtes ſuos produxerit, & audiri curaverit, ne alioquin per teſtes probandi ratio nulla ſuperſit ei, qui teſtationes ab adverſario prolatas jam didicerit, propter metum corruptionis & ſubornationis. In hac receptionis teſtium ante litem conteſtatam Joh. Honorius van Axel. de Senis in *compend. jur. Can. ad d. tit. ut lit. non cont. non proced. ad teſt. recept. num.* 4. aliam addit differentiam, Nam jure Civili actor contumax reo poſtulante tribus edictis citatur per intervalla triginta dierum, quòd ſi vocatus litem detrectet, ei annus indulgetur, quo elapſo Judex absque alia actoris citatione auditis allegationibus rei & perquiſitâ veritate, requirendo amicos & notos actoris abſentis per proclama generale, an quispiam velit eum defendere, *l.hæc autem.§.1.ff. quib. ex cauſ. in poſſ.eatur.* pronuntiat definitivè *auth.qui ſemel.& ibi Bart. ſub num.*7.*C.quomod.& quand.Judic.* Jus Canonicum non videtur requirere dictas dilationes, de quibus in *c.cauſam, quæ.X.d.dol.& cont.* nulla fit mentio, ita ut de conſuetudine non ſerventur in foro Eccleſiaſtico, Panormit. in *d. cap. cauſam, quæ. poſt Butr. num.* 15. *in fin.* Non etiam videtur requirere requiſitionem amicorum & notorum ipſius actoris, quia actor eſt in culpa recedendo & non dimittendo procuratorem, & ideo non debet ſervari æquitas contra eum, Panorm. *d.loc.num.*14.

TESTES non juratò deponentes carent fide. Pone, teſtes ſine prævia jurisjurandi præſtatione depoſuiſſe & deinde poſt factam depoſitionem juraſſe, eorum teſtimonia non validantur, quia jurisjurandi præſtatio præcedere debet *c.de teſtibus X. d. teſtib. c. in primis* 2. *q.*1. *c. hortamur.*3. *q.*9. Vid. differentiam, in qua *Juramentum teſtibus remitti poteſt.*

Jurisjurandi præſtatio præcedere non debet, ſed ſufficit ſtatim poſt depoſitionem juraſſe, Bald. ad *l. jurisjurandi. in pr. C.d.teſtib.*

Nulla eſt differentia, quia ſi jurisjurandi præſtatio fiat poſt depoſitionem, præſumptio eſt, eos, qui jurarunt, in teſtificando de præſtando juramento cogitaſſe, ac per conſequens verum dixiſſe ob reverentiam jurisjurandi, quòd ſe præſtituros ſciebant. Panormitanus, quod habet Mynſing *cent.4.obſ.*7. etiam iſto caſu idem obtinere exiſtimat, quod in aliis, nempe ut juramentum in continenti depoſitionem teſtium ſubſequens eam non convalidet idque non levibus argumentis comprobat. Hanc opinionum repugnantiam, cum in quadam cauſa incidiſſet, teſte Mynſing. *d.loc.* Domini Cam. ita conciliandam cenſuerunt, ut prior locum habeat, quando teſtis juravit ſponte in continenti poſt teſtificationem, nullo interrogante, vel ab ipſo poſtulante ut juraret: quod ſi requiſitus juret, utcunq; id in continenti fiat, verior ſit ſecunda opinio, quia eâ ſpecie non eſt præſumptio, quòd in teſtificando cogitarit de juramento à ſe præſtando, cum neſciret, an ad hoc cogendus eſſet, imò veriſimilius contrarium cogitare potuerit, dicendo à principio omitti juramentum conſuetum. Ætiologiam autem, quare juramenti ſecutio in teſte non ſufficiat, refert Salicetus in *d.l. jurisjurandi.*

Digitized by Google

jurandi. eſſe illam: quia ſi teſtis primò juret, & poſtea teſtificetur, præſumitur ob reverentiam juramenti non eſſe dicturus falſum, nec ſubeſt aliqua cauſa impellendi ipſum ad falſum dicendum. Sed quando teſtis non juratus teſtimonium dixit. & poſtea ſacramentum exigitur, ſuſpectum fit ejus judicium: præſumitur enim ipſum timore infamiæ & erubeſcentiæ non eſſe contrarium ejus teſtificaturum, quod prius dixerat: ſin autem recuſaret jurare, puniretur pœnâ falſi de eo, quod dixit non juratus, ſi convinceretur de mendacio.

TESTES non poſſunt cogi, *c.* 1.6.10. *X. d. teſtib. cog. vel non.* & ad *h. tit.* Cujac. Ungeb. *num.* 24. Perezius ad *tit. C.d.teſtib. num.*12. Andr. Vallenſis in *paratitl. Decretal. ad d. tit. d. teſtib. cog. à num.*1.

Teſtimoniorum uſus frequens ac neceſſarius eſt, *l.*1. *in pr. ff. d. fid. inſtr.* Vid. Zœſium in *Cod. d. teſtib. quæſt.*3.

Nulla eſt differentia; quia jus Canonicum hoc tantùm ſtatuit teſtes primùm eſſe monendos, & ſi requiſiti tergiverſentur, cogi poſſunt per cenſuram Eccleſiaſticam. Idque adeò obtinet, etiamſi juraverit teſtis, ſe non dicturum veritatem, nam nihilominus non obſtante tali juramento compellitur à Judice *c.*18. *c. conſtitutus.*45. *X.h.t.c.fin. X. d.t. d.teſtib. cog. vel non.* cum tale juramentum ipſo jure nullum ſit, utpote quod peccatum contineat ſupprimendi veritatem in alterius præjudicium, *can. quisquis.*11. *q.*3. & *c.*1. *X.d.crim.falſ.* Si tamen aliqua ſtatuenda eſſet differentia, ſtatuendum eſſet in cauſa criminali teſtes non cogi, *d.c.*10. *X.h.t.* quod tamen ipſum limitat jus Canonicum, niſi aliunde veritas haberi non poſſit, *c.*5. *X.h.t.* Quæ limitatio mihi eſt ſuperflua, quoniam ubi veritas aliunde haberi poteſt, etiam quæſtio teſtimonii eſt ſuperflua. Denique dolus vel timor partis adverſæ, quo quis recuſat ferre teſtimonium, non attenduntur, nam dolus dolo agenti prodeſſe non poteſt, quippe qui in qualibet diſpoſitione cenſetur excluſus, *l. creditor.*60. §. *Lucius.*4. *ff. mand.* Quoad timorem ejus, quippe qui vanus eſt, nulla eſt excuſatio, *l.*5. *ff. quod met. cauſ. l.*184. *ff d. R. J.* Cogendi autem ratio ſolennis & uſitata hæc erat, teſtes à Judice cogi captis & diſtractis pignoribus *l.*1. §. *quid ergo* 3. *d. ventr. inſp.* In Camera Imperiali pœna banni decernitur adverſùs eos, qui teſtimonii dictionem defugiunt, Gail. 1. *obſ.*100. *n.* 11. & *ſeqq.* Wurmſ. *tit.*18. *obſ.*7. *num.*8. & 9. Sed quoniam fieri poteſt, ut qui teſtes venerunt, ſtatim diſcedant, niſi retineantur, quæſitum eſt, quomodo retineri poſſint? Et cautum eſt *l.*19. *C.d.teſtib.* non eſſe detinendos carceris cuſtodiâ, ſed nec fidejuſſores ab iis exigendos eſſe, qui ſpondeant eorum nomine. Satis eſt, ſi jurent, ſe manſuros, donec interrogati teſtimonium dicant. Ne autem hæc manſio ſit longior, & procedat non ſine magna teſtium injuria, adjectum eſt non debere eos manere ampliùs quàm dies quindecim, quibus exactis licet illis ita diſcedere, ut nec poſtea vocati venire cogantur: quod tamen obſervante Mornacio & poſt eum Wiſſenbachio ad *d.l.*19. non obſervatur. *Quid verò juris, ſi quis juraverit non revelare ſecreta, ſi in teſtem producatur?* Reſpondet Mynſing. *cent.*2. *obſ.*78. eum non teneri id juramentum ſervare, conſultum tamen erit à Judice quoad hunc effectum abſolutionem petere, ut bene monet Rulant. *d. commiſſar. part.*2. *libr.*2. *c.*11. *n.*24. Vid. Mart. Naurath ad *Zaſium in Cod d. teſtib. lit. d.* Non tamen vult Carpzovius in *Juriſpr. For. Romano Sax. part.*1. *conſt.*16. *def.*70. hoc extendi ad confeſſionem auricularem. Nam Sacerdos neque cogi poteſt à ſuperiore, ut confeſſionem ſibi factam propalet, neque ſi id faciat, fide dignus habetur, vel quicquam teſtimonium hoc operatur, Ant. Gomez *tom* 3. *var. reſol. c.*13. *num.*9. Mynſing. *cent.*5. *obſ.*41. *num.*4. Ant. Fab. in *Cod lib.*4. *tit.*5. *defin.*39. Tum quia illicitum eſſet hoc teſtimonium contra leges canoneſque datum, *c. Sacerdos.*2. *d. pœnit. diſt.*6. *c. ſi Sacerdos.*2. *X.d. offic. Jud. ordin. c. dilectus.*13. *X.d. exceſſ. Prælat. c. omnis.*12. *verſ. caveat autem. X.d. pœnit.* Idcirco ſiquidem dicitur ſecretum confeſſionis, quia divulgandum non eſt, ut in ſimili dicit Ulpianus in *l.*1. §. *ſi quis tabulas.* 38. *ff. depoſ.* Tum quòd non ſcire debeat Sacerdos tanquam homo ea, quæ illi ut vices

Chriſti Summi Sacerdotis, gerenti, explicata fuere, in *dd loc.* Vid. differentiam, in qua *Loqui quis poteſt id, quod non ſentit.*

TESTES non poſſunt eſſe Monachi, Canonici Regulares, alii Religioſi, quia arcentur à negotiis ſecularibus, veluti judicandi munere, tutelâ, procuratione, & ſimilibus aliis actis atque officiis civilibus ac forenſibus, *can. Monachi.* 16. *q.* 1. *c.* 2. *X.d. poſtuland. & t. t. Ne Cler. vel Monach. ſecul. negot.&c.*

Nulla eſt differentia, quoniam & jure Canonico teſtes eſſe poſſunt, alioquin nec in cauſa Eccleſiæ ſuæ vel monaſterii teſtari poſſent: quod falſum eſſe patet ex *can. ſuper.* 14. *q.*2. *c. cum nuntius.*12. *c. nuper.*51. *X.d.teſtib. c.etſi Chriſtus.*26. *X.d.jurejur.* Non obſtant allegata juris Canonici loca, Nam primò diſtinguendum eſt inter negotia, quæ ope alterius & operâ expediri poſſunt: & inter illa negotia, quæ ſolà loquentis conſcientiâ expediuntur; à prioribus abſtinent, quicunque ſunt Religioſi. Suadet Pontifex in *c.un.X.d. Syndic.* Religioſis, ut cauſas ſuas extraneo alicui, non Religioſo, demandent, conſtituto etiam ſalario aliquo, quia expedit ſervos Dei vel cum aliquo ſuo incommodo a ſtrepitu abſtinere forenſi, ne hoc pacto à divinis avocentur officiis. Secundò diſtinguendum eſt inter negotia, quibus quis adhiberi poteſt vel non, & inter negotia, in quibus certæ perſonæ adhibitionem jubet neceſſitas. *Sic in d.c. Monachi.*16.*q.*1. Si juſſerit neceſſitas, monachi cum ſuperioris licentia poſſunt eſſe procuratores, ut ſi ob paupertatem non poſſint alicui extraneo ſalarium conſtituere. Tandem teſtimonii præſtatio non eſt negotium ſeculare, ſed Laicis & Clericis commune. Clerici tamen teſtimonium majori reverentiâ præſtant, quia rogant ante licentiam ſuperioris, cum ipſi velle aut nolle non habeant, ſitque eorum voluntas in arbitrio ſuperioris, *c. ſi Religioſus. c. ſi Abbatem. d. elect. in* 6. *c.fin. d. ſepultur. in* 6.

Teſtes eſſe poſſunt, Non enim inveniuntur removeri à teſtimonio ferendo, cum non ſit contra eorum profeſſionem prodere veritatem. Facit *l.*1. *in pr. ff. d.teſtib.* ubi teſtimoniorum uſus ab his præcipuè exigendus, quorum fides non vacillat.

TESTES non poſſunt recipi, ſi una tantùm citatio præceſſerit, *c. conſuluit* 24. *x. d. off. & pot. Jud. deleg.*

Nulla eſt differentia, quia in *c.* 2. *x. d. teſtibus* jus Canonicum ſequitur juris Civilis obſervationem, ita ut quod contra legem actum eſt, non habeat firmitatem. Nec obſt. *d.c.conſuluit.* quod continet factum Judicis peremptoriè citantis; narratio autem facti non inducit juris diſpoſitionem, *c. ex literis* 3.*x. d. fid. inſtrum.* Vel reſpondetur, verbum *peremptoriè* referendum eſt ad ſententiam, cui immediatè ſubjicitur.

Recipi poſſunt, etiamſi una citatio tantùm præceſſerit, *l. ult. ff. d. fer.*

TESTES novi nec in primo judicio, nec in cauſa appellationis recipi & examinari poſſunt ſuper primis & iiſdem capitibus ſeu articulis publicatione teſtimo-

Præferendum eſt jus Canonicum. Metuendum enim videtur, ne is, qui novos teſtes producit ſuper iiſdem articulis, ſuper quibus jam auditi ſunt teſtes alii, cognitis eorum teſtimoniis, ſubornarit &

Recipi & examinari poſſunt, *l. eos. §.* 1. *C. d. appell. l. per hanc. & C. d. temp.repar.app. & ibi Bl. & Dd.communiter.* Vid. Ritterſhuſ. *libr.d.diff. jur.Civ. & Can.*5.*c.*21.

niorum

niorum ſemel factâ, *c. fraternitatis. c. intimavit. c. clarior. c. ſeries. X. d. teſtib.*

& ſubjecerit eos. Mynſing. *cent.* 1. *obſ.* 41. ait in Camera obtinuiſſe jus Civile, licet ipſe contrariam ſententiam de jure veriorem & magis receptam ſibi videri fateatur.

TESTES per quamcunque ſcripturam teſtimonium non proferant, ſed præſentet de his, quę noverunt & viderunt, veraciter teſtimonium dicant, *c. teſtes. 3. q. 9.*

Huic differentiæ anſam præbuit Streinius in *ſumm. jur. Can part.* 3. *tit.* 5. *d. teſtib.* §. 4. *dub.* 14. juxta quem jure communi teſtimonium ſcripto ferre non licet, ſed neceſſaria eſt propria vox teſtificantis. Covarruvias *libr.* 2. *var. c.* 13. *num.* 6. poſſe ait juratum teſtem ſcribere proprium teſtimonium, & ita ſcriptum Judici tradere coram tabellione, etiamſi id non legat. Judex tamen eam ſcripturam, cum offertur, ſi viderit expedire, repellere poterit, & cogere teſtem, ut voce teſtimonium abſque ſcriptis explicet. Nec obſtat citata *l. Theopompus.* ubi Pollianus juratus ſcripſiſſe dicitur, quænam voluntas teſtatoris fuerit: quia ſcriptio illa Theopompi non fuit teſtimonium judiciale, ſed ſimplex declaratio voluntatis, quam pater (de quo ubi agitur) habuiſſe aſſeritur de quantitate dotis præſtanda. Præterea pro voce *juratus* ſubſtituendam eſſe vocem *rogatus* periti monent, quia jure Digeſtorum non erat adhuc cognita neceſſitas juramentorum in teſtimoniis, ut colligitur ex *l. jurisjurandi. C. d. Teſtib.* Streinius *d. loc.*

Teſtimonium ſcripto ferre licet, *l. Theopompus.* 14. *ff. d. dot. præl.*

TESTIMONIUM de auditu valet, Sic quoties aliqui propter cognationem propinquitatis ſeparari petuntur, duobus vel tribus teſtibus adhibitis, qui de eadem conſanguinitate ſuperſint, vel totidem ſenioribus & melioribus loci ejuſdem id debet legitimè comprobari, *c. quoties.* 5. *X. d. teſtib.* Vid. Arnoldum de Reyger in *proceſſ. judic. diſp.* 6. *th.* 11.

Nec jure Canonico teſtimonium de auditu valet, *c. relatum.* 11. *c. relatum.* 12. *X. teſtam. c. teſtes.* 3. *q.* 9. ubi teſtes non de aliis cauſis & negotiis dicunt teſtimonium, niſi de his, quæ ſub præſentia eorum acta noſcuntur. Proinde putat gloſſa *ad d. c.* hodie non videri ex toto locum habere, quod dicitur, ſed teſtes neceſſe habere dicere, quòd viderint perſonas omnes deſignando gradus ab utroque latere, vel ſaltem aliquas perſonas in gradibus. Ut igitur teſtimonium de auditu valeat, ex *d. c.* debet accedere duplex juramentum, ut teſtes jurent ſe non privato odio, neque amicitiâ, neque pro aliquo commodo, quod habuerint, vel quod habent, vel habituri ſint, ad hoc jurandum inductos: & ſicut ipſi dicunt, rei veritatem accepiſſe à majoribus ſuis, & credere ita eſſe.

Teſtis interrogatur non de re ignota, aut facto alieno, ſed de facto proprio, id eſt, de eo, quod per aliquem ſenſum corporis rectè & verè percepit, & percipere atque cognoſcere potuit; nam ex certa ſcientia, non verò ſuper credulitate aut auditu, ſeu, ut loquuntur, de auditu alieno teſtimonium perhibendū eſt, Weſenb. in *π. ad tit. d. teſt. num.* 4.

TESTIMONIUM domeſticum valet, Menoch. *d. arbitr. jud.* 4. *q.* 73. *n.* 32. Vid. Andr. Vallenſem

Utrumque admittitur, quia teſtimonium domeſticum admittitur in defectum probationis in *c. cum dile-*

Teſtimonium domeſticum non valet, Sic in *§.* 9. *J. d. teſtam. ord.* liberi in teſtamento patris, in *para-*

in *paratitl. Decretal. ad tit. d. teſtib. à num.* 8.

ctus in gl. in verb. etſi tres. X. d. elect. & elect. poteſt. non regulariter, *c. in literis.* 24. *X. d. teſtib.* Idem cavetur in *l.* 8. §. 6. *C. d. repud.* quoniam non facilè, quæ domi geruntur, per alienos poſſumus confiteri. Quomodo domeſtici teſtes aliter in litibus, aliter in teſtamentis accipiantur, vid. Cujacium ad *c. in literis.* 24. *X. d. teſtib.*

cujus in poteſtate ſunt, teſtes adhiberi non poſſunt: non propter unitatem aliquam, quam l. fingit, ſed propter juris ſucceſſionem, quæ liberis debetur.

TESTIMONIUM etiam in criminalibus non poſſunt dicere Laici in Clericos, *c. de cetero. X. d. teſtib.* Vid. Andream Vallenſem in *paratitl. Decretal. d. teſtib. num.* 24.

Præferendum videtur jus Canonicum, nam ſuæ prohibitionis cauſam Canoniſtæ aſſignant geminam: partim reverentiam Clericis debitam: partim odium, quo eos perſequi ſoleant. Exclamat Wiſſenbachius ad *l. ult. C. d. probat.* O curvæ & ſcævæ mentes! Nullam ne ergo reverentiam Laicis debent Clerici? aut an pectora Clericorum ita ab omni labe immunia ſunt, ut odium invidiamque non capiant? Servabitis igitur Laici uxores veſtras. nam poſt temeratam uxoris ab aliquo Clericorum pudicitiam fruſtra auxilium Legis Juliæ invocabitis.

Sufficit accuſationem munitam eſſe idoneis teſtibus, *l. ult. C. d. probat.* Imò & homines viles, quorumque exiſtimatio laborat apud bonos viros, etiamſi non faciant fidem indubitatam, non idcirco in totum repellendi ſunt à teſtimonii dictione in publicis judiciis: ſed quia minus fidei eis tribuitur, ideo major teſtium numerus exigitur, *l.* 3. *§. ejuſdem. ff. d. teſtib.* Wiſſenbachius *d. loc.*

TESTIMONIUM mulieris in criminibus non admittitur, *c. ſuper eo.* 22. *c. tam literis.* 33. *X. d. teſtib. c. tanta. X. d. Sim. c. mulierem.* 33. *q.* 5. *c. forus. X. d. V. S. c. ex eo. q.* 3. Zoeſ. in *Cod. d. teſtib. q.* 1. Vide reſponſum Juris, quod concernit proceſſum quendam contra ſagam, *q.* 2. *n.* 204.

Nulla eſt differentia. Nam in *c.* 22. matris ſuſpectũ eſt teſtimoniũ, & unius mulieris non foret ſufficiens. *C.* 33. excommunicat ſolenniter eos, qui mulieres impedire præſumpſerint, quò minùs teſtimonium perhibeant veritati. Vid. *c. quoniam.* 3. *X. eod.*

Non obſt. *c. tanta. X. d. Simon.* quod agit de meretrice, quæ accuſare ſimoniacum poſſit. Non obſt. *c. mulierem. cauſ.* 33. *q.* 5. in quo mulier teſtis eſſe non poteſt. Reſp. hoc intelligi vel adversùs virum: vel æquè ac virum: vel, quod vult gloſſa, non niſi in iis cauſis, in quibus infames admittuntur, quæ gloſſa num famæ mulierum conſulat magis an ſuæ, ſubdubito. Deinde infames à teſtimonio arcentur, *c. nulli* 3. *q.* 4. *c. conſtituimus.* 3. *q.* 5. *c. teſtes.* 2. *q.* 7. tum quia dicere teſtimonium eſt honor, *c. forus. in fin. d. V. S.* & dignitas *c. præceptum.* 32. *q.* 5. infamiâ autem notatis portæ dignitatũ patere non debent, *l.* 2 *C. d. dignitat. libr.* 12. *c. infamibus. d. R. J. in* 6. tum quod teſtimonii fundamentum eſt fides, quâ infames carent Non obſtat *c. forus. X. d V. S.* quod loquitur in ſenſu comparato. 2. vult fidem mulieris eſſe diligentiùs explorandam. Vel mulier inconſtans eſt in relatione ad ipſam naturam: non in relatione ad prudentiam, quæ mulieri præter naturam ineſt.

In criminibus admittitur, *l.* 20. *§.* 6. *ff. qui teſtam. fac. poſſ. vel non. l.* 18. *ff. d. teſtib.* Vid. Rittershuſium *libr. d. diff. Jur. Civ. & Can.* 5. *c.* 21.

Digitized by Google

Testimonium non dicant, quorum crimen poteſt oſtendi, etſi condemnatio non ſit ſequuta, *c. ſuper eo.13. c.teſtimonium.54.X.d.teſtib.*

Si ſtrictim accipiatur jus Civile, ita ut non ſufficiat aliquem eſſe convictum, ut condemnari queat, præfertur Canonicum, quia & in *l.3. in princ.ff.h.t.* neceſſum eſt, ut ſuſpicione teſtis careat.

Condemnationem eſſe ſecutam eſt neceſſum, *l.3.§.5.ff.d.teſtib.*

Testimonium nullus dicat niſi jejunus, *c.1. X.d.teſtib.& atteſt.*

Vide differentiam, in qua *calumniæ juramentum præſtiturus id præſtet jejunus.* Præterea applicari poteſt illud *c.in nomine.2.X.eod.* in quo quod contra legem actum eſt, non habeat firmitatem: non quod contra Canoniſtas, ſanctos videlicet jejuniorum cuſtodes. Denique hæc Pontificis conſtitutio non poteſt videri generalis, quæ extendatur ad non Pontificios. Sic enim populus hæreticorum omnium eſt in conſpectu (ſcilicet Pontificis) omne quod fecerint, quod mihi obtulerint, vel vota vel pro ſalute, vel pro pace, vel pro peccato, vel pro delicto, vel in holocauſtum ſive eleemoſynas, ſive jejunia, ſive victûs continentiam & corporis caſtitatem, contaminata erunt in conſpectu meo. Quamvis enim ſancta videantur ſpecie ſui, quæ offeruntur à talibus; tamen quia tacta ſunt ab eo, qui pollutus in anima eſt, omnia polluentur, *c.ſic populus.61. cauſ.1. q.1.* Qui non ſunt emunctæ naris, his ita videtur. Qui vero ſunt ſapientiores, iis in mentem venit Manducorum, qui maxillas vaſtâ magnitudine, vaſtisque armatas dentibus habebant, & ut ridentem turbam verterent in fugam, extenſo oris hiatu dentiumque crepitu ſe in utramque viæ partem flectebant. Sic illi jejuniorum ſuaſores triſti imperio in fugam vertunt eos, qui cibi appetentiores jejuniorum obſervationi ſe ſubducunt. Sed enim & hic Innocentius III. quod in *c.conſilium.2.X.d. obſerv.jejun.* reſpondeat bonarum mentium eſt ibi timere culpam, ubi culpa minimè reperitur. Nos reſpondemus, ſtolidarum hoc eſſe mentium, quas cæco obſequio ſolvit & ligat Paparum arbitrium. Tortores illi animarum prudentiùs reſpondiſſent interrogati, An torqueri debeat jejunus? quod affirmatur, ne ſcilicet vertatur torquendo ſtomachus, & vomendo patiatur, ut examinari non poſſit, Farinac. in *prax.crimin.libr.1.tit.5.q.38. num.32.* Clar. *libr.5.ſent.§.ult.q.64. num.30.* Carpzovius in *pract. crim. q.124. num.5.* Sic examinari non potuiſſet monachus ille, cujus meminit D. Lutherus in Tiſchreden *c.9.* vom teuffel und ſeinen wercken. *tit.* leibliche und geiſtliche Zauberey des teuffels. ubi cum quidam ſe vitâ defunctum firmiſſimè ſibi perſuaſiſſet, in tenebris deliteſcendo ab omni cibo & potu abſtinuit ad defectionem ſpiritûs propemodum, donec obeſum monachum (qui ad expurgandam hanc cerebri inſaniam ei adjunctus ſimiliter quoque mortuum ſimulabat) epulis appoſitis avidiſſimè veſcentem & pocula plena mero exhaurientem conſpicatus ad ſaniorem mentem tandem rediret, & ſuæ naturæ redderetur.

Ab omnibus, etiam non jejunis, exigi poteſt.

Testimonium perhibere coguntur, etiam qui exceſſerunt 70. annum, ne veritas occultetur, Chilianus Goldſtein in *proceſſ.judic.part.1.d.except.contr.perſ.teſt.num.22.*

Quamvis ita loqui videantur textus in *l.8. 19.ff.d.teſtib.* tamen centones iſti commodè ſunt explicandi arg. *l.3. §.ult. eod.* quòd videlicet iſtæ perſonæ nequeant evocari ad aliũ locum, ut ibi dicant teſtimonium, ſed ad eos debeat mitti. Et quid aliàs abſurdius fuerit, quàm quòd ſenes, qui quò plura ſciunt, eò veritati tantò magis perhibere teſtimonium debent, non cogantur dicere teſtimonium, Bacho-

Inviti teſtimonium dicere non coguntur ſenes majores 70. annis, *l.1.C. qui ætat. ſe exc. libr. 10. l.3. d.jur.immun.* Weſenb. in *π.d.teſtib.num.3.*

vius ad *d. Weſenb. loc. lit. n.* Mihi videtur Judici obſervandam eſſe diſtinctionem, quam ad §. 2. *I. d. donat. num. 7.* obſervat Harpprechtus, Alios eſſe ſenes deliros, & qui (juxta Varronis proverbium) bis pueri effecti ſunt, qui jam intellectu carent, & non corpore ſolùm, ſed & animo conſenuerunt: alios eſſe ſenes, qui vegeto ſunt judicio. Sic etiam admitti poteſt differentia, ut eam deducit Weſenbecius *num. 3. ad tit. ff. d. teſtib.* Inviti teſtimonium dicere non coguntur ſenes, majores 70. annis, valetudinarii, milites, vel illi, qui cum magiſtratu Reipubl. causâ abſunt, vel quibus venire non licet, ut in carcere aut alio impedimento juſto, publico vel privato, detentis: item publicani, & qui non detrectandi teſtimonii causâ domo abſunt, quique quid exercitui præbendum transportandumque conduxerunt. Sciendum tamen eſt pleroſque horum omnes, præſertim ex jure Pontificio, compelli poſſe, cum alia probatio ad veritatem eruendam haberi non poteſt, *c. 2. X. d. 1. d. teſtib. cog.*

TESTIS etiam in feſto adigi jurejurando poteſt, quia juramentum eſt actus religionis, Tuldenus ad *tit. C. d. feriis. num. ult.*

Antequam ineamus examen utriusque Juris, non detinet attonitos gloſſa Odofredi, cui *d. l. ult.* elegantiſſima verba habet & pulcherrimum latinum. Tres enim leges ſunt in Codice, in quibus invenimus altiſſimum latinum. Una eſt hæc: alia eſt in *C. d. Epiſc. & Cler. l. ſi quenquam.* alia in *C. d. epiſc. aud.* Tertiam hanc legem non exprimit Odofredus, nec ipſum idoneum fuiſſe Latinitatis Judicem patet ex definitione mali certaminis. Dicit malum eſſe certamen ponere ſe inter malas gladiorum & ſpatarum, quia in circuitu volvuntur. Idem definit theatrum eſſe locum, ubi ſtant aliqui ad videndum. Idem quàm belliſſimè format casũ *l. ult. C. d. pact.* Ponamus, quòd & ego & tu habebamus aliquem agnatum: voluiſti blandiri ei: incepiſti ei dare piſces & paiefredum, ut te inſtitueret heredem in ſolidum, non me tecum, Ego videns hoc ſimiliter, cœpi blandiri ei & re & facto & verbis, quia ſi dabas ei veſtitum, ego dabam ei guarnachium, & ſi dabas ei palefredum, ego dabam ei palefredum & runcinum. Tu unâ die traxiſti me ad partem & dixiſti. &c. Nunc examinemus differentiam, an aliqua ſit? Eam tollit *c. 1. X. d. feriis.* in quo Omnes dies Dominicos à veſpera in veſperam cum omni veneratione decernimus obſervari, & ab omni illicito opere abſtinere, ut in eis mercatum minimè fiat neque placitum: neque aliquis ad mortem, vel ad pœnam judicetur, nec ſacramenta (niſi pro pace vel aliâ neceſſitate) præſtentur. Non obſt. quod juramentum ſit actus religionis. Nam actus religionis ſignificat vel religionis cultum, quem dies Dominicus requirit præcipuum, ita ut in eo homines non tam actui externo, quàm ſuæ potiùs conſcientiæ ad legis divinæ normam examinandam vocare oporteat. Vel ſignificat religionis metum, ita ut is, qui jurejurando adigitur, ſimul potenti adigatur metu, ne perjurio legis transgreſſionem ejusque pœnam incurrat. Et hic metus vel omni diei eſt communis, vel à die Dominico eſt remotus. Sic in *l. 79. in §. ff. d. judic.* jubentur judices à Præſidi-

Adigi jurejurando non poteſt, *l. ult. in §. C. d. tit. d. feriis.* in quo Impp. Leo & Anthemius Dominicum diem ita ſemper honorabilem decreverunt & venerandum, ut à cunctis executionibus excuſetur: nulla quenquam urgeat admonitio: nulla fidejusſionis flagitetur exactio: taceat apparitio: advocatio deliteſcat: ſit ille dies à cognitionibus alienus: præconis horrida vox ſileſcat: reſpirent à controverſiis litigantes, & habeant fœderis intervallum: ad ſeſe ſimul veniant adverſarii non timentes: ſubeat animos vicaria pœnitudo: pacta conferant: transactiones loquantur. Vid. differentiam, in qua *Citatio ad diem feriatum. &c.*

Digitized by Google

Præſidibus, prout religio ſuggerit, ſententiam proferre. Vult tamen *d.l.ult.* die Dominico reſpirare à controverſiis litigantes.

Testis in Codicillis non poteſt eſſe mulier, quia debet conſtare, quæ teſtatoris fuerit voluntas; ex teſtimonio autem mulieris, quod ſemper varium eſt & mutabile, *c.forus.*10.*X.d.V.S.* nemini conſtare poteſt.

Utrumque jus ſeorſim examinemus, Juris Civilis Interpretes in diverſum eunt; alii mulierem non admittunt, admittunt alii, à quibus ſtamus. Nec obſtant non admittentium argumenta, quæ præcipua ſunt Zœſii partim, partim Vinnii. Vid. & Andr. Vallenſem in *paratitl.Decret.d.teſt.n.*22.ſic Zœſius ad *tit. ff. d.jur. Codicill.num.*4. Verius alicui poſſet videri, nec hoc in genere mulierem eſſe habilem teſtem, quòd licet ſolennitatem non deſiderent codicilli, ad teſtamenta tamen accedant, ſintque eorum appendices & ſupplementum, ut à regulis teſtamentorum, quatenus non ſunt remiſſæ, nō ſit recedendum. Reſpondeo. 1. ſi codicilli ſolennitatem non deſiderant, etiam non eam, quâ mulier in teſtamenti ordinatione non poterat eſſe teſtis. 2. In codicillis ſcripta quidem perinde habentur, ac ſi in teſtamento ſcripta eſſent; non tamen omnes codicilli ad teſtamenta accedunt, quum & ſeorſim ſubſiſtere queant, alioquin ab inteſtato non fierent, contra *l.*16.*ff.eod.* 3. Non potuit in Codicillis ſolennitas remitti, niſi & remitteretur ſolennitatis teſtamentariæ portio præcipua, quæ erat tantùm mares adhiberi. Idem Zœſius ſe fundat in *l.hac conſultiſſima.*8.*C.qui teſtam.fac.poſſ.* ſed ita ut inde elicere reſponſionem queamus; reſpondeo nudè cum *l.*80.*d.R.J.* in toto jure generi per ſpeciem derogari, & illud potiſſimum haberi, quod ad ſpeciem directum eſt. Genus eſt, In codicillis mulierem poſſe eſſe teſtem: Species eſt, In codicillis cœci mulierem non poſſe eſſe teſtem, quia ubi majus eſt periculum, ibi pleniùs eſt cavendum, *l.*1.§.5.*d.Carbon.ed.* Majus autem periculum in eo eſt, qui carens oculis per nuncupationem ſuæ condit moderamina voluntatis. Sic Vinnius ad §.*ult.I. d.Codic.* Theodoſium non qualitate & ſexu, ſed numero tantùm teſtes codicillarios à teſtamentariis diſtinxiſſe. Reſpond. Vinnium ſupponere id, circa quod quærimus. Adhæc ubi traditur ex iis ſeptem teſtibus, qui teſtamento adhibentur, adhiberi quinque codicillis. Denique *d.*§.6.*I.d.teſtam.ord.* ſe explicat, Alios enim dicit omnino non poſſe adhiberi teſtes ſive in teſtamento, ſive in alio actu, ut ſunt impubes, ſervus, furioſus, mutus, ſurdus, is cui bonis interdictum eſt, & quos leges jubent improbos inteſtabileſque eſſe: alios poſſe adhiberi teſtes in alio actu, non tamen in teſtamento, ut mulier. Idem Vinnius ad *d.*§.2.*num.*2. Romani turpe & verecundiæ ſexûs minimè conveniens putaverunt fœminas cum viris ejuſmodi negotiis adhiberi. Reſpond. ſi neceſſitas, quâ codicillorum uſus eſt inductus, & verecundia ſexûs concurrant, hanc leges non æquè attendunt, arg. *l.*18. *ff.d.teſtib.* ita ut, quæ poſtea

Poteſt eſſe teſtis, non eo argumento, quòd habet Harpprechtus ex *l.*1. §.1.*ff. d. teſtib. ad* §.3.& 4. *I.d. teſtam. ordin. num.*343. quia de altero quæritur, An mulieribus interdicatur teſtimonium? alterum non eſt neceſſarium, An mulier excuſetur? quia invita ad teſtimonii dictionem non adigitur: ſed ideo poteſt eſſe teſtis, ut habet idem Harpprechtus ad §.6.*I.d.tit. num.* 7. quia non debemus plures ad actum aliquem confingere ſolennitates, quàm lex expreſſit, arg. *l.quod conſtitutum.* 21.*ff. d. teſtam.mil. l.illam.* 19.§.*de collatione. C.d.collat. Nov.*18.*c.*5. At nullibi apparet leges hanc ſolennitatem exegiſſe, ut teſtes in codicillis adhibendi ſint virilis ſexûs. Vid. Frantzkium *exercit. ad Inſt.*7.*quæſt.ult.num.*5.

emergunt, auxilio indigeant, *l.11.§. 8.ff.d.interr.in jur.faciend.* Hæc quoad jus Civile: Quoad Canonicum, nec illo mulier in codicillis prohibetur, ne teſtis fiat: nec id admitteret æquitas Canonica, in qua ſæpe non vident, qui habent oculos; heic tamen noſtris, non alienis oculis videmus. Non obſt. *d c.forus.* Nam mulieri tribuitur varium & mutabile teſtimonium, hoc 1. non probationem, ſed majorem infert cautionem. 2. hoc procedit in ſenſu comparato, de quo diff. in qua *Teſtimonium mulieris &c.* ut major ſit conſtantia ſexui maſculino, qui mutari difficiliùs poteſt. 3. hoc mulieris teſtimonium non eſt arbitrarium, ita ut fungatur teſtimonio viri, ubi virile teſtimonium exigitur. 4. Deficientibus teſtibus magis idoneis admittuntur minùs idonei, ne ultima voluntas, cujus licitum eſt, quod non redit arbitrium, *l.1.C.d.SS.Eccl.* impediatur. 5. Secus obtineret, ſi ſolę mulieres in codicillis adhiberentur. Hinc Zepperus in *tract.d.codicill.c.8.n.28.* Solas mulieres ſine ullo maſculo in codicillis teſtes adhiberi poſſe cum Franciſc. Vivio *comm.opin. verb.Teſtis eſſe non poteſt mulier.num.3.* quem allegat Thom. Maul. *d.ult. volunt.libr.1.tit.6. num.2. poſt princip.pag.103.* adſerere vix audeo, ob nimiam videlicet iſtius ſexùs fragilitatem, & maximum frequensque, quod hac ratione de ultimarum voluntatum ſubverſione immineret, periculum. His animadverſis facile eſt judicatu, *An mulier poſſit eſſe teſtis in teſtamento inter liberos nuncupativo* ℓ quia juxta Harpprechtum ad *d. §.3. & 4. num.243.* codicillus plura deſiderat ad ſui perfectionem, quàm teſtamentum nuncupativum inter liberos. *l.fin.§.fin.C.d.Codicill.junct.l.fin.C.famil.erciſc.*

TESTIS in teſtamento poteſt eſſe mulier, Abbas ad *c.10. X. d. teſtam. lect.1.* cum hæc deciſio teſtamenti ſolennitatem ad jusg. reduxerit, quo quidem jure non diſtinguitur teſtimonium fœminæ à teſtimonio viri. Vid. Zœſium in *Cod.d.teſtam.quaſt.9.*

Mulier dicere teſtimonium in teſtamento non poteſt, *l.20. §.6.ff.Qui teſtam.fac.poſſ.vel non.* Vid. Bachovium *vol.ad Treutl. 2. diſp. 10. th. 4. lit. F.* Licentiatum Flores Diez de Mena Carrionenſem *libr.1.q.jur.Can.& Civ.1.*

Nulla eſt differentia, quia non eſt ſufficiens jurisgentium ſolennitas: & refragatur textus *c.10.* requirens non duos quoscunque teſtes, ſed idoneos, quo fit, ut probabilior ſit opinio, quæ etiam jure Canonico à teſtamentis fœminæum teſtimonium excludit, Covarruvias *tom.1.d.teſtam.c.10 num.pen.* Non o. quòd jure gentium, cujus communionem agnoſcit jus Can. inter marem & feminam nulla ſit differentia, *l. maximum vitium.4.C.d.liber.præter.* Reſp. committi fallaciam à dicto ſecundùm quid. Nulla eſt differentia quoad ſucceſſionem; eſt tamen quoad teſtimonium, quod non æquè perhibet femina ac mas. Non o. uxor magnanima, & ut Dd. loquuntur, virago, quæ virum minimè veretur, ſed facilè verberare audet. Reſp. Uxor ſit magnanima, inde ſequitur eam ab omni teſtimonio non arceri. 2. ſit virago, quæ virum minimè veretur, eo ipſo confirmatur teſtimonium ejus, cui imperari non poteſt, ut teſtis fiat, arg. *l.6 ff.d.teſtib.* non verò teſtimonium ejus indiſcriminatim admittitur. Vid. Zœſium ad *tit. Decretal. X .d.teſtib.num.9.*

TESTIS non poteſt eſſe infamis, *c. ult. X. d. teſtib.* quod de infami infamiâ juris notato intelligendum eſt, Ilico Ummius *diſp. ad proceſſum Judic. direct. 16. th. 1. num. 9.* Zœ-

Teſtis poteſt eſſe infamis, Donell. *d. teſtib. c.1.* Et putat Ilico Ummius *d.loc.* illam opinionem in terminis juris Civilis prævalere. Vid. Biccium in *reb. quotid. ſect.5.th.130.*

Accedimus & nos juri Civili, quia aliàs fruſtra nominatim de quibusdam certis infamibus cautum fuiſſet, *l. 3.§.lege.ff.d.teſtib.2.* quia aliàs fruſtra dubitaſſet Papinianus in *l.quæſitum.ff.eod.* an in publico

ſius ad

Digitized by Google

ſius ad *tit. Decretal. X. d. teſtib. num.* 13.

judicio calumniæ damnatus teſtimoniũ publico judicio perhibere poſſit. 3. Hanc noſtram opinionem non immutat *Nov.* 90. *c.* 1. ſecus quàm Donello ad *l. teſtium. pag.* 207. *C. d. tit. d. teſtib.* viſum eſt: nam loquitur non niſi de negotiis, quæ deliberato fiunt, in quibus teſtes idonei non ſunt infames. Vid. differentiam, in qua *Teſtimonium non dicant &c.* Circa *prodigum* ſi quis interroget, reſpondeo eum poſſe teſtari in relatione ad teſtimonium, licet ſit infamis: non tamen poteſt teſtari in relatione ad teſtamentum. Vid differentiam, in qua *prodigum facit ſententia.* Deinde, ut habet Connanus *libr. comm. jur. Civ.* 9. *c.* 4 *num.* 11. Prodigi erant aliquo modo ignominioſi, non lege, ſed hominum judicio & opinione, & omnino ſimiles iis, quos facti tenet infamia. Nec enim eos ſedere cum equitibus in quatuordecim ordinibus licuit, qui patrimonium plus legitimo modo minuerant. Cicero Phil. ſecundâ, *Illud audaciæ tuæ fuit, quòd ſediſti in quatuordecim ordinibus, cum eſſet lege Roſciâ decoctoribus certus locus conſtitutus.* Deinde Princeps Adrianus, ut eſt apud Spartianum, decoctores bonorum ſuorum, ſi ſuæ authoritatis eſſent, catamidiari in amphitheatro & dimitti juſſit, i. e. omnibus deridendos exponi. Ita Andreas Vallenſis in *paratitl. Decretal. ad d. tit. d. teſtib. num.* 15. quærit circa *infamem, qui tempore depoſitionis fuerit emendatus?* reſpondet non poſſe eſſe teſtem, niſi famæ reſtitutus fuerit. Quanquam probet, ſi tempore depoſitionis non fuerit habitus & reputatus infamis, cum revera eſſet talis. Sicut & quando veritas aliter haberi non poteſt, teſti infami cum tortura plena fides adhibetur. Calvol. quem idem Vallenſis allegat, in *praxi.* §. *exceptio contra teſtes. concl.* 8. *num.* 5. *num.* 7. tradit, quòd quando principalis eſt infamis, non poſſit contra teſtes opponere exceptionem infamiæ.

TESTIS non poteſt in teſtamento eſſe uſurarius, *c. quanquam.* 2. *d. Uſur. in* 6.

Uſura cum ſit actus licitus, uſurarium à dictione teſtimonii non arcet, *arg. l. Gracchus.* 4. *C. ad l. Jul. d. adult.*

Hanc differentiam tradi neceſſum non erat, quia ſufficit differentia quoad uſuras, Vid. differentiam, in qua *Uſurarum crimen.* Sed magis dubitatur circa Uſurarium, *An quemadmodum teſtis eſſe non poteſt, etiam teſtari non poſſit?* Reſpondet præter differentiam, in qua *Mercator, qui merces &c.* Zœſius ad *tit. Decretal. X. d. Uſur. num.* 45. Habetur inteſtabilis, ut teſtamentum non faciat cum effectu per *c. quanquam. eod. in* 6. niſi vel reſtituerit uſurarum nomine acceptũ, vel juſſerit reſtitui de facto ſufficienti datâ cautione de reſtituendo, quatenus ferunt vires hæreditatis. Quod ita inductum, ut faciliùs Uſurarii ad cor redeant, Peguerra *deciſ.* 21. Quærit idem Zœſius *n.* 47. *An ſufficiat, ſi teſtamentum factum cautio ſubſequatur?* Vid. Tulden. in *C. qui teſtam. fac. poſſ. n* 2. Reſpondet de jure verius eſſe teſtamentũ non ſubſiſtere, nec ideo convaleſcere per ſubſequentem cautionem, cum *d. c. quanquam.* aliter factum, quàm ſatisfactione præmiſsâ, aut idoneâ cautione, velit eſſe irritum; & ſecundùm juris regulam requiratur habilitas in teſtatore tempore facti teſtamenti, *l.* 1. §. *ſed ſi filius. D. d. leg.* 3. non ſufficiat autem, ſi ſubſequatur, cum ab initio nullum tractu temporis non confirmetur, *l.* 1. *ff. d. Reg. Caton.* Contrarium tamen communius receptum dicit Covarruvias 3. *var. c.* 3. *in fin.* Ant. Gabriel *comm. concl. libr.* 4. *concl.* 3. propterea quòd ſatisfactum ſit conſtitutioni Canonis, ejuſque fini, ut ſcilicet reſtituantur uſuræ, quod iſto caſu fiet. Fatetur tamen de jure priorem ſententiam eſſe veriorem, & poſteriorem obtinere in ſepultura Eccleſiaſtica, etiam præſtitâ cautione per hæredes Uſurarii, quòd ceſſet cauſa, ob quam denegata eſt: quatenus tamen defunctus eſt contritus, quia aliàs non prodeſſet ei terra ſacra. Relicta itaque teſtamento tali non valent, ſive particularia ſive univerſalia. Quærit idem Zœſius *d. loc. n.* 48. *An & legata pia in eo relicta peti nequeant?* R. Ita videri ex eo, quòd cum teſtamenta hæc omnino irrita ſint, nihil ex iis peti poſſit. Quò faciat, quòd ne quidem oblationes à talibus Eccleſia recipere debeat, *c. quia.* 3. *h. tit.* Cenſet tamen Covarruv. *d. loc.* æquius eſſe, ut legata pia præſtentur,

Digitized by Google

modò ſolvendo ſit hæreditas iis, à quibus uſuræ exactæ; neq; enim piæ cauſæ favendum cum detrimento alieno cum eleemoſyna de alieno non ſit juſta, Peguerra *d. deciſ.31. n.9.* Non obſt. quod *d.cap quanquam.* generaliter diſponat irrita eſſe talium teſtamenta; cum lex generaliter loquens reſtrictionem admittat ſecundùm jura alia, quæ multum favoris attribuunt piæ cauſæ, ut licet teſtamenta aliàs non ſubſiſtant, cauſæ tamen piæ ratione ſuſtineantur. Idem *num.49. An relicta Codicillis valeant?* Reſp. Id poſſe videri, cum *d.c. quanquam.* tantùm loquatur de teſtamento, cujus conſtitutio cum ſit pœnalis, non videtur extendenda, *c.odia d.R.J.in* 6. Contra tamen dicendum, foret enim aliàs eluſoria teſtandi prohibitio, ſi prohibitus teſtari poſſet codicillis relinquere pro lubitu. Facit quòd codicillorum factio pendeat à licentia teſtandi; ut cui hæc eſt denegata, & illa denegata cenſeri debeat, *l.2.§ pen.d.jur.Codicill.* Gloſſ. in *d.c.quanquam.* Quo caſu extendi rectè conſtitutionem pœnalem tradit Felin. in *c.Translationum.11.X.d.conſtitut.* Tandem in *num.*50. quærit, *An liceat illi donare mortis causâ?* Reſp. Hoc poſſe videri, cum donet inter vivos bona non quæſita per labem uſurariam. Quoad initium autem hæc donatio magis accedat contractui, & ſic donationi inter vivos, quàm ultimæ voluntati: ut *d. c. quanquam.* cum ſit pœnale, non tam debeat extendi, quàm ſuis terminis concludi. Communiter tamen contrarium receptum, cum donatio talis habeat effectum legatorum, & poſſit eâ opinione admiſsâ fieri fraus, *d. c. quanquam.*

TESTIS ſi arguatur perjurii, non poteſt corrigi à Judice fori, coram quo productus eſt; ejus enim forum ratione delicti non ſortitur, *c.verum. x.d.for. compet.*

Jus Civile definit Judicis officium, cui incumbat perpendere, quâ ratione & fide, quę adversùs teſtes objiciuntur, objiciantur: & ſi eorum aliquem dolo malo falſum dixiſſe deprehenderit, poterit eum omni fori privilegio excluſo vel pœnâ arbitrariâ coërcere, vel damnare in id, quod intereſt, ei, qui falſo teſtimonio læſus eſt, vel denique criminaliter punire ob perjurium & falſi crimen, nam unum judicium per alterum non tollitur, Perezius ad *tit.C.d.teſtib. num.29.* Ratio autem, quare omne fori privilegium excludatur, eſt apud Pacium in *anal. C.d.tit.num.ult.* quia qui teſtimonium dicit, dicendo illud cenſetur fori præſcriptioni renunciare, *l.15.in pr.C.eod.* & falſum dicendo delinquit: Conſequenter ratione delicti forum ſortitur, cujus fori alioqui non eſſet, *l.1.C.ubi de crimin. agi oport. Nov.69.c.1.* Addit Covarruv. *pract. quæſt. c.18.n.8.* quem etiam allegat Zœſius ad *tit.ff.d.teſtib.num.ult.* in eo Judice, qui habet in teſtem ipſum alioqui jurisdictionem ordinariam, ſatis eſt manifeſtum poſſe ab eo puniri teſtem, qui facillat, varius eſt, falſum dixit in teſtimonio: is autem Judex, qui nullam in teſtem alioqui jurisdictionem ordinariam habet, an adhuc eadem uti poterit punitione? Diſtinguunt inter delegatum inferioris à Principe, quâ diſtinctione uſi fuere Pan. & Anania in *c.1.d.crim. falſ.col.pen.* Felin. in *c. præterea. d.offic.deleg.* & eſt hæc diſtinctio frequentiori ſuffragio juris utriusque Interpretum recepta, ejusque primus autor fuit Joann. Andr. in

Nullum penitùs, cum ſemel ad Judicem quemlibet, licet non ſuum, dicendi gratiâ teſtimoniũ fuerit ingreſſus: armatam fortè militiam, vel quamlibet aliam fori præſcriptionem ad evadendum judicis motum, quem vel teſtimonii verborum improbitas, vel rei qualitas flagitaverit, poſſe prætendere præcipimus: ſed omnes, qui in civili ſcilicet cauſa ſuum præbent teſtimonium, ſeparato, & tanquam ante judicium depoſito exceptionis fori privilegio, hujusmodi præſidio denudatos, ita ad judicandum intrare ſecretum, ut quicunque aures ejus offenderint,

addit.

addit. ad ſpecul. tit. d. teſte. §. 1. *verſ. quid de delegato.* qui eam in hunc ſenſum accepit, ut delegatus inferioris à Principe nullo modo valeat teſtem in hac ſpecie punire, ſed teneatur eum puniendum ablegare & mittere ad Judicem ordinarium. Non me latet Jaſonem in *l.* 1. §. *qui mandatam. ff. d off. ejus cui mand. eſt juriſd. col. pen.* non ſatis expreſsè hanc diſtinctionem tradidiſſe, imò apparet maxime dubium eſſe in hujus quæſtionis definitione. Quo fit, ut delegatus Principis punire poſſit hoc crimen non judicio, nec pœnâ ordinariâ, ſed extraordinariâ tantùm, quippe qui obiter & incidenter valeat hanc punitionem exercere. Sunt tamen, qui & in quocunque delegato, etiam inferioris à Principe, opinetur poſſe admitti. Quoad pœnam extraordinariam priorem ſententiam, cujus opinionis authores libenter ipſe fecerim & adduxerim eos, qui priorem partem ſecuti ſint: quorum ſententiam veram eſſe cenſerem in eo delegato, qui non habet juriſdictionem ita reſtrictam, ut ei ſit interdicta punitio criminalis. Non obſtat, *d. c. verum. X. d. for. compet.* ad quod Covarruvias *d. loc.* Locus erit huic opinioni, etiamſi teſtis ſit ſpeciali privilegio exemptus à juriſdictione illius Judicis, coram quo teſtificatur, modò teſtis non ſit Clericus, & Eccleſiaſticæ juriſdictioni ratione ordinis ſubditus: hic etenim non poterit à ſeculari Judice puniri, etiamſi coram eo in ferendo teſtimonio crimen commiſerit. Ii etiam, qui diſſentiunt, ita rem explicant, pœnam, quæ tunc Clerico ſit inferenda, ſi de corporis diſtrictione tractetur, non poſſe per laicum Judicem executioni tradi, & ideo eandem executionem Epiſcopo delegandam.

non dubitent ſibime formidandum: datâ cunctis Judicibus absque ullo præſcriptionis obſtaculo in teſtes, quorum voces falſitate vel fraude non carere perſpexerint, pro qualitate delicti, animadvertendi licentiâ, *l.* 14. *C. d. teſtib.*

TESTIUM examen etiam in criminalibus cauſis poteſt committi alteri, perinde ut in civilibus, *c. ſi qui teſtium. X. d. teſtib. cum ibi notat. & in c. quoniam contra falſam. X. d. probat.*

Juris Civilis ratio longè eſt melior, quia Judicis ſit æſtimare, quantum cuique teſti fidei tribuendum ſit, & teſtibus, non teſtimoniis credere eum oporteat: præſtat ipſum ſuis, quàm alienis oculis & cruribus uti & credere, Rittersh. *libr. d. diff. jur. Civ. & Can.* 5. *c.* 21.

Non poteſt committi, *l. Judices. & auth. apud eloquentisſimum. C. d. fid. inſtr.*

TESTI uni ſæpe creditur, item iis, qui non niſi, quod ab aliis audiverint, cauſam ſcientiæ adferunt, *c. licet.* 23. *X. d. teſtib. c.* 12. *d ſponſal.* Vid. Rittershuſ. *libr. d. differ. jur. Civ. & Can.* 7. *c.* 6.

In *c.* 12. proponitur confeſſio, non teſtimonium. In *c. licet.* è diametro habetur contrarium. In qualibet cauſa non minùs quàm duorum aut trium virorum, qui ſint probatæ vitæ & fidelis converſationis, teſtimonium admitti. Expreſſum quinetiam eſt in *c.* 10. *X. eod.* Nec unius teſtimonium ad alicujus condemnationem ſufficere. Laudat Wiſſenbachius ad *l.* 9. *in pr. C. d. teſtib.* Viri Excellentiſſimi, Q. Scævolæ modeſtiam, qui teſtis in reum productus, cum id reſpondiſſet, quod ſalutem perigrinantis magnopere læſurum videbatur, diſcedens adjecit, ita ſibi credi oportere, ſi & alii idem affirmaſſent: quoniam unius teſtimonio credere res eſſet mali exempli. Vid. Val. Maximum *libr.* 4. *c.* 1. Excipitur ſola neceſſitas, quæ etiam teſtimonium de auditu non recuſat, *c. licet.* 47. *X. eod.* Vid. differentiam, in qua *Teſtimonium de auditu &c.* d. Rittershuſium *libr. d. diff. jur. Civ. & Can.* 5.

Non creditur uni teſti, *l.* 9. *C. d. teſtib. l.* 20. *ff. d. quæſt.* Vid. Hillig. in *Donell. enucl. libr.* 24. *c.* 11. *lit. f.* Ungebaur ad *tit. X. d. teſtib. num.* 12.

Can.5.c.21. Cujacium ad *c.licet univerſis.23.d.teſtib.* Obſervat idem ad *c.ult.* Non obſt. *c.ult X.eod.* in quo Cujac.obſervat caſum ſpecialem, quia Eccleſiæ maximè intereſt, ne diu ſit orba ſine Rectore,ut conjugis intereſt,ne ſine cauſa trahatur conjugium in longum tempus propter votorum concupiſcentiam. Eidem non obſt. *c.19. X. d. judic.* quia ibi non ordinario jure res agitur, ſed extra ordinem ex inquiſitione & mero Judicis officio. Non obſt. *c.cum in juventute.15.X.d.præſumpt.* quod non agit de teſtimonio, ſed de præſumptione. Unde formant talem caſum, quem refert Harpprechtus ad *§.ult.I.d.jur.perſon.num.37.* Quòd ſi tres tantùm perſonæ,vid. Doctor & duo alii in conclavi ſimul congregati fuerint, & alter ex illis, Doctorio gradu non inſignitis, occiſus ſit: præſumatur homicidium iſtud non à Doctore,ſed ab altero commiſſum eſſe,cum ſcientia ſcripturarum in Doctore bonam præſumptionem inducat. Non obſt. Abbas in *c.1.num.6.X.d.decim.* quæ non agit de Doctoris teſtimonio,cui tamen plurimum eſt deferendum,ſed de Doctoris interpretatione, cui tamdiu ſtetur, donec de errore convincatur. Non obſt. *l.Theopompus.14.ff. d. dot. prælеg.* in qua uni teſti creditur. Reſp. diſtinguendum, an teſtis toti alicui actui adhibeatur: an verò ei negotio, quod actûs principalis eſt acceſſorium: priori modo unus teſtis ſufficere non poteſt; poſteriori ſufficit. Deinde Pollianus, de quo in objecta lege, non tam eſt teſtis, quàm mandatarius, quod colligitur ex Alciato *libr. parerg. jur.2. c.19.* cui aliud eſt in alterius voluntatem conferre: aliud alicui amico mandare,tanquam ſuper mente ſua inſtructo,ut cum uſus venerit,ejus fidem faciat.

THESAURUS in loco ſacro & religioſo publico vel fundo Eccleſiaſtico inventus parte dimidiâ non fiſco ſed Eccleſiæ adjudicatur, per eos, quos laudat Sixtinus in *tr. d.regal.libr.2.c.21.n.38. & ſeqq.*

Cum iſthoc Doctorum pronunciatû nullo Juris Canonici textu ſpecialiter probetur, à diſpoſitione juris Civilis non temere erit recedendum, *arg.l.pen. verſ. neque enim. ff.d.R.C.* Tametſi in caſu, quo Clericus theſaurum in loco Eccleſiaſtico invenit, Eccleſiæ iſte theſaurus, ſi non ex aſſe, ex ſemiſſe tamen acquiri videatur, *arg. c.excommunicamus.13.§.mandati.d.hæretic.* Henr.Bocer. *claſſ.5. diſp.3.th.47.ed.2. & in tract.d.regal.c.3. num.179.* Harpprecht.*ad §.theſauros.39.num.9.I.d.R.D.*

Secus eſt in *c. un. quæ ſunt regalia. in fin. & l.3. §. pen.ff.d.jur.fiſc.*

TIMORIS etiam juſti nulla eſt excuſatio, *c.maritum.2.diſt.33.* in quo Clericus non eſt ordinandus, qui ſemetipſum quolibet corporis ſui membro indignatione aliquâ; vel juſto vel injuſto timore ſuperatus truncaverit.

Et jus Canonicum diſtinguit inter juſtum & vanum timorem, *c. ad audientiam.4. X. d.iis, quæ vi met. cauſ. fiunt.* ubi quis Eccleſiam, quam canonicè erat adeptus, & aliquandiu pacificè poſſidebat,graviſſimo tandem metu coactus eam reſignavit, reſignans tamen reſtituitur, quia quæ vi metûsve causâ fiunt,carere debent robore firmitatis. Tamen attenditur ſpecies metûs vani, qui eſt melancholicus. Carpzovius in *pract.crim.part.1.q.48 num.19.* refert exemplum de aliquo, qui ſe in fictilem urceum converſum adeò obſtinatè credidit, ut accedentes propiùs à ſe ſummopere prohiberet, veritus ſcilicet ne ſe illidendo comminueret, ac proinde nihil magis ac frequentiùs apud domeſticos conquereretur, quàm quòd ita negligenter in obſcuro cubili eſſet collocatus, cum tamen in editiori loco,qui injuriæ minus expoſitus ſit,poni debuiſſet; quia ſi homo non poteſt diſtinguere metum

Vani timoris nulla eſt excuſatio, *l.184. ff. d. R. J.* quia in *l.5. ff. quod met. cauſ.* metum accipiendũ Labeo dicit non quemlibet timorem,ſed majoris malitatis, qui, ut in *l.6. ibidem.* meritò & in conſtantiſſimum hominem cadat.

metum, nec ipſe metus diſtinguitur. Non obſt. huic diſtinctioni inter juſtum & vanum timorem. *d.c maritum.*2. nam alius eſt juſtus metus, cujus impatientiâ quis à ſe ipſo vincitur, cuique non obtemperare eſt difficilimum, *l.*38. §.8. *ff. ad.L.Jul.d.adult* alius verò eſt juſtus metus, quo quis ab alio vincitur. Vel alius eſt juſtus metus, cui ignoſcimus: alius eſt juſtus metus, qui parit actionem quod metûs causâ. In *d.c.maritum.* juſti timoris eſt excuſatio i.e. juſtus timor non punitur, quemadmodum ſi natura generet fœmellam, ejus generationis eſt excuſatio, id eſt, natura non punitur: in eo tamen fœmella cum eo, qui quolibet corporis ſui membro ſe truncavit, convenit, quòd fœmella non poſſit fieri Clericus: & Clericus non poſſit ordinari nec truncus nec truncatus. Moneo hic in gratiam Studioſorum, Non poſſe quidem certâ regulâ comprehendi, quis juſtus dicatur metus, nec tamen eundem juſtum metum definire eſſe privati, qui feſtinato calore juſtum metum diceret, quem vanitati ſuæ ſedatiores relinquerent. Prætoris edictum definiat, non veſanientes circa latera gladii, quis juſtus ſit metus. Infamis eſt gladius, qui infamiam ſe coërcere putat: qui neceſſitatem, quâ homo defenditur, ad jus caſtigationis porrigit; hincque aliquam generoſi animi eminentiam affectat, ſi in arena ſanguinarium Summi Magiſtratûs contemptum fateatur. Malè profectò, verba ſunt Wiſſenbachii *diſp.ad R.J.*28.*d.reg.*184.*th.ult.* nobiſcum ageretur, ſi ſecunda alicujus fama & exiſtimatio penderet à libidine hominum malè feriatorum, veſpillonum pietatis ac probitatis; quorum hoc ſeculum nimiùm quantùm deprehenditur ferax. Tu quiſquis es bonæ famæ myſta, animi integritate involutus contemne nequam ſeculi dicteria. Vid. differentiam, in qua *Homicidio cauſam dans.* & differentiam, in qua *Neceſſitas non habet. &c.* Frantzkium in *addit.ad exercit.*12.*q.*6. Quærit hic Zœſius ad *tit.Decretal.X.d.his,quæ vi met. cauſ.f.num.*20. An ordinatus per juſtum metum teneatur ad continentiam? R. Hoc poſſe videri; Primò, quia characterem recipiat, cui adnexa eſt caſtitas, quæ tanquam acceſſorium ſequitur Ordinem, tanquam Principale. Secundò, quia baptizatus licet coactè, teneatur tamen legibus Eccleſiæ, *can. d. Judæis.diſt.*41. ex vi characteris impreſſi, quem comitantur Eccleſiaſticæ leges, uti & comitatur caſtitas Ordinis characterem. Dicendum tamen non teneri talem ad continentiam. Ratio eſt, quòd Ordo ſacer non obliget ex natura rei ad caſtitatem, ſed ratione voti ex Eccleſiæ conſtitutione adjuncti. Votum autem hoc, ſive expreſſum ſive tacitum, irritum facit juſtus metus. *Nihil facit,* quòd Ordini ſit adjunctum continentiæ votum, quia hoc non fit jure divino, ſed humano, ut per metum, qui humana reſcindit, impediatur ejus obligatio. *Nihil obſt.* prius argumentum, cum tantùm procedat, quando eſt eadem ratio principalis & acceſſorii, quæ hic non eſt eadem, cum ad characteris impreſſionem ſufficiat quæcunque voluntas; ad votum autem continentiæ libera deſideretur. *Nihil etiam obſtat* ſecundum, quia baptiſmus continet profeſſionem religionis, ad quam naſcitur obligatio ex mera natura Sacramenti, poſitâ qualicunque voluntate, ut eam metus irritare nequeat tanquam juri divino adnexam. In voto autem aliud eſt, quod ex inſtitutione Eccleſiæ adeſt, quæ requirit libertatem omnimodam. Hæc Pontificii reſponſio in medio relinquitur.

TIMORIS juſti eſt excuſatio, *c. ad audientiam.*4. *X.d.his, quæ vi metûsve cauſ. fiunt.* in quo proponitur metus graviſſimus. *c.cum dilectus.* 6. *X. eod.* in quo metui graviſſimo opponitur ille metus, qui neque metum mortis, neq;

Nulla eſt differentia, ſi attendatur prior, in qua *Timoris etiam juſti nulla eſt excuſatio.* & quòd ille demum ſit metus, qui vi extorquetur, non qui ſit eorum, qui, ut ait ad *l.*184. *ff. d. R.J.* Jacobus Gothofredus, ad ſingula fulgura pallent, umbram ſuam metuunt,

Timoris etiam injuſti ſeu vani eſt excuſatio, *l.*1. §.3 *ff ad SC.Trebell.* in quo ſublata Senatusconſulto Trebelliano dubitatio eorum, qui adire hæreditatem recuſare ſeu metu ſeu prætextu metûs cenſuerunt.

cruciatum corporis in ſe continet.

& vel tutiſſima quæque timent. Hinc Joann. à Sande ad *l.116. ff. eod.* adeò timidos ignavosque homines non abſimiles putat iis, qui, cum navis adverſâ tempeſtate jactaretur, ſibi ipſi manus, antequam naufragium fieret, intulerunt. Hinc quoque in *d. l. 116.* vis atque metus, quem comprobare contra bonos mores ſit, conjunguntur. Non obſt. *d. l. 1. §. 3.* in quo Imperator progreditur à ſpecie metûs, qui eſt circa lites futuras, ad genus ipſius metûs, qui circa litem futuram poteſt eſſe in periculo damnoſæ hæreditatis, ut ſi jam aditâ hæreditate emergat ingens æs alienum, quod adeundæ hæreditatis tempore adhuc latebat: utroque tamen caſu juſtus eſt timor. Deinde non dubitatur, an metus ille ſit juſtus, ſed an in perſona fiduciarii heredis ſeu fideicomm. ſubſidat. Tandem eſt metus injuſtus, quo tamen nemo læditur, ſeu propter quem adversùs alterū actio non inſtituitur, ſed quo quis ab actu, qui omitti liberrimè poteſt, ſeipſum prohibet, & talis metus injuſtus ſeu vanus ſuæ vanitati relinquatur. Sic in *l. 4. ff. d. tit. ad SC. Trebell.* non inquiritur, ſolvendo ſit hæreditas nec ne. Opinio enim vel metus, vel color ejus, qui noluit adire hæreditatem, inſpicitur, non ſubſtantia hæreditatis. Nec immeritò, non enim præſcribi heredi inſtituto debet, cur metuat hereditatem adire, vel cur nolit: cum variæ ſint hominum voluntates, quorundam negotia timentium, quorundam vexationem, quorundam æris alieni cumulum, tametſi locuples videatur hereditas, quorundam offenſas, vel invidiam quorundam gratificari volentium his, quibus hereditas relicta eſt, ſine onere tamen ſuo.

TITULUS inſtitutionis etiam in re certa habet locum, *c. indicante. 4. X. d. teſtam. & ult. volunt.* in quo uxor moriens cuidam monaſterio ſcutellam argenteam reliquit, *c. 6. X. eod.* in quo ſi hæredes juſſa teſtatoris non adimpleverint, omnis res, quæ eis relicta eſt, canonicè interdicatur cum fructibus & ceteris emolumentis. Vid. Franciſcum Nigrum Cyriacum *libr. 1. controv. 44.*

Uſus hujus differentiæ in hoc conſiſtit, quia ſi non diſtingueretur inter partem hæreditatis & rem certam; non etiam diſtingueretur titulus, quo exhæredatis legitima relinquitur, univerſalis fuerit ſive particularis, quem tamen jus novum, de quo Frantzkius in *ff. ad tit. d. inoff. teſtam. n. 36.* diſtinguit, quod jus novum non diſtingui à noviſſimo clareſcit ex Perezio in *C. eod. tit. num. 36.* ubi quærit, quo titulo relinquenda ſit legitima, ut aliquem excludat à querela? Reſpondet jure antiquo certum eſſe potuiſſe relinqui legitimam quovis titulo, ſive hæreditario, hoc eſt, jure inſtitutionis, ſive legati, ſive fideicommiſſi, ſive donationis mortis causâ, quoniam non poteſt videri affectus injuriâ, cui à defuncto aliquid eſt relictum, quod ſufficere debet, ut excludatur querela, quæ odioſa, & quaſi non ſanæ mentis fuiſſet teſtator, cum teſtamentum ordinaret. Quin & jure Codicis filii inofficioſum patris teſtamentum dicere non poſſunt, ſi quartam bonorum mortis tempore teſtator eis reliquit. Et mo-

Si quis ex re certa hæres inſtitutus ſit, valet inſtitutio, non ut ex ea re hæres fiat: nam hæredem eſſe rei ſingularis contradictionem implicat, cum hæres ſine univerſitate bonorum intelligi non poſſit: ſed ut rei mentione poteſtate juris detractâ perinde habeatur, quaſi ſimpliciter hæres ſcriptus fuiſſet, *l. 1. §. ſi ex fundo. 4. l. 9. §. ſi duo. 12. l. 10. d. hæred. inſt.* & proinde niſi cohæredem habeat, univerſam hæreditatem obtinebit, *l. cohæredi. 41. in fin. d. vulg. & pup. ſubſt.* Vinnius ad *§. 3. I. quib. mod. teſtam. infirm.* e quo & aliis locis apparet Vinnium Bachovio vel inſultare, vel deſcribere

do hoc

Digitized by Google

dò hoc adjecerit expreſſè, ut relictum in quartam imputetur, eaque integra filio relinquatur, *l.35.§.2.C.d.inoff. teſtam.* : §.3.8.& *inſt.d.d.* Item relictum titulo dotis aut

quæ tamen Bachoviana non fatetur.

donationis propter nuptias in quartam imputari placuit, *l.29.C.d.tit.* At verò jure noviſſimo plerique volunt legitimam relinqui oportere titulo inſtitutionis, quòd honorabilius & fructuoſius videatur propter jus accreſcendi. Vid. Harpprechtum ad §. 4 *I.d. inoff.teſtam.d.num.*8. ubi refutat Bocerum : Frantzkium *exerc.ad Inſt.*6.*q* 5. ubi refutat Forcatulum diſtinguentem, an legatum filio relictum ſit ſimpliciter, quòd tunc habeatur filias pro præterito & teſtamentum ſit nullum ; an vero expreſſè in legitimam : quòd tunc ſit pro inſtituto, nec poſſit dici præteritus, quod & ſenſerunt jam olim illi, quos refert Fr. Mantica *libr.4.d.conject.ult.vol.c*7.*num.*22. & 23. Præterea uſus hujus differentiæ in hoc conſiſtit, alioquin fruſtra Chriſtophorus Philippus Richter *in interpret.l.ult.C.d ed D. Hadr.toll.num.*48. quæreret, *An remedium d.l.ult. competat hæredi inſtituto in re certa?* Franciſcus Curtius junior ad *d.l.* tradit ſe tenere novam opinionem contra omnes, quòd ſcil. indiſtinctè inſtitutus in re certa prædictæ legis beneficium habeat. Et pro hac opinione ſua confirmanda adducit ſequentes rationes. 1. quod inſtitutus in re certa habeatur loco hæredis, per *l.id tempus.*14.§.1.*d.U.& U.* Et hoc maximè locum habere debeat in præſenti materia, quæ favorabilis eſt, & in ratione publicæ utilitatis verſatur. 2. quia inſtitutus in re certa ſecundùm Bartol. in *l.ex facto.d.hæred.inſt.* illam propriâ authoritate occupare poteſt. Ergo multo magis poſſeſſionem rei hæreditariæ accipere poteſt authoritate Judicis. 3. quia inſtitutus in quota vel parte hæreditatis gaudet beneficio *d.l.ult.* 4. quia illud beneficium principaliter perſonam reſpiciat, & inſtitutus in re certa quoad ea, quæ extrinſecus veniunt, loco hæredis habeatur. Alii dicunt inſtitutum in re certa nullo modo habere remedium *d.l.ult.* quia illud competit ſaltem hæredi ſcripto, quod de inſtituto in re certa dici non poteſt, Jaſon.ad *d.l.ult.num.*7. Verùm hiſce rationibus non attentis Dd. communiter diſtinguunt, an inſtitutus in aliqua re certa cohæredem habeat univerſalem, hæreditatem adeuntem, vel ſuper ea adeunda adhuc deliberantem : an verò nullum habeat cohæredem, vel talem, qui hæreditatem repudiaverit. Poſteriori enim caſu inſtitutus in re certa perinde habetur, ac ſi ab initio ſolus hæres ſcriptus fuerit, & ita detractâ rei certæ mentione hæres in ſolidum permanet, *l.ſi alterius.ff.d.hæred.inſt.* Hinc colligitur cum d. remedio uti poſſe. Hæres enim certæ rei inſtitutus, cohærede non dato, bonorum omnium hæreditatem obtinet, *d.l.cohæredi.*41.§.*ult.ff.d.vulg.& pup.ſubſt.* Nec obſtant rationes objectæ. *Primæ* enim opinionis ratio prima procedit, quando nullus cohæres adeſt, Deinde in citata *l.*14.§.1. non dicitur, quòd inſtitutus in re peculiari ſit hæres, ſed quòd legatarius ſit quaſi hæres, & quidem non ſimpliciter, ſed tantùm quoad temporis acceſſionem, quâ ex perſona defuncti utitur ad complendam uſucapionem ; ſecus igitur eſt in reliquis. Ad *ſecundam* rationem reſpondetur legatarium ad conſequendam rei legatæ poſſeſſionem non poſſe aliis uti mediis, quàm quæ à jure conceſſa & præſcripta ſunt. In *d.l.ult.* verò dicitur, quòd hæres ſaltem ex aſſe vel pro parte inſtitutus ſit mittendus in poſſeſſionem bonorum defuncti. Cum igitur hæc conſtitutionis verba non conveniant illi caſui, quo inſtitutus quis eſt in re certa, alio cohærede dato. Ergo etiam diſpoſitio ad illum non poteſt applicari. *Tertia* ratio impugnatur ex iis, quæ Menochius *d.remed.*4.*num.*134. adducit, dum inquit, magnam eſſe differentiam inter hæredem, qui ad onera hæreditaria eſt obſtrictus, & inter inſtitutum in re certa, qui ad ea non tenetur, *l.quoties.*13.*C.d.hæred.inſt.l.*1.*C.ſi cert.pet.* Cum igitur inſtitutus in re certa neque defunctum repræſentet, neq; ab ejus perſona dependeat executio voluntatis teſtatoris, ſimili jure cum hærede gaudere non poteſt. Ad *ultimam* reſpondetur inſtituto in re certa hæredis nomen non convenire. *Sed quid ſi teſtator adſcripſerit nolle ſe ut hæres ſcriptus reliquas partes ferat, & jus accreſcendi expreſſè prohibuerit?* Reſpondet Vinnius ad §.5.*Inſt.d.hæred.inſt.num.*5. Quemadmodum nemo ſine obſervatione legum teſtamentum condere poteſt, *l.*4. *qui teſtam.fac.poſſ. l pen.* §.2. *ff.d.caſtr.pecul.* ita nemo

quoque in ſuo teſtamento cavere poteſt, ne leges in eo locum habeant, *l.nemo.55.d.leg.1.* ut illud omnino manifeſtum ſit teſtatorem nullâ cautione efficere poſſe, ut contra regulam juris civilis diſſimiliter ei ſuccedatur & ex teſtamento & ab inteſtato. Alterum ergo dicamus neceſſe eſt, vel cum Bartolo in *l.9.ff.d.hæred.inſt.* & in *l.ſi quis.29.ff.ad SC.Trebell.* totum teſtamentum ob eam prohibitionem collabi; utique tamen hæredes ab inteſtato teneri, quaſi ex fideicommiſſo partem teſtamento expreſſam reſtituere hæredi ſcripto. Vid. Gomezium *1.reſ.10.num.10.& ſeq.* vel rato manente teſtamento prohibitionem inſuper habendam, reſiduaſque partes, quantumvis vetante teſtatore, accreſcere hæredi inſtituto. Quæ ſententia rationi juris magis conſentanea eſt, ut ex iis, quæ jam dicta ſunt, perſpicue patet, & numero etiam ſuffragiorum vincit. *Non obſtat* huic ſententiæ, quod Ulpianus in *l.9.§.ſi duo.d.hæred.inſt.* ſcribit, & Vasquius *libr.1.d.ſucc.creat.§ 3.num.6.* objicit, inſtitutos ex certis rebus, quaſi ſimpliciter inſtituti ſint, hæreditate potiri, niſi voluntas patrisfamilias manifeſtiſſimè refragetur, quippe quâ clauſulâ non hoc JurisConſultus ſignificat, ſi teſtator prohibuerit reliquam hæreditatem accreſcere inſtitutis, ob id aut vitiari inſtitutionem, aut partes eas relinquendas legitimis ſucceſſoribus: ſed quòd ſcripti ex inæqualibus partibus certæ rei, qui alioquin ex ratione juris ex æquis partibus hæredes forent, perinde ac ſi nec res nec partes nominatæ eſſent, manifeſtâ teſtatoris voluntate hæredes ex inæqualibus partibus fiant, atque ex iis proportionaliter, quas in rebus certis expreſſit, velut in ſpecie ab Ulpiano propoſita unus ex triente, alter ex beſſe, quæ partes nominantur in fundo: atque inducetur hæc inæqualitas non tam ipſo jure, quàm officio arbitri familiæ erciſcundæ, *l.ex facto.35.in princ.eod.* Eſt tamen & media ſententia, quam proponit & tuetur Salicetus in *l.13.C.d.hæred.inſt.* & à qua non abhorret doctiſſimus Bachovius, nimirum prohibitionem ſupra dictam non efficere quidem, quò minùs hæres ſcriptus ipſo jure ex aſſe hæres fiat: ceterùm hanc ejus vim eſſe, ut hæres ille partes reliquas, quas accreſcere teſtator noluit, tanquam ex fideicommiſſo teneatur reſtituere iis, qui ab inteſtato ad hæreditatem ejus veniſſent. Et hæc ſententia mihi quoque non adeo diſplicet, quoniam favet voluntati morientium ſalvâ ratione juris, eoque accommodari poteſt clauſula in *d.l.9.§.ſi duo.* Mediam ſententiam excogitavit Viglius: ſed ille dum ſervare cupit voluntatem teſtatoris, manifeſtè facit adverſùs rationem juris, comminiſcendo tacitam legitimorum hæredum in partibus, quas teſtator ſcriptum hæredem habere noluit, inſtitutionem; qualis inſtitutio jure noſtro penitùs incognita eſt: quod cum nec ipſe diſſimulare audeat, mihi argumento eſt, eum quoque omnino & ſine cunctatione in Saliceti opinionem tranſiturum fuiſſe, ſi quis modò eam propoſuiſſet. Nil diſſimulavit Viglius, cui æquè Saliceti inſpiciendi copia eſſe potuit; Vinnius tacente interim calamo, vult nobis in his verbis (*Et hæc ſententia mihi quoque non adeò diſplicet*) perſuadere meliorem ſibi ſententiam eſſe cognitam. Si melior ſubeſſet, quam ſimulat, eam non diſſimularet.

Hæc quoad jus Civile: Quoad Canonicum. 1. Planè hic non exiſtimemus, quòd interdum ſugillamus, ſubeſſe Papæ ignorantiam aut ignaviam, nec eum diſtinxiſſe inter partem hæreditatis & rem certam. Sic intueamur differentiam, in qua *Eccleſiæ ita ſe habent &c.* differentiam, in qua *Leges condere non eſt ſolius Imperatoris.* differentiam, in qua *Leges de rebus Eccleſiaſticis ferre non poſſunt.* differentiam, in qua *Papa ſolus interpretatur jus ambiguum.* Inveniemus non ſolùm Imperatorem, ſed etiam Papam leges in ſcrinio pectoris ſui habere; illum quidem ut ſciat: hunc ut reformet, & in prolixam magnitudinis ſuæ elationem augeat. 2. oſtentat Papa ſuam peritiam in caſu *c.1.X.d.tit d.teſtam & ult.volunt.* in quo Atellanæ civitatis Epiſcopus condito teſtamento in octo unciis ſubſtantiæ ſuæ nurum hæredem inſtituit, Eccleſiam ſuam in reliquis quatuor; hoc ſanè eſt conſiderare hæreditatem ſecundùm ſuas partes, in quas duodecim dividitur. 3. ut tamen cunque diſcernat Papa hæreditatis partem à re certa; mavult idem, quàm oneroſam hæreditatis partem, legatum, etiam unctiſſimum, nec ut manui accipientis excidat, ſubvertetur. 4. Hoc diſcrimen Papa in ſe non agnoſcit. Etenim etiamſi totus mundus Papam hære-

pam hæredem inſtitueret, ſi hæres inſtitui poteſt in eo, cujus dominium affectat, in eum tranſirent quidem actiones activæ, non tamen paſſivæ, quoniam ſe nulli ſubmittit Judici, coram quo conveniatur. 5. In Papa ſit quaſi contractus, qui hæreditatis aditionem ſubſequatur, hic quaſi contractus in cæteris ab eo differt, quòd in Papa quaſi contractus ſit vinculum commune, quo Papa omnes illaqueare conatur, ipſum verò, qui vinculum tendit, ab aliquo illaqueari adeò videtur abſurdum ac ſi diceremus à volucribus illaqueari aucupem Non obſtat *d.c.indicante.* quia à titulo inſtitutionis ad id, quod relinquitur; non magis argumentamur, quàm à ſpecie ad genus. Non quicquid relinquitur, pendet è titulo inſtitutionis; etiam è particulari pendere poteſt. Non obſtat *d.c.6.X.eod.* quia omnis res, quæ alicui relicta eſt, nihil aliud eſt quàm hæreditas aut bonorum poſſeſſio, *l.37.ff.d.A.vel O.H.l.3.§.2.d.bon.poſſeſſ.* Deinde diſtingui rem certam & rem omnem ſit manifeſtum ex collatione §.4. *I. qui teſtam.tut.dari poſſ.* & §.17. *I. d.excuſ.* in quibus rei certæ non datur tutor, ſed datus ad univerſum patrimonium datus cenſetur.

TRADITIO Imperii ex coronæ impoſitione Pontificia pendet. Quid enim eſt coronæ impoſitio, quàm publica legitimæ poteſtatis atteſtatio. Sic Adrianus in *epiſt.* ad Fridericum I. inde argumentatur: Ex conſecratione noſtra habet nomen Imperatoris. Ergo per nos imperat. Vid. *c.venerabilem & ibi Abb.X.d.elect. & elect.poteſt.c.Romani.ubi Card. Alex.d jurejur. in Clem.* Petrum de Andlo *d. Imperio Romano-Germ. libr.2.c.5.6.*

Præferendum jus Civile. Vid. Arumæum in *diſcurſu Academ.* 31. *q.ult.* ubi monuiſſe fertur Gregorius I. Pontifex Electores, ut intra certum tempus juxta facultatem ſibi traditam alium eligerent, ſed reſponſionem quorundã Germaniç Principum accepit commodam, Non eſſe ſui juris Imperatorem ſubſtituere. Albertus, Rudolphi duo, Maximiliani duo, Ferdinandus ſine ulla Pontificis conſecratione imperii munus liberè obierunt. Henricus IV. vel potiùs ejus nomine Agnes mater, priusquam per ætatem coronam Imperatoriam accipere poterat, nihilominus pro Imperatore omnia adminiſtravit, datis legibus, inſtitutis & magiſtratibus, Sigon. *lib.9.Ital. in pr.* Quomodo & valent omnia reſcripta Imperatoris poſt legitimam electionem, licet coronatio Papæ non acceſſerit, & hoc jure hodie utimur. Vetus enim juris Regula eſt, quando de conſuetudine ambigitur, ut ea potiſſimùm valeat, de qua contradicto judicio diſceptatum eſt. Atqui Ludovicus Bavarus poſt longas colluctationes cum Johanne XXII. & Benedicto XII. tandem rem totam ita decidit de conſenſu & conſilio Electorum, aliorumque Principum Imperii, ut, poſtquam aliquis eligitur in Imperatorem ſive Regem ab his, quorum intereſt, ſtatim ex ipſa electione ſit verus Rex, & imperator Romanorum cenſendus, eidemque ab omnibus Imperio ſubjectis ſit obediendum, cum adminiſtrandi jus, ceteraque faciendi, quæ ad verum Imperatorem pertinent, plenariam habeat poteſtatem, nec Papæ ſive ſedis Apoſtolicæ; aut alicujus alterius approbatione, confirmatione, authoritate conſenſuve indigeat. Aventin. *libr.7.* Jam hoc præſcripſerat Fridericus I. ad Principes Imperii: Cum per electionem Principum à ſolo Deo regnum & imperium noſtrum ſit, cumque Petrus Apoſtolus hac doctrinâ mundum informaverit: Deum timete, Regem honorificate; quicunque nos Imperialem Coronam pro

Non pendet ex impoſitione Pontificia. Vid. differentiam, in qua *Imperator electus ante Coronationem Rex tantùm Romanorum appellatur.* Papa ipſe, licet non videatur verus Papa, antequam inthronizetur, poteſtatem tamen diſponendi omnia, ut verus Papa, habet, *c. in nomine Dom. diſt.23. c.licet d.elect. in extran. Clem.V. quæ incipit, quia nonnulli attributa.*

beneficio à Domino Papa ſuſcepiſſe dixerit, divinæ inſtitutioni & doctrinæ Petri contrarius eſt, & mendacii reus erit. Sic Innocentius III. argumentatur in *d. c. venerabilem.* Quid ſi Principes Electores convenire nolint, idcircone Eccleſia ſuo carebit defenſore, & culpa illorum huic redundabit in pœnam? ita & nobis liceat inferre: Si Papa nolit coronare Imperatorem electum; idcirco ne reſpub. carebit capite ſuo? Et ſane quo argumento gloſſa in *d. c. in nomine Dom. in verb. diſponenti. diſt. 23.* tenet, quod tranſmontani Archiepiſcopi etiam ante confirmationem adminiſtrare poſſint, *c. nihil. d. el. I.* eodem & nos oſtendere poſſumus, Imperatori ſtatim à primo die Electionis ſuæ jus plenarium gubernandi concedendum eſſe, ne dum trans montes Romam contendit, Reſp. interim capite careat, & luporum rapacitati proſtituatur: imprimis quia Eccleſia propter magnam maturitatem, quam adhibet in judicando non niſi lento pede procedit. Ne dicam de magnitudine ſumptuum, quibus in eam rem opus eſt, & intereſt Reipubl. ne fiſcus aut Princeps, aut ſubditi depauperentur. *Nov. 8. § cogitatio. l. ſervum quoque. §. publicè. ff. d. procur.* Si quis naturam & vim Electionis paulo intimiùs inſpicere velit, inveniet illâ legitimè factâ non opus eſſe aliâ probatione vel confirmatione, quia confirmare eſt imperfectum perficere. Sed populus, qui non recognoſcit ſuperiorem, ſive per ſe, ſive per conceſſionem ſuperioris, ſicut Papa fatetur, ſe jus eligendi transtuliſſe in Principes Germaniæ, & proinde non vult ſe intromittere in ſecularia, niſi ex certa cauſa, *c. licet d. for. compet.* non poteſt actuum ſuorum perfectionem aliunde petere, quia peti debebat à ſuperiori, quem nullum agnoſcit ampliùs. *Non obſtat* diſtinctio Innocentii, Hoſtienſis, aliorum, quòd alia jura Majeſtatis Imperator habeat communia cum Regibus, alia verò ſibi ſoli reſervata, quia majeſtas uniformis eſt, & Imperator nihil dicit ſuper Regem præter honoris & dignitatis prærogativam. Vid. differentiam, in qua *Imperator vocatur Rex.* *Non obſt.* lapis, quem graviorem in viam provolvit Baronius *tom. 9. Anno* 800. quando Regna quidem diviſa ſcribit à Carolo inter hæredes, ſed de Imperio nihil diſpoſitum fuiſſe putat, quippe quod reſervatum fuerit arbitrio ſolius Pontificis. Sed hunc amovet ipſe Bellarminus *c. 5. d. transl. Imp. exempl* 2. quando ſibi objicit, Ludovicum Imperatorem & Auguſtum appellatum fuiſſe à Patre ante Pontificis coronationem, & ſolvit ex eo, quòd licentiam ſeu poteſtatem ſucceſſorem ſibi ſurrogandi nactus fuerit per confirmationem teſtamenti, quo Carolus imperium filiis relinquebat. *Nono.* quòd Johannes VIII. in oratione ad Clerum de Coronatione Caroli Calvi ita loquatur: Carolum igitur à populo expeti videntes elegimus meritò & adprobavimus unà cum anniſu & voto omnium fratrum & Coëpiſcoporum noſtrorum, atque aliorum S. Romanæ Eccleſiæ miniſtrorum, ampliquе ſenatûs totiusque Romani populi gentiſque togatæ. Nam apud illius ævi ſcriptores verbum *eligendi* ſumitur pro ſequi partes alicujus, vel uni adhærere potiùs quàm alteri. *Non obſtat* lex Pontificia, quam conſtat non obligare, niſi quatenus approbatur, cum jurisdictiones ſint diſtinctæ. Deinde Imperatorem non adſtringit ad petendam coronam, ſed Pontificis jus eſſe contendit ungere, conſecrare, nominare, approbare Imperatorem electum, ſi ea petitum veniat. *Non obſtat* conſuetudo, quâ aliqui conſecrationem à Papa petierunt. Etenim quod per favorem, aut ex certa cauſa fecerunt, aliis non debet creare præjudicium. *Non obſt.* coronationis ſolennitas. Quoniam Imperator ab iis, quæ ſolennitatis ſunt, abſolvitur, ut Dd. interpretantur *l. Princeps. ff. d. ll. l. Digna vox. C. eod. l. ex imperfecto. 3. C. d. teſtam.* De his & aliis Canoniſtarum effugiis vid. *d. differentiam.* Arniſæum *d. ſubjectione & exempt. Cleric. c. 7. num 24. & ſeqq.* Limnæum *libr. 2. c. 4. à num. 54.* Carpzovium *d. L. Reg. German. c. 2. ſect. 6.* Hoornbeck *diſp. ad Bull. Innoc. X. th.* 10. ubi meminit Caroli Craſſi, qui conſtitutionem edidit de expeditione Romana, quo comitatu, pompâ, modo Imper. Romam proficiſceretur. Addit idem, Hac occaſione Papas ſolerter uti ſciviſſe, ut gratitudinis loco, præſertim feſtivo adeò tempore, à coronatis Imperatoribus plurima impetrarent, prædia, terras, regiones & poteſtatis incrementa omnifaria, & nunquam non confirmationem donationum, ſibi ſuæque Eccleſiæ ab aliis ſeu verè, ſeu falsò factarum: vel abolitionem quarundam re-

rum aut

tum aut legum adverſùs Romanenſes alibi, vel à Prædeceſſoribus conditorum. Huc facit Onuphrius Panvin. in *libr. d. Comit. Imp.* Noviſſimè, inquit, Carolus V. Imperator Bononiæ coronatus fuit à Clemente VII. primus & ſolus omnium Imperatorum poſt Othonem, qui Imperii coronam extra urbem ſuſceperit. Pro qua obtinenda vetus mos fuit, ut Imperatores aliquod munus Eccleſiæ Romanæ largirentur, vel provincias, vel oppida, aut urbes aliquas, vel Eccleſiæ hoſtes domarent, Papam pulſum reſtituerent, urbes ab Eccleſia vi extortas prælio & armatâ manu, ſi opus eſſet, reſtituerent, vel ſimilium aliquod agerent: omnia item prædeceſſorum ſuorum privilegia vel donationes, aut conceſſiones Eccleſiæ Romanæ factas ſanctiſſimo juramento confirmarent, quæ à Carolo Magno & ſequentibus Imperatoribus facta fuerunt. Imperatorem autem deſignatum ad Urbem pro Imperii diademate venientem Pont. Max. in gradibus baſilicæ S. Petri expectare ſolet, miſſis interim ei obviis omnibus tam Eccleſiæ quàm Urbis magiſtratibus & inſigniis, vexillis, clericis & cantoribus. Mox venientem pedesque ſibi oſculantem, ad orisque oſculum poſtea ſuſceptum, comitatur in Eccleſiam Apoſtolorum principis: ubi ſimul oratione factâ uterque poſtea ad ſibi parata hoſpitia proficiſcitur. Concludo paucis, Deflectere potuit hic vel ille Imperator à recta ſemita, inde qui jus derivat, ſternit arborem, quia ramulum convulſerit: vulgat arcanum, poſſe alibi quàm Romæ, fieri Imperatorem. Hoc & olim vulgabatur in Republ. Romana nondum Pontificia. Nam ſublato Nerone imperium Romanum diverſis à diverſis legionibus, inter graviſſimos motus, oblatum eſt. Fuere hi Serg. Galba, M. Otto & L. Vitellius, bimeſtres, ut D. Ambroſius loquitur, Imperatores, & quorum termini cum exordiis conjuncti fuere. Ac ſalutatis tunc primùm à milite Imperatoribus vulgatum eſt, quomodo *Hiſtor.* 1. Tacitus loquitur, imperii arcanum, poſſe alibi Principem, quàm Romæ, fieri. Galba adoptat Piſonem. Id Othonem offendit, qui ad utriusque cædem animum appulit & perfecit, conciliatis ſibi Prætorianorum militum ſtudiis, quorum animi à Galba, ob avaritiam & ſeveritatem ſingularem, averſi erant. Othoni autem ſtatim poſt occupatam imperii ſedem æmulus pariter ac hoſtis L. Vitellius offertur, & à fortiſſimis legionibus in Germania Imperator ſalutatus in Italiam iter parat. Otho audito eo motu in Galliam contra Vitellium profecturus, haud multo poſt à Vitellianis prælio ſuperatus eſt, diffidenſque rebus ſuis, adverſuſque à conſiliis belli, mortem ſponte elegit. *Non obſt.* quòd mortuo Ludovico, ut tradit diligentiſſimus Aventinus Clemens VI. Pontifex Maximus Carolo diploma dederit, poſtularitque ut Germani Carolum Eccleſiæ fidum recipiant, & nullum poſthac priùs ſore Cæſarem, quàm primarius orbis Chriſtiani Sacerdos, vicarius Chriſti, author fiat, jurent. Reſpondent Germani, qui partim tergiverſabantur, partim apertè detrectabant atque proclamabant; Usque adeò ne ſervus ille ſervorum faſtu libidineque dominandi furit, inſanit atque in præceps abit, ut omnium ſæviſſimorum tyrannorum, quos unquam fuiſſe legimus, crimina ſuperbiam vincere propalam perfricatâ fronte contendat? Quemadmodum Carolus, qui tum temporis Reginobergium conceſſerat, ibidem fuerit ejectus vid. M. Zuerſum Boxhornium *in hiſtor. univ. ad annum M CCC XLVI.* Ponamus verò jus hoc coronandi & inungendi Imperatores eſſe penes Papam, an aliquid ſuperioritatis in Imperatores Papæ tribuit? Reſpondet Mareſius in *Cucchi Inſtit. Jur. Can. libr.* 1. *tit.* 7. nihil magis tribuere quàm Præſuli Rhemenſi in Reges Galliæ, quòd eos ſoleat inungere & conſecrare. Adeòque his omnibus tanquam contumelioſis Imperatoribus & quæ nunquam Principes Electores ſunt admiſſuri, oppoſuiſſe ſufficiat, quod Poëta Guntherus habet *libr.* 6. ad Proceres Germaniæ,

— Romanus tempore priſco
Pauper erat Præſul, regali munere crevit;
Nec tamen ut faſces & regni jura Latini
Vel dare præſumat, vel cuiquam tollere poſſit.

Reiicula & ridicula alia qui amant, videant Ceremonialis Romani libri primi ſectionē V. Invenient Cæſaris Camerarium pecuniam ſpargere: ipſum Cæſarem genu flectere: ad Pontifi-

Pontificis pedes pervenire: illos in reverentia devotè oſculari: Pontificem hilari vultu Cæſarem aſpicere: ad oſculum manûs & oris recipere: tum Cæſarem iterum genu flexum auri maſſam ad pedes Pontificis offerre: Cæſarem indutum ſuperpellicio & almutiâ recipi à Canonicis Sancti Petri in Canonicum & in fratrem: Cæſarem depoſitâ almutiâ primò induere ſandalia, deinde ſtantem tunicellam, & demum Imperiale paludamentum: Cæſarem accingere gladium, & accinctum militem B. Petri effectum ſurgentem evaginare gladium, ter illum vibrare, deinde reponere in vaginam: Cæſarem cum corona, ſceptro & pomo procedentem à duobus Diaconibus duci ad ſedem Imperialem, paratam ſibi à dextra Pontificis, inter Pontificem & priorem Epiſcoporum, Cardinalium, quæ Sedes altior erit ſedibus Cardinalium, & humilior Papali ſede: habereque aureum pannum poſt tergum & parvum ſcabellum ad pedes, & ibi ſedere quouſque Imperatrix coronetur: Imperatorem coronatum coronâ & manto depoſitis ſine ſceptro aut pomo deſcendere, & ſimiliter poſt eum Imperatricem, & ad Pontificis pedes aurum offerre, quantum ſibi placet. Imperatorem cum corona in capite, ſceptro & pomo in manibus ad latus Pontificis incedere, cum ad finem graduum pervenerit, traditis ſceptro & pomo uni ex ſuis prævenire ad equum Pontificis, & in honorem ejus, cujus vices Pontifex in terris gerit, tenet ſtapham, quoad Pontifex equum aſcenderit. Et deinde accepto equi freno per aliquot paſſus ducit equum Pontificis. Pontifex, dum Imperator hæc civilitatis officia vult exhibere, debet aliquantulum modeſtè recuſare: & tandem cum aliquibus bonis verbis honorem non in perſonam ſuam, ſed illius, cujus locum tenet, recipiendo permittit illum aliquantulum progredi. Tum firmat ſe & nullo pacto permittit Cæſarem ulteriùs ire. Qui mox conſcenſo equo ſuo accedit ad ſiniſtrum latus Pontificis, & ſub eodem baldachino equitat: inter eos autem, qui ſequuntur, ſunt duo portantes laternas cum lumine ante ſacramentum equitantes; deinde equus albus phaleratus cum tintinnabulo portans ſacramentum. Tandem Pontificem, ſi roſam habet, illam equitem equiti Imperatori dono dare, & ad dextram converſum trans Tiberim cum ſuis omnibus ad Palatium reverti: Cæſarem autem viâ, quâ ſibi meliùs placet, roſam manu geſtantem ad pontem Adrianum redire &c. Næ egregia eſt illa permutatio roſæ cum auro, quod Imperator in aureo hoc coronationis actu offerebat. Nullibi unctiore pretio, ac Romæ, roſa venditur. *Non obſt.* toties inculcata aſſeveratio, quæ veritati adimere, addere nil poteſt. Aſſeveravit noſtra differentia, in qua *Papæ eſt convocare Concilia,* Papam non convocare Concilia; huic aſſeverationi ſi quis opponat illud Lanſii in *conſult. d. princip. int. prov. Eur. in orat. pro Ital.* Cum Imperator Carolus V. Concilium Tridenti inchoatum continuari cuperet, & Patres, qui ob febriculam quandam aut aëris vitium Bononiam diſceſſerant, Tridentum reverti vellet; Franciſco Varga & Martino Velaſco, Legatis Cæſaris interminantibus, ſi recuſent redire illi, ſe Cæſaris nomine & juſſu Synodi translationem frivolam & illegitimam, quæque in ea fient, nullius eſſe momenti profiteri: tum Montanus, Concilii Præſes à Pontifice Paulo III. delectus, de voluntate Patrum multa graviter elocutus Deum teſtatus eſt, ſe paratos extrema quæque ac mortem denique potiùs oppetere, quàm adeò pernicioſo Eccleſiæ exemplo pati, ut civilis magiſtratus pro arbitratu Synodum cogat; Cæſarem nempe non dominum aut magiſtrum, ſed Eccleſiæ filium eſſe: ſe verò & collegas, qui adſint, R. Sedis Legatos eſſe, penes quos ordinandi & transferendi Concilii jus ſit. Hoc non infringit noſtram differentiam; nec tanquam Iſthmus ille inter Ægeum & Jonium mare medius impedit eam concurrere ac miſceri cum d. differentia, in qua *Imperator electus ante coronationem &c.*

TRADITIO minùs operatur, ſic quando Eccleſiæ aliquid venditur, illa præfertur, etiamſi

Emericus à Rosbach in *theſ. rec. diff. jur. Civ. & Can. libr. 2. tit. 12. num. 5. & ſeqq.* hanc proponit differentiam, ſed nulla

Traditio plus operatur, ſic quando res aliqua duobus vel tribus vendita eſt, ille præfertur, cui

poſtea

poſtea alteri quoq; vendatur & tradatur.

priùs res tradita fuerit, *l. quoties. & ibi gl. & Dd. communiter.C.d.R.V.*

eſt, nam non utrinque proponitur regula, quia jus Canonicum proponit à regula exceptionem, & hæc exceptio diſtinguit inter privatam & publicam venditionem. Privatæ venditionis ratio eſt, quia venditor ante traditionem manet adhuc dominus. Non enim nudis conventionibus & titulis, ſed traditione rerum dominia acquirimus, *l.traditionibus.*20.*C.d.pact.* Ideoque alteri vendendo & tradendo transfert dominium, & ſic rectè præfertur is, qui rei dominium per traditionem adeptus eſt, illi, qui perſonalem duntaxat habet actionem, quæ non ſequitur rei poſſeſſorem, Ant. Gomezius *var.reſol.tit.d.empt.vend.num.*20. Publicæ venditionis rationem derivat Emericus a Rosbach. *d.loc.* non ex jure Canonico, verùm ex Civili, Quando, inquit, Eccleſiæ aliquid venditur, illa præfertur, etiamſi poſtea alteri quoque vendatur & tradatur, quia in Eccleſiam ſicut & in civitatem dominium ex ſolo titulo abſque traditione transfertur, *l.ult.C.d.SS.Eccl.* Covarruvias *libr.var.reſ.*2.*c.*19. Sic in beneficiis Eccleſiaſticis jure Canonico ſtatutum eſt, ut prima conceſſio ritè facta ſecundæ præferatur, licet poſtea alteri quoque conceſſio & traditio rei facta fuerit, *c.tibi qui.d.reſcript.in* 6. Rationem rationis ſubnectit Emericus à Rosbach *d.loc.num.*12. quia in ſpiritualibus ex ſola conceſſione jus in re transferri ſolet. Sed eam non eſſe perpetuam ipſe videtur agnoſcere *num.*13. in quo prima conceſſio Principum per viam peculiaris gratiæ vel privilegii facta poſteriori præfertur, quod & tunc dominium ſine traditione transferatur, *l.prædia.C.d.locat.præd. civil.libr.*11. ut hic applicari poſſit illud Joan. Phil. Monſpel. *reſp.*4. *num.*33. de quo Lambertus Goris *adverſ. jur. ſubciſiv.tract.*1. *c.*1.*in annot.* Trado & tradere facti eſt & non juris, & ſimplicem tenutam (quam vocant) importat.

TRANSACTIO de crimine capitali eſt illicita, *c.*2. *X. d. colluſ. deteg.* Vid. Fontanellam *d.pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 10. *part.*1.*num.*81.

Eſt licita, *l.*18.*C.d. transact.*

Ratio præfert jus Civile, quia ignoſcendum eſt ei, qui quovis modo ſanguinem ſuum redemptum voluit, *l.*1.*ff.d.bon eor. qui ant.&c.* Hinc apud Weſenbecium in *paratitl. ff. d. transact.* infamiâ notari non debet, qui extra & ante judicium ſuper famoſa actione paciſcitur (neque enim ad damnationem confeſſio extrajudicialis, qualis ex transactione ejusmodi ſumitur, ſufficit) nec pro infami habendus, quia infamia tantùm damnatum ſequitur. Vel videri poteſt nulla ſubeſſe differentia. Sic enim verba *d.c.*2. habent, Crimina ſemel audita Gregorius indiſcuſſa nullo modo prætteribat, etiamſi accuſatus cum accuſatore in gratiam rediiſſet: quæ de judiciis & accuſationibus jam inſtitutis intelligi poſſunt. 2. averruncat Pontifex culpæ ſuſpicionem, ne videatur crimina ſemel audita indiſcuſſa præterire. 3. innuit transactionem non earum eſſe virium, quibus officium magiſtratûs præcidatur. Ant. Matthæus in diſputatione, quam inſcripſit, *Jus Civile in paucis quibusdam capitibus à Lege Dei, ab honeſtate & à ratione deflectit.* & inter diſputationes ſuas, *De fundamentis quibusdam Juris aliter jactis, quàm vulgò jacta ſunt.* retulit, & eſt in ordine 12. *th.*12. dicit, ſic delicta manere impunita, *th.*13. 14. Sed reſondet Bochauſen *part.*1.*peric.*2.*q. Acad.*14. aberrare eum cum Hotom. *qq.illuſtr.*23. quando ita tranſigendo atrocia delicta tegi, impunitaque manere exiſtimat, nam etſi reus ſemel evaſerit, poteſt iterum perire, cum multis etiamnum modis ad pœnam perveniri poſſit, arg. §.1.*l.d.public.jud.junct. d.l.*3. Quamvis & hoc verum ſit veram & propriam hic nullam eſſe transactionem, ſiquidem crimina capitalia objectum transactionis non ſunt, arg.*l.*7.§.14.*d.pact.* Unde effectus hujus permiſſæ transactionis eſt, non ut liberetur reus pecuniam adverſario dans, ſed ei tantùm ignoſcatur, ne habeatur pro confeſſo, præſumaturque non conſcientiâ ſceleris, ſed potiùs gravitate periculi territus, ob dubium judicii eventum, pecuniam adverſario dediſſe.

Digitized by Google

Pontificis pedes pervenire: illos in reverentia devotè oſculari: Pontificem hilari vultu Cæſarem aſpicere: ad oſculum manûs & oris recipere: tum Cæſarem iterum genu flexum auri maſſam ad pedes Pontificis offerre: Cæſarem indutum ſuperpellicio & almutiâ recipi à Canonicis Sancti Petri in Canonicum & in fratrem: Cæſarem depoſitâ almutiâ primò induere ſandalia, deinde ſtantem tunicellam, & demum Imperiale paludamentum: Cæſarem accingere gladium, & accinctum militem B. Petri effectum ſurgentem evaginare gladium, ter illum vibrare, deinde reponere in vaginam: Cæſarem cum corona, ſceptro & pomo procedentem à duobus Diaconibus duci ad ſedem Imperialem, paratam ſibi à dextra Pontificis, inter Pontificem & priorem Epiſcoporum, Cardinalium, quæ Sedes altior erit ſedibus Cardinalium, & humilior Papali ſede: habereque aureum pannum poſt tergum & parvum ſcabellum ad pedes, & ibi ſedere quouſque Imperatrix coronetur: Imperatorem coronatum coronâ & manto depoſitis ſine ſceptro aut pomo deſcendere, & ſimiliter poſt eum Imperatricem, & ad Pontificis pedes aurum offerre, quantum ſibi placet. Imperatorem cum corona in capite, ſceptro & pomo in manibus ad latus Pontificis incedere, cum ad finem graduum pervenerit, traditis ſceptro & pomo uni ex ſuis prævenire ad equum Pontificis, & in honorem ejus, cujus vices Pontifex in terris gerit, tenet ſtapham, quoad Pontifex equum aſcenderit. Et deinde accepto equi freno per aliquot paſſus ducit equum Pontificis. Pontifex, dum Imperator hæc civilitatis officia vult exhibere, debet aliquantulum modeſtè recuſare: & tandem cum aliquibus bonis verbis honorem non in perſonam ſuam, ſed illius, cujus locum tenet, recipiendo permittit illum aliquantulum progredi. Tum firmat ſe & nullo pacto permittit Cæſarem ulteriùs ire. Qui mox conſcenſo equo ſuo accedit ad ſiniſtrum latus Pontificis, & ſub eodem baldachino equitat: inter eos autem, qui ſequuntur, ſunt duo portantes laternas cum lumine ante ſacramentum equitantes: deinde equus albus phaleratus cum tintinnabulo portans ſacramentum. Tandem Pontificem, ſi roſam habet, illam equitem equiti Imperatori dono dare, & ad dextram converſum trans Tiberim cum ſuis omnibus ad Palatium reverti: Cæſarem autem viâ, quâ ſibi meliùs placet, roſam manu geſtantem ad pontem Adrianum redire &c. Næ egregia eſt illa permutatio roſæ cum auro, quod Imperator in aureo hoc coronationis actu offerebat. Nullibi unctiore pretio, ac Romæ, roſa venditur. *Non obſt.* toties inculcata aſſeveratio, quæ veritati adimere, addere nil poteſt. Aſſeveravit noſtra differentia, in qua *Papæ eſt convocare Concilia*, Papam non convocare Concilia; huic aſſeverationi ſi quis opponat illud Lanſii in *conſult. d. princip. int. prov. Eur. in orat. pro Ital.* Cum Imperator Carolus V. Concilium Tridenti inchoatum continuari cuperet, & Patres, qui ob febriculam quandam aut aëris vitium Bononiam diſceſſerant, Tridentum reverti vellet; Franciſco Varga & Martino Velaſco, Legatis Cæſaris interminantibus, ſi recuſent redire illi, ſe Cæſaris nomine & juſſu Synodi translationem frivolam & illegitimam, quæque in ea fient, nullius eſſe momenti profiteri: tum Montanus, Concilii Præſes à Pontifice Paulo III. delectus, de voluntate Patrum multa graviter elocutus Deum teſtatus eſt, ſe paratos extrema quæque ac mortem denique potiùs oppetere, quàm adeò pernicioſo Eccleſiæ exemplo pati, ut civilis magiſtratus pro arbitratu Synodum cogat; Cæſarem nempe non dominum aut magiſtrum, ſed Eccleſiæ filium eſſe: ſe verò & collegas, qui adſint, R. Sedis Legatos eſſe, penes quos ordinandi & transferendi Concilii jus ſit. Hoc non infringit noſtram differentiam; nec tanquam Iſthmus ille inter Ægeum & Jonium mare medius impedit eam concurrere ac miſceri cum d. differentia, in qua *Imperator electus ante coronationem &c.*

TRADITIO minùs operatur, ſic quando Eccleſiæ aliquid venditur, illa præfertur, etiamſi

Emericus à Rosbach in *theſ. rec. diff. jur. Civ. & Can. libr. 2. tit. 12. num. 5. & ſeqq.* hanc proponit differentiam, ſed nulla

Traditio plus operatur, ſic quando res aliqua duobus vel tribus vendita eſt, ille præfertur, cui

poſtea

poſtea alteri quoq; vendatur & tradatur.

eſt, nam non utrinque proponitur regula, quia jus Canonicum proponit à regula exceptionem, & hæc exceptio diſtinguit inter privatam & publicam venditionem. Privatæ venditionis ratio eſt, quia venditor ante traditionem manet adhuc dominus. Non enim nudis conventionibus & titulis, ſed traditione rerum dominia acquirimus, *l. traditionibus.* 20. *C. d. pact.* Ideoque alteri vendendo & tradendo transfert dominium, & ſic rectè præfertur is, qui rei dominium per traditionem adeptus eſt, illi, qui perſonalem duntaxat habet actionem, quæ non ſequitur rei poſſeſſorem, Ant. Gomezius *var. reſol. tit. d. empt. vend. num.* 20. Publicæ venditionis rationem derivat Emericus à Rosbach. *d. loc.* non ex jure Canonico, verùm ex Civili, Quando, inquit, Eccleſiæ aliquid venditur, illa præfertur, etiamſi poſtea alteri quoque vendatur & tradatur, quia in Eccleſiam ſicut & in civitatem dominium ex ſolo titulo abſque traditione transfertur, *l. ult. C. d. SS. Eccl.* Covarruvias *libr. var. reſ.* 2. *c.* 19. Sic in beneficiis Eccleſiaſticis jure Canonico ſtatutum eſt, ut prima conceſſio ritè facta ſecundæ præferatur, licet poſtea alteri quoque conceſſio & traditio rei facta fuerit, *c. tibi qui. d. reſcript. in* 6. Rationem rationis ſubnectit Emericus à Rosbach *d. loc. num.* 12. quia in ſpiritualibus ex ſola conceſſione jus in re transferri ſolet. Sed eam non eſſe perpetuam ipſe videtur agnoſcere *num.* 13. in quo prima conceſſio Principum per viam peculiaris gratiæ vel privilegii facta poſteriori præfertur, quod & tunc dominium ſine traditione transferatur, *l. prædia. C. d. locat. præd. civil. libr.* 11. ut hic applicari poſſit illud Joan. Phil. Monſpel. *reſp.* 4. *num.* 33. de quo Lambertus Goris *adverſ. jur. ſubciſiv. tract.* 1. *c.* 1. *in annot.* Trado & tradere facti eſt & non juris, & ſimplicem tenutam (quam vocant) importat.

priùs res tradita fuerit, *l. quoties. & ibi gl. & Dd. communiter. C. d. R. V.*

TRANSACTIO de crimine capitali eſt illicita, *c.* 2. *X. d. colluſ. deteg.* Vid. Fontanellam *d. pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 10. *part.* 1. *num.* 81.

Ratio præfert jus Civile, quia ignoſcendum eſt ei, qui quovis modo ſanguinem ſuum redemptum voluit, *l.* 1. *ff. d. bon. eor. qui ant. &c.* Hinc apud Weſenbecium in *paratitl. ff. d. transact.* infamiâ notari non debet, qui extra & ante judicium ſuper famoſa actione paciſcitur (neque enim ad damnationem confeſſio extrajudicialis, qualis ex transactione ejuſmodi ſumitur, ſufficit) nec pro infami habendus, quia infamia tantùm damnatum ſequitur. Vel videri poteſt nulla ſubeſſe differentia. Sic enim verba *d. c.* 2. habent, Crimina ſemel audita Gregorius indiſcuſſa nullo modo prætcribat, etiamſi accuſatus cum accuſatore in gratiam rediiſſet: quæ de judiciis & accuſationibus jam inſtitutis intelligi poſſunt. 2. averruncat Pontifex culpæ ſuſpicionem, ne videatur crimina ſemel audita indiſcuſſa præterire. 3. innuit transactionem non earum eſſe virium, quibus officium magiſtratûs præcidatur. Ant. Matthæus in diſputatione, quam inſcripſit, *Jus Civile in paucis quibuſdam capitibus à Lege Dei, ab honeſtate & à ratione deflectis.* & inter diſputationes ſuas, *De fundamentis quibuſdam Juris aliter jactis, quàm vulgò jacta ſunt.* retulit, & eſt in ordine 12. *th.* 12. dicit, ſic delicta manere impunita, *th.* 13. 14. Sed reſondet Bochauſen *part.* 1. *peric.* 2. *q. Acad.* 14. aberrare eum cum Hotom. *qq. illuſtr.* 23. quando ita tranſigendo atrocia delicta tegi, impunitaque manere exiſtimat, nam etſi reus ſemel evaſerit, poteſt iterum perire, cum multis etiamnum modis ad pœnam perveniri poſſit, arg. §. 1. *I. d. public. jud. junct. d. l.* 3. Quamvis & hoc verum ſit veram & propriam hic nullam eſſe transactionem, ſiquidem crimina capitalia objectum transactionis non ſunt, arg. *l.* 7. §. 14. *d. pact.* Unde effectus hujus permiſſæ transactionis eſt, non ut liberetur reus pecuniam adverſario dans, ſed ei tantùm ignoſcatur, ne habeatur pro confeſſo, præſumaturque non conſcientiâ ſceleris, ſed potiùs gravitate periculi territus, ob dubium judicii eventum, pecuniam adverſario dediſſe.

Eſt licita, *l.* 18. *C. d. transact.*

TRANSACTIO de falſo eſt licita, quippe ex ſententia Innocentii in *c. novimus. X. d. V. S.* falſum homicidio gravius creditur, ut etiam Sacerdotes eo delicto rei Pontificum decretis ſtatim exauctorandi civilium Judicum criminali ſententiæ ſubjaceant. Vid. Alciatum *libr. paradox. 5. c. 9.*

Matthias Klok in *l. transſigere. C. d. transact. part. 4. c. 2.* ſic infit, Falſi crimen ex 2. L. noſtrę regula vel ex his verbis *citra falſi accuſationem* vel aliàs certè ſui naturâ excipi, quaſi de eo poſt ſuſceptam inter accuſatorem & reum cognitionem omnino trāſigere liceret, quamvis ſanguinis pœnam non ingerat; multi ſunt, qui exiſtimarunt, inter quos Goveanus, Connanus, Delrio, Weſenbecius, tot juris veneranda aſyla, quot nominavimus. Sed contra nihilo magis de falſo, quàm alio non ſanguinario publico quolibet crimine, tranſactionem ſive pactionem permiſſam eſſe; pugnant quoque Viri magni; laudatiſſimus Alciatus, ampliſſimus Briſſonius, acutiſſimus Hotomannus, elegantiſſimus Donellus, doctiſſimus Rævardus & excelſi ingenii juvenis Anton Faber. Suave ad oculos ſit videre tot inclytos duces & coryphæos juris committere, & ſolutæ quæſtionis in medio poſitum decus & coronam ardentiſſimo juxta atque pertinaciſſimo animo ſibi quemque certatim raptare. Et illi quidem, ſi tantùm noſtræ L. verbis niterentur, victoriam his conceſſerint. Sed alia ſunt, quæ martem incertum faciunt, nec in hunc usque diem, hanc vel in illam partem inclinare Fortuna aut rem dare viſa eſt. Ego libens alieni certaminis otioſus & ἀκίνδυνος adſtarem occultus ſpectator, ſed quia Solonis lex in tanta doctorum publica ſeditione alterius me eſſe partis capite cogit, malo me poſterioribus aggregare, quoquo diſcrimine. Hæc Klok, apud quem plura videri poſſunt, & quæ obſtare videntur, diluit Hunnius *d. loc.* an bene vid. Pacium ad *d. l. 18. in d. verb. citra falſi accuſationem.* Ego poſito caſu, nondum conceſſo tranſactionem de falſo non eſſe licitam, hoc tantum definio, num contrarium aſſerat jus Canonicum. Ante omnia monendum Matth. Klok vel non vidiſſe vel non eſſe aſſecutum Alciatum. Deinde in *d. c. novimus.* non quæritur, Transactio de crimine falſi licita ſit ſive non, ſed proponitur caſus, quo quis in crimine falſi deprehendebatur, quemadmodum, ſi fuerit Clericus, degradatio ſit in eo inſtituenda. Tandem ſi ex *d. c.* foret reſpondendum, Transactio de crimine falſi ſitne licita? reſponderem non eſſe licitam, quia ibidem eccleſia pro falſario debet efficaciter intercedere, ut ſecularis poteſtas circa eum citra mortis periculum ſententiam moderetur, ut in perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam ipſum includat, pane doloris & aquâ anguſtiæ ſuſtentandum, ut commiſſa defleat, & flenda ulteriùs non committat.

Transactio de falſo non eſt licita, Donellus ad *d. l. 18. C. d. transact. n. 12.* Gilken. *num. 63.* Caſpar Schiford. *libr. 2. tract. 21. q. 1.* Subſumit Hunnius *libr. d. transact. c. 3. exerc. 16.* luce meridianâ clariùs relucescere crimen falſi à regula de non ſanguinariis criminibus in *d. l. 18.* poſita non excipi, nec rationem etiam ullam eſſe, cur excipi debeat.

TRANSACTIO de infamia eſt illicita, quia transactio eſt actus extrajudicialis. Vid. differentiam, in qua *Transactio omnis eſt extrajudicialis.* in-

De ipſa infamia non quæritur an transſigamus; ſed an transſigamus de crimine, quod punitum infamia comitetur; ita ut infamia non conſideretur ſeorſim, verùm ut conſe-

Transactio de infamia eſt licita, *l. 15. ff. in princ. ad municip.* in quo durioribus pœnis affecti ignominiâ velut transacto negotio liberantur.

famia

ſamia autem omnis in judicio irrogatur, ſive irrogetur à lege, ſive à Judice, de qua duplici irrogatione agit Pacius *cent. 2. quæſt.* 20.

quens. Ad ipſam autem quæſtionem reſpondemus, Aut infamia eſt conſequens criminis capitalis, aut criminis non capitalis: priori caſu venit in transactionem, poſteriori non venit, quia nec de ipſo crimine non capitali, in quo tranſigentes ſanguinem ſuum non redimunt, tranſigere licet, *l.1.ff.d.bon.eor.qui ante ſent.lat.& c.l.ult.ff. d.prævaric.* Quoad loca juris Civilis, illa non refragantur. Ad *primum* reſpondetur vel ex *l.*229.230. *ff.d.V.S.* transactionem etiam eſſe latiorem, & non duntaxat eam, quâ quæritur, An de crimine capitali tranſigere liceat? Vel reſpondetur aliud eſt eſſe transactionem: aliud ſpeciem transactionis in ſe continere, ſic jusjurandum non quidem eſt transactio, ſpeciem tamen transactionis in ſe continet. Vel aliud eſt eſſe transactionem: aliud velut transactum eſſe negotium, quod arguit improprietatem ejus, de quo quæritur, etiamſi idem ſequatur effectus. Sic in *l.2.in princ.ff.d.tit.* non proponitur caſus, quo paterfamilias pro filio fidejubet, quoties tamen filiusfamilias voluntate patris decurio creatur, univerſis muneribus, quæ decurioni injunguntur, obſtrictus eſt pater quaſi fidejuſſor pro filio. Ad *ſecundum locum*, qui eſt *l.*8. §. *pen.* reſpondetur, Ibi famam & vitam non pari paſſu ambulare, ſed viris bonis iſtum metum majorem, quàm mortis eſſe debere. In *l.8.C.d.decurion.libr.*10. infamia eſt gravior amiſſione oculorum, non quia minus ſit amittere oculos propter delictum; ſed quia minùs eſt amittere oculos caſu. Etenim qui amittit oculos caſu, eo caſu non amittit decurionatum, verùm amiſſione famæ decurionatus amittitur. Ad *tertium*, qui eſt, *l.9.in princ.* reſpondetur. 1. Ibi agi de vita civili, quâ manumiſſus fit novus homo, *l.27. in fin.ff.d.adim. vel transf.leg.* 2. utcunque non agatur de vita civili, ſed de periculo vitæ naturalis, quo dominum ſervus liberaverit, non proponitur eadem juſta manumiſſionis cauſa, ſed gemina, quâ ſeu periculo vitæ ſeu infamiæ dominum ſervus libetarit, quæ utraque manumiſſioni ſit ſufficiens. 3. aliud eſt famam & vitam pari paſſu ambulare: aliud famam eſſe vitam. Vita hominis & ejus fama procedunt à pari, ita ut non minori curâ & ſtudio honor atque famæ integritas nobis, quàm vita ipſa cordi eſſe debeat, *l.reprehendenda.5.C.d.inſt.& ſubſt.* Tiraquellus *d. nobilit. c.*20. *num.* 63. Gail. 2.*obſ.*100. *num.*6. Otto Tabor in *theſaur. Jurispr. ex Auguſtini Barboſæ axiom. part.alt. libr.*19. *c.*31. *axiom.*3. 4. Hoc abſurdum inde ſequeretur, ſi fama eſſet vita, infamiam eſſe mortem. 5. quia vita eſt incerta, famam eſſe incertam. 6. ſi vitæ ſit decrepita, etiam famam annis minui. 7. ſi vita etiam longævi hominis non excedit centeſimum annum, *l.56. in fin.ff.d.Uſufr. l.fin.§.& nobis quidem.C.d.SS.Eccleſ.* nullam famam eſſe perpetuam, & ita periiſſe famam ejus, qui tot præclaras, tot in omne ævum valituras leges memoriæ poſteritatis inſcripſit. 8. Fama licet ſumatur pro vulgarium integritate, nec pro celebriori præ aliis eminentia; tamen eſt perpetua, quæ nullius accuſatione violata, non propriâ culpâ contaminata ſuam conſcientiam tuetur, vitamque innoxio cultu tranſigit.

Deinde fama & vita pari paſſu ambulant, *l.8.§.pen. ff. quod met. cauſ. l.9.in pr. ff. d. manum. vind.* de iis autem criminibus, quorum pœna eſt vitæ amiſſio, tranſigere licet, *l.*18. *C.d.transact.*

TRANSACTIO & pactum non differunt, *c.1.X. d.transact.* in quo poſt ſalubrem deciſionem de controverſia factam decernitur, ut ſola pacto-

Nec jure Canonico differre, pactū & transactionem diverſi tituli, qui agunt de pactis & transactionibus, indicant. Non o. *d.c.*1. quia vox pacti generalior ſub ſe continet quam-

Transactio & pactum differunt, quia pactum eſt gratuitum, transactio nullo dato, vel retento ſeu promiſſo non procedit, *l.38.C.d.transact.*

rum pagina ſolidum firmumq; robur obtineat.

vis conventionē : conventio autem quævis pactum à transactione non diſtinguit. 2. inde non ſequitur pactum eſſe transactionem, ſed transactioni ineſſe pactum, ita ut aliud ſit transactionem eſſe pactum, quod expreſſum transactioni opponitur : aliud eſt transactioni ineſſe pactum, quod tacitum ineſſe poteſt. 3. inde ſequitur pactum poſſe transactione eſſe poſterius, ita ut pactum transactionem ſequatur ; velut è contrario pactum transactione poteſt eſſe prius ; ſic transactum quis accipere poteſt, ſi pactum conventum fuerit factum, *l.2.d.tit.d.tranſact.*

Non o. verba initialia *l.18. C. eod.* nam à verbo, quod latius patet arg. *l.1. ff.d.pœn.* ad verbale, quod ſpeciem à ſpecie diſtinguit, nō argumentamur.

TRANSACTIO non eſt remedium Juris legitimum, *c.3. X. d. colluſ. deteg.*

Nulla eſt differentia. Aliud eſt transactio, aliud colluſio, quæ eſt inter actorem & reum latens & fraudulenta conventio. Non obſt. *d.c.3.* in quo talis facti ſpecies proponitur, Quidam Clerici ſuper beneficiis, quæ poſſident, ſe permittunt & ſuſtinent ab aliis moleſtari : & poſtmodum, ut quæſtioni cedant, & illi quietè poſſideant, quaſi nomine transactionis ſolvant aliis de ipſis beneficiis annuam penſionem, ut poſt mortem eorum in beneficiis illis, ſuper quibus facta eſt colluſio, jus ſibi valeant vindicare. Poſtquam autem hoc pervenit ad notitiam Papæ, mandat ille Epiſcopo Diœceſano, quatenus ſi conſtiterit ei, Clericos ſuæ jurisdictionis per colluſionem fraudem hujusmodi commiſiſſe, eos beneficiis illis, ſuper quibus colluſum eſt, non differat ſpoliare ; cum ſatis eſſet indignum, ſi fraus & dolus, quæ in præjudicium ſui juris & aliorum nituntur committere, in eorum incommodum & jacturam non redundarent.

Transactio eſt remedium Juris legitimum, *t.t.ff.& C.d.tranſact.*

TRANSACTIO omnis eſt extrajudicialis, quia ubi litis conteſtatio conſiſtit, transactio juxtim conſiſtere non poteſt, *t.t.X.d.transact.* Nec o. quòd etiam aſſenſus ſuperioris aut Capituli accedere poſſit, aut interdum accedere debeat; quia ille aſſenſus, qui actibus etiam extrajudicialibus adhibetur, actū judicialem non facit.

Transactio omnis eſt extrajudicialis, quia qui tranſigit, quaſi de re dubia & lite incerta, neque finita tranſigit, *l.1.d.Transact.* Quomodo autem res, de qua tranſigitur, poſſet eſſe dubia : quomodo lis incerta : quomodo non finita, quam finiret Judex judicio ſuo? Quemadmodum in *l.7.§.8.in fin.ff.d.A.R.D.* is, qui ſpicas excutit, ſpeciem, quæ ante latebat, detegit ; ita Judex certitudinem ejus, de quo ante judicium tranſigi poterat, quaſi de re dubia, judicio ſuo detegit. Non obſtat *d.l.1.* §.1. Nam transactionis ſolennitas non eſt in præſentia Judicis ; ſed transactionis antecedens, quoniam tabularum apertura & publicatio non poterat inſtitui, niſi Judex eſſet præſens, coram quo inſtitueretur. Hac autem aperturâ & publicatione jam inſtitutâ inſpiciuntur verba teſtamenti, quibus inſpectis transactio ſequitur.

Transactio eſt vel extrajudicialis, vel judicialis, *l.1.§.1.ff.Teſtam. quemadm.aperiant.* in quo ſine Judice tranſigi non poteſt, ſed apud eum veritas exquiri debet.

TRANSACTIO reſcindi non poteſt, *c.1. X. d. tranſact.* in quo ſola pa-

Huic differentiæ viam fecit Alciatus *libr. parados.5.c.11.* ubi quærit, An transactio in accu-

Reſcindi poteſt, arg. *l.3. ff. d. tranſact.* in qua tranactio privata nec lædit

ctorum

ctorum habitorum pagina validū perpetuumque robur obtineat.

jus cœterorum, nec magiſtratûs authoritatem tollit. Vid. differentiam, in qua *Tranſactio de crimine capitali eſt illicita.*

ſatione criminali, cum fieri licitè potuit, judiciario proceſſui finem imponat? & imponere Bartolus aliique reſponderunt. Nam ſi ubi tranſactum foret, Judici extra ordinem inquirere permitteretur, nihil certè à legibus, quæ tranſactiones eo caſu concedunt, juvaremur, cum etiam, quod quiſquam paciſceretur, non tamen ſanguinem ſuum redemiſſe dici poſſet. Et quamvis publicè interſit nocentes puniri & gravi atque bono Præſidi conveniat in eos inquirere: de inquiſitione generaliter facta intelligendum eſt: nam alioqui ſimul pugnantia facere præſes videretur: ſiquidem ab accuſatore, qui tranſegit, ex Turpilliano SCto quinque libras auri exigere poteſt, quæ mulcta his indicitur, qui ab accuſatione deſiſtunt; quod ut plurimùm fit deficientium probationum metu, unde eas accipiens videtur fateri accuſatorem prævaricatum, & accuſatus in dubio inſons præſumitur: ſi igitur inquirat, de rei noxia adhuc agit. In contrariam tamen ſententiam ivere Fulg. Riminaldus, & quidam alii, hujuſque diſputationis ſumma ex Conſtantini Imperatoris conſtitutione dependet. Si accuſator, inquit, per deceptionem vel pecuniis à reo corruptus ad poſtulandam abolitionem venit, redemptæ miſerationis vox minimè admittatur, ſed adversùs nocentem reum inquiſitione factâ, pœna competens ingeratur. Quæ verba Bartolus ſolùm procedere intellexit, cum tranſactum eſt in illis caſibus, in quibus jure tranſigi non poteſt, videlicet cum de pœna ſanguinis non tractatur. Sed hoc ſubtiliter illi reprobant: quoniam in illis caſibus tranſigens pro confeſſo habetur, adversùs quem inquiſitio locum non habet, niſi modica quædam inveſtigatio, an delictum factum ſit, & tamen inquiri lex jubet. Quid affirmandum, Bartoli me plurimùm & authoritas & ratio movet, tum quòd & ejus ſententia humanior eſt. Novo itaque intellectu accipiendam eſſe Conſtantineam ſanctionem putaverim: dum enim in ea ſcriptum eſt, ſi accuſator à reo pecuniâ corruptus deſiſtat, vocem redemptæ miſerationis non admittendam, ita intelligendum eſt, ut ipſi accuſatori abolitio non concedatur, ſed adversùs eum, qui, quoniam deſtitit ab accuſatione, factus eſt reus, inquiſitione factâ pœna competens ingeratur, quæ eſt, ut ſi deſtitit ab accuſatione, quæ pactionem recipiebat, quinque auri libris ex Turpilliano puniatur, alioquin pœnâ talionis: & hoc ſenſu nihil de ipſo primi criminis reo in conſtitutione dicitur: nam & ſolùm de accuſatore eam loqui is judicaturus eſt, qui totam legerit. Et hæc quidem Bartoli opinio defendi poteſt, tametſi non ſine ſcrupuloſitate, & (quod vulgo dicitur) non citra pulverem. Huc-uſque Alciatus. Non equidem circa hanc deciſionem oracula fundam. Sed mihi ſat erit tres propoſuiſſe quæſtiones. 1. *An utraque pars conſenſu mutuo à tranſactione recedere ac pœnitere poſſit?* 2. *An altera pars alterâ invitâ ab eadem recedat?* 3. *An tranſactio privata magiſtratus authoritatem tollat?* Ad 1. reſpondet Hunnius *libr. d. tranſact. c. 5. exerc. 1.* præeuntibus Donello, Hotomanno, Petr. Gilkenio in *l. 14. C. d. tranſact.* nihil tam naturale eſſe, quàm unumquodque eo modo diſſolvi, quo eſt colligatum & contractum, *l. nihil tam. d. R. J.* At tranſactio mutuo contrahitur conſenſu. Quocirca mutuo etiam utriusque conſenſu iterum diſſolvi poteſt. 2. In *d. l. 14. C. d. tranſact.* haud obſcurè ſignificant Imperatores Diocletianus & Maximianus voluntate utriusque à tranſactione perfecta diſcedi, cauſamque ex integro agi poſſe: Si diverſa, inquiunt, pars contra placitum agere nititur, æquitatis ratio ſuadet, refusâ pecuniâ, ſi & tu hoc deſideras, cauſam ex integro agi. 3. Accedit, quòd æquiſſimum ſit pactum noviſſimum ſervari, *l. pacta noviſſima. C. d. pact.* Atqui pactum hoc, quo placuit à tranſactione diſcedi, eſt noviſſimum. Igitur hoc ſervari debet. 4. Inſuper omne pactum pacto poſteriori contrario diſſolvitur, *l. 27. §. pactus. ff. d. pact.* *Nonobſt.* huic ſententiæ. Quod pactum juri publico ac publicæ utilitati contrarium ſervari non debeat, *l. 38. & l. 7. §. ſi paciſcar. ff. d. pact.* Pactum verò de tranſactione reſcindenda ac reſolvenda pugnet cum utilitate publica: cum reip. interſit lites finiri,

minui ac ſopiri; nec ſemel finitas ac ſopitas reſuſcitari. Nullus ſiquidem litium finis foret, ſi à tranſactionibus bonâ fide interpoſitis diſcedere liceret, *l.10.C.d.tranſact.* Reſpondet Hunnius, Quæ pacta primò ac principaliter ad jus publicum læſionemque publicam ſpectant, ea ſervari non debent: quæ verò principaliter rem cujuſque privatam ac familiarem concernunt, quamvis conſequenter ad jus etiam publicum & publicam læſionem pertineant, rata ſervari debent. Sic Reipubl. intereſt dotes mulierum eſſe ſalvas, propter quas nubere poſſint, *l.2.ff.d.jur.dot.* publicèque intereſt dotes mulieribus conſervari, cum dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandam replendamque liberis civitatem maximè ſit neceſſarium, *l.1.ff. ſolut.matrim.* Et tamen dubium planè nullum, quin de dote mulier paciſci queat, quia dos primò ac principaliter ad utilitatem privatam mulierum, conſequenter ſolùm ad publicum ſpectat commodum. Pari itaque modo etſi tranſactio, quatenus lites ac controverſias minuit ac decidit, ad publicam ſpectare videatur utilitatem; primò tamen ad privatorum tranſigentium commodum & intereſſe pertinet; atque ideo de ea quoque reſolvenda paciſci permittitur. Hinc eleganter Ulp. *Si paciſcar, ne operis novi nunciationem exequar: quidam putant non valere pactionem, quaſi in ea re Prætoris imperium verſetur: Labeo autem diſtinguit, ut ſi ex re familiari operis novi nunciatio ſit facta, liceat paciſci: ſi de re publica, non liceat, quæ diſtinctio vera eſt. Et in cæteris igitur omnibus ad edictum Prætoris pertinentibus, quæ non ad publicam læſionem, ſed ad rem familiarem reſpiciunt, paciſci licet.* Simpliciter reſpondere potuiſſet Hunnius, Actum ſuccedere invitis eis, qui ante egerunt, hoc pugnat cum utilitate publica, ſed ſi idem ſuccedat iis volentibus, hoc conſervat utilitatem publicam. Hæc quoad primam quæſtionem. Ad ſecundam reſpondent *d.l.10. l.16.C.h.t.* in qua cauſas vel lites tranſactionibus legitimis finitas Imperiali reſcripto reſuſcitari non oportet, nec ſub prætextu inſtrumenti poſt reperti: aut ſi quis ex partibus magis ſuis, quàm eorum, contra quos preces fundit, dolum interceſſiſſe confiteatur, *l.19. 29. 30. C. eod.* Quæ autem ſit pœna recedentis, ſi tranſactionem invocato Dei Omnipotentis nomine ſolidaverit, habet *l.41. C.d.t.* Ad tertiam quæſtionem reſponderi poteſt & in anteceſſum & directò. In anteceſſum, Quòd cuilibet ſanguinem ſuum redimere liceat, in quo Klokio ad *d.l.18. part.1.c.2.* ſua placet ratio, Quid enim ſi unus tantùm accuſator criminis conſcius? certè unius ſaltem denunciatione & teſtimonio, quamvis vero, aliquem affligere peſſimi publici eſſe ajebat apud Valerium M. *libr.4. c.1.* Scævola. Inardeſcere igitur & flagrare in publicum, atque in plurimorum & ore & oculis & conſcientia Rei crimen eſſe ſapientes Principes maluerunt. Ne quamvis permiſſis tranſactionibus & pactionibus (dum uno accuſatore empto ſubinde ſe alius ſuccenturiat & in criminis executionem offert) publicam quæſtionem eludere, vel publicæ diſciplinæ vigorem facilè extinguere poſſit: ſed nocens pluribus odiis, delationibus, indiciis & teſtimoniis circumventus ac preſſus eò juſtiùs concideret. Directò ſic reſponderi poteſt, Quanquam cuilibet ſanguinem ſuum redimere liceat, tranſactio tamen privata magiſtratus authoritatem non tollit: idque fit manifeſtum ex tribus effectibus, quos Pacius ad *d.l.18.* huic redemptioni tribuit. Primus eſt, ut reus habeat exceptionem conventionis, ſi poſtea repetatur ab eodem accuſatore. Alter effectus eſt, ut propter hanc tranſactionem neque accuſator neque reus incurrant infamiam, vel ullam aliam pœnam patiantur. Tertius effectus, ut hæc conventio obſtet huic ſoli accuſatori, qui pactus eſt vel tranſegit, non etiam aliis. Qui tertius effectus cum primo convenit. *Non obſtat*, quòd ex opinione Alciati tranſactio judiciario proceſſui finem imponat. Hoc enim admitti poteſt in relatione rei ad actorem, & actoris ad reum: non tamen adeò, quod voluit quidem Alciatus, finem imponit, quin Judici extra ordinem inquirere permittatur. Quia conſtat ex quolibet delicto non tantùm offendi eum, qui læditur, ſed & rempublicam, cujus honeſtiſſimæ leges violantur: imò quia etiam nullâ lege latâ in Deum Opt.Max.& naturam peccatur: & primæ tabulæ perinde ut ſecundæ defenſor eſt magiſtratus: neque inter Chriſtianos Imperatores & Principes valet impia Tiberii vox, *Deorum injurias Diis curæ eſſe:* eamque duplicem offenſionis ſpeciem in Legibus noſtris ex-

preſſam

Digitized by Google

-preſſam habemus, ut vid. partim utilitas privatorum, partim vigor diſciplinæ vindictam exigat, *l.9.§.5.ff.d.publican. & vectig. l.jurisgentium.§.ſi paciſcar.d.pact.* Ideo rectè ab Interpretibus noſtris ad *d.l.18.* annotatum eſt per transactionem privatam in capitalibus delictis permiſſam non præjudicari vindictæ publicæ: quò minus Judex deinceps contra reum procedat. Proinde legem Hiſpanicam generaliter permittentem transactionem ſalvo jure fiſci & reipublicæ interpretatur Gomezius *d.homicid.num.56.* Et expreſſum eſt idem clariſſimè conſtitutione Provinciali Electoris Saxoniæ cauſas criminales pœnam mortis importantes civiles effici non poſſe. Cui conſequens eſt ita pleniſſimè expiari crimen mortale, ſi utrique parti læſæ, privatæ & Reipublicæ, ſatisfiat. Pluralitas enim habituum requirit pluralitatem privationum, Caſtrenſ. in *l.de pupillo.§.ſi pluribus.d.O.N.N.* Heigius *part.poſt.quæſtion. tam jur. Civ. quàm Saxon. q.24. num.5. & ſeqq.* *Non obſtat*, quòd eo modo transactionibus non juvemur. Reſpondeo, nos transactione juvari, quanquam non omnino liberemur: *Non obſtat*, quòd Præſidi concedatur tantùm inquiſitio generalis. Reſpondeo 1. Inquiſitionem generalem tranſire in ſpecialem. Ubicunque, quod obſervat Cardin. Tuſchus *lit.1.concl.181.num.2.* conſtat de delicto, ſed ignoratur perſona delinquens, Judex procedit ad inquiſitionem generalem ſuper maleficio, ut inveniat perſonam delinquentem, & ſi teſtes ſuper inquiſitione generali nominent aliquem, habito hoc judicio vocatur ille ad ſe defendendum & inquiritur. Vid. Jul. Clarum in *prax.crim.q.5.num.4.ver.bene verum eſt.q.50.num.4.ver. item quia.* Reſpondeo. 1. Inquiſitio poteſt eſſe generalis in perſona interrogantis: fieri ſpecialis in perſona interrogati. Ita idem Clarus *d.loc.q.6.in princ.ver.ſed certè.* Judex generaliter interrogat de delinquente, & ſi interrogati dicant ſe neſcire, interrogat generaliter de diffamatione aliqua, & ſi aliquid deponant contra aliquem, citat eum vel capi facit. Imò ſi teſtes ſuper generali inquiſitione aliquid deponerent contra tertium delinquentem, poſſet ille capi & citari absque ſpeciali inquiſitione. Vid. differentiam. in qua *Inquiſitio delicti facta &c.* *Non obſtat* SC. Turpillianum, quod agit de iis, qui citra transactionis beneficium ab accuſatione deſiſtunt. *Non obſtat* Conſtitutio Conſtantini, quam non ſine ſcrupuloſitate & citra pulverem defendi poſſe fatetur Alciatus. Nam ſi ipſam conſtitutionem, quæ habetur in *l.2.C.d.abolit.* inſpiciamus, accipienda eſt juxta Hunnium *libr.d transact.c.3.exerc.2.* de criminibus publicis pœnam ſanguinis non ingerentibus. Non obſtante eo, quòd illic in reum inquiſitio nihilominus inſtituatur, adeóque pro convicto non habeatur; cum tamen reus de crimine non capitali tranſigens pro confeſſo atque convicto haberi debeat, *l.ejus qui delatorem.ff.d.jur.fiſc.* adeòque in illum nullà ampliùs inquiſitione ſit opus. Nam etſi reus delatorem ſuum corrumpens pro confeſſo & convicto habeatur, inquiſitio tamen modica inſtitui & de crimine cognoſci & pronunciari debet, uti ex *d.l.* liquidò conſtat.

TRANSACTIO ſi fiat nomine urbis vel civitatis, comprehenduntur etiam Suburbia, cum incolæ ſuburbiorum æquè ſint cives, *c.ſtatutum.d.reſcript.in 6.*

Non comprehenduntur Suburbia, quia transactio eſt ſtricti juris, *l.8.§.12.ff.d.Transact.*

Benedictus Carpzovius *deciſ.illuſtr.Saxon.* 2. hoc dubium ſic determinat. In oppido Crimmitzſchau inter adminiſtratores Gazophylacii, ſive Eleemoſynarum ſacrarum, & Magiſtratum oppidanum transactum fuerat, ut in caſu non exiſtentium Agnatorum & Cognatorum, res expeditoriæ atque Gerada civium defunctorum, non Magiſtratui, ſed ſacris Eleemoſynis cederent; Dubitatum hinc fuit, an transactio hæc ad ſuburbia eſſet extendenda, ita ut incolis in ſuburbiis oppidi Crimmitzſchau defunctis, haut relictis Agnatis vel Cognatis, adminiſtratores Eleemoſynarum, geradam ſeu res expeditorias jure queant vindicare? *Non equidem* deciſio hujus dubii videtur expedita, poſtquam 1. juris ambigui haud eſt, quòd Ruſticani appellentur extra muros habitantes *l.1.C.ne ruſticani ad ullum obſequium devocentur lib.11.* & agricolæ, qui nati ſunt

extra

extra Civitatem, *l.1.C.d.agricol.& cenſit.* Ex quo igitur transactio verbis diſertis loquitur de civibus, fieri haud poteſt, ut ruſticani extra oppidum habitantes ſub illa cenſeantur comprehenſi. 2. Idque eò minùs, quia transactio ſtricte eſt interpretanda, *l.qui cum tutoribus ff.de transact.* Decius *conſil.379.n.4.* Jac. Men. *lib.9.conſil.845.n.45.* Andr. Tiraquell. *d.legib.connub.Gloſſ.7. n.91.verſ. quæ quidem loquitur &c.* Alexand. *in l.1.n.43.verſ. & per hoc patet.ff.d.offic.ejus,cui mandat.* Jaſon *ibid.n.39. verſ.ſecundò moveor in contract.* præſertim ſi per eam a jure communi recedatur; Eſt namque omnis receſſus à jure communi odioſus & ſtrictæ opinionis, Bald *in l.non ſolùm col.ult.verſ.ſed in contrarium. C.d.bon.quæ liber.* Tiraquell. *in tract.de utroque retract.in præfat.fol.19.n 52.* Joh. Vincent. Honded. *lib.1.conſil.110.n.33.* Meichsner. *tom.5.deciſ.Camer.20.n.17.& n.40.* Regner. Sixtin. *vol.2. Conſil.Marpurg.9.n.88.& ſeqq.* Quis vero negare auſit, per transactionem in caſu præſenti à jure communi fuiſſe receſſum, cum de jure Saxonico gerada, & res expeditoriæ in caſu, quo Vir aut mulier moritur, non relictis hæredibus harum rerum legitimis, judici deferantur in recompenſationem ſumtuum, quos facere neceſſe habet in executione criminali, & ad erectionem furcarum, aliorumque ſignorum jurisdictionalium, Landr. *lib.r.1 artic.28.ibi* **Was ſolches Dinges Erblos ſtirbet/ als Heergereth/ Erb/ oder Gerade/ das ſoll man antworten dem Richter ꝛc. Weichbild** *art.59.* Schuner *d.ſucceſ.ab inteſt.tit.18.n.1.& 2.* Andr. Goldb. *de gerada cap 5.ſub tit.de tertio ordine ſucced.n.1.* 3. Cumq; Urbs, vel civitas dicatur, quæ foſſis vel muris eſt vallata, *l.urbis.2.ff.de V.S.l.pupillus.239. §.urbs.6.ff.eod.tit.* ſeu multitudo hominum habens Epiſcopum, & foſſis vel muris munita, ſecundum Odof. *in dict. l.urbis.2.* Albert. à Roſate *d. Statut. lib 1. quæſt.177.n.1.* non utique Suburbia nomine Civitatis notata videntur, quin potiùs, quod intra civitatem non eſt dicitur eſſe ſuburbanum, vel ruſticum, *l.lex quæ tutores.22.C.de adminiſtr.tutor. l.ſi prædium.16.C.de præd.minor.* Alber. à Roſate *dict.loc.num.7.* Deciſum nihilominus fuit in Scabinatu Electorali contrarium, Incolas nempe in ſuburbiis habitantes, transactione iſtâ æquè contineri, adeòque ſi contingat Virum, aut mulierem non relictis Agnatis, aut Cognatis mori, Res expeditorias, atque Geradam non magiſtratui, ſed Gazophylacio, & ſacris Eleemoſynis vigore transactionis cedere. Hujus deciſi firmamentum pono clariſſimum & inconcuſſum, 1. in duplici acceptione civitatis vel Urbis; prout vel materialiter, vel formaliter conſideratur; Materialiter, & in ſpecialiori ſignificatu, Civitas locum, ædificia & ſtructuram notat. *l.21.ff.quibus mod.uſufr.vel uſus amittitur*; Hinc interdictâ Civitate, ipſum locum, non ejus Cives aut habitatores interdictos nonnulli concludunt, Covarr. *tom.1.relect.c.alma mater.part.2.§.1.de interdict.n.8.* atque ita muri Urbis vel Civitatis ſunt termini, iisdemque ipſa finitur, *l.ut Alphenus.87. l.collegarum.173.§.1.ff.d.verb.ſignific.* Joh. Gœdd. *ad l.1.n.4.ff.eod.tit.* Formaliter autem Civitas ordinationem & jus ſignificat, quod cives habent, Herm. Kirchn. *de Republ. diſp.7.th.1.lit.a.* Joh. Limn. *d.jur.publ.lib.7.cap.1.n.12.* unde Civitas dicitur multorum hominum collectio honeſta ad ſimul habitandum, Alber. à Roſate *dict.quæſt.177.n.1.* quo intuitu incolæ in ſuburbiis, pariter & intra muros habitantes in Civitate commorantur, cum ordinationi ac juri Magiſtratûs ſint ſubjecti, prout in aprico eſt. Si jam quæſiveris, quo in ſignificatu Civitatis, vel oppidi, verba transactionis ſint accipienda, vix quisquam inficias ibit, ad formalitatem Civitatis tranſigentes reſpexiſſe, & de incolis Magiſtratui ſubjectis, adeòque etiam in ſuburbiis habitantes ſenſiſſe, quam explicationem notatio Civium & incolarum in transactione luculenter ſuppeditabat. 2. *Ex jam* dictis etiam pateſcit, quod de civitate diſponitur, de ſuburbiis æquè & de ædificiis continentibus extra muros diſpoſitum cenſeri. Hocque ipſum eſt, quod Romæ appellatio ſe extendit ad ſuburbia, vicos, pagos & prædia cohærentia, vel quousque ſe Orbis Romanus extendit, *arg.l.1.ff.d.offic præf. urb.l.Roma.33.ff.ad municip.l.in orbe.ff.de ſtat.hom.* Et Romæ dicitur fieri non tantùm quod intra muros, ſed etiam extra muros fit intra continentia. *l.2.l.ut Alphenus.l.pupillus.§.urbs.ff.de verb.ſignificat.l.1.§.apud Labeonem.*

Digitized by Google

beonem.20.ff.d.aquâ & aq. pluv. arc. Intra continentia autem fit, quod extra urbẽ in ſuburbiis, locis, ædificiisque urbi connexis, & quaſi cohærentibus, *dict.l.1.§.apud Labeonem. l. notionem.99.§.1.ff. d. Verb.ſignif.* etiamſi lata intercedat via, *l.Titius.45.§. Romæ.3.ff.d. excuſat.tutor. dict. l.1.§.apud Labeonem.* Bald. *in cap.Rudolphus.n.8.extr.d.reſcript.* Gœdd. *ad dict.l.2.n.15.ff. d. verb.ſignif.* Hinc etiam teſtator, qui legat omnem penum, quam Romæ habet, non tantùm, quam intra muros, ſed & quam in horreis, villis, ædificiis continentibus, itemque hortis habet, legaſſe cenſetur, *l.4.§.ſi ita.ff.d.pen.legat. l.cui, quæ. 84.ff.de legat.3.* Quibus conſequitur, transactionem de oppido Crimmitzſchau factam ad ejusdem quoque ſuburbia extendendam fore. 3. *Porrò ſi* textus juris pro confirmatione hujus deciſi petas, neutiquam effata JCtorum deficiunt; Ob oculos enim ponimus *dict. l.ut Alphenus.87.ff.d verb.ſignif.* cui Roma eſt etiam, quâ continentia ædificia eſſent, nam Romam non muro tenus exiſtimari, ex conſuetudine cottidianâ poſſe intelligi, cum diceremus, Romam nos ire, etiamſi extra urbem habitaremus. Cui adſentitur Pomponius JCtus *in dict. l.pupillus.239. §.2.ff.eod.tit.ibi*: Nec tantùm hi, qui in oppido morantur, incolæ ſunt: Sed etiam, qui in alicujus Oppidi finibus ita agrum habent, ut in eum ſe quaſi in aliquam ſedem recipiant. Inferre hinc licet, Civitatis & Civium vocabulo ſuburbia pariter, incolasque in iis habitantes contineri, ut propterea vigorem transactionis eò ſe extendere dubitandum ulteriùs haud ſit. 4. *Cumque* incolæ ſuburbiorum non minùs ſint Cives, quàm incolæ intra muros habitantes, ut jam demonſtravimus *ex dict.l.pupillus.239.§.2.ff. d. verb.ſignif.l.ult.C.d.teſtam.cap.ſtatutum.extr. de reſcript.in ſexto.* Alber. a Roſate *de ſtatut.lib.2.quæſt.177.n.15.* quin & Magiſtratui oppidano ſubjecti iisdem gaudeant privilegiis & beneficiis Civium, nec non eadem onera ſuſtineant, Alber. à Roſate *dict.loc.* Conſules itemque Senatores, ædiles, decuriones non minùs ex ſuburbiis creentur, quàm ex ipſa urbe, vel oppido, *arg.l.qui ex vico.30.ff.ad municip.* Forn. *ad l.2.ff.d.verb ſignif.& ibidem.* Joh. Gœdd. *n.22.* haud certè animadvertere poſſum, quâ ex ratione in ſuburbiis commorantes transactione de jure & ſucceſſione Civium initâ eximantur, cum pares pari jure utantur & obſtringantur, *arg.cap.inter corporalia.2.verſ. Sicut ergo Epiſcoporum.extr.de translat. Epiſc.l.ſi Reus.13.ff. d. duob.reis.* Nicol. Vigel. *in dialect.jur.lib.2. loco à comparatis. verſ.1.* Daniel Otto *in dial. jur. lib.1. cap.16.* Facilè hinc refelluntur rationes in contrarium poſitæ. Ad 1. enim *Reſpond.* Ruſticos vel Ruſticanos appellari habitantes extra muros, ſi longè à Civitate, vel oppido, in villâ forſan commorentur, non etiam in ſuburbiis, & ædificiis continentibus, *tum*, quòd in villa, vico, vel caſtro habitans appellitetur ruſticus, *l.ſervis urbanis.99.ff. d.legat.3.l.ult.C. de Teſtam.l.1.C.ut nemo ad ſuum patrocin. lib.11.* Alber. à Roſate *dict. quæſt.177. num.17. tum*, quia incolæ ſuburbiorum ſunt Cives æquè ac ſi intra muros habitarent. Nec ſanâ ratione **Bauern** / ſed **Vorſtädter/Kleinſtädter** vocantur, ex conſuetudine loquendi & more harum regionum, qui hoc in caſu maximè attendi debet, Alber. à Roſate *dict. loc.n.20.* Ex quo etiam corruit 2. argumentum à ſtricta transactionis interpretatione deſumptum. *Reſp.* Non enim ſtricta eſt explicatio, neque extenſio, quæ fit ex more loquendi, & causâ verè rationabili ac ſufficiente, quæ magis, quàm verba ipſa, venit ponderanda, quia eſt anima verborum, quæ ſunt inſtar corporis, Nic. Everhard. *conſil.9. n.15.verſ.ratio enim legis.* Dec. *conſil.70.n.1.col.2. verſ. cauſam enim verborum.* Bald. *in c.canonum.1.n.43.verſ.quia mens legis.extr.d.conſtit.* Denique non obſtat 3. quòd civitas dicatur foſſis & muris vallata, *l.urbis.2.l.pupillus.239.§.urbs.6.ff.d.verb.ſignif.* Reſpond. Verum namque hoc eſt, ſi civitatem materialiter conſideraveris, Formalitas verò, quam heic attendendam diximus, ordinationem potiùs ac jura civitatis, quàm ſtructuram & ædificia denotat, prout latiùs à nobis deductum in fundamento hujus deciſi primo.

TRANSACTIO ſuper re certa fieri poteſt, *c.ſta-*

Si ſtatuenda foret differentia, faciliùs in jure Civili rei certæ

Qui transigit, quaſi de re dubia, & lite incertâ neq;

tuimus.2. X. h.t.d. transact. In quo ſi ſuper decimis de aſſenſu Epiſcopi vel Archiepiſcopi compoſitio facta fuerit, rata & inconcuſſa conſiſtat. Facit & *c. ſuper eo.7. X. eod.* in quo non eſt transactio ſuper re litigioſa, adeò ut neceſſum ſit ſemper rem illam, ſuper qua tranſigitur, eſſe certam.

finita tráſigit, *l.1.ff.eod.* in qua diſtinguitur transactio à pacto remiſſorio, quod eſt ejus, qui donationis causâ rem certam & indubitatam liberalitate remittit.

transactio deprehenderetur. Sic enim in *l. 31.C.eod.* proponitur pactum de re certa transactionis interpoſitum. Sed reſpondetur ſub illa phraſi tranſigere de re certa latere amphiboliam: nam res certa dicitur vel illa, de cujus veritate conſtat: vel illa, quæ eſt aliquid, & opponitur ei, quod non eſt, & abſurdum fuerit ſuper eo, quod non eſt, fieri transactionem, quum non entis nullæ ſunt qualitates, *l.ejus, qui in provincia.41. verſ. quoniam. ff. ſi cert. pet.l.4.§ condemnatum.6.ff.d.re jud. l.2.d.Uſufr.l.Pompon.13. §.fin.d.A.vel A.P. l.ſi ſervum.4.§. fin.ff.d.act.empt. l.nec ullam.13.§.ſi quis abſentis.12.ff.d.petit. hæred. l.1.ff.d.hæred.vel act. vend.c. bonæ. d. elect. c.ad diſſolvendum.* 13. *d. deſponſ. imp.* Barboſ. *libr.12.c.15.axiom.2.* Non obſtat *d.c.ſtatuimus.* in quo non tam urgetur transactionis objectum, circa cujus jus, quantitatem, ſenſa ambigua ſubdubitari poteſt, quàm quæ huic ſuper decimis transactioni adhiberi debeat ſolennitas. Sic in *l.8.in pr.ff.eod.* præſuppoſito transactionis objecto quæritur, quæ nam ſuper definienda alimentorum quantitate, de qua nondum conſtabat, adhibeatur ſolennitas, & reſpondetur, Cum hi, quibus alimenta relicta erant, facilè tranſigerent, contenti modico præſenti, D. Marcus oratione in Senatu recitatâ effecit, ne aliter alimentorum transactio rata eſſet, quàm ſi authore Prætore facta. Non obſtat *d.c.ſuper eo.* quod non ſimpliciter agit de re litigioſa, ſed de ea, quæ ſacra fuerit, quia res ſacra dato aliquo vel retento vel promiſſo ut poſſideatur, ſpeciem continet ſimoniæ. Si verò gratis & amicabiliter fiat compoſitio inter litigantes, non obviat ſacris canonibus. *Non obſtat* quod in ſpiritualibus non habeat locum transactio. Reſp. gl. *ad d.c.lit f.* diſtinguendo, an Eccleſia veniat ut proprietas, an ut beneficium. Vid. Hunnium *libr.d.transact. c.3. exerc.1.* ubi, An transactio de re tantùm dubia & lite incerta fiat, an verò de re quoque certa & indubitata procedat? Interpretum ſenſa excutit.

TRANSIGENTES ad transactionem cogi poſſunt, *c.ult.X.d.reſcript.*

Cogi non poſſunt, cum hęc res eò tendat, ut quis invitus juri ſuo cedat. Quod iniquum, unde & meritò id prohibitum Judici, *Nov.124. c.fin.* in qua referendarii aut adjutores eorum nullam habent licentiam vel per ſe, aut per aliam quamcunq; perſonam cogere transactiones.

Quamvis rectè faciat Judex, ſi annitatur componere partes, præcipuè ubi ſcandali occaſio ſubeſt. Zœſius ad *tit. Decretal. X. d. Treug. & pac. num.3.* ad hanc tamen compoſitionem cogere non poteſt. Niſi lis intricata ſit, ut aliter expediri nequeat: & ita paſſim tradunt Doctores, Abb. in *rubr.d.tit. & c. cum pridem. num.6. X. d.pact.* Felin. ad *d.rubr.* Jaſon ad *l. quidam.21. num.4. ff. ſi cert. pet.* *Non obſt.* ne videatur & hic eſſe inter utrumque jus differentia, *d. c. ult. X.d.reſcript.* quod non agit de coactione licita, ſed illicitâ: non de coactione directa, ſed obliqua: non de coactione apertâ, ſed ſubdolâ. Agit enim de nonnullis, qui diverſis modis literis Apoſtolicis abutuntur, ut, quos volunt, fatigent indebitè per eaſdem: quique literas ipſas ad futuras trahunt controverſias, quæ nondum fuerant tempore impetrationis exortæ: aut qui malitioſè plures perſonales actiones, quæ ſub uno Judice tractari poſſent commodiùs, per varias

per varias literas coram diverſis Judicibus trahunt, ut is, cum quo agunt, laboribus fatigatus & ſumptibus vel compellatur componere, vel cedere juri ſuo.

TRANSIGI non poteſt de dubia ſtatûs quæſtione, ut eſt cauſa monaſtici ſtatûs, ne religionem ingreſſus ad monaſterium ſeu ſtatum monaſticum ampliùs reverti cogatur, propterea quòd cauſa hæc ſpiritualis ſit, & ideo pecunia dari citra Simoniaci ambitûs vitium non poſſit, *c. ſuper eo. 7. X. d. Tranſact. c. ult. X. d. Simon.*

Subſumit Hunnius *vol. ad Trentl. 1. diſput. 7. theſ. 4. quæſt. 28.* veriorem eſſe opinionem affirmantium, quòd ſuper ſtatûs monaſtici cauſa licitè tranſigi queat; non obſtante ſuperiore ratione, ſiquidem ea concluderet, ſi tranſactio fieret de cauſa certa, atque hoc ageretur, ut qui revera monachus eſt & habitum religionis ſemel aſſumpſit, ad ſtatum iſtū non revertatur: at nos hic de dubia ſtatûs monaſtici quæſtione tractamus, atque ſuper ea tranſactionem licitam eſſe aſſerimus: verſamur proinde in eo caſu, quo adhuc incertum eſt, utrùm ſit monachus an verò non. Equidem Accurſius cenſet licere authoritate Epiſcopi tranſigere, ut quis ad monaſterium non revocetur, quando incertus eſt ejus ſtatus. Et Alciatus, Si certum ſit aliquem eſſe monachum, ait, ſolum Pontificem, & quidem non niſi ex magna cauſa diſpenſare poſſe, ut abjuratâ profeſſione uxorem ducat, *c. cum ad monaſterium. 6. X. d. ſtat. monach.* Sed nos in cauſa verſamur planè dubia, ubi ad tranſigendum non putamus opus eſſe authoritate Epiſcoporum, præſertim cum ab illa regula, quòd de qualibet cauſa dubia licitè tranſigi poſſit, hæc ſtatûs monaſtici cauſa nuſpiam excipiatur. Vid. eundem Hunnium in *libr. d. tranſact. c. 3. exerc. pen. & ult.*

Tranſigi poteſt de dubia ſtatûs quæſtione, & quidem ſi hoc agatur tranſactione, ut is, qui ſervus dicebatur, pro libero in poſterum haberetur: nec ampliùs ipſi ab adverſario ſtatûs controverſia movetur, quin valeat tranſactio ac vires ſortiatur. Ita Imp. in *l. fin. C. d. tranſact.* Jubemus in omnibus litigiis, jam motis ac pendentibus, ſeu poſtea ſuper ſervili & adſcriptitia conditione movendis tranſactiones celebrandas vel jam celebratas (ſi non alio juri cognito modo eas vacillare contigerit) vires ſuas obtinere, nec ob id videri tenorem earum titubare, quòd pro conditione ſervili vel adſcriptitia confecta ſunt.

TRANSIGI poteſt de iis, quæ in teſtamento relicta ſunt, etiam non inſpectis teſtamenti verbis, ſi tranſactio ſit jurata, arg. eorum, quę in differentia, *Juramentum omne eſt ſervandum &c.* traduntur.

In *diſſert. d. fidejuſſ. ſub meo præſidio habitâ. ſect. ult. lit. n.* poſitū eſt cum Vinnio in *tract. d. tranſact. c. 5. num. 8.* de controverſiis ex teſtamento emergentibus non licere tranſigere, niſi inſpectis teſtamenti verbis, è quibus teſtamenti vires deprehendantur, neque id jus labefactari ſimplici inſpectionis renunciatione. Quæſitum eſt ulteriùs, Quid nempe juris ſit, ſi huic renunciationi acceſſerit jusjurandum? Dicen-

Neq; ſine Judice tranſigi, neque apud Judicem exquiri veritas de his controverſiis, quæ ex teſtamentis proficiſcerentur, aliter poteſt quàm inſpectis cognitisque teſtamenti verbis, *l. 1. §. 1. ff. Teſtam. quemadm. aper. l. 6. d. Tranſact.* Lege autem non diſtinguente, an tranſa-

dum eſt non eò magis transactionem valere, quoniam nulli actus jure noſtro civili vetiti aut invalidi robur à jurejurando accipiunt, *l.5.C.d.ll.* Ceterùm ſi de jure Canonico quæratur, aliud dixerim. Etenim jure Canonum non alii actus ſimpliciter prohibiti atque invalidi ſunt, quàm qui offendunt pietatem, & peccatum fovent nutriuntque, ſuper quibus jurare & ipſum peccatum eſt, & gravius adhuc peccatum, quod juraveris, ſervare.

ctio ſit jurata vel non, nec noſtrum eſt diſtinguere, *l.8.ff.d.public.in rem act.*

TREBELLIANICAM teſtator prohibere poteſt, quia olim lege 12. Tabb. cautum erat, Uti quisque ſuper pecunia rei ſuæ legasſit, ita jus eſto, *l.120.ff.d.V.S.* Res autem facilè redit ad ſuam naturam, Gloſſa ordin. in *c. ſtatutum. in verb.onerandum. d.præbend. in 6.c.ſemel.8.ubi Dyn.d.R.J.in 6.c. ab exordio. 2. diſt. 35.* Zœſius in *Cod. ad SC. Trebell.q.6. & ad eum Naurath.lit.d.*

Nullam inde elicio differentiam, quia hoc brocardicon, rem facilè redire ad ſuam naturam, non debet ſuam originem textui Canonico: gloſſemata autem illa, quæ Canoniſtæ juri ſuo applicant, non adeò juri Canonico ſunt propria, quin vel ſint planè abſurda, vel Civili juri convenientia. Sic allegatum brocardicon vel loquitur de caſu dubio, vel de caſu definito. Si de caſu dubio, res quælibet præſumitur retinere qualitatem, quâ ſemel imbutam eſſe conſtat, arg. *l.videamus.17.ubi Bart.ff.quod met.cauſ.l.pater.38.§.quindecim.5.ibique Bart.d.leg.3.* & manere in eo ſtatu, in quo antea fuit, *l. ex perſona.3. C.d. probat. l.fin. in princ.ubi Bart.& Angel.C.d.pign.act.l.ſi quis.3.ff.d.ſerv.export.* Regn. Sixtin. 2.*conſ.Marburg.18.num.38.* Si brocardicon loquitur de caſu definito, res de facili revertitur ad ſuam primævam naturam, *l. filio, quem pater. 23.ff.d.lib.& poſth. l.21.§.ſi quis autem.3.C.d.teſtam. l.27.§ pactus.2.ubi Jaſon. d.pact.* Seu, Rem quamlibet ſuâ origine metiri debemus, *l.qui id quod.33.ff.d.donat.l.fin.ſi ex nox.cauſ.ag.* Otto Tabor in *theſ Jurispr. ex axiom. Aug.Barboſ.libr.16.c.40.axiom.3.& 17.* Deinde cras forſan, hodie non perſuaderi potero, Pontificem abſtruſam mage cognitionem eorum, quæ in lege Falcidia & Senatusc. Trebell. latent, unquam fuiſſe aſſequutum, ita ut lapidi huic, velut triangulari, perperam innitamur. In quæſtione illa, quam proponit differentia, in qua *Filius hæres non tantùm legitimam integram &c.* etiam levis armaturæ JurisConſultus Pontificem oſcitantem nondum evigilaſſe deprehendit. Id quod cum animadverteret Antonius Faber in *d.diff.* alias Pontificiæ religionis addictiſſimus, ingenuè confeſſus eſt Sacro-Sanctos (ut ipſe loquitur) Pontifices communi Interpretum, duarum legitimarum deductionem admittentium, opinione deceptos, non novi juris conſtituendi & Civilis abrogandi gratiâ ſic ſcripſiſſe; ſed quòd ex recentiore Interpretum ſententia putarent eam eſſe juris civilis conſtitutionem, ut filius gravatus duas quartas detrahere deberet, nec dubitarent, quin ſalvâ juris Civilis authoritate ita reſcribi oporteret. Quapropter cum jure conſtitutum dici non poſſit, quod tanquam pro jure jam

Eam teſtator prohibere non poteſt, quia nemo poteſt in teſtamento ſuo cavere, ne leges in eo locum habeant, *l.55.ff.d.leg.1.* Vid. Fachinæum *libr.5. contr.4.5.* Sarmient. 2. *ſelect.7.n.16.* Schifordeck. *libr.3. tract.8.c.1. & ſeqq.* Arum. *exerc. Juſtin.9. th.20.* Osvvaldum Hillig. *libr.7. c.29. Donelli enucl.* Alciatum *libr.5. paradox. c.19.* Forcat. *dial.43.* Vaudum *var. quæſt.libr.2.q.17.* Ant. Fabrum in *error. pragmat.decad.11.err.6.* Rittershuſium in *comment. ad Nov.part.6.c.5.num.18.* & eorum rationes apud Hunnium in *reſol.ad Inſt. libr.2.tract.8.quæſt.21.*

jure jam certo & conſtituto per errorem uſurpatum eſt; quia juri nihil magis contrarium eſt quàm error; idcirco Pontificias iſtas conſtitutiones ait obſervandas non eſſe. Ad quæſtionem ipſam, *An teſtator Trebellianicam prohibere poſſit?* reſponderi poteſt ex iis, quæ inter alia habet Frantzkius *exerc.ad Inſt.7.q.9.* nec ea nobis, ut Claro *§.teſtamentum.q.62.* terribilis & ardua vocatur. Videri, quòd non, quia lex correctoria non ſit extendenda: tum quia manifeſta ratio ſit diverſitatis, quòd prohibitâ Falcidiâ non ſine omni lucro futura ſit hæreditas hæredi, quippe qui univerſaliter hæres manet, & licet non quartam integram, attamen ſextantem vel unciam habere, aut poſtea lucrum aliquod ipſi accreſcere poſſit, veluti per jus accreſcendi: prohibitâ verò Trebellianicâ, quantacunque ſit hæreditas, nullo caſu quicquam lucri ſperare poſſe hæredem, quam rationem jam olim ex Jacobo Butrio annotavit Salycetus in *auth.ſed ex teſtamento.C.ad L Falcid.num.4.* Sed verior eſt ſententia, quæ & communis per eos, quos longâ ſerie allegant Menochius *conſ.272.num.15.* & Vasquius *d.teſtat.potent.libr.1.§.8.num.5.verſ.contrarium.* & temerarium eſſe Judicem, qui in practica auderet illam in dubium vocare ait Clarus *d.§.teſtamentum. quæſt.62.* I. Quia Falcidia & Trebellianica de jure quoque veteri æquiparantur, *l.3.§.1. ad SC. Trebell.l.30.§.7.ad L. Falcid.* & ad exemplum prioris poſterior recepta eſt, *§.5.Inſtit. d. fideicommiſſ.hæred.* Ergo, quia jure novo Falcidia per teſtatorem prohiberi poteſt, etiam Trebellianica: quando enim duo caſus æquiparantur per legem antiquam, lex nova loquens in uno caſu extenditur ad alterum, etiamſi ſit correctoria *argum.l.20.C.d. furt. l.14.§.1.ubi* Bartol. *de ſerv.corrupt.* & bene *Jaſon in l.poſthumo.C.de bonor.poſſ.contra tab. n.19.* Vaſq. *d.l.num.6.* II. Quia eadem ratio eſt in Trebellianica, quæ in Falcidia, quia, uti ex principio hujus quæſtionis patet, ideo hodie prohibitio Falcidiæ valet, quòd ex Juſtiniani conſtitutione recuſante herede exitum ſortiatur teſtamentum. Juſtinian. enim in d. Novell. hoc conſtituit, ut hærede ſcripto implere non volente teſtatoris diſpoſitionem teſtamentum non annulletur, ut olim, ſed cæteris perſonis cohæredibus ſubſtitutis fideicommiſſariis legatariis, &, quæ præterea recenſentur *in d.Nov.cap.1.§.1. & §.4.verſ. in omnibus.& in auth.hoc ampliùs.C.d.fideicommiſſ.* deferatur. Quæ ratio etiam militat, quando Trebellian. prohibetur, quod expreſsè patet. I. In genere *ex d.Novell.cap.1.* ubi nolente hærede implere voluntatem defuncti, hereditas deferri dicitur non ſolùm fideicommiſſariis particularibus (& ita, ubi fortè hæres non eſt gravatus fideicommiſſ. univerſali) ſed & univerſalibus *in pr.d.cap.1.§.1.verſ.etenim.* ibi *per univerſitatem fideicommiſſario &* & paulo poſt *verſ.ſi verò nullus.* II. In ſpecie *in d.cap.2.§.2.verſ.ſi verò* ubi Juſtinian. agens de Falcidia prohibenda, inquit: *ſi hæres parere noluerit, locum fieri ſubſtitutis & cohæredibus & fideicommiſſariis.* Et ne de particularibus accipias cum Vaudo *libr.2.variar.cap.17.* adjicit, *ſicut dudum prædiximus*, nempe *cap.1.* at ibi de univerſalibus expreſsè locutus erat *per dicta.* Unde ſic argumentor. *Si in dict. loco,* ubi expreſsè prohibetur Falcidia, locus ſit fideicommiſſario univerſali quoque, ſequitur heredem ſcriptum utique fuiſſe gravatum univerſali fideicommiſſo, omnis enim fideicommiſſarius hæres mutuo ponit fiduciarium, & per conſeq. vocabulum *Falcidiæ* non poteſt ibidem in ſpecie, ſed in genere, ut & Trebellian. comprehendit, intelligi: quod novum non eſt, & plerumque de ju re veteri quoque ita uſurpatum. Sed enim verum eſt prius *per dicta.* Ergo & poſterius. Atque ita cum ratio inducendi SC. Pegaſiani, ne intercidant voluntates defunctorum, de qua *in d.§.5.Inſtit.de fideicomm.hered.* ex dictis ceſſat, nec prohibitio inanis, nec coactione ſeu compulſione fiduciarii heredis ad adeundum ampliùs opus erit. Unde ſimul corruit ratio diverſitatis, quam Fachin. *5.controverſ.4.* inter hæredem legatis, qui cogi non poſſit, ut adeat, & fideicommiſſis oneratum, qui poſſit, pro aſtruenda contraria ſententia aſſignavit, & poſt Chiflet *de port.legit.cap.16.* & Sarmien. *2. ſelect. Interpret.7.n.16.* Hillig. *d.l.* approbavit. III. Unde ſequitur quandocunque ratio in lege nova corrigente expreſſa eſt, tum ex identitate bene fieri poſſe extenſionem & correctionem *l.47.ſolut. matrim.gl.in clem.1.in verb.* eligatur *de elect.* Tiraquell. *in l.ſi unquam.in verbo libertis.n.45.C.de revocand. donat.* & in tract. *ceſſante causâ part.1.n.158.* Gomez. *tom.1.reſol.cap.5.num.11.* adde

Jaſon in L. Transigere. C. d. transact. n. 15. imò non tam fieri extenſionem, quàm potiùs comprehenſionem, Menoch. *d. conſil.* 272. *num.* 6. maximè, ſi jus novum corrigens reducat & reſtituat rem in priſtinum & primum ſtatum, quia res facilè fertur ad ſuam naturam, *gloſſ. ordin. in c. ſtatutum. in verbo. onerandum. d. præb. in* 6. Gomez. *d. l.* Sichard. *in l. fin. C. de edict. D. Hadrian. tollend.* v. Val. Guil. Forſt. *lib.* 2. *de interp. juris. cap.* 2. *pag.* 275. Harpprecht. *ad Jul. Clar. d. quæſt.* 62. *num.* 4. At hic ratio juris novi *dd. ll.* expreſſa eſt, & per illud redimus ad jus antiquum L. XII. tabb. & latiſſimam legandi licentiam. E. IV. Non leviter facit pro hac ſententia, quòd paſſim in jure Falcid. & Trebellianic. commutatis nominibus una pro altera ponatur *l.* 41. §. 3. *de vulg. & pupill. l.* 27. §. 10. *l.* 29. *l.* 34. *l.* 55. §. 2. *ad Trebell. l.* 6. *l.* 11. *C. ad L. Falcid. d. l.* 3. *pr. &* §. 1. *ad SC. Trebell.* cum ſimilib. imò ſi Cont. 1. *diſp.* 3. *pag. m.* 21. Heig. *part.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 1. Bachov. *volum.* 2. *Treutler. diſp.* 14. *th.* 10. *lit. A.* & aliis credimus, nec Trebellianicæ nec Pegaſian. quartæ mentio ulla reperitur. Ut ita probabile fiat Juſtinian. præfatum uſum juris ſecutum: & idem per vim comprehenſivam de Trebellianica, quod ſecundùm verba de Falcidia enunciavit, ſtatuiſſe. Non obſtat ſuperior ratio diverſitatis *num.* 1. allata: ad quam omnes Dd. quod mirum eſt, qui nobiſcum ſentiunt, mutire videas. Reſp. I. Duas ponere cauſas Juſtinianum *d. Novell.* 1. prohibitionis permittendæ; principalem adeòque finalem, & minùs principalem adeòque quodammodo impulſivam. *Illa* eſt; quòd non ampliùs recuſante herede ſcripto annullentur, ſed exitum ſortiantur ultimæ voluntates. *Hæc*, quòd hereditas non ſine omni lucro futura ſit hæredi. At notum eſt ceſſante ratione impulſivâ non ſtatim ceſſare ipſam diſpoſitionem legis, quo obſcurè jam intendiſſe Salycet. mihi videtur *ad d. auth. ſed cum teſtator. num.* 4. *circ. fin.* II. Si hæc genuina ratio eſt, quæ à lucro deſumitur, ſequitur, ſi univerſa hereditas legatis exhauſta ſit, Falcidiam non poſſe prohiberi, ſed conſequens contra *d. Novell.* & omnes Dd. Ergo. III. Ponamus: heredem gravatum dextantem vel deuncem reſtituere, quia & tum Trebellianic. detrahi poteſt. §. 8. *Inſtit. de fideicom. hered.* anne tum demum locum prohibitioni feceris? Quin potiùs, ut quando Falcidiâ prohibitâ aliquid ſupereſt ex hereditate, inferre non licet, ubi in ſolidum exhauſta eſt, ceſſare prohibitionem: ita nec in caſu gravati heredis conſecutio hæc menti verbiſque Juſtinian. *in d. cap.* 2. *Novell.* 1. conſentanea eſt. Sed an Trebellianica in Codicillis quoque prohiberi poteſt? Affirmo cum Covarruv. *in cap. Raynut. extr. de teſtam.* §. 3. *num.* 6. Vaſq. *de potent. teſtam. lib.* 1. *num.* 10. An quoque liberis primi gradûs? Affirmo, ex ſententia præſuppoſita, liberos duas quartas detrahere poſſe, quam communis obſervantia judiciorum tenet, & de jure Canonico recepta eſt *d. c. Raynut. & c. Raynald. extr. d. teſtam.* & quam pluribus colorare nituntur Contius 1. *diſput.* 3. P. Heig. *part.* 1. *quæſtion. juris Civil. & Saxon. cap.* 32. *num.* 10. *& pluribus ſeqq.* & alii. In hac enim detractione liberi ut extranei conſiderarentur, vid. Bach. *vol.* 2. *Treutl. diſp.* 14. *th.* 10. *lit. B.* Nego ex ſententia veriori juris Civilis, quæ ſtatuit liberos ſaltem unam portionem deducere, de qua contra *d. cap. Raynutius* diſputat Hotom. *Illuſt. quæſt.* 43. Ant. Faber. 11. *error. pragm.* 7. Dn. Arum. *exercit.* 9. *th.* 18. Hillig. *lib.* 7. *Donell. Enucl. cap.* 30. *lit. I.* & quos plures recenſet Harppr. *in addit. ad Jul. Clar.* §. *teſtamentum. quæſt.* 63. *num.* 3. Idem ſtatuo & de nepotibus & iis omnibus, qui de inofficioſo agere poſſunt; quibus legitima non tam judicio teſtatoris, quam potiùs lege naturali & civili debita eſt, *argum. d. Novell.* 1. *cap.* 1. §. 1. *in pr. vid. Bachov. d. l.* Hactenus Frantzkius, è quibus fit liquidum teſtatorem, etiamſi prohibeat Trebellianicam, non cavere in ſuo teſtamento, ne leges in eo locum habeant.

TRIA ſunt omnia, quæ in diverſis convenientiam ac unius ſub altero ſubordinationem contineant, & variâ juris tra-

Quum apud nos ageret Dn. Daniel Maier, Aug. Vindelicus, qui generis ſui ſplendorem virtute, induſtriâ & natis in ſpem patriæ actionibus ſuperat, di-

Unum ſunt omnia, & in uno conveniunt omnia: nec enim diſſidere poſſunt, quæ uno intuitu metimur. Et veditione

ditione terminentur. In primo juris objecto ex differentia, in qua *Matrimonium Clericis ne ſit commune.* Clerici cognoſcunt, an impetui ſuo carnali obviam eat conjugii refrigerium. In ſecundo juris objecto ex differentia, in qua *Vectigalium remiſſio eſt &c.* gaudent res ſuas à vectigalium nexu eſſe immunes. In tertio juris objecto ex differentia, in qua *Actio qualis intendatur &c.* ceteris, quæ ignorant, Clerici ignorantiam qualitatis, quâ quævis actio ſit ſtabilita, annumerare poſſunt.

ſputationi ſuæ *d. Locat. Conduct. poſit. 1. lit. a.* inaugurali, An tria juris objecta ſint aſſerenda, hanc quæſtionem elegantiſſimè intexuit, & tacitè juſſit diſſentientem ſex parare folles, quos olim bene auriti vectigalis vice ſolvebant. Servabo viri Nobiliſſimi verba, quippe quæ emendari melioribus nequirent. Tria, inquit, juris objecta ſugillat Henricus Hahn in *obſerv. theor. pract.* idq; duobus in locis. 1. ad *tit. ff. d. ll. num. 4.* ubi vult Perſonas, Res & Actiones potiùs ſumma juris noſtri eſſe capita & partes. Reſp. Juris noſtri capita, è quibus jus fluit, & partes, quibus diſtinguitur, ab objectis non diſcriminari. Inſtat Hahn. Rectiùs dixeris objectum legum in genere eſſe facienda & non facienda. Reſp. Objecta legum cum earum intentione non eſſe confundenda. Et quid aliud ex *l. 2. ff. d. ll.* probatur, quàm legum intentio, quæ eſt regula juſtorum & injuſtorum, præceptrix faciendorum & prohibitrix non faciendorum. Alter Hahnii locus eſt ad *tit. ff. d. Stat. hom. num. 1.* Propriè, inquit, non niſi unum juris objectum eſſe poteſt, quòd ex unitate objecti unitas diſciplinæ æſtimetur. Reſp. Ex unitate objecti unitas diſciplinæ æſtimatur, ſed ex unitate diſciplinæ non æſtimatur unitas objecti, cùm etiam diverſa objecta pro latitudine contentorum in unitate diſciplinæ, ſive in concurſu trium noſtrorum objectorum, quem facit judicium, miſceri queant. Addit Hahn, ſi perſonæ hic ſunt, quibus jus redditur, tunc non erunt objectum, ſed ſubjectum. Reſp. In ſecundo & tertio objecto perſonæ ſunt ſubjectum, ſed in primo ſunt objectum, quia ſunt totum illud, quod primum objectum abſolvit. Præterea infert Hahn: Res in jure venire non modò, ut de iis jus reddatur, & quatenus dividuntur, ſed quatenus circa eas jus acquiritur vel habetur. Reſp. ex hoc potiùs colligitur deciſio illius interrogationis: An rerum tractatio pertineat ad JurisConſultos? quàm objecti unitas. Cæteræ duæ rationes, quibus nititur Hahn, nullæ ſunt, nam judicia ſunt objectum totale; deinde committitur fallacia ignorationis elenchi, quia ſumuntur pro oppoſitis, quæ ſunt ſubordinata. Judicia ſunt objectum juris quoad juris theoriam; ſunt medium quoad juris uſum & executionem, quum omnis juris executio ab obſervatione judiciali pendeat. Non obſtant, quæ ex Tabore adjiciuntur, Qualis eſt finis, tale quoque cenſetur id, cujus eſt finis: Nam inde varietas objecti non eliminatur, ſed tantùm oſtenditur varietatem, quantumvis eſſet in diverſiſſimis, ita ſe habere, ut dirigatur ad eundem & ſibi propoſitum finem.

rò quæ eundem præ ſe finem habent, ad quem colliment, objecto non diſcriminantur: quoniam qualis eſt finis, tale quoq; cenſetur id, cujus eſt finis. Exemplum ponit Otto Tabor in *theſaur. loc. comm. Juriſpr. ex axiom. Barboſ. libr. 6. c. 17. axiom. 3.* in *l. 1. §. hujus ſtudii. ff. d. J. & J. l. 4. §. itemq; fieri. ff. d. alienat. jud. mut. cauſ. fact.*

Turpitudinem propriam allegans eſt audiendus, *c. lator. 7. X. d.*

Niſi me tædium propoſiti occuparet, quærerem in gradus turpitudinis, de quibus in

Harpprechtus ad *§. ſi quis agens. 33. num. 7. & 8. I. d. action.* quæſtioni, *Utrùm ſent. &*

ſent. & re jud. in quo qui quandam mulierem legitimè deſponſaverat, tria allegavit turpiſſima. 1. quòd ei debitum ſubtraxerit. 2. quòd mulierem invitam & renitentem, nec ætatis aptæ matrimonio exiſtentem duxerit uxorem. 3. quòd cum vitâ cupiverit agere diſſolutam, demum utriusq; ſtudio intervenientе fuerint minùs rationabiliter ſeparati; tamen reſpondit Papa, Nolentes matrimonia canonicè contracta levitate quadam diſſolvi, ipſos faciatis ſicut virum & uxorem inſimul permanerè.

l.42.d.V.S.l.200.d.R.J. quis ſenſus ex axiomate elici queat. Forſan & hic, quòd apud Canoniſtas, etiamſi quis turpia ſua detegere velit, non ſit audiendus. Molliùs tamen agunt, ut velamentum obtendant. Turpitudinem ſuam neminem revelare cogi, *c. dudum.54. d. electíon.* quia ſeipſum nemo prodere cogitur, *c. officii. 9. d. pœnitent. & remiſſ.* Otto Tabor in *theſaur. Jurispr. ex axiomat. Barboſæ part. alt. libr. 18. cap.33. axiom.2.* Vid. Joann. Honorium van Axel de Seny in *jur. Canon. compend. ad. tit. Decretal. d. teſtib. & atteſt. n. 8.* Deprehenderem etiam varias turpitudinis cauſas.

minor Juris Doctor & Advocatus, ſi errore juris plus debito petiit, per in integrum reſtitutionis beneficium plus petentis pœnam evitare poſſit? & negat, quòd propriam turpitudinem allegans non ſit audiendus, *l. tranſactione finitâ. C. d. Tranſact. l. cum profitearis. 4. C. d. revoc. donat. l.2. & l. mercalem. 5. C. d. cond. ob turp. cauſ.* Hic autem propriam turpitudinem allegaret, *l. ult. §. 43 d. O. J.* in qua turpe eſt & patritio, & nobili, & cauſas oranti jus, in quo verſatur, ignorare.

Eſt turpitudo ſtupiditatis. 2. eſt turpitudo ingratitudinis. 3. eſt turpitudo nimiæ præſumptionis, quâ ipſi propemodum calones aſininâ lanâ ſe explicant. 4. eſt turpitudo elicitæ confeſſionis. Denique eſt omne id, quod virtus recuſat. Primò eſt turpitudo ſtupiditatis, quam ſprevit Philippus, Rex Macedonum, qui à Peloponenſibus in Olympicis ludis vehementer exagitatus nihil repoſuit, præter hoc, *Si tam pravo homines iſti ſunt ingenio, ut illos irrideant, qui de ipſis bene merentur, quid tum fiet, ſi quid mali ab iis accipiant.* Secundò eſt turpitudo ingratitudinis, quam idem Rex ſprevit, nam cum Athenienſium Legato Demochari dixiſſet: ſe quicquid Athenienſibus gratum ſciret, ſtudiosè facturum, & ab homine inſulſo reſponſum tuliſſet: *Tu Rex rem gratiſſimam faceres noſtræ civitati, ſi te ſuſpenderes:* placido animo ruſticitatem iſtam devoravit, cum potuiſſet tractare duriùs hominem hirtum & turpiſſimum. 3. eſt turpitudo nimiæ præſumptionis, quàm quoties cogitatione reſumo, ne de aliis loquar diſciplinis, quibus quotidianæ

clauſtrisque ſolutæ

Triſtibus,

præſumptiones oneri ſunt; obverſatur mihi noſtra prudentia, in qua pauciores facti, juris ignorantiâ quàm plurimi peccant. Jus ſtrictum in enſe carnificis educto, quo rei caput abſcinditur: æquitatem in cerebro metiuntur, ut iniquitatem, quæ ſubeſt, mentiantur. Sunt mangones illi, qui colorem fuco, & verum robur inani ſaginâ ſuffulciunt. Conſultius remur relegare has diſſenſiones, quibus non tam veritas, quàm affectatio imperitat. Omnia certa credere hanc demum eſſe conſtantiam. In mentem venit illius ſimilitudinis, de qua in *Rectore meo Academico pag.7.* quaque eos repræſento patriæ religionis amatores, qui religionem inſtar ſuæ educationis, quam nemo mutabit, habent, aſſerentes ſuum hunc eſſe genium in iis, quæ ad religionem ſpectant, nullum urgere ambiguum: omnia vindicare ceu indifferentia; ridere contentionis acritatem: has non impugnare

pugnare partes, illas non tueri. Prærogativam ſuorum meritorum & in hoc ſtatuunt, in publicum ante alios proſilire: coram maximis ad orationem ſe præparare: quàm expeditè eam ponè fornacem recitaverint, conteſtari: tandem ne fortean vacuum os erubeſcat, ſilentii veneratione ſe commendant. En homines, cum quibus in tenebris mices, quorumque narrationes tuis obſervatis longè antehabeas. Docent quâ intercapedine diſtent, domi geſtiens, & foris vix animam retinens. Fabula refert Apollinis Lyram eam Inſulam, cui adhæſit, reddidiſſe ſonantiorem; hos autem Eruditorum parietes crepare nunquam, ecquis non ſtupeat? Non ſtupeamus, nec, ut crepent, ſolicitemus. Haud omnino videantur rudes, quos Porcii Catonis calamitas ſolatur. Is cum in ſchola ſeptus parietibus, tectus lacunari, inter paucos Scholaſticos ludicras declamationes præſtantiſſimè, ſi quis alius, obiret, facilè perſuaderi potuit ſibi ſatis eſſe virium & animi, ut veram cauſam in foro apud Judices peroraret. Eò cum veniſſet declamatorum anteſignanus, novitate conſeſsus, inſolentiâ loci, coronæ frequentiâ tam ſubitò perterritus & penè exanimatus eſt, ut actionem à ſolœciſmo inchoarit: neque priùs ſui compos fieri potuerit, quàm ex aperto loco in alium parietibus & tecto clauſum migraretur. Patrum noſtrorum memoriâ, ut habet Cellotius in *orat.* 6. ſcimus ridiculum aliquid hoc in genere accidiſſe viro non inerudito. Nam eloquentiæ ſuæ omnem ſupellectilem in celebri Senatorum conſeſſu explicaturus elaboratam induſtriâ orationem in horto ſuo declamitabat quotidie; ibi copioſa caulium multitudo repræſentabat Auditores, & ut quiſque aut trunco humilior, aut patulis diffuſior foliis erat, diverſos dignitatum ordines diſtinguebat. Dicebat ad virides iſtos Præſides magna cum cura, ſubmiſſo vultu, adductâ togâ, in omne argumentum modeſtiæ factus. Si ventum foret ad illud ſolenne, Auditores Ornatiſſimi, aut illud grandius, Patres Conſcripti. Hinc caput aperire, pedem utrumque per vices adducere, jactare cerviculam, concionem modeſtis oculis & gravibus ſalutare. Adreperet terrigena, herbigrada, domiporta? novum fingebat auditorem: obſtreperet avicularum cantus? quaſi adversùs importunos tumultuantium ſtrepitus animum obfirmabat: impulſæ levi flatu ſtirpes agitarentur? hæc verò ſententioſè & graviter dicta laudantium admurmuratio putabatur. Jam ſatis firma erat memoria, congruens actio: illuxerat dies ille, quo ex hortuli unius umbraculis in ſolem & apertum educenda erat eloquentia. Inſtruitur locus ad agendum ampliſſimus, omni apparatu ornatuque viſendo: conferta hominum turba maturè fores obſidet, excluduntur plebeiæ animæ, pauci barbâ talarique pallio doctrinam, aut precioſo veſtitu nobilitatem profeſſi, magnâ demum ambitione admittuntur. Prodit tandem novus Hortenſius, tabificarum, ut olim pari in cauſa Auguſtinus, cogitationum febribus æſtuans: in unum ora, in unum oculi, in unum animi defiguntur: altum ſilentium, ingens expectatio. Quid deinde, quid cenſetis, Aud. orationem, ut apud Homerum, concitatam & ſine intermiſſione in morem nivis ſupervenientem? eam ne potiùs, quæ verecundo ſimilis principio ſe circumſpicit, & æſtimat, & præbet æſtimandam? Videte ut pallet, ut tremit! Salva res, magnos olim oratores ſcimus in principio dicendi exalbeſcere ſolitos. Sed diutiùs obmuteſcit, quid etiam circumſpectat? Dic orator, aut nunquam dicas. Surgit, caput aperit, voce tremulâ poſtulat ſibi ignoſci, evolaſſe cum auditorum domeſticorum viriditate filicatam orationem: apparere certè præſentes ſuperſtites caules non eſſe, qui ſponte moverentur. Quid plura, demittere cogitur auriculas ut iniquæ mentis aſellus, elinguis, rubore ſuffuſus proripere ſeſe infantiſſimus orator, dignus profectò, qui pueriliter ad Rhetorum ſtatuas vapularet, aut aliquandiu in Tulliano habitaret. Hæc Cellotius in turpitudinem nimiæ præſumptionis. Sequitur 4. turpitudo elicitæ confeſſionis, quam non Judicis, ſed propriæ conſcientiæ terror etiam in reluctanti ſtimulat. Memorabile ejus exemplum eſt in *acroam. Acad. Bidermanni libr.* 1. *acroam.* in parricida. Non omnia ſuo ordine enarrabo; compendium eſt eorum in ultimis, quibus patrem alloquitur, Memet mihi tibique gravem; mortalibus & immortalibus ex æquo inviſum; ſolis inferis gratum amicumque reddidiſti. En has injurias omnes uno jam parricidio vindicabo. Tu victi-

ma procumbe; ferrumque, quod ſtrictum vides, aliquando recipe. Subdit Bidermannus, Fruſtra ſim explicando, quis calamitoſo patri ſenſus fuerit. Veſtrum per ſe quisque cogitate, in tali rerum facie, quid & parricidam agere, & dicere ſenem, convenerit. Obſecrantem ſupplicemque humi tandem infelix affligit; & calce ſupra pectus jacentis impreſſo, falcem recurvam expedit; impiam lanienam auſpicaturus. Extrema vox morientis fuit: Secaret jugulum parricida, manusque ſanguine paterno cruentaret. Dictis poſtea factisque adoleſcens inſuper habitis, adactâ in jugulum ſicâ, per inciſas furore barbaro fauces ferale theatrum abſolvit. Ipſe, cum nemini longinque conſpectum ſe crederet, cadavere propter viam publicam relicto, domum per devios tramites flexusq; velut ex arena, victor, & ſanguine cognato aſperſus, recurrit. Appetebat inter hæc dici meridies; Neque dum ſenex in vineam, quo condixerat, venire. Sol ipſe provectior in veſperum properabat; nec dum ille adeſſe: Veſper denique in crepuſculum umbramque deſierat; nusquam interim herus videri. Tum vero familia diſcurſare, noctemque curis inſomnem ducere; ignari quid hero majore fieret. Filius omnia diſſimulans fidiſſimum quemque ſervorum increpat, eos comitari ſenem, nec à latere abire debuiſſe. Bene ſe quidem ſperare: Ceterùm ſi quid ei ſecus accidiſſet, pœnas ſuæ ſibi negligentiæ daturos. Ita nox illis inter querelas minasque acta. Poſtea quàm illuxit, ecce, rumor in urbe! latrocinium eſſe viâ militari patratum: jacere cadaver informe; gulam fœdè perfoſſam; humum ſanie taboque ſparſam: plura neſciri. Brevi pòſt, cadaveris agnitio, & mox fama, ad quam illa clades familiam pertineret. Accurritur ad funeſtas ædes; nunciatur, fit comploratio; auctorque ſceleris omnibus exemplum eſt doloris. Dubitaſſetis, pertinacioresne ad jugulandum haberet manus; an excitatiores vultus ad ſimulandum. Non enim contentus, pectus plangere, ſpargere lacrimas, dulciſſimum parentem ingeminare; aut ſi quid aliud in luctu plebeius dolor extorſit: Sed fidem hominum cælitumque clamabat, ſed magiſtratus jura, ſed prætorios faſces, & judicum ſecures implorabat; ne impunitam eſſe diri facinoris immanitatem vellent. Calere adhuc à recenti cruore jugulum, pæneque veſtigia patere animæ fugientis. Sicarium, nec dudum abire potuiſſe, nec longè. Perſequerentur fugam latronis, juſtoque ſupplicio piis manibus parentarent. In ſumma; dixit ea fecitque, ut unicum pii gratique filii exemplum in urbe jam memoraretur; monſtrarentque multi liberis ſuis, quemadmodum colere parentum memoriam ab eo diſcerent. Nam, ut occubuerit miſerè, pater felicem tamen fuiſſe, qui ſuperſtitem hunc ſibi filium reliquiſſet. Itaque perſuaſit facilè, cum ipſa rei atrocitas, tum calamitas pietasque orantis, ut de auctore ſagaciter inquireretur. Biduum triduumque exercitata quæſtio, minus nihilo profecit. Hoc vehementiùs urgere parricida, atque inſtare judicibus, ut ne causâ prius abſiſterent, quàm de ſicario liqueret. Promittitur indici grandis pecunia, Denique iſtud reſcitum. Diebus proximis opilionem cum pecore ſuo in paſcuis fuiſſe, qui procul ad viam regiam duos conſpexerit, nec quid, nec quare, litigantes; id, quod ex varia brachiorum jactatione, corporisque motu, conjecerit. Inde alterum duorum, tranſverſa per arva curſim fugiſſe: & ſi quam, in tanto intervallo, oculi fidem mereantur, Veneti coloris pallium ab ſiniſtro humero defluxiſſe; quod exſerto brachio croceaque manicâ, identidem in ſinum collegerit. Modum ſtaturæ; ni longinquitas fefellerit, medium, aut medio proceriorem eſſe. Opilionem, pecori intentum, plura curioſiùs non obſervaſſe. Dum hæc talia deferuntur; advertit prætor, indicium, magnam partem, ad filiumfamilias ſpectare. Nam & tempora congruebant, & veſtium color: & jam olim cum parente minùs ei convenire meminerat. Quæ argumenta cùm judices ſpernenda non putarent, vernas ſeorſim aliquot in familiarem quæſtionem trahunt. Comperiunt, circiter illud tempus, quod cædes funeſtaverat, herum minorem nusquam intra penates viſum: ſed poſt ſextam diei, attonito aut cerito ſimilem rediſſe, ſudore madidum; neque loqui diu cum quoquam, neque congredi auſum, ad noctem usque publico abſtinuiſſe. Hic viri auctorem tenere, incipiunt cum eo, callidè ſermonem habere. Atque æſtimatis ibi diligenter verborum rerumque momentis, (neſcio, an etiam in veſte maculas, facti indices, an

quæ

quæ alia cædis argumenta deprehenderint homini, quid de ipſo ſuſpicentur, aperiunt, ipſum illum videri facinus id feciſſe. Vt Ulyſſes confeſtim facie totâ colorem mutare, linguam hærere, membra componere; &, quod imparatus, horum nihil tum exſpectabat, ipſo ſilentio reum ſe noxiumque confitetur. Alias hæc manuductio induere poſſet turpitudinis ſpecies, ſi pateretur ſe vocari in omnia ea, quæ virtus recuſat. Sed enim his abunde corroboratur concluſum, Homini turpi adeo non opitulari turpitudinis allegationem, ut ad eam nemo animari, in ea laudari nemo debeat, quoniam non oportet laudando augere malitiam, *l.1. §.4. ff. de ſerv. corr.* Ut tamen manuductioni ſua conſtet maturitas, ex *d. Barboſæ loc. axiom. 5.* addamus ampliationes & limitationes. Amplia, ut filius non audiatur allegans turpitudinem patris, Caſtrenſ. *conſ. 48. in fin. libr. 2.* Cravetta *conſ. 125. num. 6.* ubi idem dicit de ſucceſſore etiam ſingulari reſpectu ſui authoris, quia non auditur quis ſuper eo, quod facit autorem allegantis incidere in feloniam, ut reſolvit idem Cravetta *conſ. 507. num. 9.* quem refert Cardin. Tuſch. *lit. T. concl. 404. num. 13.* Sic etiam nec hæres poteſt allegare turpitudinem defuncti, cujus eſt hæres, Baldus *conſ. 135.* *Pater Caſanat. cit. c. med. verſ. quia hæres. libr. 1.* Amplia etiam in Judice, qui ſi dicat ſe protuliſſe ſententiam pecuniâ corruptum, ſibi non creditur. Limita tamen primò, ubi agitur de præjudicio animæ, quia tunc unicuique licitum eſt allegare turpitudinem ſuam, ſive agendo ſive excipiendo, Anchar. *conſ. 202.* Cravetta *conſ. 466. num. 19.* ubi idem ait, ſi allegetur turpitudo defuncti heredis pro ſalute animæ defuncti, quia admittitur. Secundò limita, ubi quis tractat de damno vitando contra alterum tractantem de lucro captando. Tertiò limita in reo, quia poteſt uti exceptionibus contrariis temporibus ſucceſſivis. Quartò limita in eo, ut contra ſocium participem turpitudinis poſſit quis turpitudinem ſuam allegare, Caſtrenſis *conſ. 353. in fin. libr. 1.* Quintò limita, ubi turpitudo eſt per partem confeſſata, detecta, vel probata, ſeu declarata à Judice, quia tunc poteſt allegari ab eo, qui commiſit, Card. Tuſchus *d. lit. T. concl 404. num. 70. & ſeq.* Sextò limita in criminalibus, in quibus excipiendo & ſe defendendo quilibet poteſt allegare turpitudinem ſuam, Cardin. Tuſch. *d. loco. n. 68.* Septimò limita in judicio Civili, ſi per modum retorquutionis quis alleget turpitudinem ſuam. His ſuppoſitis ad ea, quæ è jure Canonico in adverſum adducebantur, reſpondere erit in proclivi. Diſſuamus filatim, quæ in *d. c. Lator.* conjunximus. 1. qui allegat eam turpitudinem, quâ fatetur ſe debitum ſubtraxiſſe, hanc allegationem non vult ſibi, ſed uxori prodeſſe. 2. allegat turpitudinem, quæ ſibi & uxori erat communis. 3. prodit injuriam, quâ dicit ſe uxorem duxiſſe invitam, renitentem, & quæ ætatis ad matrimonium aptæ non fuerit. 4. implicat repugnantiam verborum, quâ ei debitum ſubtraxerit, quæ virum pati non poterat. 5. rectè vocat vitam ſuam à matrimonio ſolutam diſſolutam. 6. ſeparatio, quæ minùs erat rationabiliter facta, animæ periculum creat. 7. non duntaxat ſuam ſugillat turpitudinem, verùm & eorum, quorum interveniente ſtudio ſeparatio ſit ſubſecuta. 8. cauſam matrimonialem & crimininalem in modo cognoſcendi Judex comparat. 9. Turpitudo privata nec deroget quicquam conſtitutioni publicæ, nec ſuppetias eat levitati vetitæ, quâ vir & uxor, qui nolebant inſimul permanere, in matrimonio canonicè contracto perſeverare jubentur.

TUTELÆ inculpatæ moderamen etiamſi quis excedat, exceſsûs tamen non eſt pœna, *c. olim. 12. X. d. reſt. ſpoliat.*

Nulla eſt differentia, Nam jus Civile præcipit inculpatæ tutelæ moderationem: Jus Canonicum in *d. c. olim. 12.* decernit debere ſatisfactionem debitam exhibere, qui defendendo jus ſuum in offenſam alterius modum forſitan exceſſerunt. Ut verò concilientur omnia loca, quæ ex utroque jure colligit gloſſa ad *d. c. 12.* diſtingue, An quis ſcienter exceſſerit modum: an ignoranter. Si

Rectè poſſidenti ad defendendã poſſeſſionem, quam ſine vitio tenebat, inculpatæ tutelæ moderatione illatam vim propulſare licet, *l. 1. C. und. vi.*

Digitized by Google

ignoranter, ignorantiæ non eſt pœna. Si ſcienter, iterum diſtingue, an ex propoſito quis exceſſerit modum: an quia aliter ſe defendere non potuit, qui exceſſit modum: priori caſu exceſsûs eſt pœna, non poſteriori.

TUTELA & cura non differunt, *c. Cyprianus. 21. q. 3.* in quo nemo de Clericis & Dei miniſtris tutorem vel curatorem teſtamento ſuo conſtituat: quando ſinguli divino ſacerdotio honorati & in Clericorum miniſterio conſtituti non niſi altari & ſacrificiis deſervire, & precibus atque orationibus vacare debeant.

Tutelæ & curæ duplicem differentiam ſubminiſtrat vel ipſa tutelæ definitio, de qua in *§. 1. I. d. tutel. l. 1. in pr. ff. eod.* quòd Tutelæ officium conſiſtat in tuitione perſonæ, *l. 30. ff. d. adm. & per. tut.* Curæ autem officium conſiſtat in adminiſtratione rerum, *l. 8. C. d. nupt.* Tutelæ cauſa eſt unica, nempe ætas: Curæ cauſa eſt triplex, ætas, animi infirmitas, corporis imbecillitas.

Hanc differentiam puto oriri non ab aliqua juris cognitione: ſed à Pontificis ignorantia, quâ ſenſum utriusque vocabuli aut depravatum aut vulgarem erat amplexus, & credidit tutorem eſſe eum, qui alterius perſonam ac res in ſuam curam ſuſcipit. Nam ſi Pontifex animo immutandi juris Civilis ſenſum juridicum ita detorſiſſet, inde ſequerentur duo abſurda. 1. eſſe curam teſtamentariam, cum tamen curator teſtamento non detur, §. 1. *I. d. Curat.* 2. invito curatorem dari, contra §. 2. *I d. Curat.* cum teſtamentorum jura ipſa per ſe firma eſſe oporteat, non ex alieno arbitrio pendere, *l. 32. in pr. ff. d. hæred. inſtit.* Vid. differentiam, in qua *Hæredis inſtitutio confertur &c.* & differentiam, in qua *Teſtamentum facere cenſetur is.* Atqui non tantùm in Pontifice, ſed etiam in Bulla Carolina hęc obrepere videtur ignorantia in caſu legitimæ Tutelæ. Reſp. illum caſum habere ſpecialia & quoad ætatem & quoad minorem, qui non pro lubitu accipit curatorem, ſed datum tutorem & curatorem in ejusdem perſona retinet. Hinc liquet non eandem eſſe tutelam & curam, ſed eundem, qui erat tutor, fieri curatorem.

TUTELA nulla eſt fiduciaria, *c. Cyprianus. 21. q. 3.* in quo frater decedens fratrem clericum ad tutelam vel curam nominare non poteſt.

Tutela eſt fiduciaria, cujus ſecundus gradus eſt fratrem fratris vel ſororis effici tutorem fiduciarium, in *tit. I. d. fiduc. tut.*

Rectè notant Interpretes fiduciarios tutores eſſe deſiiſſe, ex quo fratres emancipati ad legitimam fratrum tutelam ab Anaſtaſio vocati ſunt, *l. 4. C. d. legitim. tutor.* Maximè vero jure noviſſimo, quo agnationis & cognationis diſcrimen ſublatum eſt, *Nov. 118. c. 4. & 5.* Vinnius & Frantzkius *ad d. tit. d. fiduc. tut.* Deinde à fratre mundano non argumentamur ad ſpiritualem, qui militans Deo obligare ſe non poteſt negotiis ſecularibus: & ſi quis eum ad tutelam nominaverit, pro eo non offerebatur: nec ſacrificium pro dormitione ejus celebrabatur. Neque enim apud altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab altari ſacerdotes & miniſtros voluit avocare. Hæc ex *d. c. Cyprianus*, cujus ſacrificium an ſit pro dormitione, & ab altari avocetur, qui adminiſtrationi pupillari adhibetur, heic non examinamus. Poſtremò forſan Pontifex veram cauſam reticuit, quæ eſt in fratre, qui ſeipſum tueri nō poteſt, ne graſſatione vetitâ minuat res pupillares, easq; adeò abſumat, ut videatur tantùm perſonæ eſſe datus. In forte, ne Clericus ſe diſſimulare non poſſit, & perturbato affectu revocet in uſum inde... iam obſervationem, quæ eſt, ut habes.

habet *l. ult. C. quand. tut. vel curat. eſſe deſin.* in examinanda pubertate, cujus primitias non odio adminiſtrationis, ſed amore ejus, quæ eſt ſub adminiſtratione, reputaret. Hoc eſſet pupillam ſcapulis, veluti alis, contegere, quod eſt eorum, qui in turpem cupidinem pendent: vel, ut volunt Medicorum filii, eſt eorum, qui ſcapulis, velut alis, ad tabem ſuæ ſalutis proni ſunt.

TUTOREM collegam tutor dare non poteſt, quia par in parem non habet imperium, *c. innotuit. §. quamvis. X. d. elect.*

Subeſt juri Canonico falſa cauſa, quia non neceſſum eſt eum, qui dat tutorem, habere imperiũ in eum, quem dat tutorem. Etenim in *l. 6. §. 2. ff. d. tutel.* Tutoris datio neque imperii eſt, neque juriſdictionis, ſed ei ſoli competit, cui nominatim hoc dedit vel lex, vel SenatusConſultum, vel Princeps. Adhæc ſi tutoris datio eſſet imperii vel juriſdictionis, nec magiſtratus municipalis collegam ſuum dare tutorem poſſet, quia etiam jure civili in iis, quæ ſunt juriſdictionis, par in parem non habet imperium exemplo Prætoris & Conſulis, de quibus in *l. 13. §. pen. ff. ad SC. Trebell.* In hoc tamen requirimus datos dantis juriſdictioni eſſe ſubjectos, ut captis pignoribus aliisve remediis delatam tutelam agnoſcere compellantur, quod ſine juriſdictionis officio fieri non poteſt, Cujac. *libr. obſ. 7. cap. 17.* Hodie ex reformatione Politica Augſpurg *d. an. 1548. tit.* von den pupillen vnd minderjährigen Kinderen Tutorn vnd Vormündren §. So wollen wir allen. non ineptè dici poteſt tutelæ dationem non ampliùs eſſe legis, ſed juriſdictionis ſeu imperii, Vultejus ad *tit. Inſt. d. Atil. tut n.* 10. ubi ſi magiſtratus quis eſt ordinarius, ei hoc ipſo conſequens eſt, ut tutores impuberibus dare poſſit.

Magiſtratus municipalis collegam ſuum quin dare tutorem poſſit non eſt dubium, *l. 19. in §. ff. d. tutor. & curat. dat. ab his &c.*

TUTOREM inter filiosque ejus & pupillum interdictum non eſt matrimonium, Panormit. in *c. fin. X. d. ſec. nupt.* cum lege Pontificia hoc matrimonium vetitum non ſit, quam gloſſam notabilem eſſe exiſtimant Alexand. in *l. filius à patre. ff. d. liber. & poſth. §. fin.* Covarruvias *tom. 1. d. matrim. part. 2. c. 6. §. 10. n. 31.*

Præfertur jus Canonicum. Nec obſtat ratio præſumpti metûs, quia juſtus requiritur metus, in conſtantem virum cadens, ut matrimonium vitietur. Hoc jus Canonicum ſequi mores hodiernos ex Wurmſero probat Rittersh. *libr. d. different. jur. Civ. & Can. 1. claſſ. 1. c. 21.* ex Rittershuſio Perezius ad *d. C. tit. num. 2.* Addit in fine idem Perez. Si verum fatendum eſt, abrogatio hujus Tituli multis quotidie noxis prudentiam Juris Romani commendat.

Interdictum eſt, *l. 15. ff. d. ſponſal. l. 64. in pr. ff. d. R. N. t. t. C. d. interd. matrim. int. pup. & tut. &c.*

TUTORES plures ſi dati fuerint, non ſufficit unius authoritas, quia quod omnes tangit, debet ab omnibus adprobari, *c. quod omnes. 29. d. R. J. in 6.*

Non neceſſum eſt monere, An omnes Tutores tutelam adminiſtrent, quia in hoc quæſtionis verſatur cardo, An omnium eorum, qui tutelam adminiſtrant, authoritas ſit junctim neceſſaria. Non etiam neceſſum eſt monere; An diviſa ſit adminiſtratio, quia in *d. l. ult. C. h. tit.* ſi diviſa ſit adminiſtratio vel pro regionibus, vel pro ſub-

Pluribus tutoribus datis unius authoritas ſufficit, ſi modò adminiſtratio tutelæ ei ſit conceſſa, *l. 4. ff. d. auth. & conſ. tut. l. ult. C. eod.* Vid. differentiam, in qua *Conſenſus plurium non habetur, &c.*

Digitized by Google

ſtantiæ partibus, neceſſe eſt ſingulos pro ſuis partibus vel regionibus authoritatem pupillo præſtare. Tertiò non neceſſum eſt monere, an quidam abſint, aut impediantur, quin authoritatem ſuam interponant: tunc enim, quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum, *c. quod non. 4. X. d. R. J.* & quod favore quorundam conſtitutum eſt, quibusdam caſibus ad læſionem eorum nolumus inventum videri, *l. 6. C. d. ll.* nec in cujusquam injuriam beneficia tribuere moris eſt noſtri, *l. 4. C. d. emancip. liber.* Tandem non neceſſum eſt monere, An res, quæ agitur, ſolutionem faciat ipſius tutelæ, utpote ſi pupillus in arrogationem ſe dare deſiderat. Etenim in *d. l. ult.* abſurdum eſt ſolvi tutelam non conſentiente, ſed fortitan ignorante eo, qui tutor fuerit ordinatus. Tunc enim ſive teſtamentarii, ſive per inquiſitionem dati, ſive legitimi, ſive ſimpliciter creati ſunt, neceſſe eſt omnes ſuam authoritatem præſtare, ut quod omnes ſimpliciter tangit, ab omnibus comprobetur. Sed relinquatur quæſtio ſuæ proprietati, pluribus tutoribus datis unius authoritatem ſufficere, ſi modo adminiſtratio tutelæ ei ſit conceſſa. Non obſtat *d. c. quod omnes.* Nam a negotio communi, quod omnes præcipuè & immediatè tangit, ad negotium commune, quod omnes ratione crediti officii & mediatè tangit, non argumentamur; priori enim caſu non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, *l. 74. d. R. J.* poſteriori caſu quæritur, An, ſi non omnium tutorum adhibita fuerit authoritas, iniqua conditio pupillo inferatur, quod lex negat.

TUTORES ſingulis annis rationes reddere tenentur, *clem. quia contingit. 2. §. ut autem. tit. d. relig. dom. c. paſtoralis. 2. verſ. præſenti. d. Cler. ægrot. in 6.*

Quum pupillorum pupillarumque tutores negotia gerant, poſt pubertatem tutelæ judicio rationem reddunt, *§. ult. I. d. Attil. tut.*

Ex Ordin. Polit. Caroli V. *d. ann.* 1548. & Rudol. II. *d. ann.* 1577. von den pupillen vnd minderjährigen Kinderen Tutorn vnd Vormünderen §. item daß er. verſ. vnd jährlich. omnes tutores ſingulis annis rationes reddere tenentur, Schultz *in ſyn. Inſt. Imp. ad d. tit. d. Atilian. tut. lit. b.* Hoc etiam obſervatur in Electoratu Saxonico, cujus obſervationis æquitas derivari poteſt ex ipſo jure Civili, quod tamen contrarium adſtruit. Nam in *l. 5. ff. d. ſuſp. tutor.* expedit magis pupillo rem ſuam ſalvam fore, quàm tabulas, rem ſalvam fore, cautionis habere. Adhæc ſubeſt pupilli utilitas, quò arg. *§. ult. I. eod.* in tempore tutoris propoſitum malevolum mutetur, & diutiùs in rebus pupillaribus graſſandi facultas impediatur. Addit Jo. Franciſc. Balthaſar *pract. reſol. jur. Civ. & Bavar. part. 1. tit. 5. reſol. 8. à num. 2.* Hæc cura etiam auget diligentiam & fidem tutoris, ſi ſciat ſe non demum in fine tutelæ, ſed ſingulis annis actus ſui rationem reddere debere: & facilè ac citò pateſactum iri, ſi quid fortè in perniciem pupilli commiſerit vel omiſerit, Conrad. Rittershuſius in *expoſ. Novell. part. 8. c. 9. num. 8.* & ſic etiam quilibet adminiſtrator, negotiator, factor ac procurator ad negotia tenetur quolibet anno ſuæ adminiſtrationis rationem reddere, aliàs ſuſpectus redditur, & contra eundem in litem juratur, Ant. Piagg. *d. tut. & curat. q. ult. num. 33.* Atque hæc concluſio ampliatur primò, ut procedat etiam in hæredibus tutorum; nam & hi tenentur in ſubſidium rationem reddere. Ampliatur ſecundò, ut procedat in protutore, *l. 1. ff. d. eo, qui pro tut. & c. l. 1. §. de rationibus. ff. d. tut. & rat. diſtrah.* & in curatore, *l. adverſùs. l. rationes. C. d. adminiſtr. tut. l. niſi finita. § fin. d. tut. & rat. diſtrah.* nec non in eo, qui de facto, prætermiſſo omni juris ordine adminiſtrationem bonorum pupilli vel alterius aſſumpſit, Car. Molinæus in *conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 6. gl. 6. num. 15.* denique in omni adminiſtratore, quocunque titulo vel cauſa adminiſtret: tenetur enim quilibet ad redditionem rationis, & ſolutionem reliquarum, Surd. *libr. 1. conſ. 7. num. 13. 14.* Ampliatur tertiò, ut procedat in pluribus tutoribus vel curatoribus, quorum unus absque alio non poteſt rationem reddere, ſed illud àb omnibus fieri debet, ne ratio dividatur: niſi inter plures quoad diverſa bona & loca adminiſtratio

miniſtratio foret, Joan Gutirrez. *d.tutel.part.3.c.1. num.*111. Bartol. Caſſan. in *conſuet.Burgund.rubr.*5.§.6. Weſenb. *part.1.conſil.*47. *num.*14. Ampliatur quarto, ut procedat, & nec citatio fidejuſſorum ad redditionem rationum requiratur; niſi tutor non ſolvendo exiſteret: quo caſu fidejuſſores petere poſſunt, ut ad calculos redeatur, Joan Parlad. *rer.quotid libr.*2.*c.fin.part.*4.§.6.*num.*22. Ampliatur quintò, ut procedat, & tutores vel curatores non reddentes rationem ſuo tempore pœnâ falſi teneantur, *l.*1.§.1.*ad L.Corn.d.falſ. Bartolus ibidem.* & contra eosdem in litem juretur ob dolum & culpam. Joan. Gutirrez. *d.tutel.part.*3.*c.*1. *num.*6. Ampliatur ſextò, ut procedat, & tutor vel curator etiam non requiſitus teneatur ſtatuto tempore rationes reddere, Gloſſ. in *d.clem.quia contingit.* idque in *d.noviſſimo Imperii receſſu de Anno* 1577.*tit.*32.§.*item.* expreſsè conſtitutum reperitur, daß er jährlich nicht allein auff erforderung der Obrigkeit/ſondern auch ſelbſt/vermög ſeines anbefolenen ampts/auch geleiſten pflicht vnd eyds/gebürliche rechenſchafft anbieten vnd thun/vnd vmb ſein verwaltung red vnd antwort geben. &c.

TUTORIS authoritas ante negotium non interponitur. Quid enim aliud eſt authoritas tutoris, quàm negotii cum pupillo geſti confirmatio. Quod autem nondum eſt, confirmari non poteſt, *c cum noſtris.*6. *x.d. conceſſ.præb.*

Tutoris authoritas poſt negotium non interponitur, quia poſt tempus, aut per epiſtolam, aut per nuncium interpoſita authoritas nihil agit, *§.*2. *I.d auth.tut.*

Licet Tutoris authoritas ante negotium non interponatur, non tamen neceſſum eſt poſt negotium interponi. Deinde aliud eſt in perfecto negotio interponi Tutoris authoritatem: aliud eſt poſt perfectum negotium interponi Tutoris authoritatem. Perfecto negotio interponitur Tutoris authoritas, *l.* 25. §.4.*ff.d A.vel O.H.* ſi, ut explicat Vinnius *d.*§.2 Tutor ſtatim & calente adhuc negotio author fiat. Poſt perfectum negotium, ſi digreſſione jam ad alia negotia factâ author fiat: aut ſi demum per epiſtolam aut nuncium authoritas accedat: aut ſi alio tempore pupillus negotium gerat, alio tempore eidem negotio Tutoris authoritas adhibeatur. Hinc pateſcit dari tertium, & apparere ſimplicitatem *d.*§.2. quòd Tutor ſtatim in ipſo negotio præſens author fieri debeat. Quod quidem vult Hotomannus contra verbi notionem & veritatem pupillorum favore eſſe receptum. Nam patres authores dicebantur populo legem jubenti, qui conſilium legis ferendæ vel dederant, vel comprobarant. Heic ſuboriri videtur alia differentia ex *c.ratihabitionem.d.R.J.in* 6. de quo in differentia *Ratihabitio omnis.* & in quo ratihabitionem retrotrahi, & mandato non eſt dubium comparari; ita ut jure Canonico Tutor poſt tempus & ex intervallo ſupervenire poſſit, ac approbare id, quod pupillus eo abſente egit. Jure autem Civili id ipſum negatur, quia quæ pertinent ad ſolennitatem actûs, ab actu dividi non poſſunt. *l. cum authoritas. C. d. teſtam. l.*1.§.1.*l.continuus.ff d.V.O.* Atqui authoritas eſt pars actûs ſeu ſolennitatis, Gail. 1.*obſ.*154.*num.*1. Rationem aliam addit Mynſing *cent.*2.*obſ.*54.*num* 2. *& ſeqq.* quia cum authoritas pertineat ad integrandam perſonam pupilli, ſequitur quòd contractus abſque authoritate initus ſit nullus, ex defectu perſonæ: quod autem ab initio nullum eſt, deinceps authoritate superveniente nequit confirmari, *l.quod initio.*29.*ff. d. R.J.* Sed enim nulla ſubeſt differentia, & ad rationem juris Canonici reſpondet Manzius ad *d.*§.2.*n* 6. Si lex certam formam in negotio requirat, ea non poteſt per æquipollens adimpleri, & ubi modus conſideratur, æquipollens non admittitur, *l.*3 *cum ſeqq.& l.*35.*ff d.jurejur.* Licet itaque verum ſit, quod in iis caſibus, ubi conſenſus tantùm deſideratur, ille ex intervallo, & poſt rem geſtam accedere poſſit; ſecus tamen eſt, ubi authoritas requiritur. Ratio diſcriminis eſt iſta, quia conſenſus non ad integrandam contrahentis perſonam, ſed ad confirmationem actûs interponitur: confirmatio autem & ratihabitio poſt rem geſtam ſequi poteſt, Weſenb. ad *h.ff.*

ad *h. ff. tit. num.* 5. Hodie interpoſitam ex intervallo authoritatem negotium à pupillo geſtum retro confirmare vult Simon à Grönevv. in *tract. d. LL. abrog.*

Tutoris authoritas in matrimonio eſt neceſſaria, quia ante 12. annum pupilla, ante 14. annum pupillus matrimonium contrahere poſſunt. Vid. differentiam, in qua *Matrimonium contrahentis ætas definita non eſt.*

Nulla eſt differentia, aut pendet ex allegata differentia. Nam hoc quæritur, In quibus cauſis tutoris authoritas ſit neceſſaria: non vero quæritur, An in ea cauſa, in qua quis non ampliùs habet tutorem, tutoris authoritas ſit neceſſaria? quod aſſerere foret abſurdum æquè ac ſi quæreretur, An finitum ſemel in tutore officiũ ob cauſam matrimonii, quod inituri ſunt, qui non ampliùs ſunt nec pupillus nec pupilla, revocetur, & ita non tam ſit finitum in tutore officium, quam pro tempore intermiſſum. Hodie jus Canonicum obtinet, Quamvis enim tutela pubertate finiatur, §. 1. *I. quib. mod. tut. fin.* & in *l. 1. C. quand. tut. vel curat. eſſe deſ.* tamen ex generali quadam ubique locorum receptâ conſuetudine, præſertim in Germania, officium adminiſtrationis, & per conſequens periculum futuri temporis continuatur, & porrigitur usque ad legitimam ætatem adultorum, puta 25. annos: nam qui ſemel legitimè dati ſunt tutores, iidem plerumque & curatores permanent, & rebus minorum præſunt usque ad majorem ætatem. Vid. Gailium *libr. 2. obſ. 96 num. 1.* Harpprechtum ad *pr. I. d tit. quib. mod. tut. fin. num. ult.* Niſi quis aliter decidere velit, manere quidem eandem perſonam, ſed non idem officium; verùm eum, qui ante annum 12. vel 14. erat tutor, elapſo eo fieri curatorem. Sic Weſenbecius ad *Snidevv. Inſt. d. nupt. part. 2. num. 40. lit. f.* Quanquam jure Saxonico eædem tutorum perſonæ maneant usque ad adultam ætatem; tamen poſt pubertatem etiam Saxonico tutela tranſit in curam, ut tutores pro curatoribus exinde ſint habendi: alioqui omne diſcrimen tutelæ & curationis tolleretur contra regulam, quòd ſtatuta ſint ſecundùm jus commune interpretanda. Denique non attendamus jus hodiernum: non eam, quam dedimus aliam, deciſionem, manebit differentia, nam ſimpliciter Carpzovius in *Juriſpr. Conſiſt. libr. 2. tit. 3. def. 46. num. 6.* vult non præcisè opus eſſe conſenſu & authoritate tutoris in nuptiis pupillorum, nec ſponſalia irrequiſito tutorum conſenſu invalida haberi. Vid. eundem *d. loc. defin. 47.*

Tutoris authoritas non poteſt dici neceſſaria eis, qui quæve nõ habent tutorem; non autem habẽt tutorem, qui matrimonium contrahunt: quia contrahunt eo demũ anno, quo tutela ceſſat. Hinc reſpondet Pomp. in *l. 4. ff. d. R. N.* minorem ãnis 12. nuptam tunc legitimam uxorem fore, cum apud virum expleſſet 12. ãnos.

Tutor nomine pupilli deferens juramentum, non tenetur ipſe de calumnia jurare, ſed actus jurandi eſt ſuſpendendus, donec usque ad pubertatem pervenerit pupillus, ita ut ipſemet jusjurandum calumniæ præſtet, cujus ratio eſt du-

Non diu mihi deliberandum erat, an deciderem cum jure Civili, quum non alii, quàm ipſimet tutori de calumnia jurare conveniat; ſiquidem hic ipſe, pupilli quantumvis nomine, litem moveat, partique adverſæ jusjurandum deferat, ut hinc de ejus potiſſimùm temeritate in li-

Tutor nomine pupilli deferens juramentum parti adverſæ tenetur ipſe de calumnia jurare; cum enim per juramentum calumniæ compeſcatur temeritas hominum contentioſorum in lites facilè proruentium, *l. 1. ubi Joh. Sichardus. n. 9.*

plex,

plex, Una; quia calumniȩ juramentum in primo litis exordio omitti poteſt. Vid. differentiam, in qua *Calumniæ juramentum in primo &c.* Altera eſt, quia juramentum habetur quid perſonaliſſimum, *c. veritatis.* 14. *X. d. jurejur.* de quo agit differentia, in qua *Juramentum per procuratorem &c.*

tigando dubitetur: neq; ea pupillo queat imputari, quippe qui cauſam ſcire ac intelligere nō cenſetur, *l. in negotiis.* 5. *d. R. J. l. more.* 8. §. *ult. cum l. ſeq. ff. d. acq. hered.* Eſt porro juris indubitati, ut is, qui defert adverſario jusjurandum, juret priùs de calumnia, ſe nempe haut calumniæ causâ id detuliſſe, *l. jusjurandum.* 34. §. *qui jusjurandum.* 4. *ff. d. Jurejur. l. delata.* 9. *C. d. R. C.* Joachimus à Beuſt In *rubric. ff. d. Jurejur. n.* 19. Quid ergo dubii vel impedimenti reſtat, quò minùs tutor ad jurandum de calumnia adigatur, poſtquam ipſemet jusjurandum adverſario detulerit, cum hoc potuiſſet omittere juramentum calumniæ detrectaturus. Aliter ſi diceremus, nunquam delatio juramenti hoc caſu effectum eſſet conſequutura durante adhuc tutelâ, ut hinc conſultius videatur ipſam differri actionem, usque dum pubes factus ſit pupillus, & ad jurandum idoneus. Sed cum jura tutori juramentum deferri permittant, *l. tutor pupilli.* 35. *& l. jusjurandum.* 17. §. *ſi tutor.* 2. *ff. d. jurejur.* absque effectu id fieri exiſtimandum non eſt, nam actus fruſtraneos leges improbant & deteſtantur, *l. hæc ſtipulatio.* 14. *ff. ut Legat. ſeu fideicomm. ſervand. cauſ. cav. l. ait Prætor.* 3. *in princ. ff. d. jurejur.* Nec fieri debet, quod factum nihil relevat, *l. cum filiofamilias.* 5. §. 1. *ff. quis ord. in bon. poſſ. ſerv.* Nec habet tutor, de quo conqueri poſſit. Ex quo enim ipſemet nomine pupilli detulit juramentum, videtur in præſtationem jurisjurandi calumniæ conſentire, qua de cauſa etiam juramentum ſibi relatum ipſemet præſtare obſtrictus eſt, cum imputare ſibi debeat, cur detulerit, ſi nolebat ex relatione jurare, *l. ſi non fuerit.* 37. *ff. d. Jurejur. l. ſi fidejuſſor.* 7. §. 1. *ff. qui ſatisd. cog.* Quod licet forſan regulis juris repugnet, ut nempe pupilli nomine & de ea re, quam is neſciat, tutor juret; favorabiliter tamen id pro pupillo receptum eſt, ut & alia pleraque, *l. pupillus.* 9. *ff. d. acq. hered.* Ant. Faber in *Cod. lib.* 4. *tit.* 1. *defin.* 20. *num.* 3. Quibus *parum obſtat,* quòd juramentum litis impuberi delatum differendum diximus, usque dum ad pubertatem devenerit, ipſeque jurare poſſit. Non enim à juramento litis ad jusjurandum calumniæ argumentari licet, tum quia pars adverſa juramentum litis impuberi deferens ab ipſomet præſtationem videtur exigere; cui propterea alia perſona haut ſubſtituenda eſt ad jurandum: at ſi tutor deferat juramentum parti adverſæ, ceſſat prorſus hæc ratio in calumniæ jurejurando: tum quia in caſu juramenti à tutore delati de ejus potiſſimùm calumnia & temeritate litigandi dubitetur, ex quo à nemine alio, quàm ab ipſomet tutore præſtatio hujus jurisjurandi eſt exigenda. *Non obſtat,* quòd calumniæ juramentum in primo litis exordio omitti poteſt. Præter enim, quod in *d. differentia* reſpondimus, reſpondeo aliud eſſe juramentum calumniæ generale, quod litigaturi in anteceſſum præſtant: aliud ſpeciale annexum illi actui, qui ſine prævio calumniæ juramento conſiſtere non poteſt: prius eſt præmittendum, alterum omitti non poteſt. *Non obſtat,* quòd juramentum habeatur quid perſonaliſſimum: quatenus enim intelligatur, *d. differentia* explicat.

C. d. jurejur. propt. calumn. dand. Ventur. de Valent. in *parthen-litig. libr.* 2. *c.* 6. *num.* 16. profitentur ſiquidem in eo litigantes, ſe nihil calumniæ aut litis differendȩ gratiâ proponere vel poſtulare, ſed tantummodo ad juris ſui tuendi neceſſitatem (daß ſie das jenige/ ſo ſie vorbringen vnd begehren/ nicht auß gefehrde/oder böſer meinung/noch zu verlängerung der ſachen/ſondern alleine zur nohtdurft thun) *Ordin. Cam. Imper. part.* 1. *tit.* 74. Jacob. Schult. *obſ.* 56. *num.* 2.

Tutor pecunias pupillares fœnori dare non poteſt, ſiquidem nec pietatis causâ licet uſuras exercere, *c. ſuper eo. X. d. Uſur.* ita ut nec permittatur tutori pecuniam pupilli mutuo ſub uſuris dare ad alimenta pupillo exhibenda. Nec itidem tenebitur tutor, qui pecuniam pupilli in proprios uſus convertit authoritate propria, uſuras pupillo dare, Covarruvias *tom. 2. var. reſol. libr. 3. c. 2. num. 1.*

Præfertur jus Civile. Nam licet ex eodem non urgeremus uſuras, ſufficit teneri tutorem pupillo ad intereſſe damni emergentis & lucri ceſſantis. Vid. Molinæ *d. contract. n. 55. & quæſt. 76.* quem *d. loc.* allegat Covarruvias. Heic quoad adminiſtrationem non legitimè curatam eidem comparatur adminiſtratio planè neglecta, de qua Modeſtinus Piſtor. *part. illuſtr. quæſt. jur. tum comm. tum Saxon. 1. q. 27.* ubi proponit Johan. Mareſchallum in Burtholshauſſen/ cum mortuo fratre ſuo Wolffgango paſſus eſſet viduam cum ſeniore filio, qui fuit 20 annorum bona adminiſtrare, donec filii impuberes ad perfectam ætatem perveniſſent, quærebatur, an ab eo exigi poſſit ratio tutelæ nomine, cum non adminiſtraſſet? Et videbatur quòd ſic per textum in *l. 1. C. ſi tut. vel cur. non geſſ.* dum ibi contra tutorem non gerentem datur civilis actio, quę competit ad rationem reddendam. Et facit *l. tres tutores. 55. §. non ſolùm ergo. ff. d. adm. & peric. tut.* ſecundùm unam lecturam, ſecundùm quam lex allegata ita legitur, *& qui permiſit.* ubi geſſiſſe videtur tutelam is, qui permiſit alium adminiſtrare. Sed quum non intelligerem, quomodo rationem reddere poſſit de non adminiſtratis, reſpondi eum non poſſe conveniri ob rationem reddendam, ſed teneri tantùm eum de periculo neglectorum in feudis, ob ceſſationem vel negligentiam ſuam, & quia feudorum curam non habuit per *l. qui ſe. 2. §. ſi qua. 1. C. ſi tut. vel cur. non geſſ.* Facit *l. 1. §. ex quo ſcit. 1. & l. quidam decedens.* (aliàs eſt *l. ita autem. 5.*) *§. ex quo innotuit, qui eſt. ff. d. admin. & tut.* Ideo autem Mod. Piſtor. ſe reſtrinxit ad feuda, quòd in hæreditariis bonis mater vidua tutelam geſſiſſe videatur. Et cum illa ex *auth. matri & aviæ. C. quand. mul. tut. off. &c.* præferatur aliis agnatis pupilli, non videtur hoc caſu aliquod periculum ad agnatum pertinere poſſe.

Cæſarum conſtitutionibus ſtatutum eſt, imò pręceptum tutoribus ſtatim acceptâ tutelâ vel ex pecuniis pupillaribus prædia emere, vel eaſdem pecunias juxta uſurarum modum fœnori dare, *l. tutores. 2. C. d. adm. tut. l. quoties. ff. eod. tit. in pr.* Sic & *Nov. Juſt. conſt. d. his, qui oblig. ſe hab. perh. res min. §. quoniam. Collat. 6.* permittit tutori pecuniam pupilli mutuo ſub uſuris dare ad alimenta pupillo exhibenda. Et tenetur tutor, qui pecuniam pupilli in proprios uſus convertit authoritate propria, uſuras pupillo dare, *l. qui ſine ff. d. negot. geſt. l. tutor qui repertorium. §. pecunia. l. non exiſtimo. ff. d. adm. tutor. l. 1. C. d. uſur. pupill.* Covarruvias *d. loc.*

Tutor ſuſpectus removeri non poteſt, arg. *c. niſi eſſent. 21. X. d. præbend.*

Nulla eſt differentia, & quantumvis eſſet differentia, ſtandum eſſet à jure Civili, quo etiam ut tutor ſuſpectus removetur, qui vel jam ſatisdedit, vel nunc ſatis offert; expedit enim pupillo rem ſuam ſalvam fore, quàm tabulas rem ſalvam fore cautionis habere. Nec ferendus eſt contutor, qui

Tutor ſuſpectus removeri poteſt: imò ſi fraus non ſit admiſſa, ſed lata negligentia, quia iſta prope fraudem accedit, removeri hunc quaſi ſu-

ideo.

ideo collegam ſuum ſuſpectum non fecit, quoniam cautum erat pupillo, quia ſatisdatio propoſitum tutoris malevolum non mutat, ſed diutiùs graſſandi in re familiari facultatem præſtat, *l.5.& 6.ff. d.tit.d.ſuſp. tutor.*

ſpectum oportet, *l.7.§.1. ff.d.ſuſp.tutor.*

Non obſtat *d.c.niſi eſſent.21.X.d.præb.* cujus conſtitutio, ut vult ejusdem ſummarium, licet ſit pulcherrima, & in toto corpore juris non habeat conſimilem, nihil probat, quia 1. agit de ordinatione, non de adminiſtratione, quæ ordinationem ſequitur: quoad remotionem autem ſuſpecti ordinatio & adminiſtratio diſtinguuntur. Hinc qui aliquid admiſit, antequam tutor eſſet, quamvis in bonis pupilli, vel in tutela, non poteſt ſuſpectus tutor poſtulari: quia delictum tutelam præceſſit: proinde ſi pupilli ſubſtantiam expilavit, ſed antequam tutor eſſet, accuſari debet expilatæ hæreditatis: ſi minùs, furti, *l.3. §.5.ff.d.tit.* 2. *d.cap.* non tam agit de eo, qui ordinatus eſt, quàm de perſonis eorum, qui ordinationem fecerunt. 3. etiamſi ageret de ordinato, non agit de tali ordinato, qui poſt ordinationem factus eſt ſuſpectus. 4. non agit de ordinato, de quo quæratur, an propter ſe removeri debeat, verùm de quo quæritur, an propter coordinatum, quum duo ordinari non potuerint, ſit removendus. 5. In *d.conſt.* Innocentius III. tolerat, non probat factum propoſitum, & quidem hoc adhibito moderamine, ut ad præſtationem XI. librarum non dignitas prioratùs, ſed perſona prioris maneat onerata: ne fortè circa proventus aliqua videatur facta ſectio prioratùs, ita quòd ipſo priore defuncto ſucceſſor ipſius ad præſtationem XI. librarum minimè teneatur. *Non etiam obſtat*, quòd id *d.cap.* ordinatio illa valde ſuſpecta propter exempli perniciem habeatur. Reſpond. 1. ſuſpectum dici aliquid duobus modis, vel quod non ex fide procedit, vel circa quod dubitatur. 2. dubio hæc ſuberat cauſa, quoniam impoſſibile eſt valere duas electiones ad eandem dignitatem, 3. non poteſt dici ſuſpectum, cujus ſuſpicionem tollit melior circumſtantia; ſic ait *d.cap.in princ.* Niſi eſſent viri providi & honeſti, tam, qui ordinationem fecerunt, quàm illi, circa quos facta eſt ordinatio in Eccleſia veſtra ſuper negotio prioratùs, ordinationem illam valde ſuſpectam propter exempli perniciem haberemus. 4. Abſuiſſet hæc licet circumſtantia, ex ordinatione ejus, qui ſe ipſum non ordinabat, non fuiſſet orta ſuſpicio, ſed ex illa concertatione, quam movebant, qui unum duntaxat ordinare debuiſſent.

V.

VECTIGALIA nova inſtituens monetur primò, ut deſiſtat & reſtituat ablata & exacta, deinde ſi monitus non deſiſtat, communione Eccleſiaſticâ privatur, *c.innovamus.X.d.decim.*

Jus Canonicum non tollit pœnam, ſed addit pœnam. 2. monitionem vult præcedere, quæ monitio an ſit conſilii vel neceſſitatis, manet dubium. Eſt conſilii in eo, à quo nova vectigalia exacta ſunt: neceſſitatis autem in eo, qui nova vectigalia exegit.

Nova vectigalia inſtituens ſine permiſſu Principis perpetuo exilio punitur, *l.ult. C. nov. vectig.inſtit. non poſſ. & ad illam* Perezius.

VECTIGALIUM remiſſio eſt ex jure divino, & hæc eſt communis

Dolendum, quod dolet differentia, in qua *Eccleſiæ ita ſe habent &c.* differentia, in qua *Papa eſt ſucceſſor Petri.*

Vectigalium remiſſio eſt ex jure humano, *l.ſancimus.22. C. d.SS.Eccleſ.* in

ſententia Canoniſtarum, ut referunt Felinus ac Covarruvias apud Stephanum à S. Gregorio *d. præcip. juris & juſtitiæ part. libr.* 1. *c.* 16. *num.* 3. ubi idem colligitur ex Concil. Tridentini *ſeſſ.* 25. *d. reform. c.* 20. Perſonarum Eccleſiaſticarum immunitatem Dei ordinatione & Canonicis ſanctionibus conſtitutam eſſe.

differentia, in qua *Papæ eſt convocare Concilia.* Papam omnia tribuere juri divino, ut ſuo tribuere queat: ſibi arrogare plurima, ut plurima Celſitudini Imperatoriæ, penes quam ſacrorum eſt ordinatio, ſenſim derogget, tandem, ut in ſe ipſum Imperatorem derivaret, Imperatoris jura abrogaturus. Quæ è Canonibus & Conciliis Canoniſtæ, tanquam invicti coacervant, non ſunt extra dubitationis aleam poſita, & fauſtâ libidine errorem modò, modò indulgentiam fovent. Semel ad cuncta reſpondeat illud Auguſtini in *c. negare. diſt.* 9. Negare non poſſum nec debeo, ſicut in ipſis majoribus, ita multa eſſe in tam multis opuſculis meis, quæ poſſunt juſto judicio, & nullâ temeritate damnari: aut oportebit eſſe abſurdum illud Gelaſii ad Theodoricum Regem in *c. certum eſt. diſt.* 10. Certum eſt magnificentiam veſtram leges Romanorum Principum, quas in negotiis hominum cuſtodiendas eſſe præcepit, multo magis circa reverentiam beati Petri apoſtoli pro ſuæ felicitatis augmento velle ſervari. Oportebit eſſe abſurdum illud Thomæ in *comm ſup. epiſt. ad Rom. c.* 13. *in his verbis.* Clerici ſunt exempti à tributis privilegio Principum, quod naturalem æquitatem habet. Hanc naturalem æquitatem dictaturæ Pontificiæ adſcribunt, & volunt ideo Pontifices potuiſſe eximere Clericos, quia ei ſit conſentaneum, ut ea, quæ divinis uſibus ſunt mancipata, à prædictis vectigalibus eximerentur. Quum autem intelligant hanc naturalem æquitatem non eſſe Pontificibus propriam, alteram rationem addunt, Dictam exemptionem plurimùm conducere ad bonum rerum ſpiritualium, quarum gubernatio pertinet ad ſummum Pontificem: nam Pontifex habet etiam poteſtatem in temporalibus, quatenus ordinantur ad bonum ſpirituale. Conſentirem pronus in horum enodationem, aut potiùs emendationem; ſed enim eandem orbitam alibi trivimus ſæpiſſime, & hic aliquid Pontificiis concedendum eſt ultro, ne rogati videamur. Tolerari poteſt illud Stephani à S. Gregorio *d. loc. num.* 4. nec adeò eſt diſcalceatum, ac ordo, cui ſe accenſet. Eccleſias & perſonas Eccleſiaſticas ac eorum bona eſſe exempta jure humano, ſcilicet ex privilegio & donatione Imperatorum, accedente poſtea decreto ſummi Pontificis confirmante & decernente, juri tamen naturali innixo. Quid ſi & heic dicerem, quum perſonarum Eccleſiaſticarum bona ſint exempta.

qua Juſtinianus ſancit res ad venerabiles Eccleſias, vel Xenones, vel monaſteria, vel orphanotrophia, vel gerontocomia, vel ptochotrophia, vel noſocomia, vel brephotrophia, vel denique ad aliud tale conſortium deſcendentes ex qualicunque curiali liberalitate, ſive inter vivos, ſive mortis causâ, ſive in ultima voluntate habitâ à lucrativorum inſcriptionibus liberas immunesq; eſſe, lege ſcil. quæ ſuper hujusmodi inſcriptionibus poſita eſt, in aliis quidem perſonis robur ſuum obtinente: in parte autem Eccleſiaſtica, vel aliarum domuum, quæ hujusmodi piis conſortiis deputatæ ſunt, vigorem ſuum pietatis intuitu mitigante. Cur enim non faciamus diſcrimen inter res divinas & humanas, & quare non competens prærogativa cœleſti favori conſervetur.

empta jure humano, ipſa jura humana, quæ perſonæ Eccleſiaſticæ opinioni ſuorum bonorum mancipant, jure humano eſſe exempta. Proh miſerandam tenacitatem, & in iis, quæ ſunt humana, & in iis, quæ deberent fieri ex ordinatione Papæ divina, omnia efficere lucrum, aut propter illud negatum deficere omnia. Henricum VI. Angliæ Regem, expreſſum Chriſtianæ pietatis & patientiæ exemplum, commendabat Henricus VII. Rex Julio II. Pontifici, ut iſte illum referret in numerum Divorum: ſed quò minùs hoc fieret, in cauſa erat Papæ avaritia, qui pro Regis canoniſatione, ut vocant, nimis magnam pecuniæ vim exegerat; ut videretur non Principis ſanctitati, ſed auro honores illos delaturus, Cambdenus in *Br. Regn.* apud Lanſium in *conſult. d. princip. int. provinc. Eur. in orat. contr. Ital.* Addere poſſem, quod importuni, imò præpoſteri Canoniſtarum auſus mihi ſuggerunt. Si vectigalium remiſſio eſſet ex jure divino, vix eſſet vectigalium remiſſio. Non diminuerentur vectigalia, verùm quotidianis commentis ſe dilatarent. Ne viderentur profana, in ſacris perſonis & inchoarent & perſeverarent. Ne viderentur tantùm ſacra, undecunque poſtularentur: aridum oporteret eſſe locum, qui pingue vectigalium jus non obſervaret. Æmularetur Pontificia habendi cupido aliquorum Imperatorum & Principum in pecuniis corradendis inſaniam. Namque ut Veſpaſianus urinæ vectigal commentus eſt, & filio Tito id reprehendenti pecuniam ex prima penſione admovebat ad nares ſciſcitans, num odore offenderetur? & illo negante; atqui, inquit, è lotio eſt. Cui vectigali origo & cauſa, quòd in publico amphoræ aut dolia ſtabant ad urinam reddendam, quam fullones, opinor, vertebant deinde in ſuum uſum. Et videtur hoc fuiſſe triſte illud Chryſargyrum hiſtoricis decantatum (vid. Lipſium *Admirand. libr. 2. c. 6.* ex Cedreno) ſublatum ab Imperatore Anaſtaſio; quæ penſio fuit talis, ut quiſque mendicus aut pauper, meretrix ſive jam emerita, omnis ſervus itemque libertus, inferrent in ærarium pro urina & ſtercore, jumentorum item & canum, ſive in agris ſive in oppidis habitarent: & homines quidem utriusque ſexûs, numiſma argenteum; equus, mulus, bos tantundem; aſinus & canis folles ſex. Phui, phui ſpurca vectigalia! & nihilominus viri proceres, & Reipublicæ primi munus colligendi ambibant. Atque iſti pudendarum ſordium lucrique exercitores aut conductores ſunt, quos JCti Foricarios appellant. Caligula etiam ex capturis proſtitutarum vectigal inſtituit, quantum quæque uno concubitu mereret: & poſtea quoque ſub Heliogabalo lenonum vectigal, & meretricum & exoletorum fuit. Sic Romani Pontifices non quidem foricis, quod ego ſciam; ſed quod fœdius in religioſis eſt, lupanaribus locupletaverunt ærarium; nihil turpitudini adſcribentes, quod ad æs exeat. Sixtus IV. Romæ nobile admodum extruxit lupanar, ut ex meretricio quæſtu infame lucrum acciperet. Et Romana ſcorta in ſingulas hebdomadas Julium nummum pendunt Pontifici: qui cenſus annuus nonnunquam XX. millia ducatorum ſuperat: adeòque Eccleſiæ Procerum id munus eſt, ut unà cum Eccleſiarum proventibus etiam lenociniorum numerent mercedem. Et ſic Henr. Cornelius Agrippa audiviſſe ſe dicit aliquando, cum rationes ſuas ita inirent: *Habet ille duo beneficia, unum Curatorum aureorum viginti, alterum Prioratum ducatorum quadraginta; & tres putanas in burdello, quæ reddunt ſingulis hebdomadibus Julios viginti.* Magnum hoc (ſubdit Lanſius in *d. orat.*) crimen eſt Italicæ avaritiæ, & vix eſt in orbe terrarum provincia, ubi Roma flagitioſorum vectigalium & tributorum non reliquerit veſtigia, ut propemodum cum S. Brigide (apud Mornæum *de Eccleſ. c. 6.*) credi poſſit, Papam X. Dei præcepta in unum commutaviſſe, DA PECUNIAM. Hinc illud Thuani *H. l. 49.* in ore eſt omnium, Nullum opulentius vectigal toto terrarum orbe eſſe Pontificis calamo, cujus ſimplex ductus quantumvis immenſam pecuniæ vim momento pariat. In hæc aliaque, quibus enarrandis malè tempus collocaretur, ſi rediret vetus ille Cyneas, ac tot vectigalium augendorum modos contemplaretur, non dubito animum & verba ipſi defutura ad inducendam comparationem eorum, quæ priſca ætas ferebat. Interroget quis, quid ſub jure Divino intelligatur à Canoniſtis? Sumunt communiter jus Divinum pro jure Canonum, quia aliquâ ratione jus Divinum Canones dici poſſint, ut in *c. 2. d. privil. in 6. ibi. juris divini &*

humani. id eſt, juris Canonici & Civilis, Fontanella *d.pact.nuptial.tom.1.clauſ.4.gloſſ.19.part.1. num.26.* Vid. Vallenſem in *paratit. jur. Canon.d.diviſ.jur.§.7.num.2. § 9.num.ult.* aſt quàm inæqualis eſt illa jurium contentio! aut ſi credunt jus Canonicum eſſe divinum, propius à vero eſt aſſerere iis jus divinum eſſe nihil permittere aliis. Sic in differentia, in qua *Clericis permiſſæ ſunt &c.* jus erit divinum non permittere aliis juris divini indaginem. Aliquando, ut habet Tuldenus in *Cod.d.Summ.Trin.num.5.* in univerſum prohiberi diſputationes expedit. Etenim per diſputantium infenſam pertinaciam atque æmulationem ſæpe utrinque hyperbolæ defenduntur in fraudem veritatis. Deinde cum fides ſit rerum ſupernaturalium, non aliter ei conſtare ratio poteſt, quam ſi in rationes ejus ſcrupuloſe non inquiratur, arg. *l.21. D. De.ll.* imo fides eſſe deſinit, ſi non ultra quis credit, quam argumentis colligi poteſt. Et proinde non aliud fœcundius ſeminarium eſt innovationis circa religionem, & inde diſſenſionum bellorumque, quàm promiſcuæ de receptis ſacris diſputationes: nec majus ferè malæ fidei argumentum, quàm illa diſputandi libido; dubium enim arguit. Dubius autem in fide ſecundùm regulas juris Canonici infidelis eſt. *Nemo quærit, niſi qui aut non habuit, aut non perdit*, inquit Tertullianus *lib.d.præſcript.adv. hæretic.* Unde Rex Moſcovitarum, itemque Orientis & Africæ populi hujusmodi diſputationes capitali pœnâ prohibuere, Bodin. *d.republ.libr.4.c.7.* Enimvero diſputationes pro fide contra adverſarios non niſi ex publica authoritate in Theologia eximiis & ſelectis viris tantùm in ſchola, cum modo, non etiam in concione permittendæ eſſent; Lipſius *d.una relig.adverſ.dialogiſt.* Multi enim religionem vehementer affligunt, dum convitiandi immodeſtiâ adverſarios alienant, magisque irritant; dumque nimiâ diſputandi acerbitate per quosdam conſectariorum gradus ſententiæ improbandæ errores extendunt, non tanquam refutando, ſed tanquam is ea omnia ſentiat, Barcl. *libr.2. Argen.* Sozom. *libr.6. Eccleſ. Hiſt.12.* Diſputationes has quantopere Imperator Andronicus deteſtatus fuerit, ſcribit Nicetas Choniates, easque circa myſteria religionis profanæ plebi permitti abſurdiſſimum cenſet Nicephorus *Hiſtor. libr.11.* hujusque licentiæ fructum eſſe teſtatur diſcordias Tertullianus, quemadmodum & ſubverſionem inſtabilium auditorum, ex pari ſcilicet defendendi & oppugnandi altercatione. Hic enim graviſſimus author congreſſionem de Scripturis cum hæreticis damnat; quippe qui illas partim adulterâ interpretatione, partim interpolatore ſtilo ad ſuum inſtitutum contorſerint, adeòque quosdam unâ ſpongiâ delent libros, nullasq; traditiones recipiunt. Quod quid eſt aliud, quàm obſtinatâ contra veritatem fronte ipſa principia proculcare. Hactenus Tuldenus. Aut derivent Canoniſtæ jus divinum ex *l.6. C.d.mune[illegible]. patrim. libr.10.* eamque verbis Diocl. & Maxim. Imperatorum Dictatori ſuo referant, Profeſſio & deſiderium tuum inter ſe diſcrepant, nam cum Philoſophum (juris videlicet divini notitiâ) te eſſe proponas, vinceris avaritiâ & rapacitate, & onera, quæ patrimonio tuo injunguntur, ſolus recuſare conaris. Hoc & alia cum perperam fiant, Nos jus divinum exiſtimamus, non inter nugamenta Pontificiorum perire: non divinum credere, quod ignoramus: non ignorare, quod digreſſa à veris religio ignorare nos vellet. Ament ſuos pullos, pullorumque matres, qui à nobis diſſentiunt: erecti ſint falſis ſuis animis, nos noſtris non concidimus: eluctari tentent his prohibitionum conſiliis: nunquam occumbere, niſi ratio & fides expugnata jubeant, Chriſtianum eſt ac noſtrum.

VELLEJANO SenatusConſulto mulier renunciat, etiamſi certiorata non fuerit, ſi mediante juramento renunciaverit, *c.ex reſcripto.6.ubi gloſſ.*

Juri Canonico eſſe ſtandum, ſi juramentum accedat, paſſim ex his differentiis, quæ juramentum aut proponunt, aut ſubmittunt, fit manifeſtum. Qui verò procedat jus Civi-

Vellejano SenatusConſulto mulier renunciat, dummodo de iſthoc beneficio in ſpecie per notarium certioretur, quale nimirum ſit & quâ præ-

in verb.

in verb. & uxorem. X. d. jurejur. Tiraquell. in *l. ſi unquam. in præf. num. 136. C. d. revoc. donat.* Hujusque ratio hæc adfertur, quia juramentum eſt loco certiorationis; cum ad jurisjurandi interpoſitionem majori deliberatione, quàm ad renunciandum, perveniatur: cenſeturque mulier virtute juramenti omni legum & juris auxilio renunciaſſe, ſi non in ſpecie, attamen in genere, Harpprecht. ad *pr. I. d. fidejuſſ. num. 59.*

rogativâ ſuffultum, Baldus ad *l. 1. C. ad SC. Vell.* Harppr. *d. loc. n. 47.*

le, tranſcribere forſan eſt operæ pretium ea, quæ in *diſſ. ſub meo præſidio de fidejuſſ. ſect. 4. lit. l. habita* prolixe tractavimus. Mulier ſi intercedat, tuta eſt vel ipſo jure duabus in cauſis. Una eſt, ſi aliter, quàm publico inſtrumento interpoſito, interceſſerit, *l. antiquæ. l. ult. C. ad SC. Vell.* Altera ea, quæ jure noviſſimo conſtituta, ſi uxor pro marito ſuo interceſſit, *auth. ſi qua mulier. C. eod.* Wiſſenbachius *diſp. ad R. J. 1. th. 5.* Gudelinus *d. jur. noviſſ. libr. 3. c. 11.* juxta quem non debet videri repugnans alia noviſſima conſtitutio, quæ dictat conſenſum uxoris, ut vir alienet oppignoretve rem propter nuptias vel doti datam, valere, modò poſt biennii tempus decurſum altera cautio ſcribatur, priorem conſenſum confirmans, & aliæ res ſint, unde queat mulieri ſatisfieri, *auth. ſive à me. C. d. ſ.* Etenim tunc nulla verè eſt mulieris interceſſio, cum intercedere demum is dicatur, qui ſuam perſonam, vel pignori res ſuas alieno nomine obligat; non etiam qui donat, vel aliquid juris ſui remittit, *l. quamvis. ff. eod.* Nec prorſus par ratio eſt donationis & interceſſionis, cum faciliùs ſe quis obliget, quàm alicui donet. Quapropter ſufficere viſum eſt perſeverantem tamdiu conſenſum, ut conſtitutum eſt in mulierum interceſſionibus, quæ pro extraneis fiunt, ad alienationem oppignorationemve iſtam mariti, quæ alioqui prohibita eſt, corroborandam. Quòd ſi mulier intercedens non ipſo jure tuta ſit, Vellejano SC. pleniſſimè comprehenſum eſt, ne pro ullo feminæ intercederent. *l. 1. in pr. ff. h. t.* Idcirco ſi mulieres de facto pro aliquo fidem interpoſuerint, ipſis SCto ſuccurritur exceptionis, replicationis, condictionis ope. Exceptionis, ſi nondum ſolverint, *l. tamen. 11. ff. ad SC. Maced.* replicationis in caſu *l. vir uxori. 17. §. 1. l. fin. §. item mulier. 2. ff. h. t. ad SC. Vell.* condictionis denique, ſi ſolverint, *l. qui exceptionem. 40. ff. d. cond. ind.* Quin & mulierum heredibus, procuratoribus, mandatoribus, fidejuſſoribus hoc beneficium competit, *l. mulierem. 14. 15. 20. C. h. t. l. ſi fidejuſſores. 6. ff. eod.* ſive obligatio in perſonam ſit, ſive in rem. Ratio prohibitæ interceſſionis eſt in interveniendi facilitate, quæ magis mulieri, quàm viro ſubvenit, etiam in delictis. Hinc volunt uxores adulteras ab Imp. à pœna mortis eximi, quia faciliùs in adulterii crimen mulier, quàm vir prolabatur, Matth. Steph. *ad artic. 120. num. 3. ordin. crimin. Carol. V.* Jod. Damhaud. *in prax. rer. crimin. c. 89. num. 111.* Eſt etiam in levitate, quâ nihil tam mobile quam feminarum voluntas, nihil tam vagum, Senec. *d. remed. fort.* & imbecillitate, quâ apud Plautum *in milit. glor.* laborat muliebris fides. Accedit imprudentia, quâ etiam adversùs propria commoda mulier ſuſcipit conſilium, *l. 4. C. d. Sponſal.* prona mentiendi libido, quæ ſimulat, quod non eſt, ac veritatis obtentu actiones ſuas inquinat. Et verò hæc omnia abſint, adeſt ipſius ſexùs verecundia, quæ jubet, ne mulieres perſequendæ litis obtentu in contumeliam matronalis pudoris irreverenter irruant, & conventibus virorum ac judiciis intereſſe cogantur, *l. 21. C. d. procur.* Hinc ſubinfert Gothauſen *part. 1. peric. 5. quæſt. Acad. 37.* quia feminis civilia officia omnia adempta erant, *l. 2. d. R. J.* quantò magis eis adimendum fuit id officium, in quo non ſola opera nudumque miniſterium earum verſatur, ſed etiam periculum rei familiaris. Poſtremò videri poteſt huic fidejuſſioni ipſa mulierum obſtare avaritia, quâ contra ſexùs eſt naturam, ut mulier largiatur, *l. 33. ff. d. donat. int. V. & U. l. 16. C. d. donat. ant. nupt.* Verùm hæc avaritia ſi eſſet tanta, prohibere cui foret uſui? ſi eſt aliqua, inducit præſumptionem, quam muliebris fidejuſſio

expugna-

expugnare poteſt. Lollia Paulina, de qua Plinius *libr.9.c.35.* fidejuſſiſſet, ſi aliter tunicam ex margaritis æſtimatam quadringenties ſeſtertiûm nanciſci non potuiſſet. Fidejuſſiſſent Senatorum matronæ, quæ totis ſæpe maritorum patrimoniis induebantur, in unamque veſtem fabricandam plus operarum occupabant, quàm ad theatrum ſuum compingendum Scaurus adhibuiſſet. Quid verò habendum, ſi mulier hujus SenatusConſulti exceptioni renunciet? Reſpondet Harppr. *ad pr. Inſt.h.t.num.*46. eam renunciare poſſe, dummodo de iſthoc beneficio mulier in ſpecie per Notarium certioretur, quale nimirum ſit & quâ prærogativâ ſuffultum, Burſat. *conſ.*149.*num.*42 *libr.*2. & eam opinionem totum mundum ita ſervare ex Alberico refert Gail. 2. *obſ.*77.*num.*2. Contrarium affirmat Gomezius *tom. var. reſol.*2.*c.*13.*num.*18.19. cujus primum argumentum eſt, quod idem habet Gothauſen *d.loc.* quia eadem fragilitate, quâ mulier inducitur ad fidejubendum, induceretur ad renunciandum, unde ſibi ſubveniendum eſt, *arg. text. in l. doli. §. diverſum. ff. d. novat. text. in l. fin. §. idem quæſivit. ff. d. cond. indeb. text. in l. fin. C. d. pact. pign.* Reſp. à fidejuſſione ad renunciationem non fit progreſſus. idque ob duas rationes. 1. eſt, quòd mulier inanem fidejuſſionis actum fortè ſciverit: eundem verò per renunciationem convalidari certioratio ipſi ſignificavit. 2. illam fragilitatem tollit certioratio, quod enim quis ex ſua culpa damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire. *l.*203 *d. R. J. L. doli.* ſecundæ promiſſionis, non certiorationis meminit. L. *fin.* agit de pacto, quod in pariationibus adſcribi ſolet, an impediat condictionem. L. *fin. C. d. pact. pign.* non continet beneficium perſonale aut temporale, cui quis renunciare poteſt, ſed prohibitionem omnibus præſcriptam, quæ cum præteritis præſentia quoque repellat & futura prohibeat. Secundum Gomezii argumentum eſt in *l. ſi mulier.* 22. *C. ad SC. Vell.* ubi habetur, quòd fidejuſſio ſecunda valet, & obligat, ſi fiat ex intervallo poſt bienniũ, non tamen ſi fiat in continenti, quia ex conſequentia ſuæ fragilitatis incidit in ſecundam jacturam & fidejuſſionem. Reſp. Ipſa L. notat eandem fragilitatem in his verbis, quòd adhuc ex conſequentia ſuæ fragilitatis in ſecundam jacturam inciderit, ideoque nec hic ab iterata interceſſione, quæ potuit eſſe perſuaſa, & ſermone delenifico elicita, fit progreſſus ad noſtram renunciationem, ſed ſi quidem iteratæ interceſſionis habenda ratio, noſtram renunciationem cautioni, quæ intra biennale juge tempus poſt priorem cautionem numerandum facta eſt, comparabimus: tunc enim, ut ipſa L. loquitur, mulier ſibi imputet, ſi, quod ſæpiùs cogitare poterat & evitare, non fecit, ſed ultro firmavit. Tertium Gomezii argumentum eſt ex *l. interdum. ff. d. minorib.* ubi habetur, quòd renunciatio vel excluſio ab aliquo beneficio eſt evidens læſio. Ergo ſimiliter juvatur beneficio Vellejani in contractu fidejuſſoris, ne propter fragilitatem ſexûs lædatur; eâdem ratione debet juvari in ejus renunciatione, quia aliàs remedium ſibi conceſſum à jure eſſet nullius momenti. Reſp. 1. hoc argumentum eſſe à ſeparatis, quod non procedit *l.*20. *in pr. ff. d. t. d. minor.* 2. renunciatio vel excluſio ab aliquo beneficio non eſt evidens læſio, ſed læſionis etiam metus. 3. non ſufficit læſio, ſed requiritur cauſa læſionis, quæ eſt injuria, ideoque injuria ac detrimentum in *l.*206. *ff. d. R. J.* conjunguntur 4. quemadmodum mulier non poteſt conqueri de caſu fortuito, quo læſio contingit, ita nec de voluntate ſuâ, quæ caſui fortuito, quia etiam nolle potuit, comparatur. Sic in §.27. *I. d. R. D.* voluntas & caſus fortuitus in deciſione ſpecificationis aſſimilantur. Cetera, quibus Gomezius infringere tentat noſtram opinionem, ſponte ruunt, nam *l. fin. §. fin. ad SC. Vell.* non agit de renunciatione judiciali, quod quidem opinabantur Caſtrenſ. *in d. l. f. §. pen. ff. ad SC. Vell.* Bachov. *vol. ad Treutl.* 1. *diſp.*25. *th.*4. *lit. E. & F.* ſed eſt cautio non opponendæ in judicio exceptionis extra judicium facta. In *l. fin. cum auth. ibi poſita* eſt applicatio doctrinæ generalis, quâ mulieri renunciare licet, ad caſum ſpecialem, in quo interdum mulieri renunciare neceſſum eſt. Et quòd vult leges illas, quæ permittunt juris ſui renunciationem, debere intelligi, præterquam ſi ætas vel fragilitas perſonæ ſit immediata cauſa privilegii argumento textûs in *l. alia. §. eleganter. ff. ſol. matrim.* ad id reſp. in *d. l. alia.* non agi de ætate, vel fragilitate perſonæ, ſed de pacto, quo maritus ad ſolidi præſtationem contra bonos mores adigeretur.

Accedit,

Accedit, quòd ætas vel fragilitas perſonæ poſſit eſſe cauſa immediata privilegii, ſed non eſt perpetua, nec eſt inevitabilis. Denique ætas vel fragilitas eſt nota ignorantiæ vel inconſultæ incogitantiæ, quam certioratio mulieribus facta ſat replicare potuit: quod reſponſio ad primum Gomezii argumentum partim ſuggeſſit. Poſt Gomezium tria alia ſubjicit argumenta Hunnius *var. reſol. libr. 3. tract. 5. q. 2. 1.* Pactum, quod à jure communi remotum eſt, ſervari non debet, *l. 7. §. & generaliter. 16 ff. d. pact.* & quæ alia ibidem congeſſit. Reſpondet Harpprechtus *ad pr. I. d. fidejuſſ. num 51. 52.* Hoc eſſe intelligendum de iis, quæ jus commune, id eſt, leges aut mores nominatim vel præcipiunt vel vetant fieri, & oſtendit contra haſce leges aut mores conventione privatorum aliud induci haud poſſe tradente Cujacio *ad l. jus publicum. 38. ff. d. pact.* Deinde ſimpliciter negari poteſt, hoc pactum à jure communi eſſe remotum, quia jus commune potiùs aſſereret mulieris fidejuſſionem: jus verò ſpeciale illam prohibet. 2. Hunnii argumentum eſt, Qui poteſt privilegio & exceptioni ſuæ renunciare, is eſt idoneus fidejuſſor, *l. 7. in pr. ff. qui ſatisd. cog.* Reſp. Ex ipſa *l. 7.* non eſſe idoneum fidejuſſorem, nam idoneus fidejuſſor recuſari non poteſt, ſed demum fieri idoneum fidejuſſorem, ſi ei prædicatur, non eum uſurum privilegio, ſi conveniatur, ita ut renunciatione fiat idoneus fidejuſſor, qui citra renunciationem non fuiſſet idoneus. E' quibus apparet, longè aliud eſſe ab initio quem idoneum eſſe fidejuſſorem: aliud remoto impedimento idoneum fieri fidejuſſorem; ſicque concurrant jus & juris renunciatio, caſus concurrunt oppoſiti. 3. Hunnii argumentum eſt, Minor beneficio ſuo reſtitutionis in integrum non efficaciter renunciat, quoniam & contra renunciationem reſtituitur. Atqui mulier comparatur minori, *l. 8. §. 1 ff. qui ſatisd. cog.* Igitur nec ipſa poterit SC. Vellejano renunciare. Reſp. A' perſona minoris, cujus infirmum eſt conſilium, multis captionibus ſuppoſitum, & multorum inſidiis expoſitum, *l. 1. in pr. d. minor.* ad perſonam mulieris, in qua quod deeſt, ſupplet certioratio, non argumentamur. 2. Si quid coucluderet *l. 8.* quæ tribuuntur militi, etiam tribuenda forent mulieri. 3. Ipſa *l. 8. in* §. 2. de minore magis dubitat, quàm de muliere in his verbis, *Minori quoque viginti quinque annis ſuccurrendum eſt: fortaſſe & mulieri propter imperitiam.* Vid. caſum. *l. 32. in pr. ff. ad SC. Vell.* Potuiſſent diſſentientes & hoc inferre, eo modo contingere, ut evacuetur dos, quam conſervari Reipubl. intereſt, *l. 1. ff. ſol. matrim. l. 2, d. jur. dot.* Reſpond. 1. Non debere, quod ritè & ſecundùm leges ab initio actum eſt, ex alio eventu reſuſcitari, *l. 25. C. d. adm. tut.* 2. non hic agitur tantùm de uxore. 3. Quum Reip. interſit mulieribus dotem conſervari, ideo leges nomine dotis multa indulſerunt privilegia, quibus in noſtro caſu poſſe renunciari modò eſt aſſertum. Et hæc ſunt præcipua, quibus renunciatio tollitur, quæ cum non ſufficerent Bachovio *d. loc.* ſuſtulit etiam certiorationem in his verbis, Neceſſaria ea non videtur, cum quivis juri, cui renunciat, gnarus eſſe intelligatur, vel quia certioratio ad augendam vel minuendam obligationem nihil facit, neque ſufficiens eſt ad cohibendam levitatem, & excludendam infirmitatem mulierum, aut ad abſterrendum eas ab interceſſione, quæ nullum præſens oſtendit periculum: & cum certiorationis finis ſit ſcientia, nihilominus mulieres, ut maximè juris ſui conſciæ ſint, hoc SCto juvantur, & ſemper militat ratio, quæ ducitur à cauſa impulſiva hujus SCti, ne mulieres ex aliena obligatione ſentiant damnum. Reſp. 1. quivis juri, cui renunciat, gnarus eſſe intelligitur, ſed non quævis. 2. Etiam in eo, qui juris ſui gnarus eſſe intelligitur, requiritur certioratio, quamdiu prætenſæ ignorantiæ hortatur metus. 3. quando denunciatio, intimatio vel certioratio fit ſolùm ad finem, ut quis ſciat, tunc ſufficit, quòd quis ſciat, & iſto caſu certus non debet certiorari: ſi verò certioratio eſt de ſubſtantia vel forma, prout quando lex mandat denunciari, aliàs actus ſit nullus, tunc non ſufficit ſcientia, ſed debet fieri denunciatio ei, qui certus eſt. Vid. Ant. Fabr. in *rat. decid. ad l. 4. ff. d. pign. act.* Vel alio modo, ut ſcilicet quando notificatio & intimatio fit, ut quis reddatur certus de aliquo, tunc ſi ipſe, cui debet fieri, ſciat aliunde, non eſt neceſſaria alia notificatio vel certioratio; ſi verò fiat ad invitandum, notificandum, ut aliquid faciat, vel ad prohibendum, ne aliquid faciat, tunc non ſufficit ſcientia. 4. Nihil faciat certioratio ad minuendam obligationem, facit tamen ad augendam: nec hic locum

habet minuenda obligatio, quia vel eſt nulla ante renunciationem, vel poſt renunciationem efficax. 5. certioratio ſæpe ſufficiens eſt ad cohibendam levitatem. 6. certioratio non ſit cohibitio levitatis, eſt ejusdem admonitio. 7. non excludit infirmitatem mulierum, ſed infirmitatem juris, quo ante certiorationem mulieres conveniebantur. 8. absterret ab interceſſione, quæ nullum præſens oſtendit periculum, ideoque, quia interceſſio nullum præſens oſtendit periculum, certioratio eſt & neceſſaria & utilis. 9. SC. non vult mulieres ex aliena obligatione non ſentire damnum, ſed obviam it iis damnis, quæ mulieres non intelligunt. Denique ad tollendam certiorationem ſi ab aliquo urgeatur virile fidejuſſionis munus, reſp. vocari virile munus eo ſenſu, quo in *l.16. in pr. ff. d. tutel.* tutela, quæ plerumque virile eſt officium, non tamen in mulieribus omnino improbatum, ita ut virile officium non excludat, ſed tantùm comparet viris mulieres. Hic indagandum erit cum Hering. *c. d. fidejuſſ. 7. num. 474. & ſeqq.* à quo mulier certiorari debeat? Quid enim ſi mulier non ſit certiorata, an culpa erit creditoris, qui ſibi non vigilavit: vel an agendum cum Notario, quaſi non fideliter officio ſuo functo? Videtur non eſſe Notarii, ſed creditoris, ut ſit curioſus & diligens. Quicquid tamen ſit, non abs re erit probare, Notario potiùs id oneris incumbere (quod tranſcripſi ſupra ex Harppr.) ut de hujusmodi beneficio ſibi competente mulierem inſtruat. Hic comminiſcuntur tacitas renunciationes. Si mulier juraverit, ſi interceſſionis pretium acceperit. Si decipere voluerit, ut ſi ſe virum ſit mentita, velut nuper in *diſp. d. arbitris.* eſt traditum, aut ſi in cubiculo vir, in convivio puella fuerit, quod monet Seneca *epiſt. 47.* aut ſi, quod idem in *natur. quæſt.* levitate quis & politurâ corporum muliebres munditias antecedat, colores meretricios matronis quidem non induendos ſumat, tenero & molli inceſſu ſuſpendat gradum, non ambulet, ſed repat. Vide Balthaſarum Bonifacium *in hiſt. ludicr. libr. 4. c. 38.* Si pro libertate intervenerit. Si intervenerit Regina, Duciſſa, Comitiſſa, Abbatiſſa, aut alia illuſtris mulier regalia & jurisdictionalia habens, ut habuit Joanna, Siciliæ Regina, Eliſabetha Angliæ Regina, Margarita Daniæ Regina, Maria Regina Hungariæ & Margarita Parmæ & Placentiæ Princeps. Verùm non poteſt eſſe renunciatio tacita, ſuper qua juratum eſt. Non liberum eſt ei renunciare, vel non, quæ interceſſionis pretium accipit. Si decipere voluit, circa renunciationem hoc obtinet, Mulieribus tunc eſſe ſuccurrendum cum defenduntur, non ut faciliùs calumnientur, *l. 110. §. ult. ff. d. R. J.* Si pro libertate intervenit, non in hoc cardo eſt quæſtionis, an mulier renunciare poſſit, ſed an intervenire poſſit. Si regalia vel jurisdictionalia habeat, quod ſentire ex aliena obligatione poteſt damnum? aut coram quo Judice renunciabit? Quis Notarius eam ſui beneficii certiorem reddet? vel quis aſſeruerit eam ſui beneficii non eſſe certiorem, quæ virilia negotia ſuſtinet, pro tribunali ſedet, jus dicit, commiſſiones perficit, arbitri officium ſuſcipit, laudum profert, legationis munus obiit?

VENATIO arenaria eſt, quando quis cum beſtia depugnaturus in arenam prodit, & illa venatio adeò reprobata eſt, ut etiam ſpectatores mortaliter peccent, text. in *c. qui venatoribus. diſt. 86. ubi notabilis gloſſa & gloſſa in c. 1. d. Cler. venat. in verb. voluptate,* Gail. *libr. 2. obſ.* 68. *num.* 8.

Quoad jus Canonicum non quærimus, An ſpectatores mortaliter peccent; ſed arenariam venationem improbamus, improbatâ ſimul Juris Civilis diſtinctione, nam diverſi fines injuſtè agentium nec hic actum juſtum efficere poſſunt, nec eſt attendenda perſona eorum, qui venatoribus hisce donant, quia qui tali donat, honorat in eo vitium, non naturam, *d. c. qui venatoribus. diſt. 86.* Vid. Otton. Taborem in *theſaur. Juriſpr. ex*

Venatio arenaria tunc licita eſt, quando non eſt mercenaria, ſed fit virtutis oſtendendæ causâ, ceterùm qui ad hoc locat operas ſuas, ut cum beſtiis depugnet, infamis eſt, *l. 1. §. 5. ff. d. poſtul.* Gailius *d. loc. num. 8.*

86. *num.* 8. Corvinus in *jur.Canon.libr.*4.*tit.*32.

*Axiom Barboſæ part.alt. libr.*19. *cap.*4. *axiom.*3. Eleganter Caſſiodorus in epiſtolis venationem hanc vocat ludum deteſtabilem, certamen infelix, ſanguinariam voluptatem, religionem impiam. Idem, Si ullus æquitatis eſſet intuitus, tantæ divitiæ pro vita mortalium deberent dari, quantæ in mortes hominum videntur effundi. De Torneamentis vid. Limnæum *d.jur.publ. libr.*6. *cap.*5. *& in addit.* Hoc unicum interrogo, Si venatio arenaria eſt licita, quare in *l.*38. *in pr.ff.d.oper.libert.* hæ demum impoſitæ operæ intelliguntur, quæ ſine periculo vitæ præſtari poſſunt: & arenarius manumiſſus tales operas præſtare non poteſt?

VENATIONE interdictum eſt Clericis, ne hac voluptate capti cultum divinum deſerant, *c.*1. *&* 2. *X. d. Cleric. venat.* Vid. tamen Oſtermannum in *colleg.Colon.extraord.diſp.*7.*th.ult.* quam rationem in bonorum Clericorum gratiam malo, quàm illam alteram, quâ vel mariti, quique recèns uxorem duxerunt, libidinis prurigine liberantur & muliebrium deliciarum obliviſcuntur, cum, juxta Balthaſ. Bonifacium in *hiſtor. lud.libr.*2. *cap.*40. vel cæcis appareat hanc rationem eſſe nullam. Vid. differentiam, in qua *Matrimonium Clericis ne ſit commune.* Vera etiam ratio eſſe poteſt, ne reditus Eccleſiarum equis & canibus alendis abſumant, quos patrimonia pauperum eſſe Pontifices decréverunt, & ſemper, quatenus experientia contrariũ non

Feræ beſtiæ & volucres & piſces & omnia animalia, quæ mari, cœlo & terrâ naſcuntur, ſimul atque ab aliquo capta fuerint, juregentium ſtatim illius eſſe incipiunt, *§.feræ.*12.*I.d.R.D.*

Sunt qui exiſtimant non poſſe citra injuriam lege civili aliquos impediri, ne feras capiant, captasque ſuas faciant, quoniam jure naturæ, quod immutabile eſt, hoc omnibus licet. Sed verius eſt Vinnio *ad d.§.num.*4. poſſe. Eſt enim hoc jus ex jure naturæ permittente, non præcipiente, ut ſemper liceat. Jam verò etſi lex civilis nihil poteſt præcipere, quod jus naturæ prohibet, aut prohibere, quod præcipit, poteſt tamen libertatem naturalem circumſcribere, & vetare, quod naturaliter licebat, atque ita ipſum dominium naturaliter acquirendum vi ſuâ antevertere, Vid. Hug. Grotium 2.*d.jur.bell.c.*2. *num.*5. *& c.*3 *n.*5. Covarruviam in *relect.c.peccatum d.R.J.in* 6.*part.*2.§.8. Vid. *diſp. meam inaug. d. leg. theſ.*58. Non obſt. ipſe Pontifex Leo X. qui venationibus & aucupiis nobilioribus adeò perditè ſtudebat, ut ſpurciſſimas ſæpe tempeſtates, inſalubresque ventos & frequentiam montium & itinerum incommoda obſtinatè contemneret, vixque inde avelleretur, niſi aut Senatûs habendi, aut ſolennium ſacrorum causâ ad urbem vocatus. Non enim exemplis definimus, *l.*12.*ff.d.off.Præſ.* niſi exempla ſint ejuscemodi, quæ laudem mereantur. Memoriæ prodit Forſtnerus in *not. polit. ad Corn. Taciti libr.* 12. Chriſtophorum Würtembergiæ Ducem, Principem ſapientiſſimum, etiam dum venationi indulgeret, & ad retia ſedentem perpetuò à ſecretis hominem ſecum habuiſſe, cujus miniſterio ad ſupplices libellos reſcribebat: Caij Plinii fortaſſis exemplo, qui ſe ipſum non cum pannario tantùm & laguncula, ſed cum ſtilo & pugillaribus venari ſolitum teſtatur, ut ſi manus vacuas, plenas tamen ceras reportaret. Adhæc faſtus Pontificum ſe Clericorum turbæ non aggregat. Non etiam obſtant propria Clericorum vivaria & & proprii ſaltus, quia tunc per Laicos venantur. Non denique obſtat, quòd Clericis piſcari liceat, *c.*11. *diſt.*86. cujus diverſitatis ratio eſt, quia piſces extra-

teſtatur, eò adhibuerunt. Quoties adminiſtrationem Clericorum circa reditus Eccleſiarum cogito, in mentem venit prægrandium ac domeſticorum corvorum, quos Chinenſes prædæ aſſuefaciunt. Colla eorum nodo ita laxo conſtringunt, ut nequaquam intercluſâ reſpiratione, cibos tamen transmittere ac deglutire non valeant. Ita è caveis dimiſſi admirabili ſolertiâ ſeſe in aquas immergunt, & mox piſciculos ore conceptos, majores autem roſtro comprehenſos domum, unde abiere, identidem referunt, quoad ſolutis omnino faucibus ad ſatietatem ipſi quoque paſcantur.

huntur abſque clamore & ſanguinis effuſione: venatio verò fit cum cruore & eſt ſpecies militiæ, Steinberg. *diſp. ad Inſt. 6. theſ. 17.* Harpprechtus ad §. 12. *&* 13. *Inſt. d. R. D. num.* 87. Vel quia venationis major eſt voluptas, quæ pias cogitationes impedit: vel quia venatio majore ſumptu fit, Ungebaur ad *d. tit. d. Cler. venat. num. ult.* Quatenus tamen venationis recreatio Clericis ſit communis, vid. Menochium *conſ.* 221. *num.* 50. 51.

VENATIONEM Duces, Principes, Marchiones, Comites & conſimiles in ſuis territoriis prohibere non poſſunt, ***c. cum inferior. 16. d. major. & obed. Clem. ne Romani. 2. in princ. d. Elect. c. quod ſuper his. 9. eod.***

Nulla eſt differentia. Nec obſtat *d. c.* 16. Cum enim Duces, Marchiones & reliqui regalem dignitatem perpetuò habentes in ſuis Ducatibus & territoriis Imperatorem repræſentent, & jura Imperatoris habeant, dici non poteſt illos in ſuis provinciis vel territoriis Romano Imperatore eſſe inferiores. Proinde ſi legem municipalem juri Civili repugnantem faciant, non rectè affirmatur, quòd Inferiores legem Superioris ſuſtulerint. Non obſt. *d. c.* 9. Licet enim Epiſcopus in ſua diœceſi nihil contra jus Civile vel Canonicum ſtatuere valeat, non tamen juſtâ conſequentiâ hoc ad Principes Seculares extenditur: cum apertiſſimum ſit Principes Seculares majorem in temporalibus, quàm Epiſcopos habere poteſtatem. Et quòd in *c. omnes. X. eod.* affertur, Omnes Principes Epiſcopis eſſe ſubditos, id de ſpiritualibus accipiendum. Vid. Harppr. *d. loc. num.* 111. 112. 113. Hanc controverſiam ſi conſideraret Janus, reſpiceret & noſtra & antiquiora tempora. Si antiquiora, deprehenderet & olim Principes venationem exercuiſſe, ut ſolatium curarum, quibus rempublicam amplectebantur. Nam quod Lipſius ad *c.* 2. *in Senecam. d. conſtant.* annotavit, apud Romanos ruſticos, non verò Proceres hoc coluiſſe ſtudium, de eo meritò ambigas ex Plinii verbis ad Cæſarem Trajanum: *Quæ enim*, inquit, *remiſſio tibi, niſi luſtrare ſaltus & excitare cubilibus feras, ſuperare immenſa montium juga, & horrentibus ſcopulis gradum inferre?* Deinde addit: *Hæc olim experimenta juventutis; hæc voluptas erat: his artibus futuri Duces imbuebantur, certare cum fugacibus feris curſu: cum audacibus robore: cum callidis aſtu. Nec mediocre pacis decus habebatur, ſubmota campis irruptio ferarum, & obſidione quadam liberatus agre-*

Prohibere poſſunt, quia regalem dignitatem & jurisdictionē perpetuam & ad heredes tranſitoriam habentes ſuis in ditionibus, Ducatibus, Marchionatibus, & territoriis eodem jure eademque poteſtate fruuntur, quâ Imperator ſive ſummus Princeps in univerſo Romano Imperio, huncque illi repræſentant, & conſequenter etiam contra jus commune, quoad ſubditos ſuos, ſtatuere poſſunt, Harpprechtus ad §. 12. 13. *I. d. R. D. num.* 107.

agreſtium labor. Si reſpiceret Janus noſtra tempora, deprehenderet non tantùm, quod Diodor. Tuldenus ad *tit. Inſt. d. rer. diviſ. c.* 20. notat, omni ævo à Magnatibus uſurpatam fuiſſe venationem, tanquam exercitium ad res militares; ſed hodie uſurpari. In quo conſentiunt Commentatores, quantumvis in ejus ratione diſſentiant. Quum anno 1660. menſe Aprili. de venatione ferarum diſputaret NOBILISSIMUS ALBERTUS BERNS, HAEREDITARIUS IN WANDESBECK, cujus inſtanti in Jurisprudentiam judicio & egregiæ ad excelſiora ſpei operam noſtram addiximus, ait in *th.* 26. Si excurrere luberet in rationes Politicorum, quibus jus venandi Principibus aſſignant, è veſtigio fieret manifeſtum, has non eſſe perpetuas, ut obſervat Manzius ad §. 12. *I. d. R. D. num.* 44. *& ſeqq.* Prima eorum eſt hæc, ſi cuilibet permiſſa eſſet venatio, facilè in aliqua regione abſumi poſſet tota ſpecies. Subſumit Manzius, in Franco Comitatu Burgundiæ venatio indifferenter omnibus permiſſa eſt, & tamen magna ibi ferarum reperitur copia, quam Deus ita benedicit, ut caro ferina quotidianis ferè uſibus deſerviat. Deinde reipublicæ potiùs intereſt, ne multitudine ferarum aut communitas vitæ humanæ aut agricolatio infeſtetur. Secunda ratio eſt, Neminem abſtrahendum eſſe ab opere, à quo pendet reipublicæ utilitas. An ergo ante prohibitionem agri & vineæ non colebantur? Tertia ratio eſt, Uſum armorum quotidianum multis ex cauſis interdictum præſertim ruſticis; venationem autem ſine armis non fieri. Non procederet hæc ratio iis in locis, in quibus uſus armorum non modò non eſt interdictus, ſed injunctus, ita ut diebus dominicis & feriatis ſeſe in jaculando exercere vel inviti cogantur. Adhæc quot ex ruſticis & artificibus ſunt, qui toto autumno ſeſe in jaculando occupant, & ad luſus jaculatorios de civitate in civitatem circumeunt, ziehen von einem Freyſchieſſen zu dem andern/ & tamen dum præter jacturam operarum, præter agriculturam neglectam, tempus & pecunias ludendo, potando & jaculando inutiliter perdunt, nemo eſt, qui dicat, hoc utilitati publicæ officere. Quarta ratio, Quòd hæc venationis communio excitet diſcordias, ſub abſurdo conſequenti perit. Hoc idem animadvertit Tuldenus *d. loc.* ubi poſt alia, Illæ rationes, quæ allatæ ſunt, videntur quibusdam tantùm prætextus eſſe. Stultum enim eſſe metuere, ne nimio venandi ſtudio ſpecies aliquæ intercidant ferarum: cum hujus rei curam gerat Providentia, conſtetque omnes ferarum ſpecies ab illis temporibus, quibus permiſſa erat omnibus venatio, perveniſſe ad hoc ſeculum. Similiter fruſtra timetur, ne communio venationis excitet contentiones, quia eæ hodie multo magis ex prohibitione oriantur; cum olim de venatione rariſſimæ fuerint controverſiæ, ut apparet ex libris juris. Nec minùs otioſa ſollicitudo, ne licentia venationis abducat agricolas à ſuis operibus reipublicæ magis neceſſariis. Etenim, ut quidam ait, vicinum habent permiſſa faſtidium, & ab omni antiquitate nullum extat exemplum deſertæ vel neglectæ hac occaſione agriculturæ. Itaque exiſtimo de hac quæſtione ita ſtatui poſſe, ut non attentis hac vel illa ratione in bono publico rationem fundemus.

VENATIO quamvis ſit illicita, captum ſit capientis, nec reſtitutioni obnoxium eſt, modò nullius fuerit. Nam ſi qua obligatio reſtituendi eſſet in hac ſpecie, ea deducenda foret à juſtitia commutativa, quæ per iſtam venationem

Canoniſtæ equidem tractant hanc quæſtionem, verùm non eſt juri Canonico propria, nec in eo, quàm in jure Civili, alia. Accedam aſſertione meâ juri Civili, interea confeſſus maximæ apud me eſſe authoritatis eos, qui diverſum quaſi torſerunt. Dulcis ubi eſt amicitia, & debitus ju-

Lex prohibet venari in alieno invito domino, *l. 16. ff. d. S. R. P.* ea autem, quæ contra legem fiunt, pro infectis habentur, *l. 5. C. d. ll.* ideoque perinde erit, ac ſi fera illa capta non ſit. Nec ſufficit, quod Donellus dicit, delictum eſſe in ingreſſu

non poteſt dici infringi, quia nulli damnum infertur, cum fera nullius maneat, nec adficiatur per prohibitionem; quæ tantùm facit peccare, & ad pœnam injunctam teneri, non etiam ad quid reſtituendum, quamvis per judicem in pœnam transgresſionis posſit fera capta auferri, Covarruvias ad *c. peccatum. p.* 2. *§.* 8. *num.* 2. *&* 4. Zœſius ad *tit. Decretal. X. d. Cleric. venat. num. ult.*

fundi, cum verò diſtingui à captura. Nam non tantùm delictum in eo eſt, ſed in venatione contra prohibitionem domini facta in ejus agro. Diodor. Tuidenus in comment. ad *tit. Inſt. d. rer. div. c.* 16. Vide & Edmundum Merillium ad *§.* 12. *Inſt. eod.* Biccium *ſect.* 3. *rer. quotid. th.* 12. *lit. d. C. J. A. libr.* 41. *tit.* 11. *θ.* 17. *num.* 3. *&* 4. Locamerum *quæſt. Juſtin.* 121. *per tot.* Accedit, quòd venatio ſit fructus fundi, Modeſtin. Piſtor. *illuſtr. quæſt. juris tum comm. tum Sax. part.* 1. *quæſt.* 15. Pluribus aliis in hanc ſententiam nititur ſub præſidio Clarisſimi Dn. Rebhan. in *paralipom. Meierian. dec.* 6. *q.* 2. Melchior Guillelmus à Scall, Eques Misnicus: verùm & ille amiſsâ viâ amnem errantium ſequitur.

ſtę venerationis cultus, non videatur cuiquam amara noſtra diſſenſio. Non brachia jactabo, nec in adverſarium movebo corpus: prius eſſet inanis arrogantiæ: hoc negaret duos poſſe diſſentire alias conſentientes. Facem hanc in ſingulis præferamus.

Primò allegatur *l.* 16, *ff. d. S. R. P.* in qua Divus Pius aucupibus ita reſcripſit, Non eſt conſentaneum ut per aliena prædia invitis dominis aucupium faciatis. Reſpond. hinc non colligi illicitam eſſe venationem, ſed ut illicita fiat, eam ab Imperatore prohiberi poſſe. 2. dominium quidem diſtinguit prædia propria ab alienis, ſed res nullius, qualis eſt fera, quæ in naturali laxitate vagatur, eam diſtinctionem non agnoſcit. 3. inviti dicuntur domini non in relatione ad aucupium, quod commune eſt terræ beneficium, ac invidenda nemini liberalitas: ſed in relatione ad illa prędia, per quæ invitis dominis aucupium fiebat.

Secundò allegatur *L.* 5. *C. d. ll.* in qua quæ contra legem fiunt, pro infectis habentur. Reſpondeo. 1. Duplex eſt coërcitio eorum, quæ in jure prohibentur. Alia in mero jure conſiſtunt, & tunc qui contrarium molitur, peccat in ea, quæ conſtitutio legis præciſè jubet. Sic in *eadem leg.* Nullum pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus ſubſecutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente. Et *paucis interjectis.* Ea, quæ lege geri prohibentur, ſi fuerint facta, non ſolùm inutilia, ſed pro infectis etiam habeantur. Hujus exemplum præter infinita alia elegans eſt in *l.* 14. §. 1. *C. d. SS. Eccl.* in his verbis. *Sanè ſi hæc noſtræ perennitatis ſtatuta audaci ſpiritu & mente ſacrilegâ quisquam Oeconomorum vel hominum temeranda crediderit: ipſe quidem, qui protervo auſu eccleſiaſtica prædia donationis vel emptionis vel cujuscunque contractûs alterius acquirere vel habere tentaverit, omnem ejusmodi fructum propriæ temeritatis amittat: & pretia quidem & munera, quæ ejus rei gratiâ data fuerint Oeconomo, ſive aliis quibuscunque perſonis, Eccleſiæ lucris & commodis acquirantur, prædia autem & in his omnibus conſtituta ab ipſis Clericis & temporalibus Oeconomis cum fructibus ſeu penſionibus vel acceſſionibus totius medii temporis vindicentur: ut tanquam penitùs à nullo empta vel vendita teneantur, quia ea, quæ contra leges fiunt, pro infectis habenda ſunt.* Alia autem eſt coërcitio eorum, quæ in ambiguo facto conſiſtunt, & tunc quia factum poteſt eſſe licitum, quod demum prohibitione fit illicitum, id, quod factum eſt, non è veſtigio pro infecto habetur. Reſpondeo

2. ea,

2. ea, quæ contra legem fiunt, contra legem fiunt dupliciter, vel directò, vel tantùm in conſequentiam eorum, quæ contra legem fiunt: priori caſu factum pro infecto habetur; poſteriori caſu factum non ſemper reſcinditur. Reſpondeo 3. aliud eſſe quid fieri contra prohibitionem legis; aliud verò quid fieri contra prohibitionem hominis, cui lex non refragatur: prioris eſt perpetua obſervatio; poſterioris, ſi non obſervetur, eſt tamen juſta animadverſio. Reſpondeo 4. inde ſequi abſurdum, perinde eſſe ac ſi fera illa capta non ſit: hoc enim, ut ſervetur mens quæſtionis, abſolutè intelligi non poteſt, ſed in relatione ad eum, qui feram illam cepit ex opinione Tuldeni: aut in relatione ad eum, qui feram illam non cepit ex opinione noſtra, quâ volumus feram captam eſſe capientis, & non poſſe eſſe alterius, ſive dominus quis fundi fuerit, ſive non.

Tertiò allegatur non ſufficere, quod Donellus dicit delictum eſſe in ingreſſu fundi, cum verò diſtingui à captura: nam non tantùm delictum in eo eſſe, ſed in venatione. Diverſum ſuadet Manzius ad *d.* §.12. *J. d. rer. diviſ. num.* 4. & 5. quia licet feræ ſuper terram gradiantur & ſolo ſuſtineantur, terræ tamen aut ſolo non cohærent, ideoque ſecundùm conditionem aëris, in quo ſpirant, æſtimantur. Item quia feræ beſtiæ nullo certo loco concluduntur, ſed liberè vagantur, potiùs in aëre vivere, quam ſolo contineri ſunt exiſtimandæ. Sicut igitur aëris uſus omnibus communis eſt tam in ſuo, quàm in alieno. Et ſicut aërem ubique hauriendo noſtrum facimus; ita ea, quæ in aëre capiuntur: quare ſicut aër incumbens terræ non ſpectat ad dominum fundi, ſed cuique occupanti haurientique conceditur; ita & feræ in hoc aëre captæ, quamvis in fundo alieno. R. 2. venationem contra prohibitionem domini non eſſe factam, nam non ipſa venatio prohiberi potuit formaliter, ſed tantùm antecedenter: proinde venatio non eſt facta contra prohibitionem, quantumvis ſit facta poſt prohibitionem.

Quartò allegatur Biccius in *reb. quot.* ubi adducit (præter *l.* 55. *d. A. R. D.* quam in ſequentibus enucleabimus) videri prohibitum magis ipſius prohibentis commodo operam ſuam impendiſſe, arg. §.30. *verſ. ſed hoc caſu. J. d. R. D. l.* 27. § 25. *ff. ad L. Aquil.* Reſpondeo. 1. non poſſe eſſe prohibentis commodum, quod non ipſâ prohibitione, ſed occupatione demum nanciſcimur. 2. ſi prohibitio id efficeret, ecquis prohibitus eò amentiæ prolaberetur, ut venationem aut inchoaret, aut continuaret? 3. in §.30. proponitur diverſiſſimus caſus, quo quis in alieno ſolo ex ſua materia domum ædificaverit, tunc enim domum fieri alterius & materiæ dominum proprietatem amittere. Hoc quæritur, ſi quis in alieno ſolo ex ſua materia domum ædificaverit, & inter ædificandum feram ceperit, an quemadmodum materiæ ſuæ amittit proprietatem; ſic feræ captæ proprietas ad dominum fundi pertineat; 4. in *l.* 27. §.25. *ff. ad L. Aquil.* non noſtrum thema ventilatur, cum non ſit neceſſum eum, qui in alieno venatur, olivam immaturam decerpere, vel ſegetem deſecare immaturam, vel vineas crudas: quòd ſi præter venationis actum tale quid perpetret, laudata lex applicabitur. 5. manifeſtum ſit non ſeriò, ad minimum non conſtanter, Biccium id ſenſiſſe, quoniam ibidem addit, Aliud tamen de poſſeſſione dicendum. Nam eum, qui contra prohibitionem in alieno fundo laqueum poſuit, feræ in eum incidentis, & expedire ſe neſcientis, poſſeſſionem verè nanciſci: fac. *l.* 3. §.13. *ff. d. A. vel A. P.* quatenus nimirum & animum occupandi & poſſidendi habet: & per laqueum ita naturaliter feram detinet, ut quando velit, naturalem ejus poſſeſſionem nanciſci poſſit. Sed hæc poſſeſſio ad acquirendum feræ dominium non prodeſt, cum ſit vitioſa & injuſta, ut meritò inde, ceu ex delicto, nihil lucrari debeat, fac. *l.* 12. §.3. *ff. d. furt.* Primò hoc quæſiverim, quo intervallo diſtent poſſeſſio & dominium in re, quæ ante occupationem erat nullius? 2. cui uſui eſſet illa laquei poſitio? ejus, qui laqueum ponit, non intereſſet, feram in laqueum incidere, aut non: ſe poſſe expedire aut non. 3. in *l.* 3. §.13. *ff. d. A. vel A. P.* duntaxat continetur modus, quo naturalem poſſeſſionem nanciſcimur. 4. non eſt vitioſa nec injuſta poſſeſſio, quæ alterius non erat. 5. jam eſt aſſertum venationem non eſſe delictum. 6. tolerabile eſt lucrum, quod nullius damnum

mnum complectitur. 7. *d.l.*12. non agit de quovis lucro, verùm de improbitate, ex qua nemo actionem conſequatur.

Quintò allegatur Locamerus in *d. q.*121. Negativa verior eſt, & colligi poteſt ex *l. in laqueum.*55.*ff.d.acquir.rer.dom.* ubi proponitur caſus, quo in laqueum venandi causâ ab aliquo poſitum aper incidit, quem ſic hærentem alius abſtulit: & quæritur præcipuè, an aper iſte ejus, qui laqueum poſuit, factus, atque ſic ei ſuus aper ablatus videri debeat? Ad quam quæſtionem JCtus reſpondet accuratè & ſollicitè conſiderando primùm poſitionem laquei, deinde hæſionem apri. Quoad prius, dicit intereſſe, utrùm in publico an privato laqueus fuerit poſitus: (ſic enim phraſin iſtam, *videamus ne vel an interſit*, uſurpari apparet ex *l. quarundam.* 51. *ibi, videamus ne hæc ipſa corporis traditio ſit.ff.de acquir.poſſ.& l.ſi epiſtolam.*65.*§.ſi qua.*2.*ibi, videamus ne hoc falſum ſit.ff.d. A.R.D.& l.falſus.*43.*§.*1.*ibi, videndum eſſe ait an hæc ſententia cum diſtinctione vera ſit. ff. d.furt.*) innuens, quòd ſi in publico ſeu liberæ cujusvis venationi permiſſo loco (ſecus enim eſſet in loco publico vel Univerſitatis certâ mercede alicui locato, *l. injuriarum.*13. § *ult. verſ. conductori. ff. d. injur.* ſecus etiam, ſi in publico itinere, v.g. venationis causâ facere quis vellet, quod uſum aliorum impediret, *l. qui foveas.*28.*in pr. & l.ſeq.in pr.ff.ad L. Aquil.*) laqueus fuerit poſitus: aper factus videri debeat ejus, qui poſuit. *arg. §. flumina.* 2.*Inſt.de R.D.* Sin in privato: tunc rurſus diſtinguendum, utrùm in proprio, an in alieno id fuerit factum: indicans, quòd illic ſine dubio aper ſit factus ejus, qui laqueum poſuit: hìc verò ad extremum dicit eſſe videndum, utrùm permiſſu domini, an ſine eo laqueus fuerit poſitus. Manifeſto argumento, quòd illic aper ſit factus ponentis: hìc non æquè: Niſi (quod nefas) otioſè prorſus JurisConſultum iſtas diſtinctiones adduxiſſe velimus dicere. *d. l.* 55. *verſ. laqueum videamus.* Quoad poſterius, monet videndum; an aper ita hæſerit, ut diutiùs luctando ſe expedire potuiſſet, nec ne: haud obſcurâ ſententiâ, quòd ſi ita hæſerit, ut expedire ſe non potuiſſet, ſed (quam ſummam dicit) in poteſtatem ponentis laqueum pervenerit, in omnibus prædictis laquei licitè poſiti caſibus, aper ejus factus fuerit: aliàs, ſecus. *d.l.*55.*verſ. præterea de A.R.D.* Ex quibus omnibus apparet, quòd ſi quis ſine permiſſu, hoc eſt, contra prohibitionem domini (ſic enim accipimus permiſſum, quod non apparet prohibitum) in alieno fundo laqueum poſuerit, eòque aprum ceperit, ut expedire ſe non poſſit: tamen aprum iſtum ſuum non faciat: ne quidem ſi eum naturaliter apprehenderit & ex laqueo exemerit. Quia quod ad ſummam poſſeſſionis attinet, nihil intereſt utrùm licitè an illicitè laqueum poſuerit. *fac.l.poſſideri.*3.*§.à contrario.*5.*de acquir.poſſ.* Sed ut is, qui in ſuo, vel permiſſu domini in alieno laqueum poſuit, eo ipſo, quo aper in eum incidit, atque ſic hæret ut expedire ſe non poſſit, aprum cepiſſe & occupaſſe & poſſidere dicitur, etſi eum naturaliter corpore ſuo nondum attigerit, *d.l.*55.*de acquir.rer.dom.junct. l.*1.*§.*1.*ff.d.acquir.poſſ.* ſic & is, qui contra prohibitionem in alieno fundo laqueum poſuit, apri in eum incidentis & expedire ſe neſcientis, poſſeſſionem nactus eſſe, & verè eum cepiſſe atque occupaſſe rectè dicetur: quatenus nimirum & animum occupandi ſeu poſſidendi habet, & per laqueum ita naturaliter aprum detinet, ut, quà velit, naturalem ejus poſſeſſionem nanciſci poſſit. *d.l.*3.*§.Nerva.*13.*ff.de acquir.poſſ.* Quanquam ea poſſeſſio ad acquirendum apri capti dominium non proſit: eò quod vitioſa ſit & injuſta, contra prohibitionem ejus, cui jus prohibendi erat, acquiſita. Ut meritò inde, velut ex delicto, lucrari nihil debeat: *fac.l.eum qui.*12.*§.is autem.*3.*ff.de furt.* Imò in odium magis ejus pro eo haberi, qui operam in ponendo laqueo feraque capiendâ ipſi domino præſtare ac donare voluerit, *arg.l.ſi ſervus.*27.*§.ſi olivam.*25.*ff.ad l. Aquil.* Quâ ratione & faciliùs dicemus, quòd ſi quidem dominus fundi ſupervenerit, & aprum ex laqueo contra prohibitionem poſito exemerit, citra omnem dubitationem eum acquiſiviſſe, & in nullo peccaſſe videri debeat. Imò quòd ab eo, qui contra prohibitionem laqueum poſuerat, aprum exemtum & aſportatum repetere poſſit, velut interceptum, quem aliàs ipſe dominus capturus fuiſſet. Ut verò extraneus aliquis ſuperveniens aprum ſic in laqueo hærentem eximat, ſibique retineat, non ita facilè concedendum videtur. Quia poſſeſſio (quæ reſpectu illius, conſiderationem juſtæ vel injuſtæ non

ſtæ non recipit, *arg. l. loci. 4. §. competit. 7. ff. ſi ſerv. vind. & l. juſta. 2. ff. uti poſſidet.*) ſemel facta eſt ejus, qui laqueum poſuit & meritò ſuo loco relinqui debet. *fac. l. ult. C. unde vi.* Reſponſionis loco ſi amarem prolixitatem, eam Julius Capra ad *d. l. in laqueum.* ſubminiſtraret. Hanc juvaret conjecturam Hubertus Giphanius in *lectur. Altorph. ad d. l.* quâ videri poteſt in ea non agi de eo, qui prohibente domino fundum ejus ingreſſus eſt, ut ibi venaretur, ideoque non eſſe neceſſum ex ea lege quærere, an id, quod cepit, faciat ſuum: vel agitur de venatore, qui nihil cepit, ſed ut caperet, laqueum poſuit: vel agitur non tam de venatore, quàm de venaturo. Species hæc eſt, Titius venandi causâ laqueum poſuit, in eum laqueum poſtea incidit aper. Eum Sempronius fortè præteriens & videns hærentem laqueo inde exemit, ſecumque abſtulit. Quæritur primò, Hic aper ſit ne Titii, qui laqueum poſuit, an Sempronii, qui eum exemit? Secunda quæſtio eſt, Si Sempronius aprum exemptum mox liberum dimittat, & ſinat ire in ſylvam, an hic aper, ſi factus fuit Titii, deſinat eſſe ejus tali dimiſſione? Tertiò ſi factus eſt Titii, & à Sempronio ita dimiſſus, an actio in factum detur Titio contra Sempronium? Duæ quæſtiones poſteriores pendent ex prima, Sit ne aper Titii an Sempronii? eaque eſt principalis, de qua tamen vix reſpondet JurisConſultus, ſed ait videndum, quo in agro aut loco Titius laqueum poſuerit, in publico an in privato? & ſi in privato, utrùm in ſuo, an in alieno? & ſi in alieno, utrùm domini permiſſu necne? Deinde videndum quoque ait, Utrùm aper hærens in laqueo potuerit ſe ipſum expedire diutiùs luctando, annon potuerit? Sed, ut dictum eſt, non reſpondet perſpicuè, neque ad principalem quæſtionem, neque ad has viſiones ſive diſtinctiones; ſed reſpondet ad ſecundam, nempe dimiſſione in ſylvam per alium deſinere eſſe ejus, cujus fuerat. Et ratio eſt, quia fera beſtia à nobis capta, ubi in naturalem libertatem ſe receperit, noſtra eſſe deſinit, *l. 3. §. ult. ff. d. tit. d. A. R. D.* Ad tertiam quoque reſpondet, Eo caſu, quo aper factus eſt noſter & ab alio exemptus ac dimiſſus, dari nobis actionem in factum contra eum, qui dimiſit, quæ eſt actio prætoria in factum. Quemadmodum, inquit, ea in factum actio datur mihi contra eum, qui ex nave poculum meum in profundum dejecit, *l. 14. §. ſed & ſi calicem. ff. d. præſcr. verb.* Sed de principali quæſtione, An aper hærens in laqueo ſit ponentis, an verò eximentis? recentiores aiunt hic dici, Aprum fieri ejus, qui ponit, ſi ita hæſerit, ut non poſſit ampliùs ſe expedire; alioqui fieri eximentis. Id tamen perſpicuè hic non dicitur ſive definitur. Puto tamen eam diſtinctionem eſſe veram argumento feræ vulneratæ à venatore. Nam ſi ita eſt vulnerata, ut planè conciderit, nec ampliùs poſſit evadere, aut ſe ſublevare, erit ejus, qui eam perſecutus ceperit. Hæc igitur diſtinctio, utrùm in laqueo hæſerit aper, ut expedire ſe non poſſit ipſe, an diutiùs luctando expediturus ſe fuerit, differentiam juris adfert. Sed reliquæ diſtinctiones tres, prima, utrùm in publico an in privato laqueus ponatur: & ſi in privato, ſecunda eſt, utrùm in meo, an in alieno fundo: & tertia, ſi in alieno, utrùm domini permiſſu, annon, non omnes afferunt differentiam juris. Utrùm enim in publico, an in privato, quoad venationem nihil intereſſe videtur, quò minùs fera fiat capientis. Ratio eſt, quia feræ ſunt nullius, & cedunt occupanti. Sic & nihil intereſt, in ſuo an in alieno. Sic ſi in alieno fundo, utrùm permiſſu domini, annon, non intereſt. Hactenus Giphanius. Poſt quem à vero non abludit Harpprechtus ad *d. §. 12. num. 44.* juxta quem Proculus JC. in facti ſpecie propoſita non agit de apro rectâ & immediatè per me capto: ſed de eo, qui in laqueum per me venandi gratiâ poſitum inciderat quidem, nondum autem per me occupatus fuerat. In hac ſanè ſpecie Proculus diligenter diſtinguit, utrùm in publico, an in privato laqueum poſuerim, & ſi in privato, utrùm in meo, an in alieno, & ſi in alieno, utrùm permiſſu, an ſine permiſſu domini. Quâ diſtinctione Proculus utique innuit: ſi in publico vel proprio laqueum ego poſuerim: aprum, qui in eo ita hæſerit, ut luctando ſe expedire non poſſit, ſtatim & ante occupationem meum effici, atque adeò mihi actionem in factum adversùs eum dari oportere, qui illum exemerit, & in ſuam naturalem laxitatem dimiſerit: ſin autem retinuerit, furti actionem dandam eſſe. Quòd ſi verò in alieno voluntate & permiſſu domini poſuerim, idem reſpondendum eſſe; ſi con-

tia voluntatem domini, aliter judicandum; quòd nimirum hoc caſu aper laqueo per me poſito inhærens, quamvis diutiùs luctando extricare ſe nequeat: antequam tamen à me occupetur, meus eſſe non intelligatur. Cujus differentiæ hæc affertur ratio, quia cum laqueus, ſive in publico, ſive in meo, ſive in alieno, voluntate domini interveniente, per me poſitus eſt, & aper in eodem cohæſit: jam certum eſt me nemine prohibente locum publicum, proprium, vel alienum ingredi, aprumque ibi inhærentem & irretitum occupare poſſe. Qua de cauſa cum certum & nullum prorſus dubium ſit aprum iſtum per me occupatum iri, etiam ante occupationem factam pro occupato habetur, & conſequenter meus factus eſſe cenſetur. At verò ſi in alieno, invito & prohibente domino, laqueus à me eſt poſitus; aper, qui incidit, & in eo hæſit, priusquam à me occupetur, meus eſſe non putatur, quoniam multa intervenire poſſunt, ut occupatio impediatur. Etenim veriſimile eſt, quòd dominus, contra cujus voluntatem laqueum tetendi, me apri occupandi causâ ingredi conantem vel privatâ, quod facere poteſt, vel publicâ, h. e. Judicis authoritate ſit repulſurus, adeoque apri occupationem impediturus. Atque hanc fuiſſe mentem JCti in *d.l.55.* ex eo plus quàm manifeſtum eſt, quòd poſt multiplicem diſtinctionem à ſe allatam ſubjicit, hanc eſſe ſummam iſtius diſtinctionis, ut ſi aper in meam poteſtatem pervenit, meus factus ſit: ſi non pervenit, meus factus non ſit.

Sextò allegatur Modeſtinus Piſtor. cui venatio eſt fructus fundi. Reſpondet. 1. Franciſcus Connanus *libr. comm. jur. Civ.4. cap.1. num.ult.* quem vide. 2. reſpondet Modeſtinus Piſtor. *d.loc.num.*1. venationem eſſe in fructu fundi, quando domini, à quo cauſam uſusfructus habet, peculiare eſt jus venationis, ita ut nemini niſi ſibi liceat venari, & licitè aliis poſſit prohibere. 3. ibidem reſpondet Odofredus *num.*6. quòd tum venatio eſt fructus, quando non percipitur ibi, niſi venatio. Adverte tamen, quia Odofredus in *l. venationem. ff. de Uſur.* exponit priora verba textûs, in quibus negatur venationem eſſe in fructu fundi, de fundo conſiſtente in meſſibus, vel in vindemiis: & ultima verba textûs, in quibus dicitur eſſe de fructu, intelligit de foreſtis & aridis locis, & ſic videtur velle, quòd quando fundus eſt venabilis, venatio ſit in fructu. 4. ad *d.l. venationem.* Julius à Beyma reſpondet paulum recedendo à tertia reſponſione, Hoc non ita accipiendum eſſe, quaſi fructus fundi ſolus conſiſtat in venatione, ſed quòd utilitas venationis etiam inter fructus & reditus fundi numeretur. Quod fit cum feræ beſtiæ in fundo liberè vagantur, & ipſe dominus eas venari ſolitus fuerit, & venationem exercere: ſecus verò ſi voluptatis tantùm causâ dominus feras incluſerit, & aſſervare ſolitus fuerit. 5. Addit Vinnius ad *d.*§.12. Si illa verè in fructu ſunt, ne inſcio quidem domino, aut ingreſſum non prohibente, capta capientis fient.

Septimò allegatur Melchior Guilielmus à Scall, eques Miſnicus. Regeri poſſet. 1. quod ante ex Giphanio erat monitum, & brevibus animadvertit Wiſſenbachius *diſp. ad Inſt.* 9. *theſ.*24. JCtum in *d.l.55.* ad principalem quæſtionem (ejus ne factus ſit aper, qui laqueum poſuit, an qui aprum exemit) non reſpondere, neque ad omnes diſtinctiones, ſed ad ſecundam de apro in naturalem laxitatem dimiſſo, qui ejus eſſe deſierit, cujus fuerat, & ad tertiam de danda actione in factum adversùs eum, qui aprum ſolutum dimiſiſſet. 2. regeri poſſet equitem Miſnicum tractare quæſtionem inſtar ejus, qui aprum occupaverit forte tangendo aprum aut aſpiciendo. 3. regeri poſſet, ſi quid malè & ſupinè eſt omiſſum, id optaremus non eſſe omiſſum, quoniam ex eo opinionis noſtræ veritatem ſuffulciremus. 4. regeri poſſet natura breviſſimarum mutationum, per quas devenitur ad ea, quæ evidenter falſa ſunt. 5. regeri poſſet incolumem eſſe veterum JurisConſultorum, quos ſuo operi adhibuit Juſtinianus, authoritatem, imò eſſe privatorum cenſurâ ſuperiorem. 6. regeri poſſet nos petere tempus perſpicuum, è quo pateſcat prohibitionem earum eſſe virium, quibus quod nullius erat, ſolâ prohibitione fieri alicujus queat. 7. regeri poſſet, Etiamſi laquei poſitioni indulgeremus, hoc inſuper quæreremus, an laquei poſitionis & prohibitionis idem ſit effectus? 8. regeri poſſet prohibitionem non eſſe inanem, quum prohibitus juſtis actionibus conveniatur. 9. regeri poſſet prohibitionis effectum

fectum non eſſe in venatione, ad quam porrigatur, ſed in ingreſſu, vel in omni eo, quod prohibentis eſt. 10. regeri poſſet, quemadmodum nulla pœna eſt in jure expreſſa, quæ prohibenti captum aſſignet; ita nulla eſt pœna arbitraria & extraordinaria, niſi arbitraria ſit, quam fingere licet: Extraordinaria, quæ in jure non continetur. 11. regeri poſſet, prohibitum non acquirere ex juregentium, quod prohibitionem admittit prohibenti; verùm acquirit ex eo juregentium, quod cuivis venationem permittit. 12. regeri poſſet, actûs ejusdem naturam malè explicari in diverſis, quorum unum ex altero non fluit. 13. regeri poſſet venatorem equidem injuriam intuliſſe prohibenti, ſed non per injuriam venari, quia venatio non eſt cauſa injuriæ, ſed capti animalis. Qui domino prohibente illius domum ingreditur, ingrediendo equidem injuriam infert: ſi tamen poſt ingreſſum alicui e domeſticis fidem matrimonii dederit, illa domini prohibitio fidei matrimonialis prohibitionem non includit. 14. regeri poſſet, venationem non cum injuria eſſe conjunctam, licet aliqua injuria venationem antecedere queat. 15. regeri poſſet prohibitum abſque injuria capere, licet non abſque injuria ingreſſus ſit locum, in quo capit. 16. regeri poſſet fortè penes prohibentem etiam eſſe periculum: penes prohibitum eſſe & periculum & laborem, & quidem laborem licitum, non talem, quo fures, latrones, aliique injuſtum lucrum extorquent. Adhæc confunduntur periculum perſonæ & rei periculum. 17. regeri poſſet eum, qui venatur, non carere injuriâ, & carere injuriâ. Non caret injuriâ, ſi conſideretur principium ſine quo non: caret injuriâ, ſi conſideretur principium venationis, quo induſtriæ fit præmium, quod natura commune finxit. 18. regeri poſſet, In ſubjecta materia generi per ſpeciem derogaretur, ſi ſpecies contineret ſpecialem venationis prohibitionem, quæ tantùm ingreſsus continet prohibitionem. 19. regeri poſſet, Actum ingredientis & actum venantis adeò eſſe ſeparatos, ut prior non ſit poſterioris medium. Hinc Ludvvell. ad *d.* §. 12. negat ita occupantem malæ fidei poſſeſſorem eſſe: quoniam non rem alienam, ſed ſuam juregentium ſibi acquiſitam poſſidet. 20. regeri poſſet abſurdum eſſe improbitatem non de ſolo ingreſſu prædicari poſſe, ſed de omnibus talem ingreſſum conſequentibus. Non ſufficit conſequi, ſed conſequens ex antecedente naſci debet. Prohiberi quis poteſt, ne in álieno fundo ambulet, ſi tamen ibi ambulans caſu fortuito inveniat theſaurum, juxta naturam inventi theſauri dimidiam partem ſervabit. 21. regeri poſſet, Facere venatorem, quò minùs dominus integrum jus venandi habeat, nil tamen facere, quo inhibita non declinet, aut non permiſſa ſectetur. Imò ille inhibita non declinat, qui communi venationis uſu interdicit. Ad cetera (ſalvo tamen melius ſentientium judicio) reſpondere poſſunt illa Ungebaueri *exerc. ad Inſt. 5. q. 4. in aio.* Si feræ eſſent propriæ domini fundi, contingeret illud vel per occupationem vel per legis applicationem. Sed neutro modo illud fit. Non per occupationem, ut eſt manifeſtum: Non etiam per legis applicationem, quia lex ea animalia non priùs domino fundi applicat, quàm ipſe dominus ea jure naturali occupaverit. Sed enim finem, qui non ſemper, hic tamen neceſſariam habet conſequentiam ad principium, faciam, ne prohibentibus iis, qui ſe ſolos exiſtimant dominos, liberiùs in fundum JurisConſultorum progredi, ac celebritatem alii tribuendam venari videar.

VENDITIO, de qua in differentia, in qua *Emptor læſus ultra dimidium &c.* faciliùs reſcinditur ob læſionem jure Canonico, quia eo quis cenſetur læſus ultra dimidiũ, quando rem valentem 10.

Dubium hoc non facit differentiam inter jus Canonicum & Civile, ſed facit differentiam inter Interpretes, quorum alii tam circa legem, quàm circa canonem volunt præferendum id, quod adſcribimus juri Canoni-

Legis menti & æquitati magis eſt conſonum, quando res valens 10. empta 20. & uno, aut valens 4. empta 9. tum demum enim abeſt emptori ultra dimidium ejus, quod dedit & ita poſtu-

emit 6. quod tunc excedatur dimidium juſti pretii, quod eſt 5. arg. *c.6. X.d.empt.vend.* Vid. Andr. Vallenſem in *paratitl. Decretal. ad tit. d. empt. vend.* *§.3.num.1.*

co: alii præferendum id, quod adſcribimus juri Civili. In hac opinionum diverſitate ſequimur Odofredum, qui ſuper *d. l. 2. Cd. reſcind. vend.* conſuetâ ſibi elegantiâ hanc format facti ſpeciem, Acceſſi ad Imperatorem, & coram eo ſic propoſui, Domine Imperator fundum meum valentem X. vendidi Titio pro IV. Vel pater meus fundum valentem X. Titio vendidit pro quatuor: vellem illam venditionem reſcindere, nunc quæro à vobis, utrùm poſſum & quo jure? Ad quod reſpondet Imperator, Amice ſi tu facis ſæpe tales contractus, mittes magnam burſam in parvam, unde tibi reſpondeo, ſi tu rem valentem majoris pretii vendidiſti minori pretio hanc venditionem, petere poteris reſcindi, & poteris agere actione ex contractu. i.e. actione ex vendito, & dicere ſic, quia fundum valentem X. vendidi pro quatuor: vel quia pater meus fundum valentem X. vendidit pro quatuor, peto ut reſcindatur venditio, vel ut mihi ſuppleatur juſtum precium. Nil faciat argumentum Veterum, quòd *d.l.2. & c.6. X.d.empt.vend.* fundent ſe in dimidio juſti pretii, quod ſecundùm caſum emptoris propoſitum excedet dimidium. Nam ut in venditore conſideratur deminutio veri pretii, ita in emptore exceſſus veri pretii conventi, & ut ibi non habetur dimidium ejus, quod datum, ita & hic debet deeſſe dimidium ejus, quod datum, Arumæus *diſp.1.ad d.l.2.them.8.* Apertiùs agit Franciſcus Niger Cyriacus *libr.3.controv.forenſ.423.num.10.* juxta quem ratio hujus opinionis eſt unica, ſed concludens, quòd emendatio pretii exceſſivè erogati ab emptore deſumitur à diſpoſitione facta ad favorem venditoris in *d.l.2. & in l.ſi voluntate.8.C.d.reſcind. vend.* In emendanda autem leſione venditoris attenditur, an receperit minus dimidiâ valoris ejus, quod ex ſua parte dedit. Igitur & emptor deducens jus ſuum à dicta diſpoſitione dicetur tantùm læſus, & poterit agere ad emendationem læſionis, ſeu reſciſſionis contractûs, ſi res empta non valebit dimidiam pretii, quod erogaverit emptor. Atque ob id, ſi acceperit rem valentem decem, & ipſe dederit ſexdecim, non dicatur læſus ultra dimidiam ejus, quod dedit, quia habebit octo, quia ſunt dimidia ſexdecim, & ſupra dimidiam etiam duo, & ſic nullo pacto dici poterit non habuiſſe dimidiam ejus, quod dedit, & ut dicatur læſus ultra dimidiam neceſſe eſt, quòd cum accipit decem, det aliquid ultra viginti, quia recipiendo decem habet dimidia viginti. Et licet dicatur dare tantundem ſeu duplum & ultra ejus, quod recepit, idem tamen eſt converſis terminis in venditore, qui ſi pro decem habet tantùm quatuor, ipſe dicitur dediſſe tantundem, ſeu duplum & ultra, quia in decem intrant bis quatuor, & duo ultra duplum illorum quatuor, & hoc pacto ſequitur eadem æqualitas & æquitas inter venditorem & emptorem, aliàs enim melioris eſſet conditionis emptor, qui reciperet plus dimidiâ ejus, quod dediſſet, & adhuc haberet remedium reſciſſionis contractûs vel emendationis, quod denegatur venditori, ſi conſequitur dimidiam juſti valoris rei venditæ, & tamen potior eſſe non debet imitans imitato, §. *minorem. I. d.adopt.* Et ſic retorquetur argumentum contrariæ partis deductum ab æquitate & æqualitate. Nec eſt bona nec mathematica diſtributio ſeu computatio, Venditor recipiendo quatuor pro decem eſt læſus in ſex, & ob id habet remedium legale reſciſſionis vel emendationis contractûs; ergo emptor dando ſexdecim, & recipiendo decem pariter dicitur læſus in ſex, & per conſequens ab æqualitate ſervanda debet potiri eodem remedio & beneficio reſciſſionis, vel emendationis contractûs emptionis, quia illa ſex læſionis venditoris decedunt, & deficiunt in re à ſe data valoris decem tantùm: illa verò ſex de pluri data ab emptore proportionabiliter non lædunt in tanta quantitate, quia ſi ſexdecim, quæ dat emptor, perdit tantùm ſex, & venditor perdet etiam eadem ſex, ſed in re valoris ſolummodò decem. Et ratio ex Covarruvia, quòd læſio ſit judicanda à pre-

lat æqualitas inter emptorem & venditorem, Pincll. ad *d.l.2.part.1.c.2. num.4.C.d.reſc.vend.*

dia à pretio, non autem à re in contractum deducta, eſt verbalis, quia læſio quædam conſideratur in pretio, ſed correſpectivè ad rem datam à venditore, vel receptam ab emptore, & ob id ſi venditor minus dimidiâ accipiat, quàm ſit valor rei venditæ, vel converſis terminis, ſi emptor non recipiat dimidiam ejus quantitatis, quam dat, par erit ratio, & vera calculatio læſionis ſecundùm diſpoſitionem *d. l. 2. C. d. reſcind. vend.* Nec eſt deformis ratio, ut putat Covarruvias, quod in una & eadem re valoris decem læſio de ſex in venditore præbebat hoc beneficium reſciſſionis, in emptore verò non ſufficiat, ſed multò major requiratur, quia major læſio proportionabiliter requiritur in eo, qui dat ſexdecim recipiendo rem valentem decem, quàm in eo, qui recipit quatuor dando rem valoris decem. Argumentum adductum ab Hoſtienſe in *c. cum cauſa. ſub num. 1. verſ. & ut inconvincibiliter eos reprobet. X. d. empt. vend.* & repetit Gomezius *var. reſol. tom. 2. c. 2. ſub num. 22. verſ. & hoc ſaltem in emptore, non etiam in venditore:* quod ipſe Hoſtienſis appellat inconvincibile, nempe quòd, ſi verum eſſet emptorē debere eſſe læſum in tantundem, ut illi competeret beneficium reſciſſionis, ſequeretur quòd in venditore, in quo idem jus ſtatuendum eſſet, nunquam daretur caſus deceptionis, quia oporteret, quòd daret rem pro nihilo, & minus nihilo, ſi aliquid plus duplo læſionis requireretur in obtinendo hoc auxilio. Hoc inquam argumentum eſt ſatis frivolum, quia ſupponit læſionem in totum, ac ſi emptor & venditor nihil recepiſſent, quod ridiculum eſſet, & longè diverſum à ratiocinatione tenentium hanc opinionem, quia requirunt ut emptor ſit læſus in tantundem & aliquo plus ejus, quod recipit, puta ſi recipit decem, quod det ultra viginti, nam decem ex illis viginti erunt pro compenſatione rei habitæ, & læſio erit in aliis decem & illo pluri ultra illos, quæ læſio etiam præciſè cadit in venditorem, nam ſi vendit rem valoris decem pro quatuor dat duplum illorum quatuor & ampliùs duo alia, ſed læſio non eſt in toto eo, quod dat, cum debeant deduci illa quatuor habita. Adhæc hic ſciendum, quod monet Martinus Naurath ad *Zæſium in Cod. d. reſcind. vend. lit. d.* quod ſit juſtum pretium, quo res verè æſtimatur: non autem æſtimatur ex ſua natura (alioquin equus pluris æſtimaretur, quàm pretioſiſſima gemma, ob utilitatem equi, & quòd omne vivum & animatum ex natura ſua pretioſius ſit mortuo & inanimato, Covarruvias *libr. 2. var. reſol. c. 3. num. 4.*) nec ex alicujus affectione (quia verum ſervi pretium ex eo non augetur, quòd cum dominus patri ipſius naturali magno pretio vendere poteſt; *l. ſi ſervum meum. 33. ff. ad L. Aquil. l. in lege 62. §. 1. & l. ſeq. ff. ad L. Falcid.* Itaque tantum valeant res, quantum abſque fraude & injuria communiter homini ſcienti ejus conditionem vendi poſſunt, gloſſ. ſingul. *in l. mortis causâ capimus. 18. §. fin. ff. d. mort. cauſ. donat.* ubi Ang. & Bartolus. Deniqꝫ juſtum eſt pretium, ſi conſideretur res vendita, ut erat penes venditorem, apud quem poteſt minùs valere, quàm apud alium, ut tradit Bartolus in *l. 1. §. ſi hæres. circ. fin. ff. ad SC. Trebell.* ubi inquit; quod res minùs valet penes venditorem debitis implicitum, & qui non poteſt cavere de evictione, quæ apud alium plus valeret; & in conſiderando ejus valore & læſione attenditur tantùm, quod valebat apud venditorem, Franciſcus Niger Cyriacus *d. l. 3. controv. 421. num. 8. & ſeqq.*

VENDITIO eſt animalium, quæ in ſylva vagantur. Ita juxta Canoniſtas ad *c. ex literis. X. d. jur. patron.* ſylvam vendens vendidiſſe etiam cenſetur animalia, quæ ſylva circumſepta ſub ſe concludit, & venditoris

Nullà eſt differentia. Nec jus Canonicum ſecundùm idem ſe habet; nec Canoniſtæ ad idem reſpondent. Primò enim jus Canonicum non loquitur de ſylva, ſed de villa. 2. Canoniſtæ non nudè loquuntur de villa, ſed de fructibus ſylvæ venatoriæ, quibus quæ ac-

Non eſt venditio eorum animalium, nam cujus rei poteſt eſſe occupatio, ejus non eſt venditio, quia venditio eſt certi hominis: occupatio omnibus hominibus eſt communis, ita ut, quod nullius eſt, primo

cuſtodiæ ſubjecta, poſſidebantur ab eo, ut amiſſæ libertatis recuperandæ ſpes non ſubeſſet.

cenſeantur, vid. Gailium *lib.2.obſ.68.* 3. Canoniſtæ non loquuntur de iis animalibus, quæ in laxitate naturali vagantur, ſed de occupatis, ſylvâ circumſeptis, & ita venditoris cuſtodiæ ſubjectis, ut amiſſæ libertatis recuperandæ ſpes non ſubſit. Hanc cuſtodiam adjicere erat neceſſum, quoniam ſi illa non accedat, etiam feræ, quæ in ſylvis circumſeptis vagantur, à nobis non poſſidentur: alioquin ſi quis ſylvam emerit, videri cum omnes feras poſſidere, quod falſum eſt, *l.3.§.14. ff. d. A. vel A. P.* *Non obſtant* argumenta juris Civilis, quia ab occupatione, quæ omnibus hominibus eſt communis, ad rem occupatam, quæ in alicujus tranſit dominium, non argumentamur. Deinde ſi res occupata amplius occupari poſſet, non primo, ſed ſecundo occupanti concederetur. Tandem eo ipſo diſtinguit *d.l.1. §.ult.* quòd non loquatur de animalibus captis, ſed iis, quæ capi poſſunt, quippe ſi capta eſſent, terrâ, mari, cœlo non magis diſtinguerentur, quam patina diſtinguit, quæ in patina continentur.

occupanti concedatur, *§.12.J.d.A.R.D.* Oldendorp in *princ.3.claſſ.d.act. rubr.d.A.R.D.num.1.* Nec in *l.1.§.ult.ff.d.A.R.D.* ulla diſtinctio adhibetur.

VENDITIO ita ſe habeat, ut ſi quis juſtas menſuras & juſta pondera cauſâ lucri mutare præſumpſerit, 30. dies in pane & aqua pœniteat, *c. ut menſuræ. 2. X.d. empt. vend.*

Nulla eſt differentia, quia jus Canonicum refertur ad quantitatem: jus Civile, quod utraque l. ſuggerit, ad pretium, ſeu votum, quo viliore emptor vult comparare, cariore venditor vult diſtrahere, *l 8.C d.reſcind. vend.* ut meritiſſimò ſubdubitem, Cur Ant. Matth. in *coll.fundam. jur. diſp.6. th. 5. 6.* circumſcriptionem retulerit ad pauca hæc capita, quibus à lege Dei, ab honeſtate & ratione jus Civile deflectit. Et verò non adeò ſibi placeat, quòd ſciat obtendi bonum publicum, ne ex nimia æqualitatis obſervatione commercia turbentur. Hoc enim non eſt confugere ad bonum publicum citra rationem, ſed aliquid ſtatuere ob boni publici rationem, Vid. Gockhauſen in *peric. Acad.part.1.q.14.* Largimur tamen Ant. Matthæo, qui in *ext collegio diſp. 8.th.29.* ſubdit, Aut nihil intelligo, aut iſta manifeſtam contradictionem implicant. Non vero, quod ſubdit in *diſp.9.th.25.* nec enim futilia ſunt & inepta omnia, quæ reſponſa ſunt. Sub finem hoc notandum, ſi facienda eſt quoad circumſcriptionem differentia, illa eſt petenda ex *c. canonum 14.q.4.* ubi Canonum ſtatutis firmatum eſt, ut quicunque in clero eſſe voluerit, emendi viliùs vel vendendi cariùs ſtudio non utatur. Quod certe ſi voluerit exercere, cohibeatur à clero. Rejicienda autem eſt ex eo Alciati, qui *libr parerg.12.c.6.* Nuperrimè in quadrageſimalibus jejuniis prædicatoriæ familiæ concionator ſemel atq; iterum in hoc genus contractûs cum fuiſſet invectus, magnáq; aſſeveratione dixiſſet, ceu fœnebrem & bonis moribus non convenientem, eſſe reſpuendum, ut qui tartareis pœnis animas emptorum poſt obitum alligaret: quàm plurimos bonos probæque conſcientiæ homines terruit: qui cum me adiiſſent, ut ſententiæ meæ certiores efficerentur, ſimpliciter eis reſpondi, Veram eſſe concionatoris dictionem, cum fatuus aliquis & imperitus ad emptionem accedit: quòd ſi emptor prudens, callidus, cautus ſit, optimo jure contractum conſiſtere. Non ſolùm enim veteri proverbio cum Minerva admovendam manum rebus eſſe, ſed etiam Pontificios canones fatuis adverſari. Unde epiſcopum eligi debere traditum eſt, qui non ſolùm de ſalute animarum, verùm etiam de exteriore utilitate cautus ſit atque ſolicitus *c. Petrus. diſt. 39.* Et alibi dicitur legem vigilantibus, non autem ſomniculoſis ſcriptam eſſe, *l. pupillus. in fin. quæ in fraud. cred.* Nec enim in Evangelio ſimplicitas nuda approbatur, ſed quæ prudentiæ ſit conjuncta

Naturaliter contrahentibus ſe licet circumvenire, *l.16.§.pen.ff.d.minor. l.22.§.ult.ff.locat.*

conjuncta. Cum expectati reſponſi novitate moti cives mei eſſent, rogaverunt ut tanquam Oedipus ænigma eis hoc diſſolverem. Dixi in emptionis contractu id eſſe omni jure conceſſum, ut emptor, quanto viliori pretio poſſit, emat: venditor, quanto carius, diſtrahat: nec in eo ſubeſſe ullam uſurarum ſuſpicionem, nedum ullam legis prohibitionem, dum tamen prope dimidium juſti pretii erratum non ſit. In contractu vero mutui facilè legem ſuſpicari uſuras præſtitas, cum quicquam ultra ſortem ipſam ſolutum reperitur.

V e n d i t i o, quæ præcedit, etiamſi ſit nulla, evictio tamen habet locum, ideo enim, quia eſt nulla, res vendita evincitur, *c. ult. X. d. empt. vend.*

Evictio non habet locum in venditione, quæ eſt nulla: nam cum principalis cõtractus eſt contra legem, quicquid ex eo, vel ob id ſubſecutum fuerit, eſt nullum, *l. non dubium. C. d. ll.*

Diſtinguenda ſunt cum Bartolo nullitatis genera duo: unum eſt merum & ſimplex, alterum reſpectivum. Phanuc. *d. Invent. p. 7. n. 149.* Quædam enim prohibentur, quia publicè utilia ſunt: quædam quia privatim. Publicè, quæ ſpectant ad utilitatem publicam: privatim, quæ ad ſingulos, *l. 1. §. hujus ſtudii. D. De juſt. & jure.* Ea quæ publicè utilia ſunt, principaliter eò collineant, ut conſervetur incolumis ſtatus ipſius reipublicæ, civiumque conjunctio. Quæ privatim, principaliter tendunt ad commodum ſingulorum, nec favorem publicum niſi ſecundariò reſpiciunt, ſive quoad intentionem, non quoad executionem. Privato quidem juri propoſitum eſt etiam in commune conſulere; ſed cùm tota ejus diſpoſitio in ſingulorum utilitatem dirigatur, privatorum commodum principaliter contingere dicitur. Et ideo ſi quis contra ejus diſpoſitionem aliquid emolumenti conſequatur, non dicitur lædere ſtatum publicum, vim aut injuriam ſtatui inferre: ſed potiùs aliquid acquirere per ejus abdicationem, cui providentia legis proprium eſſe voluerat. Hæc ſunt ergo fundamenta prohibitionum. Quidquid enim vetatur, vel ideo fit, quia cauſam habet publicam, vel privatam. Cæterùm prohibitiones legis non ſunt omnes ejuſdem generis. Quædam enim præceptum continent: quædam ſub conditione tantùm pœnam injungunt: quædam nec præcipiunt nec plectunt, ſed exhortantur magis, ne fiat, quàm vetant. Hinc leges aliæ perfectæ, aliæ minùs quàm perfectæ, aliæ imperfectæ Ulpiano dicuntur, *in fragm. tit. 1.* Perfecta lex eſt, quæ vetat aliquid fieri & ſi factum ſit, reſcindit. Minùs quàm perfecta vetat aliquid fieri, & ſi factum ſit, non reſcindit, ſed pœnam injungit ei, qui contra fecit: qualis eſt, quæ vetat viduam nubere intra annum luctûs. Non enim reſcindit matrimonium, ſed mulierem tantùm plectit pœnâ infamiæ. Imperfecta lex non reſcindit quod eſt contra factum, nec pœnam imponit. Macrob. *in fin. comment. ad ſomn. Scip.* Qualis eſt canon, quo prohibetur contrahere matrimonium, qui emiſit ſimplex votum caſtitatis: quo prohibetur laxiorem religionem profiteri, qui ſtrictam ingrediendi votum fecit: quo inceſtuoſis, vel cognatione ſpirituali junctis interdicetur matrimonium. His enim caſibus non reſcindit Pontifex quod eſt actum: nullam denique pœnam conſtituit. Poſtremæ igitur illæ duæ prohibitiones ad rem, quam agimus, non pertinent. Nam cùm perfecta lex ſola reſcindat quod eſt actum, ex ea tantùm proficiſcuntur duo illa nullitatum genera, ſimplex videlicet, & reſpectivum. Mera & ſimplex nullitas eſt, cùm id, quod vetatur, principaliter cedit in detrimentum publicum. Quidquid enim ob eam cauſam lex vetat, abſolutè & perpetuò vetat, ſemperque ſeſe opponit negotio contracto, eique tam contumaciter reſiſtit, ut ad infringendum illud privatæ perſonæ contradictionem non exſpectet. Et ideo ſi quid fiat contra ejuſmodi prohibitionem, vel in fraudem ejus committatur, non ſolùm caſſum reddit & inutile, ſed etiam pro infecto habet, *l. Non dubium. C. De legib.* usque adeò, ut ſi quid ad confirmandum hoc negotium acceſſerit, ſi quid ex eo, vel ob id ſubſecutum fuerit,

fuerit, prorſus quoque ſit inutile & nullum, *d. l. Non dubium.* Proinde non valet ſtipulatio, *l. Generaliter.26. D. De verb. oblig.* non tenet mandatum, *d. l. Non dubium.* non obligat juramentum, *c. Non eſt obligatorium. De R. J. in 6. d. l. Non dubium:* non valet fidejuſſio, *l. Si à reo.70.§.ult. l. Cum lex.46. & ibi Doct. D. De fidejuſſ. d. l. Non dubium.* Conſequenter etiam non tenet evictio, *l. Quemadmodum & ibi Doct. C. De agric. & cenſit. libr.*11. Unde ſi quis contra legis interdictum res emerit, quarum non eſt alienatio, utputa baſilicam, loca ſacra, vel religioſa; vel quarum non eſt commercium, utputa viam publicam, liberum hominem; vel quæ non ſunt in pecunia populi, ſed publico uſu habentur, veluti forum, theatrum, campum martium, & eiusmodi; vel ſacrum coronæ patrimonium, quod domainium Galli appellant; breviter quidquid natura, vel jus gentium, aut mores civitatis commercio exemerunt; quia hæc omnia cauſam habent prohibendi abſolutam & perpetuam, ſive publicam, nullus eo nomine datur regreſſus nomine evictionis, *d. l. Quemadmodum. C. De agric. & cenſit. libr.* 11. Sed ſi quis ignorans ejusmodi rem aliquam pro privata comparaverit, ne tum quidem poteſt eſſe locus evictioni, quæ demùm ſuccedit poſt legitimam traditionem, qualis hic nulla videri poteſt. Verumtamen quia emptor deceptus fuit à venditore; hactenus quidem ſuſtinetur venditio, ut poſſit emptor conſequi quod ſua intereſt, utili ex empto actione, *l. Qui officii.62.§.1. l. Si in emptione.§.item. D. De contrah. empt.* De cætero quatenus venditio tendit ad alienationem, ſive quà ſpectat principalem obligationem, prorſus eſt nulla, *l. Si emptione.34.§.liberum. l. Liberi.70. D. De contrah. empt.* totumque negotium illud lex ita infirmat, atque abſorbet, ut non ſolùm contrahentium intuitu, ſed reſpectu omnium inutile ſit & omnino nullum. Et ideo ipſe, qui contraxit, huic negotio contravenire poteſt. Bart. *ad d. l. Poſt mortem. D. De adopt. & ad l. Si quis pro eo. num.7. D. De fidejuſſ.* Jaſ. *ad l. Juris gentium. §. ſi paciſcar. num.4. D. De pact.* Alex. *conſ.123. num.6. libr.1.* Quare nullitatem hanc meram & ſimplicem meritò dicimus. Nam in ea locum non habet exceptio, *Tua non intereſt*; ſed cauſa ejus omnes contingit, & ad omnes pertinet, quaſi popularis & publica: & tamquam talis ab omnibus opponi atque argui poteſt, ad infringendas præſcriptiones, ad elidendas actiones, vel exceptiones, quæ ex tali titulo objici poſſent. Neque enim titulus ille verè eſt titulus, propter continuam reſiſtentiam legis, quæ negotium ipſum adeò afficit, & oppugnat, ut nullum prorſus interveniſſe videri velit, ſubtractoque omni juris effectu inter actum nudi facti reponat. At verò longè alia eſt cauſa prohibitionis, quæ in privatorum utilitatem dirigitur. Hæc enim nec abſoluta eſt, nec perpetua. Nam ſi quid contra fiat, lex ſeſe non opponit, ipſique negotio non reſiſtit; ſed tantummodò non aſſiſtit, nec corroborat, quod eſt actum reſpectu ejus, in cujus favorem prohibitio facta eſt. Proinde negotium non eſt purè & ſimpliciter nullum: ſed dumtaxat reſpectivè nullum, hoc eſt, intuitu ejus nullum, cujus contemplatione lex prohibuit. Huic enim ſoli oppugnare quod eſt actum, & nullitatis arguere licet. Cæteris idem non licet, Gloſ. & Bart. *ad l. Eleganter. in princ. D. De dolo,* Gloſ. Angel. Bald. *ad l. Juris gentium. §. ait prætor. D. De pact.* Joan. Imol. *ad l. Cum lex. D. fidejuſſ.* Gl. & Doct. *ad l. 2. C. De jure dot.* Ruin. *conſil.48. num.12. vol.4.* Tiraq. *ad l. Si unquam. V. remittatur. n.16. & 393. quæſt.10.* Verùm agentibus iis, vel excipientibus rectè objicietur, *Tua non intereſt, quòd ad te liberas ædes habeo.* Nam cùm lex contemplationem eorum non habuerit in prohibitione, neq; his conſultum voluerit, prohibitio iſta eatenus nudum eſt præceptum, & quatenus tale, nullius momenti, *l. Filiusfamilias.114.§. Divi. D. De legat.1.* Sed ne quidem reſpectu perſonæ, cujus favore prohibitum eſt, actus eſt abſolutè nullus, neque etiam perpetuò nullus. Suſtinetur enim tacente eo, nec reclamante, Bald. *ad d. §. ait prætor,* latè Kacheran *deciſ. Pedemont. 94. num.23, & 24.* & per legitimam confirmationem fomentum capit. Fulgoſ. & Alex. *ad l. Cum hi. §. tranſactionem. D. De tranſact.* Tiraq. *in tract. le mort ſaiſit le vif. p.7. declar.1. n.6.* Ex quibus apparet, reſpectivas illas prohibitiones non eſſe veras & proprias, ut ita dicam, prohibitiones, quoniam in his lex abſolutè ſeſe non opponit, lex abſolutè non vetat, ſed tantùm quod contra factum erit, purè & ſimpliciter irritat. **Differunt hæc, prohibere aliquid ne fiat,**

pureque

pureque & ſimpliciter irritare. Nam lex prohibens non ſolùm annullat, quod contra factum erit, ſed etiam prorſus fieri non patitur. Lex purè irritans fieri quidem patitur, infirmat tamen quod eſt actum. In altera jus abſolutè reſiſtit, in altera duntaxat non aſſiſtit. Illic nullum negotium geri intelligitur; hic negotium aliquod ſubeſt, licet inutile & nullum. Prior propriè lex dicitur & ad omnes pertinet: poſterior magis eſt quoddam privilegium ita perſonæ vel cauſæ indultum, ut perſonam vel cauſam non egrediatur, in cujus favorem introducta eſt. Et ideo cum de nullitate quæritur, ſpectanda eſt ſemper cauſa prohibitionis. Si principaliter contingat utilitatem publicam, nihil omnino actum dicimus. Si privatam & favore alienantis prohibitio introducta ſit, intuitu ejus actus non valet; reſpectu tamen aliorum valet. Si verò cauſa prohibitionis introducta ſit tantùm favore tertii, reſpectu alienantis valet actus, ſed intuitu tertii, quem contingit favor prohibitionis, non valet. Quæ cum ita ſe habeant, certum eſt *l. non dubium. C. De leg.* non pertinere ad ejusmodi prohibitiones. Et proinde reſpectivæ illæ nullitates non impediunt, quò minùs poſſit eſſe locus promiſſioni evictionis. Res exemplis fiet clarior: ponamus, minor vendidit prædium ſuum ſine decreto, & promiſit evictionem. Reſpectu ejus alienatio nulla eſt, *toto tit. De rebus eor. qui ſub tut. & toto tit. C. De prædiis minor.* nulla quoque eſt promiſſio evictionis. Nam cum reſpectu ejus non valeat principalis obligatio, non poteſt conſiſtere acceſſoria, *l. Cùm principalis. De D. R. J.* Grammat. *deciſ. 102. n. 5.* Natta *conſ. 50. n. 24. lib. 1.* Si tamen alius ſe pro evictione obligaverit contemplatione ætatis, fidejuſſio valet, *l. Et ſi is quem. 9. C. De præd. minor.* Alex. *conſ. 66. in fine lib. 4.* Pariſ. *conſ. 16. n. 110. lib. 2.* Menoch. *conſ. 988. n. 20.* Quia reſpectu ejus ſubſiſtit contractus, cum favorem ejus non reſpiciat prohibitio alienationis, ſed minoris tantùm. Sed ne quidem intuitu minoris actus abſolutè eſt nullus, ſed hactenus tantùm nullus, ſi nullitatis ipſe arguere velit. Aliàs enim ſi eſſet abſolutè nullus, quinquennii ſilentio confirmari non poſſet, nec approbari à minore poſt juſtam ætatem; de quo tamen nemo dubitat, *l. ult. & toto tit. C. Si minor fact. alienat.* Eodem modo ſi maritus vendiderit fundum dotalem, reſpectu illius alienatio valet. Bart. & Caſtr. poſt Gloſſ. *ad l. Cum vir. D. De uſucap.* Nam ſi præmortuâ muliere in matrimonio mariti lucro fundus ceſſerit, confirmatur venditio, *d. l. Cum vir.* emptorique avelli non poteſt, *l. Fundum. 17. D. De fundo dotali.* Et ideo ſi maritus evictionem promiſerit, tenetur eam præſtare. Cyn. *ad l. Non dubium. C. De legib.* & ſi eo nomine ſatisdederit, fidejuſſores tenentur. Alex. *conſ. 109. lib. 5.* Corn. *conſ. 170. lib. 4. dicens eſſe communem opinionem.* Ergo alienatio non eſt abſolutè nulla. Nam ſi eſſet abſolutè nulla, non teneret ſtipulatio fidejuſſorum, *l. ſi à reo. §. ſi à furioſo. D. De fidejuſſ. l. Non dubium C. De legib. l. Quemadmodum. C. De agric. & cenſ. lib. 11.* Prohibitio enim fundi dotalis favore uxoris dumtaxat introducta eſt. Ideoque ſi maritus præmoriatur, & fundum ſuum uxor vindicaverit, heredes mariti præſtare tenentur cauſam evictionis. Alex. *conſ. 154. lib. 6.* Ex quibus ſatis patet, faciendam eſſe differentiam inter cauſas prohibitionis, quæ principaliter contingunt utilitatem publicam, & quæ principaliter contingunt utilitatem privatam, ut ſciamus utrùm valeant acceſſoria alicujus contractus, necne. Quomodo etiam Bartolus diſtinxit *ad l. Cum lex. D. De fidejuſſ. ad l. Poſt mortem. D. De adopt. & ad l. Si quis pro eo. D. De fidejuſſ.* & Baldus, dicit eſſe nudam meramque veritatem, *ad l. Si prædium. C. d. jure dot.* Aliàs enim mera eſt confuſio, merum chaos, quo ſe involverunt Interpretes, *ad d. l. Non dubium. C. De legib. ad d. l. Cum lex. D. D. fidejuſſor. & ad c. Cum contingat. 28. De jurejur.* Quamvis peritos rerum forenſium non fefellerint; multorum tamen cruciaverunt ingenia. Hactenus Nicolaus Burgundus. *d. evict. cap. 8.*

VENDITORI in cauſa evictionis emptor demum poſt inſtitutum ju-

Convenientiam utriusque juris facilè deprehendet, qui legerit noſtram differentiam,

Etiam ante inſtitutum judicium, *l. 29. §. ult. ff. d. evict.* ubi quolibet tem-

dicium denunciat, *c.ult. X.d.empt.vend.*

in qua *Judicium conſtituitur per ſolam citationem.* & illam alteram, in qua *Litis conteſtatio eſt conſequens narrationis.* Deinde judicium inſtitutum intelligi poteſt tripliciter. 1. quoad judicii initium. 2. quoad actoris coram Judice narrationem. 3. quoad reſponſionem rei ſubſecutam. Nunc ſi quæratur, An denunciatio fiat poſt judicium inſtitutum? non primus procedit intellectus, qui reſpicit emptorem, non venditorem, quem evincens in jus non vocat: non procedit tertius, quia emptor in jus vocatus non reſpondet, ſed denunciatione litem motam differt: ſed procedit ſecundus. Quid enim eſt denunciare? authorem ſuum interpellare & certiorem facere litem motam eſſe, ut ſi videatur, defenſionem ſuſcipiat, vel emptori adſiſtat, cauſamque inſtruat, ſciturо eo, præſtandum ſibi eſſe, quod intereſt, re evictâ. Ob duas igitur cauſas fit denunciatio; una, ut emptorem in lite defendat, vel liti adſiſtat: altera, ut ſi contingat denunciantem causâ cadere, præſtet illi evictionem, Panormit. & Dd. *ad d.c.ult.* His præmiſſis reſpondeo ad *d.l.29.§.ult.* quæ non tam propoſitam facti ſpeciem proponit, quàm alia duo interrogat, quorum prius negat, poſterius affirmat. Negat in ſtipulatione certum præfiniri tempus, quo venditori renuncietur. Affirmat, Renunciationem, ſi fiat, ita debere fieri, ne prope condemnationem fiat: renunciatio quippe debet eſſe tempeſtiva. Idem habet *l.3. C. d. tempor. & repar. appell.* in qua tempeſtiva obſervatio deſideratur, & nulla temporum reparatio indulgetur, ſed omnibus indulgendum eſt vigilanti diligentiâ, quò provocationes eorum intra ſtatutum tempus introducantur: ita ut etiam geſta in judicio, contra quod provocatum eſt, non prope finem temporis tradantur ſcrinio ſacrarum epiſtolarum, ne præpediatur per aſtutias fatalis rei terminus, ſed aut ſtatim, poſtquam appellatum ſit, aut non minùs quàm ante dimidiam temporis, præbeantur ſcrinio, ne (quod per anguſtias contingit temporum) tardus appellationis fautor ſuo diſpendio refutetur. Non obſt. quod in *d.l.29.§.ult.* inducatur res agenda: res autem agenda & inſtitutum judicium opponuntur. Negatur, nam res agenda reſpicit vel futurum tempus, & ita non tam eſt judicium inſtitutum, quàm ſubeſt judicii inſtituendi metus: vel reſpicit tempus præſens, & ita res agenda dicitur tamdiu, quamdiu non ſequuta eſt abſolutio ſeu condemnatio, licet judicium ſit inſtitutum. In rem præſentem facit, Joh. Baptiſt. Sutting. *obſ.35.* Wann der Caſus evictionis noch nicht gerichtlich entſtanden / iſt man zur ſelbiger zeit zuſchermben vnd ſchadloß zuhalten noch nicht ſchuldig / in *l. ſi plus. 74. §.motâ quæſtione.2. l.non tamen.24.ff. l.qui rem.3.C. d.evictíon. l.1. in princ.ff.d.rer.perm.* doch nehmen etliche Rechtsgelehrten diſen caſum auß / cum in limine contractus imminet evictio. Wann der Kauffer einen grund kaufft / vnd ehe / dann er das kauffgelt völlig außzahlt / ſtrack zu eyngang des Kauff-contracts die gefahr der eviction eynfählt / iſt alßdann der Kauffer den kauffſchilling außzuzahlen nicht ſchuldig / ſondern kan denſelben ſo lang innen halten / biß ihne der Verkauffer mit annämlicher Bürgſchafft verſichert. Es ſteht aber dem Verkauffer bevor / wann die gefahr der eviction zum anfang des contracts entſtehet / entweders durch Bürgſchafft dem Kauffer zu caviren, oder aber das verkauffte gut von aller anſprach / oder von dem kummerenden theil frey zu machen.

pore venditori (ſcilicet emptor) renunciare poteſt, ut de ea re agenda adſit, quia non præfinitur certum tempus in ea ſtipulatione, dum tamen ne prope ipſam condemnationem id fiat.

VENDITORI in cauſa evictionis ut denunciatio legitimè fiat, non

Utrumque proponit Nic. Burgund. *d. evict. c.58. num.1.* Sed idem ſubjicit *num.1.* Certè

Nihil aliud exigitur ab emptore, quàm authorem certiorem facere

ſufficit

ſufficit notificatoria denunciatio, ſed requiſitoriam eſſe neceſſe eſt, *c. ult. X. d. empt. vend.* in quo nunciatio fit venditori, ut rem venditam ſibi defenderet.

hoc non eſt ſatis jure ſcripto. Adjiciendum eſt præterea, cur illi denuncietur, certiorque reddatur litis motæ,

litem eſſe motam, Bald. ad *l. emptor. C. d. peric. & comm. rei vend. l. ſi cum quæſtio. 17. C. d. evict.*

nempe ut, ſi videatur, in judicium veniat litemque ſuſcipiat: ne idcirco ſibi credat denunciatum eſſe, ut ipſi emptori inſtrumenta probationesq; adminiſtraret, non ut liti adſiſteret. Idque pluribus juris locis expreſſum eſt, Quolibet, inquit Pomponius, tempore denuntiari poteſt venditori, ut de ea re agenda adſit, *l. ſi rem. 29. §. ult. h. t.* Similiter in *l. 1. C. d. peric. & comm. rei vend.* Si ei denunciatum eſt, ut cauſæ agendæ adeſſet. Item in *l. empti actio. C. h. t.* Interpellare venditorem tuum, ſive ſucceſſorem ejus debet, ut tibi aſſiſtat, cauſamque inſtruat. Præterea in *l. cum ſucceſſores. C. eod.* aſſiſtere negotio denuntia. Atque hæc ſententia communiter recepta eſt à noſtris, Cabell. *tract. d. evict. §. 3. num. 20.* Covarruvias *var. reſol. libr. 3. c. 17. num. 3.* Non obſt. Baldus ad *d. l. emptor.* qui non opponit denunciationem notificatoriam & requiſitoriam, ſed vult, etiamſi denunciatio tantùm videatur notificatoria, eſſe requiſitoriam, quaſi notificatoriâ tacitè admoneatur, ut ad defenſionem veniat, ad quam ſcit ſe obligatum ex natura contractûs. Non obſt. *d. l. cum quæſtio.* ubi in eo, quod ſimpliciter traditum eſt, ſi authorem tuum certum feciſti, ſubintelligitur, ut liti aſſiſteret. Quia ibi non propoſitum fuit Imperatoribus formam præſcribere, quomodo facienda ſit denunciatio; ſed tantùm breviter oſtendere, quâ conditione debeatur evictio. Neque enim ideo denunciatio exigitur, ut venditor ſciat litem motam eſſe, ſed ut, ſi videretur, liti aſſiſteret. Hoc ergo potiſſimùm exprimendum eſt in denunciatione, quemadmodum in edicto ſuo de ventre inſpiciendo diſertis verbis Prætor præſcripſit, Si mulier, *inquit*, mortuo marito prægnantem ſe dicet his, ad quos ea res pertinet, bis in menſe denuntiare debet, ut mittant, ſi velint, qui ventrem inſpiciant, *l. 1. §. de inſpiciendo. D. d. ventr. inſp.* Veruntamen ſi per imperitiam Judicis vel actuariorum forma iſta omiſſa ſit in denunciatione, & effectum ejus venditor non ignoraverit, non eſt audiendus, ſi nihil aliud alleget, quàm ſe requiſitum non eſſe ad defenſionem. Hæc enim ſolennitas eſt talis, quam leviter obſervandam lex jubet, ut inquit Ulp. in *d. l. 1. §. ult. D. d. ventr. inſpic.* Ceterùm moribus nuda & ſimplex denunciatio tantùm exigitur, quaſi cetera jus ſuppleat, Jaſon ad *l. non ſolùm. §. morte. D. d. nov. op. nunc.* Socin. ad *l. 2. §. voluntate. D. ſolut. matrim.* Angel. ad *d. l. ſi cum quæſtio. C. d. evict.*

Venditor tenetur emptorem, à quo res evicta eſt, defendere, etiamſi denunciatio facta non ſit, modò aliunde evictionem reſciſcat, quia eum, qui certus eſt, certiorari ulteriùs nõ oportet, *c. eum qui. 31. d. R. J. in 6.*

Si emptor ex ſecundo capite evictionis adverſùs authorem ſuum reverti velit, denunciare illi debet litem motam eſſe, aliàs nullum regreſſum habet, *l. Emptor. 8. & ibi Baldus. n. 1. l. Si parentes. 10. C. h. t.* Quia hic eſt effectus denunciationis, ut emptor ſuccumbens regreſſum habeat pro evictione: qui datur ei ſub hac conditione, ſi denunciatum fuerit, Stella & Dd. ad *l. Qui Romæ. §. Angerius. D. d. V. O.* Aliàs enim per colluſionem aut vitium res evicta eſſe intelligitur, *l. ſi fundo. 53. §. 1. D. h. t.*

Etiam denunciatione opus eſt in caſu, quo venditor habet ſcientiam litis motæ, *l. 20. C. d. evict.* ubi, ſi negotium non fuerit denunciatum venditori, habet ille, quo ſe defendat cõtra emptorem: & expreſſiùs per *l. 8. C. eod.* ubi indiſtinctè, niſi emptor fundi authori, aut ejus hæredi denun-

Quin etiam ſi venditor ſe obligaverit hoc modo, quomodocunque & qualitercunque res evincatur, adhuc tamen ei denuntiandum eſt, Ruin. *conſ 25. num. 7. libr.* 1. citans Alex. in *add. ad Bartol. l. ſi dictum. §. ſi compromiſero. D. h. t.* Covarruvias *var. reſol. libr. 3. c. 17. num. 7.* Quia propter ſuſpicionem colluſionis ejuſmodi clauſulæ ſtrictè accipiendæ ſunt ſecundùm naturam ipſius actûs, Tiraquell. *d. retract. gentil. §. 1. gloſſ. 7. num. 26. in fin.* Nempe qualitercunque res evincatur, ſive coram Judice, ſive coram arbitro, dummodo tamen nulla intercedat culpa emptoris. Culpandus autem eſt emptor, qui parùm inſtructus non laudavit ſuum authorem, qui rectiùs cauſam inſtruere poterat. Nunc videamus, num hæc differentia ſibi conſtet? & negatur ex *d. c. ult. X. d. empt. vend.* ubi is, qui non evictionem nunciaverit, juxta legitimas ſanctiones agere non valet. Vid. Nic. Burgundum *d. evict. c. 59. num. 4. 5.* Nec obſtat *d. c. eum qui.* juxta quod certioratus non eſt certiorandus. Nam hæc regula, ut habet Zœſius ad *h. ff. tit. num. 24.* procedit in caſu, quo denunciatio facienda ad hoc, ut habeatur ſcientia ſive rei notitia: non etiam in caſu, quo ultra adſumenda rei defenſio, nam poſſet emptor confiſus ſibi nolle uti operâ venditoris, ut nec venditor teneatur operam & defenſionem ſuam ſponte offerre. Pergit Burgundus *d. loc.* Verùm quidem eſt, quotieſcunque in id tantùm denunciatio exigitur, ut aliquis certior reddatur, nudam ejus ſcientiam ſufficere. Fruſtra enim certioraretur, qui non ignorat: utputa vendo tibi fundum ſervitutibus obnoxium, ſi te non admoneam debere ſervitutes, ex empto teneor: ſi tamen non ignoraſti ſervitutes deberi, admonere te non debui, *l. 1. §. 1. d. act. empt.* Cur ita? quia nullam aliam ob cauſam certioratio requiritur, quàm ut ſcias, ne te decipere videar. Eodem modo petita à te hæreditas, quam bonâ fide poſſidebas, denunciandum eſt tibi petitam eſſe, ut incipias eſſe malæ fidei poſſeſſor. Quid tamen ſi ſcias petitam eſſe? cœpiſti eſſe malæ fidei poſſeſſor, etiamſi nemo denunciavit petitam eſſe, quia in id tantùm exigitur denunciatio, ut ſcias, *l. item veniunt. §. petitam. D. d. petit. hæred.* At verò cum in id requiritur denunciatio, ut aliquid mihi acquiram, vel ut aliquid facias, veluti ut liti aſſiſtas, tunc omnino neceſſaria eſt denunciatio. Quamvis enim ſcias litem motam eſſe, neſcis tamen, an velim te habere defenſorem. Fortè enim exiſtimas me propriis juribus litem prærogare velle, nec opus habere tuâ inſtructione aut defenſione. Deinde quod certioratus non ſit certiorandus, hæc regula juri Canonico non eſt propria, ſed etiam Civili communis, *l. 1. in fin. ff. d. act. empt. l. item veniunt. 20. §. petitam. 11. ff. d. petit. hæred.* Sunt tamen aliquot caſus, quibus denuntiare non oportet. Nam ſi venditor ultro ſe liti obtulerit, denunciatio prorſus ſupervacua eſt: cum nulla ſit cauſa, cur illi denuntiari debeat, qui ſuâ ſponte implet, ad quod invitandus eſt per denunciationem. Similiter ſi in idem judicium vocatus ſit venditor cum emptore, utpura cum poſſideres fundum alienum, partem ejus Titio vendidiſti & tradidiſti, deinde fundi dominus te & Titium in jus pulſat per rei vindicationem, non eſt opus, ut Titius tibi denuntiet motam tibi eſſe litem pro parte. Quia tua non intereſt, cum tibi liberum integrumq; ſit defenſiones tuas in judicium deducere, Gloſſ. ad *l. ſi dictum. §. ſimili. D. h. t.* Baldus ad *l. libera. in princ. C. d. Sentent. & Interl. omn. Jud.* Alex. ad *l. 2. §. voluntatem. num. 15. D. ſolut. matrim.* Rebuff. *tit. d. dilat. art. 5.* Nicol. Burgund. *d. evict. c. 54. num. pen. & ult.* Idem author c. 60. interrogat, Utrùm venditori, qui juravit ſe lite motâ venturum ad defenſionem, denuntiandum ſit, ſi litem motam eſſe non ignoret? Reſpondet, Non ignoro plures tantum juramento tribuere, ut ſi venditor juraverit ſe venturum ad defenſionem, ſolam ejus ſcientiam ſufficere exiſtiment. Felin. *ad c. Licet. X. De ſimon.* Alex. *ad l. 2. §. voluntatem. num. 16. D. Soluto matrim.* Aufret. *deciſ. Toloſ. 407. in addit.* Cremenſ. *ſingul. 122.* Curt. Junior *conſil. 74. num. 7. lad.* Covarruv. *Variar. reſolut. libr. 3. cap 17. num. 5.* Argumenta tamen, quibus ſententiam ſuam ſtabilire nituntur, meo judicio admodum jejuna ſunt & frigida. Præcipua tantùm referre ſufficiet. Aiunt enim vaſallum, qui ſcit domino grave imminere pericu-

ciaverit litem motam, evicto prædio neque ex ſtipulatu, neque ex empto illi actio eſt contra venditorem. Zœſius ad *tit. ff. d. evict. num. 23.*

pericu-

periculum, debere illi auxilium præſtare, tametſi requiſitus non fuerit, *c. Licet. tit. Si de feudo defuncti content. ſit int. dom. & agnat.* propter juramentum, quòd debitorem in mora conſtituit ſine alia interpellatione. Aiunt juramentum habere vim litis conteſtationis, & litis conteſtationem debitorem in mora conſtituere. Aiunt ſacramentum hoc nullum prorſus habiturum effectum, niſi venditorem non interpellatum ad defenſionem obſtringat. Sunt qui confugiant ad hanc diſtinctionem; ſi venditor ſimpliciter juraverit ſervaturum ſe contractum, nihilominus ei denuntiandum eſſe: ſi verò nominatim juraverit venturum ſe ad defenſionem, ſolam ſcientiam ejus ſufficere abſque denunciatione. Covarruv. *loc. cit. poſt* Ripam *ad d. l. 2. §. voluntatem. D. Soluto matrim.* Sed ego arbitror, non eſſe mihi multùm laborandum, ut oſtendam denuntiationem utroque caſu neceſſariam eſſe, ſive venditor generaliter juraverit in contractum, ſive etiam ſpecialiter in defenſionem; cum graviſſimos quoque auctores mecum conſentire videam. Alex. & Alciat. *ad l. Quod te. 22. D. Si cert. petat.* Rebuff. *tit. d. dilat. art. 5. Gloſ. unic. num. 36.* Decius *ad d. l. Quod te, & in not. ejus.* Molin. Caball. *d. evict. §. 3. num. 7.* Nam denuntiatio hoc caſu vel ideo ſupervacua eſt, quia venditor ſcit litem eſſe motam, vel quia juravit ſe defenſurum. Sed ſcientiam ejus ſolam non ſufficere, ſatis inde fit manifeſtum. Juramentum verò ſemper induit naturam actûs, cui adjicitur, omneſque ejus recipit conditiones, *l. ult. C. De non numer. pecun. c. Quemadmodum & ibi.* Panormit. *De jurejur.* Decius *conſ. 600. in fine.* Molin. *ad rubr. De verb. oblig. num. 68.* & ad exemplum ſtipulationis, ſuo tantùm vinculo adſtringit infirmitatem negotii, nempe ut efficaciùs deberi incipiat, quod deductum eſt in conventionem: non tollit autem naturalia contractûs, & proinde nec denunciationem, quæ naturalis eſt ipſi evictioni. Juravit quis ſe ſoluturum pecuniam creditam: nihil illi obeſt ſacramentum, quò minùs intra biennium opponere poſſit exceptionem non numeratæ pecuniæ, *d. l. ult. C. De non numer. pecun.* quia hæc eſt naturalis huic contractui. Item juravit quis ſe Titiam ducturum in uxorem, quæ poſtea pudorem proſtituit: nuntium illi remittere poteſt ſalvo ſacramento; *d. c. Quemadmodum* quoniam hæc eſt natura ſponſaliorum, ut fornicantem ſponſam remittere liceat. Eodem ergo modo, qui juravit venire ad defenſionem lite motâ; perjurii laqueum non incurrit, niſi ei denuntietur, quoniam eſt naturale evictioni, ut ſcienti quoque denuntiari debeat. Meræ ſunt nugæ, ex ſophiſtarum pharetra depromptæ, quòd quidam diſtinctionem faciant inter primordialem & accidentalem naturam: quaſi verò juramentum non induat naturam accidentalem ipſius contractûs. Sanè irregularis exceptio non numeratæ pecuniæ non eſt de primordiali natura cautionis pecuniæ creditæ. Argumento eſt, quòd jure Digeſtorum ſit ignota, *l. Cum de indebito. 25. D. De probat.* Non eſt quoque contra primordialem ſponſaliorum naturam, ne regulam deſponſationis ſponſa egrediatur; quia ſubſtantiam ejus non reſpicit, ſed tantùm eſt accidentale; ſive (ut cum JurisConſultis loquar) naturale quippiam huic contractui. Aliàs enim ſi eſſet de ſubſtantia contractûs, non poſſet ſponſus noxam iſtam ſponſæ remittere; quod tamen nuſquam prohibetur. Quædam ſunt naturalia contractûs, quædam ſunt de ſubſtantia contractûs. Naturalia ſunt, quæ lex ſingulis contractibus adſcripſit; tamquam ſimul nata cum ipſo contractu; ut in ſponſalibus, ne ſponſa fornicetur. Hoc non eſt de ſubſtantia ſponſaliorum, ſive, ut aiunt, de primordiali natura. Subſtantia ſponſaliorum conſiſtit in repromiſſione futurarum nuptiarum, *l. 1. D. De ſponſalib.* Sed eſt naturale contractûs, quia natura ipſa ineſt huic contractui, tamquam conditio quædam, quæ effectum reſpicit; non formam aut ſubſtantiam contractûs. Salvus enim manet contractus, etiamſi hæc conditio remittatur. Conſtat tamen juramentum ſponſalibus adhibitum hanc quoque conditionem in ſe recipere; Ergo etiam induit naturalem, ſive accidentalem naturam ipſius contractûs, perinde ac ſtipulatio, quæ nec addit quidquam, aut detrahit naturæ contractûs. *notat. ad l. Et quia. D. De jurindict. & ad c. Examinatæ. De confirm. util. vel inutili.* Cõſequenter cum denuntiatio etiam ſit naturalis, ſive de natura accidentali ipſius evictionis, per juramentũ non detrahitur ab ipſo cõtractu. Nec quidquam facit, quòd vaſallus non requiſitus imminente periculo auxilium domi-

no ferre cogatur: quoniam hoc non fit ex vi ſacramenti fidelitatis, quod ſecundùm naturam ſuam hanc quoque conditionem recipit, ſi requiſitus ſit vaſallus à domino ad defenſionem, *c.1. De nova form. fidelit.* Unde igitur? Ex natura ipſius obligationis, quâ vaſallus domino obſtrictus eſt. Quamvis enim non niſi requiſitus adeſſe debeat, ſi tamen in eo periculi articulo conſtituatur dominus, ut vaſallum ſuum interpellare nequeat; ratio juris æquitatiſque poſtulat, ut, ſi vaſallus hoc ſciat, ſponte ſuâ ad auxilium concurrere debeat: alias in culpa eſſe intelligitur. Nihil ſimile eſt in venditore, qui cum ſemper interpellari poſſit, emptori imputandum eſt, niſi illi denuntiaverit. Licet enim ſciat litem motam eſſe, nullam tamen contrahit culpam, ſi ſponte ſuâ non venerit ad defenſionem. Merito enim ignorare poteſt, an tanta emptori immineat neceſſitas, ut ſe propriis juribus defendere nequeat, quamdiu ad defenſionem non exigitur. Alciat. *ad d.l. Quod te. ad verb. Intelligere deberes. D. Si cert. petat.* Sed hoc nihil eſt, inquiunt, quoniam ſacramentum conſtituit debitorem in mora. Nego, nego. Quamvis id ſit controverſum inter noſtros: ſanior tamen eſt ſententia, quæ tantum ſacramento non tribuit, ut contra juris regulas moram inferat citra interpellationem. Bart. *ad l. Eum qui. §. ſi juravero. D. De jurejur.* Alex. *ad d.l. Quod te. D. Si cert.* Lud. Gomeſ. *ad §. item ſi quis poſtulante. Inſtit. De act.* Gabr. *de jurejur. concl. 2. num. 2.* Ferret. *num. 18. de mora.* Quippe Pontifex *in c. Brevi. 10. De jurejur.* (cui contraria ſententia maximè innititur) diſertis verbis interpellationem poſtulat. Juravit aliquis ſe defenſurum jura Eccleſiæ, qui ſuper hoc requiſitus appellavit; quæritur, an appellatio eum à reatu liberet. Reſpondet Pontifex, appellationem à perjurio non liberare, & niſi difficultas exiſtat, propter quam requiſitus non poſſit ſubvenire Eccleſiæ, culpâ perjurii irretiri. Ecce promiſit appellans defenſionem ſub juramento; nec tamen in mora conſtituitur ſine interpellatione. Quia abſque hac regulariter mora non committitur, niſi certis caſibus, inter quos non recenſetur juramentum. Abſurdum enim eſſet, ut quis uno eodemque tempore obligaretur, & conſtitueretur in mora. Adhærendum eſt igitur hac in parte communi regulæ. Sed juramentum, inquiunt, habet vim litis conteſtationis; quare non habet vim interpellationis, quam habet litis conteſtatio? Reſpondendum eſt, juramentum, quod deferente adverſario in judicio præſtatur, habere vim litis conteſtationis: quoniam eſt opus aliâ conteſtatione, ut ſententia ferri poſſit. Molin. *in not. ad conſil. Deci. 682. num. 2.* Hic non quærimus de juramento deciſorio, ſed de confirmatorio ipſius contractûs. Negamus id habere vim litis conteſtationis, nulloque jure idem traditur. Ergo, inquiunt, juramentum nullum habebit effectum. Reſpondemus, eundem prorſus, quem habet ſtipulatio contractui ſubjecta, nempe ut efficaciùs obliget; contractum tamen non augeat.

VERBA facti narrativa juris diſpoſitionem inducunt, ſi fuerint prolata à Papa, qui promulgat conſtitutionem, &c, ut habet differentia, in qua *Papa errare non poteſt.* erroribus eſt major.

Quatenus Papa promulgare conſtitutionem poſſit, non ventilamus: quatenus autem erroribus ſit major, allegata indicat differentia. An verò verba facti narrativa juris diſpoſitionem inducant, etiam à Papa prolata? negativè reſpondent ipſi Canoniſtæ, in quibus eſt Proſper Farinacius *Rotæ Rom. part. 1. deciſ. 223.* Dubitavi, inquit, an verba, de quibus in literis coadjutoriæ, ibi, *ex ipſo autem proceſſu maturè diſcuſſo deprehendimus* &c. usque ad verba *ex enim ſublata*, poſſent dici narrativa de facto proprio ipſius Papæ, ita ut omnino probarent inhabilitatem Abbatis, juxta notata per ſcriptores in *clem. 1. d. probat.* & pro negativa fuit tentum, quia quando Papa narrat aliquem criminoſum, indignum & ſimi-

Juris diſpoſitionem non inducunt, ut obſervant Interpretes ad §. 1. *I. d. teſtam. mil. in verb. convocatis hominibus.* quę non diſpoſitivè, ſed tantùm narrativè poſita ſunt. i.e. verba non diſponunt, quando legislator in iis ſe non fundat.

& ſimilia, tunc videtur aſſerere factum alienum, & conſequenter talis narrativa non probat in præjudicium tertii, etiamſi Papa ſuper eo fundet intentionem ſuam, Craveit. *conſ. 48.num.1.* Mohed. *deciſ.16.num.1. d.reſtit.ſpol.* Creſcent. *deciſ.6.d.probat.* etiamſi videatur deponere tanquam informatus, quia nihilominus potuit decipi ad falſam relationem. Niſi Papa, qui majoribus curis impeditus ſimiles proceſſus minimè videre ſolet, aſſerat ſe vidiſſe & legiſſe proceſſum, & ex illo inhabilitatem deprehendiſſe.

VERECUNDIA maxima ſolet eſſe pœna, *c.cum dilecti. X.d.accuſat.* in quo Agathenſis epiſcopus, etſi repertus ſit culpabilis in quibusdam, ei tamen levis culpa leviter valet indulgeri, quia cenſetur ex labore & pudore punitus, quos propter hanc cauſam incurrit.

Verecundia non eſt pœna, *l. 2. C. ut intr. cert. temp. crimin. quæſt. termin. l.20.C.d.nupt.*

Nulla eſt differentia, quia jus Canonicum agit de illa verecundia, quæ factum jam commiſſum ſequitur. Et in jure Civili cauſa illius proportionis Geometricæ, quæ circa pœnarum irrogationem obſervatur, eſt etiam verecundia, cujus oneri cedit, quod in humilioris notæ hominibus eſſet leviſſimum. Imò interdum apud Romanos vice pœnæ verecundia ſufficiebat. Apud Tacitum *lib.ann.2.* Viſtilia prætoria familia genita licentiam ſtupri apud Ædiles vulgaverat, more inter veteres recepto, qui ſatis pœnarum adversùs impudicas in ipſa profeſſione flagitii credebant. Sed enim hæc non tam verecundia eſt, quam perſonæ inverecundæ vilitas, quam *l.29. C. ad L.Jul.d.adult.* notat in iis, quæ juris nexibus non detinentur nec matrisfamilias nomen obtinent. Hæc quoad jus Canonicum: jus Civile agit de illa verecundia, quæ conſiſtit in omittendo, factum antecedit, &, ne ſequatur, impedit. In *l.15.ff.d.Cond.Inſtit.* facta, quæ lædunt verecundiam noſtram, nec facere nos poſſe credendum eſt. Talis eſt verecundia matris in *l.14.C.d.his. qui acc.non poſſ.* ubi pietas & ratio naturalis revocare poteſt animi intentionem, ne inſidias vitæ ſuæ a filio fuiſſe paratas contendat. Talis in *l.4.C.d.patr.poteſt.* quoniam congruentius videtur intra domum, ſi inter patrem ac filios controverſiæ oriuntur, eas terminari. Tacitus *libr. an.4.* refert miſeriarum ac ſævitiæ exemplum atrox. Reus pater, accuſator filius. Reus Q. Vibus Serenus in Senatum inductus eſt, ab exilio retractus, illuvieque ac ſqualore obſitus, perorante filio catenâ vinctus. Præparatur adoleſcens multis munditiis, alacri vultu, ſtructas principi inſidias, miſſos in Galliam concitores belli, index idem & teſtis dicebat. Adnectebatque Cæcilium Cornutum prætorium miniſtraviſſe pecuniam: qui tædio curarum, & quia periculum pro exitio habebatur, mortem in ſe feſtinavit. At contra reus nihil infracto animo obverſus in filium quatere vincula, vocare ultores deos, ut ſibi quidem redderent exilium, ubi procul tali more ageret; filium autem quandoque ſupplicia ſequerentur. Rectè vocatur hoc exemplum atrox, ſive ſævitiam conſideremus Tiberii, qui ſub hac accuſatione vetus odium adversùm exulem Serenum occultabat: ſive tot patris miſerias, quas non tutum erat apud aures ſuperbas & offenſioni proniores ingeminare. Scimus ex *l.8. §.ult.ff.quod met.cauſ.* *§.ult.I.d. noxal.act.* parentes magis terreri in liberis, quam in ſe ipſis, magis per liberorum corpora, quam per ſua periclitari, nullumque in *l.ult.in pr.C.d.Curat.fur.* inveniri talem affectum extraneum, qui vincat paternum. Igitur quis in coacto aut conducto, aut indignanti alias accuſatore contra *l.pen.in princ.in c.med.C.d.*[illegible] patiatur jura patris naturalis nexu divino copulata ludibrio defraudari? Minimè tamen majores lugendum putaverunt eum, qui ad patriam delendam & parentes & liberos interficiendos venerit: quem ſi filius patrem, aut pater filium occidiſſet, ſine ſcelere etiam præmio afficiendum omnes conſtituerunt. Non obſtat *d.l.2.ut intr.cert.temp.crim.quæſt term.* quia aliud eſt in perſona Clerici, de quo in *d.c.cum dilecti.* & de quo quatenus verecundia prædicetur, ſubinde in his noſtris monemus; aliud eſt in perſona viliore, cui damnum famæ non eſt injuria. Deinde etiam-

de etiamſi Clericus eſſet perſona vilior, poſſet ſimulare verecundiam, quâ tandem in omnibus impunitatem mereretur. Non obſtat *l.20.C.d.nupt.* quia nec in ea ſeria eſt verecundia, ſed nimius amor, quo neſcit utrum utri præferre velit. Vid. differentiam, in qua *Matrimonium ut contrahat filiusfamilias, &c.*

VERITAS ſemper eſt dicenda: ſit ſermo veſter, eſt eſt, non non, ut adfirmatio vel negatio ſicut procedit ex corde, ita procedat ex ore, *c. etſi Chriſtus.in pr.X.d.jurejur.*

Nulla eſt differentia, quia nec jus Civile mendacium probat. Sic in *l. 4. in pr. ff. d. interr in jur. fac.* Prætor adſtringit eum, qui convenitur, ut vel confitendo, vel mentiendo ſeſe oneret, imò ſummum ejus eſſe odium paſſim in jure eſt obvium. Illa loca, quæ in *coll. fund. jur. diſp.7. th.23.* adducit Ant Matth. non obſtant, quia in iis committitur elenchus falſorum oppoſitorum, quæ ſi verè ſint oppoſita, interveniens medium recuſant. In adductis autem *ll.* medium inter veritatem & mendacium eſt fictio, quæ eſt legis adverſus veritatem de re probabili ex juſta cauſa diſpoſitio. Recedit fictio à veritate, non ut mendaciũ foveat, ſed ut jus potius, quam habet is, contra quem fingit, eidem demonſtret. Sic in *l. 2.* finguntur ii, qui teſtamentum inofficioſum condebant, furioſi, non quaſi verè furioſi vel dementes teſtati ſint, ſed rectè quidem fecerint teſtamentum, non tamen ex officio pietatis. Hæc fictio non fovet mendacium, ſed jus potius adverſùs eum, qui heres erat inſtitutus, non inſtitutus eidem demonſtrat. In §. *ſed iſtæ.* etiam jus potius demonſtratur, quod patet ex hac inſtantia

Quæ actio dicit id, quod non eſt, illa foveret mendacium. Atqui actio Publiciana dicit id, quod non eſt. Ergo foveret mendacium.

Reſp. Supple antecedens in majore, Quæ actio dicit id, quod non eſt, adverſùs quemvis, & ita negatur minor, quia actio Publiciana non datur adverſùs dominum, nam repetitio nulla eſt ab eo, qui ſuum recepit, *l. 44. ff. d. cond.ind.* Vel, Quæ actio dicit, quod non eſt, dolo malo, & iterum negatur minor, quia hæc fingendi licentia eſt ex permiſſu prætorio. Hinc Bochauſen in *peric. Acad. part.1. q.14.* Nulla fictio eſt in ſermone agentis, verùm in ipſo jure prætorio. Vel, Simpliciter minor negatur, Actio Publiciana non dicit, quod non eſt, nam, qui publicianã experitur, non dicit ſe uſucepiſſe, ſed quaſi uſucepiſſe, i. e. ſe fuiſſe in proxima & potiori cauſa acquirendi dominii. Quatenus liceat diſtinguere inter jus ſtrictum & æquitatem, vid. Wiſſenbach. *ad ff. part. prior. diſp. 2. th. ult.* Sic ego animum induxi meum non leviter uſurpandam eſſe hanc diſtinctionem, quoties ſubeſt aliud conciliationis remedium, ne non tam remedium quàm effugium ſe prodat. Dion. Gothofredus ut conciliet *l 7. §. 12. ff. d. A. R. D. cum l. 2. C. d. R. V.* diſtinguit inter æquitatem & rigorem: legem 2. penitius inſpicienti ea diſtinctio non eſt neceſſaria.

Colorem rei jus quærit, *l. 2. ff. d. inoff. teſtam. §. ſed iſtæ. l. d. action.* Vid. differentiam, in qua *Loqui quis poteſt id &c.* & differentiam, in qua *Simulatio eſt licita.*

VIATOR extra caſum neceſſitatis ex vinea alterius non poteſt uvas ad veſcendum colligere, ut ſecum ferat. Secus tamen, ut ſtatim eas in vinea, vel in ipſa via comedat; nam hoc licitè fit,

Adhærendum juri Canonico, cui jus divinum, *Deuteron. c.13.* ſuffragatur. Juri Civili ex jure Civili reſpondemus, hoc æquitatem ſuggerere, etſi jure deficiamur, *l. 2. §. 5. in fin. ff. d. aq. & aq. pluv. arc.* Vid *c. 1. diſt. 1.* & Harpprechtum *ad* §. 12. & 13. *I. d. R. D. num.* 50. Deinde jus Civile ſi conſideraſſet caſum neceſſitatis, ut conſideravit differentia, in qua *Furtum non committitur in caſu ne-*

Per agrum quidem alienum qui ſervitutem non debet, ire vel agere vicino minimè licet, *l. 11. C. d. ſervit. & acq.*

Covar-

Covarruvias *tom.1.relect. c.peccatum. d. R. J. in 6. part.2.§.1.num.3.*

ceſſitatis. & differentia, in qua *Neceſſitas non habet legem.* in *d.l.11.* & de illo reſpondiſſet, quia caſus neceſſitatis cibaria facit communia, aliàs non communia, *l.2.§.2.ff.d.L. Rhod.d.jactu.* Tertio alia eſt cauſa ſervitutis, quæ eſt perpetua, *l.4.in princ.ff.d Servitut. l.28.ff.d.S.P.U.* alia eſt cauſa actûs momentanei, quo quis forte per agrum alienum iter inſtituebat. Quarto per viam publicam, quæ interjacet inter confines agros, quis incedere & uvis collectis ſolari neceſſitatem poteſt. Denique hic non quæritur, an quis jure ſuo per agrum alienum ſervitute non conſtitutâ ire poſſit? verùm hoc quæritur, an humanitas invidere poſſit uvas collectas, quæ fami ſubveniunt? quemadmodum non ſequeretur eum, cui per agrum alienum ſervitus debetur, habere jus colligendi uvas; vel non poſſe conſtitui iter per alienum agrum, in quo uvæ non naſcuntur: ſic enim ſervitus non in agro, ſed in uvis conſtitueretur.

VICESIMÆ debentur, *c.ex transmiſſa.23.X.d. decim.prim.& oblat.*

Decimæ an debeantur & quatenus, vide tres differentias, in quibus Decimarum jus proponitur.

Mareſius circa Decimas in *Cucchi Inſt. Jur. Can.libr.2 tit.16.* ſic rem deducit, Juris quidem naturalis eſt & divini, ut qui docetur in verbo, communicet omnia ſua bona cum eo, à quo docetur, *Gal.VI.6.* nam operarius eſt dignus ſuâ mercede, *Matth.X.10.* Adde locum 1. *Corinth.IX.& ſeq.1.* Falluntur interea Pontificii, qui legale & ceremoniale præceptum V.T. urgent ſub N.T. & decimas Clero deberi jure divino pertendunt, ut fusè de ea re diſputat Bellarminus *d.Cler.c.25.* Quin cum bona Eccleſiaſtica diſtribuant vulgò in temporalia & ſpiritualia, de qua diviſione videſis Duarenum *d.ſac. Eccl. Min.ac Beneſ.libr.2.c.2.* decimas & primitias ad ſpiritualia referunt. Eundem errorem cum Pontificiis vehementer propugnarunt Hierarchici Angli; quemadmodum videre eſt in *orat.5. inaug.Prideaux*, quæ eſt de *decimis*. In veteri tamen Eccleſia decimarum exactio non obtinebat, ſed victitaſſe Paſtores & Clerum ex oblationibus ſpontaneis fidelium, ex Poſſidonio in *vita Auguſtini*, Ambroſio, Ammiano etiam Marcellino & aliis conſtare poteſt. Hactenus Mareſius. Ne autem videar ſcribere contraria iis, quæ in *dd.differ.* præmiſi, primò (ſi inconcuſſa ſtat ita veritas) non abſurdum exiſtimo, alias decimas ad ſpiritualia referri, quæ ordinantur in uſum eorum, qui ſacris præſunt. Secundò tria diſtinguo tempora, antiquum, medium, novum. Antiquo tempore vicem decimarum exhibebant ſpontaneæ oblationes. Jure medio decimæ erant ſpirituale quoddam jus & Dei ſanctuarium. Jure novo decimas adeò firmavit conſuetudinis neceſſitas, ut ne quidem minui queant. Non tamen & augeri debent, ut in alterum tantum excreſcant, quod fit, ut obſervat Mareſius in *d.c.ex transmiſſa.* in quo molendina ad ventum ſolvunt decimas. Id verò iniquiſſimè; cum jam triticum, quod ad molendinum defertur, in agro, ex quo collectum eſt, decimatum fuerit. Ita ſcilicet hamus ſacrificulorum pendet ubique: ubique ſi ſolvantur decimæ, viceſimæ, oblationes, primitiæ & quæ alia cogitat exactionum induſtria, ſeu potiùs procax calliditas, omnia tandem Sacrificulorum fimbriæ condent. Vid. Speidelium in *Notabil.Jurid.Hiſtor.politic.ſub voce zehend.* Ad *l.ult. C. d. edict. D. Hadr. toll.* qui commentantur, oſtendunt ex Dione, quemadmodum lex de viceſima hereditatum augendi ærarii causâ Lege Juliâ primùm irrogata ſit, deinde Nervæ, Trajani, Adriani, Marci & aliorum conſtitutionibus vel reciſa vel reducta: ad poſtremum abolita; non tamen cum Alciato putant à Gratiano ſublatam, ut notat Dion. Gothofredus ibidem *lit.f.* quippe quem oportebat ante in Pontificiis eradicaſſe inſatiabilem habendi æſtum, quo excordes, cæci, incogitabiles omnia ſub manus deveniſſe ſuas optarent, quibus, ut omnia tandem ſint aurea, & ego linguam auream optaverim.

VIDUÆ hoc privilegium datum non eſt, ut

Hoc conſtitutione Conſtantini viduæ eſt

Nulla eſt differentia, Non enim eo repulſam paſſa eſt Juliana

adverſarios ſuos è foro competente ad aulam ſive comitatum Principis evocare poſſit, *c. ſignificantibus. 38. X. d. offic. deleg.*

vidua, quòd nobilis eſſet & dives, ſed quia mendacio per obreptionem obtinuerat reſcriptum, Wiſſenbach. ad *d. l. un.*

tributum, *l. un. C. quand. Imp. int. pupill.*

VIDUA eſt, cujus maritus mortuus eſt, *c. vidua. diſt. 34.* etiam ante conſummatum matrimonium, Decius ad *rubr. C. d. ſec. nupt. num. 4.* Vid. Ottonem Taborem in *theſaur. Jurispr. ex Auguſtini Barboſæ axiom. part. alt. lib. 19. c. 17. axiom. 1. 2.*

Dubium movet *d. §. 4.* Reſp. Wiſſenb. *diſp. ad tit. d. V. S. 45. th. ult.* Malim ego diſtinguere inter ſenſum vulgarem & juridicum, quòd hic ſit juris Canonici: ille Civilis. Rebhan. in *Hodeg. jur. chart. 2. clim. 4. n. 15.* vult viduæ vocem & generaliter & ſpecialiter accipi. Generaliter pro quacunque femina non impubere, quæ ſola vivit, h. e. quæ virum non habet, ſive quòd nunquam aliquem habuerit, ut virgo; quomodo apud Apul. 4. *metam.* Pſyche virgo vidua domi reſidens dicitur. Vel quòd quidem quendam habuerit, ſed qui aut mortuus eſt aut divertit. Vel denique quæ adhuc maritum habet, ſed aut inutilem, *l. 5. C. d. ſponſal. c. 2. in med. X. d. transl. Epiſc.* aut qui diutius abeſt. Uno verbo pro qualibet muliere vacante, *l. 5. §. 4. ff. ad L. Jul. d. vi publ.* Specialiter & per antonomaſiam quandam vidua dicitur illa, quæ maritum, à quo fuit carnaliter cognita, morte vel divortio amiſit, h. e. quæ iduata ſeu diviſa eſt: iduare enim Tuſcâ linguâ idem eſſe, quod dividere, ex Macrobio probant. Hæc Rebhan. Facit textus in *c. vidua. ult. cauſ. 20 quæſt. 1.* ubi inducitur vidua, quæ ſanctæ religionis propoſitum obtinere voluerit; quod idem eſt in virgine: vidua, ad quem Sacerdotem venire contigerit; quod idem in virgine contingere poteſt: vidua, quæ profeſſionem faciat ſigno aut ſubſcriptione notatam; hoc ſigno aut hac ſubſcriptione etiam virginis profeſſio notari poteſt: vidua, quæ à Sacerdote aptam religioni veſtem acceperit; quam & virgo accipere poteſt: vidua, quæ acceptâ veſte ſeu in lectulo quieſcens, ſeu quocunque loco conſiſtens conſtanter utatur; hanc conſtantiam & prope virginis lectulum Sacerdos repetito anhelitu mirari poteſt: veſtis illa in vidua ſit religioſa & non ſuſpecta; quam, ne & in virgine ſuſpecta ſit aliquaque rimâ penetrabilis, aut etiam furtivo imbre ſubrigua, Sacerdos totâ peripheriâ ſupinus examinet, ac ſimul humilitatem ſuam teſtetur.

Vidua etiam eſt, quę marito nunquam fuit juncta, *l. 242. §. pen. ff. d. V. S.*

VIDUA verè eſt, quæ ſuis vel parentum opibus ſuſtentari non poteſt, *c. viduas. 1. q. 2.*

Utrumque jus conſiſtere poteſt, ſi diverſa ſpectetur intentio, nam jus Canonicum conſiderat viduam in relatione ad exercendum miſericordiæ opus. Vid. *c. nuper. X. d. donat. int. V. & U.* Magerum *d. advoc. arm. c. 3. n. 102.* Jus Civile conſiderat viduæ ſtatum partim, partim officium. Deinde jus Civile diſtinguere videtur inter viduam verè viduam & honeſtè viventem, quatenus honeſtum pauperi opponit: verùm in hoc nimis honeſtatem adſtringit. Denique quoad opus miſericordiæ etiam viduarum habet rationem *l. un. C. quand. Imp. int. pup. vel. vid.* Et verò ſi replicemus Romanæ Hiſtoriæ monumenta, inveniemus apud Livium 24 in Cannenſis pugnæ inopia viduas ipſis pupillis habitas fuiſſe favorabiliores; primò ad pupillorum, deinde ad viduarum pecuniam eſſe ventum.

Vidua eſt honeſtè vivens, *§. 4. I. d. publ. Judic.* quæ amiſſi mariti domicilium retinet, *l. 22. §. 1. ff. ad municip. l. 242. §. pen. ff. d. V. S.*

VIDUITATIS conditio habetur pro non ad-

Emendationem ſui, ſi quidem diſſentit, heic admittat jus Ca-

Quanquam Juſtinianus in *l. 2. & ult. C. d. ind.*

jecta, *c. cum locum.* 14. *X. d. ſponſal. & matrim.* in quo matrimonium plenâ ſecuritate gaudere debet. *c. pen. & ult. X. d ſec. nupt.* in quibus mulier mortuo ſuo marito ſoluta eſt à lege viri ſui, & in domino nubat, cui voluerit. Vid. Ferdinandum Ariam de Meſa *var. reſol. libr. 2. c. 2. num. 6.*

nonicum, quia ſecundarum nuptiarum nec ea eſt neceſſitas, nec tantus favor. Vid. differentiam, in qua *Nuptiæ ſecundæ adeò ſunt conceſſæ &c.* differentiam, in qua *Nuptiæ ſecundæ ſunt prohibitæ.* Connanum *libr. comment. jur. Civ. 8. c 7. n. 5. 6.* apud quem multę fuerunt civitates Germanorum, ut ſcribit Tacitus, apud quas viduis mulieribus iterum licuit nubere. Meliùs quidem adhuc eæ civitates, inquit, in quibus tantùm virgines nubunt, & cum ſpe votoque uxoris ſemel transfigitur. Sic unum accipiunt maritum, quomodo unum corpus, unamque vitam: nec ulla cogitatio ultra, nec longior cupiditas, ne tanquam maritum, ſed tanquam matrimonium ament. Nam quæ pudicitiam alteri viro permittit attrectandam, non modò maritum, ſed matrimonii voluptatem videtur amare. Sed & viduarum nuptiis nullum fuit ſolenne proprium, adeò ut & feſtis diebus poſſent celebrari. Cujus cauſa erat, quòd nulla vis ipſis afferretur. Verrius autem Flaccus, juris Pontificii doctiſſimus, aliam quoque joci causâ rationem reddebat, ut teſtatur Varro, quia feriis veteres foſſas tergere liceret, novas facere jus non eſſet, ideo feſtos dies viduarum nuptiis convenire. Simile quiddam tradit Accurſius ad *l. rem non novam aggredimur.* quæ eſt Juſtiniani Imperatoris in *tract. d. judiciis.* Hic, inquit, deriſus fuit Bulgarus à ſuis Scholaribus, quum in nocte duxiſſet uxorem viduam, & manè inciperet legem iſtam. Non obſtat his traditis *d. cap.* in quo matrimonium plenâ ſecuritate gaudere debet: hoc enim non refertur ad matrimonium, primum ſit ſive ſecundum; ſed ad eos, qui matrimonium contrahunt, an ipſorum in matrimonium conſenſus plenâ ſecuritate gaudeat, ne per timorem dicant ſibi placere, quod oderunt, & ſequatur exitus, qui de invitis ſolet nuptiis provenire. Vid. differentiam, in qua *Matrimonium ut contrahat filiusfamilias &c.* Deinde ſi omne, quod accedit matrimonio, ejus ſecuritatem minueret, tandem hoc ſequeretur abſurdum, de quo Fontanella *tom. 1. d. pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 21. part. 1. num. 12.* in his verbis, Videamus an per pactum cum aliqua muliere factum de ea ducenda in uxorem dici poſſit tolli libertas nubendi, ut non valeat de jure? certè non, imò valet de jure hujusmodi pactum, licet per illud conatur promiſſor mulierem, cum qua pactus fuit, habere uxorem, *c. ſicut. & c. ex literis Silvani. X. d. Sponſal.* Aliud eſt igitur, ſi quid accedat inter ipſos contrahentes: aliud eſt ſi quid accedat in relatione ad tertium. Sic idem Fontanella *tom. 2. d. pact. nuptial. clauſul. 6. gloſſ. 3. part. 5.* Si dictum ſit,

vid. & L. Jul. Miſc. toll. legem Juliam Miſcellam ſuſtulerit, ſtatuens licere tranſire ad alias nuptias, & indictam viduitatem contemnere, nec opus eſſe ad legatum hujusmodi accipiendum vel cautione vel jurejurando; tamen idem Juſtinianus in *Nov. 22. c. 44.* hiſce ſuis conſtitutionibus aliquatenus derogavit: namque vult omnino conditionem viduitatis à marito vel extraneo injunctam ſervari; alioqui ſi mulier præoptaverit nuptias, legatum amittet, quaſi eo videatur indigna, quæ charitatem liberorum & mariti memoriam nuptiis poſtpoſuerit. Quòd ſi pudorem & jura prioris tori reſolvere nolit, legatû conſequetur præſtitâ cautione de re cum fructibus reſtituenda, ſi ad ſecunda migraverit vota, *auth. cui relictum. C. d. tit.* Perez. ad *eund. n. 7. 8.*

quod nubat de conſenſu aut licentiâ talis, communis reſolutio eſt, quòd non tenet conditio, imò rejicitur ſine dubio à legato, & legatarius illud conſequitur, etiamſi ſine dicta licentia & conſenſu nubat, ne nuptiis impedimentum inferatur, *l. 72. §. 4. ff. d. C. & D.* Non obſtant *d. c. pen. & ult.* quò minùs viduitatis conditio adjiciatur, cum non concernat pœnam tranſeuntis ad ſecundas nuptias, ſed tantùm invitet ſpe præmii ad viduitatem, quæ res honeſta eſt, Zœſius ad *d. tit. C. d. ind. vid. & L. Jul. miſc. toll. quæſt. ult.* ubi idem quærit *quæſt.* 2. An conditio, *ſi honeſtè & caſtè vixerit*, contineat in ſe prohibitionem ſecundarum nuptiarum? Reſp. non videri, cum nubere non ſit turpiter vivere, & dicatur caſtè vivere agens vitam conjugalem, *c. Nicena. diſt. 31.* niſi aliunde pateat de tacita mente, quæ etiam attendenda eſt, *l. in conditionem. ff. d. C. & D.* quomodo à marito adjecta hujusmodi conditio videtur omnimodam caſtitatem exigere, quæ non eſt in ſecundo nubente, cum ſoleat maritus averſari ſecundas nuptias uxoris: quod & dicendum videtur, ſi filius ſub ea conditione quid matri reliquerit, neque enim & huic gratæ matris ſunt ſecundæ nuptiæ. Vid. Franciſcum Nigrum Cyriacum Mantuanum *libr. 1. controv. for. 138. num 8. & ſeqq.* Addit Mœſtertius *d. ſec. nupt. q. 5. num. 3.* Nunc auſim inferre falſum eſſe, quod communiter ſtatuunt Interpretes, quos citat & ſequitur Tiraquellus, mulierem nempe, quæ defuncto marito alteri nupta eſt, non caſtè, ſed inhoneſtè vivere, ac proinde legatum vel aliud quodlibet commodum ſub illa conditione, *ſi caſtè vixerit*, ipſi relictum amittere, gl. in *l. ult. in verb. perſecutio. C. d. tit. d. ind. viduit. &c.* Nam & legitimis nuptiis, ſive primæ illæ ſint ſive ſecundæ, ineſt caſtitas & honeſtas: cum non ſolùm ſit caſtè vivere à coitu abſtinere, ſed etiam cum aliquis uxorem ſive primam, ſive eâ defunctâ ſecundam habeat, ab illegitimo coitu & alterius commixtione, *Nov 2. c. 3 in verb. ut noctu caſtarum nuptiarum (licet ſecundæ ſunt) ab his &c.* & poſt pauca: *ſed ad alterius veniat nuptias honeſtè, & omni luxuriâ abſtineat.* Et heic uſurpata eſt Mœſtertio, quæ plerumque uſurpari ſolet, illa affectatio, quâ ſub noſtris premimus veſtigiis etiam ea, quæ ſunt aliorum. Audebat Mœſtertius, quia idem ante audebat Perezius ad *d. Cod. tit. num. 10.* Sed enim quemque ſuo ſenſu abundare ſinamus, & videamus cum Fontanella *d. loc. clauſ. 6. gloſſ. 3. part. 6. num. 34. 35.* ubi quærit, *Si mulieri quid legetur*, ſi non nubit, *an ingrediendo religionem perdat legatum?* Ponamus caſum, ubi conditio viduitatis non ſpernitur, ut propriè loquamur. Ecce quo maritus uxori reliquit centum, *ſi caſtè & honeſtè vixerit, ac vitam vidualem ſervaverit*, videndum eſt, an ingrediendo religionem amittat legatum? Breviter, ſi non fuiſſet dictum, *niſi caſtè & honeſtè vixerit*, nulla foret dubitatio: clarum eſt enim, quòd in Sanctimoniali hæc conditio magis quàm in aliis verificatur. Solum eſt dubium, quando additur, *& vitam vidualem ſervaverit*, cum ingrediendo religionem mulier videatur nubere. Sed in contrarium eſt veritas, tum quia revera quoad mundum nihilominus dicitur vidua, tum quia etiam per hoc ſatisfit intentioni teſtatoris. Non omnia Fontanellæ examinemus: bene an malè agant, qui ingrediuntur religionem, hoc dubium aliis relinquamus. Tantùm innuo, me non videre, quomodo ingrediens religionem videatur nubere, niſi ſanctimonialis monacho miſceatur. Cetera rectiſſimè habent. Tres alias quæſtiones tractat Bened. Pinellus *libr. ſelect. interpr. 1. cap. pen. & ult. ad l. 100. ff. d. C. & D.* 1. *Utrùm requiratur, quòd Titia nubat, ut ducenta conſequatur; vel conditio negativa ſimpliciter tollatur manente Titia in libera tantùm facultate nubendi?* 2. *Utrùm ſi controverſis terminis d. l. Titiæ legentur Titiæ centum, ſi non nupſeris; conditio negativa remittatur ab illis centum?* 3. *Utrùm in legato hac formâ concepto: Titiæ ducenta, ſi monaſterium ingrediatur, & centum, ſi nupſerit, do, lego, nubens ducenta conſequatur, ſuppoſitâ eâ conditione, quæ non rejicit conditionem ingrediendi religionem?* ibidem videri poſſunt.

VI GESTA ipſo jure nulla ſunt, nullumque producunt effectum vo-

Ut tollatur differentia, videndum quid tradat Joannes Honorius van Axel de Seny in

Vi & metu geſta ſummo jure tenent, quia in eis deprehenditur voluntatis,

luntatis, *c. ſacris. X. d. his, quæ vi met. cauſ. fiunt.*

jur. Canon. compend. ad d. tit. d. his, quæ vi metûsve cauſ. fiunt. num. 6. Jus Canonicum intelligitur de vi præciſa ſeu abſoluta, juxta quam ordinato non imprimitur character. Jus Civile intelligitur de vi compulſiva, quam etiam vim conditionalem appellare licet, quia ſecluſo metu voluntas nollet. Non tamen intelligitur vis præciſa ſeu abſoluta in iis actibus, in quibus requiritur voluntas non ſolùm ſimplex, ſed ita qualificata, ut ſit libera & ſpontanea, qui ſi fiant per voluntatem coactam, nihil valent, *c. ad aures. X. d. tit.* gloſſa in *c. notificaſti. in verb. licentiam. 33. q. 5.* Unde matrimonium metu contractum eſt ipſo jure nullum, *c. ſignificavit. de eo, qui dux. in matrim. quam poll. per adult.* gloſſ. pen. in *c. veniens. & c. conſultationem. d. ſponſal.* licet id contrahens ſuâ culpâ inciderit in metum. Similiter nulla eſt electio, *c. ubi periculum. §. ceterùm. d. elect. in* 6. quando eligentes compelluntur eligere certum, quod eſt contra ſubſtantiam electionis; ſecus ſi compelluntur eligere unum de certo genere perſonarum, quia non ex toto adimitur libertas eligendi, *c. abbate. d. V. S.* Huic diſtinctioni inter vim præciſam & compulſivam *non obſtat*, quòd voluntas cogi nequeat. Primùm reſpondeo ex philoſophia duplicem eſſe voluntatis actum: quidam ab ipſa eſt imperatus, & per alias potentias exercitus, ut ambulare, movere membra, & quoad hos actus poteſt omnino & ſimpliciter voluntas cogi: poſſunt enim externa corporis membra vi arripi, ne voluntatis imperio obſequantur. Alius eſt actus à voluntate elicitus, propriusque illius, ut velle aut nolle, & hic actus nullo modo poteſt eſſe coactus ſimpliciter. Vel diſtingui poteſt inter voluntatis intentionem, quæ cogi non poteſt: & inter voluntatis præſtationem, quæ alterius coactione aut impeditur, aut citiùs effectui datur. Vel diſtingui poteſt actus, qui intra hominem ſubſiſtit, qui cogi non poteſt: & inter actum, qui alterius voluntate determinatur. Denique obſervandum inter vim compulſivam & voluntatem planè liberam intervenire adhuc medium, quod conſiſtit vel in metu reverentiali, quo *l. 21. 22. ff. d. R. N.* conciliantur: vel in officio, quod equidem lubentiùs quis detrectaret: ſi ſemel tamen ſubiit, ex eo tenetur. In *diſp. ſub meo præſidio habita d. fidejuſſ. ſect. 1. lit. d. in verbis.* Quis non cum aliquid à te peti ſuſpicatus eſt, frontem obduxit, vultum avertit, occupationes ſimulavit, longis ſermonibus, & de induſtria non invenientibus exitum occaſionem petendi abſtulit, & variis artibus properantes neceſſitates eluſit? in anguſto verò comprehenſus aut diſtulit, aut timidè negavit, aut promiſit, ſed difficulter, ſed ſubductis, ſed indignis & vix exeuntibus verbis.

luntas, quamvis coacta, *l. 21. §. 5. ff. quod met. cauſ.* in quo ſi metu coactus adii hæreditatem, puto me hæredem effici, quia quamvis, ſi liberum eſſet, noluiſſem, tamen coactus volui, ſed per Prætorem reſtituendus ſum, ut abſtinendi poteſtas mihi tribuatur.

VINDICARI iterum non debent crimina ſemel dimiſſa, *c. de his. 6. X. d. accuſat.* in quo de his criminibus, de quibus abſolutus eſt accuſatus, non poteſt accuſatio replicari.

Qui ſemel abſolutus eſt legitimè ſuper uno crimine, non poteſt ab alio ſuper eodem denuo accuſari: non ideo quòd obſtet exceptio rei judicatæ, cum res inter alios acta aliis non præjudicet, ſed quòd indignum ſit ſuper eodem crimine ſæpius quæri, alioquin nunquam conſtaret fides & ratio innocentiæ, Perezius ad *hunc C. tit. d. accuſ. num.* 14. Non obſtant pro jure Civili adducta. *Non primum*, nam alia

Iterum vindicantur ſemel dimiſſa, 1. quia poſt transactionem habet locum officium magiſtratûs, arg. *l. 3. ff. d. tranſact.* 2. quia plures accuſare poſſunt, *l. 16. ff. d. accuſ.* 3. quia ex eodem facto plurima delicta naſci poſſunt, *l. 9. C.*

eſt dimiſſio, quæ præcedit judicium & fit transactione, de qua hic non agitur: alia eſt dimiſſio, quæ fit in judicio & eâ qui ſemel dimiſſus eſt, in eo iterum crimen vindicari non debet. *Non obſtat ſecundum*, quia à pluribus, qui eodem tempore accuſant, ad plures, qui diverſis temporibus accuſare vellent, non argumentamur. Deinde nec ipſa lex allegata indiſcriminatim plures accuſatores admittit, ſed ſi plures exiſtant, qui reum in publicis judiciis accuſare volunt, Judex eligere debet eum, qui accuſet, causâ ſcilicet cognitâ, æſtimatis accuſatorum perſonis, vel de dignitate, vel ex eo quod intereſt, vel ætate, vel moribus, vel alia juſta de causâ. Tertiò, quod ſuggerit Zoeſius ad *d.C.tit.quæſt.ult.* admitti poteſt eundem diverſos diverſis temporibus accuſare poſſe, ſi accuſatus ſit tantùm abſolutus ab inſtantia: quam abſolutionem ab inſtantia oppono abſolutioni a crimine, & habet locum, ſi quis abſolutus ſit ob libelli ineptitudinem, aut accuſatoris inhabilitatem. *Non obſtat tertium*, quippe non quæritur, An qui plura delicta commiſit, ſi ab uno dimiſſus ſit, ab omnibus dimiſſus cenſeatur. *Non obſtat quartum*, in quo eſt exceptio, quam etiam Pacius in *anal.ad d.C.tit.num.9.* notat. *Non obſtat quintum*, quod procedit ab accuſatione ordinaria ad eam, quæ magna ex cauſa conceditur, & eſt ejus, qui ſe dolorem ſuum perſequuturum contendit.

eod. 4. quia prior accuſator prævaricationis argui poteſt. *l.11. C. d.tit.* 5. quia & poteſt quis ſuam ſuorumque injuriam perſequi, *l.7.§.2.ff. eod.*

VINDICTA eſt illicita, *c.ea vindicta.23.q.5. c.ſignificaſti.18. X. d. homicid.* ubi circa finem moderamen eſt inculpatæ tutelę non ſumere vindictam, ſed propulſare injuriam, Vid. differentiam, in qua *Retorſioni non eſt locus.*

Ut ſciamus, an & quæ vindicta ſit licita, attenditur. 1. *ſtudium vindictæ.* 2. *ipſa vindicta.* Si *ſtudium vindictæ* nihil aliud eſt, quàm, ut definit Hahn in *diſſert. d. vind. priv. th.3.* ultio, quæ tantùm animo ulciſcendi fit, & in alterius dolore acquieſcit, adeòque eſt illicita. Confer Thomam 2.2. *q.108. art.1.* Ratio eſt, quòd ejuſmodi ultio ex immoderata ira proveniat: ira verò audire quidem (ſunt verba Ariſtotelis *7.Eth.7.*) rationem videtur, ſed non rectè attendere: perinde atque feſtivi miniſtri, qui, priusquam omnia, quæ dicuntur, audiverint, excurrunt, deinde in actione aberrant; & canes quoque, antequam inſpexerint, an amicus ſit quiſpiam, ſi tantùm pulſaverit oſtium, latrant: ſic & ira ob fervorem celeritatemque naturæ audiens quidem, ſed non attendens quid præcipiatur, ad vindictam incitatur. Hinc etiam Hugo Grotius *libr.2. d. jur. bell. & pac. c.20. num.5.* Talis appetitus in ſe ſpectatus non convenit parti rationali, cujus eſt imperare affectibus: ac proinde nec juri naturæ, quia id eſt dictatum naturæ rationalis ac ſocialis, qua talis eſt; dictat autem ratio homini nihil agendum, quo noceatur homini alteri, niſi id bonum aliquod habeat propoſitum. In ſolo autem inimici dolore ita nudè ſpectato nullum eſt bonum, niſi falſum & imaginarium, ut in divitiis ſupervacuis aliisque rebus ejuſmodi. Si *vindicta ipſa* attendatur, attenditur illud Auguſtini in *d. c. ea vindicta.* ubi *ea vindicta, quæ valet ad correctionem, non prohibetur. Quæ etiam ad miſericordiam pertinet, nec impedit illud propoſitum, quo quiſque paratus eſt ab eo, quem correctum eſſe vult, plura perferre: ſed huic vindictæ referendæ non eſt idoneus, niſi qui odium, quo flagrare ſolent, qui ſe vindicare deſiderant, dilectionis magnitudine ſuperaverit.* Commune quoque hanc in rem in *Inſt. ad Chriſt. Theol. c.5.* §.11. Joh. Viguerius Granatenſis, *Si intentio principaliter feratur in malū illius, de quo vindicta ſumitur & ibi quieſcit, non eſt licitum, quia delectari in malum alterius pertinet ad odium, quod charitati repugnat. Si verò intentio vindi-*

Vindicta eſt licita, *l.2. §. 4. d. Collat.* in quo emancipatus filius, ſi injuriarum habet actionem, nihil conferre debet: magis enim vindictæ, quàm pecuniæ habet perſecutionem.

cantis

cantis feratur principaliter in aliquod bonum, ad quod pervenitur per pœnam peccantis, puta ad emendationem peccatorum, vel ſaltem ad cohibitionem ejus & quietem aliorum, & juſtitiæ conſervationem, & Dei honorem, eſt vindicta licita ſervatis aliis circumſtantiis: ſicut vim vi repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ, ut aggreſſor propulſetur. Hoc enim naturale eſt & irrationabilibus convenit: data enim eſt vis iraſcibilis ad propulſandum & repellendum nocumenta. In hominibus autem ſi non fiat intentione nocendi, ſed intentione removendi impedimenta, duntaxat eſt bonum. Huc ſpectat illa vindicatio, de qua Cicero *libr. d. invent* 2. per quam vis & injuria & omnino omne, quod obfuturum, propulſatur. In jure Civili *vindicta modò eſt illicita*, ſi referatur ad *animum*, Sic in *l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil.* illum ſolum, qui vim infert, ferire conceditur, & hoc ſi tuendi duntaxat, non etiam ulciſcendi cauſâ factum ſit. *Eſt etiam illicita*, ſi referatur ad *privatam authoritatem*. Idcirco in *l. 14. C. d. Judæis.* judiciorum vigor, jurisque publici tutela videtur in medio conſtituta, ne quisquam ſibi ipſi permittere valeat ultionem. Hinc in *l. 13. ff. quod met. cauſ.* Cæſar dixit, Tu vim putas eſſe ſolùm, ſi homines vulnerentur? vis eſt & tunc, quoties quid id, quod deberi ſibi putat, non per Judicem repoſcit, In *l. 176. in pr. ff. d. R. J.* Non eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratum publicè poteſt fieri, ne occaſio ſit majoris tumultûs faciendi. Additur in *l. 7. C. und. vi.* pœna, Si quis enim in tantam furoris pervenerit audaciam, ut poſſeſſionem rerum apud fiſcum, vel apud homines quoslibet conſtitutarum ante adventum judicialis arbitrii violenter invaſerit: dominus quidem conſtitutus poſſeſſionem, quam abſtulit, reſtituat poſſeſſori, & dominium ejusdem rei amittat. Si verò alienarum rerum poſſeſſionem invaſit, non ſolùm eam poſſidentibus reddat, verùm etiam æſtimationem earundem rerum reſtituere compellatur. *Eſt denique illicita*, ſi referatur ad *jus naturale*, quoniam certum eſt ad ſocietatem hominem naturâ ferri, & quidem maximè neceſſariò ad eam, quæ inter marem & fœminam eſt generationis cauſâ, ex qua fluit ſocietas inter patrem & liberos: nec minùs naturalis ſocietas eſt inter dominum & ſervum. Atque ex his ſocietatibus fit domus ſeu familia: ex pluribus familiis, naturâ impellente, perfectiſſima, civilis nimirum ſocietas, conſtituitur; unde omni dubio caret nullam ejusmodi ſocietatem poſſe conſtare ſine imperio & ſubjectione, quà ipſum jus naturæ imperium & poteſtatem mariti in uxorem, domini in ſervum, patris in filium, ſuperioris in inferiorem dictat. *Licita* in eodem jure Civili eſt *vindicta*, ſi ſe opponat contumeliis, *l. 2. §. 5. in fin. ff. d. judic.* aut ſuper vindicanda cæde domini ſe exſerat, *l. 1. C. d. precib. Imp. offerend.* aut refertur ad ſpeciem vindictæ, quæ eſt publica, *l. pen. C. ad L. Cornel. d. falſ.* aut quæ ſuam ſuorumque injuriam exequitur, *l. pen. C. ad SC. Turpill.* aut quæ aſſerit libertatem, *l. 21. C. d. liber. cauſ.* aut dominii jus, *l. 1. §. 1. l. 56. ff. d. R. V.* Hac propter non obſtare poteſt *d. l. 2. §. 4. ff. d. Collat.* in quo vindicta non excludit authoritatem publicam, ſed perſecutionem pecuniariam, quæ demum legitima eſt, ſi authoritate publicâ fiat. Deinde ſi conſideremus eum, qui injuriarum habet actionem, conferre non debere, ſed conferre eum, qui furti habet actionem; nomine vindictæ non aliquid intelligetur, qnod ſit in bonis noſtris, ſed intelligetur reſtitutio famæ noſtræ, cui qui reſtituitur, is reſtitutione factâ non fit locupletior. Quatenus olim vindictæ privatæ uſus obtinuerit, vid. Hahn. *d. loc. th. 9.* Beatum Rhenanum *rer. German. libr. 2. c. 12.* Speidelium in *not. Jurid. hiſtor. polit. ſub voc.* Fauſt und Kolben Recht. & *ſub voc.* Abſagsbrieff *de diffidationibus A. B. tit. 17.* vom abſagen. & *reformation* Keyſer Friedrichs deß dritten zu Franckfurt *Anno* 1442. §. Zum erſten. ubi Imp. Fridericus III. *d. tit. 17. A. B.* reſtringit ad eum caſum, quo juſtitia denegata vel protracta ſit. Cui ſimile quid obtinuit moribus Longobardorum, ut conſtat ex 2 *feud. 22. in fin.* quòd nimirum Vaſallus potuerit deprædare dominum feudi, ſi ei juſtitiam facere noluerit. Quod æquus animadvertat Lector, adſcripſi juri Canonico remiſſionem ad differentiam, in qua *Retorſioni non eſt locus.* Cui noſtra ſententia non arridet, is ſumat oppoſitam Hahnii in *ſelect. differt. Jurid. d. loc. th. 49.* juxta quem videndum: an retorſio injuriarum juri naturali & divino repugnet? Neutri juri illam repugnare dicimus. Quod primùm attinet jus naturale, conſtat illud

admit-

Digitized by Google

admittere eam vindictam privatam, quæ ſit defenſionis gratiâ in continenti ita, ut defenſio ſit æqualis offenſioni: quod cum non ſolùm in defenſione vitæ, ſed etiam rerum, quæ per judicem quoque repeti poſſent, obtineat; non erit famam privatâ authoritate defendendi facultas denegata: præſertim cum res longè vilius ſint bonum, quàm honor, quem rectiſſimè Philoſophus bonorum externorum maximum eſſe dicit 4. *Eth.* 7. add. *c.* 15. *q.* 1. 6. Sicut igitur in defenſione rerum vis vi opponitur: ita in defenſione famæ injuria injuriæ. Licèt enim vis; perinde ut rebus, famæ non poſſit inferri, adeòque nec eadem ſit defenſionis neceſſitas, cum fundamentum famæ in honeſtate morum, vitæ probitate aliisque qualitatibus poſitum nec atrociſſimæ injuriæ evertere queant: quia tamen ob internum illud & nobis cohærens fundamentum debebamus externo ab aliis honore affici: ideo qui injuriam in aliquem profert, non tribuit ipſi, quod ei debebatur; qui vero alicui non tribuit, quod debet tribuere, ille non poteſt non eum lædere. Add. Gregor. de Valentia *comm. theol. tom.* 3. *diſp.* 5. *q.* 19. *punct.* 1. Hinc ita læſo privatione honoris externi conceditur viciſſim lædere privatione honoris externi, ut læſionem ſibi illatam per hoc *ἀντιπεπονθὸς* reſarciat. Eodem principio innititur actio ad palinodiam, ut nimir. is honorem externum debitum, quem alteri denegavit, rurſus exhibeat. Confirmare videtur noſtram ſententiam locus Ariſtotelis 2 *Rhet.* 2 *ἀντιποιοῦντες οὐχ ὑβρίζουσιν ἀλλὰ τιμωροῦνται*, i. e. referentes injuriam non afficiunt injuriâ, ſed vindicant injuriam. Et locum hic habere poteſt illud ejusdem: *τὸ ἀνθ᾽ ἀντιποιεῖν, οὐ δοκεῖ ἀδικεῖν. L.* 5. *Eth.* 15. Admittit etiam hanc defenſionis ſpeciem Dominic. Soto *d. J. & J. l.* 5. *q.* 9. *art.* 3. *circ. fin. Poſtrema*, inquiens, *ſupereſt dubitatio, utrùm quando reſiſtere licitum eſt, tunc fas ſit pro unâ ſuſceptâ contumeliâ aliam rejicere? Appellat me quiſpiam latronem, appello eum ſicarium. Notat meum genus, noto ego ſuum ingenium & mores. Reſpondetur imprimis nunquam licere crimen falſum alteri objicere, eſſet enim mendacium idemque pernicioſum. Præterea neque crimen defectumve ullum vel occultum vel publicum per modum vindictæ licet in conviciatorem rejicere, ſed tantùm per modum defenſæ vim vi repellendo. Hoc eſt: non licet illi objicere crimen, quod impertinens eſt ad obtundendam ejus authoritatem, ſed illud prorſus quod ad id eſt neceſſarium, ut ſi dicam eum eſſe hominem mendacem & ad ejus confirmationem patefaciam aliqua ejus mendacia, ut in eo quod mihi impingit, deſtringatur ei fides. Si autem me appellat concubinarium, non licet mihi eum appellare latronem, ſicut neque jus eſt percutientem repercutere.* Hæc illæ. Cujus ſententiæ accedit Gregorius de Valentia *d. tom.* 3. *diſp.* 5. *q.* 16. *punct.* 3. dicens: *poteſt contumelia repelli vel exponendo veritatem vel etiam ut rectè notat Sotus objiciendo alteri verum crimen, quo reprimatur ejus audacia; ut verè dicendo illum eſſe mendacem &c. Nam licitum eſt hoc facere cum moderamine inculpatæ tutelæ juxta ordinem charitatis.* Eidem conſentit Paulus Laymann. *theol. mor. l.* 3. *tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 6 *num.* 2. *in fin. Convitium*, inquiens, *inferenti licitum non eſt referre; ſicuti nec percutientem repercutere, vindictæ causâ: ſecus ſi fiat cum moderamine inculpatæ defenſionis: id eſt, ut non plus contra alterum moliaris, quàm ad injuriam arcendam neceſſarium ſit: ut ſi convitium injuſtè inferenti ad elevandam fidem hominis dicere debeas eum mentiri vel mendacem eſſe.* Approbat quoque retortionem Vincentius Fillutius *tom.* 2. *quæſt. mor. tract.* 29. *c.* 3. *n.* 49. dum ait: *verbales injuriæ verbis repelli poſſunt, quæ eſt legitima vindicta.* Non denique prætereundum quod Veſpaſianus Imper. de jurgio quodam Senatoris equitisque Romani pronunciavit: *non oportere maledici ſenatoribus, remaledici civile faſque eſſe*: ut teſtatur Suetonius *in ejus vita c.* 9. Deinde nec juri divino hanc injuriarum vindicationem contrariari ſtatuo: uti enim illud aliam privatam vindictam expreſsè permittit, (ut *occidere furem nocturnum. Exod.* 22, 2. & 3. *interfici à propinquo occiſi homicidam.* ut quidam colligunt ex *Exod.* 19. 6. *Joſ.* 20. 3. Add. etiam *Num.* 25. 8. 11.) ita hanc privatæ defenſionis ſpeciem nullibi prohibet. Defendunt hoc jus retortionis injuriæ Bartolus *ad l.* 25. *de procurat.* Alexander ab Imola *ad l. f. quod. quisque jur. n.* 3. Abbas *ad c. cum te.* 23. *de re judic. n.* 25. Felinus *in c. delicti.* 8. *d. except. n.* 11. Uldaricus Zaſius *ad l. ult. quod quisque jur.* (hactenus enumerati Dd. licèt tantùm doceant rectè injuriam dicenti reſponderi *tu mentiris*: per hoc ipſum tamen retortionem approbant, cum mendacii injuriâ afficiens arguatur, quod ſanè aliàs

gravis

Digitized by Google

gravis eſt injuria, uti quoque addit Zaſius *ad d.l.f.* qui etiam *in parat.ad tit.de procur.circ.fin.* dicit: *vindictæ causâ retorquere poſſum in alium etiam contumelias, dum ſit juſta defenſio: ibique cit.d.l.Bart.*) Ludolphus Schraderus *de feud. part.9. c.4.n.114.* Joach.Mynſing. *cent.5. obſ.17.* Gailius *L.2.obſ.100.n.3.& 101. n.4.* Schneidevv. *ad.1.de injur.§.1.n.8.* Berlich. *part.5.concl.64.* Dn.Carpzov.*prax.crim.part.2.q.97.n.22.* Bocerus *de famoſ.lib. c.5. n.44.* Obrechus *tract. de neceſſ.defenſ.c.1.n.9.* Fachinæus *L.9.controv.12.* Arumæus *Exerc.ad Inſt.17.th.17.* Dn.Frantzkius *Exerc.12. q.7.* Valent. Riemerius *ill. quæſt. dec.12. q. 8.* Græveus *L.2. concl.100.* Harpprecht.*ad d.§.hæc actio.n.82.* Marta *Dig.noviſſ.tom.2.tit.defenſio.c.3.& tit.injuria.c.37.* Ant.Perez. *in C.t. de injur. n.8 9.10.* Bernh.Sutholt.*Diſſ.ad Inſt.16.aph.56.* Dn.David Mevius *comm. in jus Lub. l.4.t.4. art.10. n.1.* Impugnant retortionem hanc Fr. Zoannettus *defenſ. tripart. part.1.n.51.& ſeqq.* Iulius Clarus *Lib.5. rec. ſent. §. injuria. n.14.* Claud.Bertazollius *addit. ad Parent. conſil. crim.135. lit. a.* Sigiſm.Finckelthaus.*pract. obſerv.37.* Dn. Eraſmus Ungebaur *diſſ.ad Inſt.13. q.10.* Anton.Matthæus *de princ. jur. al. jac. diſp.12. theſ.24.* & cumprimis Dn. Henningus Rennemannus *comment.de jure retortionis contra verb.injur.hodie paſſim uſurpatæ:* qui jus retortionis adeò damnat, *ut infauſtum & nefaſtum quaſi jus in perniciem rei privatæ & publicæ, ex maligni dubio procul illius genii, qui* διάβολος ἀνθρωποκτόνος, *qui* ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκε, *h. e. calumniator & mendax à Servatore noſtro, apud Johan.cap.8.44. nuncupatur, ingenio derivatum,* dicat *part.3. de comm. theſ.17.lit. a.* Et *ex theatro & foro juridico procul ad Garamantas & Indos exterminari* velit *P.2. theſ. 1. in fin.* Cum verò Dn. Rennemannus *in d.comm.* ea, quæ contra hoc jus afferri poſſunt, latè & eruditè tractaverit: ideo, miſſis reliquis Authoribus, videbimus I. quid ipſe aliorum argumentis regerat. II. Quid pro deſtruendo hoc jure afferat. Reſpondet autem *P.3. th.2.& ſeqq.* 1. ad quædam dicta ſcripturæ, quod nihil ad nos, cum iis dictis non innitamur. 2. *th. 12. & ſeqq.* reſpondet ad Leges, quæ ex jure Juſtinianeo adduci ſolent, de quibus noſtram ſententiam jam ſupra expoſuimus, quod ſcilicet iis quidem non ſit promulgatum hoc remedium, apparere tamen inde, illud iisdem aliquo modo convenire. 3. *th.19.* refutat argumentum, quod à vitæ & famæ comparatione deducitur: cujus infirmationem ipſi concedo; vitæ enim defenſionem privatam ſumma neceſſitas, ordinariam judicii viam planè excludens, requirit: quod in famæ defenſione non obtinet, utpote quæ in judicio inſtitui poteſt. Verùm ſi à defenſione rerum famæ defenſionem inferam, ſatis firmam puto me nectere conſequentiam. Nec oberunt tunc cætera, quæ Dn. Rennemannus regerit *d. th.* nimirum 1. *quòd vis vi repellatur, ut vis inferatur; retortione verò non poſſit effici, injuria ne inferatur.* Reſponderi enim poteſt: ſic uti qui in continenti recuperat res ablatas vim vi repuliſſe, & non tam recuperâſſe poſſeſſionem quàm continuâſſe videtur: ita quoque non eſt opus, ut retortione vis avertatur, ne fiat, ſed etiam juſta eſt defenſio, ſi injuriam in continenti retorquendo honor conſervetur 2. Quod *ſint ordinaria in jure remedia propoſita, quibus etiam atrociſſima injuria optimè vindicari poſſit.* Reſp. Etiam ad res vindicandas optima remedia in jure ſunt propoſita: inde tamen non ſequitur, quòd privata rerum vindicatio non ſit licita: & commodior ſanè hæc eſt defenſio extrajudicialis. 3. Quod *fama reverà conviciis non lædatur.* Reſp. Verum id eſt hactenus, ut per injurias non fiat quis infamis, denegatur tamen iis honor externus debitus. 4. Quod *licèt ſit aliqua famæ diminutio: tamen damnum hoc non ſit irreparabile, & fama in illud diſcrimen non ſit adducta, ut niſi in continenti defendatur, nunquam reparari poſſet.* Reſp. Summa ejusmodi neceſſitas non ad omnem defenſionem privatam requiritur, ut vel ex defenſione rerum conſtat. Nec etiam verum eſt, quod ſæpius urgetur in *d.tract.* propter ſolam neceſſitatem licitam eſſe privatam vindictam. Ipſe enim Dn.Rennem.admittit *th.4.part.2.* illam privatam vindictam quam exercet pater in adulterum cum filia; & maritus in adulterum: cujus ſanè cauſa non eſt neceſſitas. Quæ autem cauſa ſit retortionis injuriarum ſatis ſuperiùs explicatum. 5. Quòd *ſicut vulnere accepto, niſi metuatur aliud, defenſio & propulſatio locum non habeat: ita etiam famâ jam læsâ non poſſit eſſe locus retortioni.* Reſp. 1. Cum hoc argumentum tantùm impugnet eum caſum, quando certus eſt injuriâ affectus, alterum plura convitia non prolaturum: non obſtabit

illi caſui, quando quis perrecturo in convitiando retorquendo os obturaret. 2. Qui ei, qui vulneravit, licet non impendeant plura vulnera, vulnus tamen rurſus infligit, tantùm hoc facit ut alteri noceat, neque rurſus vulnerando vulnus ſibi illatum ſanare poteſt. Sed qui injuriam retorquet, nullâ alterum afficit injuriâ, ſed tantùm fidem ejus elevando & honorem, quo alter ſe indignum judicat, rurſus denegando, honorem ſibi debitum conſervat, ut paulò ante oſtenſum. 3 addi poteſt, quod etiam percutientem rurſus percutienti ignoſci nonnunquam ſoleat, juxta *th.*22. Vid. Thomam. 2. 2. *q.*41. *art.*1. *verſ. Reſpondeo.* Pertinet huc etiam quod (6) regerit *th.*17. *P.*2. *lit. c. impoſſibile eſſe, retortione efficere, ut convitii verbum non ſit prolatum.* Reſp. Nihil inde ſequitur: quemadmodum enim licet impoſſibile ſit factum ablationis recuperatione rei reddere infectum, tamen rem recuperare poſſum: ita licet impoſſibile ſit facere injuriam non eſſe prolatam, tamen damnum honori verbis datum verbis reſarcire poſſum. Et quod (7.) *d. P.*2. *th.*20. movet, *ad evellendam ſuſpicionem, quam fortè audientes illud convitium concipiunt, retortionem eſſe remedium nimis fragile & enerve: cum illius, ſi qua ſit, per contrariam retortionem, quæ in rixis & contentionibus imò & in retortionis libellis contrariis plerumque reponitur, efficacia penitùs retundatur.* Reſp. Nos expeditiſſimum hoc eſſe remedium arbitramur, & ejusmodi contrariam retortionem eſſe illicitam dicimus, cum non ſit quod retorqueatur, vid. *th.*51. *in fin.* ſi verò eâ quis utatur, peccat, nec quicquam inde ad damnandum legitimum jus retortionis inferri poteſt. (8.) Eâdem theſi dicit: *Hac rationis nubeculâ vaniſſimi quique ſordibus & infamiæ maculâ conſpurcati ſe tegere ſæpiſſime contra bonos quosque collaborant, qui ſi purgare ſe retortione poſſent, nemo purior improbis & infamibus eſſet.* Reſp. Etiam viro minùs bono objectum injuriandi animo verum crimen eſt injuria per *l.*5. *C.d.injur.* add. *theſ.*50. rectè igitur talis etiam contra bonum virum utitur actione injuriarum vel jure retortionis; nec iniquam tunc patitur conditionem vir bonus, quippe quem ſcire oportebat, ſe non decere injuriâ alterum (quicunq; iſte ſit) afficere: ſin abſit animus injuriandi, tunc nulla eſt injuria, nec retortio locum habet. Perpenſis illis, quæ Dn. Rennemannus aliorum argumentis objicit, ejusdem argumenta nunc eo, quo *in Part.*2. *d.comm.* propoſuit, ordine conſiderabimus. Primò hoc diſputationi ſuæ præfigit principium: *Omnia Jurisprudentiæ præcepta in foro Chriſtianorum ſacro-ſanctæ Scripturæ in veteri & novo Codice gnomoni præfixo conformia ſunto: difformia removentur. d. Part.*2. *theſ.*3. Quod principium quidem non negamus, explicatione tamen quâdam indigere omnino exiſtimamus. Nimirum Jurisprudentiæ principia ſunt leges civiles actiones hominum dirigentes: quas quidem leges contrariari ſacris literis non oportet: at quia in ſacra ſcriptura (ut docet Admodum Reverendus Dn. Georgius Calixtus *epit. theol. part. comm. part.*3. *rubr. d. verbo Dei.*) Deus ſecundùm ſuam juſtitiam requirit à nobis, ut ſimus tales, quales ipſe initiò eſſe voluerat & condiderat, adeòque ſeſe diligamus ſupra omnia & omnibus viribus, proximosque noſtros ſicut nosmet ipſos, etiam inimicos, ut explicat Chriſtus *Matth.*5. *verſ.*44. neque tantùm externam obedientiam præſtemus, ſed & internam, ut ne quidem temere iraſcamur *Matth.*5. *verſ.*25. ſatis conſtat neminem mortalium unquam ejusmodi obedientiam præſtitiſſe aut præſtare poſſe. Hinc lex civilis, quæ ſcribitur hominibus in ſocietate civili viventibus, accommodat ſe ad captum humanum, & interdum nonnulla permittit, quæ ſi ſecundùm illa Dei præcepta examines, ac ſi absque perverſa noſtra natura eſſet, quæ obedientiam illis præſtare perfectam nequit, non forent admittenda. Confirmat hoc eleganter Imper. Leo *in Nov.*83: *Si à Spiritûs*, inquiens, *legibus ita ſe mortale genus regi ſineret; ut humanis præceptis nihil indigeret, id verò & decorum & ſalutare eſſet: at quoniam ſe ad ſpiritûs ſublimitatem elevare divinæque legis vocem amplecti non cujusque eſt: ac verò quos huc virtus ducat, numero valde pauci ſunt: bene ſeſe adhuc res haberet, ſi ſaltem ſecundùm leges humanas viveretur. Quæ vocantur pecuniæ creditæ uſuræ, utique à Spiritûs decreto condemnantur. Id ſciens pater noſter æternæ memoriæ Princeps, uſurarum ſolutionem ſanctione ſuâ prohibendam putavit. Quanquam igitur ex ſe legem culpare (quod quidem etiam abſit) nequeamus, propterea tamen quod humana natura (quomodo diximus) ad illius ſublimitatem non pervenias, egregium illud præſcriptum abrogamus: ac in contra-*

rium

Digitized by Google

rium ſtatuimus, ut æris alieni uſus ad uſuras procedat. add. *Nov. Juſtin.* 44. *c.* 1. §. *ult.* Illo principio ita explicato facilior erit ad argumenta, illi ſuperſtructa, reſponſio. Primum eorum eſt: *Quod anſam præbet propriæ, extra caſus expreſſo jure permiſſos, vindictæ: quod malum malo recompenſandum & quod criminantem recriminandum præcipit: id abhorret à Sacræ Scripturæ præceptis: & propterea ex Chriſtianorum foro exterminandum. Sed talis eſt hæc de jure retortionis doctrina vulgò recepta ex magna parte. Ergo ex illa parte, quâ abhorret à Sacræ Scripturæ placitis, eſt è Chriſtianorũ foro, imò omni illorum conſortio exterminanda. P.* 2. *th.* 4. Reſp. ad majorem, eam diverſas continere propoſitiones, quarum prima: *quicquid anſam præbet extra caſus jure permiſſos vindictæ, illud &c:* eſt particularis, minùs autem commodè fit univerſalis addendo: *extra caſus expreſſo jure permiſſos:* idem enim eſt, ac ſi dicerem: *omne animal, excepto eo quod habet rationem, eſt irrationale.* Altera propoſitio vera eſt, ſi addantur verba: *animo nocendi & injuriam inferendi:* & tunc negatur minor. Dicta ſcripturæ, quæ *theſ.* 5. ad probandam majorem affert, in duo genera diſtinguo: quædam enim (ut *Deut.* 32. 35. *Pſal.* 49. 3. *Nah.* 1. 2. *Jerem.* 51. 36. *Ebr.* 10. 30. *Prov.* 20. 22.) Deo vindictam adſcribunt: unde dicit Dn. Rennemannus *ultionem eſſe ἀξίωμα ſoli Deo atque ipſius in hoc mundo vicariis legitimis magiſtratibus reſervatum: quod qui ſibi privatâ authoritate ſumat, eum in læſæ majeſtatis divinæ & humanæ crimen incurrere.* Verum enim verò id ex ipſius etiam mente non aliter quàm particulariter, & quod privata vindicta regulariter ſit prohibita, poteſt intelligi. Ipſe enim *in d. th.* 4. *lit. a.* excipit *offenſionem hoſtis, transfugæ, militiæ deſertoris, latronis, populatoris, furis nocturni, aggreſſoris, ſtupratoris violenti, proſcripti, adulteri filiæ & uxoris:* quibus caſibus cum non obſtent illa dicta, cur quæſo tantùm obſtabunt juri retortionis? præſertim cum de occiſione adulteri maximè dubitare liceat, an juri divino conveniat? uti ex citatis *th.* 42. Autoribus conſtat. Quædam porro dicta (ut: *Levit.* 19. 18. *Syrac.* 28. 1. *Ezech.* 25. 12. *& ſeqq. Rom.* 12. 14. 17. 19. *Prov.* 24. 29. *cap.* 12. 16. 1 *ad Cor.* 4. 12. 13. *Matth.* 5. 44. *Luc.* 6. 27. 28. 1. *Cor.* 6. 8. *Coloſſ.* 3. 12.) prohibent vindictam, quæ fit ulciſcendi animo & in alterius dolore requieſcit, quod ſatis confirmat cit. loc. *Ezech.* 25. 15. ex cujus verbis manifeſtò apparet, nudo ulciſcendi & nocendi animo vindictam factam eſſe eam, quam Deus punire minatur: quod optimè exprimit verſio Lutheri: **Darumb daß die Philiſter ſich gerochen haben / vnd den alten Haß gebüſſet nach allem jhrem Willen am ſchaden meines Volks** &c. add. elegans textus Auguſtini, qui habetur in *c.* 51. *q.* 4. 23. Et ſanè illa ſcripturæ dicta odium erga inimicos prohibentia & ut hoſtibus benedicamus adhortantia ſimpliciter ſi ſint accipienda; illicita quoque erit injuriæ vindicatio in judicio. Ejusmodi igitur dicta prohibent iram, odium, inculcant patientiam: non verò prohibent famam, ſi id opus ſit, defendere: eſt autem defenſionis, non ultionis modus retortio, adeòque iſtis dictis non prohibetur. Quò pertinent, quæ verè (licèt minùs elegantibus verbis) ſcribit Conſt. Rogerius *mir. tract. de ſumm. bon.* §. 10. *n.* 8. *In omni caſu meritum eſt remittere rancorem animi: quod tenemur facere, c. ult. diſt.* 5. *de pœnit. quia non eſt licitum nobis aliquem odio habere. c. cum in lege. q.* 4. 23. *tamen non tenemur remittere actionem injuriarum, ſeu ſatisfactionem, vel aliàs coërcitionem aut diſciplinam contra injuriantem. c. & qui emendat. diſt.* 45. Atque ex his jam conſtat minorem eſſe falſam: eſt enim retortio ex numero caſuum permiſſorum: nec fit nocendi ſed defendendi animo. Licet enim Dn. Rennemannus pro firmanda ſua minore *th.* 6. diſtinctionem noſtram inter vindictam, quæ nudæ ultionis gratiâ ſuſcipitur, & eam quæ defenſionis & ab injuria nos liberandi gratiâ fit, impugnare videatur: ea tamen tam altas radices egit omni jure, ut fruſtra ſit quicunqe eam nititur evellere. Libenter itaq; concedimus Dn. Rennemanno *retortionem neque fingi neque pingi poſſe ſine vindicta;* ſed eam, quæ à nobis removendæ injuriæ gratiâ fit: concedimus etiam eſſe *ſpeciem privatæ vindictæ;* verùm ejus, quæ, ſicut & aliæ ſpecies, quas ipſe *th.* 4. admittit, jure permiſſa: nec ideo eſt illicita, quòd is, in quem retorquetur, aliquo modo iterum lædatur. Nam & injuriarum actione conventus iterum læditur: & privatæ iſtæ vindictæ, quas ipſe non non rejicit, etiam ſunt conjunctæ cum læſione: nec verò omnis læſio

eſt injuria, ſi injuſtè factum, ut mox exponetur. Majore itaque & minore illius argumenti ſublatâ non ſequetur indubitata concluſio, quam *th.7.* proponit. Porro Dn. Rennemannus *theſ.8.* hunc fontem oſtendit: *Si quod in Jurisprudentia præceptum reperiatur à veræ philoſophiæ principiis abhorrens, id ex bonorum virorum conſortio removetor. arg. l.1. ff. de I. & I.* Ex hoc fonte hoc argumentum *th. 9.* derivat: *Quod alios lædit; in ſuum cuique tribuendo perperam procedit & in bonos honeſtè vivendi mores impingit; id ex foro juridico ut veræ Philoſophiæ contrarium removeri debet. At hoc agit retortio. Ergo.* Majori hujus argumenti, priusquam minor per partes probetur, melioris intellectus ergo addo: Quod alios *injuſtè* &c. Et nullum eſt dubium ita intellectam velle majorem ipſum Autorem. Minoris *primam partem theſ.11.* ita probat: *Quisquis alium injuriâ vel contumeliâ verborum adficit: is illum ſic adfectum* (injuſtè) *lædit: Sed retorquens injuriam afficit verbali injuriâ & contumeliâ illum, in quem retorquet. E. illum lædit.* Reſp. In hoc argumento ſunt quatuor termini: in majore enim injuria & contumelia ſumitur formaliter pro delicto, quo alicujus fama convitiis injuriandi animo prolatis proſcinditur; in minore verò materialiter pro læſione aliqua, quæ licitè, non commiſſo delicto, infertur ei, qui nos injuriâ affecit: eſt verò ita retorquens extra culpam, quia non eo animo retorquet, ut alteri noceat, ſed ne ſibi noceatur. Bernh. Suth. *d. diſſer. ad Inſt.16. aphor.56.* Sic etiam qui jus iniquum in impetrantem jus iniquum retorquet, alterum afficit injuriâ materialiter, uti eleganter probat *l.3. §.3. quod quisque jur.* ſed non formaliter, h.e. læditur quidem alter (in utraque retortione:) ſed illa læſio eſt conjuncta cum conformitate cum jure: ergo non poteſt dici injuſta, & formaliter injuria: formale enim omnis delicti, atque adeò etiam injuriæ conſiſtit in difformitate à jure: ſic etiam qui vim vi repellit, facit vim, ſed non injuſtam; ſimiliter qui alterum occidit ad ſui defenſionem, committit homicidium, phyſicè ſc. ſed non moraliter. Quæ porro *theſ.14. & ſeqq.* regerit *de diſſimilitudine injuriæ realis & verbalis; diſtinguens inter vim de futuro & in præſenti impendentem, & jam illatam: & quod tum tantùm vindicta ſit licita, ſi urgeat neceſſitas; & fama injuriis non verè lædatur;* jam ſunt refutata. Pro probanda *ſecunda parte* minoris hoc affertur *th.21: Quisquis autoritate privatâ vindictam de illo, qui ſibi fecit injuriam, ſumit: is in tribuendo ſuum cuiq; perperam procedit. Sed injuriam, præſertim ex intervallo, retorquens autoritate privatâ vindictam ſibi de injuriam faciente ſumit. Ergo.* Majorem probat, *quod ſoli Deo & magiſtratui competat vindicta.* Sed ad hoc jam ſatis reſponſum, hoc regulariter verum eſſe; excipi autem inter alia jus retortionis injuriarum: aliàs hoc argumentum illos quoque caſus everteret, quos ipſe licitos non negat *theſ.4.* In minore addit: *præſertim ex intervallo:* quod nos in legitima retortione non admittimus. *Tertiam partem* hac ratione aſſerit *theſ.24. Quisquis optimorum quorumcunque ex intuitu patientiæ, manſuetudinis, humanitatis, modeſtiæ, clementiæ & æquanimitatis profecta tam præcepta, quàm exempla ab omnibus omnium ſeculorum viris bonis decantata, contra faciendo negligit vel contemnit: is in bonos honeſtè vivendi mores impingit. Sed hoc facit, qui injuriam ſibi factam poſt in facientem retorquet. Ergo.* Minorem ut probet, cumulat *theſ.26.27.30.* Senecæ & aliorum ſententias injuriarum contemtum laudantes & ultionem prohibentes: affert etiam *theſ.29. 32.* exempla eorum, qui injurias patienter tolerârunt. Verùm iſtiusmodi dictis vel exemplis ſi ita ſimpliciter inhærendum, eodem collectionis modo actionem injuriarum nulli viro bono competere ſtatuendum erit: ſunt illa monita ad patientiam, deteſtantia odium, non verò damnantia legitimam (qualem retortionem non eſſe nondum eſt demonſtratum) famæ contra injurias defenſionem. Quod etiam ipſe agnoſcere videtur Dn. Rennemannus, dum *theſ.27. P.3.* dicit: *diffiteri nec poſſum nec volo fuiſſe quandam olim, & ab omnibus retro ſeculis, in hoc usque tempus uſu receptam verborum retaliationem: quâ quis quod in ſe falſiùs, acerbiùs, immodeſtiùs, addo etiam injurioſiùs dictum erat, in auctorem ſuum retorſit: quæ etiam non rares multis, non tantùm è vulgi opinione petitis ſive dictis ſive factis: ſed magnorum etiam virorum exemplis:* dicta hujusmodi & exempla adducit in *exegeſ.* quæ, ſi priora illa, quæ in *theſ.29. & ſeqq. P.2.* afferuntur, ſimpliciter accipiantur, his planè ſunt contraria. Et ſanè non vult hoc modeſtia, ut ob injurias planè non commoveamur, ſed ut legitimum modum

dum ſervemus, vid. Ariſtot. 4. *Eth.11. & theſ.noſtram* 1.3.4. In *theſ.28. d. part.2.* allegat ſententias, quibus probare nititur *retortione nihil aliud profici, quàm quòd injuriæ ab exordio leviores & quæ facili negotio potuiſſent componi, fiant aſperrimæ & ſæpius nunquam reconciliandæ.* Verùm hoc tum fit, & illæ ſententiæ de eo loquuntur, ſi maledicendi & rixandi animo alter convitiis proſcindat: quod non fit retortione legitimo modo uſurpatâ: ſin verò homines expeditiſſimo hoc remedio abutantur, ex ejus abuſu uſum non damnare, ſed uſum ab abuſu ſeparare convenit: *Quid enim eſt in uſu hominum bono ac licito, unde non poſſit etiam pernicies irrogari?* ut loquitur Auguſtinus *in c.8. in fin. q.5.23.* Sequitur in *theſ.35.* tertium fundamentum: *Si quod reperitur in Jurisprudentia præceptum à ſalute populi exorbitans, id ex bene conſtituta civitate propulſandum.* Cui *theſ.36.* hanc ſuperſtruxit ratiocinationem: *Quodcunque præceptum in Juris Civilis diſciplina repertum præbet anſam corrumpendis civium moribus, & litium, injuriarum, rixarum, contumeliarum & convitiorum contentionibus & turbis exaſperandis inſervit: id ex Jurisprudentiæ ſcholis & curiis relegandum. Sed hanc anſam præbet retortio. Ergo.* Reſp. ad Majorem, eam limitando, quodcunque *per ſe* præbet anſam &c. nam etiam res optima malo alicui anſam præbere poteſt, ut teſtatur *cit.c.8. q.5.23.* Atque ita nego Minorem: ſed videamus ejus probationem, quam affert *theſ.38.* ubi provocat (1.) ad *teſtimonia autorum theſ.28. à ſe citata*, ad quæ jam reſpondimus: & quod hic adducit *Nov. Leon.83.* in qua Leo legem in ſe bonam, quâ prohibentur uſuræ, abrogat *propterea, quod humana natura ad illius ſublimitatem non perveniat*: id magis noſtram firmare ſententiam cuivis ex jam ſuperiùs dictis apparet: neque ex *l.38. §.5. d. pæn. l.47. d. judi.* id, quod intendit nimirum: *quamvis aliquid de ſe non ſit malum, ſi tamen res ſit mali exempli, ferri non debere*: deduci poteſt: cum textus *d.l.38.* loquatur de re in ſe mala; *d.l.47.* de re valde ſuſpecta; & quicquid ſit, certum eſt, illam, quam ſtruit inde regulam, non ita ſimpliciter poſſe accipi: nam, ut dictum, etiam optima res poteſt eſſe mali exempli, *d. Nov. Leon.83. & d. can.8.* (2.) ad *quotidianam experientiam, quòd retortiones ſæpe eruperint in bella, cædes, verbera, rixas, duella: & cum calumniatores ſint homines improbi, qui bonos viros conviciis proſcindunt: ſi jam bonus vir vel leviter retorqueat, calumniatorum illorum nemo non acriter & calumnioſè ſit reſponſurus &c.* quod etiam *exemplo, appendicis loco d. comm. adjecto* confirmat. Verùm hæc omnia veniunt ex jure retortionis per accidens; nonnunquam etiam ipſi retorquentes modum legitimum non obſervant, ſic quoq; plurimi legitimum defenſionis vitę modum excedunt, atque ita injuſta cædes prætextu neceſſariæ defenſionis committitur: inde tamen ipſum neceſſariæ defenſionis jus relegandum non eſt. (3.) ad *ipſorum retortionis magiſtrorum confeſſiones:* adducens *lit.c.* (1.) Harpprecht *ad d.§ hæc actio.12. n.102.* ſed cujus propoſitionem conditionalem accipit pro ſimplici, (2.) Obrecht. *tr. de nec. defenſ. c.2. n.ult.* hujus remedii jus improbat. Alii ſi aliter loquantur, illorum magiſtrorum dictis non ſubſcribere poſſumus. Nec verò tantus hujus remedii abuſus eſt, ut regerit Dn. Rennem. ut de uſu nunquam conſtet: ſiquidem id optimè adhiberi poteſt. Ultimum argumentum *th.39.* propoſitum eſt. *Quod Jurisprudentiæ Romanæ (à Juſtiniano promulgatæ & à ſucceſſoribus in Imperio Germanico per Imperii Receſſus & Conſtitutiones adauctæ,) eſt non modò inviſum & incognitum: ſed etiam per vim rationis legem ſaltem implicitè prohibitum, id ex præceptorum illius ſyſtemate excludendum. At retortionis dogma tale eſt. Ergo.* Reſp. (1.) in Majore eſt inſufficiens enumeratio, eſt enim addendum: *nec etiam moribus eſt receptum*: ſic etiam actio ad palinodiam illis, quæ enumerat, juribus non eſt introducta, ſed moribus recepta: & deinde quid juris ſit, ſi in ejusmodi cauſa appelletur ſcriptâ lege deciſum in Cammergerichts ordn. *P.2. t.28.* §. und ſonderlich ſetzen. Rectiſſimè nimirum Matth. Stephani: *Leges, ait, Juſtiniani, quatenus à moribus noſtris non ſunt approbatæ, non magis nobis jus facere potuerunt, aut nos obligare, quàm Leonis Philoſophi, aliorumque Græc. Imperatorum Novellæ, quæ receptæ non ſunt. Unde nemo non intelligit, nos altero oculo in jus ſcriptum Juſtiniani, altero &. in mores ſeculi intentos eſſe oportere, & præſertim quid de uno quoque juris articulo in Cam. Imperiali t.q. ſupremo in Rom. Imperio judicio obſervetur. comm. in Nov. proœm. n.52.* (2.) Quod dicit in minore, *hoc jus*

per vim rationis legum implicitè prohibitum: hoc ipſi probandum fuiſſet, nec ſufficit dicere: *fidem illi tamdiu habendam, donec afferantur expreſſa jura vel leges retortionem inculcantes.* Rationes, quas conjungit *theſ.* 41. omnes ſuperius ſunt refutatæ. Supereſt igitur, ut contra ejus *theſ.* 42. concludatur: Retortionis doctrina nec divino nec naturali juri adverſa, nec reip. per ſe pernicioſa, moribus propter expeditiſſimum vindicandi modum introducta, exterminanda non eſt. Illud adhuc addam ipſum Dn. Rennemannum *Part. 3. theſ.* 29. concedere *aliquam tectam & argutam retortionem convicii in adverſarium pro honoris & juris ſui tutela.* Diſcrepantiam autem ejusmodi retortionis à vulgò recepta retortione, quæ in ſequentibus à nobis exponetur, apparere dicit *theſ.* 31. inde: (1.) *quod illa convitium intortum præſupponat ejusmodi, quod plerumque verum; hac verò ſemper falſum.* Verùm ſi conceſſa eſt retortio contra convitium, quod verè de aliquo dicitur, quidni erit licita contra crimen falsò alicui objectum. (2.) *Quòd illa requirat retortum ſemper verum.* At verò hoc etiam fit in hac retortione, de qua nos agimus, cum retorquens dicere vel ſcribere ſoleat, conviciantem mentiri: qui autem injuſtè conviciis nos proſcindit, ille veri mendacii arguitur. (3.) *Et id ipſum duntaxat quod erat intortum.* Sed hoc ipſum etiam Dd. in hac retortione requirant, vid. *theſ. noſtr.* 54. (4.) *Quòd illa ſine injurioſis, excepto intorto convicio, verbis proferatur: hæc verò ſcateat verbis ad contumeliam & ignominiam ſtudioſè corrogatis & ſelectis.* Verùm nos negamus legitimam retortionem ſcatere iſtiusmodi verbis, ut exponetur in *d. theſ.* 54. & ſimiliter de ea dicimus, quòd proferatur ſine injurioſis, excepto intorto convicio, verbis. (5.) *Quòd illa proferatur animo ab affectibus tranquillo ſæpe cum vultu renidente: hæc verò affectuum turbis exacerbato.* Sed negamus hoc itidem de legitima noſtra retortione; ac licèt quis ad iram convitiis commoveatur: in retorquendo tamen, ſi modus non excedatur, certè apparet frenum iræ injectum eſſe: & nullam video rationem, cum illa arguta retortio fieri poſſit ſedato animo; quidni & hæc eodem modo peragi queat. (6.) *Quòd illa judiciariæ vindictæ viam retorquenti non præcludat: hæc omnibus juris modis ad vindictam comparatis eundem penitùs exermem faciat.* Verùm enim verò, ſi illâ argutâ retortione honor eſt defenſus, quem in finem iſtam fieri ipſe ſæpius allegatus Dn. Rennemannus dicit *theſ.* 29. non opus erit poſt judiciariâ defenſione: quam ob cauſam etiam poſt retortionem eam factam, quæ à nobis defenditur, judicem adire non convenit: quamvis ſint, qui contrarium ſtatuant: à quibus allata jam diſcrepantia planè non admitteretur. Ex hac collatione ejus retortionis, quam admittit Dn. Rennemannus, cum ea, quam nos defendimus, perſpicuè apparere arbitror, ipſum Dn. Rennemannum admittendo *argutam*, quam vocat, & *latentem retortionem*, tacitè, licèt invitum, probare etiam retortionem, quam nos.

VIOLENTIA, circa quam mulier conqueritur, intelligitur paſſiva, quia dicta intelligenda ſunt ſecundùm communem ſenſum, arg. *c. cum clamor.* 53. *X. d. teſtib. & atteſt.* Vid. differentiam, in qua *Statutum ſimpliciter de lucro dotis. &c.*

Non potui mihi temperare, quin ceteris quisquiliis & hanc adderem, occaſione ejus, quod notat Polydorus Ripa in *tract. d. nocturn. temp. c.* 33. *num.* 60. 61. ridiculam magis, quàm ſeriam animaduerſionem. Sic Ripa, in formanda accuſatione caveat omnino mulier, illiusque Advocati, ne dicant ſe violenter cognitam, quoniam cum adverbium, *violenter*, ſtet & activè & paſſivè, poſſitque inde ideo duplex deduci ſenſus, & quòd violentia illata fuerit viro, & quòd feminæ, in dubio ſequetur abſolutio, illaque dictio, *violenter*, ex parte mulieris activè poſita intelligetur in odium mulieris.

Intelligitur activa, quia jura proniora ſunt ad liberandum, quàm ad obligandum, *l. Arrianus.* 47. *ff. d. O. & A.* & mulier poteſt vim maſculo inferre, ut ab eo cognoſcatur, gloſſa in *verb. ſponſam ſuam in l. un. C. d. d. rapt. virg.*

Digitized by Google

lieris, quæ non dicitur perfectè probaſſe paſſivam violentiam. Colligit hoc Ripa ex Bartolo in *l.cum duo eadem.num.7.verſ.quidam advocatus volens.ff.d.duob.reis.* in *l.filiusfamilias. 16.num.2. verſ. & facit ad quæſtionem. ff. qui teſtam. fac. poſſ. in l. ſi uxor. §.ſi quis uxorem.n.4. verſ.ult. volo vos ſcire.* qui dicit idem eſſe de omnibus verbalibus, ut duplicem habeant ſignificationem & activam & paſſivam, ideoque ſubjicit ibi praxin quandam, ut ſcilicet, qui vult concludere violentiam paſſivam ex parte mulieris, in libello expreſsè dicat, quòd talis cognovit talem paſſam ab eo vim. Hoc unicum quæro, quâ fronte mulier conquereretur de violentia, quam intulit, cum nemo conqueratur, niſi ex ſua querela conditionem faciat meliorem, arg. *l.86.& ſeq.ff.d.R.J.* Eſſet idem ac ſi quis conquereretur ſuper dominio illius rei, in qua furtum fecit, cum domini ſit conqueri ſuper uſurpatione dominii, quod non dominus invaſit. Et verò ſi violentia intelligi poſſet activa, non neceſſum foret illam probare ſuaſionibus vel muneribus, quam nemo negaret: non neceſſum foret diſtinguere diurnum aut nocturnum tempus, quod violata noctu opportuniùs concederet: non neceſſum foret allegare clamorem, quem vicini teſtarentur: non neceſſum foret dolere loci ſolitudinem, quæ dolorem alienum movet: non neceſſum foret accuſare ſuper eo, cujus pœna ad accuſatorem rediret. Fateor tamen in Ripa cumulari violentiam activam & paſſivam. Activa eſt in ſciente meliora iis, quæ ſcribit, paſſiva ſequitur ignorantiam ejus, qui, ut utramque paginam impleat, non toleranda ſcribit. Quod totâ opinione vacillet, ibidem *num.ult.* veſtigia prodit in his verbis, Ego exiſtimo verbũ *violenter* intelligi de activa ex parte viri, & in ſignificatione paſſiva ex parte mulieris, iis ſaltem caſibus. 1. ſcilicet, quoties ita ſe habet communis uſus loquendi. 2. quando eſt mulier, quæ accuſat & conqueritur, quòd Titius eam violenter cognoverit: nec enim intelligenda eſt, ut prodat ſe ipſam, atque illius accuſatio reddatur eluſoria. 3. quando teſtis vel quiſpiam alius non utitur hac activâ ratione dicendi, Titius cognovit violenter Bertam, verùm utitur teſtis locutione paſſivâ hoc pacto, Berta violenter à Titio cognita eſt. 4. quando deponerent teſtes de violentia præciſa, quia licet mulier poſſit cogere virum illi mortem comminando, vel aliud mali quidpiam denunciando, & ſic violentiâ cauſativâ: ſolus tamen vir violentiam præciſam mulieri poteſt inferre, non etiam mulier viro. Quum Ripam in tantum faſcinarit ſcrupuloſitas, neſcio qui factum, quòd caſum *l.45.§.3.ff. ad L.Aquil.* quo non conſtat, uter ab utro everſus ſit, omiſerit. Non obſt. *d.l.Arrianus*, quæ intelligenda eſt de Judice, qui inter liberationem & condemnationem eſt medius. Non obſtat *addita gloſſa*. Non enim quæritur, An mulier vim maſculo inferre poſſit; ſed an tantùm mulier, & an in propoſito caſu vis cenſeatur à muliere illata?

Vir dimiſsâ uxore ex cauſâ adulterii eâ defunctâ aliam ducere in matrimonium poteſt, non etiam mulier viro defuncto alii nubere poteſt, *c. hi verò.32.q.7.*

Cujacius ad *c.ex parte 9. X.d.ſponſal.* agnoſcit hanc differentiam, & tamen jus Canonicum confirmat ex Civili, quod lex adſtringat & coarctet magis fœminam quàm marem, ut in aliis plerisq; cauſis deterior eſt conditio fœminarum quam maſculorum, *l. in multis. ff.d.ſtat.homin.* niſi dicamus Cujacium non intendiſſe tam utriusque juris differentiam, quàm viri & uxoris circa ineundum novum matrimonium, quod utrique ex æquo non permittatur.

Soluta à prioris matrimonii vinculo, etiam in caſu adulterii, defuncto præſertim marito, alteri nubere non prohibetur, nec lex inter virum & uxorem diſtinguit; lege autem non diſtinguente nec noſtrum eſt diſtinguere, *l.de pretio.8.ff.d.public.in rem.act.*

Vir etiam conſtante

Jus Civile à jure Ca-

Si conſtante matrimo-

matri-

Digitized by Google

matrimonio, licet non vergat ad inopiam, in caſu, quo non ſuſtinet matrimonii onera, ad dotis reſtitutionem tenetur, *c. per veſtras. 7. X. d. donat. int. V. & V.* Vid. differentiam, in qua *Dos poteſt repeti conſtante matrimonio.*

nonico non tollitur. *Nec obſtat* caſus, quo vir conſtante matrimonio non ſuſtinet matrimonii onera, quum non videam conſtans poſſe eſſe matrimonium, & virum non ſuſtinere onera matrimonii, ſive illa ex propriis, ſive aliunde quæſitis, ſive etiam dotalibus ſuſtineat. Aut neceſſum erit talem fingere caſum, de quo Proſper Farinacius *Rotæ Rom. part. 1. dec. 101. num. 6.* quoque de ordine Papæ uxor abducta è domo & poteſtate mariti & parentibus fuit conſignata, & maritus abiit in partes longinquas, nullis in urbe relictis bonis, ita ut ſi dos non reſtitueretur, actum eſſet de illo, cum tamen publicè interſit dotes mulieribus conſervari, *l. 1. ff. d. tit. ſol. matrim.* Sed enim tunc licet non ſit ſolutum matrimonium in relatione ad matrimonii vinculum, non tamen eſt conſtans matrimonium in relatione ad onera matrimonii, quæ in abſentibus ceſſant, nec poſſunt eſſe mutua in iis perſonis, quæ menſâ, toro, imò & bonis ſeparantur. *Non etiam obſtat d. c. per veſtras.* quod eundem, qui eſt *d. l. 24.* caſum continet. Niſi velimus in hoc quærere differentiam, quòd jure Civili ſupponatur, tunc dotis exactionem competere, ex quo evidentiſſimè apparuerit mariti facultates ad dotis exactionem non ſufficere: jure Canonico ſufficiat videri maritum ad inopiam vergere; quod quidem prætulerim, quia melius eſt occurrere in tempore, quàm poſt illatum vulnus remedium quærere. Sive melius eſt intacta jura ſervare, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere, *l. ult. in fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſt. non eſt neceſſ. l. 1. C. quand. lic. unic. ſine jud. ſe vind.* Card. Mantic. *d. tac. & ambig. convent. libr. 21. tit. 8. num. 30. in fin.* Cardin. Tuſchus *pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 648.* Barboſ. *libr. 11. c. 19. axiom. 1.* Adhæc quantumvis vir ad dotis reſtitutionem teneatur, illa tamen reſtitutio non impedit, quin onera matrimonii ex ipſis rebus dotalibus ſuſtineat. Poſſunt juxta conſilium *d. cap. per veſtras.* res dotales alicui mercatori committi, ut de parte honeſti lucri dictus vir onera poſſit matrimonii ſuſtinere, ne occaſione dotis detentæ uxor à viro dimiſſa, ſeu vir, qui dimiſit uxorem, adulterii reatum incurrat.

nio propter inopiam mariti mulier agere volet, exinde dotis exactio competit, ex quo evidentisſimè apparuerit mariti facultates ad dotis exactionem non ſufficere, *l. 24. in princ. ff. ſol. matrim. quemadmod. pet.*

VIR ET UXOR conjugali ſuâ cohabitatione contrahunt ſocietatem quandam in bonis acquirendis, gloſſ. in *c. cum ſocietas. 27. q. 2. per text. ibi & in c. 2. d. donat. int. V. & U. c. pen. X. d. conſuetud.*

Nulla eſt differentia. Nec obſt. *d. c. cum ſocietas.* in quo non proponitur ſocietas bonorum, ſed ſocietas nuptiarum, vel potiùs ſocietatis imago: quod utrumque intuetur *c. præterea. 2. X. d. ſponſal.* Prius conſiſtit in his verbis. *Hi, qui de matrimonio contrahendo purè & ſine omni conditione fidem dederunt, commonendi ſunt & modis omnibus inducendi, ut præſtitam fidem obſervent.* Poſterius conſiſtit in his verbis. *Si autem ſe ad invicem admittere noluerint: ne fortè deterius inde contingat, ut talem ſcilicet ducat, quam odio habet: videtur, quòd adinſtar eorum, qui ſocietatem interpoſitione fidei contrahunt,*

Extra communem rerum uſum inter conjuges nulla contrahitur bonorum communicatio aut ſocietas, neque res uxoris mariti, neque mariti uxoris ſunt, niſi nominatim convenerit, ut in exemplo *l. Alimenta. 16. §. ult. ff. d. alim. & cibar. leg.* ubi quis ex contractu annos quadraginta cum uxore dicitur habuiſſe

& poſtea

& poſtea eandem ſibi remittunt, hoc poſſit in patientia tolerari. Ita in jure Civili nuptiæ ſunt conſortium omnis vitæ: divini & humani juris communicatio, *l.1.d.R.N.* qua quid tam humanum eſt, quàm fortuitis caſibus mulieris maritum vel uxorem viri participem eſſe, *l.22.§.7.ff.ſolut.matrim. &c.* quippe quæ ut ſocia rei humanæ atque divinæ domûs ſuſcipitur, *l.4. Cd.crim.expil.hæred.* Non obſtat *d. c.2.d.donat.int V.& U.* ad quod reſpondet Covarruvias *d. matrim.part.2.c.7.§.1.num.5.* eſſe intelligendum de bonis, quæ matrimonio conſtante ſimul ex pecunia uxoris & mariti acquiruntur: ea enim jure communi dividenda ſunt, eò quòd ex utriusque bonis ſimul fuerint acquiſita, ut ibi gloſſa & Doctores notant, Non obſtat *d.c.pen. X.d. conſuetud.* è quo diverſum deducitur. Nam gemina proponitur Pontifici conſuetudo, Una erat, Si indigena vel extraneus prodigalitatis vitio vel injuriâ, ſeu quocunque caſu alio diſſipaverit vel amiſerit bona ſua: bona uxoris ſuæ tam mobilia, quàm immobilia pro voluntatis ſuæ libito alienat. Altera erat, Si vir ducat uxorem, quæ fide conjugii violatâ committat adulterium, nihilominus ipſa medietatem omnium bonorum, quæ fuerit vir adeptus, impudenter exigit, & improbè apprehendit, quæ potiùs privanda eſſet omnibus viri bonis. Huic geminæ conſuetudini reſpondet Pontifex, eas eſſe abuſivas, & proinde non obſervandas. Ab hoc verò jure longè receſſerunt diverſarum regionum mores, ut à legibus communibus, ita inter ſe multùm diverſi. Nam in Hiſpania conſtante matrimonio acquiſita utrique conjugi ſunt communia, ideoque eodem ſoluto æqualiter dividuntur, *Covarruv.de matrimon. dict. part.2. cap.7.§.1. num.7. Gomez. in l. Tauri.50.& tres ſeqq. Garſid.conjugal.acquæſt. num.1.& 12.* Galliæ ferè generali conſuetudine communia ſunt mobilia omnia itemque immobilia durante matrimonio acquiſita, *Gulielm. Benedict. ad cap. Raynutius. ſup. verb. & uxorem, nomine Adelaſiam. num. 24. de teſtament. Chaſſan. ad ad conſuetud. Burgund. Rubr.4. §.2. in princip. Cujac. ad Afric. tract.4.pag.mihi 113. Coſtal. ad l.1. ff. de donat.inter Vir.& Uxor.* ubi hanc patriæ ſuæ inter conjugatos ſocietatem leoninam vocat. In ſpecie autem de moribus Ducatûs Britanniæ, Pariſienſium, Meldenſium, Melodunenſium, Sylvanectenſium, Stampenſium, Montfortenſium, Mantenſium, Claromontenſium, Perticenſium, Torunenſium, Borboniæ, Pictonum, Biturigum, Aurelianenſium, Nivernenſium, & denique Trecenſium teſtantur *Argentræ ad conſuetud. Britan. tit. des mariages art. 408. gloſſ.1. Chaſſan. ad conſuet. Burgund. dict. Rubr. 4. §.2. in princip. & ſup. verb. femme. num. 3. & 4. Petr. Rat. ad conſuetud. Pictaviens, art. 229. Petr. Pithæus. ad conſuetud. Trecens. art. 83.* ubi excipit conſuetudines Normanniæ, Burdegalenſes, Arverniæ, ſuperioris Marchiæ & Rhemenſes, quibus nulla quoad ipſa bona inter conjuges eſt ſocietas. Legibus municipalibus Antverpienſium, præter acquiſita conſtante matrimonio, communicantur quoque, niſi pactis dotalibus aliter convenerit, mobilia, actiones, domus ac fundi in urbe urbiſque ambitu ſiti, ſive à marito ſive ab uxore in matrimonium inferantur; excluſo tamen à communione reditu annuo ſuper his conſtituto, præterquam ſi ſit acquiſitus. Bruxellis communia ſunt immobilia acquiſita, mobilia verò ſuperſtiti ſoli cum uſufructu omnium bonorum allodialium debentur, cum hac conditione, ut onus æris alieni perſolvendum recipiat *Joan. Vſſel. in not.ad lib.3. variar. reſolut. Didac. Covarruv. cap.19. Paul. Chriſtin. deciſ. cur. Belg. vol. 1. deciſ.216.* Promiſcua item inter conjuges apud Mechlinienſes ſunt immobilia omnia bona, ædes, cenſus, reditus, durante matrimonio acquiſita. *Statut. Mechlinienſ. tit.9. art.11. & ibi Paul. Chriſtina.* Lovanii, Namurci & Leodii uxor ſuperſtes lucratur omnia mobilia, modò hujus ſint generis & naturæ, ut in eam cadere poſſint, *Peck. de teſtam.conjug lib.2. cap.1. num.1. verſ. ſicut & illam.* Friſiæ moribus conſtante matrimonio à conjugibus acquiſita utrimque communicantur, manentibus iis, quæ illo nondum inito cujusque propria fuere, in priſtino ſuo ſtatu & do-

omnium bonorum ſocietatem: cujus etiam meminit *l. ex diverſo. 17. §.1.* Vid. Martialem *libr. 4. epigr. 75.* Scipionem Gentilem *libr. 1. d. donat. int. V. & U. cap. 6. & 16.* Lambert. Goris *adverſ. juris ſubciſiv. tract.1.c.1.n.10.*

Digitized by Google

minio. Sed etſi eodem durante matrimonio hereditate, legato, donatione, aliove reſpectu conjugi quid acceſſerit, nihilo magis communicabitur, uti tradidit *Thom. Herbajus rer. quotidianar. lib. ſingular. cap. 14. & cap. 16.* Moribus eorum, quos in agro Groningano appellat *Ubbo Emmius* Hunesgonios & Fivelgonios, communia ſunt inter conjuges mobilia, *Lantr. van. Hunſingo Fivelingo, libr. 3. tit. 1.* §. 17. Alibi porro non ſolùm aut mobilia, aut immobilia, aut verò tantùm acquiſita inter conjuges communicantur, ſed cujuscunque generis omnia, veluti de moribus Sleſvicenſium teſtatur *P. Cypræ. de ſponſal cap. 5. §. 14. num. 4. & §. 35. num. 5. & de matrimon. cap 8. num. 5. Hilliger. in Donell. enucleato. lib. 13. cap. 16. in notat. lit. B.* De moribus civitatis Brugenſis *Curt. 1. conject. ad Viv. 1. Paul. Chriſtin. deciſ. cur. Belg. vol. 4 deciſ. 27. num. 2.* De conſuetudine Regni Luſitaniæ *Alvar. Valaſc. de partitionib. & collat. cap. 5.* ubi eam dicit nimiùm rationabilem *num. 2. Georg. de Cabedo practicar. obſervat. part. 1. deciſ. 183. num. 2. Ludovic. Molina d. juſtit. & jur. tom. 2. diſp. 422. num. 3.* Apud Saxones quamvis maritus & uxor bona ſua pro indiviſis poſſideant, non tamen illud ad proprietatem extenditur, ideoque ſoluto matrimonio ſua cuique, aut hæredibus ſalva reſtituuntur illata, quæ eodem durante confuſa videbantur, *Zobel. different. jur. Civil. & Saxon. different. 26. Sachſ. different. 6. Oler. d. proceſſib. executiv. part. 1. cap. 2. num. 191.* Verùm cum Sleſvicenſium, Brugenſium & Luſitaniæ moribus convenit generalis conſuetudo totius verè Geldriæ: quâ ad exemplum *l. Ex verò 3. §. 1. ff. pro ſocio*, quæ cujusque conjugis ante contractum matrimonium peculiaria & propria erant bona, imò quæcunque hæreditate, legato, aut donatione, conſtante matrimonio, obveniunt, adeò per conjugalem ſocietatem confunduntur, ut nihil cujusquam proprium dici poſſit, ſitque ſoluto matrimonio cum ſuperſtite æqualis omnium rerum conjugalium facienda diviſio, etiamſi alteruter eorum parum aut nihil in commune contulerit. Quò faciunt ea, quæ tractat Peckius *de teſtament. conjug. lib. 2. cap. 3. num. 1.* modò fraus omnis & dolus abfuerit, uti idem latè docet *dict. lib. 2. cap. 4.* Atque hoc eatenus verum puta, niſi pactis antenuptialibus aliter convenerit, quibus permiſſum eſt generali huic conſuetudini derogare. Quod quidem nemini non in patria notum eſt, & probat apertè *Statutum civitatis Noviomagenſis, Reformat. Zutphan. tit. 16. §. 1. & Reformat. Velav. tit. 3. §. 7. in princip. & tit. 27. §. 2.* licet non tam exertè. *Sand. ad conſuetud. feudal. Gelr. tractat. 2. tit. 2. cap. 3. num. 1.* ubi apud conterminos Tranſiſulanos idem jus eſſe dicit. *Vid. jus provinc. Tranſiſulan. part. 2. tit. 2. §. 2.* Sed & idem ſervatur in Hollandia, ubi tamen poſt contrariam conventionem antenuptialem & altera additur exceptio; quæ eſt, niſi ex teſtamento res ſit reſtitutioni ſubjecta, quam in plurimis patriæ locis, propter prohibitam teſtandi facultatem non agnoſcimus, ſuo tamen uſu fortè non deſtitutam in locis, ubi teſtari hodie conceditur, quod cogitandum relinquo. Addit demum Hugo Grotius *in ſua introductione ad jurisprudentiam Hollandicam, quam patriâ linguâ conſcripſit, lib. 2. cap. xi. By Houwelijck aengegaen &c. & eod. lib. 2. cap. 5. verſ. Oock alle, &c. item lib. 1. cap. 8.* tertiam exceptionem, quâ bonorum hęc communio inter virum & fœminam excluditur, quando aut ille annis viginti quinque, aut hæc viginti minores ſine conſenſu parentum, propinquorum vel magiſtratûs matrimonium contrahunt, etiamſi hoc pro conſummato habeatur. Huic autem noſtræ ſocietati conjugali convenienter, licet de fratribus concipiantur, aptari poſſunt elegantes hi verſiculi ex antiquo epigrammate, ſi videl. in primo pro voce *frater* ponatur *Mævia*, in ſecundo pro *unanimi fratres, conjugio unanimes*:

Omnia cum Bavio communia frater habebat,
Unanimi fratres ſicut habere ſolent.
Rura, domum, nummos & omnia, denique (ut ajunt)
Corporibus geminis ſpiritus unus erat.

Quemadmodum porro in conventa omnium bonorum ſocietate res ſociorum abſque ulla traditione communicantur, *l. 1. & 2. ff. pro ſocio.* ita etiam in hac noſtra inter conjuges conſuetudinaria, *Leſſius de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 3. dub. 3. num. 16. verſ. Quintò. Alvar. Valaſc. de partit. & collat. d. cap. 5.* quo loco lectu non inutilis erit convenientia & diſcrepantia

pantia

pantia utriusque ſocietatis ab eodem ibidem concinnata, quia mirè facit ad intellectum noſtræ conſuetudinis, cui jungendus Georg. Louet *in arreſt. notabil. lit. S.* §. 13. Nec hoc ſolùm locum habet in iis, quæ tempore contrahendi matrimonii utrinque exiſtunt, verùm etiam quæ eodem conſtante acquiruntur, adeò tranſit & in futuris dominium & poſſeſſio, nec opus erit aliquâ actione perſonali, quæ in univerſali tamen conventa ſocietate requiri ſoleat, *l. ſi quis ſocietatem.* 74. *ff. pro ſocio.* recediturque ita à communis juris placitis, *per ea quæ latè per mult. allegat. tradit Gomez. ad l.* 50. *Tauri & tres ſeqq. num.* 76. Ceterùm fallit generalis & conſuetudinaria noſtra inter conjuges omnium bonorum communicatio, non tantùm ſi pactis dotalibus aliter convenerit, de quo ſuprà, ſed & in bonis immobilibus, cum in ſuperiori tetrarchia Ruremundenſi, *uti paſſim traditur in ejusdem legib. municipal. part.* 1. *tit.* 2. tum in imperio Noviomagenſi ſitis: de quibus probata eſt regula, res ſoli avitas ſive patrimoniales contractu matrimonii quoad proprietatem non communicari, ſed ad ſtipitem, unde originem trahunt, ſeparatâ ſocietate conjugali reverti, reſervato ſuperſtiti earundem uſufructu. Fallit item in feudis noſtratibus (in qua ſpecie conſentiunt etiam mores Hollandiæ *Grot. ubi ſup.* quæ ſine aſſenſu domini aut ejusdem vicarii nec alienari nec gravari poſſunt; uti ſimiliter de moribus Luſitaniæ tradit Molina *d. tom. d. juſtit. & jure diſp.* 422. *num.* 4. Cum hoc tamen intellectu, ut ſi alteruter conjugum poſt datam ſemel fidem aut recuſaverit aut neglexerit conſenſum domini impetrare, vel ipſe vel ipſius hæredes perſonali actione ad id, quod interfuit ex promiſſo conſenſum domini interceſſiſſe, conveniri poſſint. Neque enim æquum eſt in tam ſolenni, favorabili & vel maximè bonæ fidei contractu, *l. un.* §. *ſed etſi.* 2. *C. de rei uxor. act.* quemquam decipi, quod per manus traditum eſſe ait Udalric. Zaſius *conſil.* 1. *num.* 80. *volum.* 2. *vid. infr. h. tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 8. Nec rurſum ſupra tradita exceptio de bonis, quæ per conſuetudinem non communicantur, tam firma eſt, quin quo ad bona immobilia in imperio Noviomagenſi ſita per contraria pacta antenuptialia infringi poſſit. Ubi tamen ſingulariter notandum eſt, non aliter has conventiones fore utiles, quàm ſi ſpecialiter & nominatim in iis exprimatur hac vel ſimili formâ: *Ende is bevoorwaert, dat alle die goederen, ſoo wel die Rijckſche in't Rijck van Nimmegen ghelegen, als andre ſullen deylbaer ſyn*, id eſt, *Et convênit ut omnia bona tam imperialia, quæ in imperio Noviomagenſi ſunt ſita, quàm cætera ſunt diviſibilia.* Nam ſi generalis tantùm hæc inſeratur ſtipulatio, quòd omnia bona cujuscunque conditionis vel generis velint haberi diviſibilia, nequaquam comprehendentur imperialia (*vulgò Rijckſe goederen*) uti ab antiquo obſervatum tradunt pragmatici. Quod à ſimili comprobatur in feudis, quæ generali bonorum obligatione non afficiuntur, §. *in generali. tit. ſi de feud. defunct. content. Mathæ. de Afflict. deciſ.* 26. *num.* 1. *Roſenthal. d. feud. cap.* 9. *membr.* 1. *concl.* 13. & ſi qua talis diſpoſitio verbis generalibus fuerit concepta, ad allodia reſtringi ſolet, de quibus non expectato alterius aſſenſu libera ſolùm permittitur diſpoſitio, *Everard. conſil.* 35. *circa med.* ac magis confirmatur eâ ratione, quòd in generali diſpoſitione non comprehendantur ea, de quibus ſpecialiter proviſum eſt, *Bartol. in l. Sanctio legum.* 41. *ff. d. pœn. Alexand. conſil.* 49. *n.* 23. *lib.* 4. Receptâ jam univerſali, de qua dixi, omnium bonorum inter conjuges ſocietate, ceſſabit meritò patriæ noſtræ moribus, *l. Quintus.* 51. *ff. d. donat. inter vir. & uxor. & quod ad eam congeſſit Andr. Alciat. reg.* 3. *præſumpt.* 26. *itemque l. Etiam* 6. *C. eod.* in quibus legibus pro regula traditur, præſumi uxorem ex re mariti quæſiviſſe, quicquid conſtante matrimonio acquiſiverit, quò turpis quæſtus ſuſpicio evitetur. *Vid. Scip. Gentil. de donat. inter vir & uxor. lib.* 1. *cap.* 15. *in fin. & Alvar. Valaſc. tom.* 2. *conſultat.* 103. *num.* 7. *cum ſeqq.* Hæc Lambertus Goris *in adverſ. jur. ſubciſiv. tract.* 1. *c.* 1. ubi in annotatis addit conſuetudinem quarundam partium Cathaliniæ, Friſiorum, totius ferè Geldriæ, civitatis Embricenſis in Ducatu Cliviæ.

VIR ET UXOR pacta dotalia revocare non

Hoc utrique juri eſt commune pacta & cō-

Hæc pacta dotalia ab utroque revocari poſ-

poſſunt, quoniam tralatitium eſt, quòd pacta & contractus non niſi mutuo utriusque partis conſenſu diſſolvantur & revocentur, *c.2. X.d.ſponſal. c. mutare.c.quod ſemel d.R.J. in 6.*

tractus non niſi mutuo utriusque partis conſenſu diſſolvi & revocari, quod agnoſcunt *l.ab emptione. ff. d.pact.l. nihil tam naturale. ff. d. R.J. l.ficut.C.d. O.& A.* Hoc verò non utrique juri eſt commune pacta dotalia ſemper revocari poſſe, quod pacta dotalia fuerint concepta in vim ultimæ voluntatis, *l.1.C.d.SS.Eccleſ.* nec utrique juri commune eſt pacta dotalia nunquam revocari poſſe, eò quòd hujusmodi pacta ex vi contractûs valeant. Sed utrumque eſt conjungendum, Aut enim pacta dotalia vi contractûs ſuſtineri poſſunt: puta quia de dote & & donatione propter nuptias tantummodo, vel de certis quibusdam rebus, vel per verba contractûs & donationis, & non per verba teſtamenti ſunt concepta; & tunc alteruter conjugum alterâ parte invitâ pacta mutare & revocare non poteſt. Aut vi contractûs ſuſtineri non poſſunt, puta quia de univerſali hæreditate vel quota ejusdem concepta ſint: & tunc alter conjugum, etiam invitâ alterutrâ parte, ab iisdem reſilire ac ſuam voluntatem mutare poteſt. Atque hanc diſtinctionem ſequuntur Weſenb. *part.2. conſ.63. num.9.* Gœdd. *d.C.& C.S. c.6. concl.7. num.83.* Cothmannus *vol.2. conſ.78. num.69.* Joan. Franciſc. Balthaſ. *pract.reſol.jur Civ.& Bav. part.1.tit.1.reſ.16.num.14.*

ſunt, *l.pactum.15. C.d.pact. l.fin. d. pact. dotal.* exemplo ultimæ voluntatis, & donationis causâ mortis, in quam incidunt, Weſenb. *ad d. tit. d. pact. dotal. num. ult.* Rittersh. in *expoſ.Novell,part.7.c.18. num. 7.* Heigius *part. 1. Jur. Civ. & Saxon. q. 23. num.36.*

VIRGINEM eſſe & eſſe honeſtam, conveniunt, Vid. differentiam, in qua *Virginitatis votum ſit perpetuum*, ibique allegatum canonem, è quo Virginitas paradiſum implet.

Scrupulum hunc movet Fontanella *tom.d. pact.nuptial. clauſ.5.gloſſ. 5.part.1.num.48.& ſeqq.* apud quem hæc eſt difficultas, quomodo reperiri poſſit mulier, quæ virginitatem retineat, & ſit inhoneſtæ vitæ. Si enim virgo eſt, quomodo vitæ inhoneſtæ? & ſi vitæ inhoneſtæ, quomodo virgo? Tam inepta videtur hæc locutio, quàm illa gloſſæ in §.*item L.Julia.verb.viduam.J.d.publ.judic.* ubi dicit ſtuprum non dari in virgine meretrice, quam poſſibile ſit eſſe virginem & meretricem ſimul; Verùm ſi attenderis *l.quæ adulterium.C.ad L.Jul.d.adult.* cui limitatio de virginibus inhoneſtæ vitæ innititur, non miraberis de ea reſolutione: ibi enim fit mentio de quibusdam fœminis infimæ conditionis paſſim vagantibus non ſervatâ verecundiâ, & quas morum honeſtas non decorat, prout ſunt fœminæ cauponarum miniſtræ, in quibus expreſsè ponit Imperator ibi exemplum dicens, in eis non committi propriè ſtuprum, cum propriè neque virgines neque viduæ dicantur: quamvis enim virginitatem hæ mulieres retineant, nonne inhoneſtiſſimæ vitæ eſt; ab hoſpitibus permitti ſe deoſculari, manibus prætangi & alia fieri, quæ valde viros honeſtos ſæpiſſime offendunt? Sic in *d.l.15.* virgo eſt, quæ virginitatem diſſimulat: quò & alludit Auſonius,

Delia nos miramur, & eſt mirabile, quòd tam
Diſſimiles eſtis, tuque ſororque tua:
Hæc habitu caſto, cum non ſit caſta, videtur;
Tu præter cultum nil meretricis habes.

Virgo eſſe poteſt, quæ tamen non fuerit honeſta *l.15. §.15. ff. d. injur.* in quo ſi quis virgines appellaſſet, ſi tamen ancillari veſte veſtitas, minùs peccare videtur.

Sequan-

Digitized by Google

Sequantur hæ virgines Alcibiadem Athenienſem, qui cum notiſſimo cani caudam abſcidiſſet, interrogatus quare id fecerit, reſpondiſſe fertur, ut loquendi materiam populo daret, ac de ſe turpiora reticeret. In jure Canonico virgo eſt, quæ virginitatem amiſerit, ſi amiſit invita, *c. magis timeamus. cauſ.32. quæſt.5.* ubi *magis timeamus, ne ſenſu interiore corrupto pereat caſtitas fidei, quàm ne fœminæ conſtuprentur violenter in carne: quia violentiâ non violatur pudicitia, ſi mente ſervatur: quoniam nec quis in carne violatur, quando voluntas patientis turpiter carne non utitur, ſed ſine conſenſione toleratur, quod alius operatur.* E contrario virgo non eſt, quæ virginitatem retinet. Sic ibidem in *c. ſi Paulus.* Perit mente virginitas. Iſtæ ſunt virgines malæ: virgines carne, non ſpiritu: virgines ſtultæ, quæ oleum non habentes excluduntur à ſponſo. *Quid verò definiendum circa eam virginem, quam annorum innocentia cogit eſſe honeſtam, an ſtupri illatione deperibit honeſtas?* Reſpondemus omnem, quæ hoc in caſu patratur culpa, ſequi ſtupratorem: honeſta manet, quam aliena fœditas incogitantem maculare non poteſt. Non patitur pœnam, quæ non deliquit, ideoque duplici pœnâ ſtuprator videtur afficiendus, quia peccati ſui libidinem quæſivit in ea, quam tenerior ætas à peccato vult immunem. Placet digredi in pœnæ determinationem, quæ hic ſit aliena, legenti ſcitu eſt neceſſaria. *Si quis puellam immaturam, impuberem & minorem duodecim annis ſtupret, magna ſolet eſſe controverſia, quomodo ille puniatur?* Varia, quæ è cauſarum criminalium Scriptoribus deſumi poſſent acervatim, in breve compendium collegit Martinus Naurath ad Zœſium in *C. tit. ad L. Jul. d. adult. lit. k.* juxta quem ut hæc controverſia enodetur, diſpiciendum eſt, An quis ſine vi, an verò per vim & violenter ejusmodi puellam ſtupret. Priori caſu ſi quis ſine vi puellam impuberem ſtuprat, verior eſt opinio illorum, qui ſtatuunt, quòd ejusmodi ſtuprator, ſi humilior eſt, in metallum damnetur, honeſtior verò in inſulam relegetur, vel in exilium mittatur, ita tamen, ut cum hodie damnatio in metallum ab uſu receſſerit, humilior cum fuſtigatione in perpetuum relegetur, per textum in *l. ſi quis aliquid. 38. §: qui nondum. 2. ff. d. pæn.* Qui textus tam clarus eſt, ut nefas ſit conjecturis locum relinquere. Deinde quia hoc ſtuprum magis attentatum quàm conſummatum dicitur, ideoque meritò ejusmodi delictum pœnâ mitiori & non capitali puniendum erit. Poſteriori caſu ubi quis violenter & vi adhibitâ puellam impuberem & minorem duodecim annis ſtuprare velit, res etiam non eſt expedita, quanam pœnâ ſit afficiendus? Et quidem ſi quis puellam impuberem violenter rapiat, abducat & ſtupret, vel ſtuprare velit, & ita raptum committat, dubium omnino nullum eſt, quin pœnâ capitis puniatur. Si verò puellam immaturam quis non rapit vel abducit, ſed ſolùm per vim ſtuprat, major ſolet eſſe controverſia. Interim in hoc conflictu verior eſt opinio illorum, qui dicunt, quòd hoc in caſu ſtuprator virginem impuberem per vim cognoſcens etiam pœnâ mortis afficiendus ſit. Addimus duo. 1. exceptionem. 2. præſumptionem. *Exceptio* eſt, Si ſponſus vel maritus ſponſam vel uxorem impuberem & nondum viripotentem etiam per vim cognoſcat, tunc enim ille non pœnæ gladii ſubjicitur, ſed ſtupri pœna ſufficit. *Præſumptio* eſt, quòd in dubio puella nondum viripotens & immatura per vim cognita præſumatur, & ideo ſtuprator pœnâ gladii plectendus, niſi clarè contrarium probet, aut niſi puella ſit doli capax: tunc enim vis non præſumitur adhibita, niſi à puella probetur. Hactenus de virgine, quam virginem eſſe & eſſe honeſtam conveniunt. Vid. differentiam, in qua *Virginitas conſiſtit in animo.* Non tamen illa ſuffecerit honeſtas, quam virgines diſſimulatim partui, quem inſtantem vident, attonitæ prætexunt. Qui factum, quòd vix repetito complexu utraque mamma intumeſcat: quòd è ſimplici luſu gemina proles prodierit: nunc exiſtere malum, quod religio nocturna non ſuſpicabatur: tandem loqui, quod ſilentium lubens cohibuiſſet. Facit illud ferrum, de quo Daniel Heinſius in *epiſt. ad Primerium, An & qualis viro literato ſit ducenda uxor,* quoq; honeſtæ etiam utuntur; quòd cum veſtem ſupra alvum ad poſteriora pariter extendit, ſi quid latet illic, facilè diſſimulat ac celat, & virginitati lepidè patrocinatur. De adoleſcente quemadmodum alieno ſcelere magis quàm ſuo ſe polluat; & caſtè viveret, ſi peregrina Venus non moviſſet; agit differentia, in qua *Stuprator &c.* Nec, quod de

LlII 3

adoleſcente affirmatur, in viro negat in *not. ad Tacitum* Forſtnerus, ubi inducit Joannam II. Neapolis Reginam, cujus otium & ex felicitate licentia fecerant, ut oculos primùm, mox animum adverteret ad Joannem Caracciolum, avitâ nobilitate, corporis decore, denique militari laude inſignem virum. Sed multa hominis virtus, & qualescunque expirantis pudoris reliquiæ ruentem libidinem cohibebant: quæ tamen poſtremò deſiderii ſui explicandi atque explendi hanc viam invenit. Noverat Regina (quod idem de Ferdinando Gonzaga tradit Julianus Goſelinus) Caracciolum naturali quodam horrore mures averſari. Igitur quadam die cum latrunculorùm ludo in conclavi, regio cubiculo proximo, ſe oblectaret, ex compoſito ancillarum una murem veſtium plicis inſinuavit: quem cum ille primò excutere, dein fugere tentaret, omnes ſibi præter eam, quæ ad Reginæ cubiculum aditum faciebat, portas clauſas vidit. Turbatus cubiculum regium irrumpit, & petita præda in caſſes incidit. Regina pavorem viri jocosè exagitans, & ne ſcilicet vexationi ſe ſubducere poſſet, in illum invadens arctiſſimis ligat amplexibus. Quid verbis opus eſt? Intelligebat Reginæ vota Caracciolus: placuit ſequens nox amoris furto.

VIRGINITAS conſiſtit in animo, quandoquidem virtus eſt, unde à violento ſtupratore eripi non poteſt, *c. de pudicitia. 32. q. 5.*

Utrumque concedi poteſt, nam virginitas referri poteſt vel ad animũ, vel ad corpus. Ad animum, ſi conſideretur, ut perſona: Sic ad animum caſtitatem retulit Lucretia, quæ condito in ſua viſcera ferro pœnam à ſe neceſſitatis exegit, & ut quamprimùm pudicus animus à polluto corpore separaretur, ſe ipſa percuſſit, Vid. Quintil. *declam.3.* Ad corpus, ſi conſideretur ut res, quæ ob virginitatem cariore pretio vendi poteſt, Vid. Carpzovium in *pract.crimin.part.2.q.75.n.81.82.*

Conſiſtit in corpore, *l.11. §.1.ff.d.C.E.l.11. §.5. ff.d.act.empt.*

VIRGINITAS probari non poteſt, *c.nec aliqua 27.q.1.*

Nulla eſt differentia, Nam jus Canonicum ſupponit cauſas naturales, è quibus virginitas probari nequeat: Sic enim verba Canònis habent, Nec aliqua putet ſe poſſe hac exceptione defendi, quòd & inſpici & probari poſſit, an virgo ſit, cum & manus obſtetricum & oculi ſæpe fallantur: et ſi incorrupta inventa fuerit virgo ex ea parte ſui, quâ mulier poteſt eſſe, potuerit tamen ex ex alia corporis parte peccaſſe, quæ corrumpi poteſt, & tamen inſpici non poteſt. Ambroſius *libr.epiſt.8.epiſt.64.* ut refert Tiraquellus ad *ll.connub.ſup.l.4.gloſſ.1.part.4.num.22.* mirum in modum increpaſſe dicitur Sinagrium, Veronenſem Epiſcopum, qui virginis accuſatæ ſtupri ſecreta genitalia inſpici juſſerat, ad deprehendenda libidinis veſtigia. Lepidè Cujacius ad *c.pen.X.d.frig.& malef.* Si nullũ eſt hymen in puella, nulla membrana, quæ virginali prætendatur, decepere hac in re obſtetrices Majores noſtros, quibus perſuaſerunt de eo quoque ſe ex aſpectu & tactu τῆς ὑμένος, quæ nulla eſt, aut fuit unquam, judicare poſſe, virgo aliqua ſit nec ne. Vid. eundem *libr.17.obſ.27.* Vid. Fontanellam *tom.d.pact.nupt.2.clauſ.5.gloſſ.part 2.num.62.& ſeqq.* ubi concedit quidem, ſi de virginitate mulieris diſputetur, conſtare ex mulieris aut puellæ viſitatione nihil quicquam certi, nihil veri deprehendi poſſe. Quid enim virginitas inani ſpecie jactatur? curve hoc commento mulieres continuâ fraude viros fallere conſueverunt? Antiqui pelliculam crediderunt, quæ hymen diceretur, cujus ruptione virginitatis integritas noſceretur: exquirendum cenſebant, an pellicula illa integra, an verò rupta & effracta eſſet. At nihil proponi poteſt iſto mendaci commento fabuloſius, nihil abſurdius. Licet enim pellicula illa in pleriſque, non tamen in omnibus puellis reperitur, imò etiam in his ipſis, in quibus deprehenditur, non tamen eadem in omnibus eſt, nec ſimili tenore, aut eodem in loco. Quòd ſi in ipſa defloratione aliquando ſanguinem proſilire aut erumpere contingat, hoc vel propter nimiã vim coëuntis, qui clauſtra primus aperit (ut ſanè prima coitio eſt

tio eſt acerrima) vel aliunde procedit. Ridiculum enim eſt ſi dicamus vel pelliculam ullam rumpi neceſſe eſſe, vel ruptæ veſtigia quædam ſupereſſe, ex quibus certæ virginitatis, vel integræ vel corruptæ, indicia proferantur. Sed cum olim priſcam credulitatem hic error occupaſſet, virgineam illam membranam non ſine vi ſanguinea perrumpi, multæ variæque diverſis in locis adhibebantur fallaces deceptiunculæ. Hæc omnia, quæ non pueris adhuc humentibus legenda proponimus, utcunque Fontanella concedat; non tamen vult ab obſtetricum judicio eſſe recedendum, poſtquam aliud non habeamus, quo huic negotio provideamus. Ipſe Pontifex in *c. cauſam matrimonii. X. d. probat.* ſciebat bene judicium mulierum eſſe fallax, & tamen vult, quòd non propter hoc ſit ab eo abſtinendum, ſed requirit, ut mulieres eligantur, quæ ſint providæ & prudentes. Non obſtat ille locus, qui vetat, ne per mares fœminæ nudæ conſpiciantur. Non obſtat illa pellicula, quæ, ſit ſive non ſit: rumpatur per primam coitionem vel non; non eſt noſtrum definire, ſed Medicis diſcutiendum negotium. Solùm dicimus negari non poſſe, quin adſint in muliere aliqua virginitatis ſigna, ex quibus, an integra an corrupta ſit, poſſint periti per inſpectionem judicare. Deinde licet jus Canonicum velit virginitatem è cauſis naturalibus probari non poſſe; experimento tamen probari poteſt aliquam non eſſe virginem. Sic pergit in *d. can.* Certè ipſe concubitus, ipſe complexus, ipſa confabulatio & inoſculatio & conjacentium duorũ turpis & fœda dormitio quantum dedecoris & criminis confitentur? Quoad jus Civile, in *d. l. 15. §. 15.* non probatur virginitas, ſed creditur, quæ credulitas ſæpe fallit, Vid. *diſput. meam. inaug. de lege. th.* 39. ubi Auſonius in Deliam ejuſque ſororem ludit. Accedere tamen poteſt cauſis naturalibus ipſa virginis confeſſio: Henricus VIII. Angliæ Rex, Catharinam, Arthuri jam ante defuncti, fratris ſui conjugem, fertur ideo duxiſſe, quòd frater tenerâ adhuc ætate eam duxerat, imò & virginem eam reliquerat, quemadmodum non ſolùm ipſa ſanctè affirmabat, ſed etiam cum ea teſtabantur matronæ probatiſſimæ.

VIRGINITATIS votum ſit perpetuum, quia virginitas paradiſum implet, *c. nuptia. cauſ. 32. queſt. 1.*

Permittitur etiam virgini ſub cultu verecundiæ propriam nolle depromere voluntatem, *l. 20. Cod. d. nupt.* modò ſe committat alterius voluntati per matrimonium, quo etiam inducitur divini & humani juris communicatio, *l. 1. ff. d. Rit. Nupt.*

Quid judicandum ſit de hac differentia, facilè intelliget lecturus Petrum Martyrem in *loc. commun. d. vot. & cœlib. defenſ. ad objectum.* 9. Sic ille, Hanc voti virginitatis relaxationem cum à Cæleſtino III. factam ſcirem, qui Conſtantiam ex Monaſterio Panormitano Deo dicatam eduxit, & Henrico VI. Imperatori uxorem dedit, quo jure dotis regnum Siciliæ ultra Pharum obtineret, meritò dicebam hypocriſin eſſe, quam jactant Pontificii, non juſtæ religionis obſervantiam, quando ſe fingunt virginitatis votum tanti facere: ſiquidem illud, cum voluerint, non ſolùm dicunt relaxari poſſe, ſed etiam re ipsâ diſſolvunt. Hoc non tantùm in exemplo adducto aliquis poterit videre, ſed in aliis hiſtoriis idem reperiet non ſemel accidiſſe. Ideo non ineptè colligo contra ſuſpicionum defenſores votum virginitatis non omnino eſſe indiſſolubile, cum Romani Epiſcopi deprehendantur quandoque illud votum remiſiſſe. Smytheus Anglus nunc ſe mihi opponit, definitque fortiter Pontificem Romanum indignè ac injuſtè feciſſe, qui dicatam Deo virginem matrimonio copularit. Verùm non habet omnes alios Theologos, licet ſuæ farinæ, conſentientes. Nam plerique Scholaſtici factum probant, quando publicæ utilitati ſeu paci regnorum conſulitur. At Smytheus ne videatur ſine ratione loqui, addit, non eſſe facienda mala, ut eveniant bona: quaſi conſtet malum eſſe, ſi voto alioquin obſtricti matrimonio jungantur. Nonne hoc eſt ſemper id petere, quod eſt in principio? Addit non eſſe penes hominem mortalem relaxare, quæ jus & lex

Dei

Dei exigit. Cæterùm hoc probandum erat, jus & legem Dei talia vota exigere, quod ex ſacris literis fieri non poteſt. Si autem hoc non eſt in poteſtate Romani Pontificis, ut vota continentiæ, paupertatis & obedientiæ relaxet, cur, ut quotidie fit, obedientia ſaltem & paupertas remittitur in Epiſcopis & Cardinalibus, qui ab ordinibus mendicantium eximuntur? Hic quidnam reſpondeat Protheus non habet, niſi rurſum nobis obedientiam erga Deum obtrudat, & animi paupertatem, ad quæ iſtos adhuc adſtringi contendit. Sed hoc futile eſt & ineptum. Quare patet, ut arbitror, papiſtas non eſſe tam moroſos in votis relaxandis, ut ipſe eos videri voluit, cum votum nullum inveniatur etiam ex his, quæ ſubſtantialia vocant, ab eis quandoque non remiſſum aut commutatum. Hactenus Petr. Martyr, cui addo, Quod ſi nobis objiciantur illa duo exempla, quæ refert Valentinus Forſterus in *commentar.d.ſucceſſ.ab int.* ex Hieronymo, unum de Macario, alterum de Alexandro, Egeſippi filio. Beatus Macarius, præcipuus inter Chriſti Eremitas, celebrato nuptiarum convivio, cum veſperi thalamum eſſet ingreſſurus, ex urbe egrediens transmarina eremi ſolitudinem ſibi eligit. Beatus Alexius, Epiphanii, Clariſſimi Theologi, filius ſimiliter ex nuptiis divinâ gratiâ vocatus ſponſam deſeruit, & nudus Chriſto famulari cœpit. Non enim hoc quæritur, an eremi ſolitudinem ſibi elegerint, ut ſponſas deſererent, verùm annon inſuper habitâ ſanctâ ſcilicet hac ſtultitiâ ſuas ſponſas retinere potuerint. Hoc colore quilibet conjugii retinacula ſolveret: imperioſæ ſponſæ ſe ſubduceret: petulcæ ſuam petulantiam relinqueret: deformes vultus, quos tamen præviderat, declinaret. Tantum impreſſa ſemel indignatio poteſt, ut, qui ante elegit ſponſam, quæſitum exilium malit: qui electâ ſponsâ vel infami ſupplicio ſe eripere poſſet, mortem antehabeat. Funeſtum hujus experimentum noſtræ memoriæ inſcribit gibboſa illa virgo, quæ cum ad ſupplicium ductum reum in matrimonium peteret, ac à pœna liberare eum vellet, is libentiùs mori, quàm cum tali deformi ſe conjungere voluit, ac inſtantiſſimè carnificem admonuit, ut quamprimùm laqueum collo injiceret, Er ſolle geſchwind zuknüpffen / daß er den grewel (ita vocabat illam) nicht länger ſehen dörffe. Sic conſimili modo quidam patibuli Candidatus potiùs mortem, quàm luſcam quandam (quæ eum in matrimonium requiſivit) expetiit, ac carnifici dixit, Mein Kerl knüpff zu / ſie ſchilt / Pezelius in *Notab. Jurid. Hiſtor. Politic. lit. B. ſub. voc.* Begnadigung der Maleficanten. Non obſtat traditis, quòd virginitas paradiſum impleat in *d.c.nuptiæ.* quia 1. in virgine paradiſi exilium nemo metuit, ſolis tamen virginibus deberi paradiſum, aut præ aliis deberi ob virginitatem, qui nondum ſunt emunctæ naris, ſoli hi exiſtimant. 2. virginitas implet paradiſum, ſi intelligatur purus à ſceleribus animus, qui ipſo ſe Hercule gerat fortiorem, nec velit, ut vilis mulierculæ obſervet imperium, colum & penſa ſumere, fila deducere, tandem propter imperitiam cædi. 3. virginitas implet Paradiſum, quatenus Pontificii de iis, qui violento virginitatis ſtudio in fata conceſſerunt, meliùs ſperant. In hunc ſenſum Ant. Bonfinius *d.virgin.& pudic.conjug.libr.* 1. ſcribit, Eſt noſtræ vitæ conſulendum, ne ſui quisque ipſius videatur homicida. Ne Portugalenſem quidem Cardinalem imitemur, qui inauditâ continentiâ præditus pro tuenda virginitate, dum cum inſita libidine concupiſcentiaque decertat, ſe priùs mortuum, quàm victorem intellexit: & quamvis validiſſimum hoſtem ſuperarit, ipſa tamen cruenta potiùs quàm opima Jovi Feretrio ſpolia retulit. Quòd ſi propriæ ſalutis regius ille juvenis rationem habuiſſet, & aliquid humanæ imbecillitati tribuendum cenſuiſſet, ſibi certè ac ſuis longè meliùs conſuluiſſet. Interdum non tam voti eſt electio, quàm ejusdem neceſſitas: quę neceſſitas niſi obortam in hominibus commiſerationem, forſan nil meretur. Simulaverit Cleonice, virgo nobiliſſima, perpetem virginitatis cuſtodiam, ſolicitata à Pauſania ad libidinem ſumpto à cubiculariis lumine, cum ſilentio cubiculum accedens incautè cæſpitaſſet, ſopitum Pauſaniam excitavit, qui ſe ab hoſtibus circumventum arbitratus in virginem irruit, eamque inſcius ſtricto gladio confodit. Qui replicant monumenta eorum, quæ ſub Sigismundo Pannoniæ Rege geſta ſunt, inve-

Digitized by Google

ſunt, invenient duos amantes in conſpectum Sigismundi adductos, qui ab alternis amplexibus divelli non poterant, & mutuo usque adeò amore ſe fovebant, ut alter in altero vivere putaretur. Mox ubi Regis mandato disjuncti ſunt, fœmella ſtatim occidit: mas verò vix nimiâ ſuorum conſolatione ad paucos dies vitam differre potuit. Heic finem fecit virginitatis neceſſitas & votum virginitatis fuit uni patere aut virginem mori.

VIRGO & mulier opponuntur, *c. nec aliqua. 27. q. 1*

Nulla eſt differentia, ſi diſtinguamus cum Wiſſenb. *diſp. ad tit. d. V.S. 6. th. 19. & ſeqq.* inter potentiam remotam, propiorem & actum ipſum. Vel cum Wibelio *c. d. contract. mulier. 2. num. 13.* dicamus virginem mulieris appellatione, tanquam genere ſuo, contineri. Nam ſi utrinque ſpecies continetur, virgo mulieris appellatione non continetur. In *l. 11. in §. ff. d. C.E. & l. 11. §. 5. ff. d. act. empt.* agitur de eo, qui virginem ſe emere putavit, cum mulier veniſſet. Oportet ut hic laudem ſtomachum Antonii Fabri ad *d. l. 11. §. 1.* alioquin difficilem & in minimis nauſeantem. Ei, an virgo ſit an mulier, quæ venditur, qualitas tantùm muliebris eſt, quæ nec ſexum mutat nec perſonam. Adeò ut & virgines mulieres dici poſſint, quia ſexûs feminini ſunt, *l. argumento. 25. §. muliebri. d. auro arg. &c. l. ſervis legatis. 81. §. 1. d. leg. 3.* Cumq; non minùs aſſidua & quotidiana ſit ancillarum comparatio, quàm ſervorum: nec minùs difficile ſit virginem à corrupta muliere dignoſcere, quàm mulierem liberam ab ancilla: facit etiam publica utilitas, ut hujusmodi venditiones valere interſit etiam reip. ob libertatem & utilitatem commerciorum, arg. *l. quia difficile. 5. ff. d. tit. d. C.E. l. juſto. 44. in princ. d. U. & U.* adeò ut nec redhibitoriæ actioni locus eſſe hoc caſu poſſit, quia non eſt vitium corporis in fœmina, quòd mulier corrupta ſit potiùs quàm virgo. Idem addit ad *d. l. 11. §. 5.* mulier corrupta nec morboſa eſt nec vitioſa. Hæc omnia equidem ſecundùm Juſtiniani mentem ſubſumit Antonius Faber, ſed an ſtomacho, qui Gallis eſt ferventior, concoquat, dubitamus meritiſſimò. Virginem eſſe aut mulierem qualitas equidem eſt tantùm muliebris. Verùm extenuare virginitatis decus eſt pudorem illum amovere ſenſim, quo plurimæ magis, quàm bonâ voluntate, ut à peccatis abſtineant, arcentur. Si virgo perierit, non mutat ſexum; ſed mutat animos, eosque, ubi ſemel petulca hæc recreationis ſcena inſtructa fuerit, novis malitiis mancipat. Non mutat perſonam, eam tamen, dum turpitudinis oſcula accuſantur, devenuſtat. Difficile eſt virginem à corrupta muliere dignoſcere, Vid. differentiam, in qua *Virginitas probari non poteſt.* Difficile omnino fuiſſet Quartillæ apud Petronium, quæ non meminerat ſe fuiſſe virginem. Et omnis, ſi Dis placet, eſt virgo, quæ ſe pro virgine geſſerit. Si tamen aliqua ſub viri poteſtatem tranſeat, veneris obſequium præſtet; non ulteriùs quæritur de onere virginitatis, quo liberata eſt.

Mulieris appellatione etiam virgo viripotens continetur, *l. 13. in pr. ff. d. V.S.*

VIRTUTUM legis quinta ſpecies conſiſtit in præmiis, *c. omnis. diſt. 3.* in quo præmium & pœna vitam moderantur humanam.

Circa has virtutes quum inquirerem in Franciſci Julii Chopii philoſophiam Juris veram, deprehendi in *lib. 1. c. 3. num. 2.* cum aſſeruiſſe virtutem legis planè multiplicem, nempe univerſaliſſimâ diſtinctione videri eam poſſe vel formalem eſſe, vel operativam: contigit mihi tandem, quod iis, qui oculos ad venuſtiſſimum ſtatuæ opus adjiciunt: velut in miraculum defixus quid primum, quid proximum conſiderarem, neſciebam: neve diutiùs ad mutæ imaginis conſpectum & ego mutus ſubſiſterem, oculos iterum avertebam in ea, quæ mihi magis erant familiaria. Redibat in memoriam diſputatio mea inauguralis, quam de lege habui, in cujus *th. 27.* refero quatuor legis virtutes. Non quòd quælibet lex ſemper iſta præſtare debeat; ſed quòd quælibet iſtarū aliquam complectatur, ut appare-

Virtutum legis ſpecies ſunt quatuor, Imperare, Vetare, Permittere, Punire, *l. 7. ff. d. ll.*

in humanorum actuum ordinatione, quorum aliqui ex genere ſuo boni ſunt, aliqui mali exiſtunt, & propter hoc alii indifferentes ſeu medii eruuntur, quibus exiguum bonitatis aut malitiæ leviter adhæret; aut etiam gravior ſubeſt malitia, quæ tamen adhuc ſuperantis reſpectu bonitas reputatur; nec malo labefactatum cenſetur, quod ſtatum Reip. conſervat, auget, adornat. Tandem lex, ne ſibi ſubtrahatur obedientia, ſupplicia & pœnas transgreſſoribus adjudicat. Has quatuor legis virtutes Ant. Faber in *rational. ad d.l.7.* ita diſtinguit, ut in imperio virtutem generalem ponat, Omnes enim leges imperativis verbis ſunt conceptæ. Hinc eſt, quòd verba imperativa dicuntur legitima, & legatum definitur ab Ulp. in *tit.d.leg.* quod legis modo imperativè relinquitur. Neq; lex 12. Tabb. permittit civibus Romanis teſtari, niſi legaſſint, *l. verbis legis.* 120. *d.V.S.* id eſt, legem fecerint imperando. Et ob id dicimus fideicommiſſa eſſe legibus incognita, nec ullum juris vinculum habere, quæ ſiunt precativis verbis, quibus uti eum, qui legem faciat aut facere poſſit, indignum eſt & à legis virtute alienum. Sed enim cuivis legi, quod innuebat Faber, ſuum ſit imperium, imperium legis ſpeciale eſt, quod nihil vetat, non tantùm permittit, non etiam imperio obedientes punit. Sic dubitat Chopius *d. loc. num.21.* annon omnis legis virtus in præcepto conſiſtat? & notat triplicem præcepti acceptionem. 1. ſumitur præceptum generaliter pro omni lege. 2. ſpecialiter, ita ut complectatur duas tantùm ſpecies legis, prohibitionem vid. & imperium: quomodo decem præcepta Decalogi dicimus, quorum pars aliqua imperans, major autem & prohibitiva eſt. 3. ſpecialiſſimè pro juſſu faciendi. Cetera Antonii Fabri meliùs habent, quando *vetare* ait eſſe proprium legum, quæ prohibitoriæ dicuntur, quarum uſus eſt circa eas res, quæ jure communi permiſſæ ſunt, ſi non prohibeantur. Quibus legibus regula illa communis eſt: quicquid prohibitum non eſt, cenſeri permiſſum, *l. mutus & ſurdus.* 43. §. 1. *d. procur.* niſi tale ſit, quod per legislatorem inconſultò omiſſum potiùs, quàm permiſſum videatur, *l.2.d.offic. Aſſeſſ. l. quæſitum.13.d.teſtib.* Addit idem *permittere* proprium eſſe legum, quæ permiſſivæ appellantur, quarum uſus eſt circa eas res, quæ alioquin fieri non poſſent, niſi permitterentur. Cujusmodi ſunt leges de hæreditatibus ſive teſtamentariis, ſive legitimis. Iſtis legibus regula illa convenit, quicquid permiſſum non eſt, perinde illicitum eſſe, ac ſi eſſet prohibitum. Nullâ enim prohibitione opus eſt, ubi ſufficit non permiſſio. Itaque ſi quis quærat, cur hodie naturales non poſſint teſtamento hæredes inſtitui extra caſum *l.ult.C.d. natur. lib.* nec ſuccedere ab inteſtato extra caſum *auth. licet. C.eod.* neque rurſum peregrini, deportati & ſimiles, ratio reddenda erit, non quia ſint prohibiti; ſed quia non ſint permiſſi. Addit tandem Ant. Faber *punire.* Imperfecta enim lex eſt, ſi quid fieri prohibeat, nec tamen puniat, quod contra factum erit, ſive reſcindendo, quod contra legem factum, ſive aliquâ pœnâ contra facientem conſtitutâ. Exemplum adfert Ulpianus initio *Inſtit. d.leg. Cinc.* quæ vetabat donari ſupra certum modum, nec tamen, quod donatum erat, reſcindebat, ita ut neceſſarium eſſet auxilium Prætoris & exceptionis, *l. purè mihi.* §. *pen. ff. d. dol. m. & met. except.* aut ſaltem ut ea donatio revocaretur. Nam cum eſſet contra legem, erat revocabilis, *l. pen.* §. 1. *d. donat. l. cum hic ſtatus.* 32. §. *ſi inter virum.* 24. *ff. d. donat. int. V. & U.* His prælibatis quæritur, *An Virtutum legis quinta ſpecies conſiſtat in præmiis?* Videtur cum Canoniſtis hoc eſſe aſſeverandum, quia quod eliceretur cunctantiùs ſine præmiis, præmiorum exhortatione elici facilimè poteſt. Præmia ubi ſunt dempta, ibi qui præmio aliquid dignum faciat, haud ferè reperitur ullus. Ipſa per ſe virtus amara atque aſpera eſt, paucique poſt genus hominum natum reperti ſunt, qui pro ſua patria nullis præmiis propoſitis vitam ſuam hoſtium objicerent telis, Cicero *pro C. Rabirio.* Sic nobilitatis largitione (loquitur Beſoldus in *politic. libr.2.c.2.* §. 2. *num.7.*) Germaniæ quondam Imperatores virtutem ſummis inflammarunt præmiis. Hucque honos veteris triumphi pertinet; huc annulorum aureorum jus, cinguli militaris & variæ iſtæ victorum coronæ: quarum pulcerrima Servatori Patriæ titulum ferebat graminea. Huc equeſtrium refero ornamenta; Aurei Velleris in Burgundia, Garterii ſeu du Jarretier in Anglia, in Gallia Equitum S. Michaelis & Spiritûs Sancti. Applaudit huic experientiæ Carolus Scribanius

Digitized by Google

nins in *Inſtit. politico Chriſt. libr.* 2. *c.* 14. Sua, inquit, cuique apud Principem virtus laudem & præmia inveniat: & pro virtutum magnitudine præmiorum magnitudo creſcat. Nec irremuneratam, nec illaudatam ullo modo virtutem ſuorum patiatur. Neque enim quisquam facile gratuitò bonus eſt; ut dictum verè ſit,

— Quis enim virtutem amplectitur ipſam,
Præmia ſi tollas?

Ita pauciſſimi nudâ virtute pro præmio contenti ſunt, ut, ſi hoc ſuſtuleris, illam tollas. *Pergit idem*, ſed affectu in ſuos ſubinde nimio, Deus ipſe annon præmiis ſuos allicit, & ditioribus factis opulentas ſponſiones exornat? Quis vaſtas inhabitare ſolitudines docuit & extremam pauperiem pati? quis ultronea tormenta, cum in ſecures & ignes pueri puellæque involarent? quis diademata & purpuram & opes & nobilitatem & regium contemnere genus? tolle promiſſa cœlo præmia, quem invenies? quem continentiæ amatorem? aut quis ultro ſe monaſteriorum vinculis induet, & innatam animo libertatem compedibus arctabit, ſi repoſita cœlo præmia ſuſtuleris. Eadem in humanis cogita. Quis pro Regno Regeque ſanguinem ſparget irremunerandum? quis vitam ponet, ſi vulnerum, ſi fuſi ſanguinis, ſi vitæ præmia nulla ſint? Idem Scribanius *libr.* 1. *c.* 11. quòd par ſit præmiorum, quæ eſt pœnarum, neceſſitas, utriusque neceſſitatem conjungit, cui ingens ſunt incitamentum præmia & pœnæ. Neque quisquam facilè tam fatuè malus eſt, ut, ſi probitati jungantur præmia, non incumbat illi; ſi verò improbitati ſocientur pœnæ, non fugiat illam, ut, ſi non impellat amor, repellat timor: ſi non invitent præmia, deterreant damna: ac licet natura illum ad vitia non ducat, ſed rapiat, frænum tamen impotenti huic dominæ injiciet, & magnis illius conatibus majoribus occurret. Quòd ſi dominatum illius excutere nec ſeriò velit nec poſſit; continebit tamen vitia, ne erumpant, & tanquam compedibus ſtringet, domeſtico includet carceri: aut ſi domi improbus eſſe pergat, palam probitatem amplectetur, fietque paulatim ut probitatis ſimulatione aliquid illius imbibat, & publica virtutis aſſuetudo ad privatos mores tranſeat: aut ſanè metu domeſticæ retegendæ improbitatis intra privatos etiam parietes ſe contineat, & bonus eſſe aſſueſcat, cum malus eſſe deſierit. Hæc Scribanius. Verùm enimverò retineamus quatuor virtutis leges, nec quintam fecerit *d. c. omnis.* in quo vel præmium refertur ad virtutem, quæ permittit viro forti petere præmium, vel proponitur exhortatio, quâ præmium bene agentem ſtimulare ſolet. Quadrat illud diſputationis meæ inauguralis in *theſeos* 45. *addit.* ubi præter has quatuor virtutes nullam agnoſco, idque cum Bachovio ad *th.* 3. *diſp.* 1. *vol.* 1. *ad Treutl.* cujus tamen rationes non per omnia verſarunt cerebrum. Prima ejus eſt, quia ſub contrario continetur. Num ergo qui non punit, è veſtigio confert præmium? Deinde præmia ſunt ejus, qui ultra debitum boni quid agit; non qui, quod agit, agere tenetur: proponi tamen præmia ab iis, qui ſuadent aliquid aut diſſuadent, id non absque ratione, ut monuere Beſoldus & Scribanius, ac mox ſubjungam. Secunda ratio eſt, quia pœnas inferre ſola lex, præmio afficere magiſtratus, quia & privatus poteſt. R. hac ratione legi præmia non adimi; ſed ſolùm oſtenditur, etiam aliis hanc virtutem eſſe communem, ut ita non propria legi, non tamen impropriè de lege dicatur. Tertia ratio, quòd non ſit eadem neceſſitas præmiorum, quæ pœnarum, vera eſt. Quem namque præmia faciunt bonum, potiùs callidus, quàm bonus eſt, ut refert ex Platone Cicero 1. *offic.* ac exteriùs agendo in ſuo delinquere pergit animo: unde anguſtam innocentiam nominant ſecundùm leges vivere. Ad hunc quoque ſenſum Demonax Juriſperito dicebat, *Leges videri prorſus inutiles, ut quibus boni non egerent, mali nihilò fierent meliores,* Eraſm. *libr. apopht.* 8. Vid. miram hiſtoriam in Drexelio *d. rect. intent. libr.* 1. *c.* 11. Itaq; cum ait Ulpianus in *l.* 1. §. 1. *ff. d. J. & J.* bonos etiam præmiorum exhortatione effici, id bene moratas civitates & deſiderium præcipientium reſpicit: etenim his ſemper id curæ incumbebat, legi obtemperantes honoribus ac laude proſequi, eos autem, qui non obtemperarent, pœnâ multare. Vid. Columellam *libr. d. re ruſt.* 12. *c.* 3. Dein, quæ noſtra eſt ſtupiditas? quâ non intelligimus ſufficiens famæ & animæ noſtræ

præmium eſſe legibus vixiſſe: ſufficiens etiam vitæ noſtræ & ſecuritati, à legum Antiſtitibus, ne hoſtis incurſat, lares patrios devaſtet, fundus immineat, quod vivimus, ad aleam transmittat, ſponſionem accepiſſe.

Placet, quum hæc initia ſuis argumentis creverint, quamvis harum legis virtutum ſeorſim examinare. Non equidem primam, quam antecedentia adverſus Antonium Fabrum veritati ſuæ jam vindicarunt: ceteras tres tamen: & quidem *Vetare non videtur eſſe ſeparata virtus*, quoniam, qui imperat, ejusdem contrarium imperio ſuo vetat. Reſpondeo cum Franciſco Julio Chopio in *d.libr.1.c.3.num.*17. Imperare & vetare naturam omnino contrariorum habere, ſeque mutuo pellere circa idem, eodem modo, tempore, loco &c. Quomodo enim poſſibile eſſet, quod imperatum eſt, V.G. ut tu huic des hodie aureum; idem iisdem poſitis circumſtantiis ſimul eſſe vetitum? Alterum enim enunciatum in effectu vim ſuam atque valorem obſervabilitatis (ut ita dicam) neceſſariò omittere habet, ſi alterum eundem debet obtinere.

Permittere non videtur eſſe Legis virtus, quia 1. permiſſio non eſt actio legis, ſed actionis legis denegatio, 2. quia lex eſt legitimum enunciatum, cui coactiva ratio ex mente Ariſtotelicorum tribuitur. 3. repugnat etymon legis, quo legem deductam autumant à ligando, ita ut quod formam ligandi non habet, legis virtus dici nequeat. 4. permiſſio nihil in ſe habet boni. Reſp. ad 1. permiſſionem eſſe actionem legis in gradu remiſſiori, ita ut hæc permiſſio legis nihil aliud ſit quàm legalis indulgentia. Deinde hic non implicant actio legis & actionis denegatio; ſed actio legis & ejusdem actionis denegatio. Igitur permiſſio eſt denegatio triplicis actionis, quia nec imperat, nec vetat, nec punit. Reſpondeo ad 2. vel ex eo, quod habet Hugo du Roy *d. eo. quod. juſt. eſt.* etiam ipſo jure naturali, ſive morali divino multa non expreſsè præcipi, ſed permitti. Vel ex eo, quod habet Chopius *d.loc.num.*18. cui ratio philoſophantium præcipua à ſanctione ac vi coactiva deſumpta non omnimodæ firmitatis videtur eſſe, tum quod experientia & praxis nomothetica illis prorſus adverſetur, & cum JurisConſultorum ordine faciat. Vel ex eo, quod habet idem *num.*19. cui Ariſtoteles vir aliàs eorum, quos mundus vidit, in rebus ex natura indagandis acutiſſimus, proh dolor! hoc paſſus eſt infortunii, ut expers eſſet religionis veræ & revelationis, quâ indubitatò cognitam haberet illam, quam nos callemus, rerum naturalium & cum his juris quoque naturalis originem, qui quidem defectus inter alia illum penes ipſum effectum genuit, ut nec jus quoddam nec legem naturæ potuerit cognoviſſe; quod quidem vel inde obſervare eſt, quòd apud ipſum, etiam ubi expreſsè de legali materia agit, haud temere videas aliquam mentionem juris naturalis fieri (quod tamen ipſum jus noſtrates facilè omnes agnoſcunt,) ſed bene juſti naturalis, itemque æqui. Reſpondet ad 3. illa experientia & praxis nomothetica, de qua in *reſp. ad* 2. & ibi Chopius oſtendit omnem, quæ poſt rerum primordia tranſiit, nomotheſiam plenam poſitionum permiſſivarum eſſe: nimirum ſic Deus ipſe fons omnis bonæ legis expreſsè permiſit Adamo comedere de omnibus horti Eden fructibus, præterquam qui eſſent unius arboris ſcientiæ boni & mali. Talis effectu quodam eſt illa & Protoplaſtis & Noachidis, & in his generi humano facta conceſſio de dominio ac uſu animalium & creaturarum reliquarum; de propagatione ſui generis: longè plures ſunt legis Moſaicæ ejusmodi permiſſionum, velut illa de divortio, de commeſtione animalium mundorum & reliquis. Juris Civilis ampliſſimum campum ſi quis luſtrare cupiat, dubito an non dimidiam partem legum, quæ ſint permiſſivi actûs, deprehenſurus ſit. E.G. quibus jura, quę dicuntur majeſtatis, ſeu poteſtas belli, pacis, fœderum, ferendarum legum, judicandi, tributi legendi, nobilitandi &c. præfectis civitatum conferuntur ſeu permittuntur. Quibus poteſtas talis ac talis parentibus in liberos, domino in ſervum, marito in uxorem, creditori in debitorem, conceditur: quibus variis modis acquirere, acquiſita conſervare, deque iis & in vita & poſt mortem multifariam diſponere conceditur. Ita & privilegia, quæ aliàs jura quoque dicuntur ſingularia plurimùm in certorum actuum certarumque rerum permiſſionibus occupantur. V. G. mulieri ut liceat vindicare dotem ſuam præ

credito-

creditoribus aliis, *l. ult. C. qui pot. in pign. vel hyp. hab.* mutuanti in funus ut mutuum poſſit repetere præcipuum, *l.12. §.2. l.31. 45. d. religioſ.* minoribus circumventis ut petitionem habeant reſtitutionis in integrum, *l.1. & 2. t. d. minorib.* Liceret, ſi opus eſſet, ex civili omnique legali ſocietate ſexcenta alia permiſſivarum legum exempla adducere. Sed & quod naturalem attinet, mirum ſanè foret, ſi non idem de illa quoque liceat præſumere! Quin planè conjectationi ex his locum eſſe exiſtimem, quæ vulgo libertatis, aut etiam permiſſionis naturalis dicimus, ſi conciſè & propriè quisquam loqui velit. Reſpondet ad 4. idem Chopius, In ſpecie quod attinet permiſſiones legitimas, ſi præfinitionem boni reſpicias, non temere reperietur aliqua, quæ non bonum aliquod habeat ſibi quoque propoſitum, ſive proprium id ſit, ſive ex parte alienum, ipſa etiam, quæ ex genere permiſſionum minimè omnium talis videri poſſet, tolerantia nempe, puta vel ſaltem bonum id intendit, quod eſt minoris mali. Atque ita quidem. V.G. permiſſio paternæ caſtigationis bonum tum patris tum filii præfixum habet: varia bonorum citra injuriam alterius cuipiam permiſſa acquiſitio laudem induſtriæ & multiplicem commoditatem acquirenti propriam, itemque familiæ ejus ac Reipubl. itemque proximi cujusque indigentiæ deſtinatam habet. Tolerantia modicæ circumventionis aliorumque minùs laudabilium actuum ſæpe conducit bono publico, dum, accomodante ſeſe lege ad ingenia hominum, induſtriam eorum facientem ad utilitatem & publicam & privatam non vult intervertere nimiâ ſeveritate coërcendi.

Punire non videtur eſſe Virtus Legis. Inanis enim lex eſſet, quæ vetaret peccata, & peccantibus nullam irrogaret pœnam, Bachovius ad *l. 2. ff. d. ll. num.6.* & in *num. 7.* potuit omitti illud punire: intelligitur enim ut conſequens delicti. Ut reſpondeamus Bachovio, ſcire debuiſſet vetita juris eſſe triplicia. Aliis enim nulla irrogatur pœna. Sic in *l.14. §.14. ff. d. religioſ. & ſumpt. fun.* Divus Marcus reſcripſit eum heredem, qui prohibet funerari ab eo, quem teſtator elegit, non rectè facere: pœnam tamen in eum ſtatutam non eſſe. Huc referri etiam poſſet L. Cincia, de qua Ulpianus *tit.1.* Quam *d. loc.* quum Bachovius prævidiſſet, ita eam inducit. Meminit equidem Ulpianus Legis Cinciæ, quæ ultra certum modum donari vetuerit, nec tamen, quod contra legem factum erat, reſciderit (quoniam actus iſte non eſt jure naturali prohibitus, nec bonos mores offendit) tamen ei, qui contra legem feciſſet & donaſſet, non dubito pœnam aliquam fuiſſe & mulctam indictam & irrogatam. Bachovius non dubitat, & tamen, quæ illa pœna fuerit, ignorat. Deinde ignorat an pœna fuerit an mulcta: an eam lex indixerit vel magiſtratus irrogaverit; ideoque pœnam dicit eſſe mulctam: mulctam illam mulctam indictam putat irrogatam, cujus nec vola nec veſtigium apparet. De iis, quibus ſubſiſtentibus irrogatur pœna: denique de iis, quorum pœna eſt in ipſa reſciſſione, plura monere nec Bachovii nec mea intereſt. Addo contra Bachovium pœnam eſſe quidem conſequens delicti in relatione ad eum, qui delinquit: pœnæ tamen conſtitutionem antecedere delictum. 2. non quæritur, an pœna ſit conſequens delicti, ſed an tantùm veniat in conſequentiam legis, & non ſit illud æquè præcipuum, quod lex intendit. 3. oporteret eliminare Papinianum in *l.1. d. ll.* delictorum coërcitionem.

Sed utrùm tantùm bonum lex hominibus aſſignet, an verò etiam malum, dubitare hic aliquis poteſt, quia vid. pœnas, afflictiones, bonorum privationes, onera legibus quoque cernimus deputari hominibus. Reſpondet Chopius *d. loc. num.8.* Ut tueretur aliquis legem aſſignativam boni tantùm eſſe tentaret fortaſſis dicere, quòd, quicquid pœnarum aut malorum hominibus lege imponitur, id imponatur intuitu ac ſub ratione boni, gloriæ fortaſſis Dei divinæque juſtitiæ declarandæ ergo, causâ corrigendæ malignitatis delinquentium, exempli alios à ſimili malitia deterrendi, vindictæ ac retributionis procurandæ iis, qui moleſtiam aut damnum paſſi fuerint; quin & quòd onera ut plurimùm pro bono publico ſoleant inter ſocios diſtribui. Reſpondetur breviùs, Malum pœnæ & bonum ſubordinantur, nam bonum publicum malum pœnæ introduxit: perſona autem ejus, qui patitur malum, interpretatur illum dolorem, quem pati Reipublicæ expedit.

Nunc de conſiliis, an legis virtutem conſtituant? inquiramus. Reſpondi in *diſp. mea inaugurali d. lege. th.45. in add.* negando, quia non valent ex ſe, ſed ex adprobatione ea rogantium. 2. habent conſilia cum tertia virtute analogiam, in quantum infinita in jure reperiuntur, quæ alterius attentionem ſolummodo exigunt: differunt tamen, quod lex permittat ſæpe coacta, conſulat ex abundanti. Diſtinctiùs ſic reſponderi poteſt, Conſilium referri aut ad legem aut ad legis interpretes. Si ad legem, non quidem eſt legis abſoluta virtus; eſt tamen limitata ad legem faciliorem, ſive nititur encomio ejus, quod agitur, arg. §.3. *I. d. pupill. ſubſt. l 24. ff. d. R. V. l.34. ff. d. li. l.1. & 20. C. d. nupt.* Si refertur ad legis Interpretes, obtinet illud Harpprechti ad §. *reſponſa prudentum. 8. I. d. J. N. G. & C. à num.* 6. Modernorum ſive recentiorum Juriſconſultorum, Bartoli, Baldi, Caſtrenſis, Alexandri, Socini, Jaſonis & cæterorum, quotquot ſunt, non neceſſariam, ut Veterum, ſed probabilem tantùm authoritatem & conſultationem eſſe, quia nemini JurisConſultorum Cæſar talem facultatem largitur, ut ſuis placitis ſive reſponſis legem inducere queat: ac idcirco Judici à Doctorum noſtrorum conſilus & communibus opinionibus, quippe publicâ authoritate non ita munitis & receptis, juſtas ob cauſas recedere licebit. Huicque ſententiæ ſuffragatur textus in *l. nemo. 13. C. d. ſentent. & interl. omn. Jud.* ubi ſcriptum eſt, *Omnes Judices veritatem, & legum atque juſtitiæ veſtigia*, proindeque non Doctorum conſilia, aut opiniones communes, nullâ lege corroboratas, in judicando ſequi debere. Unde non minùs verè quàm eleganter dici ſolet, tantùm Doctoribus credendum eſſe, quantum probant, non quatenus nihil aut malè probant & allegant. Ideoque ſententia contra communem opinionem lata ob id ſolum non erit nulla, ſed ipſo jure valebit, arg. *l. 1. §. ſed neq; ex multitudine. 6. C. d. V. J. E.* Vid. different. in qua *Opinio communis &c.* Is tamen, qui pro ſe habet communem opinionem, vel conſilium duorum ſaltem adprobatorum Doctorum, probabilem litigandi cauſam habuiſſe præſumitur, adeoque etſi causâ fortè cadat, tamen in expenſas litis condemnari nequit, *l. eum, quem. 79. ff. d. Judic.* Gail. *libr. 1. obſ. 152 num. 6.* Berlichius *concl. practicab part. 1 concl. 54. num. 29.* Huic quæſtioni circa conſilium proxima eſt illa altera circa *Suaſionem & Diſſuaſionem.* Ita enim Chopius *d. loc. num. 16.* Suadere porro ac diſſuadere ſunt, qui in virtutibus legis computant moti plurimis, quas cernunt, deciſionibus legitimis, quæ tamen ut non meræ permiſſionis, ita nec abſoluti aut rigidi præcepti; non meræ libertatis, nec tamen rigidæ neceſſitatis appareant: cujusmodi videntur eſſe omnes illæ legales poſitiones, quibus terror abeſt ſeverioris coërcitionis, quarumve ſanctio tantùm in propoſitione præmii hujusve carentia, vel certè in comminatione levioris incommodi, quàm quòd communiter homines multùm terrere aut movere ſolet, conſiſtit. Cujusmodi multa & in civilibus & in naturalibus occurrunt: in civilibus, veluti ſi lege Juliâ & Papiâ cœlibatûs evitatio & procreatio ſobolis civibus Romanis injungebantur ſub præmiis ac levioribus pœnis, de quibus multam faciunt mentionem JurisConſulti. Si in ludis Olympicis honore propoſito invitabantur concertatores ad victoriam. Si concubinatus ad honeſtatis jurisque matronalis ac matrimonialis carentiam damnatur. In naturalibus, quando generalis legis naturæ videtur ſuaſio eſſe, ut omnimodo honeſtè h.e. ſecundùm omnem virtutem vivamus, vitio omni abſtinere nitamur, ut homo hominem beneficio afficiat, à conjugio ſanguinis, non proximi tantùm, ſed & propinquioris abſtineat. Et fortaſſis pleraque omnia legis naturæ, expreſsâ civili ſanctione non roborata, homini gentili ac ignaro æternitatis ſuaſiva magis aut diſſuaſiva erunt quàm præceptiva, utpote qui famæ aut moralis ſolummodo turpitudinis malum ſibi imminere exiſtimat, ſi contra, quàm ex hac lege faciendum videt, faciat. Unde ſine dubio etiam accidit, quòd tam facilis apud plurimas gentium à lege naturæ communique humano officio digreſſio fuit facta. Ceterùm utut non de nihilo hæc ſunt, & omnino ex his etiam appareat, quomodo multum differentiæ lex patiatur à diverſitate ſanctionis, quatenus illa vel ſtrictior eſt vel remiſſior; accedere tamen omnino ad naturam præceptionis utramque, affirmativam ſcil. ac negativam ſuaſionem (ſi ita appellare libet, aut ſi ita) ſuaſionem aut diſſuaſionem legis,

videtur à

videtur; inclinante nimirum ſuaſione ad imperium, diſſuaſione ad prohibitionem; à quibus non tam ſpecie, quàm ſanctionis intenſione ac remiſſione differunt, ita ut ſuadere ac diſſuadere penè idem ſit, quod imperare aut vetare remiſſiùs. Loquor de ſuaſione legali, nam de ea, quam par pari, aut amicus amico facit, non pollens vel non utens authoritate nomotheticâ aliud fortè dicendum; quamvis in oſtenſione adipiſcendi boni aut vitandi mali & hæc ſuaſio ſimile aliquid legitimæ ſanctionis habeat.

De diſpenſatione ſi non nemo quærat, illam cenſeo à virtute, quæ punit, non ſecus differre, quàm inculpata tutela ab inculpatæ tutelæ moderamine differt, nam diſpenſatione jus commune certis in caſibus, certarumq; perſonarũ reſpectu diſſolvitur & relaxatur. Et verò diſpenſatio ita ſe non habeat, omnino non erit virtus legis: dum enim in pœnarum verſatur remiſſione, regalibus majeſtatis accenſetur, quum Imperator pœnis, communi jure criminibus præſtitutis, ſingulari privilegio aliquem eximit, *l. 17. ad SC. Turpill.* §. 6. *I. d. J. N. G. & C.* quippe quem, juxta Symmachum *3. epiſt.* 36. acrimoniam ſeveri juris inflectere decet.

VIS inimica eſt legibus, *c. Chriſtianis. in fin. X. d. deſp. imp. c. 1. X. d. iis, quæ vi.*

Nulla eſt differentia, quia vis equidem inimica eſt legibus, vim verò coërcere eſt legibus ſubſidium ferre, *arg. c. ſicuti. 8. d. exceſſ. præl.* Ad textum juris Civilis reſpondetur, in eo non aſſeverari eum, qui arborem cædit, non incidere in actionem, ſed non incidere in hanc actionem, quæ nomine arborum furtim cæſarum competit.

Qui per vim ſciente domino cædit, non incidit in actionem, *l. 8. §. ult. ff. arb. furt. cæſ.*

VIS turbativa & inquietativa non differunt, *c. licet. 9. X. d. probat.*

Differentia eſt equidem inter vim turbativam & inquietativam, ut notat Accurſius ad *l. 13. ff. quod met. cauſ.* Hæc tamen etiam attenditur in *d. c. licet.* ſi attendatur reſponſionis objectum: in jure Civili non ſemper attenditur, ſic in interdicto utrubi vincit, qui nec vi nec clam, nec precariò, dum ſuper hoc ab adverſario inquietatur, poſſeſſionem habet, *l. 1. in §. ff. utrubi.*

Vis turbativa eſt, quâ quis non ſinit poſſidentem eo, quod poſſidet, ſuo arbitrio & liberè uti. Inquietativa eſt, quâ quis alii in ejus poſſeſſione opere facto moleſtus eſt, Bocer. *claſſ. 3. diſp. 5. th.* 40.

VITA ſolitaria probatur, *c. qui verè. 16. q. 1.* in quo qui verè purèque ſolitariam eligunt vitam, digni ſunt conveniente honore. Electionis hujus cauſa eſt. 1. otium & libertas. 2. Gentilium doctrina. 3. Pontificiorum commendatio. 4. Copia Exemplorum, quibus Patres ſolitudinem illuſtrarunt.

Jus Civile nec probat, nec improbat vitam ſolitariam. Nec o. *d. l. 17.* nam aliud eſt quem vitam agere ſolitariam: aliud eſſe ſine civitate, quod poſterius non negat ſocietatem hominum, nec eorum communionem, ſed tantùm communionem juris Civilis, quod tum demum erat introductum, cum & civitates condi, & magiſtratus creari & leges ſcribi cœperunt, § *ſingulorum.* n. *I. d R. D.* Ita non agit vitam ſolitariam, qui in opus publicum perpetuò eſt datus: quoniam qui egit vitam ſolita-

Vita ſolitaria eſt pœna *l. 17. in §. ff. d. pœn.* ubi eſt pœna eorum, qui ſine civitate ſunt: qui in opus publicum perpetuò dati, & in inſulam deportati. *l. 1. §. 2. ff. d. leg. 3.* ubi proponuntur hi, quibus aquâ & igni interdictum eſt.

ſolitariam, ſibi vivit: qui in opus publicum perpetuò eſt datus, adeò ſibi non vivit, ut tantùm aliis vivat. Ita in Inſulam deportatus non agit ſolitariam vitam, licet non eâ libertate fruatur, quâ non factus extorris fruitur. Ita non agit ſolitariam vitam, cui aquâ & igni interdictum eſt: aliud eſt enim ſolitaria vita: aliud vita non communis iis, quibus aquâ & igni interdictum non eſt. Adhæc non omnia ſe ſic habeant, ut revera habent, & è legibus derivetur ſolitaria vita, aliud eſt ſolitariam vitam eligere: aliud in ejus anguſtias adigi: prius eſt voluntatis, poſterius pœnæ. Videamus nunc plauſus Pontificiorum, quibus ſuas ſolitudines exaggerant: prærogativas, quibus ante alios dimidium ſpatii, quo itur ad aſtra, videntur ſibi jam emenſi. Quomodo abdicare poſſint homines? quâ virtutem: noxiâ ſuâ contegere? qui innocentiam ſuam fingunt? Nondum mortui ſepeliuntur, quibus rebus intereſſe humanis fuiſſet expeditius. Ad *c. qui verè.* reſpondetur 1. rectam hominis intentionem ſuperſtitionis eſſe immunem. 2. electioni non ſubeſſe ſimulationem, ſed debere eſſe veram: non debere eſſe mutabilem, ſed puram. 3. dignitatem convenientis honoris non facit tam aliqua neceſſitas, quàm vera puraque vitæ ſolitariæ electio. Quàm hæc neceſſitas ſit injuſta & aliena à praxi veteri fusè explicat Eraſmus in *vita Hieronymi.* Referens enim quomodo Hieronymus prætulerit alii vitæ generi monachi inſtitutum, de eo ſic loquitur; *Quod,* inquit, *ne quis in eo erret, id temporis longè diverſum erat ab hoc, quod hodie videmus cæremoniis obſtrictum; imò quibus maximè libertas erat cordi, hi monachi profeſſionem ſuſcipiebant. Primùm enim res manebat integra, ſi quis ita cenſuiſſet: manebat commigrandi remigrandique, quo vellent, poteſtas: manebat dulciſſimum ac liberrimum otium: ad ſtudium, pſalmos, vigilias aut ſuopte incitabantur animo, aut exemplis invitabantur: non cogebantur hominum conſtitutiunculis. Veſtitus erat ſimplex, nec is tamen præſcriptus, ſed ſuo cuique arbitrio ſumptus: non qui prodigiosâ novitate faceret inſignem & digito notandum, ſed qui ſimplicitatem Chriſtianam præ ſe ferret. Votorum nulla vincula, niſi quæ ſunt cujuſque purè Chriſtiani. Denique ſi quem fortè ſui inſtituti pœnitentia cepiſſet, tota demum pœna erat inconſtantiæ nota. Cujus rei ſi quis fidem requirat, legat Hilarionis vitam, legat inſtitutionem monachi ad Ruſticum, & item ad Paulinum, legat in epiſtola, cujus initium Audi filia.* Addit Mareſius in *Cucchi Inſt. jur. Can. libr. 2. tit. 2.* At hodie Monachatus abiit pleriſque in crudele piſtrinum, quod homines ex deſperatione plerumque ſubeunt, & ex quo non niſi difficulter admodum poſtea ſe extricant. Eſt autem hæc coërcitio valde ſæva; nam tunc monachus habetur pro apoſtata ab ordine, maximè ſi cucullum abjecerit. Ideo retruſus vel retractus in monaſterium aut graves *fuſtigationes debet ſuſtinere, aut reponi in pace, & ad tetrum carcerem in æternum damnari. Imò nonnulli monachi clam tales emanſores vivos defodiunt, ut olim fiebat in Veſtalibus, & ſi requirantur à familiaribus aut amicis, dicuntur aliò amandati, in Italiam aut Hiſpaniam, ubi in magna celebritate vivant. Quin inter caſus *Prævoſtables,* ut dicuntur in Gallia, in quos Quæſitor ſuccinctus poteſt animadvertere abſque forma & figura proceſsûs, hic unus eſt, ſi monachus in habitu ſeculari extra ſuum monaſterium deprehendatur. *Non obſtat* electionis hujus cauſam eſſe otium & libertatem. Reſpondeo non hoc eſſe otium, ſed eſſe odium, quod affectatione, leviter extrinſecus inductâ, imponit: hominem, quo alterum alter velut è ſpeculo novit, averſatur: deformis vitat formoſum, ut neſciat redimendum eſſe virtutibus, quicquid corpori deeſſet: juvenis non videt ſenem, ne flore ætatis admoneatur, illud tempus eſſe diſcendi & fortia audiendi: ſenex non juvenem, ne indecora carnis deponat, & de morte cogitet. 2. Quæ poteſt eſſe libertas menti, ſi ſolitudine occupata. Crates, ut in *epiſtol.* ait Seneca, Stilbonis auditor, cum vidiſſet adoleſcentulum ſecretò ambulantem, interrogavit, quid illuc ſolus faceret. Mecum, inquit, loquor, cui Crates, Cave rogo & diligenter attende, ne cum homine malo loquaris. Lugentem, timentemque cuſtodire ſolemus, ne ſolitudine malè utatur. Nemo eſt ex imprudentibus, qui relinqui ſibi debeat. Tunc enim mala conſilia agitant: tunc aut aliis, aut ipſis futura pericula ſtruunt: tunc cupiditates improbas ordinant: tunc quicquid aut metu aut pudore animus celabat,

labat, exponit: tunc audaciam acuit, libidinem irritat, iracundiam inſtigat. Agnovit hoc Franciſcus Petrarcha *libr.d.vit.ſolit.1.c.3.ſect.1.* cujus verba ſunt, Viſus ſum mihi facillimè felicitatem ſolitudinis oſtenſurus, ſi ſimul frequentiæ dolores miſeriaſque monſtravero, percurrens actus hominum, quos vel hæc vita pacificos atque tranquillos, vel illa turbidos atque ſollicitos & anhelantes habet. Unum enim eſt his omnibus fundamentum, hanc vitam læto ocio, illam triſti negotio incumbere: quòd ſi quando fortè convulſus caſus aliquis, aut naturæ fortunæque vis oſtenderit, quamvis id perrarum & velut inter portenta numerandum ſit, tamen ſi accidat mutare ſententiam, non pudebit, & jucundam ocioſamque frequentiam ſolitudini mœſtæ ac ſollicitæ præferre non metuam. Neque enim ſolitudinis ſolum nomen, ſed quæ in ſolitudine bona ſunt, laudo. Nec me tam vacui receſſus & ſilentium delectant, quàm quæ in his habitant ocium & libertas. Neque adeo inhumanus ſum, ut homines oderim, quos edicto cœleſti diligere jubeor ut me ipſum, ſed peccata hominum, & inprimis mea, atque in populis habitantes curas & ſollicitudines mœſtas odi. Deinde cum idem Petrarcha *d. loc. ſect.2.* deſcribit felicitatem Solitarii in ſomno & ſurrectione: cum diei jam lux advenit: cum prandii tempus inſtat: cum finitum eſt prandium: cum meridies adeſt: cum abeunte ſole veſper accedit: cum redeunte nocte cœnandum eſt: cum eundum eſt cubitum; maxima cum cura ineptias nectit, & perenne poſteritati relinquit monumentum non eorum, quæ ſunt ſocietatis civilis, ſed eorum, quæ eidem ſunt extrema, quibus infinitis quantumvis peccet, deficere tamen non debet. Surgat occupatus infelix habitator urbium nocte mediâ, ſomno vel ſuis curis vel clientium vocibus interrupto, ſæpe nocturnis viſis exterritus, mox infelici ſcamno corpus applicat, animum mendaciis. In illis eſt totus, ſeu ille mercibus precium facere, ſeu ſocium, ſeu pupillum fallere, ſeu vicini conjugem pudicitiâ armatam expugnare blanditiis, ſeu litigio juſtitiæ velum fando prætendere, ſeu denique publici privatique aliquid corrumpere meditatur, nunc irâ præceps, nunc ardens deſiderio, nunc deſperatione gelatus, ita peſſimus artifex, ante lucem diurni telam negotii orditur, quâ ſeſe atque alios involvat. Diverſis votis expectata lux ſi adſit, hoſtibus vel amicis lumen obſeſſum habet, ſalutatur, poſcitur, attrahitur, truditur, arguitur, laceratur. Ut ad potentum ſuperba palatia, ſive formidata Judicum ſubſellia ventum eſt, veris falſa permiſcens aut juſtitiam premit inſontis, aut nocentis rei paſcit audaciam, aut prorſus aliquid vel in proprium dedecus, vel in alienam perniciem molitur, mordente animum conſcientiâ, ſæpe metu etiam verba rumpente, & ſæpe vera pro mendaciis, verba pro verbis referens, plenuſque ruboris ac palloris, ſeque viciſſim increpitans, quòd non potius deſerti famem, quam diſerti famam concupierit, & arator quam orator eſſe maluerit. Raptim infecto negotio domum redit, & turpibus latebris non magis hoſtium, quàm clientum ſuorum ſe furatur aſpectibus. In his omnibus Petrarcha non delineat hominem ſocium, ſed vel Advocatum, quem frequenti inhiatione clientes invadant: vel nocturnis viſis exterritum, cui, cum Seneca in *epiſt.41.* loquor, occurrit vetuſtis arboribus & ſolitam altitudinem egreſſis frequens lucus, & conſpectum cœli denſitate ramorum aliorum alios protegentium ſubmovens. Delineat etiam hominem avarum, qui in bonis pupillaribus graſſetur: laſcivum, qui alienæ uxoris pudicitiam appellet: talem denique, cujus affectus fremant, inque publica & privata incommoda ferantur, & ubi potiri non poſſunt, vitæ mutationem vovent. In ſequentibus Petrarcha pari commate pergit. Quaſi non eſſet prandium, niſi quis pulvinaribus ſepeliretur, niſi reboarent variis tecta clamoribus, circumſtaret certatim adulatorum circumfuſa acies, confuſo ſtrepitu turba familiarium menſam inſtrueret. Niſi etiam arderent rutilo in auro Romanæ Grajæque vindemiæ: uno in ſcypho Gnoſos & Merone Veſubius Phalernuſque miſcerentur, Surrentinique colles & calabri; niſi Bacchus Auſonius vel Hyblęo melle, vel eoæ ſucco medicatus arundinis, baccisque nigrantibus odoratus naturam arte mutaret. Niſi parte aliâ diverſi generis pompa conſpiceretur, feræ horribiles, piſces incogniti, volucres inauditæ, pulvere

Nnnn

precioſo oblitæ, ipſis edentibus ſtupenda fercula, & omne coquorum paſſa ludibrium. quæ ſi quis valde licet eſuriens cernat, quam fœde, quantoque ſint coagulata lenocinio, ſolo ſpectaculo ſatur abſcedat. Niſi juxta videret invicemque certantia ſua externis, marina terreſtribus, nigra candidis, acria dulcibus, hirſuta pennatis, manſueta ferocibus, & quaſi Ovidianum Chaos illud antiquum renovatum, atque in anguſtias ſit coactum, non ſolum corpore in uno, ſed in una paropſide:

Frigida pugnabunt calidis, humentia ſiccis,
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus.

Niſi ſederet obductâ fronte, gravibus oculis, ſupercilio umbroſo, rugoſâ nare, genibusq; pallentibus, ægrè viſcoſa labra diglutinans, vix caput attollens, fulgoribusque & odoribus attonitus. Niſi, ubi ſit, neſciret, veſpertinâ tumens crapulâ, & matutini negotii confuſus eventu: quò ſe vertat, aut quid agat; ſudat, olet, ructat, oſcitat, ſingula morſitans, univerſa faſtidiens. Hoc eſt explicare ſolutum deliciis ſtomachum, qui vomit ut edat: edit ut vomat: non delineare menſam, modeſto ſub lare mundam, paucis contentam, quæ nulla re æque, ac domini ſui præſentiâ, ornatur. Hoc eſt oſtendere quemadmodum famem magno cibo irritemus, non quemadmodum exiguo ſedare queamus. Nos, quæ ſunt virtutis, ſpectemus, non quid ſumma vitia in ſumma fortuna poſſint. Progreditur idem Petrarcha ad finem prandii. Quaſi non finiretur, niſi ruinâ menſarum, hominum vaſorumque colliſione: niſi ebriorum jocis tecta mugirent: niſi hoc accederet ultimum, inſuavis odor, inamœnus color, iter incertum, ſolum omne ſalſamentis effuſis late olidum cruentumque, idem & vino lubricum, & fumo nubilum, & ſpumis horridum, & aſpergine tepidum, & adipe tabidum, & oſſibus albicans, & ſanguine rutilum. Hoc eſt, ut ipſe agnoſcit Petrarcha, delineare non coquinam, ſed carnificinam: non prandii finem, ſed prælium, quod ibi geſtum putemus, a quo dux ſaucius ac tremens, ceteri bellatores mero percuſſi omnes nutanteſque abeant. Idem agnoſcit Petrarcha in meridie, ubi omnia fallaciarum machinamenta congeminat, latentes dolos, qui ante crepuſculum erumpant, ſuis conatibus implet, iniquam mentem, moræ impatientem, proponit. Idem cum abeunte ſole veſper accedit, deſcribit urbem luſtrantem, cœnum terentem, concurſantem obviis, ſudantem, laborantem, anhelantem, æſtuantem, cumque in omnes ſeſe formas fraudum verterit, omnes laqueos, ingeniique nodos explicuerit, ſerò tandem feſſum redeuntem, & multùm de artificio ſuo lucrantem, bonæ famæ puræque conſcientiæ nihil omnino, auri fortè aliquid, plurimum ſceleris atque odii domum referentem. His ardelionum geſticulationibus & verborum præſtigiis illud Imperatoris in *l.13.§.ult. ff.d.injur.* reponimus, Uſurpatum hoc eſſe, tametſi nullo jure. Idem Petrarcha, cum redeunte nocte cœnandum eſt, non deſcribit hominem vivum, ſed vivi hominis funus, cum præcedunt funalia & tibiæ, ne quid deſit exequiis, & ſumptuoſiſſimum cadaver, perfuſum cariis odoribus, rurſus inter pulvinaria ſepelitur adhuc tepidum, adhuc ſpirans, inde gravem cœnam indigeſto ſuperaddens prandio venturæ luci nauſeam parat, & alteri prandio præludit iter. Idem cum eundum eſt cubitum, non deſcribit eum, qui imperturbatam excipit quietem, ſed plenum curis, plenum epulis, plenum mero, plenum metu, plenum invidiâ, dejectum, repulſum, ſuperbiâ elatum, mœrore contractum, irâ tumidum, imparem ſibi, impotem animi, obſeſſum ſatellitibus, obſervatum æmulis, pulſatum clamoribus, ſollicitatum literis, interpellatum nunciis, ſuſpenſum fama, rumoribus territum, ſtupefactum auguriis, eluſum mendaciis, feſſum querimoniis, & ne noctu quidem à litibus immunem. *Nunc perluſtremus*, quæ circa vitam ſolitariam Gentilium fuerit doctrina. Eam nobis ſuppeditant illuſtria Gentilitatis ſcripta, ut per ea ibi ſimus, ubi non ſumus: tanquam præſentia ſpectemus, quæ ante nos periere: cum iis vivamus, poſt quos naſcuntur, quicunque ſunt. Cuſtodes ſumus temporum, quæ dudum effluxere. Incenſa fuerit Troja, intuemur eam adhuc ſtantem: collapſi ſint muri Carthaginis, non potuiſſe collabi hanc Imperii æmulam credimus. Loquimur cum jam mortuis, ut quæ optima decreverunt, enucleatiùs

penſite-

penſitemus. Socrates, quod ei tribuit Plato, corpore quidem mortalis, ſed animo complexus omnem virtutis & ſapientiæ æternitatem, cum ſubinde relictâ terrâ, vi ardentiſſimarum & cœleſtium cogitationum, in cœlum aſcendebat, cum Jove confabulabatur de compage infirmi corporis, de Xantippe, quam certè tanquam domeſticum equuleum habebat, de triginta tyrannis, qui felicitati temporum inſidiabantur, omnino ſecurus erat. Vid. M. Zuerium Boxhornium in *orat. d. Theolog. Pagan.* Ita ſecurus ero, ſi ſepoſitâ ultimæ antiquitatis inveſtigatione ſolum Ariſtotelem conſulam, è cujus *lib. pol. 1. c. 2.* ſic in paraphraſi Dan. Heinſius, Conſtat priùs eſſe civitatem, quàm ſingulos, e quibus conſtat. Nam ſi ſinguli, qui ſunt in civitate, ſeparati & per ſe, non ſufficiunt ad bene ac feliciter vivendum, ſicut pes ac manus per ſe non ſubſiſtunt in corpore: planum eſſe puto, quòd, ut pes ac manus reliquæque partes habent ſe ad totum corpus, ita ſinguli, qui ſunt in civitate, ſeparati ac ſeorſim, ſe ad civitatem habent. Quòd ſi quiſquam dicat, eſſe quoſdam, quibus nihil deſit, quamvis ſeparati ſint ab aliis; quòd per ſe abundent omnibus, quæ requiruntur, nec auxilio cujusquam aut ſocietate egeant, tales extra civitatem eſſe collocandos, neque partem ejus eſſe. Nam qui talis ſit, aut belluam oportet eſſe, aut plus quam hominem. Omnes enim, qui merentur inter homines cenſeri, ad ſocietatem talem inſitâ naturæ quadam vi feruntur, quia opus eâ habent. Quare nec exiguum excogitavit bonum, quisquis primus ejus autor fuit inter homines. Is enim intellexit demum, quàm præclarum, quamque nobile animal ſit homo, ſi perfectionem ſuam conſequatur, & quemadmodum in civitate bene conſtituta ſolet fieri, cum cura, & quemadmodum oportet, educetur: quàm pernicioſum contra, ſi ſeorſim ſine legibus ac jure, ſine ulla diſciplina vitam agat. Sicut eos vivere eſt neceſſe, qui ferarum inſtar ſoli degunt. Diſtinctiùs ſenſa Ariſtotelis expandit ad *d. loc.* Joannes Caſus, Fieri poſſe, ut aliquis ſit expers civitatis, tribus modis, vel ex nimia aſperitate fortunæ, ut pauperes & mendici; vel ex intolerabili pravitate morum, ut fures & inſidioſi; vel ex ardenti ſtudio & pietate animi, ut qui contemptis rebus mortalibus ſe totos accommodant rebus divinis. Hoc genus hominum rarum eſt, nam ſanctum & religioſum eſt. Ubi ſunt nunc dierum Thaletes, qui abjectis & immerſis pecuniis philoſophiæ ſtudent? Ubi Democriti, qui evulſis ſuis ipſorum oculis contemplationi ſoli incumbunt? Ubi ſunt Socrates, qui relictis ſuis Xantippis cicutam pro uno Deo libenter hauriunt? Hæc Caſus. *Tertiò videamus* Pontificiorum commendationem. Solitudo, definiente eodem Petrarcha, ſancta, ſimplex, incorrupta, vereque puriſſima rerum eſt omnium humanarum. Cui etenim ſeſe oſtentet in ſylvis? cui ſe comat inter vepres? quem præter piſces hamo, quem præter feras ac volucres viſco fallat aut laqueo? quem cantu, quem geſtu mulceat, quem coloribus delectet? cui purpuram explicet, cui oleum vindicet, cui verborum florida ſerta contexat? cui demum ſeſe approbet, cui placere ſtudeat, præter illum, cui in intimas ſolitudines penetranti ſolitarium nihil eſt? neminem illa vult fallere, nihil ſimulat, aut diſſimulat, nihil ornat, nihil palliat, nihil fingit. Nuda prorſus aut incompta eſt: ſpectaculis enim caret aut plauſoribus, veneficis animarum vitæ rerumque omnium, Deum unicum teſtem habet, nec vulgo cæco & mendaci, ſed conſcientiæ propriæ de ſe credit, de quibusdam quoque parum illi fidens dubitat, recolens ſcriptum eſſe: Delicta quis intelliget? Et illud etiam: Si ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea. &c. Rectè ſubjicit idem Petrarcha, Nec tamen usque adeò propoſiti improbus ſententiæque tenax ſim, ut deſipere alios putem, vel in verba cogam jurare mea, ad fatendum multi, ad credendum nemo cogitur. Nulla major quàm judicii libertas, hanc itaque mihi vindico, ut aliis non negem. Subjicio ego. 1. Hæc in vita ſolitaria contingere poſſunt, vitæ tamen ſolitariæ non ſunt neceſſaria. 2. Sub obtentu vitæ ſolitariæ quot vitiorum latent ſeceſſus, quot vitioſorum ſubterfugia, quot occultæ malè genitorum molitiones. 3. Hæc abſint, quibus calamitatibus obnoxia ſit vita ſolitaria, quæ infinita mala patitur. 4. Et hæc abſint, adſunt errorum varietates, obverſantur phantaſmata ei, qui cuivis anguſtiæ opacæ Numen ineſſe putat. 5. Aliud eſt vita

ſolitaria, aliud à promiſcua hominum turba ſeu potiùs colluvie paulò remotior. Poteſt alius dormire ſecurus, alius nocturnis detineri commeſſationibus. Alius vigilare tranquillus, alii in ſtupra vigiliæ patent. Alii tuta ſunt ſub honeſti ſpe ſilentia, alii in voluptatum noxias labia diffluunt; utque damnorum lætitiam prodant, divaricata ſibi placent. Alius in vita non ſolitaria expugnavit tentationes, quas citra neceſſitatem novas vita ſolitaria ſubit. Subeunt Anachoretæ, eò quòd nequaquam contenti hac victoriâ, quâ inter homines occultas inſidias diaboli calcaverunt, aperto certamine ac manifeſto conflictu dæmonibus congredi cupientes, vaſtos eremi receſſus penetraſſe non timeant. Malint homines virtutem maſculam, quàm ejus robur affectatis fatigare motibus: præferant mentis quietem, & non temerario auſu provocent in pugnam, quæ nec ſpecioſa, nec æqualis eſt, & inferis ſpectantibus initur. Hacpropter non inſubidum dixerit, qui ea, quæ vitæ ſolitariæ defert Petrarcha, etiam non vitæ ſolitariæ cultori detulerit. Felix eſſe poteſt modicâ quiete recreatus, ſomno brevi non fracto, ſed expleto, & interdum pernoctantis Philomenæ cantibus experrectus. Poteſt toro leniter excuſſus quietis horis pſallere, egreſſuris inde matutinis laudibus ianitorem labiorum ſuorum aperire, cordis ſui dominum in adjutorium ſuum vocare, nihilque jam viribus ſuis fidens & imminentium conſcius metuensque diſcriminum Dei gloriam indefeſſo linguæ ſamulatu & pio mentis obſequio repetere. Poteſt nulli penitùs invidere, nullum odiſſe, nihil metuere, nihil cupere ſorte contentus ſuâ & fortunæ injuriis inacceſſus. Poteſt inſtruere menſam pacificam, luxûs ac tumultûs neſciam, gulæ domitricem, expertem immunditiæ, ubi voluptas fœda exulet, regnet ſobrietas. Poteſt nil præpropere, ſed fugientis temporis curſum videns & cupiens illic eſſe, ubi ſine fluxu temporum ac ſine metu mortis degitur, iterum verſus in preces, non minùs tantùm lucis, ſed totius ævi claram veſperam, & nunquam occidentis vitæ gloriam, eamque non ſuo merito, ſed ſacræ Chriſti mortis poſcere in præmium, ſciens plus eſſe quàm quod homini debeatur. Poteſt labentem cœlo diem, ſeque ſimul collabentem humi cogitans ſuperni Numinis petere auxilium, & ne mens ſuorum criminum preſſa ponderibus cœlo exulet cum lacrymis precari, ut adusta refrigerium, ſordida abſterſionem, eliſa ſuſtentaculum, litigioſa pacem obtineat, & matutino laudum carmini veſpertinas laudes de inexhauſto pietatis fonte continuet. Poteſt gaudere diem illum ſine dedecore adversùs ſecuturæ noctis pericula, doloſque & inſidias leonino more rugientis. *Tandem num ad ſolitariam vitam moveat* copia exemplorum, quibus Patres ſolitudinem illuſtrarunt, & hoc ultimum excutiamus. Offert ſe nobis inter alios Antonius, quem dum ſtudium ac notitia literarum ſacrarum clarum faceret, propterea que per vim in epiſcopum peteretur, fugere aliter non valens captumque ſe cernens, ne ſolitudine privaretur, aurem ſibi præſecuit, ſic ſaltem pontificio futurus inhabilis: cum nec eâ quidem arte proficeret, minatus urgentibus, ſi perſtarent, linguam ſe, propter quam ea ſibi importunitas fieret, abſciſſurum. Paphnucius, Malchus immitis, Helias monachus, Sylveſter & Gregorius Papæ, alii, quos enumerat Petrarcha, quòd ſolitudinis elogium meruerint, illud definire mihi eſt incertum. Audiatur veritas, intrepida eſt & invicta, nullis tumet relationibus, nullo dejicitur ſcribentium impetu;

illi ardua cervix
Argutumque caput.

aut literati ſunt, de quorum vita ſolitaria agitur, aut illiterati. Si illiterati, iis vita ſolitaria mortem allatura videtur, imo morte gravior eſt, quod tum evenire ſolet, ſi iis confabulator deſit, & quod ſecum, quodve cum libris loqui valeant, non habere poſſint. Solitudo ſine literis exilium eſt, carcer, aculeus. Si literati, alii argumentum vitæ ſolitariæ in ſe ipſis quærunt: alii in ſtudiorum commendatione. alii in ambitionis inconſtantia. Quare Egidius van der Myle in oblectatione vitæ ruſticæ ſecundum caput ita orditur, *Primi mortalium, ſicut ex ſacra hiſtoria accepimus, initio rerum in naſcentis mundi deliciis totius naturæ opes abſolutè diſpenſabant, inque ſereniſſimi cæli & horti ſaluberrimi amœnitate*

nitate Deorum planè vitam imitabantur. Sic ætas aurea ſub frondium umbraculis modico tempore agebatur, interque nemoroſos receſſus rivuli electro puriores locorum permeabant voluptatem. Tellus fœcundiſſima nullo jubente parebat, omnique fructuum cultu ſuperbiebat. Poſteaquam verò vetitæ dapis libidine in exitium Parentes noſtri inconſulto ruebant; Non jam rerum naturæ obſequi, nec ſolitæ benignitatis memor humus fruges fundere aut propriâ indole prodeſſe. Adeò creaturæ vis elanguerat, manus deinceps, quarum crimine vigor perierat, in ſubſidium poſcentis. Alia tum vitæ ratio ſucceſſit, fortunaque ſimul cum moribus immutata indignè mortales habere cepit: Terram multo cum ſudore excolere, aratro invertere, & raſtro glebas frangere coëgit. Quippe & fœnus, quod gratis ante percipiebant, nunc multo labore redimunt, & proventuum ſpe moleſtias ſolantur mortales. Magno quidem priſtinæ felicitatis cum detrimento; ſiquidem Creatoris indignatio, ſubductâ priſcâ indulgentiâ, fertilitatis partem in cetenſis curas rejecit. Verùm agreſtis vita, ſi ſuccedentem ævi malitiam ſpectemus, optima meritò cenſenda, quæ poſt ſinceras Paradiſi voluptates mortalium cœtus exercuerit. Abierat nempe tranſgreſſæ legis ſeveritas in laboris neceſſitatem, cui hiſce in miſeriis opportunior vita, quæ amiſſa bona conſequeretur, non ſuppetebat, quàm quæ cum terra & pecudibus rationem iniret &c. Ita ordiebatur, quia ipſe poſſidebat Suburbanum, cujus vernis deliciis ei frui datum, quod ſitûs amœnitate, cœli ſalubritate & ſoli ubertate pollebat, quem fundum optimum Punico bello Dux inclytus M. Attilius Regulus & Porcius Cato cenſebant; quòd nec ex altero morborum, altero verò inopiæ ſit metus. Quiſquis favemus cauſæ noſtræ: quiſquis, quod in nobis & pro nobis eſt, excellentius reputamus. Qui habet domum procul ab urbe ſitam, quam incolat, non tam æſtimat ordinem, quo Magiſtratus ſuos cives diſpoſuit, quàm quo Gallinæ teneros circumducunt fœtus: non tam civitatis querelas, quàm ſingultum, quo eædem Gallinæ errantes ſub alas congregant: non tam Superiorum clementiam, quàm alitum curam, quâ leni alarum arcu corpus criſpatum ſuſpendunt, ut ſub eo imbelles foveantur. Numerat faſtigia, ſed ædificiorum, quæ Ciconia occupat: admiratur tigilla, quibus hirundo nidos applicat: neminem credit inimicum, ni fortean picas, inviſum patribusfamilias genus, aut etiam è proximo argutus anſer inſtar inimici clamoribus inſurgat. Qui amat ſtudia, vellet Muſæum ſuum eſſe inſulam, in longinquo natam, multâ arborum venuſtate inumbratam, intra quam pulcerrima conclavia per frondium moras radiis illuminata vario quaſi ſole deducantur. Sic nullis deſideriis invitatus omnem ſtudiis libertatem impendit, digniſſimam rem inter homines conſecutus, illibatam ſapientiam & ſecretæ conſcientiam tranquillitatis. Suburbanum Cumanum, Tuſculanum, Phormianum, Laurentinum, alia famam meruere, ubi Domini ſibi & Muſis vivebant. Quanquam enim villæ ſuæ claudatur conſepto, orbem tamen circumſpicit vir prudens, & pleraque ridet aut potiùs miſeratur. Qui ambitionis cogitat inconſtantiam, & eos, qui ad ſplendorem ac ſublimia contendunt, ille nec inter turbas eminet, nec modeſtiâ occaſioni ſe ſervat, ſed quantò diutiùs ſeculi vota intuetur, tantò magis ludibria rerum humanarum eum in avia trahunt. Quippe periculis & invidiæ potiùs objiciuntur ambitioſi, quàm ut ad conſtantem gloriam ſecurâ viâ nitantur. Quoties namque hæret in ancipiti deprehenſa felicitas? prorſus ut magis tranquillitati idonea cenſeatur æquanimitas, quàm in faſtigiis rerum dominatur fortuna, contra quam nunquam ſatis cauta eſt mortalitas. Quòd ſi vetuſtiſſimos mortalium recipere libeat, tutiùs vixiſſe conſtat, quia innocentiùs latebant, nullâ adhuc malâ libidine, ſine ſcelere, eoque ſine periculo agebant, & formoſâ locorum ſolitudine ad delicias utebantur & ſalutem. Cuivis opinioni, & quæ tuetur vitam ſolitariam & quæ non, ſua ſint ſuffragia, ſuffragia non mutamus, ſed Reipublicæ vivit, qui ei ſe civem officio, patrem liberis, incolam jucundâ cohabitatione offert.

VITIA aliorum non ſunt detegenda, *c. qui ambulat.* 5. *q.* 5. in quo qui

Vitia conſiderantur aut in ſe, aut in relatione ad eos, qui iiſdem contaminati fuerint:

Eum, qui nocentem infamavit, non eſt bonum & æquum ob eam

ambulat fraudulenter, revelat arcana: qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum.

rem condemnari; peccata enim nocentium nota eſſe & oportet & expedit, *l.18. in princ.ff.d.injur. & fam.libell.*

quam diſtinctionem probè cuſtodiant Poëtæ, de quibus quæritur, Num ob carmina Satyrica teneantur actione injuriarum? Reſpondet Harpprechtus ad *princ. I.d. injur.num.pen.& ult.* id negare videri Horatium, *libr.2.Serm.Satyr.1.in fin.* dum ita canit,

Si mala condiderit in quenquam carmina; jus eſt
Judiciumque eſto. Si quis mala: Sed bona ſi quis
Opprobriis dignum laceraverit, integer ipſe;
Solventur riſu tabulæ, tu miſſus abibis.

Hucque non parum confert, quòd omnia, quæ fuerint ſcripta animo corrigendi & emendandi, in ſuſpicionem injuriæ trahi & puniri non debeant per ea, quę ad *d.princ.n.8.* tradit idem Harpprechtus. Atqui Poëtæ hunc ſcopum ſibi propoſitum habent, ut ab impuriſſimis opinionibus crudelitate, atque omni perfidia & impura libidine omnes retrahant, à rebus turpiſſimis deterreant: ad vitæ denique integritatem, ad fidem, ad religionem & æquitatem alliciant. Eò ſpectant, quæ habet Erycius Puteanus in præfatione Comi ad Nobilem virum, Chriſtophorum Ettenium, *Ut morem avo geram, ſcenæ meæ fictionem ad Cimmerios transfero, & ignotam regionem noctis. Si quis niger, ſi quis improbus, ſi quis luxu perditus, hic habitat: in orbe noſtro nihil eſt quod culpem. Vigent candor, probitas, ſobrietas; & quicquid vitium erat, virtutis perſonam induit. Sed ego quæ vidi, quæ audivi, cum nec oculis nec auribus uterer, tanquam luſum eſſe cupio, & omnis ſimul luxuriæ ſpurcitiæque amuletum. Sic faciliùs bona & ſalutaria præcepta penetrant, cum amœnitate veſtiuntur? nec laboranti ſtomacho everſoque conciliari cibus poteſt, niſi blandimentis corruptus.* Idem paucis interjectis. *Illud cavendum etiam, ne perversâ interpretatione ſomni religio violetur. Noctes obſcuræ ſunt, ut & imagines ejus laborare tenebris fatearis. Neminem igitur offendere narrando poſſum, niſi quem vitia ſua denudant, neminem ſomniando, niſi nunc demum qui ſcribunt; Atlantes ſunt & ſomniare deſierunt.* Idem orditur Comum, *Quæ nec facta nec futura ſunt, dicam; ſtili aut ingenii causâ. Non offendetur quisquis ludum aut amœnitatem amat, Literis Muſiſque olim agnatam. Somnium eſt, & hoc narrare mihi liceat; ſed interpretem arcere, qui aut facta aut futura volet deſignari. Abi & dragmam alibi pete mendacio præmium.* Ὄνειρος *qui* ὄνειρος *dixerit, is divinus. Quid verba mea torques lime, & innocentem ſermonem afflicto ſenſu adulteras? In nube aut igni imagines rerum malè feriati diſtinguunt & cæcutiunt: pariter in nube & igni cogitationum & ſomni. Abi igitur, ego quæ vidi, non vidi. Si quod Cimmerium eſt, hic fui; ſi quæ Phageſipoſia, his interfui. Quæcunque leges, ſemiſepultæ mentis labores ſunt, & nigri ſilentii ſimulacra. An & ſomniare mihi nefas? tum Naturam accuſemus, & cogitationes omnes, ventorum inſtar, in vincula demus, & Ulyſſis utrem. Cogitationes? imò res actionesque omnes humanas. Etenim quæ manu aut mente diurnâ agimus,*

In ſomnis eadem plerumque videmur obire.

Lucis ſive curas, ſive delicias nox excipit, & cum ſomnus obrepit, velut in ſtagnanti quadam nebula repræſentat. Nimirum.

—— Ubi eſt diſtracta per artus
Vis animæ, partimque foras ejecta receſſit,
Et partim contruſa magis conceſſit in altum,

tamen viget, & in mortis umbra vitæ munia, conſilia, imò deliria, vanis deluſa imaginibus, molitur. Sic nec quietem usquequaque ſine labore mortales habent, curarum & nugarum reliquiæ, die exantlato, lectulum una ſcandunt, & membra ſopore irrigata, vel terrore lancinant, vel gaudio demulcent, Traducitur autem (cum Lactantio dicam) *mens cogitatione cæcâ, cum cogentibus tenebris ſecum tantummodò eſſe cœperit: dum intenta eſt in ea, de quibus cogitat, repente ſomnus obrepit, & in ſpecies proximas ſenſim ipſa cogitatio declinat. Sic ea, quæ ſibi ante oculos poſuerat, videre*

quoque incipit. Sed ego narrare nunc incipio: qui Somnium aſſimas, & delicias admittis, puſilli temporis damnum impende: hanc mercedem poſco: ut ſi audire ſuſtineas, reprehendi patiaris, quicquid ſine turpitudine nemo uſurpavit. Nunc ut tandem dignoſcamus, cui juri ſit adhærendum, Civili an Canonico, ex *d.l.*18. formatur controverſia, *An verum objiciens crimen teneatur injuriarũ?* Affirmant alii 1. ex *l.quisquis.*6.§.1.*C.d poſtul.* ubi Advocatis licentia conviciandi & maledicendi prorſus interdicitur. 2. ex *l.un.verſ.ſane ſi quis.C.d.fam.libell.* ubi ſancitur famoſo libello eum teneri, qui verum objecerit crimen; conſtituitur enim, ſi quisquam manifeſtare velit crimen cujusquam, proprio id ore fieri debere, non famoſo libello. 3. ex *ordin.crimin.art.*110. ubi dicitur, vnd ob ſich auch gleichwohl die auffgelegte ſchmach der zugemeſſener that in der wahrheit erfunde/ ſoll dennoch der außruffer ſolcher ſchmach nach vermög der rechten geſtraffet werden. 4. ex *l.*5. *C.Teſtam. quemadm.aper.* ubi ea teſtamenti pars, quæ ad ignominiam alicujus pertinet, aperiri prohibetur. 5. ex *l* 1.*Cod.Theodoſ.d.fam.libell.* in qua expreſsè definitur authorem famoſi libelli non eſſe ſubtrahendum ſupplicio, etiamſi probaverit infamati crimen. Alii negant. 1. ex *d.l.*18. 2. ex *d.l.un.C.d.fam.libell.* in qua cum Imperatores reſcribant capitali pœnâ eum plectendum eſſe, qui non probat crimen, quo aliquem infamavit; ſequitur ex contrario ſenſu impunitatem conſequi eum, qui verum criminis reum famosâ ſcripturâ prodidit. Alii diſtinguendum cenſent, ut ſi quidem objectum crimen tale ſit, quod indicari interſit Reipublicæ, tum veritas delicti ab injuria & ejus pœna excuſet; ut ſi quis alterum appellarit latronem, furem, homicidam, adulterum, leproſum, ſpurium; quocunque tandem animo fuerit ejusmodi crimen objectum, ſive animo injuriandi ſive non. Sin verò ejusmodi defectus vel tale vitium alicui objectum ſit, quod propalari non expediat Reipublicæ, ut ſi quis alium appellarit pauperem, mendicum, claudum, cæcum, ſurdum &c. injuriarum actioni ſit locus, nec veritas criminis excuſet ab injuria. Et ita ſtatuunt Andreas Gailius 2.*obſ.*99. Daniel Mollerus ad *Conſt.Elector. Auguſt.conſt.*42.*part.*4. *num.*23. *& ſeqq.* Harpprechtus ad §.1. *num.*98. *& ſeqq. I. d. injur.* Fachinæus *libr.*9. *contr. c.*10. Fundamentum hujus ſententiæ conſiſtit in eo, quod ei, qui diffamando alium manifeſtat delictum, quod notificari intereſt Reipubl. ignoſci debeat propter bonam operam, quam Reipublicæ navavit. Quòd ſi verò ex criminis revelatione nihil commodi redundat in Rempublicam, ideo veritas non excuſat, quoniam non debet aliquis infamiam alterius ſine cauſa detegere, cum defectus noſtros detegi inhumanum ſit & injurioſum, *l.*2.*in princ.circ.med.C.quand.& quib.quart.pars.libr.*10. Et ſecundùm hanc ſententiam aliquoties in Camera Imperiali judicatum fuiſſe in *d.loc.* teſtatur Gailius. Cæterùm utut hæc opinio uſu fortaſſis recepta ſit & probata, prima tamen ſententia negantium veritatem criminis objecti excuſare ab actione injuriarum, ſi animum ac propoſitum injuriandi habuerit reus, antehabetur. Eam verò comprobat textus in *d.art.*110. cujus verba ita ſunt perſpicua, ut nullâ omnino ratione, nullâ ſubtilitate eludi queāt. Eadem ſententia confirmatur etiam expreſſo textu *l.*5.*C.d injur.* ubi aliquis objecerat alteri homicidii crimen, atque ſic ejusmodi crimen, quod propalari intererat Reipublicæ, & tamen ſic demum criminis objecti veritate ab injuria excuſari objicientem Imperatores volunt, ſi probare poſſit non conviciandi conſilio crimen homicidii objeciſſe. Nec quicquam labefactat hoc fundamentum, quod reſpondet Harpprechtus, non conſtare nocens fuerit an innocens, cui crimen objectum erat: cum Impp. expreſsè hanc quæſtionem decidant, an veritas criminis objecti excuſet à pœna? Prout liquet ex verbis illis, *fides veri a calumnia te defendit.* Quocirca ſi objiciens crimen injuriandi animum habuerit, etſi interſit Reipublicæ crimen objectum notum fieri, non tamen ab injuria excuſabitur reus, ſed adhuc pœnam ſuſtinebit. Nec huic obſtat *d.l.*18. Nam Henricus Boccrus in *tract.d.fam.libell. c.*3.*num.*16. ut cum allegat Hunnius *vol.ad Treutl.poſt.diſp.*30.*th.*5.*q.*39. rectè eam legem interpretatur de eo, qui crimen antea obſcurum & incognitum manifeſtum facit, indicat, propalat; non verò de eo accipienda eſt, qui injurioſè alicui crimen objicit, ut ita

ſenſus

ſenſus ejus hic ſit; Eum qui nocentem infamat, h. e. qui criminis cujusdam authorem antea obſcurum & incertum oſtendit, indicat & manifeſtum facit, condemnari ob eam rem non debere. Hanc autem legis illius eſſe ſententiam, oſtendit ratio ſubjecta, quæ hæc eſt; *peccata enim nocentium nota eſſe & oportet & expedit.* Hæc explicatio porro hac ratione confirmatur, quòd ſi *infamare* idem hoc loco foret, quod *injuriâ afficere*, ratio iſta ineptè appoſita foret, ut quæ non de injuria alicui inferenda, ſed de peccatis ſive criminibus nocentium manifeſtandis l. quatur. Ut ergo rationi quæſtio reſpondeat, intelligi in ea *infamare* verbum ita debet, ut accipiatur pro notum facere, indicare, manifeſtare; alioquin nihil commune haberet cum quæſtione ibi propoſita, & ineptè argumentatio iſta ita inſtitueretur, Expedit & intereſt Reipublicæ peccata nocentium nota eſſe; ergo poteſt aliquis reum criminis publicè injuriâ afficere, nec eſt ob eam rem condemnandus. Sed ex prædicta ratione ita eſſet inferendum & concludendum. Ergo qui nocentem i.e. criminis cujusdam authorem publicè indicat, ob id condemnari non debet; cum pœnâ afficiendus non ſit, qui facit, quod publicè expedit, ſive quod utile eſt Reipublicæ. Rectè ita reſpondit. 1. Hunnius. 2. rectè dubitat circa Gailii obſervationem. Sic enim quærit Matthias Stephani ad *d. art.* 110. *num.* 6. An ad excuſationem proderit, ſi diffamans probare velit, vera eſſe, quæ libello famoſo comprehenduntur? Reſpondet expreſsè negari per *d. l. 1. C. Theodoſ. d. fam. libell.* Nam judicialiter ad probationem criminis ſe offerre debuerat, non per clancularias ſuggeſtiones & extrajudiciales diffamationes proximum lædere, *d. l. un. C. d. famoſ. libell. l. 3. C. d. offic. Rect. provinc.* Idque apertè etiam confirmat Conſtitutio Carolina *hoc art.* 110. *ſub. fin. in verb.* **vnd ob ſich auch gleichwol die auffgelegte ſchmach der zugemeſſenen that in der wahrheit erfunde.** &c. Secundùm quam judicatum in Camera Imperiali teſtis eſt Mynſiger 4. *obſ.* 4. Vigelius *c. 6. crimine decimo ſexto. §. planè.* Imò Bertazolius ſcribit *conſil.* 237. ne quidem, ſi Reipublicæ expediat ſcire crimen, talem diffamatorem excuſari, cum aliis modis publica ſalus & tranquillitas & ſecuriùs ſervari poſſit, nec ad eam per infame hoc ſcelus ſit graſſandum. In quo tamen hoc monere pretium operæ ducit Heigius *quæſt.* 31. *part.* 2. *num.* 42. *& ſeq.* Etſi delictum, ſi veræ probentur diffamationes, non plane impunitum ſit dimittendum; tamen ad mitigationem pœnæ veritatem poſtea judici adprobatam aliquid valere debere; cum utique, etſi vera ſint, quæ narrantur, non tamen ita propalanda fuerint. Ut ita diffamator hoc in caſu non pœnâ ordinariâ, ſed mitiùs extraordinariâ, veluti relegationis aut fuſtigationis, puniatur.

Nunc videamus ſenſum juris Canonici in *d. c. qui ambulat.* 1. non ait jus Canonicum amici commiſſa eſſe conniventibus oculis tranſmittenda. Sic enim in *ead. q. c. non omnis.* Non omnis, qui parcit, amicus eſt: nec omnis, qui verberat, inimicus eſt. Meliora enim ſunt vulnera amici, quàm voluntaria oſcula inimici. Melius eſt enim cum ſeveritate diligere, quàm cum lenitate decipere. 2. non ait jus Canonicum eum, qui revelat arcana, eſſe puniendum, ſed fraudulenter ambulare. Paſquillus, Sartor Romanus religionique Pontificiæ addictiſſimus, revelavit arcana, qui Papam & Cardinales ob vitia liberè vellicare ſolitus. Non tamen punitus fuit, ſed, cum moreretur, prope tabernam in urbe Roma ſtatua ejus marmorea, gladiatorio habitu effoſſa, erigebatur, quæ populari joco Paſquillus vocari conſvevit: exinde quòd illic ob dicacitatem notiſſimus Magiſter Paſquillus habitaſſet. Sicut autem ille, cum adhuc inter vivos eſſet, hominum vitia inſectatus fuerat; ita nunc poſt ejus mortem ſtatua epigrammatophori munus ſubiit, ſiquidem illic de noctu ſcripta injurioſa & maledica affiguntur, quæ inde Paſquilli nomen ſibi vindicant 3. non ait jus Canonicum arcana non poſſe revelari juxta judicii præſcriptum, verum, ut declarat in *ead. cauſ. q. 6. in c. qui autem. cum 3. ſeqq.* qui, quod intulit, probare non valet, puniendus eſt. 4. non ait jus Canonicum arcana non poſſe revelari, ſed revelandi cauſam juſtam non eſſe jurgium aut dehoneſtandi amici affectionem, cujus ſiniſtræ revelantem deinceps pœniteat. 5. diſtinguit jus Canonicum, Aliud eſſe ex charitate aliorum crimina deferre: ut quos ſecretâ admonitione corrigere non poſſumus,

convi-

convictos Judicis ſententia corripiat: aliud inſidiando falſa objicere: vel inſultando facilè vera exprobrare. Non tamen diffiteri poſſumus Romam hos in ſuis fidelibus velle præcipuos & amicitiâ bene conſultâ maximè neceſſarios, qui ſuam eam reputant felicitatem, quâ ſub ſplendore Pontificio cæcutiunt, ac religionem tantùm adorando metiuntur.

VITIORUM non eſt replicatio, *c. dilecti. 8. X. d. except.* ubi M. non fundabat ſe in aliquo actu vitioſo, & illi, qui ſe opponebant, excipiebant eum eſſe excommunicatum, & nihilominus deciditur ibi, ipſum non potuiſſe replicare eis de eodem vel ſimili vitio, quamvis ipſi fuiſſent primi in eo proponendo, & actor non deduceret in replicatione id, quod propoſuerat in actione.

Nulla eſt differentia, quoniam nec jure Canonico ſublata eſt vitiorum replicatio, *c. ſignificaſti. 4. X. d. divort. c. pen. & ult. X. d. adult.* quæ loca allegat differentia, in qua *Compenſatio in delictis admittitur.* Non obſtat *c. dilecti. 8. X. d. except.* ad quod reſpondet Franciſcus Niger Cyriacus *lib. 1. contr. for. 118. num. 47. 48.* primò iſtud objectū procedere in exceptione contra inhabilitatem perſonæ, quæ non habet hoc caſu replicationem. Secundò reſpondet, quòd textus ille procedat in delicto commiſſo circa diverſa, quo caſu non datur replicatio. Tertiò dici etiam poſſet, quòd ibi actor quodammodo repellebatur ob actionem vitioſam, quia volebat admitti ad Prioratum, cum eſſet excommunicatus, ad quem tali vitio laborantes aſpirare non poſſunt.

Vitiorum eſt replicatio, *l. 39. ff. ſolut. matrim. quemadm. dos petat.* in qua viro atque uxore mores invicem accuſantibus cauſam repudii dediſſe utrumque pronunciatum eſt. Id ita accipi debet, ut eâ lege, quam ambo contempſerunt, neuter vindicetur; paria enim delicta mutuâ penſatione diſſolvuntur. Vide & *l. 5. C. d. condict. ob turp. cauſ.*

VITRICO ducere viduam ſui privigni licet, quia hæc affinitas eſt ex ſecundo genere, in quo non ampliùs prohibentur nuptiæ, *c. non debet. pen. X. d. conſang. & affin.*

Præferatur jus Civile, quia tali matrimonio obſtat juſtitia publicæ honeſtatis. Alii putant requirendam eſſe indulgentiam magiſtratûs, Vid. Rittershuſ. & quos laudat autores, *libr. d. differ. jur. civ. & Can. 1. cl. 1. c. 14.*

Uxorem quandam privigni conjungi matrimonio vitrici non oportet, *l. 15. ff. d. R. N.*

ULTIMÆ voluntatis commutationes & converſiones in aliam rem fiunt authoritate Papæ, *clem. quia contingit. juxta gl. in verb. ſedis Apoſtolicæ. d. religioſ. dom. & ibi Zabarell. in 10. not. & in 2. oppoſ. & n. 12.* ut notat Joann.

Hic duæ proponuntur controverſiæ, una tacita, altera expreſſa. Tacita eſt, An ultimæ voluntatis commutationes & converſiones in aliam rem ſine authoritate publica fieri queant? Reſpondet Ulpianus in *l. 1. ff. d. tit. d. adminiſtr. rer. ad univerſ. pertin.* in qua quod ad

Fiunt autoritate Imperatoris, *l. 4. ff. d. adminiſtr. rer. ad univ. pertin.* in qua legatam municipio pecuniam in aliam rem, quàm defunctus voluit, convertere citra Principis authoritatem non licet, & ideo ſi unum opus

Honorius van. Axel de Seny in *compend. jur. Can. ad tit. Decretal. d. teſtam. & ult. volunt. num.* 26.

certam ſpeciem civitatis relinquitur, in alios uſus convertere non licet. Expreſſa eſt, Quum intervenire debeat autoritas publica, cujus requiratur, Imperatoris vel Papæ? Videtur jus Pontificium nullam inducere differentiam, vel ideo, quia Papa putat Imperatorem tum bene agere, ſi Papæ imperium ſequatur. Vel quia diſtinguuntur cauſæ, in quas legatum eſt relictum, quæ ſunt vel cauſæ Eccleſiaſticæ, vel uſus ſecularis. Hinc Joannes Honorius in *d.loc.* utriusque perſonam conjungit, quòd commutationes & converſiones ultimæ voluntatis in aliam rem, quàm defunctus voluit, fiant autoritate Papæ & Imperatoris. 3. videtur Honorius non tam quærere, cujus authoritas interveniat; quàm an eo caſu, quo Papæ authoritas intervenit, ſolus Papa interveniat? & reſpondet, Ne quidem Legatos à latere poſſe commutare uſum illorum, quæ per fideles donata ſunt, vel relicta in pios uſus certos: ſive voluntas teſtatoris executioni ſit mandanda, ſive ſemel fuerit executioni demandata.

fieri juſſerit, quod Falcidiæ legis interventu fieri non poteſt, permittitur ſummam, quæ ex nomine debetur, in id, quod maximè neceſſariũ Reipublicæ videatur, convertere, ſive plures ſummæ in plura opera legantur, & legis Falcidiæ interventu id, quod relinquitur, omnium operum exſtructioni non ſufficit, permittitur, in unum opus, quod civitas velit, erogari.

Si tamen ſubſit juſta & neceſſaria cauſa, priusquam dictæ commutationes executioni demandantur, Epiſcopi tanquam delegati Sedis Apoſtolicæ ſummariè & extrajudicialiter cognoſcunt, nihil in precibus tacitâ veritate, vel ſuggeſtâ falſitate fuiſſe narratum. Sive autem cognoſcat Imperator, ſive Papa, ſive papales Epiſcopi, inde non colligitur jus commutationum, ſed commutationum limitata permiſſio, quæ varia eſt. 1. quando teſtator mandavit fieri aliquod opus, quod fieri non licet, *l. legatum. ff. d. Uſufr.* 2. quando teſtator mandavit ædificium pium fieri in loco, ubi de facili fieri non poteſt, tunc epiſcopus poteſt mutare in alium locum, *c. nos quidem. X. d. tit. d. teſtam. & ultim. volunt. c. in canonicis. & ibi Gemin. n.* 2. 19. *dict. l. teſtamento. quidam. ff. d. C. & D.* 3. quando pecunia ad certum uſum relicta non ſufficit, *d. l. 4. ff. adminiſtr. rer. ad univerſ. pertin.* 4. quando in totum non infringitur voluntas teſtatoris, ſed ex parte alteratur, aut ſemel executioni data pro tempore non ſervatur exigente neceſſitate Eccleſiæ, arg. *l. 1. C. d. expenſ. lud. publ. libr.* 11. ut ſi pecunia relicta pro anniverſario ad tempus convertatur in reparationem Eccleſiæ authoritate Epiſcopi, Joann. Andreas *c. fin. num.* 4. *X. d. tit. d. teſtam. & ult. volunt.* 5. quando teſtator reliquit certam pecuniam pro novo opere aut capella extruendis in Eccleſia, ubi ſunt multa talia opera egentia reparatione, neque poſſet aliunde facilè inveniri pecunia, tunc authoritate Epiſcopi poteſt pecunia legata converti in eorum reparationem, *l. fin. ff. d. oper. publ.* Hæc ex mente Canoniſtarum Honorius *d. loco. num.* 28. 26. ubi authoritati epiſcopali addit proximum ſuperiorem, & vocatos eos, quorum intereſt.

Ultimum ſupplicium adeò horret Papa, ut nec velit Lamias eſſe occidẽdas, eo ipſo, quòd dæmoni ſe addixerunt, conventibus nocturnis interfuerunt, rem vene-

Nulla eſt differentia, Quod enim colligitur ex jure Canonico, idem eſt juris Civilis, juxta quod ſi infans vel furioſus hominem occiderint, Lege Corneliâ non tenentur, cum alterum innocentia con-

Lamiæ ſunt occidendæ, quia & apoſtatæ potiſſimùm ii, qui alios ad apoſtaſiam pelliciunt, *l.* 5. *C. d. apoſtat.* Vid. differentiam, in qua *Supplicio ultimo nemo afficiatur.*

ream

ream cum dæmone exercuerunt; modò hominem nullum veneno necaverint, aut ſegetibus & animalibus non nocuerint. Quemadmodum enim dormientes, ſi homicidium faciant aut vitientur, vel ſe homicidium, adulterium, furtum, aut aliud delictum perpetraſſe ſomnient, non puniuntur, *clem. ſi furioſus. d. homicid.* Ita nec Lamiæ puniendæ ſunt, cum cenſeri debeant ſimiles dormientibus: confitentur enim crimina commiſſa in mentis exceſſu aut ſopore.

filii tuetur, alterum fati infelicitas excuſat, *l. 12. ff. ad L. Corn. d. ſicar.* Deinde argumenta pro Lamiis & contra eas pugnantia ſunt promiſcua ex eodem partim, partim ex diverſo jure petita, ita ut neutra aſſertio uni juri accepta feratur. Si Papa ita ſenſit, cum eo & nos ſentimus, quod Domin. Baudius quoq; in *orat. ad Stud. Leid. ob cæd. commil. tumultuant.* omnia ſunt animo præcipiēda & meditanda priusquam civis e civitate, nedū homo è vita ſit exterminandus. Non arbitremur ſtatim & primo pedatu ad illam horrendi carminis legem eſſe proſiliendum: *I lictor, colliga ad palum, manus adſtringito, caput obnubito, arbori infelici reſte ſuſpendito, vel honoris cauſa caput amputato.* Ab hac autem theſi ut digrediamur ad hypotheſin, quâ conſtat eſſe lamias, an ſunt occidendæ? Committimus prudentiorum cenſuræ Friderici Martini interpretationem Carolinæ conſtitutionis 109. in qua Lamiarum Patroni, inter quos eſt Fichardus *conſil.* 112. Joh. Georgius Godellmannus *tractatu de Magis, Veneficis & Lamiis. lib. 3. c. 11.* Laurentius Kirchovius *conſil. 12. tom. 2. conſil. Germaniæ num. 9. & alii nonnulli*, interficiendas negant, ſequentibus moti argumentis. Primum deſumunt ex *Carolina conſtitutione* 109. cujus hæc eſt ſententia *Si quis maleficio vel veneficio alicui damnum intulerit, morte ignis plectatur: Sin verò maleficio uſus nulli damnum intulerit, pœnas patiatur alias, pro delicti quantitate & qualitate, ſuper qua re judex conſilium requiret, pro ut infra ſcriptum eſt.* Ex qua ordinatione clare colligi videtur, ſi maleficus Deum abnegaverit, idololatriam & apoſtaſiam commiſerit, conventus diabolicos frequentaverit, cum dæmone rem veneream exercuerit, ſacramenta contempſerit, iisque ad horrenda ſcelera abuſus ſit, ſi hominem, equum, vaccam, aut aliud animal maleficio non necaverit, aut tempeſtates non excitaverit, quòd morte afficiendus non ſit.

Secundò probant eâ ratione, quia ſi ob fidei abnegationem & renunciationem Deo factam forent interficiendi; ſequeretur omnes homines mortale peccatum committentes, eſſe necandos: probatur conſequentia; nam homines dum mortaliter peccant, Deo abrenunciant, eoque relicto diabolo adhærent, ejusque inſpirationibus & mendaciis obtemperant, & tamen non propterea occiduntur.

His adjungunt & alia argumenta, Tertioque loco ita argumentantur: Confeſſioni rei impoſſibilis fides habenda non eſt: Atqui Lamiæ impoſſibilia fatentur, videlicet ſe ad conventum volaſſe, libidinem cum dæmone expleviſſe, & hujusmodi, quæ hominum poteſtatem excedunt.

Quartò, cogitationis pœnam nemo luit, *L. cogitationis. ff. d. pœnis.* atqui Lamiarum peccata ſunt cogitationis, & nudi conatus potiùs, quam facti, & executionis, putant enim ſe talia facere, cum non perficiant, ideoq; in foro exteriori ob iſtas illuſiones puniri non debent.

Addunt quintò, quod in aſſertione juris Canonici præmiſimus, argumentum à ſimili: quemadmodum enim dormientes, ſi homicidium faciant, aut vitientur, vel ſe homicidium, adulterium, furtum, aut aliud delictum perpetraſſe ſomnient, non puniuntur, *Clement. ſi furioſus. de homicidio:* Ita nec Lamiæ puniendæ ſunt, cum cenſeri debeant ſimiles dormientibus: confitentur enim crimina commiſſa in mentis exceſſu, aut ſopore.

Deniq;, quòd pacta, quę ſe cum dæmone iniviſſe fatentur, ſint merę imaginationes deluſarum mentium, ſicut & corporum translationes, tempeſtatum excitationes, coitus venerei cum dęmone, convētus nocturni, probatur clariſſimè per textum *in c. Epiſcopi. 26. q. 5.*

Digitized by Google

Verùm his & ſimilibus non obſtantibus ad quæſtionem reſpondetur, ſequenti concluſione: Lamiæ occidendæ ſunt eo ſolo nomine, quod Deum abnegant, dæmoni fidelitatem promittunt, idololatriam & apoſtaſiam committunt, cum dæmone rem veneream exercent, adeòque peccatum contra naturam, & Sodomiam committunt, etiamſi hominem nullum veneno necaverunt, ſegetibus, & animalibus non nocuerunt.

Probatur concluſio *Primò*, quia lege divinâ Veteris Teſtamenti malefici jubentur occidi, *Exodi.* 22 ubi ſcriptum eſt, Maleficos non patiaris vivere: atqui eos, qui Deo renunciant, diabolo fidelitatem præſtant, cum eo feruntur, rem veneream exercent, maleficos eſſe non eſt dubium: ergo &c.

Secundò. Idololatræ juxta legem divinam mortem merentur, *Exodi.* 30. *&* 32. *Deuteronom.* 13. *&* 27. atqui Lamiæ ſunt idololatræ: nam Deo renunciant, diabolo ſe addicunt, honores ei exhibent, ei ſacrificant, fidelitatis & obedientiæ ſacramento ſe obſtringunt: Ergo &c.

Tertiò, qui Magos, Incantatores, Ariolos conſulunt, lege divinâ & humanâ jubentur occidi, *Levit.* 20. ubi ſcriptum eſt: Anima quæ declinaverit ad magos, ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi ſui. Idem *l. ult. C. de maleficis & mathematicis.* Ergo multò magis ipſe magus, qui dæmonem conſulit, eſt interficiendus.

Quartò, qui Sodomiam commiſit, aut cum jumento coivit, mortem meretur, lege divinâ & humanâ, *Exod.* 22. *& l. cum vir nubit. C. ad L. Jul. de adulteriis, & in authent. Ut non luxurientur homines contra naturam &c. Carolina conſtitut.* 116. atqui Sodomia deteſtabilior eſt ſpurcities magorum, & libido, quam cum dæmone exercent: quia non tantùm contra ſexum, ſed etiam contra ſpeciem, & genus peccant, quod deteſtabilius eſt, & omnium peccatorum carnalium graviſſimum.

Quintò, Blaſphemia & maledictum in Deum morte vindicandum eſt, tam lege divinâ, quàm humanâ, *Levitici* 24. *& dictâ authen. Ut non luxurient homines contra natur.* atqui ſagæ ſunt blaſphemæ. Ergo &c.

Sextò, quod juri Civili adſcripſimus, Apoſtatæ; potiſſimùm ii, qui alios ad apoſtaſiam pelliciunt, morte ſunt puniendi, *l. 5. C. d. Apoſtat.* Atqui malefici non tantùm ſunt apoſtatæ, ſed etiam alios ſeducunt, filios & filias dæmoni offerunt. Ergo &c.

Septimò, Nigromanticos, & alios magos, de quibus differentia, in qua *Sortilegia vetantur.* ultimo ſupplicio afficiendos fatentur Lamiarum patroni, Fichardus & Johannes Georgius Godelmannus *præcitatis locis.* & habetur *l. 2. Cod. de maleficis & mathematicis.* ergo, & quidem multò magis, qui cum dæmone rem veneream exercent, interficiendi ſunt.

Octavò, qui in bello ad hoſtes fugiunt, aut fugam moliuntur, jure Civili ultimo ſupplicio afficiuntur, *l. deſertorem. §. is qui ad hoſtem. ff. de re militari l. ſi quis aliquid. 2. §. transfugæ. ff. d. pœnis.* atqui abnegantes, & renunciantes Deo, diaboloque ſe voventes, atque obedientiam ſpondentes ſunt transfugæ ad hoſtem: nam in bello, militiaque hac terreſtri, quæ inter Chriſtum & Sathanam, tanquam duces belli ſupremos geritur, ante baptiſmi ſuſceptionem ſolennibus & conceptis verbis Domino Deo & Chriſto nomina ſua dedêre, fidem addixêre, obedientiam promiſêre, diabolo & omnibus pompis ejus operibusque renunciavere, quando interrogatæ à Sacerdote, abrenuncias Satanæ & omnibus pompis ejus? reſpondêre, *abrenuncio*: rurſus, Credis in Deum Patrem? reſpondêre, *Credo*: Itaque Lamiæ tanquam transfugæ ultimo ſupplicio rectè afficiuntur.

Denique, qui Paganorum ritus, & ſacrificia exercent, gladio feriuntur. *l. 1. & 2. C. de Pagan. & eorum ſacrific.* ergo multò magis ii, qui non ſolùm paganorum, ſed Principis Paganorum, hoc eſt, diaboli ritui & ſacrificiis interſunt, extremo ſupplicio ſunt afficiendi.

His jactis fundamentis ad *primum argumentum* reſpondeo, Carolum Imperatorem in allegata *conſtitutione* 109. vocabulum Magia, Germanicè Zauberen/ in generali accipere ſignificatione, quatenus continet tam *maleficium*, Germanicè Hexeren/ quàm *magiam*

giam ſimplicem, Germanicè ſchwartze Künſten. Et differentiam duntaxat conſtituere voluiſſe quoad pœnam inter maleficium, ſeu veneficium, & ſimplicem magiam, idque tantùm voluiſſe, quòd magus, qui eſt maleficus, pœnâ ignis affici debeat; magus verò ſimplex, qui veneficus, aut maleficus non eſt, ut ſunt divinatores, nugatores, & ſimiles, aliâ mitiori pœnâ regulariter plecti debeant: nullo verò modo inter eos maleficos, qui tãtùm Deum abnegant, diabolo ſe vovent, cum eo rem veneream exercent, hominibus autem, brutis animantibus, & ſegetibus non nocent, & inter eos maleficos, qui Deo renunciantes, diabolo voventes, rem veneream cum eo exercentes hominibus in corpore, & bonis nocent, quoad pœnam differentiam facere conſtituiſſe. Quid enim abſurdius, quàm eum, qui vaccam, aut equum occiderit, interfici, eum verò, qui a fide Chriſtiana defecerit, Deo renunciaverit, eum blaſphemaverit, diabolo ſe addixerit, ei ſacrificaverit, libidinem cum eo expleverit, adeòque peccatum Sodomiâ gravius commiſerit, morte non affici?

Errant itaque Laurentius Kirchovius *conſilio 12. num. 9.* inter conſilia Germaniæ *tom. 2.* & Johannes Georgius Godelmannus *tractatu de magis & maleficis libr. 3. cap. 11. num. 32.* & alii lamiarum patroni, cenſentes Carolum Imperatorem in præallegata *conſtitutione* 109. inter maleficas per excellentiam facinoris ſic dictas ratione pœnæ differentiam conſtituere, & juxta priorem ordinationis partem eas lamias & veneficas, quæ hominibus nocuerunt, ultimo ſupplicio, alias verò maleficas & veneficas veras, quæ nemini nocuerunt, mitiori pœnâ afficiendas eſſe voluiſſe. Eſtque abſurda prorſus atque omni ratione carens diſtinctio, quam adfert Godelmannus *dicto loco*, dicens: Aut lamiæ fatentur poſſibilia, puta, ſe homines aut jumenta arte magicâ interfeciſſe, & tunc juxta priorem Carolinæ conſtitutionis partem interficiendas cenſet; Aut fatentur impoſſibilia, puta, ſe per anguſtum foramen in aërem volaſſe, in beſtias fuiſſe transmutatas, cum diabolo venerem exercuiſſe: Et hoc caſu non puniendas, ſed in verbo Dei melius inſtituendas tradit: Aut denique fatentur ſe pactum cum Sathana iniviſſe, & hoc caſu non ultimo ſupplicio, ſed fuſtigatione, relegatione, aut mulctâ pecuniariâ juxta poſteriorem Carolinæ conſtitutionis partem puniri poſſe cenſet. Quid enim ſi dæmon januam vel feneſtram aperiat, per easque ferat Lamiam, quæ per locum anguſtum ſe elatam putavit? Quid ſi de foramine anguſto aliquot partes, puta lapides, ligna, ferra removeat, & poſt elatam ſagam confeſtim reponat? quæ dæmonem facere poſſe nemo dubitabit? Quid ſi ſaga ſe hominem aut jumentum virgulâ leviter tactum, aut ligno poſito juxta *l. ſunt quædam. ff. de extraordin. criminib.* interfeciſſe confiteatur? Quæro ex *Godelmanno* ſitne iſta confeſſio rei poſſibilis, vel impoſſibilis? Si rei impoſſibilis eſſe reſpondet, ſibi eſt contrarius: Si poſſibilis dicat, contra omnem rationem, & ſenſum loquitur: nam neque homo, neque jumentum ex tactu virgulæ levi, aut ligni poſitione naturaliter moritur. Præterea ſi ſaga per amplum & latè patens foramen ſe evectam fuiſſe confiteatur, quæro ex *Godelmanno*, num ea confeſſio ſit rei poſſibilis, vel impoſſibilis? Si rei poſſibilis dicat; fatetur ergo realem ſagarum tranſlationem, & hujuſmodi ſagas in verbo Dei inſtruendas, & nullo modo puniendas contra omnem juſtitiæ rationem pronunciat: Sin confeſſionem rei impoſſibilis eſſe dicat; ſibi eſt contrarius: nam *libro primo, capite primo* aliquot lepida exempla narrans, diabolum hominem auferre poſſe fatetur: Itaque in caſibus, quib. ſaga realiter vehitur, non inſtructione in verbo Dei, ſed pœnâ opus eſt: Ex quo conficitur non omnes impune dimittendas ſagas, quæ ſe realiter tranſlatas fatentur. Denique ſi Lamia, quæ pactum cum dæmone fecit, pœnâ extraordinariâ eſt adficienda, quæ, quæſo, pœna imponi debet Sagæ, quæ non tantùm pactum cum dæmone fecit, ſed pactum juxta ea, quæ *libro primo, capite tertio*, aſſerit Godelmannus factum, eſt executa, hoc eſt, Deo abrenunciavit, diabolo obedientiam promiſit, & præſtitit, Deum blaſphemavit, dæmoni cultus divinos exhibuit, talem ne ſagam, apoſtatam, hæreticam, blaſphemam, idololatram, ſacrilegam pœnâ pecuniariâ aut relegatione vel fuſtigatione, & non graviori, hoc eſt, ultimo ſupplicio dignam cenſes? O inſignem vel cæcitatem, vel malitiam

in hoc Lamiarum patrono. Hunc ego Carolinæ *conſtitutionis* 109. genuinum intellectum eſſe cenſeo, quem ſi invenire voluerunt Petrus Binsfeldius *l.5. Cod. de maleficiis & mathematicis. concluſione ſecunda, prope finem*, & Martinus Delrius *diſquiſition. magicarum libr 5. ſectione 16. verſiculo, Objicitur ex Carolina conſtitutione &c.* rem claram, meo judicio, obſcuram reddidêre.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur maximam eſſe differentiam inter Chriſtianos mortaliter peccantes aliis peccatis, & inter maleficos Deum abnegantes: nam peccatores recedunt à Deo propter inobedientiam tantùm, & ideo impropriè dicuntur infideles, fidemque abnegare: at malefici recedunt à Deo per formalem & expreſſam abnegationem Dei & fidei, quæ eſt apoſtaſia propriæ infidelitatis ſpecies, Petrus Binsfeldius *in l.5. C. de malefic. & mathemat. in ſolutione objectionis primæ.* Martinus Delrius *lib.5. diſquiſition mag. c. ſect.16. in ſolutione 6. argumenti.*

Quòd ſi objicias *D. Petrum* ter Chriſtum abnegaſſe, non tamen propterea necatum fuiſſe: Reſpondeo cum *Binsfeldio & Delrio dictis locis.* inter D. Petri, & Lamiarum abnegationem maximam eſſe differentiam: D. Petrus ore tantùm, non corde Chriſtum negavit: at Lamiæ cum ore & corde abnegant. D. Petrus cum Judæis contra Chriſtum non conſpiravit: at Sagæ contra Chriſtum cum dæmone pactum ineunt. D. Petrum ſtatim pœnituit: Sagæ in ſua defectione permanent: D. Petrus metu: Sagæ ſponte Chriſtum negant.

In tertio argumento negatur impoſſibile eſſe, quòd Lamiæ de loco ad locum realiter transferri poſſint: nam hirco, vel alii animali phantaſtico, hoc eſt, dæmoni corpus formanti: & aſſumenti, aut ligno à diabolo acto, & ſublevato inſidere, & de loco ad locum realiter ferri conſtat experientiâ, confeſſione Sagarum, & auctoritate tam Theologorum, quàm JureConſultorum, ut multis clarè oſtendit Petrus Binsfeldius *de confeſſionibus maleficor. 1. parte. concluſione 12. poſt præludia.* Martinus Delrius *diſquiſition. magicar. libr 2. quæſt. 16.* Itaque quod Ariſtoteles *libr. 5. topic. cap.3.* ait, eos, qui negant Deum honorandum, aut parentes diligendos, pœnâ, eos verò, qui nivem albam negant, ſenſu indigere; id de nominatis, & aliis realem ſagarum translationem inficiantibus rectè dici poteſt, pœnâ ſcilicet, & ſenſu eos indigere. Sic poſſibile eſt, quòd dæmon aliquando cadaver humanum adſumat, vel ferinum, illudque moveat, & impellat; aliquando aëreum, & elementare, ut doctè & philoſophicè tradit Delrius *libr.2. diſquiſit. magicar. quæſt.28. ſect.1. & 2.* Binsfeldius *de confeſſionib. maleficor. præludio* 12. adeòque rem veneream cum ſaga exerceat, incubos, & ſuccubos agat, ſagæ verò tempeſtates dæmonis poteſtate cieant, Binsfeldius, *poſt præludia, concluſione 5. & 10.* Delrius *libr.2. quæſt.11. & 15.* ex Job. *cap. 1. & 2. cap. & l. multi. Cod. de maleficis & mathemat.* Et ſui immemor idem fatetur Godelmannus, auctoritate Martini Lutheri motus, qui *libr.1. cap.4. num.17.* ſequentia habet verba. Refert *Georgius Sabinus Peuceri affinis in commentar. ſup. libr.10. Ovid. Metamorph.* In Bavaria virum nobili famâ natum, extinctâ uxore, tantum animi dolorem cepiſſe, ut nullam admitteret conſolationem, ac vitam ageret in ſolitudine. Tandem ubi nullum finem lugendi faceret, uxorem ejus comparuiſſe, excitatam à mortuis, ac dixiſſe, ſe quidem ſemel confeciſſe curriculum vitæ à natura datum, ſed importunitate ipſius revocatam nunc eſſe in vitam, atque à Deo juſſam uti ejus adhuc conſuetudine diutiùs, hac tamen conditione, ac lege, ut matrimonium morte ſolutum denuo per ſacerdotem ſolenni ritu jungeretur, utque deinceps ipſe abſtineret blaſphemis convitiandi verbis, quibus uti conſueverat: ſe enim horum causâ ei ademptam fuiſſe, atque iterum exceſſuram è vita, cum primùm ejuſmodi aliquod verbum edidiſſet. His actis illam curaſſe rem domeſticam, ut antea, & aliquot etiam peperiſſe liberos, ſemper tamen fuiſſe triſtem, & pallidam. Poſt multos verò annos maritum veſperi potum, & ancillæ iratum, edidiſſe verba, quæ non debebat, interea illam diſparuiſſe è cubiculo, unde marito allatura erat poma, ac reliquiſſe muliebrem veſtem ſine corpore ſtantem, quaſi phantaſma, ad ciſtam,

ubi poma ſervabantur. Hæc audivi, inquit Sabinus, ex multis viris fide dignis, qui affirmabant Ducem Bavariæ eadem retuliſſe Duci Saxoniæ pro veris. Eandem hiſtoriam audivit quoque Martinus Lutherus ex ore Electoris Saxoniæ Johannis Friderici, & addit: *Jam quæſtio eſt*: Ob das rechte Weiber ſeyen? vnd ob das rechte Kinder ſeyen? Davon ſeyn meine Gedancken/daß es nicht rechte Weiber ſeyn können/ſonder es ſeyn Teuffel/vnd gehet alſo zu: der Teuffel macht jhnen das Geplerr vor die Augen/vnd betreugt ſie/daß die Leuth meinen/ſie ſchlaffen bey einer rechten Frawen/vnd iſt doch nichts. Deßgleichen geſchichts auch/wans ein Mann iſt/dann der Teuffel iſt kräfftig bey den Kinderen deß Vnglaubens/wie S. Paulus ſagt. Wie werden aber die Kinder gezeugt? Darauff ſag ich alſo/daß dieſe Söhne auch ſind Teuffel geweſen/haben ſolche leiber gehabt/wie die Mütter. Es iſt warlich ein grewlich/ſchrecklich Exempel/daß der Sathan ſo kan die Leuth pfiagen/daß er auch Kinder zeuget: Alſo iſts auch mit den Nexen im Waſſer/die er zu jhm hinein zeugt/alß Jungfrawen/vnd Mägdte/mit ſolchen er darnach zuhelt/vnd Teuffels Kinder zeuget/dann ſonſt Kinder zeugen ein Göttlich Werck iſt/vnd da muß vnſer Herr Gott Schöpffer ſeyn/dann wir nennen jhn allzeit Vatter vnd Meiſter etc. Hactenus Godelmannus. Ex quibus conſtat, & liquet manifeſtè etiam *Lutheri confeſſione*, dæmones incubos & ſuccubos agere, & per conſequens rem veneream cum veris hominibus habere, adeòque Godelmannum ſibi contradicere. Sint autem liberi ex ſuccubo & incubo nati veri, vel non, diſputat doctè Martinus Delrius *diſquiſit. magic. lib. 2. quæſt. 15.*

In quarto argumento negatur Lamiarum peccata tantùm eſſe cogitationis, & non operis ſeu executionis? nam progrediuntur ad opus exterius, realiter Deum abnegant, blaſphemant, realiter diabolum colunt, adorant, cum eo rem veneream exercent, ſacramenta prophanant, Delrius *diſquiſit. magic. libr. 5. ſect. 16.*

Eadem ſolutio datur ad quartum argumentum: nam ſit ita, quòd aliquando à dæmone illudantur, putantes, ſe ferri realiter, cum re ipſa in lectis domi jaceant: attamen non ſemper illuduntur, ſed ſæpius realiter prædicta perpetrant.

Ultimum argumentum deſumptum ex *c. Epiſcopi. 26. quæſt. 5.* Achilles eſt patronorum Lamiarum, & hoc urgent, hoc ubique occinunt; ſed facilis eſt ſolutio, hæc videlicet. In *d. c. Epiſcopi.* non realem ſagarum translationem & evectionem, ſed modos, & circumſtantias evectionis damnari, putabant enim fœminæ illæ, quarum textus meminit, ſe cum *Diana Dea*, vel *Herodiade* equitare, quod falſum eſt, cum nec ulla ſit Diana Dea, vel ſuperſtes numen, nec Herodias illa ſaltatricula ullibi in terris equitet, ſed ſit in inferno: Deinde putabant, ſe ſuper veris beſtiis equitare, & tanta ſpacia tam citò, & per aëra conficere, quæ omnia ſunt impoſſibilia, & naturæ contraria. Petrus Binsfeldius *de confeſſionib. maleficor. circa finem, in ſolutione primi argumenti.* Martinus Delrius *diſquiſit. magic. libr. 2. quæſt* 16.

ULTIMUS quis ſit loco, an primus, hoc perſonarum diſcrimen non facit. Gregorius in *procœmio Decretalium* ſe vocat ſervum ſervorum Dei, & tamen Innocentius III. in *c. novit ille. X. d. Judic.* ſe ipſi Imperatori præfert in his verbis, Non inju-

Papa ut minuat ambitionis ſuæ fraudes, perſuadere vult ultimum & primum loco non differre: affectat humilitatē modò, modò omnia ſe humiliora arbitratur. Vid. differentiam, in qua *Conditio impoſſibilis jure.* differentiam, in qua *Eccleſiæ ita ſe habent &c.* differentias, quę de Papa agunt. Deinde ſi

Junctim ſi perpendamus tria juris objecta, primum & ultimum diſcrimen faciunt. In relatione ad perſonas differre primum & ultimum docet differentia, in qua *Saltus in honorum delatione &c.* In relatione ad res differre primum & ultiriosum

rioſum ſibi debet regia dignitas reputare, ſi ſuper hoc Apoſtolico judicio ſe committat, cum Valentinianus, inclytus Imperator, ſuffraganeis Mediol. Eccleſiæ dixiſſe legatur: Talem in Pontificiali ſede conſtituere procuretis, cui & nos, qui gubernamus imperium, ſincerè noſtra capita ſubmittimus.

primus & ultimus non differunt, cui uſui eſt illa Eccleſiaſticorum inſtitutio, de qua in *can.decretis.diſt.21.* Cui uſui eſt illud Harpprechti ad §.9 *num.25. & ſeqq.J.d.I.N.G. & C.* Conſuetudine minimè induci poſſe, ut minor in dignitate majori præferatur. Tum quia talis conſuetudo rationi naturali repugnat. Ordo quippe in præcedendo ſecundùm gradûs dignitatem cenſetur juris naturalis. Tiber.Decian.*reſp.7.num.71.vol.3.* At ratio naturalis authoritate legis vel conſuetudinis immutari nequit, *l.2.ff.d.Uſufr.ear.rer.quæ uſu conſ.* Decius in *rubr.d.appell.num.7.* Tum quia nulla juſtitia eſt majorem ſervire minori, *can.eſt ordo.cauſ.33.q.5.* Tandem ſi primus & ultimus non differunt, cur Papa ſe jactat tantùm ſucceſſorem Petri, & non Apoſtolorum alterius. Dicimus ergo primum & ultimum differre, ſive Canonicum jus ſive Civile conſideremus: ſive ſeria agamus, ſive joco transfigamus: alioquin ubi ordo negligeretur, oporteret ſequi confuſionem: non diſtingui imperium & obſequium: non conſtare, quæ conſtitutio valeat, quæ in deſuetudinem abierit. In ipſis Sympoſiis ſi non obſervetur primum & ultimum: aut ſi primatum ſibi vindicet vix mediæ ſedi inſerendus, quot vel manifeſta jurgia, vel tacitæ ſimultates inde ſubnaſcuntur? Qui priùs juris ſui ceſſionem cæremoniis offerebat, mox vel in ſuum, vel in ſuperiorem locum, tanquam eques Romanus per catadromum feſtinat. Et verò ſuperfluum foret conſilium convivale, quod jucundum habet Franc.Pfeils *conſil.34. A. B. C. D.* ut refert Martinus Naurath in Zoeſii *Cod. d. aleat. lit. a.* Alle Diſcipuli Jurisprudentiæ vnd junge Practicanten ſind mit einandern in einer collation geweſen/haben ſich nach gehaltenem abendmahl über dem handwaſſer freundlich genöhtiget/vnd einer vor dem andern nicht zugreiffen wollen. In deme hat A. alß der Würth geſagt/wer der letzſte wäre/ſolle einen becher wein außtrincken/darcyn ſie alle gewilligt/vnd iſt darauff zugegriffen worden: allein C. hat gar nicht zugriffen/vnder den andern aber iſt D. der letzte geweſen. Darauff gewettet vnd gefragt worden/ welcher vnder den beyden C. oder D. die ſtraff tragen ſoll. Reſp. Nach dem C. neben D. vnd den anderen in das recht/daß letzte einen becher wein trincken ſolle/gewilliget/ob er dann wolle gar nicht zu dem waſſer gegriffen/ſo hat er doch nicht deſtoweniger die ſtraff verwürcket/vnd iſt alſo den becher wein außzutrincken ſchuldig/vnd dieweil er fürſetzlich vnd auß liſt nicht zugreiffen wollen/ſo ſchencke man jhme billich völler/dann einem anderen/von Rechts wegen. Probatur hæc deciſio per textum in *l.7. §. ſi cujus.2. ff. d. tribut. act.* ubi minus tribuere intelligitur etiam is, qui nihil tribuit. Per quem textum quæſtio penè ſimilis determinatur, ut ſi duo pluresve convenerunt, ut ſimul currerent pœnâ conſtitutâ in eum, qui ultimus contingeret metam, & unus ex his prorſus non curreret, nihilominus haberetur pro ultimo, & teneretur ad pœnam. Talia formari, utpote ex facto emergentia, poſſent infinita, ſive in feris animantibus. In *l.1.§.11.ff.Si quadrup.paup.fec.dic.* Cum arietes vel boves commiſiſſent, & alter alterum occidit, Quintus Mucius diſtinxit: ut, ſiquidem is periſſet, qui aggreſſus erat, ceſſaret

mum docent vel ultimæ voluntates. In relatione ad actiones differre primum & ultimum innuunt illæ actiones, quarum altera alteri eſt præparatoria: & illæ actiones, quæ in differentia in qua *Actiones duæ &c.* ſucceſſivè concurrunt. Denique omnes actiones, quia ſi prima actio à ceteris non diſcreparet una omnium actionum eſſet ſpecies.

ceſſaret actio: ſi is, qui non provocaverat, competeret actio. Sive in hominibus. In *l.*45. §.3. *ad L. Aquil.* Cum ſtramenta ardentia tranſilirent duo, concurrerunt, amboque ceciderunt: & alter flammâ conſumptus eſt, nihil eo nomine poteſt agi, ſi non intelligitur, uter ab utro everſus ſit. *Non obſtant* allegata juris Canonici loca, quæ ſi propriè acciperentur, in appoſito oppoſitum implicarent: quâ contradictionum aſpergine tandem jus Canonicum diffluerct. Deinde cum Papa ſe ſervum ſervorum appellat, non intelligit ſervum vicarium, de quo in §. *ſi quis ancillas.*17. *l.d.legat.* quique ſit in peculio ſervi ordinarii. Non etiam intelligit ſervum eorum ſervorum, quos crimina pœnæ infernali mancipant, niſi quatenus interventu ſuo Pontificio crimina diluere tentat. *Sit igitur ſervus ſervorum*, qui præ ceteris ſuperſtitionum periſterotrophio oblectetur. Se dicat Solem, ut tenebroſiſſimorum errorum caliginem offundat: dicat Imperatorem Lunam, ut Imperatorii Solis fulgorem imminuat: dicat in Jeſuitis eminere Planetas, ut Mercurium propter linguæ volubilitatem, Venerem propter libidines, Martem propter ſeditiones & bella, Jovem propter dominandi cupiditatem, Saturnum propter inquiſitionem & bella indigetent. *Sit ſervus ſervorum*, quatenus ſervit avaritiæ, & quæ ceteris affectibus eſt flagrantior, ambitioni, in quam quadrat illud Ant. Æmilii in *orat.*10. Ceteris quidem rebus Deus & natura *creſcendi poſuere modum:*
ſua quoque humanis cupiditatibus ſatias eſt: fames & ſitis tandem reſtinguitur: non amor, non odium in immenſum eunt. Honorum autem & potentiæ fames inexplebilis eſt; in qua nunquam pervenitur ad extremum: quia ipſa expletio novam deintegrò accendit famem, & quantumvis incrementum, majoris initium eſt. Nemo unquam totam ambitionem ſimul explicat, quia nunquam totam habet: utque flammæ vis multo acrior eſt, quo ex majore emicuit incendio; ita multo hic affectus concitatior eſt, in majorum honorum congeſtu. Quia nemo prope eorum, qui in Republ. verſantur, quos vincat, ſed à quibus vincatur, adſpicit: nec tam jucundum eſt multos videre poſt ſe, quàm grave eſt aliquem ante ſe. Gregorius Pontifex, ut ex Bodino refert Arumæus in *diſc. Acad.* 31. *quæſt. ult.* qui ſe primus ſervum ſervorum Dei appellavit, ab Imp. Phoca principatum in omnes Epiſcopos adeptus eſt: poſteri deinceps honores pontificios ad imperia traduxerunt, & ſacra profanis miſcentes potentiam religionis ſpecie incredibiliter auxerunt. Cogitare deberent Papæ illud Philippi, qui cum fortè in palæſtra inter luctandum prolapſus conſurgeret, corporiſque veſtigium in arena cerneret, *Papæ*, inquit, quam parvam terræ partem ſortiti univerſum orbem appetimus. *Sit ſervus ſervorum*, qui ſuo non poteſt, alieno arbitrio regitur: aliis indulget, quæ ſibi vindicabat: tantùm non jura Majeſtatis, quæ ſua credebat, deſerit. Spernendum eſt planè Galbam tres rexiſſe, quos intra palatium habitantes, & nunquam non ei adhærentes vulgò ejus pædagogos dixerunt. Cæſar Claudius, vel potiùs Claudianus iſte ſtipes, à ſuis libertis haud ſecus, atque à parvulo æthiope elephans, circumagebatur. Sic ſervus ſervorum, licet in ſuo ſedeat faſtigio, dum totum ſe alienæ committit prudentiæ, è faſtigio ſuo ſe dejicit, verè ſervus ſervorum fit. Alia ſubminiſtraret ſcripturientis lubido, verùm hic remittit, quæ alioquin eſſet extrema, conſtantia, & major procella æſtu cogitationum includitur.

UNIUS fieri poteſt, quod erat duorum, quia inter ordinarios Judices qui pares ſunt in juriſdictione, præventioni locus eſt, arg. *c. cum plures.* 8. *d. offic. & pot. Judic. deleg. in 6. ibi.* ipſorum qui-

Nulla eſt differentia. Et quod deducitur ex jure Canonico, Gailius *d. loc.* deducit ex jure Civili, *l. pen. ff. d. hæred. petit.* Nec obſtat *d. l.*5. §.2. nam ab actu plurium illicito, quem ſequitur pœna communis, ad actum licitũ, in quo alter alterum præ-

Quicquid in confinio eſt, ad utrumque locum confinem pertinet communiter, arg. *l. ſi verò.*5. *§. interdum.*2. *verſ. quòd ſi ex mediano. ff. d. his, qui effud. vel dejec.* ubi ſi ex mediano cœnaculi quid deje-

libet. Gail. 1. *obſ.* 29. *n.*4. Ita ſi & Mævius & Titius uterque merum habeat imperium, & corporis occiſi pars altera in Mævii, altera in Titii fundo, atque ſic in confinio duorum territoriorum reperiatur, attendi præventio debet, Sigismundus Finckeltaus. *diſput.feud.*4.*theſ.*14.

ctum ſit, omnes tanquam confines tenentur.

venire poteſt, non argumentamur. 2. Res aliqua aut manet communis, ut in *l.* 2. §. 2. *ff. d. aq. & aq. pluv. arc.* aut alterius facto tranſit in jus proprium: priori caſu præventioni non eſt locus: poſteriori præventionem utrumque jus concedit. 3. Etiam caſus rem facit communem. Ita Lege Rhodiâ in *l.*1.*d.L. Rhod.d.jactu.* cavetur, ut ſi levandæ navis gratiâ jactus mercium factus eſt, omnium contributione ſarciatur, quod pro omnibus datum eſt: vel caſus rem facit communicandam. In *eod.tit.l.*2.§.2. communicanda ſunt cibaria, eò magis, quòd ſi quando ea defecerint in navigationem, quod quisque haberet, in commune conferret: vel caſus præventionem admittit. In *eod. tit. l.*7. cum depreſſa navis aut dejecta eſſet, quod quisque ex ea ſuum ſervaſſet, ſibi ſervare reſpondit Paulus, tanquam ex incendio. 4. Res aliqua fit communis aut delatione, aut occupatione: delatione, quatenus, ut in judicio familiæ erciſcundæ, communi dividundo, is, qui rem in commune confert, vult vel illam manere communem, vel eſſe dividundam, vel adjudicatione alteri aſſignandam: occupatione, quatenus, quod natura commune finxit, induſtriæ fit præmium. Hoc modo præventioni eſt locus, ſive illa occupatio ſit judicialis ſive extrajudicialis. De judiciali agit *l.*10.*ff d.pecul.* in qua occupare videtur, non qui prior litem conteſtatus eſt, ſed qui prior ad ſententiam Judicis pervenit. De extrajudiciali agit §.13.*I.d.R.D.* in quo ſi fera beſtia ita vulnerata ſit, ut capi poſſit, ſtatim tua eſſe intelligitur, & eousque tua eſſe videtur, donec eam perſequeris. In hac occupatione extrajudiciali res communis, quia communicatione ſui poteſt fieri alicujus, & res nullius ante occupationem confunduntur. Sic in theſauri inventione præventioni locus eſt. Hæc inventio, quod monitum in *differt. d. mari patul. poſit.*5. non poteſt ſeparari ab occupatione, ut nec occupatio à reliquis acquirendi modis, qui inanes eſſe videntur, niſi occupatio accedat, Gryphiand. *d. Inſul. c.*21. *num.*1. Sed cum occupatione eſt eadem. Sic invenire non illud eſt oculis uſurpare, ſed apprehendere, ut Gordiani epiſtolâ oſtenditur in *l.ſi Barſatoram.*13. *C.d.fidejuſſ.* unde Grammatici invenire & occupare pro verbis ponunt idem ſignificantibus: & tota Latinitas, quod adepti ſumus, id demum inveniſſe nos dicit, cui oppoſitum eſt perdere, ex Connani & Donelli commentariis, Grotius *d.mar.liber.c.*2.

Nunc ad facti ſpeciem, quam *d.loc.* proponit Finckeltaus. *Si & Mævius & Titius uterque merum habeat imperium, quid attendi debeat, ſi corporis occiſi pars altera in Mævii, altera in Titii fundo, atque ſic in confinio duorum territoriorum reperiatur?* Variæ ſunt opiniones ex tribus corporis humani partibus, A' capite, A' corde, A' pedibus. Subſumit Finckeltaus. A' capite nullum jus ſumi poteſt in hac quæſtione. Sit ſane principalior corporis pars caput; quid verò illud ad locum, in quo veriſimiliter cædes commiſſa eſt? Certè vix fieri poteſt, ut ubi caput reperitur, commiſſum præſumatur homicidium, cum ex communiter accidentibus veroſimiliùs ſit caput faciliùs projici, & corporis trunco immoto in alium locum provehi. Non igitur o. *l.*44.*ff.d.religioſ.& ſumpt.fun.* quæ hic allegari ſolet. Nam 1. à ſepultura, de qua ibi, ad jurisdictionem male infertur. 2. in fori competentis quæſtione non membrorum dignitatis, imò nec totius corporis occiſi ratio tam habetur, quàm potiùs ipſius facti ſive delicti. Is enim cognoſcit, in cujus territorio delictum inchoatum eſt, aut ubi delinquens reperitur, *l.*1.*ibi. vel inchoata ſunt, vel ubi reperiuntur. C. ubi d.crim.agi oportet.* Hoc autem ex membri dignitate nemo demonſtrabit, niſi qui argumentationi à baculo ad angulum vim inferendi tribuere velit. 3. Ea ſaltem in *d.l.*44. habetur deciſio. Quæſtio eſt, cum per ſepulturam locus fiat religioſus, §. *religioſum.*9. *I.d. R. D.* quid juris

ſit, ſi diverſæ corporis partes locis diverſis ſint commendatæ? Reſpondet JureConſultus Paulus caput ſpectandum eſſe: ratio eſt, quia ſicut unius corporis una ſaltem eſt ſepultura; ita una ſepultura plures locos afficere religione nequit, cumque caput in jure noſtro membrum principale corporis humani reputetur, ſiquidem arcis quodammodo locum habet in humanis corporibus, ut refert Cælius Rhodig. *libr.3.c.23.* inprimis vero in ea facies eſt formata ad pulcritudinis cœleſtis ſimilitudinem, *l. ſi quis.17.C.d.pæn.* & ex eo homo non vivus tantum, ſed & mortuus aliquo ſaltem modo agnoſci poſſit; ideo placuit Paulo iſtius potius loco religionem tribuere, in quo caput tanquam principale quieſcit. Quæ omnia ad hanc noſtram controverſiam non pertinent. A' corde etiam, tanquam præſtantiſſimo corporis membro, nulla regula extrui poteſt, quia adhuc magna inter Medicos & Phyſicos de primatu cerebri & cordis eſt diceptatio; ideo non immeritò ad ſcholam Phyſicorum, in qua hic non verſamur, ablreganda eſt. Interim certi, quòd ex membri dignitate non fundetur juriſdictio, & quòd JCti non interna, ſed externa ſcrutentur, ſectentur, adeòque & hic non internus, ſed externus locus inſpiciendus ſit, *l.1.& auth.qua in provincia.C. ubi d.crim.agi oport.* A' pedibus quoque nulla eſt conſequentia, cum 1. vulneratus non protinus tam violentâ morte extinguatur, ut ne pedem quidem de loco, in quo ſtetit, moveat. 2. ſi pronus cadit, alium pedes locum occupare & facilè poſſunt, & frequenter ſolent. 3. res pluribus involvi poteſt difficultatibus, ſi unus pes aliud, & alter fortè itidem aliud contingat territorium. Subſiſtit ergo hæc ſententia præventioni locum eſſe, quæ fautrix eſt finiendarum litium. Non enim debent lites propagari ut vites, *l.quidam.21.ff. d. R. C. l.properandum.13. C.d.Judic.* Adhæc noſtra opinio eſt communis authoritate eorum, quos citat Decian. *tract.crim. libr.4.c.17.num.16.* Vid. tamen Berlichium *deciſ.62.num.9.* Borcholten ad *tit.56. quæ ſint regalia. libr.2.feud.* Niellium *diſp.feud.11.in coroll.* Bocerum *c.d. Regal.2.num.148.* ubi tacitè circa hanc quæſtionem inſinuat differentiam inter jus Canonicum & Civile in *his verbis.* At Innocentius ad *c.ſuper eo. num.2.verſ.ſi autem de illa. X.d. Paroch. & alien.Paroch.* tum etiam Joh. Sneidevv. ad *§.ult.I.d.J.N.G. & C.num.8.* exiſtimant ad illius magiſtratus juriſdictionem homicidium illud ſpectare, in cujus territorio capite incumbit interfectus homo.

VOCATUS in judicium tempus habet arbitrarium, intra quod deliberet, cedere an contendere malit, *c. dilectus. 11.X.d.procur.*

Nulla eſt differentia, nam jus Canonicum non concedit tempus arbitrarium, ſed competentem terminum, quem quia non exprimit, expreſſioni juris Civilis acquieſcit *arg. c.1.X.d.N.O.N.* Adhæc *c.dilectus.* proponit non perſonam rei, qui deliberare poſſit, ſed procuratoris, qui conventus dominum conſulere non potuit, cedere an contendere debeat.

Illi, qui vocatur in judicium, viginti dierum dilatio conceditur, ut deliberet, cedere an contendere malit, *auth. offeratur.* C. *d. lit. conteſtat.*

VOCES populi ſunt audiendæ, *c. cum dilecti. X.d. accuſ.* in quo Legati ſedis Apoſtolicæ ad Eccleſiam Agathenſem acceſſerunt, ut in ea legationis officium exercerent, quia de ejus epiſcopo per frequentem cla-

Hæc differentia refertur aut ad hominem in ſe conſideratum, aut ad Judicem. Si ad hominem in ſe conſideratum, præclaras ejus actiones infamiæ metu ſubigi non opinemur. Apud Livium Q. Fabii Maximi cunctatoris ſummam in ſpernenda fama conſtantiam cum alia, tum iſta probant, quòd, cum Hannibali pugnæ copiam facere nollet, ſed morâ copias illius & pecuniarum & commeatus egentes attenuaret,

Voces populi non ſunt audiendæ, *l.12. in ſ.C.d. pæn. l.un. C.ſi quis Imp. maled.* Vid. differentiam, in qua *Fama publica probat.*

morem multa ſibi fuerant inſinuata ſiniſtra.

ſequens illum per aſpera montoſaque, & ſubinde obiter ſeſe opponens, eoque per ludibrium à nonnullis Hannibalis pædagogus diceretur, ille nihil hoc convitio & ſiniſtrâ famâ commotus perrexit ſuum inſtitutum ſequi dicens, *Inſitam ingenio meo cunctationem homines adoleſcentes metum pigritiamque ſanè appellent, dum me non pœniteat, adhuc aliorum ſpecioſiora primo aſpectu conſilia ſemper viſa, mea uſu meliora.* Idem in oratione ad Æmilium Conſulem, *Adverſùs famam rumoreſque hominum firmus ſies, neque te collegæ vana gloria, neque tua falſa infamia moveat. A veritate laborare nimis jus ſæpe ajunt, extingui nunquam. Gloriam qui ſpreverit, veram habebit. Sine timidum pro cauto, tardum pro conſiderato, imbellem pro perito belli vocent. Malo te ſapiens hoſtis metuat, quam ſtulti cives laudent.* V. Barboſ. *axiom. lib. 6. c. 8. axiom. ult.* Si autem hæc differentia referatur ad Judicem, Judex conſiderat vel factum antiquum, vel non antiquũ. Si conſiderat non factum antiquum, abeat ab illo Carpzovii *libr. 1. reſponſ. jur. Eccl. tit. 8. reſp. 78. à n. 4.* Etſi in probatione multum fidei vulgò tribuitur notorietati de antiquo juriſdictionis exercitio, adeò ut quidam exiſtiment probari ſufficienter juriſdictionem antiquam ſolâ famâ & communi opinione, quia nempe in antiquis fama plenè probat, Jaſon in *l. cum aliquis. C. d. jur. delib.* Specul. *d. probat. §. nunc dicamus. in fin.* Cravett. *d. antiq. temp. part. 1. §. viſo de fama. n. 22.* Montanus in *tract. fin. regund. c. 53. num. 6.* accedentibus præſertim teſtibus ſaltem de auditu, Innocentius & Dd. in *c. quid per novale. c. veniens. X. d. V. S.* Attamen longe firmior videtur probatio juriſdictionis facta per ſcripturas & inſtrumenta antiqua, quippe quibus duplex probandi ratio ineſt. Antiquitas & authoritas publica. Propter antiquitatem enim lex facilioribus & levioribus probationibus ac veriſimilibus conjecturis eſt contenta. Si verò cõſideret Judex factum non antiquum, perpendat etiam in alia gente contingere, quod animadvertente Petro Lotichio in *not. univ. & perp. ad Petronium pag. 406.* tribuitur Græcorum genti, quæ malè audit paſſim apud Poetas latinos, & item apud Ciceronem, non ſolùm quaſi voluptatibus addicta & effœminata delitiis, verùm etiam quaſi lubrica fide. Sive quòd olim Romanis adhuc rudibus, & antiquam illam obtinentibus ſeveritatem, Græcorum elegantia luxus videbatur. Sive quòd ſtudiorum æmulatio ac mutuum odium in cauſa fuit, ut ejuſmodi probra de Græcis conſcriberent. Sive quod verè Græcorum nonnulli tales apud Italos fuerunt, quales eos depingit Juvenalis. Vid. Eraſm. *chil. III. cent. 1. LXIV.* Plinius *libr. IIX. c. XXII.* inquit, *Mirum eſt, quò procedat græca credulitas. Nullum tam impudens mendacium eſt, ut teſte careat.* Perpendat etiam Judex experientiam, de qua Cruſius in *tract. d. indic. delict. part. 1. c. 7. à num. 3:* quaque ſatis comprobatur famam ut plurimum mendacem, fallacem, ac tum quidem, cum nonnihil veri intermiſcet, omnino exiſtere, Tertull. in *apol. quod. c. 7.* quæ alibi res fragilis, pernicioſa, & ut maximè ficta & transmiſſa ab iis cenſetur, qui nocendi cupiditate flagrant, atque ſic deſiderant de homine eſſe, uti fama loquitur. Hinc Virgilius in Ætna.

Hæc eſt mendoſæ vulgata licentia famæ.

Et in *ecl. 6.*

Quid loquar? aut Scyllam Niſi, quam fama ſecuta
Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris.

Cum tamen probè conſtet Scyllam illam non Niſi, ſed Phorci filiam fuiſſe, Tiraq. *d. pæn. cauſ. 27. num. 4.* Hinc Hieron. ad Ruffinum, Multum in utramque partem crebrò mentitur fama, & tam de bonis mala, quàm de malis bona falſorum ora concelebrant. Neque cum Farinacio *2. q. 55.* requirimus, Utrùm diffamatus ſit infimæ ſortis humanæ necne? Sufficiat famam etiam contra viros fortunæ amplioris probari, cum error in virum egregium æquè ac plebeium cadere poſſit. *Errare quippe humanum eſt* juxta Comicum. Hinc Crates Thebanus dicebat, poſſibile haud eſſe inveniri, qui lapſus non ſit, veluti in malo punico granum aliquid putidum eſt. Nemo ergo eſt, ait Tiraquellus *cauſ. 44. num. 64.* adeò abſolutus, conſummatus, perfectus, ut non alicubi erret, aliquando diſſimilis appareat. Porro ſi famam in abſtracto conſideres, alia juris ratio dictitat, Cur eam

non

non niſi à viris honeſtis & fide dignioribus progreſſam eſſe oportere dicamus ad hoc, ut probet & convincat fama reum, proinde conſtitutio criminalis Caroli V. *art.* 25. *ibi.* Soll ſolcher böſer leumuth nicht von feinden vnd leuchtfertigen leuthen/ ſondren von vnpartheiliſchen redlichen leuthen kommen. Niſi delictum commiſſum tamen ita comparatum ſit, ut fama originem trahere non poſſit, niſi à viris levioribus, utpote conſortibus & complicibus ejusdem delicti, aliiſque hominibus fortunæ tenuioris, qui citiùs publicè delinquentes, quàm viri honeſtiores offendere & conſpicere poterant, ut eſt maleficium in lupanari vel popina publica commiſſum, Salyc. in *l.* 8. *C.d.accuſ.* Qua in parte Judex circumſpectè acturus eſt, ſiquidem probè inquirat in cauſam, aliaque delicti ejusdem indicia & annexa adminicula. Omne ſiquidem indicium in veriſimili radicem figere debet, *c.quia veriſimile. X.d.præſumpt.* ut ſi qui capiuntur rei, dicant, actum eſt de me: ſi valedicant amicis jam pridem capti: ſi ſupplicium de ſe ipſis poſtulent conſcientiæ œſtris perciti: ſi dicant, veritatem libenter fatebor: ſi lacrymas effundere nequeant: ſi oculos in terram defigant: terribiles deformesque vultus habeant. Meminiſſe verò hic cumprimis oportet, quod requirit Cruſius *d.loc.num.* 9. non tam famam, quàm famæ probationem hoc in loco ſpectandam eſſe, neque enim fama cum effectu juris fama revera dici poteſt, quæ, ut convenit, probata non eſt, quâ in parte conſideranda eſt perſona teſtis & teſtimonii forma. Utrumque deducit ſuis requiſitis Cothmannus *volum.*1. *reſp.*21. *à n.*154. Probat Matthias Stephani ad *d.Caroli V. art.*25. *n.*2. Carpzovius in *pract.crim. part.*3. *quæſt.*120. partim diſſentit, partim aliquid monet. Diſſentit *num.* 25. ubi licet agatur de adulterio alioque maleficio in lupanari commiſſo, famæ tamen à meretricibus & lenonibus ortæ haudquaquam credendum eſt, quicquid etiam aſſerat Zanger (& modò aſſeruerit Cruſius) in *tract.d.quæſt.& tortur. c.*2. *num.*83. *in fin.* poſt Julium Clarum in *pract.* §. *ult. quæſt.*6. *num.*17. quibus aſſentiri non poſſit ob generalitatem *d.art.*25. Neque etiam turpium & infamium perſonarum teſtimonium admittitur, ſed omnino rejici debet, *l.*1. *in princ. &* §. 5. *l.ob carmen.*21. §. *ſi ea rei. ff.d.teſtib.* Quapropter ſublato famæ initio nec ipſa fama attendenda erit; ſiquidem initium cujusque rei attendi debet, *l.clam.*6. *verſ. non enim. ff.d acq. vel amit.poſſ.* Aliquid monet Carpzovius *num.*27. Licet hæc intervenerint ac probata fuerint, quòd ſcilicet delinquens ſit ſuſpectus & initium famæ à perſonis honeſtis & fide dignis ceperit, ; ob ſolam tamen hanc famam non poteſt aliquis torqueri, ſed concurrant neceſſe eſt alia indicia, quæ & communis omnium Interpretum eſt ſententia, teſte Cothmanno *d.loc.num.*184. 185. ubi bene multos autores allegat. Quod & verum arbitratur, etiamſi vehemens ſit fama: nam quò vehementior ea eſt, eò fallacior & pejor eſſe poteſt. His non adverſatur differentia, in qua *Quæſtio cum ſit res gravis &c.* & in qua oportet ut adſint indicia præſumptiva, quæ famam ſervorum ſuſpectam reddant: nam aliud eſt loqui de ſola fama, aliud eſt loqui de indiciis præſumptivis, quæ famam ſervorum ſuſpectam reddant. Vel aliud eſt loqui de fama extranei, de qua deciditur, quòd argumentum torturæ non ſit ſufficiens: aliud eſt loqui de fama propria, quæ potiùs eſſet infamia, & argumentum torturæ ſufficiens. Hacpropter addit Carpzovius *d.loc.num.*29. Judicis partes erunt hoc caſu, ut famæ non ſtatim fidem tribuat, ſed inprimis hoc ſpectet, an aliud ex accidenti ſuperveniat indicium ex iis, quæ in *d.art.*25. habentur, aliisve ſimilibus, quò ad fidem famæ habendam moveri queat.

Reſtat, ut loca juri Civili aſſignata enucleemus. Non obſt. *d.l.*12 *in* §. *C d.pœn.* quia aliud eſt voces populi non eſſe audiendas, quod foret abſurdum: aliud eſt vanas voces populi non eſſe audiendas. 2. noſtra differentia agit de eo, quod antecedit pœnam, num propter id ad pœnam deveniri queat. In *l.*12. agitur de ipſa pœna, de qua, qualis ſit irroganda, interrogatur. 3. noſtra differentia proponit factum, de cujus veritate nondum clareſcit. Lex 12. proponit jus, An in pœnis admittat proportionem geometricam, vel an etiam decurionum filii ut humiliores beſtiis ſubjici debeant. 4. ſubjecta ibidem ratio non quadrat, nam illæ vanæ voces non aut noxium crimine abſolvi, aut innocentem condemnari deſiderant, ſed negant mitiorem pœnam, & eandem etiam in decurio-

num filiis condemnationem cupiunt. Næ ſi vel non pateret innocentia, vel eſſet ambigua, obtineret illud reſcriptum Divi Trajani in *l.5.in pr. ff.d pœn.* Satius eſſe impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem condemnari. Non obſtat *d.l.un C.ſi quis Imp.maled.* in qua deprehenditur. 1. generoſitas, quam etiam in Q. Fabio Maximo laudavimus, & in Trajano extollit Plinii panegyricus, dum ait, *Majeſtatis crimen ſingulare eſſe, & penè unicum crimen eorum, qui crimine carerent, ideóque ejus metum à Trajano eſſe ſublatum contento magnitudine, quâ nulli magis caruerunt, quàm qui ſibi majeſtatem vindicarunt.* Addit Perezius ad *d.l.un.num.4.* Magnanimi eſſe ex Seneca in ſumma potentia injurias pati, nec quicquam glorioſius Principe impune læſo, qui longe ſit execrabilior in propriis, quàm in alienis injuriis. 2. Subeſt metus, nam ut idem Seneca *libr.1.d.Clem.* ſi Princeps omnes convitiatores ſupplicio afficeret, brevi, quibus imperaret, non haberet. 3. In *d.l.un.* non eſt abſoluta aſſertio, verùm diſtinguitur, *Si quis modeſtiæ neſcius & pudoris ignarus improbo petulantique maledicto nomina noſtra crediderit laceſſenda, ac temulentia turbulentus obtrectator temporum noſtrorum fuerit: eum pœnæ nolumus ſubjugari, neque durum aliquid nec aſperum volumus ſuſtinere: quoniam ſi id ex levitate proceſſit, contemnendum eſt: ſi ex inſania, miſeratione digniſſimum: ſi ab injuria, remittendum. Unde integris omnibus hoc ad noſtram ſcientiam referatur, ut ex perſonis hominum dicta penſemus, & utrùm prætermitti, an exquiri debeant, cenſeamus.* 4. Si quis Imperatori maledixerit, non negatur maledicti pœna, ſed tantùm quæritur, an fuerit maledictum, & an profectum ab eo, qui maledicere aut voluerit, aut potuerit: quo caſu poſteriori vult Imperator alterius cognitioni hoc non eſſe committendum, quod ipſum Imperatorem laceſſit. His ante exploratis meliuſculè noſtro ſapit palato Odofredi ingenuitas, quâ ita ad *d.l.un.* In lege iſta tractatur, an puniendus ſit ille, qui malum dicit de Principe? dicit aliquis, qualis eſt Imperator noſter? reſpondetur ei, eſt quidam rufus, non poteſt eſſe fidelis. Item dicit aliquis, qualis eſt Imperator noſter? dicitur ipſi, ipſe neſcit portare pedes in ſtripedio, niſi ſicut eſſet ruſticus: nunquid iſte eſt puniendus, & debet teneri crimine læſæ majeſtatis? Sed debet conſiderari, aut dicit malum de principe levitate animi, & tunc parcendum eſt ei: vel ex inſania dixit, quia eſt furioſus: vel habet dolorem dentis, & tunc ſimiliter parcendum eſt ei. Si autem ipſe dixit animo injuriandi, tunc debet mitti ad principem, ut loquatur cum eo, & Imperator dicit ei, quare dixiſti ſic & ſic? & ita Imperator examinabit, & ſi animo injuriandi dixerit, puniendus eſt, ſicut ei videbitur.

VOLENTI fit injuria, *c.meritò.15.q.1.* Sic in *l.ult. ff.d.ſuis & legitim.* etiamſi pater dotali inſtrumento comprehendit, filiam ita dotem accepiſſe, ne quid aliud ex hæreditate patris ſperaret, eam ſcripturam jus ſucceſſionis non mutaſſe contigit. Privatorum enim cautionem legum authoritate non cenſeri. Si tamen hæc cautio juramento non vi, nec dolo

Nullam invenio differentiam, niſi quòd aſſertum juris Civilis explicatiùs efferat jus Canonicum in *c.Scienti.27. d. R. J. in 6.* quòd ſcienti & conſentienti non fiat injuria. Hac propter obſervat Petrus Peckius *n.10.* copulativè ſcientiam & conſenſum requiri. Interdum enim ſcienti fit injuria, ſed reclamanti & proteſtanti. Interdum fit ſcienti, tacenti & ferenti, ſed non conſentienti, quia contradicere non audet propter metum adverſarii.

Injuria non fit ſcienti & volenti, *l.1.§.uſq. adeò.5. ff. d. injur. l.1. ff. d. act. empt. l.nemo.145. ff.d.R.J.* Thom. Aquin. *2.2.q.59. artic.3.* Sot. *libr.d.Juſtit.3. q.3. art.3.* Menoch. *conſ.98. n.39. cum ſeqq.* Surd. *deciſ.194. num.1.* cujus rationem reddit Barboſa *libr.9.c.62.axiom.23.* quia injuſtitia non fit niſi ei, qui ab alio illam patitur, *l.3. in pr. & §.1. ff. d. tit. d. injur.* nec enim poteſt

præſtito

præſtito firmata fuerit, à filio omnino ſervari debebit, *c. quamvis. d. pact. in 6.* licet ei, quæ jurare voluit, inde fiat injuria. In *c. quod verò. 25. q. 2.* mihi injuriam facio, ſi fratrum meorum jura perturbo. In *c. decrevit. d. hæretic. in 6.* ſi mulieres vel vi amoris adactæ, vel aliter cum viris, quos tunc hæreticos ſciebant, matrimoniũ contraxerint, dotes earum unà cum bonis maritorum confiſcantur. Quod ex *c. pervenit. 27. q. 1. c. quidam monachi. 16. q. 1.* adducitur, vix urget.

Interdum denique fit ab aliquo ſibi ipſi fieri. conſentienti, ſed non verè intelligenti, & quid agat ſcienti. Non obſtat *d. c. meritò.* quando enim volenti non fit injuria, intelligitur voluntas planè libera, non voluntas impedita vel pudore vel obedientiâ, per quam propria voluntas mactatur: text in *c. ſciendum. cauſ. 8. q. 1.* Otto Tab. in *theſ. loc. comm. Juriſpr. ex axiom. Auguſt. Barboſ. lib. 19. c. 41. axiom. 22.* Non o. *d. c. quamvis.* è quo non colligitur, quòd volenti fiat injuria, ſed quod conſentiens jus ſuum remittere damnareq; videatur, Bald. ad *l. 2. C. d. reſcind. vend.* Et ideo patronus conſentiens donationi factæ à liberto, *l. non videtur. ff. Si quid in fraud. patr.* filius conſentiens patri omnia ſua bona donanti, *l. 2. C. illo titulo.* vel eam in feudum concedenti. Subſtitutus conſentiens ut alienentur ea, quæ reſtitutioni ſubjecta ſunt, *l. ſi fundũ. ff. d. leg. 1.* cõtravenire non poteſt. V. Gail. *2. obſ. 139. num. 11.* quia qui conſentit, jura ſua perdit, *l. cum quidam. C. d. adminiſtr. tut.* pariaque ſunt actum aliquem facere, aut ei conſentire, *l. quoties. C. d. fideicomm.* Non obſtat *d. c. quod verò.* quia intelligitur per indirectum & per retorquutionem ſecundùm Archidiaconum & alios ibi, ut refert Barboſa *d. loc.* Unde ſi maritus moriens conſentiat uxori, ut alteri nubat, & ſic injuriam illam remittit: liberi illius ampliùs eam objicere non poſſunt, Gail. 2. *obſ. 98. num. 18.* tametſi eorum intereſt injuriam illam non remitti, & ſecundas nuptias impediri, quippe quòd vidua ad alienas nuptias convolans, ut plurimùm non ſolùm bona, ſed & vitas quoque prolium ſuarum addicant novis maritis, *l. lex quæ. C. d. adminiſtr. tut.* Peckius *d. loc. num 6.* Non obſtat *d. c. decrevit.* in quo non agitur de injuria, verùm de confiſcatione, quæ ſequitur mulierem merentem: meruit autem in eo, quòd vi amoris adacta, aut alio modo adducta cum marito, quem hæreticum ſciebat, matrimonium contraxerit. Non obſtant *c. pervenit. c. quidam monachi.* ad quos ex mente ſuorum reſpondet Streinius in *d. c. 27.* Si monialis reſipiſcens agnito errore ſuo admitti petat, hujus bonæ voluntatis, non prioris malæ habenda ratio eſt: ſi autem retrahitur invita, animæ ejus conſulitur, ne æternùm pereat. Et quia hoc ab Eccleſia ſic conſtitutum eſt favore totius ordinis monaſtici; quemadmodum clericali privilegio clericus renunciare non poteſt, ita nec monaſtico monialis. Quamvis igitur ipſi fugitivæ non fieret injuria, deſerendo & abjiciendo illam ſic volentem, fieret tamen ordini, qui habet jus oviculas ſuas, etiam invitas, colligendi & reducendi. Hoc tandem eſt monendum non eâ anguſtiâ conſtringi hanc differentiam, quin aliis delictis accommodetur, ut patet è materia furti, quod eſt ceteris frequentius. In *l. 46 § 8. l. 48. §. 2. ff. d. furt.* Qui ex voluntate domini ſervum recepit, quin nec fur neq; plagiarius ſit plus quàm manifeſtũ eſt: quis enim voluntatem domini habens fur dici poteſt. Cum Sebaſt. Caſtellioni objiceretur, Quod ei harpago in manu fuerit ad rapienda ligna, quibus domum ſuam calefaceret, ita ſe defendit contra objicientẽ, Grave crimen homo, ſi verum: & æquè gravis calumnia, ſi falſum. Sed fingamus eſſe verum: ſi furor, ut tu doces, cur inſultas? Cur non potiùs te mei miſereſcit, quem Deus eâ conditione creaverit, ut non poſſim non furari? Aut ſi miſereri non vis, aut ſi non potes, aut ſi te non debere putas, cur non me ſaltem ſinis quietum? Cur meorum furtorum turpitudinem toto orbe diſſipas? An ut pudore ſuffundar? At tu me toties impudentem appellas, ut ſi ita ſentiens appellas, non ſit tibi hoc ſperandum. Et ad calcem libelli ſcribis te vix ſperare audere, ut manifeſtæ veritati cedam. An ut à furtis abſtineam?

ſtineam? At ſi neceſſariò furor, non potes tu me ſcripto tuo ſolvere neceſſitate, nec ego
magis à furando poſſum abſtinere, quàm ſtaturæ meæ unum cubitum adjicere. An ut
homines ſibi à furacitate mea caveant? At id damnum cum nullius niſi meam animam
lædat, non eſt ejusmodi, ut te usque adeo ſollicitum habere debeat: Adde, quod etiamſi
admonendi eſſent non omnes, ſed ii dumtaxat admonendi eſſent, ad quos poſſet harpa-
go meus pertingere. Taceo quod homines ſunt, (præſertim Germani) in conquirendis
puniendisque furtis vigilantiores, quàm ut ſint tuis libellis expergefaciendi. An ut me
reddas infamem? At nigræ lanarum nullum colorem imbibunt. Ita me jam denigravit
veſtra diligentia, ut nihil addi poſſe videatur. An ut ſi qui tamen ſuperſunt, qui de me
non malè ſentiant, eis quoq; inviſum me reddas, & in poſterũ toto orbe infamem efficias
in perpetuum? Si iſta tibi cauſa eſt, nimiùm es in iſta parte diligens. An ne quis à me in
doctrina decipiatur? At furtum nihil ad doctrinam religionis. Et poteſt etiam fur ta-
men vera docere. Præterea ex te quæro, furta mea unde reſciveris? Neque enim pro-
fectò vidiſti: Audiviſti credo: ſed cur tam facilè credidiſti? Cur non diligentiùs dela-
tores examinaſti, an vidiſſent, an certò ſcirent, an furtum eſſet, an tantùm lignorum har-
pagatio, in quam furti nomen non caderet? Multæ enim ſunt in actione circumſtantiæ
conſiderandæ, antequam nomen criminis imponas. Decipit hic te profectò, ut & in
multis aliis rebus, & tuorum linguacitas, & ejusdem allectrix tua credulitas. Scis illud:
Facilè credunt homines quæ volunt. Si tibi vel tantulum imperaſſes, nunquam tam graviter
lapſus fuiſſes. Atque ut rem perſpicias, ego tibi negotium, & verius, & certius enarrabo,
quàm quibus tu credidiſti. Eram proximis annis, quibus tu me furatum ligna dicis in
ea paupertate, in quam linguarum veſtrarum virulentiâ conjectum ſciunt omnes, & ver-
ſabar in eis Bibliorum translationibus, quæ mihi eorum odium & invidiam concilia-
runt, quorum amorem debebant. Sic nimirum ſolet mundus beneficia remunerari. In
eo ſtudio cum ita totus eſſem, ut vel mendicare mallem, quàm deſiſtere, & in ripa Rheni
habitarem, capiebam interdum ſucciſivis horis harpagone ligna, quæ ſolet, dum exundat
Rhenus, ſecum rapta devehere, quibus domum meam calefacerem. Hoc tu furtum in-
terpretaris. Certè non bonus neque candidus interpres. Publica ſunt illa ligna,
& primi occupantis. Neque clam ego (Quid enim clam interdiu fieri poteſt intra ur-
bem hanc in ripa Rheni) neque ſolus capiebam. Capiebant mecum piſcatores plerique
omnes, & interdum vicini multi. Quinimo quodam die cum redundans Byrſa, fluvius,
qui ſupra urbem in Rhenum influit, obicibus ruptis ſecum ligna per vim deveheret, quæ
(ut fieri ſolet) in eum ut in urbem per rivum inde derivatum deveherentur, conjecta fue-
rant, & in eis retinendis plus ducenti homines paſſim totâ ripâ occuparentur, ego unà
cum quatuor amicis, harpagonibus, ex lintre alligato ripæ, quem lintrem ad hunc uſum
mihi comparaveram, rapui uno die lignorum ſeptem ulnas, ut vocant, pro quibus præ-
ter ipſa ligna deinde accepi (ut & cæteri raptores) ex decreto Senatûs quaternos ſolidos.
Præmium non furti. (neque enim certè pecuniâ ſolet Magiſtratus noſter furta remu-
nerari) ſed laboris, cujus me non pudet. Hoc eſt factum meum, non furtum, cujus facti
teſtem habeo cum magnam partem urbis noſtræ, tum inprimis multos homines doctos,
qui me ſæpe ibi viderunt: nonnulli etiam audiverunt. Qui profectò lecto tuo ſcripto non
ſolùm ſtomachabuntur, ſed etiam ridebunt; quemadmodum non paucos jam riden
tes ego vidi, cum eis harpagonem, & cymbæ fragmenta, quæ adhuc domi habeo,
oſtendiſſem. Hæc ſunt vera, & tu me furti non ſolùm non verè, ſed ne veriſimiliter qui-
dem accuſas, quin te ipſum in ipſa accuſatione dupliciter prodis. Primum quòd harpa-
gonem nominas. Neque enim veriſimile eſt, poſſe Baſileæ harpagone (cujus uſus non
niſi in fluviis eſt) ligna clam ſurripi. Deinde quòd me accuſas. Nam ut hoc ſcias, hoc &
coram Deo, & coram hominibus teſtari poſſum, vix ab ullo me vitio per omnem vitam
magis alienum fuiſſe, quàm à furto. Nam hoc habuit meus pater boni, quamvis in ma-
gna religionis ignorantia, ut à furto, & mendacio in primis, & ipſe abhorreret, & ab-
horrendum doceret. Itaque erat nobis vulgò me puero, in ore hoc noſtrate proverbium:

ou pendre:

ou pendre, ou rendre, ou les peines d' enfers attendre. Quo factum eſt, ut jam ab ineunte ætate ab his duobus vitiis perpetuò abhorruerim: cujus rei teſtes invoco quicunq; unquam me vel iſtic, vel usquam alibi noverunt. Equidem de lignis, quæ tu ſcripſiſti, audiveram jam ante iſtic jactari: ſed putabam ſermones eſſe tuorum, qui de iis, à quibus te abhorrere ſciunt, quælibet ſpargere ſolent nullo judicio. Sed te, te (inquam) qui me noſſes, hæc credere non putabam. Ut verò etiam publicato libro in totum orbem & ad poſteritatem ſpargeres, ita me Deus amet, quamvis te noſſem, non facilè crediſſem. Sed revera comperio verum eſſe dictum cujusdam antiqui: *Neſcio quomodo nihil tam ſtultum eſt, quod non ab aliquo ſapiente dictum ſit.* Faxit Deus, ut tam manifeſtus caſus ſit tibi occaſio ſurgendi, id, quod certè fiet, ſi Deum diliges.

VOLUNTAS ultima admittit pleniorem interpretationem, *c. 6. X. d. donat.*

Non admittit pleniorem interpretationem, *l. 14. §. ult. l. 15. l. 69. d. leg. 3. l. 3. §. 1. d. trit. vin. vel ol. leg. l. 4. & 13. ff. d. lib. & poſth. l. ult. C. d. C. E.*

Quod loquitur jus Canonicum, etiam Civile, *l. 12. ff. d. R. J.* Pleniùs autem interpretari eſt non ita ſtrictè interpretari, ut verba innuere videntur, arg. *l. 12. §. 2. ff. d. Uſ. & hab.* Hujus plenioris interpretationis rationem Wiſſenbachius ad *d. l. 12. d. R. J. diſp. 2.* derivat vel ex Seneca *4. d. benefic. 22.* quia plerique grati eſſe videntur, cum moriuntur: vel ex Quintiliano *decl. 308.* in qua non aliud videtur ſolatium mortis, quàm voluntas ultra mortem. Ut verò utrumque jus concilietur, diſtinguendum eſt, Utrùm quid omnino non, an ſatis clarè dicatur & perſpicuè, tunc enim arbitrium ultimæ voluntatis ſe habeat juxta illud Virgilianum in *Viro bono*

Ne quid hiet, ne quid protuberet, angulus æquis
Partibus ut coëat, nihil ut deliret amuſſis.

An dicatur ambiguè, tunc plenior interpretatio admittitur. Denique qui procedat interpretatio plenior in ultima voluntate, quàm in contractu, ejus exemplum eſt in allegata *l. ult. C. d. C. E.* ſi conferatur cum *l. 1. ff. d. leg. 2.* In *l. ult.* hoc affirmatur, Si in contractu emptionis venditionis determinatio pretii in tertium ſit collata, & ille tertius pretium non determinaverit, vel quia non determinare voluit, vel quia non potuit, utpote morte præventus, quòd tunc contractus conſtituatur irritus: ſecus autem decidit *d. l. 1.* in qua in arbitrium tertii, ſi ille deficiat, arbitrium boni viri ſurrogatur, idque exigente ultimæ voluntatis naturâ. Vid. Antonium Merendam *libr. contr. Jur. 4. c. 1. 2.*

VOLUNTAS ultima eſt ambulatoria usque ad ſupremum vitæ exitum, niſi juramentũ accedat, quod aliàs actum mutabilem firmum & irrevocabilem efficit, *c. cum contingat. 28. X. d. jurejur.*

Adeò in *l. 4. d. adim. vel transf. leg. l. 32. §. 3. ff. d. donat. int. vir. & ux.* eſt ambulatoria usq; ad ſupremum vitæ exitum, ut hanc mutabilitatem ne juramentũ quidem mutet, quippe juramentum ſequitur naturam actûs, ſuper quo interponitur, *l. ult. C. d. non num. pec.*

Præfertur jus Civile, in quo nemo eam ſibi poteſt legem dicere, ut à priore voluntate ei recedere non liceat, *l. 22. in pr. ff. d. leg. 3.* Facit, quòd teſtamentum demum morte teſtatoris firmetur, nec juramentum imperfectionem hanc tollat, Covarruvias *d. teſtam. part. 2. n. 15.* Non obſt. *d. cap. cum contingat.* quod in conventionibus quidem aliisq; actibus inter vivos verum eſt: ultimæ autem voluntates naturâ ſuâ ambulatoriæ ſunt, & juramento hæc natura mutari, aut juri publico derogari non poteſt. Dubium, quod heic ſubjungit Ludvvell. in *tract. d. ultim. volunt c. 2. num. 3.* circa mortis causâ donationem, quam ultimam voluntatem eſſe conſtat, *§. 1. I. d. donat. l. ult. C. d. m. c. donat.* & tamen volente donatore poſſe fieri immutabilem,

Digitized by Google

l.13.in fin.ff.d.tit.d.m.c.donat. minimè quadrat, quia ut hæc donatio non revocetur, non neceſſarium eſt juramentum. 2. Mortis cauſâ donatio non ſimpliciter, ſed ratione effectûs tantùm legatis & ultimis voluntatibus eſt comparata, *d. l. ult.* aliàs ſupereſſe adhuc differentias quaſdam, & inter eas etiam hanc, quòd pactum vel clauſulam de non revocando recipere poſſit, arg. *N.*87. 3. ſiquidem aliquid eſt reſpondendum, Mortis cauſâ donatio per clauſulam de non revocanda ea degenerat, & in donationem inter vivos mutari poteſt, *l.ubi ita.27.ff.d.tit.d.m.c.donat.* Obſervandum tamen illud Fontanellæ *tom. d. pact. nupt.1.clauſ.4.gloſſ.3.num.3.4.* Licet in aliqua donatione fiat mentio mortis, ſi tamen ea fit demonſtrativè, vel per modum demonſtrationis: nam per modum cauſæ & diſpoſitionis (quod ſemper in dubio eſt præſumendum, Bartol. in *l.centurio.num.31.ff.d.vulgar.* & in *l.cum pater.* §. *menſe.num.8.ff.d.leg.2.* pulcrè Roman. *conſ.343.* prout hos omnes in propoſito refert Aym. *conſ.214.n.6.*) non dicitur donatio causâ mortis, ſed imò inter vivos dicitur nihilominus. Item quando mortis fit mentio in vim & per modum dilationis, & taxationis temporis, in quo donatio effectum eſſet habitura, tunc donatio dicitur inter vivos, non cauſâ mortis, non obſtante, quòd de ea fiat mentio.

VOLUNTAS ultima eſt quidem ambulatoria uſque ad ſupremum vitæ exitum, ſi tamen jurata fuerit, ab ea recedendo perjurus fit, *c.quamvis.2.d. pact.in 6.*

Præfertur diſpoſitio juris Canonici per *d. c. quamvis.* in quo juramentum illud revera contra bonos mores non eſt, quod peccatum non inducit, & conſequenter ſine diſpendio ſalutis æternæ ſervari potuit. Quamvis enim jure Civili hoc juramentum improbetur, arg. *l. non eſt dubium.5. C.d.ll.* adeòque contra bonos mores ejus juris hactenus dici poſſit, arg. *l.112.§.pen. & ult.ff.d.leg.1.* Jure Canonico tamen aliud eſt dicendum, quo contra bonos mores ea demum habentur, quæ turpitudinem in ſe continent: quæ principaliter contra publicam utilitatem ſunt: quæque obſervata in diſpendium ſalutis æternæ vergunt, Gail. 2.*obſ.39.num.15.& ſeqq.* Gœddeus ad *l.3.d.V.S.num.38.* Menochius *conſ.1.num.168 & conſ.401.num.195.* Non obſt. quòd hoc juramentum votum captandæ mortis, & peccatum fovere arg. *l.ult.C.d pact.* adeòque contra bonos mores naturales vel canonicos eſſe videantur, *c.cum contingat.28.X.d. jurejur.* Reſpondeo enim ibi non de teſtamento, cui juramentum de non revocando appoſitum fuit, ſed de pacto ſuper tertii viventis, & non conſentientis hæreditate interpoſito ſermonem eſſe, quod plenum triſtiſſimi & periculoſiſſimi eventûs eſſe dicitur, quoniam facilè votum captandæ mortis inducere poſſit, & proinde meritò repellendum ſit. Adde Covarruviam *d.teſtam.part.2.num.15.* Sic quoque non infringit vim argumenti noſtri, quòd quidam diſtinctionem iſtam inter bonos mores civiles & canonicos planè rejiciant. Vid. Ludvvell. in *tract. d.ult. volunt. part.1. c.1. n.3.* & differentiam, in qua *Mores quotuplices ſint.* Hæc ex opinione aliorum; ut tamen conſiſtat hæc differentia cum illa, in qua *Voluntas ultima eſt ambulatoria uſque ad ſupremum vitæ exitum, niſi &c.* ex præſcripto Zoeſii in *Cod. Ut in poſſeſſ. legat. vel fideicomm. ſervand. cauſ. mitt. quæſt.6.* quæſtioni huic, *An revocari poſſit teſtamentum juratum de non revocando?* Reſp. Videri quòd per juramentum nihil juris accedat heredi ſcripto, cum primordialis natura teſtamenti admittat mutationem, quam non tam immutat, quam ſequitur juramentum, arg. *l.fin.C.d.non num.pecun.* Facit, quòd nemo pôſſit ſibi in teſtamento eam legem condere, à qua recedere non liceat, *l. ſi quis. in princ.ff.d.legat.3. l.cum duobus.§. idem reſpondit.ff. pro ſoc.* Facit gloſſ. communiter recepta ad *c. fin. d. procur. in 6.* ubi procurator datus cum juramento de non revocando nihilominus revocatur ex eo, quòd dependeat revocatio

Perjurus non fit, quoniam juramentum tanquam liberam teſtamenti factionem impediens, arg. *l.cum duobus.52.§.idem reſpondet.9.ff.pro ſoc.* contra bonos mores, *l. ſtipulatio. 61. d. V.O.* obligatorium non eſt.

ex nuda

ex nuda voluntate dantis. Sic & qui juravit aliquam ducere in uxorem, ſi aliam ducat, non tenet juramentum, *c. ſicut. 22. X. d. ſponſal.* Verùm an ſit extra perjurium revocans dubitatur, & poſſit videri, eò quòd malè jurando contra leges videatur ſibi abſtuliſſe teſtandi libertatem, quæ judicant contra bonos mores eſſe libertatem de ſupremis judiciis reſtringere, *l. ſtipulatio. §. hoc modo. ff. d. V. O.* ut procedat regula in *c. non eſt obligatorium. in 6. d. R. J.* ita vult. Gomeſ. ad *l. 3. Tauri. num. 95.* Verùm quia actus hic in ſe eſt talis, qui ex parte jurantis ſervari poteſt, frequentiùs receptum eſt mutationem non eſſe extra perjurium, Joannes Andr. in *c. quod ſemel. d. R. J. in 6.* Covarruv. *2. part. rubr. d. teſtam. num. 47. & 52.* vult tamen idem *num. 63.* juramentum tale habere vim clauſulæ derogatoriæ, & proinde opus eſſe ſpeciali revocatione.

VOLUNTAS ultima non eſt ambulatoria ad ſupremum usque vitæ ſpiritum, eò quòd omnis variatio prohibita ſit, *Clem. 1. d. renunc.* & voluntas ultima pro lege ſit ſervanda, *c. ultima voluntas. 4. 13. q. 2.*

Utroq; jure voluntatem hanc eſſe ambulatoriam ad ſupremum usque vitæ ſpiritum indicant duæ differentiæ, in quibus *Voluntas ultima eſt ambulatoria &c.* Ad loca juris Canonici reſpondetur, & quidem ad *Clem. 1. d. renunc. ex gl. in l. quicquid adſtringendæ. 99. ff. d. V. O.* Quòd ſi ſemel declaravit voluntatem ſuam dubiam, variare non poteſt: quia declaratio ampliùs, quàm ſemel, fieri non poteſt. Facit *C. d. R. C. in l. ſi quis jusjurandum. 11.* Deinde *Clem.* non omnem variationem vetat, ſed eam, quæ ſit illuſio. Tertiò illam variationem perſonis Eccleſiaſticis maximè eſſe vitandam cenſet. Tandem variationi ob probabilem cauſam vim denegat. Ad reliqua duo loca reſpondet *l. 1. C. d. SS. Eccleſ.* in qua Nihil eſt, quod magis hominibus debeatur, quàm ut ſupremæ voluntatis, poſtquam jam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtilus, & licitum, quod non ampliùs redit, arbitrium. Ita ut voluntas ultima pro lege ſit ſervanda vel in relatione ad teſtatorem, ita ut ejus voluntatis idem ſit favor, qui legis ordinatæ, à qua nemini recedere licet: vel in relatione ad eos, qui ultimam voluntatem implent. Nihil enim magis eſt curandum, quàm ut ea impleatur, *l. 4. C. d. neceſſ. ſerv. hæred. inſt.* cum impium atque crudele eam negligere, *l. contra voluntatem. 7. C. d. teſtam. manumiſſ.* è contra verò is piè agat, qui eam conſervat, *§. ſi verò expreſſim. auth. d. hæred. & Falcid. Nov. 1.* Jaſon in *auth. ſi qua mulier. col. 5. verſ. tertiò principalis opinio. C. d. tit. d. SS. Eccleſ.* Weſenb. *2. conſ. 90. num. 18.* Laurent. Kirchov. *conſ. 26. num. 2. verſ. num relictum. & conſ. 298. num. 27. cum ſeq. vol. 1. & conſ. 119. num. 34 vol. 2.* Siquidem voluntatem teſtatoris prædominari, & tanquam reginam primum locum obtinere, præcipuè ſpectari, ad unguem obſervari, totum facere, non circumveniri, neque verborum ſubtilitate circumverti debere inter omnes conſtare ac certi juris eſſe tradit & probat eleganter Joh. d. Caſtil. in *tract. d. conject. ult. vol. c. 18. n. 1. & ſeqq.* Unde etiam peccatum mortale committere is dicitur, qui, cum poteſt, ultimam defuncti teſtatoris voluntatem non exequitur, *d. c. ult.* Addit Otto Tabor in *theſ. locor. comm. Juriſpr. ex axiom. Barboſ. libr. 19. c. 41. axiom. 4.* ex Anton. Gomez. *libr. 2. var. reſol. c. 4. num. 6. verſ. quintò facit.* adeò quidem, ut nec Imperator nec Pontifex Romanus, nedum conventiones privatorum efficere poſſint, quò minùs teſtamentum alicujus ſervetur, atque executioni mandetur.

Eſt ambulatoria ad ſupremum usque vitæ ſpiritum, *d. l. 4.* Barboſa in *axiom. libr. 19. c. 41. axiom. 35.* & declarat axioma procedere in actibus reſpondẽtibus ultimæ voluntati, & qui non niſi in ultima voluntate fieri poſſunt, ſecus in aliis, ut in remiſſione delicti in teſtamento conceſſa, quam teſtator ad bonam valetudinem rediens revocare non poteſt.

VOLUNTAS ultima ſi vera & libera non fuerit, eſt ipſo jure nulla, & non demum Prætoris auxilio reſcinditur, quia & matrimonium metu contractum eſt ipſo jure nullum, arg. *c.*14. 15. 29. *X.d. ſponſal. junct. c.*1. *X. d. deſponſ. impub.* Vid. differentiam, in qua *Vi geſta ipſo jure nulla &c.*

Non eſſe ipſo jure nullam, ſed hereditatem heredi tanquam indigno auferri, & fiſco applicari tenet gloſſa in *rubr. ff. ſi quis aliq. teſt. prob.*

Opinio juris Civilis communiter recepta eſt, fatentibus Jaſone & Vaſquio in *tract. d. ultim. volunt. part.* 1. *c.*1. *num.*2. & verior videtur. 1. quia coacta voluntas voluntas eſt *l.*21. §.5. *ff. quod met. cauſ.* non quidem ratione initii; ita enim ab alterius impulſu & coactione proficiſcitur, arg. *l.*3. §. *ult. & paſſim. d. tit.* ſed ratione finis propter quem, & temporis, quo fit teſtamentum, arg. *l. ſi patre.*22. *d. R. N.* quo ſenſu id, quod metu geſtum eſt, voluntarium potiùs, quàm invitum eſſe docet Ariſtot. 3. *Ethic. c.*1. 2. quoniam regulariter ea, quæ metu geſta ſunt, ipſo jure valent, & Prætoris demum auxilio infirmantur, *l.*1. *& t. t. ff. quod met. cauſ.* §. 1. *I. d. except. cum ſimilibus.* à qua regula cum nuſquam exceptum legatur teſtamentum, meritò ſub ea relinquendum eſt, arg. *l. de pretio.*8. *d. public. in rem act.* 3. arg. *l.*1. *C. d. tit. ſi quis aliq. teſt. probib. &c.* ubi dum civilis diſceptationis, i.e. actionis vel petitionis hæreditatis ſecundùm gloſſam mentio fit, eam ipſo jure valere, & ex valido teſtamento deſcendere, omnino præſupponendum videtur. Denique facit, quòd legata & fideicommiſſa ex teſtamento metu facto deberi videantur; ex teſtamento autem ipſo jure nullo non debeantur, arg. *l.*2. §. *ult ff. d. t. ſi quis aliq. teſt. prob. l. filio.*17. *ff. d. injuſt. rupt. irrit. teſtam. & ibi Weſenb. in π. num.*6. Quamvis enim Dd. Gloſſam ſecuti *d. l.*2. de eo caſu accipiant, quo quis poſt ſolenniter & liberè factum teſtamentum prohibitus eſt per vim aut dolum, ne id mutaret, cum mutare vellet: tamen verba JurisConſulti generalia hanc interpretationem vix patiuntur; inprimis cum idem JC. Paulus alibi ſcribat, iſto caſu, quo teſtator voluntatem ſuam mutare à ſcriptis heredibus prohibitus eſt, ab univerſo priore judicio eum receſſiſſe videri. Ad argumentum pro opinione juris Canonici allatum quod attinet, reſponderi quidem poteſt, adhuc dubitari, An matrimonium metu contractum ipſo jure ſit nullum, an verò valeat, & per Eccleſiam demum reſcindatur, ut teſtantur Mozzius *d. matrim. rubr. d. ſubſt. formal. & eſſent. matrim. num.*4. & Bernhard. Græv. *pract. concl. libr.* 2. *concl.*93. *num.*5. & dato, matrimonium coactum ipſo jure nullum eſſe, tamen id, quod in matrimonio ſpecialiter contra regulas juris conſtitutum, ad teſtamentum ſine textu temere trahendum non eſt: maximè cum matrimonium propiùs ad bonæ fidei negotia, arg. *l. un. C. d. R. V. A.* §.29. *I. d. action.* teſtamentum ad ea, quæ ſtricti juris ſunt, arg. §.28. *I. d. tit. l.*6. *d. in lit. jur.* accedat: dolus autem vel metus bonæ fidei, non ſtricti juris negotia, ſi cauſam iis dederit, ipſo jure nulla reddat, *l.*7. *in pr. ff. d. dol. m.*

VOLUPTAS aliquid facit equidem eſſe connexum Regalibus, non tamen id ipſum cenſet jure Regalium: nam connexum non eſt idem cum eo, cujus connexum eſt, *c. fin. X. d. Inſtit. c. per veſtras. X. d. jur. patron. c. de-*

In quæſtione, *An jus Venandi regalibus annumerandum ſit?* affirmata concluſio patronum invenit eximium JurisConſultum, Dn. Pruckmann. in *tract. d. regalib.* §. *venatio*, & ante eum Modeſtin. Piſtor. *conſ* 14 *num.*23. *vol.* 4. Adhæc quotidiana teſtatur experientia,

Quod jus Venandi regalibus adponatur, ei fundamentum videtur eſſe ſtructum in *tit.*56. *quæ ſint regalia. libr.* 2. *Feud.* ubi etiam reditus piſcationum regalibus connumeratur. Multò magis ergo regalibus adponen-

bitum.

ſitum. X. d. Baptiſm. Felin. ad *c. tranſlato. num. 6. d. Conſtit.* ſed eſſentialiter ab eo diſtinguitur, Decius ad *c. quantò. num. 3. X. d. Judic.* idcirco dici non poteſt jus Venandi regalibus apponi debere.

quòd Duces hodie, Marchiones, & Comites jus venandi in Ducatibus, Marchiis, & Comitatibus ſuis ſibi ſolùm vendicant. Ducatus autem, Marchionatus & Comitatus feuda ſunt regalia, ut quæ à ſolo Rege, id eſt, Imperatore conferuntur. *Tit. 14. in princ. lib. 1. feud. & tit. 34. in pr. verſ. Sed talis diſtinctio. lib. 2. feudor.* Cum ergo regalibus cohæreat jus venandi, certè eorum pars quædam eſſe videtur. Pars autem ejusdem eſt conditionis, cujus totum *l. quæ de tota. 76. ff. d. rei vindicat.* Eſt ergo & jus venandi jus regale. Præterea tutari videtur idem pronunciatum textus in *l. un. C. d. venatione ferar. lib. 11.* ubi Honorius & Theodoſius Impp. occidendorũ tantùm leonum cunctis poteſtatem faciunt: cæteras autem feras beſtias ad comitatum tranſmitti jubent. Quia verò comitatus eo loco aula imperatoria ſignificari videtur, per ea, quæ tradit Andr. Alciat. ad *l. pupillus. 239. §. territoriũ. ff. d. verb. ſignif.* certè venationis jus ad regalia pertinere exiſtimandũ erit. Deniq; ſuâ conſtitutione Fridericus Imp. in *tit. 27. §. Nemo retia. lib. 2. feud.* jubet, ut nemo deinceps jus venandi uſurpet. Quocirca ſoli Cæſareæ Majeſtati ea legislatio jus venandi addicit, ſiquidem Imperator lege illâ ſit ſolutus. *l. Princeps 31. ff. d. legib.* & in ſermone, ac qualibet diſpoſitione non includatur perſona loquentis & diſponentis, ſed ea cenſeatur regulariter excepta, *l. inquiſitio. 18. C. d. ſolut. c. Quisquis. extra. de præbend.* Alex. ad *l. frater à fratre. 38. n. 7. ff. d. condict. indeb.* Barbat. *conſil. 32. colu. 3. lib. 4.* Ruin. *conſil. 83. colum. ult. lib. 5.* Menoch. *conſil. 2. num. 78. & conſil. 250. num. 23.* Neque impedit affirmatam concluſionem, quòd jus venandi non connumeratur regalibus in *dict. tit. 56. Quæ ſint regal. lib. 2. feudor.* Quippe cum non omnia ibi Fridericus Imperator regalia recenſeat, ſed præter ea plura ſint alia, veluti leges condere, aperire ſcholas publicas, quas Academias vocamus, indicere bellum, creare Notarios, & id genus alia, de quibus Bocer. *d. regal. c. 2.* Neq; dici poteſt venandi jus nihil ad dignitatem Cæſaream conferre, ſiquidem in eo plus ſit ſplendoris, majeſtatis & amplitudinis, quàm in creatione Notariorum, legitimatione liberorum naturalium, aut ad arrogationem præſtatione authoritatis, quæ & ipſa ſunt regalia, ut *d. loc.* Bocerus oſtendit. Ceterùm negatam ſententiam tuetur inprimis hæc ratio, quòd regalia primitus à populo Romano Imperatoriæ Majeſtati ſunt aſſignata, ſicuti regalium definitio à Dd. tradita, & explicata abunde arguit. Venationem autem ipſi juri gentium acceptam referimus, *§. Feræ igitur beſtiæ. Inſtit. d. rer. diviſ. & l. 1. ff. d. acquir. rer. dom.* Huic argumento adjungimus & illud, quòd venationum reditus eſt portio uſusfructûs, & in privatorum prædiis etiam privatis debetur. *l. item ſi fundi. 9. §. aucupiorum. & l. uſufructuarium. 62. in pr. ff. d. uſufruct. & l. venationem. 26. ff. d. uſur.* Accedit huc & illud, quòd Principes, Comites, Barones, Nobiles venandi jus non ab Imperatore poſſident, ſed ſuo proprio jure, ut per Majores præſcriptione antiquitus adquiſitum. Denique huic negatæ ſententiæ robur addit & hæc ratio, quòd multis in locis orbis Romani etiam privati homines jus venandi uſurpant, cum tamen regalia conceſſione, aut præſcriptione ad publicas tantùm, non privatas perſonas tranſire poſſint, argumento *l. 3. C. d. juriſdict. & c. cauſam, quæ. extra. de reſcript.* & ſcribit nominatim Lucas.

dum videtur jus venandi. Hinc juris Authores à venationum reditu ad reditum piſcationum argumentari ſolent, *l. item ſi fundi. 9. §. aucupiorum. ff. d. Uſufr.* Unde colligitur quòd ejusdem conditionis ſint, proindeque duo determinabilia, piſcationum reditus & reditus venationũ, etiam æqualiter determinari debent per *l. jam hoc jure. 4. ff. d. vulg. & pupill. ſubſt. l. quamvis. 4. ubi Dd. C. d. impub. & aliis ſubſt.* Vid. differ. in qua *Venationem Duces &c.*

de Penna ad *l.2.C.d.jure Reip. lib.*11. & eum ſecutus Roland à Valle *conſil.1.n.149.& ſeqq. vol.2.* Verior itaque eſt communis Dd. ſententia, exiſtimantium, jus venandi regalibus non adponi. Nihil auxiliatur contrariæ affirmatæ concluſioni ratio pro ea primo loco ex *dict. tit.56. Quæ ſint regal. lib.2.feudor.* adducta. Eſt enim aliud jus piſcationum, aliud item reditus piſcationum. Jus piſcationum in mari & fluminibus publicis regale non eſt, ſed jure gentium omnibus eſt commune. *§.Flumina autem.Inſtit.de rer.diviſ.l.4.in fin.ff.d.t.l.1.in fin.l.3.in princ.ff.d.acquir.rer.dom.l.injuriarum.13.§.ult.ff.d.injur.& l.2.§ ſi quis in mari.ff. Ne quid in loco publ.* at reditus piſcationum eſt juris regalis, *dict.tit.56. Quæ ſint regalia.* Per reditum autem piſcationum eo loco ſignificatur vectigal, quod ex piſcationibus, quæ in mari & fluminibus publicis fiunt, fiſcus Imperatoris capit, *per text. in l.inter publica 17.§.ult.ff.d.verb.ſignif.* & ſcribit Rodericus Suarius in Conſilio ſuo *de uſu maris, num.11.& 12.*& Hotomannus ad *dict.tit.56.in verb.piſcationum eſt. lib.2.feud.* Unde licet in *dict.l.inter publica.§.ult.ff.d.verb.ſignific.* Florentina lectio habet picariarum, retineri tamen poteſt lectio vulgata Piſcariarum, ut proinde nihil opus ſit, ut cum Cujacio in *dict.Tit.56.lib.2.feudor.* pro piſcationum legamus, Picariarum: maximè cum ipſemet etiam Fridericus Imperator inter regalia numeraverit quoque piſcarias in ſermone ſuo, quem ſupra in initio hujus capitis ex Radevico retuli. Quidam autem piſcariarum vectigal interpretantur vectigal illud, quod pro uſu fori, quo piſces venduntur, ſolvitur, quos etiam ſequitur Gœddæus ad *d.l.inter publica.17.§.1.n.11.ff.d.verb.ſignific.* At quia venalitium id eſt, vectigal ob venditionem proponendam in nundinis à negotiatoribus exigi jure prohibetur. *l.un. ubi Cujac.in paratit. & Sichard. C.d.nundinis.* & vectigal illud cujusque loci magiſtratus ex uſu capiat, non fiſcus Imperatoris, idcirco ſatius eſſe judico, ut interpretationi priori inhæreamus. Cum ergo non jus piſcationum, ſed reditus, id eſt, vectigal tantùm piſcationum regalibus aſſocietur in *dict.t.56. Quæ ſint regalia.* Haud certè concluditur inde, jus etiam venandi regalibus adponendum. Ex eo autem, quòd piſcationum reditus annumeratur regalibus *dicto loco*, non eſt confeſtim inferendum, reditus etiam, id eſt, vectigal venationum regalib. adjici debere; tum quia ſeparata ſunt piſcationum reditus, & reditus venationum *dict. l. Item ſi fundi.9.§.aucupiorum.ff.d.uſufruct.*& in ſeparatis ab uno ad aliud nihil infertur *l.duobus. 25.ff.d.teſtament.tutel.* Nicol.Everhard. in *Topicis legalibus.in loco à ſeparatis*: tum quia piſcationum & venationum ratio eſt diverſa. Piſces in mari & fluminibus inſtar fructuum pendentium pars maris & fluminum eſſe cenſentur, ut poſt alios docet Hartman. Piſtorius *lib.1.quaeſt.jur.quaeſt.24.num.65.& ſeqq.* Feras autem beſtias fundorum partem eſſe nemo dixerit. Atque hoc etiam jure gentium non in publicis tantùm fundis, ſed & in privatorum prædiis, etiam alienis venari licet. Cum ergo in mari & fluminibus publicis multum juris habet Imperator. *l.2.ff. Ne quid in flum. publ.* non debet videri mirum, quòd etiam reditus piſcationum, quę fiunt in mari & publicis fluminibus, inter regalia numerantur. Venationum verò reditus non item. Cujac. quidem ad *d.t. Quæ ſint regalia.* ſcribit, quod fiſcus Imperatoris vindicet ipſum jus piſcandi in mari & fluminibus publicis, idque ex uſurpatione, id eſt, præſcriptione: ſed malè: tum quia regalia Imperator non ex præſcriptione, ſed ex conceſſione & reſervatione poſſidet; tum quia non ipſum jus piſcandi, ſed reditus tantùm aliquis piſcationum à Friderico Imperatore regalibus aſſociatur. Nullum quoque robur aſſumit contraria ſententia ex ratione ſecundo loco adſcripta. Poſito enim, quòd duo ſunt determinabilia reditus piſcationum, & reditus venationum: attamen regula illa, quod una determinatio reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinet, ob diverſitatis rationem ceſſat, ut poſt alios ſcribunt Jaſon ad *dict.leg. Jam hoc jure.4. num.11.verſ. Secundò ad iſtam regulam. ff. de vulg. & pupill.ſubſtit. Dec.conſil.394 num.3.conſil.456.colum.ult.verſ. Reſponderi poteſt* Ripa ad *l.1.in princ. num.68. ff. de verb. oblig.* Menoch. *conſil. 222.n.41.* Cum ergo diverſa ſit ratio venationum & piſcationum, ut paulò ante oſtendi, ceſſare hic meritò illa regula debet. Quod attinet tertium affirmatæ ſententiæ argumentum,

ad id

ad id reſpondet, quod juri Civili adſcripſimus. Nihil quoque tribuit firmamenti aſfirmatæ concluſioni textus in *dict.l.un.C.d.venatione ferar.lib.*11. Quod enim ejus legis attinet partem priorem, eſt ea de venatoribus & confectoribus Leonum, an ſcilicet hi pro odioſis & infamibus ſint habendi. Solebant apud Romanos quidam propter venationem habere homines, qui feras beſtias venarentur, & cum captis feris beſtiis pugnarent, *l.qui dolo.*10.*ff.ad leg.Jul.de vi pub.* Quidam autem ex his hominibus locabant ad hoc ſuas operas, ut feras venarentur, vel depugnarent cum captis feris; quidam verò virtutis oſtendendæ causâ ſine mercede aut honorario, vel venabantur feras, vel depugnabant cum captis feris; Illi autem infamiâ notabantur, & idcirco poſtulare non poterant; hi verò non fiebant infames, & poſtulare poterant *l.*1.*§.*6.*verſ.Et qui operas ſuas ff.d.poſtulando.* Hinc ergo dubitabatur; an & ille infamiã ſubiret, qui Leones venaretur & occideret. Quocirca ut hanc dubitationem tollerent Impp. Honor. & Theodoſ. in *d.l.un.C.d.venatione ferarum.lib.*11. cunctis occidendorum Leonum poteſtatem fecerunt ſine ulla calumnia. Poſterior pars *d.l.un.* definit, quamdiu proſecutores ferarum ſumptu publico commorari cum feris in ſingulis civitatib. poſſint. Transmittebant olim limitum Duces ad Principem Romanum feras quaſdam beſtias vivas, fortè in uſum ſpectaculorum, quæ apud Romanos uſitata erant, *l.Nemo judicum.*5.*C.d.ſpectaculis.* & *l.un.C.d.expenſis publicorum ludorum.lib.*11. ſolebant autem feræ illæ beſtiæ publico ſumptu ad Imperatorem transmitti. Unde ſingulis in civitatibus, ad quas in itinere divertebant, publico ſumptu cum proſecutoribus ſuis alebantur. Sed ne civitatibus ipſis nimis oneroſæ eſſent beſtiæ illæ & eorum proſecutores, idcirco Impp. in *d.l.un.§. Beſtias autem. C.d.venatione ferar. lib.*11. tempus definierunt certum; ultra quod reſidere in ſingulis civitatibus non poterant; quod tempus eſt ſeptem dierum. Atque hanc eſſe ſententiam poſterioris partis *d.l.un.* oſtendit quoque ibidem Cujacius, licet ob brevitatem verborum obſcurè; ut & in commentariis ad *Tit.ff.d.diverſis temporalibus præſcript.cap.*6. tum etiam ad *l.un.in fin. C.d. tractoriis & ſtativis. libr.*12. Quapropter cum *d.l.un. C de venat.fer.* hæc ſit mens, quam aperui modo, patet inde per eam jus venandi haud eripi privatis, & ſoli Imperatoriæ Majeſtati aſſignari, atque ita regalibus aſſociari. Reſtat ut expediamus ſententiam noſtram eâ difficultate, quæ adfertur ei ex diſpoſitione *d.tit.*27. *§.Nemo retia.lib.*2.*feudor.* Certè huic loco varii ab Interpretibus affinguntur intellectus. Quidam intelligunt eam diſpoſitionem de venatione in prædiis Imperatoris: Quidam de venatione, quæ fit in viis publicis: Quidam autumant adimi eo loco jus venandi privatis, idque in privilegium tribui ſolis militibus. Aliqui de venatione, quæ fit in fundis alienis, non quam quis exercet in proprio fundo, exaudiendum eum locum putant. Alii interpretantur eam legiſlationem de venatione, quæ fit adhibitis armis. Hos intellectus quinque collegit Jacobin. de S.Georgio in *Tractat. d. feud. in verb. Et cum venationibus. num.*1. & Cœpolla *Tractat. de ſervitutibus ruſticor. prædior. cap.*21. *num.*8. & 9. qui uterq; repudiatis tribus primis interpretationibus probant intellectus duos poſtremos, exiſtimantes in prædiis alienis nemini integrum hodie eſſe venari feras beſtias cum armis. Atque hæc explicatio illi conſtitutioni planè convenire videtur, ſiquidem ea tota ſit de pace tenenda, venatio autem, quæ armis fit in fundis alienis, cum prohibente domino exerceri non poſſit. *§. Feræ igitur. verſ. planè. Inſtit. de rer. diviſ. & l.laqueum.*55.*ff.d.acquir.rer. dominio. l.Injuriarum.*13. *in fin. ff.d.injur.* occaſionem præbeat violandæ paci. Sed reor *in dict. §. Nemo retia.* prohiberi venationem in fundo alieno etiam eam, quæ fit ſine armis: tum quia ne retia quidem, aut laqueos tendere ad capiendas beſtias ibi permittitur; tum quia etiam ſine armis pax publica violari oſtenditur in *§.pen.& ult.ejusdem tit.*27. tum poſtremò, quia vis publica committitur etiam abſque armis, *l.*3.*§. Item tenetur. & §.ſeq. l.*5. *in princ. l.*6.*l.*10. *in princ. ff.ad l. Jul. de vi pub.* Cujac. quidem, & Hotomannus *ad dict. tit.*27. *de pace tenenda*, exiſtimare videntur, jus venandi per eam conſtitutionem ad Principum voluptates & ludos accommodari. Verùm huic intellectui refragatur generale illud verbum *Nemo*: tum

etiam

etiam regula in *l. Præcipimus. 32. in fin. C.d. appellat.* quæ hæc eſt. Quicquid ſpecialiter novâ lege non videtur cautum, id veterum legum conſtitutionumque regulis relictum intelligitur. Hactenus Bocerus *c.de Regal.1.à num.30.*

VOTUM à perſona ad perſonam non tranſit, quia votum eſt perſonale. Hinc Zoeſio ad *tit. Decretal. X. d. vot. & vot. redempt. num.1.* Votum eſt actus religionis, quę Deo juſtum ac debitum cultum tribuit, cui vota nuncupamus, tanquam omnium largitori, vel pro impetratis jam beneficiis, vel pro impetrandis.

Geminam quæſtionem tractat Zoeſius *d. loc. num.60. 61. An obligatio teneat alios, quàm voventem?* Et negativam vult procedere in perſonalibus votis, quę perſonam non egrediuntur. Adeò ut ſi vovens perſonale aliquid ut operas ſuas in ſubſidium & ſervitium rei piæ, in perſona pia impediatur, vel per ætatem, morbum aut quid ſimile, non teneatur per alium ſervitium exhibere, quia actio illa ſimpliciter eſt perſonalis. Quòd autem ſit promiſſa in ſubſidium, vel ratione cultus divini, non mutat naturam voti perſonalis. Excepti tamen caſus, de quibus Navarr. *c.12. num.55.* veluti ſi ſuâ culpâ factus eſt impotens, ne ex ſua culpa lucrum reportet: aut vovet, quod per ſe præſtare non poteſt: aut denique ex veroſimili mente per ſe aut per alium vult præſtari. Secunda quæſtio eſt, *An heres teneatur ad vota defuncti ab ipſo non impleta?* Reſp. Neutiquam teneri ad vota perſonalia, ſive ſit filius, ſive extraneus. Nam licet repræſentet perſonam defuncti, verè tamen ab eo diſtincta eſt perſona, quæ promiſſione alterius formaliter obligari non potuit. Ejusmodi enim promiſſio ducit reſpectum ad propriam voluntatem & conſenſum, ut non poſſit alium obligare, cum obligatio non oriatur niſi ex proprio actu; non eſt autem actus teſtatoris actus heredis: & votum ſit lex quædam privata, quam quisque ſuá voluntate ſibi imponit, ab alio autem impoſitum non cogitur acceptare; perſonale enim eſt, non conjunctum cum hereditate, ſed cum perſona. Dico non cogitur, nam ſi acceptet, ſuam faciet defuncti promiſſionem ratione acceptationis. Et hoc quoad heredem voluntarium. Heredi neceſſario non poteſt defunctus hoc onus imponere, cum illi ſit abſolutum jus ad hereditatem, quod non poteſt teſtator minuere, *c. licet. 6. X.d.t.d.vot.& vot.redempt.* E' quibus reſponſio formari poteſt ad *d.l.2.*

Si fortè, qui decimam vovit, deceſſerit ante ſepoſitionem, heres ipſius hereditario nomine decimæ obſtrictus eſt: voti enim obligationem ad heredem tranſire conſtat, *l 2. §.ult. ff. d. pollicit.*

VOTUM ex errore emiſſum obligat, *c ex parte.14. X.d.converſ.conjug.*

Obtinet jus Civile, ſi error ſeu ignorantia circa voti ſubſtantialem conditionem verſetur: nec opus eſt adjicere alterum membrum, ſi error ſit in cauſa finali, quâ ceſſante ceſſet id, quod ad finem tendit, quia alterum illud membrum nihil aliud eſt quàm conditio. Obtinet jus Canonicum, ſi error ſit circa cauſam impulſivam, qualis reperitur in *d.c.14.*

Non obligat, quia votum naſcitur ex conſenſu, cui contrarius eſt error, *l.15.ff.d.jurisd.*

VOTUM obligat etiam impuberes, *c. venientis.2. X. d. vot. & vot. red.* Vid. Rittersh. *d. differ.jur.Civ. & Can.libr.3.c.8.*

Primò incertum eſt, quis in *d. c. 2.* dicatur pueriliſ eſſe ætatis. Deinde etiamſi certum eſſet, nec jus Canonicum impuberem obligat, hoc ſaltem addito, ut impubes obligationem ſuam eleemoſynis & unius pauperis ſuſtentatione redimat.

Votum tantùm obligat puberes, *l.2.in §.ff.d. pollicit.*

USUCA-

USUCAPERE poteſt, qui dubitat, quia hoc ſolummodo requiritur, ne aliquis in continuatione poſſeſſionis conſcientiam rei alienæ habeat, *c. ult. X. d. præſcript.* Vid. oppoſitas ſibi differentias, in quibus *Præſcriptio non requirit bonam fidem: ſemper requirit bonam fidem.* Quomodo dubitans ab ignorante diſtet, Vid. Zœſium ad *tit. C. d. jur. delib. quæſt.* 1. & ad eum Martinum Naurath *lit. a.*

Bonâ fide poſſidet uſucapiens, qui rem ex juſta cauſa accipiendo putat ſe eâ acceptione dominum fieri: ut quemadmodum incipit rem tenere pro ſua (id enim poſſidere eſt) ſic verè rem ſuam factam putet, ut ſit in re, i.e. in animi ejus ſententia, quod verbis & vultu videtur de ſe profiteri, atque ita bonâ fide agat, quod agit. Vel, ut ſe quis dominum fieri exiſtimet, duabus in rebus poſitum eſt. Una, ut ſi is, à quo poſſidendi cauſa eſt, transferendi jus non habet, putet tamen habere: quod ita fiet, ſi vel putet eum dominum eſſe, neque ei interdictam rei ſuæ alienationem: vel ita ſi ſciat eum dominum non eſſe, ut tamen putet eum alienandi jus habere, puta tutorem aut procuratorem eſſe, *l. qui à quolibet. D. contr. empt. l. bona fidei. D. V. S.* Donell. *libr. comment. jur. Civ.* 5. *c.* 17.

Quamvis, referente Joan. Franciſc. Balthaſar. *pract. reſol. jur. Civ. & Bavar. part. 2. tit. 9. reſ. 6. num. 2. & ſeqq.* Domin. Sotus & alii pauci indiſtinctè negent uſucapionem; communiſſima tamen Theologorum, Canoniſtarum ac Juriſconſultorum ſententia ita diſtinguit: Aut enim hujusmodi dubium in principio & inchoatione præſcriptionis intervenit, & tum taliter dubitans non poteſt præſcribere, arg. *l. bonæ fidei. ff. d. A. R. D. l. un. C. d. Uſucap. transform.* aut verò ex poſt facto ante inchoatā bonâ fide præſcriptionem dubium ac titubatio intervenit, & tunc tale dubium præſcribenti non obſtat: modò tamen aliquis interea, dum dubitat, moralem diligentiam adhibeat, ut reſcire poſſit, an res illa, de qua ambigit, ſit aliena nec ne. Et ita intelligi poteſt *d. c. ult. X. d. præſcript.* quòd in continuatione poſſeſſionis quis bonam potiùs & non malam fidem habeat. Addit Balthaſar *d. loc.* Illud quidem communiter receptum eſt, quòd is, qui non ſolùm dubitat, an res ſit aliena, ſed etiam ex ignorantia juris ambigit, an propter tale dubium rem à ſe poſſeſſam ſalvâ conſcientiâ retinere poſſit, dicatur in mala fide, & in conſcientia ad reſtitutionem illius rei obligetur. Hacpropter aliis placet diſtinctio Fachinæi 1. *contr.* 65. & 8. *contr.* 34. inter dubium practicum, ſi quis dubitet an rem ſine peccato retinere poſſit, & ſpeculativum, ſi an dominus author fuerit. Nam hujusmodi dubitans pro ignorante habetur, *l. ult. C. d. condict. ind. l. ult. §. 2. C. d. furt.* Nec quisquam ferè bonæ fidei poſſeſſor, cui non ejusmodi dubium aliquando ſuboriri & incidere poſſit. Fides enim illa, quâ rem ſuam credit, non eſt ſcientia, quia ea eſt rerum neceſſariarum, quæ ſe aliter habere nequeunt. 1. *poſt. anal.* 27. Rei autem falſæ, & ejus, quod non eſt, nulla certitudo, neceſſitas, ſcientia. Et ſciens non errat nec fallitur. Errat autem bonæ fidei poſſeſſor rem alienam pro ſua habens. Non igitur ſcit. Quare opinatur. At opinio ſemper incerta, ejusque vis in dubia ac infirma aſſenſione, cum ſit propoſitionis nullo certo argumento confirmatæ comprehenſio, Hillig *ad d. Donell. loc. in annot. lit. a.*

Imò, quod magis miremur, eſt contra differentiam, in qua *Præſcriptio procedit absque titulo,* & contra ſupra allegatam, in qua *Præſcriptio ſemper requirit bonam fidem,* aliqua recepta uſucapio longiſſimi temporis in odium ejus, cujus res erat uſucapta, quam nec bona

ſides nec dubitatio nec titulus comitantur. Vid. Gilkenium *d. præſcript. part. 2. membr. 2. c. 3. num. 1. & ſeq.* Balb. *d. præſcript. part. 2. part. 3. pr. q.* 13. & pluribus firmat Vaſq. *2. contr.* 76. Adde Coſtal. ad *l. 6. d. S. U. P.* Coler. ad *c. quoniam. d. præſcript. per totum.* quos allegat Frantzkius *exerc. ad Inſt. 5. q. 7. num.* 8. licet communis Canoniſtarum opinio ſit in contrarium teſte Gilkenio *d. loc. num.* 3. propter *c. vigilantis. c. ult. X. d. præſcr.* ubi Baldus *num.* 2. ait, quòd ſcientia juris Civilis in hac controverſia nos ducat ad gehennam; etſi centenaria ſit præſcriptio. Quod tamen non immeritò diſplicet Colero ad *d. c. quoniam.* ubi poſtquam in utramque ſententiam latè & eleganter diſputaſſet, tandem cum Felin. in *d. c. fin. num.* 1. concludit *num.* 27. communem hanc opinionem valde reddi dubiam, ſed & contrariam opinionem in puncto juris eſſe ſuſtentabiliorem, & veriorem. Intereſt certè Reipubl. eſſe aliquem litium finem, & aliàs unâ manu univerſum jus uſucapionum præſcriptionumq; ſuſtuleris, & leges ſub *tit. C. d. præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* de vento nobis ſervire feceris. Pergit *d. loc. num.* 10. 11. 12. Frantzkius, ſanè ut aliàs in pluribus; ſic & hic à ſumma juris naturalis generalitate propter bonum publicum licitum eſt recedere, præſertim in iis, quæ ſimpliciter non prohibentur. Stante autem hac opinione, quæ & in Camera Imperiali eſt recepta, ita jus Canonicum temperandum erit, ut procedat in caſu, ubi expreſsè conſtat de mala fide. Ceterùm poſt 30. annos in dubio præſumetur bona fides. Et ſi exceſſerint 100. anni, præſumptio illa debet eſſe juris & de jure, nec admitti probatio in contrarium. Unde in hac præſcriptione multò minùs titulo opus eſt ne quidem de jure Canonico. Denique nulla requiritur poſſeſſio, cum hanc uſucapionem merum odium non petentis, quod ſibi debetur, cauſetur, & ſolius temporis lapſu defendatur. Quemadmodum alii contrarium aſſerant in actionibus: alii diſtinguant inter actiones perſonales & reales: alii velint præſcribi actionibus, vid. Balthaſar. *d. loc.*

USUCAPIONE completâ ſi ei, qui uſucepit, innoteſcat rem fuiſſe alienam, in conſcientia eam reſtituere tenetur, Joan. Andre. in *c. poſſeſſor. d. R. J. in 6.* Ant. de Butrio in *c. vigilanti. X. d. præſcript.* aliique relati à Petro Gilkenio *d. præſcript. part. 2. membr. 2. c. ult. num.* 20.

Quando aliquis rem alterius legitimè præſcripſit, & poſt completam præſcriptionem incipit primùm in cognitionem devenire, quòd res illa aliena fuerit, non eſt dubium quin in foro externo ad reſtitutionem faciendam nullo modo adſtringatur: cum præſcriptiones ad publicam utilitatem adinventæ fuerint, ut litium denique finis eſſet *l. 1. d. U. & U.*

Si utriusque juris poſitionem intueamur, inveniemus equidem opponi conſcientiam & forum externum, verùm non opponi jura quorum duntaxat un[illegible] circa conſcientiam quærit. At ponamus hæc jura opponi, infirma valde eſt Canonici juris aſſeveratio, quam ne planè negent, alii diſtinctionem faciunt inter titulum onerosum & lucrativum, ita ut res titulo oneroſo acquiſita, ac legitimè poſtmodum præſcripta in conſcientia reſtitui non debeat: ad id tamen faciendum is adſtringatur, qui rem titulo lucrativo acquiſivit, & poſtmodum ex hoc titulo uſucepit, gloſſ. in *d. c. vigilanti. verb. noverit. X. d. præſcrips.* Franc. Connanus *comment. jur. Civ. libr. 3. c. 13. num. 9.* cujus tradita huc transferre lubet. Ego, inquit, quid verum ſit & juſtum quæro, non quid quisque aut opinetur aut credat. Juſtitia enim ſemper & vera & certa & immutabilis eſt, nec opinionibus hominum pro cujusque conſcientiæ modo aut adſtringitur aut laxatur. Dicam quod mihi videtur, aliud alii fortaſſe, ſed dicam ut ſentio. Rem ex lucrativa cauſa mihi quæſitam nolim retinere, etiam legitimè impletâ præſcriptione, ſi quandocunque mihi veri domini notitia venerit, & potiùs lucro meo cedam, quàm ut ejus retinendi cauſâ damnum illi afferam. Alii ita diſtinguunt, aut enim is, contra quem

ses ali-

res aliqua præſcripta eſt, fuit negligens circa eam perquirendam, & tum præſcribentem completà uſucapione ad reſtitutionem non teneri dicunt: aut verò is, contra quem præſcriptum fuit, non fuit negligens, ſed diligens in re ſua perquirenda, & tunc præſcribentem ad reſtitutionem rei legitimè præſcriptæ in foro conſcientiæ adſtringi exiſtimant: eò quòd præſcriptio in odium negligentis introducta fuerit; cum igitur diligenti nulla culpa imputari poſſit, conſequenter etiam nullam pœnam ſuſtinere debet, Panormit. in *d c. vigilanti. num. 6. X d. præſcript.* Hoc notandum ejusdem eſſe priorem & hanc diſtinctionem, ita ut hæc diſtinctio ſit pars prioris diſtinctionis, quæ agit de titulo oneroſo. Sic enim ſupra allegatus Connanus *d. loc.* Sin mihi emptione, permutatione & ſimili titulo cœpi bonâ fide poſſidere, & ante perfectam præſcriptionem cognoverim alienam, faciam certiorem eum, cujus res eſt, ne deſidiâ ſuâ patiatur eam perire: ſic enim & illi & mihi conſultum eſt, quoniam mihi datur actio adverſùs autorem meum. Quòd ſi bonâ fide perfecta præſcriptio eſt, quia nullâ jam actione mihi poſſum conſulere adverſùs venditorem, videtur conceſſum ut præſcriptionis bono utar etiam adverſùs verum dominum. Nam quum eò res adducta ſit, ut mihi aut illi damnum aliquod ſit ſuſtinendum, æquius videtur, ut indiligentiâ ſuâ dominus faciat proprii juris jacturam, quàm ut ego, qui nulla ſum in culpa, detrimentum accipiam. Utcunque tamen hæ diſtinctiones ſtent vel cadant: aliæ ſint ſeu eædem, rejectis hisce communiſſima apud Joan. Franciſc. Balthaſar. *pract. reſol. jur. Civ. & Bavar. tit. 9. reſ. 6. num. 2.* eſt ſententia tum Theologorum, Canoniſtarum ac Legiſtarum, quòd talis, qui legitimè ac bonâ fide rem aliquam præſcripſit, neque in conſcientia ſeu foro animæ ad reſtitutionem illius rei faciendam obligatus ſit, Domin. Soto *d. Juſtit. lib. 4. q. 5. art. 4.* Ludov. Molina *d. Juſtit. tract. 2. diſp. 61. num. 6.* Andr. Tiraquellus *d. præſcript. §. 1. gloſſ. 2.* Didac. Covarruvias in *relect. c. poſſeſſor. part. 3. §. 2. n. 1. d. R. J. in 6.* Franc. Sarmient. *ſelect. interpr. libr. 2. c. 10. num. 2.* Harpprecht. ad *princ. Inſt. d. Uſucap. num. 62.* quia lex juſta etiam in foro conſcientiæ ſeu judicio animæ, uti loquuntur, vim obtinet ac ſervari debet: cum obtemperandum ſit magiſtratui ejusq; legibus, D. Paul. *ad Roman. 13. verſ. 5.* Juſtiſſima autem lex eſt, quæ uſucapionem & per hanc dominii translationem introduxit, *d. l. 1. d. V. & U.* Deinde quia ſi juſtè poſſidet, qui authore Prætore poſſidet, *l. juſtè. ff. d. A. vel A. P.* ideo multo majore juſtitiâ nititur, qui authoritate Legis poſſidet, cum hæc omnium rerum domina ſit & magiſtra, & eas cuique & quando vult, aufert & attribuit, *l. 2. ff. d. ll.* Accedit, quòd non poſſit dici in mala fide eſſe, cui jam completâ legitimè præſcriptione ſupervenit ſcientia, rem alienam fuiſſe: cum mala fides ſit ſcientia rei alienæ: atqui res præſcripta non poteſt dici ampliùs aliena, poſtquam jam præſcripta eſt, ſed cenſetur eſſe propria præſcribentis. Non enim eſt alienum, quod jure poſſidetur, D. Auguſtin. in *can. quid dicam. cauſ. 14. q. 4.* Deniq; quia reſtitutio, quam quis in conſcientia facere tenetur, inde provenit, quòd res alienas vel alteri debitas absque peccato detinere non poſſimus, *c. peccatum. d. R. J. in 6. c. filius noſter. X. d. teſtam.* id quod etiam legi Divinæ congruit, quæ furtum facere & rem alienam concupiſcere prohibet, *Exod. 20. v. 15. 17.* ſed rem legitimè uſucaptam non ampliùs eſſe alienam jam modò dictum eſt: ergo nullâ ratione priori domino uſucaptor eam reſtituere cogendus eſt: tametſi illam fuiſſe alienam completâ uſucapione reſciverit. Non huic obſtat ſententiæ trita regula, quòd actus vitietur, cum pervenit ad eum caſum, à quo incipere non poteſt, *l. exiſtimo. 98. in fin. princ. ff. d. V. O. l. pro parte. 11. ff. d. Servitut. l. quis in eum. 16. ad L. Aquil. l. 3. in fin. ff. d. his, quæ pro non ſcript. hab.* Nam regula illa officium ſuum perdit, quando actus jam eſt perfectus & conſummatus: tunc enim impedimentum ſuperveniens non vitiat neque nocet, arg. *l. pluribus. §. etſi placeat. ibique Bartolus. ff. d. V. O.* Dynus in *c. factum legitimè. 73. num. 7. & 8. d. R. J. in 6.* Similiter nihil reſiſtit pervulgata regula, quòd ceſſante causâ neceſſariâ vel finali ceſſare etiam debeat effectus, *c. cum ceſſante. 60. X. d. appell. c. cum infirmitas. 13. X. d. pœnit. & remiſſ. l. adigere. 6. §. quamvis. ff. d. jur. patron. l. ex facto. 43. in princ. ff. d. vulg. & pupill. ſubſt.* Ea ſiquidem procedit ante effectum conſummatum; ſecus ſi effectus conſummationem ſuam jam eſſet ſortitus. Tunc enim licet ceſſet

cauſa, non tamen ceſſat effectus, arg. *l. qui res. 98. §. aream. 8. ff. d. ſolut. l. ſancimus. 25. ibi. non enim debet, quod ritè & ſecundùm leges ab initio factum eſt. ex alio eventu reſuſcitari. C. d. adm. tut. d. c. factum legitimè. 73. d. R. J. in 6.* Tiraquellus in *tract. ceſſante causâ ceſſat effectus. limit. 12.* Adrian. Gylmannus *tom. 2. Symphorem. ſupplicat. part. 1. vol. 21. num. 39.* Ergo & in noſtro caſu mala fides poſt completam præſcriptionem ſuperveniens obeſſe non debet.

USUCAPIO triennalis in rebus mobilibus contra Eccleſiam non procedit, ſed requiruntur illi quadraginta anni, de quibus agit differentia, in qua *Præſcriptio Eccleſiaſtic. act. &c.* & ita ſentiunt Hoſtienſ. in *c. 1. X. d. in integr. reſt.* & Panormitan. ibidem *num. 13.* dicit hanc opinionem æquiorem.

Ratio Canoniſtarum videtur fundari in textu *c. illud. X. d. præſcr.* quod indiſtinctè loquitur non conſtituendo differentiam inter res mobiles vel immobiles; conſequenter etiam generaliter erit intelligendus, arg. *l. d. pretio. 8. d. public. in rem act.* Cum igitur generaliter intelligendus eſt textus juris Canonici, idcirco leges civiles eidem derogare non poſſunt, utpote quæ de rebus Eccleſiaſticis diſponentes ipſo jure ſunt invalidæ, *c. Eccleſ. S. Mariæ. X. d. Conſtit. c. ult. X. d. reb. Eccl. non alien. c. 1. diſt. 96.*

Quas actiones aliàs decennalis, aliàs vicennalis, aliàs tricennalis præſcriptio excludit, hæ, ſi loco religioſo competant, quadraginta annis excluduntur: uſucapione triennii vel quadriennii præſcriptione in ſuo robore durantibus, *auth. quas actiones. C. d. SS. Eccleſ.*

Verùm contraria ſententia communiſſima & receptiſſima eſt, eamque tenent Felin. in *c. de quarta. X. d. præſcript.* Franc. Balb. *d. præſcr. 1. part. 5. princ. quæſt. 1. num. 10.* Covarruvias in *c. poſſeſſor. part. 2. §. 2. num. 5.* Angelus Aretinus in *§. res fiſci. I. d. Uſucap.* Harpprecht. ibidem *num. 138.* Leonhard. Leſſius *d. Juſt. libr. 2. c. 6. dub. 7. num. 22.* Jaſon in *d. auth. quas actiones. num. 4.* Cardin. Tuſch. *lit. P. concluſ. 556. num. 43. & 56.* Matth. Berlich. *part. 2 concl. 7. num. 15.* Atque hoc ampliatur procedere, ut etiam res mobiles ſpatio trium annorum contra Romanam Eccleſiam uſucapiantur, Lud. Molina *d. Juſt. tract. 2. diſp. 68. num. 3.* Pergit Joan. Franciſc. Balthaſar. *pract. reſol. jur. Civ. & Bavar. part. 2. tit. 9. reſol. 65. num. 4. 5.* Illud diligenter notandum eſt, Etſi ad uſucapionem triennalem titulus neceſſariò requiratur, quòd tamen nihilominus res mobiles ſpatio triginta annorum abſque titulo uſucapi poſſint, non ſolùm adversùs privatos, verùm etiam contra Eccleſiam & quidem Romanam, Lud. Molina *d. diſp. 68. num. 4.* quia res immobiles abſque titulo ſpatio triginta annorum præſcribuntur: ergo etiam & quidem ex potiori ratione mobiles res præſcribi poterunt. Et quia Eccleſia etiam Romana ſecundùm quorundam ſententiam nullo ſpeciali jure gaudet, conſequenter contra illam res mobiles abſque titulo triginta annis uſucapientur. Quæritur autem, *An ſicuti per præſcriptionem longi temporis tollitur hypotheca in re mobili conſtituta, ita etiam jus pignoris in re mobili per triennalem uſucapionem extinguatur?* Et reſpondetur, quòd non. Text. in *l. uſucapio. C. d. pignorib. gloſſ. & Dd. commun. ibidem.* Uſucapio, inquit, pignoris conventionem non extinguit, *l. juſto. §. non mutat. ff. d. Uſucap.* Cynus in *l. corruptionem. quæſt. 2. C. d. Uſufr.* Franciſc. Sarmient. *ſelect. interpr. libr. 2. c. 9. num. 3. & 4.* Ant. Neguz *d. pign. 2 membr. 6. part. princ. num. 14.* cujus ratio eſt, quia ſicuti per alienationem hominis, vid. debitoris, non tollitur neque extinguitur jus hypothecæ creditori competens, *l. debitorem. C. d. pign.* ita neque per alienationem legalem, prout eſt uſucapio, tolletur: cum uſucapio dicatur alienatio legalis, *l. alienationis. ff. d. V. S.* Ratio verò differentiæ, quare in præſcriptione longi temporis cum domino etiam juri hypothecæ præſcribatur, & non è contra juri pignoris in uſucapione triennali hæc eſt: quòd in præſcriptione longi temporis ſufficiens ſimul tempus ad præſcriptionem hypothecæ interveniat: aliud eſt in uſucapione triennali, quæ ad præſcriptionem hypothecæ non ſufficit. Unde licet trien-

nio ac-

nio acquiratur dominium rei mobilis, tamen ſeparata eſt cauſa dominii ab hypotheca, gloſſ. in *l. uſucapio. C. d. pignor.*

USUCAPIO ut procedat, de jure Canonico non ſufficere vult Aretin. in *l. apud Julianum. §. conſtat. ff. d. leg.* 1. titulum lucrativum.

Sic variis implicatur uſucapio opinionibus, in differentia, in qua *Praſcriptio procedit abſque titulo.* Videbatur nullus requiri titulus: in hac non ſufficere lucrativus videtur. Sed oſtendit ex Felino in *c. ſi diligenti. ante finem X. d. præſcript.* adversùs Aretinum Joan. Franciſc. Balthaſar *pract. reſol. jur. Civ. & Bavar. part. 1. tit. 9. reſol. 8. num.* 4.5. titulum tam lucrativum quam onerosum ad præſcriptionem eſſe ſufficientem. Ideo enim titulus in præſcriptione requiritur, ut ex eo bona fides præſcribentis eliciatur ac colligi poſſit: atqui hoc æquè fieri poteſt in titulo lucrativo, quàm in oneroſo: idem igitur jus eſt ſtatuendum, *l. 108. ff. d. V. O.*

Sive fuerit dominus, qui tibi loca, de quibus ſupplicaſti, donavit: ſive à non domino bonâ fide donata ſuſcepiſti, eaq; uſucepiſti, auferri tibi, quod jure quæſitum eſt, non poteſt, *l. 1. C. d. Uſuc. pro don.*

USUFRUCTUARIUS etiam in vero uſufructu tenetur ad cautionem idoneam, *cap. ult. X. d. pignor.*

Nulla eſt differentia, quia illud eſt ſciendum, ſive jure ipſo quis uſumfructum habeat, ſive etiam per tuitionem pretoris, nihilominus cogendum eſſe fructuarium cavere aut actiones ſuſcipere, *d. l. 9. §. 1.* Ad *l. ult.* reſpond. eum uſufructuarium, niſi excuſaret paterna reverentia, ad cautionem fuiſſe coactum, quia nec ille, ut l. ipſa indigetat, ulio modo circa uſumfructum facere poteſt ea, quibus uſusfructus deterior reddatur. Ad *l. 9.* reſpond. in ea proprietatem ab uſufructu ad tempus tantùm diſtingui, & eum, cui legatus purè eſt uſufructus, poſſe proprietatem ex die relictam aliquando nanciſci, adeò ut cautio non ſit neceſſaria, quam ſibi ipſi quodammodo præſtaret. De cautione in q. uſufructu præſtanda Vid. Martinum Naurath in *Zœſii Cod. d. Uſufr. & habit. lit. f.* ubi confert Gailium, & ab eo diſſentientes additâ Bachovii diſtinctione, quod Gailii opinio vera ſit reſpectu habito ad initium, cum introduceretur quaſi uſusfructus. Alteram verò veram eſſe reſpectu habito ad tempus ſubſequens, poſtquam nempe in eſſe venit.

Abeſſe poteſt, *l. ult. §. 4. C. d. bon. quæ lib. l. 9. §. 2. ff. Uſufr. quemadm. cav.* Vid. Zœſium ad *tit. C. d. Uſufr. & habit. q.* 1.

USUFRUCTUARIUS omnis, atque ita etiam pater, qui monaſterium ingreditur & monachus fit, ex eo tempore, quo monaſterium ingreſſus eſt, pro mortuo habetur, & ita filius legitimam non expectatâ morte patris petere poteſt, *c. cum ſimus. 14. X. d. regularib. can.*

Si credenda eſt differentia, antehabemus jus Civile. Tum quia pater, licet monachus effectus, adhuc tamen naturaliter vivit, & ſic durat uſusfructus. Monaſterio autem, quatenus capax eſt, omnia deferuntur, quæ monachus habebat, *auth. ingreſſi. C. d. SS. Eccl.* Tum quia monaſterium ingrediens pro civiliter mortuo non habetur,

Filius legitimam non expectatâ morte patris petere non poteſt, per *auth. ſi qua mulier. C. d. SS. Eccl.* ex qua eluceſcit patre demum mortuo, qui monaſterium eſt ingreſſus, filio legitimam deberi. Idem arguit *l. 1. §. ſi impubere. ubi Bartol. ff. d. collat. bon.*

non dicatis.11. *§.cum hujus.* *c.12.q.1.*

arg.textûs in l.Deo nobis.56.§.hoc etiam.1.C.d.t. ubi notatur monachum omnia cognationis & agnationis jura retinere, proindeque parentibus & cognatis omnibus ab inteſtato ſuccedere poſſe. Verùm ne credatur differentia, locis juris Canonici reſponderi poteſt. Ad *c.* enim 14. cum Harpprechto *ad §.3.I.d.Uſufr. num.*18. reſpondemus, nihil illud aliud, quàm hoc, dicere, quòd filius, qui in ætate puerili conſtitutus habitum monachalem ſuſcepit, pœnitentiâ ductus à monaſterio recedere, habitumque monachalem relinquere; atque hac ratione poſt diſceſſum à monaſterio factum jus ſucceſſionis in bona patris & aliorum integrum recuperare poſſit. Nihil ergo omnino inde, niſi valde ineptè, inferri poteſt ad legitimam, quam Canoniſtæ poſt monaſterii ingreſſum à patre factum filio ſtatim deberi autumant. Ad ſequentia loca reſpondet idem Harpprechtus *d.loc.num.*19.20. non adverſari, quòd pater ingreſſus monaſterium in poteſtatem ſuperioris tranſeat, & ſic patriam poteſtatem, & conſequenter etiam uſumfructum (quem ratione patriæ poteſtatis acquirit) amittat: cum ipſe in poteſtate alterius exiſtens alium in ſua poteſtate habere nequeat, *l.ſic eveniet.21.ff.ad l.Jul.d.adult.* Etenim textus ille in *d.c.non dicatis.* nequaquam de patria vel dominica poteſtate, quæ patri in liberos, vel domino in ſervos competit; ſed potiùs de ſpirituali quodam imperio & providentia exaudiri debet, quâ Prior monachis ſuis, quaſi filiis quibusdam ſpiritualibus (qui ipſi ceu ſpirituali patri propter Chriſtum omnem obedientiam & reverentiam debent) proſpicere, eosque regere, diligere ac tueri tenetur. En cæcam Harpprechti obedientiam! Addit quòd tam cauſas conſtituentes patriam poteſtatem quàm diſſolventes ſeu corrumpentes ex jure ſumere oporteat. Nullum autem jus reperitur, quo diſertè cautum ſit, monachiſmum patriam poteſtatem perimere. Denique in *n.*21. ait non reſiſtere argumentum diſſentientium à ceſſante ratione petitum, quòd uſusfructus bonorum adventitiorum detur patri ob cuſtodiam & adminiſtrationem, quæ in patre monacho effecto omnino ceſſet. Quia negatur & pernegatur: quòd in propoſita ſpecie omnis adminiſtratio ceſſet: cum Officiales & miniſtri ipſius monaſterii talia bona diligenter, imò forſan diligentiùs, quàm Laici, cuſtodire, gubernare & adminiſtrare valeant, ut poſt Practicum Papienſem ſeu Ferrarienſem tradidit Pinellus in *l.1.C.d.bon.matern.part.1.num.*50.

USUFRUCTUARIUS qui non poteſt cavere fidejuſſoribus, nec admittitur ad cautionem juratoriam, quia hac cautione admiſsâ poteſt fieri malus. Semel autem malus ſemper præſumitur malus in eodem genere delicti, text. in *c.ſemel malus.d. R.J. in 6.* ad quod vide omnino Peckium.

Hanc quæſtionem tractant etiam Hermannus Hermes ad *tit. ff. Weſenbec. Uſufr. quemadmod.caveat. lit.e.* Hahn ad *eundem.* Oſtermann. in *Colleg.Col.Jurid. vol.1. diſp.16.th.26.* infiniti alii. Placet præ cæteris Gailius *libr. 2. obſ.47.*ubi *n.*4. quærit, *Quid ſi uſufructuarius ob paupertatem vel aliã difficultatem idoneos fidejuſſores invenire non poſſit, an hæres ſcriptus exigens cautionem ab uſufructuario contentus eſſe debeat juratoriâ cautione, ita ut eâ præſtitâ uſufructuarius fructus ſuos faciat?* Reſpondet idem *num.5.& ſeqq.* Doctores in hac quæſtione variant, & ſunt quatuor opiniones, quas

Cautio Uſufructuarii non eſt intelligenda de nuda promiſſione, ut in *l.3.C.d.verb.ſign.* ſed datis fidejuſſoribus, *l. 4. ubi gloſſ. C. d. Uſufr. l.1.verb. datis fidejuſſoribus. qui ſatisdar. cog. &c.* Si verò neque fidejuſſoribus neque pignoribus ob inopiam cavere uſufructuarius queat, æquius eſt eum ad cautionem juratoriam admitti, *auth.generaliter. C.d.Epiſc.& Cler.* Weſenrecitat

recitat gloſſa in *l.uſufructu 4.C.d. uſufr. & habit.* Secundùm apices Juris dicendum eſſet non ſufficere oblationem juratoriæ cautionis. 1. quòd Uſufructuarius idoneè cavere debeat cum fidejuſſoribus. 2. Quòd quoties tractatur de neceſſaria cautione, ut in uſufructuario, nunquam juratoria ſufficiat: etiamſi evidens ſit impotentia cavendi. 3. Quòd in ſimili tutor, qui ſatisdare non poteſt, ab adminiſtratione repellatur, etiamſi cautionem juratoriam offerat, text. in *l.2.C.d.tut.vel cur.qui ſatis non ded.* Iis tamen non obſtantibus benignior veriorque opinio eſt ſufficere cautionem juratoriam, illamque ab herede in defectum fidejuſſorum eſſe recipiendam, ſi fiat eo, quo debet, modo. Duo enim ad hanc cautionem requiruntur. Primò, quòd juret ſe fidejuſſores habere non poſſe: deinde, quòd ea facere velit, quæ ſibi incumbunt. Quemadmodum in materia *auth. quæ ſupplicatio.C.d.precib. Imp.off.* quando reviſio petita eſt, pars victrix ad hoc, ut ſententia executioni mandetur, nec impediatur per proceſſum reviſionis, ſi fidejuſſores habere nequeat, ad juratoriam cautionem admitti debet, etiamſi textus in *d.auth.* dignam fidejuſſionem exigat. Prædicta tamen opinio cum moderamine accipienda, ut videlicet eatenus procedat, ſi perſona offerens juratoriam cautionem ſit frugi, honeſtæ & probatæ vitæ: ſecus ſi ſit ſuſpectæ & improbatæ vitę, aut ignominioſus vel infamis: quo caſu hæres ſcriptus vel proprietarius oblatam ab uſufructuario cautionem juratoriam acceptare non tenetur, ſed ut ſibi rectè proſpiciatur datis fidejuſſoribus idoneis, à judice poſtulare poteſt, quos ſi uſufructuarius ſuſpectus dare nequeat, res uſufructuaria penes virum aliquem bonum ſequeſtrari debet, qui reſpondeat uſufructuario de fructibus ſecundùm formam textûs in *l.poſtquam.§.Imperator.ff.ut legat.nom.cav.* & in *l.ſi fidejuſſor.§.fin.qui ſatiſd.cog.* Iſta eſt tertia opinio, quòd ſcilicet res debeat ſequeſtrari: quam ego cum ſecunda conjungo, & ejus limitationem eſſe exiſtimo, ut ſecunda opinio eatenus procedat, ſi uſufructuarius non ſit ſuſpectus, ſed vir bonus & probatæ vitæ: ſecus ſi ſit ſuſpectus, malæ vitæ, perjurus, puta qui aliàs juratoriam cautionem non ſervavit. Nonnulli volunt (hæc eſt quarta opinio) proprietarium in caſu deficientis idoneæ cautionis res legatas retinere, & uſufructuario certam ſummam vel fructuum, vel pecuniæ, annuatim exſolvere poſſe, ita tamen ut ipſe proprietarius de annua ſolutione ritè uſufructuario caveat. Hanc opinionem tenet Salicetus tanquam æquiorem in *d.l.uſufructu.num.2.* Angelus in *l.hac edictali.§.his illud. num.6.C.d.ſec.nupt.* Et licet iſta opinio non multùm à ſecunda differat, tamen illam veriorem & benigniorem eſſe exiſtimo: quia ipſius uſufructuarii plurimùm intereſſe poterit, ut poſſeſſio rerum hæreditariarum non ſit penes ipſum proprietarium, etiam eo caſu, quo ipſe uſufructuarius ſuſpicione aliquâ laboraret. Nunc, ut explicetur objectum juris Canonici, obſervandum .1. ne quis fiat malus, exigi cautionem juratoriam. 2. quæſtio non eſt formata ſuper eo, cujus ante jam comperta malitia quæſtionem variaret. 3. proponitur cautio, quam proprietarius admittere poteſt, non quam uſufructuarius ſuo facto impedit: tunc enim non dicitur non eſſe locum cautioni juratoriæ, ſed cautionem juratoriam ceſſare in eo, qui ſemel malus fuerit.

bec. ad *tit.ff. Uſufr. quemadm.cav.num.ult.*

USUM non tollit abuſus, *c.etſi Chriſtus. 26. X.d. jurejur.* in quo cum neceſſitas exigit, in re licita & honeſta ſecurè jurari poteſt.

Quid de alearum uſu ſit habendum vid. differentiam, in qua *Luſus aleæ eſt prohibitus.* Quæ ſit ratio prohibitionis, innuit *d.l.ult.* in qua quidam nec ludentes nec ludum ſcientes, ſed numeratione tantùm proprias ſubſtantias perdiderunt diu noctuque ludendo, argento, apparatu lapidum & auro. Conſequenter au-

Uſum tollit abuſus, *l.ult.C.d. aleator.* in quo alearum uſus antiqua res eſt, & extra operas pugnatorias conceſſa, verùm pro tempore abiit, in lacrymas.

ter autem ex hac ordinatione blaſphemare Deum conantur & inſtrumenta conficiunt. His præſuppoſitus exploranda eſt differentia, quæ ut exploretur planiùs, tria ſunt animadvertenda. 1. uſus. 2. abuſus inobſervatus. 3. abuſus obſervatus. Quoad uſum, ut obſervat Otto Tabor in *theſaur.loc.comm.Juriſp.ex axiom.Auguſtin.Barboſæ libr.19.c.46. ax.12.* omnis rei duplex eſt uſus, proprius & improprius, Ariſtot. *1.polit.* ubi hoc illuſtrat exemplo calcei, cujus uſum proprium eſſe ait, ut inducatur in pedes: improprius, ut commutetur cum pecunia vel cum alia re. Utamur alio, veſtis uſus proprius eſt, ut frigus depellat & corpus tegat, quoniam hujus rei gratiâ partim eſt inventa. Improprius uſus veſtis eſt, ut etiam adhibeatur ad ornatum corporis & dignitatem. Sic veſtes Coæ & Laconicæ corpus potiùs nudabant quàm tegebant, nec corpori aut pudori ullum auxilium ferebant, *l.quamvis.d.aur.arg.leg.* Ita, quod habet differentia, in qua *Carcer eſt pœna,* carceris uſus proprius eſt, ut contineat homines reos, *l.8.§.9.ff.d.pœn.* improprius ut puniat, *l.1.§.ult.ff.d.aleator. l.3.C.d.cuſtod.reor.* Neque enim minus carcer appellatur is, qui punit, quàm qui continet & cuſtodit, in quo tamen & impropriè ſemper ineſſe dicitur pœna aliqua; ut in *l.2.& 3.d.t.ff.d.cuſt.reor.* quia tædium ineſt & nota quædam, *l.3.§.lege.d.teſtam.* Cujac. in *comm.C.d.cuſt.reor.* Ita denique monaſteria religionis causâ inſtituta ſunt; adhibentur tamen etiam adulteris, Vid. Weſenbecium ad *L. Jul.d. adult.num.19.* *Quoad abuſum non obſervatum*, ille refertur vel ad perſonam, vel ad rem, vel ad factum. *Si referatur ad perſonam,* depravata mens eorum, qui juris induſtriam uſurpant, ejusdem uſum non aboleat, nec probet illud Matth. Corvini, qui Pannoniæ præfuit. Cum Beatrix (ita refert Gudelinus *d.jur.noviſſ.lib.4.c.1.*) Regis Neapolitani filia, nuptum ei mitteretur, comitati ſunt eam aliquot Italiæ JurisConſulti; hi ſimul atque in Pannoniam venerunt, barbarum, ut ipſi dicebant, juris dicendi morem aſpernati (nam ſimpliciter ex paucis legibus & arbitrio magiſtratûs diſſenſiones civium confeſtim ibi componebantur) Regi ſuaſerunt, ut morem illum mutaret, ac loco ejus ſolennem ritum, quem illi traderent, inſtitueret. Præſcripſere itaque illi formulas actionum, exceptionum, replicationum, duplicationum, interlocutionum & reliquarum judicii partium. Accidit brevi tempore, ubi nullæ, aut perpaucæ priùs fuerant lites, omnia fervere altercationibus, procraſtinationibus, appellationibus. Hoc malum ne ſerperet longiùs, Rex JurisConſultos illos continuò regni finibus excedere, cunctaque ad priſtinam ſimplicitatem revocari juſſit. Recte quidem (addit Gudelinus) ſi leges, quarum doctrinam profitemur, confuſionem & diuturnitatem litium iſtam parerent ſeu præſcriberent; quod tantum abeſt, ut è contrario aliud ſonent nihil, quàm inducias pauciſſimas breviſſimasque litigatoribus dari, ac Judicem curare oportere, ut omnes controverſiæ quàm citiſſimè dirimantur, *l. oratione. & l.ult. ff. d.fer. l.1. & 2. C. d. dilat. Nov. Ut cum d.app.cogn.115. §. ſed & hoc auth.jubemus.C.d.judic.* maturo tamen & non tam præcipiti judicio. Addo ego, Non prohibuit Corvinus litis deciſionem, ſed litis diuturnitatem: non legem, ſed legis confuſionem: non Judicem, ſed inducias prolixiores: non advocatum, ſed advocati cum iniquitate commercium. *Si autem abuſus non obſervatus* referatur ad rem, verum eſt illud Taboris *d.loc.axiom.9.* Dominus re ſuâ liberrimè uti & abuti poteſt, *l.25.§.11.& l.31.§.3.ff.d.petit.hæred.* & improbatum eſt LL. pactum, ne liceat domino liberè re ſuâ uti, *l pen.d.pact.* cum nemo alteri ſuper rei ſuæ uſu vel abuſu legem dicere poſſit, *l.8.pro empt.ubi Weſenb.num.6.* ita ut domino abutenti τῆς ἀσωτίας δίκη intendi nequeat. *Si referatur ad factum,* obtinet illud Ovidianum *libr.Triſt.2.*

Nil prodeſt, quod non lædere poſſit idem.
Igne quid utilius? ſi quis tamen urere tecta
Comparat, audaces inſtruit ille manus.
Eripit interdum, modò dat medicina ſalutem,
Quæque juvet monſtrat, quæque ſit herba nocens.
Et latro & cautus præcingitur enſe viator;
Ille ſed inſidias, hic ſibi portat opem.

Diſcitur

Digitized by Google

Diſcitur innocuas ut agat facundia cauſas:
Protegit hæc ſontes, immeritoſque premit.

Uſum rei monetariæ experimur omnes maximè neceſſarium: quantum prodeſt, etiam lædit. Circa illam quâ non fraude, quibus ſceleribus non peccatur. Conjurare heic videntur, qui alioquin cordatiores apparent; non circa puellam, ſed circa pecuniam adulteria committunt: in lutulentis mundi fæcibus felicitatem ſuam ſectantur. Proſtituunt perruptis ſimul & æquitatis & charitatis repagulis, quantum in ipſis eſt, effræni libidine nummorum integritatem: quæque olim erat Corneliæ, hodie Carolinæ pœnam meritiſſimò incurrunt. Sequetur tandem tritum illud Philippi Melanthonis præſagium, ita ominantis, tria mundo agonizanti eſſe defutura, bona ligna, probos nummos, fideles amicos, Harpprechtus ad §.7. *I. d.publ.judic.num.*88. apud quem nota eſt Boleslai pii, Bohemiæ Regis moribundi, admodùm gravis & nervoſa ad filium facta parænesis: *Dilige*, inquit, *denarium, ſed parcè: dilige famam. Res enim publica licet ſit nummis adaucta per formam numiſmatis falſam; citò erit ad nihilum redacta. Eſt aliquid, fili mi, quod Carolus, Rex ſapientiſſimus & manu potentiſſimus, haud æquiparandus nobis hominibus valde humilibus: cum filium ſuum poſt ſe in ſolio ſublimandum diſ[illegible]eret, eum terribili cum juramento conſtrinxit: ne in regno ſuo ſubdola & prava taxatio ponderis aut monetæ fieret. Certè nullæ*, ſubjungit ille, *clades, nulla peſtilentia, nec mortalitas, nec non hoſtes, totam terram rapinis incendiisque devaſtantes, magis populo Dei nocent, quàm frequens mutatio & fraudulenta pejoratio nummi. Quæ peſtis, quæ infernalis Erynnis inclementiùs ſpoliat, perdit, attenuat Chriſticolas, quàm fraus in nummo herilis? Atqui poſt hæc ſeneſcente juſtitiâ ſurgent non Duces, ſed fures: non rectores populi Dei, ſed nequam exactores, avariſſimi ſine miſericordia homines, Deum omnia cernentem non metuentes: qui ter vel quater in anno monetam mutando eunt in laqueum Diaboli, ad perditionem populi Dei.* Nec inſolens eſt Sigiſmundi Baronis ab Herberſtain in commentario rerum Muſcoviticarum querela, *Quò plus potentiæ quisque obtinebat, hoc plus juris habere credebatur. Itaque laborabat juſtitia & premebantur infirmiores, ac omni bono ordine ſublato atque everſo ſubinde inveniebatur aliquid, quod Reipublicæ labem aliquam cum vulgi detrimento adferret: cujusmodi fuit illa innovandæ monetæ licentia, per quam prioribus bonis nummis conflatis alii deteriores paſſim addebantur: ex his rurſum ſublatis alii fiebant meliores, qui tamen juſtum pretium tenere non potuerunt; ſed nunc pluris, nunc minoris habiti ſunt, prout locupletiorum cupiditati libuit: quinetiam à quibusdam privatis penè palam impune ſunt adulterati.* Quoad *abuſum obſervatum* intereſt Reipubl. ne re ſua quis malè utatur, *§.ult. I. d.his, qui ſui vel al.jur.ſunt.* Hinc eſt, ut obſervat Otto Tabor in *d.theſ.libr.*1.*c.*7.*axiom.*2. quòd in bene conſtitutis Rebuspublicis his, qui furioſum exitum rerum ſuarum faciunt, ſoleat adminiſtratio adimi, & curator bonis dari, *l.*1.10.*C.d.cur.fur.* Nec pugnat cum hac regula, quòd quisque rei ſuæ moderator ſit & arbiter, *l.*21.*C.mand.* Id enim tantùm pertinet ad privatos, non ad legem & Magiſtratus, qui liberam alienandi facultatem ob publicas utilitates (ſecus ſi privatim tantùm interſit) rectè reſtringunt. Horum enim eſt providere, ne quid Reſpublica detrimenti accipiat. Hunc abuſum obſervat Pontifex in *d. c. etſi Chriſtus.* circa vinum & juramentum. Nam poteſt prohiberi ebrietas, non tamen vinum; licet ex frequenti & immoderatâ potatione luxuria generetur. Poteſt prohiberi perjurium, quod ex frequenti & incauta juratione ſæpe contingit; non tamen poteſt prohiberi juramentũ. Prohibetur vinum, niſi ſubſit illa neceſſitas, propter quam Paulus indulſit Timotheo, ut utatur modico vino propter ſtomachum & frequentes infirmitates. Malè abuſum obſervat Imp. Marcianus in *l.*4.*C.d.ſumm.Trin.* in qua Nemo Clericus vel Militaris, vel alterius cujuslibet conditionis de fide Chriſtiana publicè turbis coadunatis & audientibus tractare conetur in poſterum, ex hoc tumultûs & perfidiæ occaſionem requirens. Nam & injuriam facit judicio reverendiſſimæ Synodi, ſi quis ſemel judicata ac rectè diſpoſita revolvere & publicè diſputare contenderit; cum ea, quæ nunc de Chriſtiana fide à Sacerdotibus, qui Chalcedone convenerunt per noſtra præcepta ſtatuta

ſunt, juxta apoſtolicas expoſitiones & inſtituta ſanctorum patrum trecentorum decem & octo in Nicæa & centum quinquaginta in hac regia urbe definita eſſe noſcantur. Vid. differentiam, in qua *Clericis permiſſæ ſunt &c.* & differentiam, in qua *Hæreticorum libri &c.* Niſi malimus diſtinguere, ut aliud ſit tractare de fide Chriſtiana, quod cujuslibet conditionis homini eſt licitum: aliud eſt tractare de fide Chriſtiana, ut tractans ex hoc tumultus & perfidiæ occaſionem requirat: quod non eſt tam tractare, quàm contendere, hocque intendit *d. rubr. d. ſumm. Trinit. & fid. cathol. & ut nemo de ea publicè contendere audeat.* Malè denique obſervant, qui jus Civile contemnendum arbitrantur: & quæ contra jus Civile inferuntur, intelligenda ſunt de rabulis & fori tintinnabulis, de leguleiis cautis & acutis, præconibus actionum, cantoribus formularum, aucupibus ſyllabarum qui præter nomen & externum ſchema cum veris JurisConſultis nihil commune habent: aut intelligenda ſunt potiùs, ſi verum fateri velimus de difficultate, quam plures in jure Civili obtendunt. Sed ſicut, verba ſunt Lipſii *cent. 2. ad Belgas. epiſt. 39.* lupini per ſe amari aquâ perfuſi dulceſcunt; ſic tetrica iſta legum a mixtione & temperie Hiſtoriarum, aliorumque Scriptorum, qui ex ſapientiæ & prudentiæ libris ſua hauſerunt, mitigantur. Hacpropter attendendus eſt abuſus in illa re, cujus uſus nec eſt honeſtus, nec neceſſarius. In *l. 1. C. d. tit. d. aleat.* victus in aleæ uſu non poteſt conveniri, & ſi ſolverit, habet repetitionem tam ipſe quàm heredes ejus adverſus victorem & ejus heredes, idque perpetuò & etiam poſt triginta annos. Quòd ſi vel ipſe vel ejus heredes repetere neglexerint, licet cuicunque volenti, & præcipuè civitatis, in qua id factum eſt, primati vel defenſori repetere, & in opera civitatis id expendere. Data autem ſuper aleæ luſu cautio ſit irrita & condici poſſit.

USUM tollit abuſus, *c. à quibus. diſt. 35.* in quo miniſtri templi prohibentur vinum & ſiceram bibere, ne ebrietate graventur corda eorum, ut ſenſus eorũ vigeat ſemper & tenuis ſit: vel quia venter mero æſtuans facilè deſpumat in libidinem. V. diff. prox. præc.

Uſum non tollit abuſus, *l. 1. in princ. ff. d. appell.* ubi appellãdi uſus quàm ſit frequens, quàmque neceſſarius, nemo eſt qui neſciat, quippe cum iniquitatem judicantium vel imperitiam corrigat; licet nonnunquam bene latas ſententias in pejus reformet. Neque enim utique meliùs pronunciat, qui noviſſimus ſententiam laturus eſt.

Antequam ad conciliationem utriusque Juris devolvamur, diſtinguendum, quia aliud eſt uſum tollere abuſum: aliud eſt uſum impediri, qui impediri poteſt aut imprudentiâ uti volentis, aut ambiguo difficultatis evẽtu. Quo alluſiſſe videtur Franciſcus Stypmannus in *tract. d. jur. maritim. & naut. part. 4. c. 10. n. 79. & ſeqq.* Hoc, inquit, loco cira oves lepidus occurrit caſus inter cœnantes aliquando convivalibus ſermonibus agitatus. Eſt autem talis. Negotiator aliquot centum oves cum opilione, cujus cuſtodiæ eas commiſerat, vult flumen trajicere, & convenit cum nauta, ut in ſingula capita ovium ſolidum daret. Hic oves pontonibus imponit, & fortè fortuitò ſimul aliquot viatores ad trajiciendum intrant. Inter eos unus, dum hinc inde in flumine jactantur, obdormit, & capite hinc inde moto & vacillante, ut dormitantes facere ſolent, quaſi minitari videtur. Hoc dux gregis caper videns in ipſum cornibus arietat, ille inter ſomnium & vigilias medius dum caprum palmâ feriendo à ſe amovet, ipſum terret, qui protinus in mare dilabitur, & ſubitò poſt ipſum omnes ferè oves; quæritur, An negotiatori competat actio, & contra quem? Certum eſt actionem, ſi quæ eſſet, oriri ex obligatione, & hanc rurſus vel ex contractu vel ex delicto. Plerique dicebant culpam eſſe commiſſam, & eam actione locati conducti, vel L. Aquiliâ, aut actione in factum emendandam. Alii negabant. Inter priores eam

non ne-

non nemo rejiciebat in nautam, quòd ſcire debuiſſet naturam ovium, quòd una aliam etiam cum periculo ſequeretur, & ideo in vectores etiam & eorum actiones inſpicere debuiſſet. Alius opilionem redarguebat, cum peritus eſſet naturæ ovium, nautam & viatores admonere, vel eorum actiones obſervare debuiſſet. Quidam viatorem accuſabat, & quòd dormiendo occaſionem dederat, & poſtea inter evigilandum injecto pavore quodammodo caprum in flumen detruſerat. Rurſus nautam excuſabat, quòd impoſſibile ſit, ut ille omnium rerum, quæ quandoque trajiciuntur, poſſit accuratam notitiam habere, & ſufficiat ipſi, quòd nauticæ profeſſionis, cujus hæc nulla pars, ſit gnarus. Similiter opilionem poſſe liberari, quòd divinare non potuerit aliquem dormiturum, & caprum ideo incurſurum eſſe. Viatorem autem, quòd dormitare non ſit actus illicitus, & dormiens non peccet, Card. Tuſch. *lit. d. concl. 716.* imò liceat etiam contra quadrupedem ſe defendere, *l. 1. §. 11. ff. Si quadr. paup. fec. dic.* Et erat, qui mercatori culpam imputabat, quòd ille ubique vigilare debuiſſet, nec propriâ culpâ damnum arceſſere. Hinc plerique dicebant negotiatori contra neminem competere actionem, & tamen, quia damnum habuit, ſi talis caſus obveniret, putabant Judicem eſſe obſtrictum ad ferendam ſententiam. Quid ergo pronunciaret deficiente actione, ſine qua nemo agere poteſt, *l. 1. §. fin. ff. d. negot. geſt.* Omnes ferè eò recurrebant, quod priſcis JurisConſultis non fuit inconveniens, NON LIQUET. *l. 13. §. fin. ff. d. recept.* vel quod alii uſurparunt, SUBSISTO. *l. 33. d. procurat. l. 32. ff ſi cert. pet. l. 5.* §. 10. *d. jur. immun.* Hæc Stypmannus. Ego ſi Judicis vice fungerer, attenderem. 1. factum, quod potiùs in omittendo, quàm committendo conſiſtit. 2. An viator nocere ſeu potiùs ſe defendere voluerit. 3. An caſu fortuito res à perſona ad perſonam translata ſit, an verò fatali damno perierit. Quibus conſideratis in promptu eſt Negotiatori nihil deberi, ejuſque actionem fore fruſtraneam. Verùm prolixiùs agens deflecterer à differentia, ad cujus elucidationem præterea eſt notandum, Alia eſſe tempora anteriora, quæ priſcam ſimplicitatem induebant, & alia eſſe noſtra, quæ variis ſeculi inſtigationibus in pejus ubique ruunt. Quoad priora, ſi replicemus eorum monumenta, cordatiores noſtri Majores non ita per fas & nefas inhiabant auro, ſed remotis omnibus malis artibus quiſque ſuo in litore otioſus, non ulteriùs progreſſus piſcabatur. Quoad noſtra diſtinctio inter proprium & alienum aviditate fit dubia.

Nunc ipſam differentiam, an aliqua ſit, enodemus. Si aliqua eſt, eodem in ore contraria audet Papa; Etenim in *c. Etſi Chriſtus. 26. X. d. jurejur.* ait quædam prohiberi, quia per ſe mala ſunt, ut furtum, adulterium & hujusmodi, quæ non ſunt aliquatenus facienda: quædam verò prohibentur ex cauſa, non quia per ſe mala ſunt, ſed quia, ſi fiant frequenter & multùm, ex his mala ſequuntur: ut vinum per ſe malum non eſt, & tamen prohibet Apoſtolus dicens, Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, quoniam ex frequenti & immoderata potatione vini luxuria generatur. In *c. ne tales. d. conſecr. diſt. 5.* non prohibet cibum, ſed ciborum abuſum, Olerum, pomorum ac leguminum &c. faciliorem eſſe apparatum, & arte impendiiſque coquorum non indigere, & ſine cura ſuſtentare corpus humanum: moderatèque ſumptum (quia nec avidè devoratur, quod irritamenta gulæ non habet) celeriori digeſtione concoqui. Nemo enim uno aut duobus cibis, hiſque vilibus usque ad inflationem ventris oneratur, quæ diverſitate carnium, & ſaporis delectatione percipitur. Cum variis nidoribus fumant patinæ, ad eſum ſui, expletâ eſurie, quaſi captivos trahunt. Unde & morbi ex ſaturitate nimia concitantur, multique impatientiam gulæ vomitu remediantur, & quod turpiter ingeſſerunt, turpiùs egerunt. Igitur quemadmodum in cibo non prohibetur uſus, quo comedamus, ſed abuſus, quo ſtomachum ſaginis laxemus; ſic in vino non uſus prohibetur, ſed abuſus, eorumque facilis perſuaſio, qui in vini abuſu urbanitatem ſectantur. Petrus Cunæus in Satyra Menippæa inducit eos, quorum præcordia ut Liber aperuit, ſua dicta ſcriptaque ad cœlum ferre, cæteroſque ſpernere; neque pudori neque modeſtiæ parcere ſolent. Sic ille: Unus ſupra modum ridiculus fuit, qui ſe delicium Muſarum, ſecum & natas & morituras literas jactabat. Huic qui proximus adſidebat, aurem glorianti commodat, voceſque

ejus iterat, & verba tollit cadentia; adeò doctè hercules, ut mimus eſſe,& partes agere ſecundas videretur. Nunquam tam bene compoſitum par vidi. planè cum Bitho Bacchius erat. poſtquam diu creſcentem utrem inflaſſet,tandem, Vir ſumme populi,inquit,

Qualem te patriæ cuſtodes dii genuerunt,

dic,ſed fide tuâ, num & ego degener mundi incola ſum? num inficiandum ſeculo nomen? Nec mora,immanem pateram in medio poſuit; & dextrâ manu caput,ſiniſtrâ ſcyphum tangens, conceptiſſimis verbis in hunc modum jurat, ITA MIHI SUPREMUS REX, DIQUE OMNES, *quos me vereri & metuere par eſt, propitii faventesque ſint, ut mihi extra unum te,mortalis nemo magnus fuit,eritve. Quòd ſi ſciens fallo, tum mihi aquâ hoc poculum (dico,Jupiter,ut tu audias) totum impleatur.* Dein haurit uno ductu ſpumantem calicem, ac poſtremò vini jam plenus,quiddam ſuffertum his verbis tinniit,

Εὐχῶς ὁ τῷ βατράχῳ, παῖδες, βίος οὐ μελεδαίνει.
Τὸν τὸ πιεῖν ἐγχέοντα.

Ex altera parte juvenis quiſpiam urbanioris notæ, ne ſileret ſine declamatione hilaritas, temulentiæ bona prædicavit, *Triſtem rem & anxiam eſſe, pectus ſiccum & jejunitatis plenum, ubi in venas benignior ille ſuccus manavit, gratiorem ire diem, & ſoles melius nitere, etiam priſci Catonis virtutem ſæpe mero perfuſam. ibi virum duriſſimum, coram quo Romam peccare puduit, frontem ſeveram & rugas explicuiſſe. Quòd ſi ad doctrinæ templa tenderetur,neminem, dum apud ſe eſt, aliquid magnum & ſupra cæterorum mediocritatem, cogitare, mentem humanam, quodcunq; ſibi imperat, obtinere, nec tam altè aliquid conſtitutum, quò illa non poſſit eniti, tantùm calore & impetu opus eſſe. quid autem hâc inſaniâ pulcrius eſſet, quæ diis nos æquat, & ſacro inſtinctu extra rerum terminos fert? repeterent omnium ſeculorum memoriam, ecquod unquam magnum ingenium ſine mixtura dementiæ vidiſſent?* Hæc taliaque cum ebriâ voce jactaſſet, omnibus jam crimen ſuum voluptati fuit,attriusque ſemel pudor non ſatietatem attulit, ſed incitamentum. Igitur læti porro hilaresque agitant, ſcires facilè ex hac nota literatorum eſſe,qui apud nos ſuctu vivunt,muſcarum in morem, quibus pro lingua data fiſtula eſt. Juxta ipſam ſcatebram ſedebat ſacrificulus quidam, & manu, quantum poterat vini, excepit, bibitque. Is cum intellexit nuncium ab Æaco veniſſe, atque hinc res trepidas ubique eſſe, metum ingentem; ſtatim ſeditioſi ingenii homuncio, has turbas magnis conatibus opportunas ratus, Agite,inquit,quousque proceribus obnoxii vivemus? non hoc naturâ nobis inſitum eſt,ſed uſu poſſidemur, hæc eſt illa dies, quâ rerum potiri licet, ſi viri eſtis,capeſſite rempublicam. Non longè abſtabam ego,& ad Menippum ſubridens, En jecur ſacerdotis, inquam. Ille ut ſenſit, gladiatorio animo ad me affectat viam,& iratum caput commovens, libratâ à ſummo capite manu; Medius fidius jam periiſti, inquit: Ego, dum ictum declinabam, ſubitò, quod in turbulentis ſomniis fit, expergiſcor, haud leviter iratus,quod tam lepidæ fabulæ exitum non vidiſſem. Audio hic ſuſurrum, me non equinam cervicem juncturum cervino capiti, ſi me horum conſortiis planè non eximam,

Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes?
Quis cœlum terris non miſceat, & mare cœlo?
Si fur diſpliceat Verri, ac homicida Miloni,
Clodius accuſet Mœchos, Catilina Cethegum.

Interdum in loco polito, cui ſordium nihil adhæreſcit; cum anima puriore, quæ innoxia fuerit & calumniarum expers, poculum admittimus, ſed non inſanum poculi amorem, qui & Deo diſplicet,& crebris ingurgitationibus morbum contrahit. Imò plerumq; eò noſtra tendunt colloquia, ut deteſtemur luxuriantes illos ſtimulos, de quibus differentia, in qua, *Matrimonium eſt omnino individuum.* & differentia, in qua *Ludi ſcenici &c.* Interdum ebrios eſſe inſtar Achæi Calliconis, de quo ſcribit Homeri interpres Euſtathius, cum fictile vas pulvinaris loco capiti ſubjeciſſe, cumque duritie illius læderetur, quò mollius & delicatius haberet cervical, fictile paleis, ceu tomento, impleviſſe. Quàm & periculoſiùs agatur cum ebriis, qui etiamſi fingant modeſtiam, ut ſi revocatâ toties dulcedine

dine nutent in ſomnum: ſi, quaſi epularum in ore hæſiſſent reliquiæ, ſpinâ argenteâ dentes perfodiant: ſi, quum turpia narrantur, riſum jam ebullientem hauſtu reprimant. Poſtremò tamen hanc modeſtiam moleſtiſſima ſequuntur, ita ut modeſti fiant illi Agrigentini, de quibus Athen. *libr.2.c.1.* qui vino calefacti eò usque dementiæ proceſſerunt, ut ſe in triremi navigare, & pelagus eſſe vehementer perturbatum arbitrarentur. Igitur omnem ſupellectilem per feneſtras projecerunt, quaſi gubernator navem exonerari præcepiſſet. Eò cum cives accurriſſent, eos ebrii tanquam Tritones adorabant, ſique iis opitulantibus portum attigiſſent, ſoſtra ſoteriaque, ſalutis mercedem & præmia liberationis pollicebantur. Addit Balthaſar Bonifacius in *hiſt.ludicr.libr.1.c.21.* tale quiddam ætate ſuâ contigiſſe narrabat mihi pater meus, Cum enim compotores quidam à cœna domum redeuntes per forum tranſirent, exiſtimantes eà fluvium Atheſim labi, quà lunæ ſplendor ſolum illuſtrabat, repentes abjectis veſtibus natare cœperunt, nudique & non aquâ ſed vino madidi in ſuam quisque domum pervenerunt. Hæcne eſſet modeſtia, quæ riſum moveat vel ipſis famulis, qui nutum veſtigiumque heri obſervantes eundem mox medium cingunt, & cantilenam tanquam ad Midæ tribunal inchoant. Forſan in eo conſiſtit modeſtia, ſe nemine majorem, omnibus parem exiſtimare. Hinc illæ fraternitates, quæ furoribus reboant, alios ſubinde fratres ſolicitant, devoratis vitris, candelis ſebaceis, & eo, quod immixtum optaverim, religioſè confirmantur. Hinc larvatæ ex compoſito lites, & ardentia inter facem ac faciem jurgia, ut inde naſcatur nova occaſio, quâ craſtinus dies iterum ebrietati mancipetur, & conjunctio fiat propior eorum, quos expediret eſſe à ſe invicem remotiſſimos. Hinc pugnæ noctium, quas in ſilicibus plateæ, in feneſtris habitantes, in nominibus vigiles ipſi patiuntur. Hinc ferocientes illi animi, quibus Xerxes pelagum flagellabat: Pheron, Ægyptiorum Rex, in medias fluminis voragines ſpicula contorquebat. Hinc denique illa modeſtia, quâ ſuperfluum ſtomachi onus vel ſtrophiolo involvunt, vel ſub menſa recondunt, fœtorem ipſum, quem cavere non poſſunt, ſatiare vellent.

Qui ergo explicandum jus Canonicum? Miniſtri templi prohibentur vinum & ſiceram bibere, non ut omnino abſtineant, ſed ut laudato moderamine ſe contineant: non ut inde otio ſe permittant, verùm ſua negotia ſemper antehabeant. 2. Ideo prohibentur vinum bibere, quia forſan vini Rhenenſis fortitudinē, Neccarici ſubtilitatem, Franconici ſuavitatem, Auſtriaci delicias præferrent, nec acquieſcerent illi remiſſiori & ſæpe diluto, quod in Anglia, Belgio, Moſcovia, in aliis Septentrionis regnis avidè libant, Studioſi ſub tetrico modiperatore recuſarent. 3. Ideo prohibentur ſiceram bibere, quia ſicera eſt omnis potio apud Hebræos, quæ inebriare poteſt, ſive illa frumento conficiatur, ſive pomorum ſucco, ſive favi decoquantur in dulcem potionem, aut palmarum fructus exprimantur in liquorem, coctisque frugibus aqua pinguior coloretur. 4. Ideo prohibentur bibere, quia venter mero æſtuans deſpumat in libidinem, quæ in quibus eſt familiarior, magis arcetur. Ejus ex Richteri *regul.34. in fin. in axiom. Oecon.* refert in *pract.crimin. part.3.q.146.num.3.* exemplum Carpzovius in viro, alioquin pietati deditiſſimo, qui aſſiduis Diaboli tentationibus infeſtatus, ut ex tribus peccatis unum, quod perpetraret, ſibi eligeret: vel ut ſemel ſe inebriaret: vel cum vicini uxore concumberet: vel vicinum interficeret. Victus tandem conſenſit in primum peccatum, quòd judicaret illud minùs atrox eſſe, quàm vel adulteriū, vel homicidiū: poſt ebrietatem ergo nullo negotio ad reliqua etiam peccata impellitur. Excitatâ enim ex luxuria libidinis flammâ vicini uxorem ſtuprare haud veretur. Nec quidem à tertio immunis tum eſſe potuit, intervenientem namque uxoris maritum, flagitiumque illud ulciſci volentem, dum impetum ejus reprimere laborat, occidit. 5. Ideo prohibentur bibere, ne ſui Ordinis arcana, & quæ tacenda erant, propalent. *Onerati*, quod de ſuo nobis largiatur Seneca in epiſtol. *mero quemadmodum non continent vino redundante; ita ne ſecretum quidem: quod ſuum alienumque eſt, pariter effundunt.* Idem, *Quemadmodum muſto dolia ipſa rumpuntur, & omne, quod in imo jacet, in ſummam partem vis caloris ejectat; ſic vino æſtuante, quicquid in imo jacet abditum, effertur & prodit:*

in medium. 6. Pendet hæc Papæ prohibitio è voto, quo eorum, qui actionibus non fiunt immortales, mortalitatem productam vellet. Quot in ipſo ætatis vere vitæ ſuæ filum abrumpunt (ſcribo cum Crucio *epiſt.libr.*4.) & pleni virium, ſanguinis, animi, ubi alii vivere incipiunt, deſinunt? & è vita, tanquam è ganeo, libidinum ſaturi excedunt? Quis non videt tales iſtos prævertere vitæ ſuæ terminum & mori ante diem? piſciculis ſimiles, qui non caperentur hamo, niſi morſu eſcam appeterent. Addit Drexelius in *Joſeph. Ægypt. Proreg.c.*4.§.3. non immeritò, *Inebriari eſt ſenſuum facultatem amittere, exire de poteſtate rationis, judicii, mentis, planè ex homine fieri pecus aut ſaxum. Poſt ebrietatem ſequitur cruditas ſtomachi, debilitatio nervorum, gravedo corporis & capitis, hebetatio ſenſuum omnium, memoria extinguitur, ingenii acies retunditur, unde ſtupor in tota mente & ad intelligendum ſapiendumq; & eloquendum.* Nec injuriâ

> *— neque enim lex juſtior ulla eſt,*
> *Quàm necis artifices arte perire ſuâ.*

Similes enim iis ſunt, qui in carcere detenti, ludunt interim teſſeris, ſed integris viribus ad ſupplicia mox rapiendi. Tandem prohibentur vinum bibere, ut appareret Papam non Paganos, ſacrificia & templa confundere, ſed vehemente Zeli impetu ſe paganiſmo opponere, ac improbare Platonici decreti authoritatem, quâ vino olim indulgebant. Verùm debebat Papa & hoc ſcire Platonem non ſuaſiſſe haurienda paſſim eſſe vina, ſed ſuaſiſſe, ut Macrobius *libr. Saturn* 2. *c.*8. refert, jucundiorem liberalioremque invitationem, quæ fieret ſub quibuſdam quaſi arbitris & magiſtris conviviorum ſobriis: nam modicis honeſtiſque inter bibendum remiſſionibus refici integrarique animos ad inſtauranda ſobrietatis officia exiſtimavit.

Subit heic nova conjectura, Forſan Papæ prohibitionem in perſonis Clericorum ideo fuiſſe terminatam, quòd ceterorum contumacia hanc prohibitionem non admittat. Sic Carpzovius *d.loc. à num.*4. Scio ex conſuetudine Germaniæ inveteratâ rem eò rediiſſe, ut ſi cui bene facere velis, potu eum liberaliore excipere & vino inebriare ſummæ amicitiæ loco eſſe cenſeatur; adeòque ebrietatem Germanis propriam videri, de quibus ſcribit Boem.*libr.*3.*d.morib.gent.c.*13. quòd mutuò ad bibendum ſe cogant & hortentur, neque ſus vel taurus tantùm ingurgitet, neque ad ebrietatem vel vomitum potaſſe ſufficiat, ſed rurſum ad ſobrietatem dies noctibus, noctes diebus continuantes. Quodque illa perpotandi forma, quâ Germani, præſertim Saxones & maris Balthici accolæ utuntur, nullis unquam temporibus aut legibus potuerit emendari aſſerit Bodinus in *meth. hiſtor. c.*5. Hancque ebrietatis peſtem hæreditariam totam Germaniam conſtanter ſervare, amare & colere, non minùs ac Svevi & Helvetii ſuam indecoram veſtium formam pertinaciſſimè retinent, quâ illas corporis partes, quas honeſtas jubet occultas eſſe, obſcœnis Priaporum ſimulacris, ſeu, ut loquuntur, Laziis, veluti caligarum præſidibus glorioſulè exprimunt, & iis oculorum pudicitiam tentant, Joh. Wilhelmus à Retvvitz in *oration. contr. German. apud Frider. Achill. Duc. Wurtemberg. in conſult. d. princip int. provinc. Europ.* Cui remedium vix dari poſſe jamdudum exiſtimavit Imperator Carolus V. Cum enim in conventu Ratisbonenſi generoſa eſſent vina, multique Germani ex crebris & aſſiduis compotationibus extinguerentur, Hiſpani Imperatorem acceſſerunt, & vehementer urſerunt, ut ſeveriſſimâ pœnâ Germanorum ingurgitationem caſtigaret. Quid faciam, reſpondit Imp. doleo ſtultitiam meorum Germanorum, ſed tam facilè illud obtinuero, ac ſi vobis Hiſpanis manus conſtringere velim, ne furentur. Cetera, quæ addit Carpzovius, omittam: ad hæc tamen eſt reſpondendum. 1. conjecturam eſſe nullam docet *c. à crapula. X.d.vit.& honeſt.Cleric.* in verbis, *Unde illum abuſum penitùs decernimus abolendum, quo in quibuſdam partibus ad potus æquales ſuo modo ſe obligant potatores: & ille judicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhaurit. Si quis autem ſuper his ſe culpabilem exhibuerit: niſi à ſuperiore commonitus ſatisfecerit, ab officio & beneficio ſuſpendatur.* Ê quibus vult Papa abuſum generaliter eſſe coërcendum: ſpecialiter autem præſcribit modum, quo in Clericorum perſonis coërceatur. 2. reſpondeo conſuetudinem Germaniæ

me non magis probare, quàm illam veterum Germanorum apud Tacitum, quâ aleam, quod mirere, ſobrii inter ſeria exercebant, tantâ lucrandi perdendique temeritate, ut, cum omnia defecerunt, extremo ac noviſſimo jactu de libertate & de corpore contenderint. Victi voluntariam ſervitutem adibant, quamvis juniores, quamvis robuſtiores, alligari ſe ac venire patiebantur. Nec in prava re pervicaciam fidem vocamus. 3. reſpondeo illam conſuetudinem niti opinione veterum Germanorum, de quibus idem Tacitus, Etenim de reconciliandis invicem inimicis & jungendis affinitatibus, & adſciſcendis principibus, de pace denique ac bello plerumque in conviviis conſultabant: tanquam nullo magis tempore aut ad ſimplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incaleſcat. 4. reſpondeo, utcunque videatur aliqua huic conſuetudini ſubeſſe commoditas, quam notat Seneca, juxta quem *Nonnunquam & usque ad ebrietatem veniendum, non ut mergat nos, ſed ut deprimat. Eluit enim curas & ab animo movet: & ut morbis quibusdam, ita triſtitiæ medetur: Liberque non ob licentiam linguæ dictus eſt inventor vini, ſed quia liberas ſervitio curarum animum & aſſerit, vegetioremque & audaciorem in omnes conatus facit.* Idem tamen Seneca addit, Ut libertatis; ita vini ſalubris moderatio eſt. 4. reſpondeo Svevos ac Helvetios ſuam indecoram veſtium formam, quantumvis pertinaciſſime retineant, poſſe defendere, ut ſe defendebat Ovidius in Ponto exulans,

Barbarus hic ego ſum, quia non intelligor ulli,
Ridens ſtolidi verba latina Getæ.

Barbari ſint Svevi ac Helvetii veſtibus ſuis, ſuo ſermone non intelligantur; rident ſtolidi receptam conſuetudinem, quæ nemini nocet: putant his ſimulacris contineri occulta; occulta eſſe poſſunt, non tamen ſunt obſcœna: tandem perſuadent Laziis tentari oculorum pudicitiam. Non Laziis, ſed homine oculorum tentatur pudicitia; Non Laziis exprimitur, ſed occultatur verecundius lubido. 5. reſpondeo, ad imitationem ſeveriſſimæ ſanctionis Imperatoris, Maximiliani I. ut ſalutipotatores cum ignominia ab imperiis & officiis excludantur; etiam Carolum V. Imperatorem *Reform. polit. Ann.* 1530. *in receſſ. Aug. & de anno* 1548. *in receſſ. Imp.* vom Zutrincken. tralatitiam vetuiſſe circumpotationem. 6. reſpondeo, Helleboro qui priùs ſe purgant, difficiliùs eunt in calumnias.

USURA eſt etiam alterius rei, quàm pecuniæ, *c. uſura.* 14. *q.* 3. in quo uſura eſt, ſi quis dederit frumenti modiũ unum, & ſuper aliquid exegerit.

Uſura eſt pecuniæ, *l.* 121. *ff. d. V. S.*

Nulla eſt differentia, quia in *d. l.* 121. non tam certo objecto adſtringitur uſura, quàm oſtenditur diſcrimen fructuum naturalium à civilibus, ut fructus naturales ſint ex ipſo corpore: civiles ex alia cauſa. i. e. novâ obligatione. Nunc ſi quæratur, quibus fructibus annumeretur uſura? annumerabitur civilibus. Hinc apud Gœddeum ad *d. l.* Ariſtophanes uſuram deſcribit eſſe belluam quandam, quæ tantùm ex progreſſu temporis argentum numeroſiore fœturâ progenerat. Deinde idem Gœddeus ad *l.* 4. *ff d. tit. d. V. S. num.* 7. tale proponit axioma, pecuniæ verbum ſimpliciter prolatum non tantum rem ſignificare mobilem & quantitatem; verùm etiam rem immobilem: neque ſolùm ſpecies & corpora, ſed etiam jura & univerſitatem, *l.* 53. 178. 222. *ff. eod. l.* 1. *§. fin. l.* 2. *ff. d. Calumn.* & res in hæreditate exiſtentes, *l. cum ſtipulamur.* 97. *ff. d. t. d. V. S.* & jura tam obligationum & actionum, quàm ſervitutum, interdictorum ac ſimilium comprehendit. Hanc generalem pecuniæ ſignificationem Alciatus ad *d. l.* 4. ex Columella *libr.* 6. *in præf.* confirmat. Cum enim tota veterum ſubſtantia, ac totum eorum patrimonium in pecoribus repoſitum eſſet, pecudibusque ſibi neceſſaria quæque compararent, fundos, domos, eſculenta, poculenta, iisdemque pecudes redimerent, à pecude pecunia dicta eſt, quaſi peculium patrisfamilias ex pecude æſtimatum. Tertiò etiamſi nomine pecuniæ intelligeretur numerata, jus Canonicum quemadmodum in pecunia numerata; ita in omni eo, quod redimi pecuniâ poteſt,

uſuras vetat: prius eſt ex verbis canonum: poſterius ex eorum ſententia. Ita jus Civile vult SenatusConſultum Macedonianum habere locum in pecunia numerata & in omni eo, quod converti in pecuniam poteſt: prius eſt ex verbis SenatusConſulti: poſterius ex ejusdem ſententia, quæ eò tendit in SenatusConſulti fraudem debere nihil fieri, *l.1. in pr. junct. l.7. §.3. ff. ad SC. Maced.* Poſtremò ſi tentanda eſſet differentia, aliqua hæc eſſet, quòd jus Canonicum in materia uſurarum latiùs ſerpat, & non tantùm in pecunia uſuram; verùm & in aliis rebus uſuræ ſpeciem vetet. Sed enim qui tenuerit differentiam, in qua *Uſurarum crimen &c.* ei non eſt neceſſum ut à genere deſcendat ad ſpeciem: à prohibitione in univerſum ad prohibitionis in quovis caſu exaggerationem. Ita equidem in favorem juris Canonici; ſi autem miſeri interrogentur Petrones, qui Papam Petri ſucceſſorem credunt turbidi, teſtabitur cum eis temporum calamitas non tantùm excedi legitimum uſurarum modum, quo plerique egentiores fiant, & tandem omnino exhauriantur; ſed etiam eos, qui fori ſunt Pontificii, in tantum lucro uſurario incumbere, ut improbitatem ſuam in quovis angulo, imò in rupta tegula exerceant, ut debitores ultimus maneat infelicitatis ſuæ eventus, non poſſe ſuam ſolari inopiam.

USURÆ debentur ei, qui dominium irrevocabile tranſtulit, *c. conſtitutus. 6. X. d. relig. dom.*

Uſuræ debentur ei, qui dominium revocabile tranſtulit, nam debentur ex mutuo, in quo dominium revocabile transfertur, *l.6. C. ſi cert. pet. l.3. C. d. Uſur. l.2. §.2. ff. d. R.C.*

Etiamſi jus Canonicum permitteret uſuras, non tamen eo caſu, quo dominium irrevocabile transfert, nam uſuræ præſtantur pro uſu rei: uſus autem rei & dominium irrevocabile opponuntur, quatenus in diverſis perſonis conſiſtere poſſunt. Non obſtat *d. c. conſtitutus.* quod non urget crimen uſurarum, ſed crimen ſimoniæ, an illud ſit commiſſum? Et reſpondet Apoſtolica ſedes, Nec inſolitum nec novum eſt, ut cum Epiſcopi eccleſias conceſſerint piis locis, aliquid ſibi reſervent in eis penſionis nomine: nos quoque cum libertatis privilegium vel protectionis præſidium aliquibus Eccleſiis indulgemus, gratis accipiamus cenſum gratis oblatum: & in literis noſtris ad ſucceſſorum noſtrorum memoriam cenſus exprimamus etiam quantitatem. Rationem addit gloſſa in *verb. recompenſationem.* quia hæc quantitas percipitur non propter aliquam recompenſationem, ſed potiùs in ſignum ſubjectionis. Ideoque immenſa & modica quantitas diſtinguuntur. Olim Advocati eccleſiarum jus advocationis, donationis vel emptionis titulo, aliisque pro ſua voluntate contractibus in alios transferre præſumentes fodrum, albergarias, regium & ſimilia tanquam à propriis ruſticis, ab eccleſiis extorquebant; donec in *c. præterea. 23. X. d. jur. patron.* cautum eſt eos, ſive advocati, ſive patroni, vel vicedomini, ſive cuſtodes, vel guardias habentes, ſeu quocunq; alio nomine cenſeantur, à gravaminibus Eccleſiarum ceſſare, nihilque in ipſis præter antiquos & moderatos reditus, à locorum Epiſcopis inſtitutos exigere: aut ſi aliud exegerint, excommunicationi ſubdantur. Contractus quoque hujusmodi, quos fecerunt vel facient in futurum, vim aliquam non habeant. Vid. *c. cum venerabilis. 21. X. d. cenſib.*

USURÆ ſunt etiam præteriti temporis reſtituendæ, *c. cum tu. 5. X. d. Uſur.*

Uſuræ præteriti temporis non ſunt reſtituendæ, *l. eos. 26. in princ. C. d. Uſur.*

Nulla eſt differentia, Quoniam non hoc agitur in allegata *l. eos. 26.* an uſuræ præteriti temporis ſint reſtituendæ; ſed hoc agitur, An ii, qui principali actione per exceptionem triginta vel quadraginta annorum, ſive perſonali ſive hypothecariâ, ceciderunt, poſſint ſuper uſuris vel fructibus præteriti temporis aliquam movere quæſtionem, dicendo ex iisdem temporibus eas ſibi velle perſolvi? Reſpondetur uſuras non ad triginta vel quadraginta præ-

teritos annos referri, quia ſingulis annis actiones earum naſcuntur. 2. principali actione non ſubſiſtente ſatis ſupervacuum eſt ſuper uſuris vel fructibus adhuc Judicem cognoſcere. Vid. differentiam, in qua *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.* 3. In *d.l.eos.* non agitur de uſurarum reſtitutione, ſed de uſurarum exactione. Differunt autem reſtitutio & exactio, quod reſtitutio ſit uſurarum jam præſtitarum: exactio uſurarum nondum præſtitarum, vel quas eſſe præſtandas quis falsò opinabatur. Non obſtat *d.c.cum tu.* quod non diſtinguit inter uſuras præteritas & futuras in relatione ad tempus, quaſi aliquo tempore exigi poſſint, & recte præſtentur, ſed in relatione ad Interdictum, ne forſan credamus uſuras, quæ uſurarum prohibitionem præceſſerunt, fuiſſe licitas, ideoque non reſtituendas: ea quippe prohibitio & ad anteriores uſuras eſt referenda.

USURÆ ſunt vel certæ, vel incertæ, *c. cum tu. 5.X.d.Uſur.*

Uſuræ omnes ſunt certæ, *l.eos.26.C.d.Uſur.* in qua Juſtinianus ſuper uſurarum quantitate generalem ſanctionem facere duxit neceſſarium, veterem, duram & graviſſimam earum molem ad mediocritatem deducens.

Nulla eſt differentia. Nam in *d.c.cum tu.* uſuræ dicuntur certæ vel incertæ non propter quantitatem, quâ uſuræ vel creſcebant vel minuebantur: ſed propter perſonas, à quibus erant extortæ, quatenus de iis aut conſtat, aut conſtare non poteſt. Hoc manifeſtius reddit Proſper Farinacius *Rotæ Rom.part.1. deciſ.152.* Dubitavi, inquit, quomodo & per quem ſint faciendæ reſtitutiones & diſtributiones uſurarum tam certarum, quam incertarum; Et Domini dixerunt uſuras certas, nempe illas, in quibus habetur notitia de perſonis, à quibus fuerunt extortæ, eſſe eiſdem reſtituendas: incertas verò, quia juridicus & verus dominus, à quo fuerint extortæ, ignoratur poſt exactam indagationem de tali domino, & illo non reperto, venire pauperibus erogandas; cujus aſſertionis utramque partem probat textus in *d.c.cum tu.* ibi *cogendi ſunt eas his, à quibus extorſerunt, vel eorum hæredibus reſtituere* & ibi *poſſeſſiones, quæ de uſuris comparatæ ſunt, debent vendi, & ipſarum pretia his, à quibus uſuræ ſunt extortæ, reſtitui.* Ad idem eſt textus in *c.ſicut dignum.§ eos.d.homicid. & in c.nemo.14.q.1.* Circa ſecundam verò partem dubii, per quem nempe hujuſmodi reſtitutiones & diſtributiones eſſent faciendæ, Domini dixerunt uſuras certas per hæredem eſſe reſtituendas juxta textum in *d.c.cum tu.* Circa uſuras verò incertas eſt diverſitas opinionum inter ſcribentes, quas latè refert Joan. de Anan. in *c.cum ſit.num.12. & ſeq. d.Jud.* Nam Archid. *in c.fin. d.teſtam. in 6.* tenet, quòd non ab Epiſcopo, ſed ab uſurario vel illius hærede ſit facienda hujuſmodi reſtitutio & diſtributio. Contrariam verò ſententiam, nempe quod illa reſtitutio & diſtributio ſit facienda per Epiſcopum amplectitur Hoſtienſ. *in d.c. cum tu. num.3.* & in *d.c.cum ſit. num.4.* & in *ſumm. d.pæn.§ ult.* Inter quarum opinionum diverſitatem adducit conciliationem Panormitanus in *d.c.cum tu. num.5.* cenſens diſpoſitionem malè ablatorum eſſe faciendam per eum, qui tenetur reſtituere, ſed ſecundùm conſilium & providentiam Epiſcopi. Nam intereſt obligati propter exonerationem ſuæ conſcientiæ, ut fiat reſtitutio realiter, & idem intereſt etiam Epiſcopi propter intereſſe pauperum, quorum pater eſt & curam gerit. Aliter eaſdem opiniones Archidiaconi & Hoſtienſis conciliat idem Panormitanus in *d.c.cum ſit.num.7.* Etenim ſi agitur de reſtituendis uſuris extortis per manifeſtum uſurarium, ad Epiſcopum pertinet uſurarum incertarum diſpenſatio, arg. textûs in *c.quanquam.d.Uſur. in 6.* Nam ſicut publice conſtat de extorſione uſurarum; publicè conſtare debet per providentiam Epiſcopi de illarum reſtitutione, & iſto caſu procedat opinio Hoſtienſis; ſed ſi de malè ablatis conſtaret tantummodo in foro pœnitentiali, tunc ſufficeret, quòd reſtitutio fieret ab illo, qui ad reſtituendum tenebatur, & ſic procedat opinio Archidiaconi: & iſtam opinionem ſequi-

tur Felin. in *d.c.cum ſit.num.5.* Subdit Farinacius *num.ult.* Unde Domini cenſuere incertarum uſurarum diſtributionem eſſe faciendam pauperibus, eligendis ab Epiſcopo, & de illius mandato, de manu tamen hæredis, ut ſic conſulatur heredi & illius conſcientiæ, & ſit certus de reali reſtitutione pauperibus facta, conſulaturque & ipſi met Epiſcopo tanquam patri pauperum, ipſius providentiam & conſilium quærendo. Facit etiam pro iſta reſolutione, quod ex ea præcluditur via fraudibus, quæ per hæredem fieri poſſent, ſi illius tantùm arbitrio hujusmodi reſtitutiones & diſtributiones pauperibus eſſent faciendæ.

USURARII edere compelluntur codices rationum ſuarum, *clement.1.§. ceterùm d.Uſur.*

Proponit hanc differentiam Fachinæus *libr.controv.juris.* 11.*c.*87. & ſubdit ibidem, quoniam pœna excommunicationis etiam in Judæis locum habere poteſt per indirectum, ut docet Pontifex in *c.quanto. & c.poſt miſerabilem.d.Judæ.* ideo vera & communior ſententia docet dictam conſtitutionem etiam Judæos uſurarios comprehendere, Decius in *d.l.*1.*n.*13. & Pirrhus Alfanus *num.*52. ubi teſtatur hanc eſſe communem. Cujus fundamentum eſt ſatis clarum, quia Judæi ligantur legibus Romanorum, *l.Judæi. C.d.Judæ.* & etiam conſtitutionibus Apoſtolicis, ut in *d.c.quanto.* & *c.poſt miſerabilem.* Quòd ſi agatur de Judæis non uſurariis, non auſim affirmare, etſi perſonæ eorum odioſæ ſint, eos teneri edere contra regulas juris: nam cum ipſi utantur jure Romanorum, *d.l.Judæi. C.d.Judæ.* meritò non tenentur edere ad fundandam intentionem, ſicut ceteri non tenentur, Hactenus Fachinæus. Vid. differentiam, in qua *Reus edere cogitur &c.* Vid. Zoeſ. ad *tit.Decretal.X.d.Uſur.num.*51.

Secus tamen eſt, ſi ſint Judæi, Dd. in *l.*1.*C.d.edend.* quia pœna excommunicationis Judæis accommodari non poteſt. Et quoties pœna legis adaptari non poteſt, nec ejus diſpoſitio rectè adaptatur, ut notat gloſſa Fulgoſii & Salyceti in *l.mancipia.C.d.ſerv.fugitiv.* Socinus ſen. *conſ.*70.*lib.*1.

USURARUM crimen quia in omnibus ferè locis ita invaluit, ut multi (aliis negotiis prætermiſſis) quaſi licitè uſuras exerceant, & qualiter utriusque teſtamenti paginâ condemnentur, nequaquam attendant: ideoq; cõſtitutum, quòd uſurarii manifeſti nec ad communionem admittantur altaris, nec Chriſtianam (ſi in hoc peccato deceſſerint) accipiant ſepulturam, ſed

De Uſuris quærit Carpzovius in *proceſſ.judic. tit.* 3. *art.* 4. *num.*23. 24. inter quas cauſas ſint referendæ? & refert inter mixtas. Quis enim non videt harum exactionem conſcientias tangere creditorum, ut vel hoc ſolummodo reſpectu uſurarum cauſæ ſint ſpirituales. Sed cum de ſubſtantia contractuum uſurariorum executione hinc contra debitores inſtitutâ, & pœnâ creditorum, qui immodicas exigunt uſuras in judicio controvertatur ſeculari, non poteſt etiam cauſa hæc non pro negotio ſeculari haberi, ut propterea rectiſſimè mixtis accenſeatur, licet praxis hodierna cognitionem de uſuris ut plurimùm deferat Magiſtratui politico, Reinking *d.regim. ſecul. & Eccleſiaſt. libr.*3. *cl.*1. *c.*10.

Uſuras non eſſe prohibitas indicio eſt *t.t.ff. & C. d. Uſur.* Quinimo & multæ Novellæ conſtitutiones de uſuris latæ ſatis ſuperq; approbant uſuras improbatas non eſſe, Borcholt. *d.Uſur.c.*1. *num.*17. Vid. *diſput. meam inaug. d. leg. theſ.* 35. Philipp. Francum ad *rubr. d.Uſur.in* 6.*num.*2.

nec

nec oblationes eorum quiſquam accipiat. Qui verò acceperit vel Chriſtianæ tradiderit ſepulturæ; & quæ acceperit, reddere compellatur, & donec ad arbitrium Epiſcopi ſui ſatisfaciat, ab officii ſui maneat executione ſuſpenſus, *c.quia.3. X.d.Uſur.* Non obſt. *c.per veſtras.7. X. d. Uſur.* quod non agit de uſuris, ſed de ſocietate honeſta. Vid. *gloſſ.ibidem.lit.m.*

num.49. & ſeqq. Alii ſic efferunt, Crimen uſurarum non magis eſſe ſpirituale, quàm homicidium, furtum aut ſimile delictum, quod certum eſt ad Judicis ſecularis tribunal pertinere. Alii ſic efferunt, Crimen uſurarum ex nullo alio capite dici Eccleſiaſticum, quàm quòd ſit divinâ lege & ſacris canonibus interdictum: at non impedit, quid eſſe vetitum divinâ lege & ſacris canonibus, ut tamen ejusdem cognitio ad Judicem ſecularem ſpectet, veluti in furto, adulterio, homicidio. Stemus nos hodiernæ praxi, quæ an conformis ſit ſanctioni Juſtinianeæ: paucis exploremus. Quanquam id animi nobis non ſit tam ea, quæ ſunt juris Civilis, concinnare, quam eorum, quæ ſunt juris Civilis, ab iis, quæ ſunt juris Canonici, differentias; tutelâ tamen noſtrâ heic ſibi conſtet Juſtinianus. Objiciunt nonnulli *l.1.C.d.ſumm. Trin. & fid.Cathol.* in qua Imperatores Gratianus, Valentinianus & Theodoſius conſtituerunt, cunctos populos vivere debere ſecundùm leges à D.Petro Apoſtolo Romanis traditas. At Divus Petrus uſuras improbavit, cum jure divino uſuræ ſint damnatæ. Dicendum igitur videtur, jure etiam Civili uſuras non eſſe permiſſas. Hoc objectum ita diluendum eſt. Conſtitutio Gratiani, Valentiniani & Theodoſii generalis eſt, cui poſtea per alias ſpeciales Imperatorum conſtitutiones derogatur. Et quando generalis datur conſtitutio, & poſtea ſpecialis in jure occurrit, hæc generali derogat. In toto enim jure generi per ſpeciem derogatur, *l.in toto. d. reg. jur.* Objicitur deinde epiſtola *inter claras. §. ſuſcipimus autem.C.d.1.d.ſumm. Trin.. & Nov.131.d. Eccl.can.* Utrobiq; Juſtinianus Imp. approbat quatuor concilia, Nicænum, Conſtantinopolitanũ, Epheſinum & Chalcedonenſe, & vult, ut ſancti Eccleſiaſtici canones, quia dictis quatuor conciliis expoſiti & confirmati ſunt, vicem legum obtineant; Nicæno verò concilio uſuræ improbatæ & damnatæ fuerunt, *c.quoniam multi.47. diſt. c.quoniam.14. q.4.* Quare videtur dicendum, jure quoque Civili uſuras damnatas & improbatas eſſe. Hæc difficultas tollenda eſt ad hunc modum. Quamvis Imperator Juſtinianus approbat dicta quatuor concilia, & quæ in iis conſtituta ſunt, tanquam leges cuſtodire præcipit: tamen non probavit, quæ de uſuris in Nicæno concilio conſtituta fuerunt, ſed uſuras jure Civili permiſſas eſſe voluit. Facit Matthias Stephani in explicatione *Nov.131.num.1.* Quando dicit Imperator ſe illorum quatuor conciliorum Canonum dogmata ac regulas accipere & obſervare, ſicut ſanctas ſcripturas, illud eatenus credendum eſt, quatenus illa decreta confirmantur teſtimoniis ſacrarum literarum non depravatarum. Nam conciliis & horum canonibus credimus propter Scripturam Sacram; ſed Scripturæ Sacræ credimus propter ſe ipſam, quia divinitus eſt inſpirata. Hic non poſſum non adjicere egregiam ſcl. appendicem Covarruviæ *tom.2.var.reſol.libr.3.c.1. num.6.* Licet Juſtiniani conſtitutio approbet concilia, non cenſetur prohibere ea, quæ à conciliis prohibentur. Lex namque divina Evangelica præcipit obtemperandum eſſe Prælatis & Rom. Pontificis conſtitutionibus, & tamen non omnia, quæ Romanorum Pontificum decretis prohibentur, lege divinâ prohibita ſunt, ut conſtat de eſu carnium, qui licet juſtiſſimâ lege Pontificiâ quibusdam diebus prohibitus ſit, non tamen lege divinâ & præcepto divino vetitus cenſetur. Vid. differentiam, in qua *Hæretici poſtulare poſſunt.* Reſponderi etiam poteſt cum quibusdam apud Ungebaur ad *tit.Decretal X.d. Uſur. num.5.* Imperatorem Concilium Nicænum approbaſſe ad conſervandum & propagandum articulos fidei & doctrinæ Chriſtianæ, contra errores Neſtorii, Eutychis & ſimilium hæreticorum, in quatuor illis Synodis, nimirum Nicænâ, Conſtantinopolitanâ,

Epheſinâ, Chalcedonenſi condemnatorum; non autem, ut leges contractuum pro conſervando ſtatu politico, multis vigiliis excogitatas, per hoc evertat, vel labefactet. Ceterùm ſi luberet pleniùs excutere plura juris Canonici loca, inveniremus tacitas uſurarum conceſſiones, quibus avaritiæ cæcitas (verba ſunt *cap. avaritiæ. 5. d. elect. & el. pot. in 6.*) aliquorum animos occupans eos in illam temeritatem impellit, ut quæ ſibi à jure interdicta noverint, exquiſitis fraudibus uſurpare conentur; ut meritiſſimò heic in Canoniſtas applicari queat illud Coleri *part. 1. c. 10. num. 86.* eos excolare culicem, & deglutire camelum. Vid. differentiam, in qua *Redituum annuorum emptio.* M. Zuerium Boxhornium in *diſſ. d. Trapezitis.* ubi inducit Negotiatores Curiæ Romanæ, à Pontifice Romano miſſos ac ſubornatos, qui ob iniquiſſimas, quibus exhauriebant omnes, uſuras denudatores, oſſifragi, tormentores, ſanguiſugones, roſores paſſim appellantur. De iis, qui inter Anglos agebant, ita diſertim Matthæus Pariſienſis in *Hiſtoria rerum ſub Henrico III. geſtarum*; Et his, *inquit*, ita geſtis, petitis nimirum à Clero Anglicano, aliiſque pro Gregorio ſubſidiis, & tandem plerisque in ea conſentientibus, miſit in continenti literas ſuas magiſter Stephanus (Legatus Pontificis) ad ſingulos Epiſcopos, Abbates, Priores, & cujuscunque profeſſionis viros religioſos regni, ſub pœna interdicti & excommunicationis præcipiens, ut tali die tantam pecuniæ ſummam ſibi transmitterent de moneta ad pondus denarii probata & nuper fabricata; ut inde creditoribus Domini Papæ ſatisfacere poſſet, & ipſi pœnas evaderent interdicti. Erat enim in hujus rei executione adeò improbus exactor, ut etiam de frugibus autumni futuri, quæ adhuc in herba creſcebant, ſingulos compelleret decimarum precium ſibi exhibere. Prælati verò aliud remedium non habentes calices, phialas, phylacteria & alia ſacri altaris vaſa quædam vendiderunt, nonnulla in pignus ſub fœnore poſuerunt. Præterea habuit idem magiſter Stephanus quoſdam ſecum fœneratores nequiſſimos, qui ſe mercatores appellabant, uſuram ſub nomine negotiationis palliantes; qui egentibus & exactionibus vexatis obtulerunt pecuniam, & urgente memorato Stephano, ſub pœna graviſſima, coacti multa mutuo cepere; qui poſtea in laqueos eorum inciderunt, damna irreparabilia incurrentes. Continuis maledictionibus, ſed occultis, repleta eſt terra, imprecantibus cunctis; Exactio ſuis exactoribus fiat nunquam fructuoſa. Quod juxta vota populi accidit, quia

Non habet eventus ſordida præda bonos.

Ex eo autem tempore non defuerunt in terra Anglicana quidam Transmontani, qui ſe mercatores nominant, uſurarii iniquiſſimi; qui nihil aliud quærunt, niſi in laqueis ſuis, præcipuè quos Romana Curia angariat, illaqueare. Et ſic abraſor pecuniarum Magiſter Stephanus, Domini Papæ Capellanus, Anglis fœda reliquit veſtigia. Ut autem jus Canonicum excuſet Julius Pacius in *Iſag. ad tit. Decretalium. X. h. t. d. Uſur. num. 3.* & jus Civile limitat, & jus Canonicum molliùs interpretatur, ponendo duplicem differentiam. 1. eſt, Jus Civile uſuram latè accipit pro acceſſione ſortis ſive licita ſive illicita: jus autem Canonicum anguſtè accipit pro uſura illicita: quemadmodum & vulgus loquitur. Ut enim jus Canonicum jure Civili eſt recentius, ita etiam recentiori ſermone, non puro, puta Latino, utitur: nec ſolùm utitur vocabulis Barbaris, *guerrâ, treugâ* & ſimilibus, ſed etiam abutitur Latinis, ſicut expoſui ad *tit. a ſponſal. & matrim.* & uſurâ. 2. Intereſſe non ſolùm jure Civil peti poteſt, ſed etiam jure Canonico *c. 2 X d fidejuſſ.* proinde uſuræ compenſatoriæ hoc jure permittuntur, Abb. & alii in *c. conqueſtus. X. h. t. d. Uſur.* & Dd. in *l. 4. C. eod.* catenus igitur permittuntur, quatenus intereſt. Sed quia ejus, quod intereſt, difficilis eſt probatio, jus Civile hujus difficultatis tollendæ & litium minuendarum gratiâ permiſit certas uſuras loco ejus, quod intereſt: quarum uſurarum obligatione conſtitutâ non habetur amplius ratio ejus, quod intereſt, ſed quæritur duntaxat, quantum promiſſum ſit, dummodo non ſit promiſſum ultra quantitatem jure definitam. Jus vero Canonicum ad conſcientiam reſpiciens, & ut turpe lucrum prohibeat, non admittit certam quantitatem uſurarum: ſed eas eatenus ſuſtinet, quatenus creditoris intereſt non carere ſuâ pecuniâ. In his Julius Pacius jus Canonicum vult ad conſcientiam reſpicere; ego crediderim

derim reſpicere ad commodum, quia id, quod intereſt, legitimum uſurarum modum excedere poteſt. Sed enim antehabeatur illa juris Canonici intentio, quâ in *c.dudum.54. X.d.elect. & el.pot.* cupiditatis vitium eſt reprobandum: nulla etiam ſint, niſi in ſpeciem pugnantia loca. Ad *c.25.d.R.J. in* 6. in quo mora ſua cuilibet eſt nociva, & ita qui moram committit, tenetur ad uſurarum præſtationem, reſpondeo illam regulam referri vel ad vim, vel ad caſum fortuitum, vel ad compenſationem. Sic gl. tres caſus ponit. 1. Plebanus aliquis non ſolvit decimas, quas Parocho ſuo debet: paulo poſt irruentes milites evacuant horreum cunctis frugibus ſublatis. Ecce damnum ex mora. 2. Librum meum pro certo tempore commodavi tibi, eoque elapſo interpellavi ut redderes, quod noluiſti indebitè & injuſtè: liber deinde amiſſus vel furto ſublatus eſt, nunquid pretium libri ſolvere teneris? certè ſic, tuo quoque judicio. 3. Qui rem alienam furto acquiſivit, continuò reddere debet, ac proinde quocunque tempore & caſu eam amiſerit, ad compenſationem obligatus eſt. Ad *c.12. X.d.Uſur.* in quo Judæis tantùm prohibentur uſuræ & inducitur remiſſio ejus, quod debetur, reſpondeo, A reliquis ad Judæos, de quibus ob vitæ profeſſionem magis dubitabatur, procedere argumentum. 2. remiſſio non eſt ejus, quod debetur, ſed vel annihilatio obligationis extortæ vel curſùs uſurarum interruptio. E contrario ſi perpenderemus jus Civ. inveniremus & in eo uſuras eſſe odioſas, Utcunq; id neget Cujacius 19.*obſ.27.* Ego obiter cum Bachovio *libr.d.pign. & hyp.3.c.5.n.4.* propter Cujacium & pro ſententia Interpretum, qui paſſim uſuras odioſas appellant, odium illud uſurarum probabo. Et 1. quòd de odio uſurarum nihil ſcriptum ſit in jure noſtro, nihil omnino facit ad rem. Nec enim Tribonianus neceſſum habuit de odio illo quicquam referre in Pandectas, & ſi integros libros JurisConſultorum haberemus, facilè ex illis, quid de uſuris ſenſiſſent, intelligeremus. Planè certum eſt uſuras ab Impp. admiſſas & JCtis, non quòd eas probarent, ſed quòd eas admittere neceſſe habuerunt; quòd aliter nemo indigentibus pecuniam daturus mutuam fuiſſet. Antequam finiamus hanc juris Civilis & Canonici differentiam, ex *c.ſalubriter. X.d.tit.d.Uſur.* ſubnectere Canoniſtarum quæſtionem lubet, *An vidua poſſit exigere uſuras ab heredibus, qui moroſi ſunt in reſtitutione dotis?* Antonius Merenda *libr. controv. jur.2. c.39.* negativam ſententiam ſequitur, etiamſi mulier non habeat, unde ſe alat; & ideo illi, qui dicunt, licere viduæ præter dotem aliquid accipere, neceſſe eſt, ut cauſam oſtendant, cur id ei liceat. Id autem licet multi efficere tentaverint; nemo tamen, ut mihi videtur, id aſſecutus fuit, quod manifeſtum erit, ſi circumſtantias hujus quæſtionis examinabimus, quæ ſunt hæ, Mora debitoris: dos, quæ reſtituitur: inopia mulieris. Quod ad moram debitoris pertinet, non eſt cur de ea loquar, quia ſi eſſet circumſtantia ſufficiens, ut creditor exigere poſſet plus quàm ſibi debeatur, ſemper liceret uſuras exigere; uſuræ enim ab illis exiguntur, qui ſunt in mora. Quoad id, quod debitum eſt, id eſt, quoad dotem, quæ reſtituenda eſt, ſi hoc ſatis eſſet, ut mulier plus acciperet, quàm tradiderit, hoc eſſet vel ex privilegio dotis, vel ex natura ipſius. Non eſt ex privilegio, quia uſura, quæ crimen eſt, concedi propter privilegium non poteſt, *c.4. X.h.t.* Non poſſunt etiam uſuræ admitti ex natura dotis, quia natura ipſius non poſcit, ut plus maritus reddat, quàm acceperit; Nec valet, quod adverſarii dicunt, dotem eſſe proprium mulieris patrimonium alimentis & neceſſitatibus ejus deſtinatum, & per conſequens ſecundùm naturam ejus eſſe, ut ex reditu ipſius mulier ſe tueatur, quoniam animadvertendum eſt hanc reſponſionem manifeſtam continere fallaciam; nam licet dos deſtinetur pro alimentis mulieris, cum vidua erit, non propterea mulier, ſi ei tradita fuiſſet, potuiſſet ex ejus reditu ſe alere & ſuis conſulere neceſſitatibus, quia dos in quantitate conſiſtit. At dices, poterat mulier ex dote aliquid fructiferum comparare, & ex hujusmodi reditu ſe alere. Reſpondeo hoc non eſſe ex natura dotis, ſed per accidens, ſi ſcilicet tunc ſeſe obtulerit occaſio tale aliquid emendi, eamque mulier amplexa fuerit. Reſtat ut de paupertate mulieris dicamus, quam plurimi conſiderant, ut mulieri uſuræ debeantur, hanc autem ad effectum, de quo agimus, non ſuffragari evidens eſt, quia ſi paupertas viduæ eſt, ut ei debeantur uſuræ, quæ aliàs non deberentur, conſequens

Digitized by Google

erit,ut idem in omnibus creditoribus, quibus non licet exigere uſuras, paupertas eorum efficere poſſit,quod affirmare abſurdiſſimum eſſet. Huic accedit altera quæſtio de monte Pietatis, circa quem interrogatur, *An iſte mons Pietatis ſit licitus,nec ſapiat uſurariam levitatem?* Ego,ne pedem eo præcipitem,unde referre nequitem, malo remittere ad Pontificios, Zœſium ad *tit.Decretal.d.Uſur.num.*53. Streinium in *Summ.jur. Canon. part.*2.*tit.*8.§.6. ubi *num.*1. inducit Miniſtellos quoſdam è Lutheri Schola, inprimis Balthaſ. Meiſnerum, Wittebergenſem Profeſſorem,qui in *part.*3.*Philoſ.Sobr.ſect.*1.*c.*6.*q.*1.§.*coroniſ.d.Pontific. inconſi* fultus præſidio Dominici Soto doctrinam eorum, qui montem Pietatis tuentur & approbant,inconſtantiæ,ſimulationis,falſitatis & uſurariæ pactionis arguit. Qui conſideraverit Pontificios monte Pietatis ſublimes, quo impetu ſubvolent & qua vertigine conſuli iterum decidant,de adſcenſu in hunc montem non anxius laborabit. De Trapezitis quid habendum, vid. M. Zuerium Boxhornium in *d. diſſert.* Samuelis Mareſii *reſponſionem ad Eruditiſſimi cujuſdam Viri conſiderationes erotematicas circa fœnus trapeziticum* ubi *num.*1. notat, Pontificios in hoc dogmate habere ſuffragatorem Mahumetem in *Alcorano, A Zoara* 2. partim in odium Judæorum, ſuis Arabibus ob uſuras, ut fit, valde exoſorum: partim eo conſilio, quod illi tribuit Boccalinus in *Monte Parnaſſo*, ſubditos ſcilicet in paupertate detinendi,ne freti opibus, quæ etiam fœnore acquiruntur, obedientiæ jugum minus patienter ferant.

Usu rei locatæ conductor ante finitum locationis tempus interdici non poteſt, quemadmodum invito locatore ante idem finitum tempus conductor deſerere uſum non poteſt, *c. ex reſcripto.*1.*X.d.locat.cond.*

Interdici poteſt, *l.*3.*C. d. loc. cond.* ſi propriis uſibus dominus eam neceſſariam eſſe probaverit, aut corrigere domum maluerit: aut conductor in re locata malè verſatus eſt.

Nulla eſt differentia, quia iidem caſus excepti, quos notat jus Civile, notantur in *c. propter ſterilitatem.*3.*X.d.tit. d loc.cond.* e quo capitulo ſi aliqua elicienda foret differentia, eliceretur quartus caſus,qui videtur in *d. l.*3. *C. d. loc. cond.* omiſſus,ſi conductor canonem per biennium non ſolverit. Verùm hic quartus caſus præſupponitur in *d.l.*3. in his verbis, *ſi penſionem domino in ſolidum ſolviſti.* Exprimitur in *l.*56.*ff. eod.* in qua cum domini horreorum inſularumque deſiderant diu non apparentibus, nec ejus temporis penſiones exſolventibus conductoribus, aperire, & ea,quæ ibi ſunt,deſcribere à publicis perſonis, quorum intereſt,ii audiendi ſunt: tempus autem in hujusmodi re biennii debet obſervari. Ex his caſibus exceptis reſponderi poteſt ad illam interrogationem, quam apud Franciſcum Nigrum Cyriacum *libr.*2.*controverſ.*218. *num.*20. movet Jacobus Bonjour in ſuo *ænigm.*2. An qui conduxit aſinum pro ferenda ſarcina, dum in aprico æſtivo tempore circa meridiem ardente ſole conquieſcit unà cum domino aſini,qui eum ſequitur,pro illum ad domum reducendo, poſſit gaudere ipſius aſini umbra invito domino,qui eam pro ſuo commodo prætendit? ubi concludit pro locatore,cujus ratio poteſt eſſe in *d.l.*3. quòd aſinus propriis uſibus fuerit neceſſarius: non propter pulcritudinem,quia aſinus aſino eſt pulcerrimus: non propter prudentiam, quâ omnino caret, nec cogitat, num ad portas Græciæ communis hoſtis inſidietur: non propter tarditatem, à cujus languore nec verbis, nec verberibus excitare poteſt: non propter fidem, quâ tamen optimâ onera vectoris ac clitellas patitur: ſed propter umbram, quam ſectantur, qui abjectiſſimos ambiunt, maximis inſultant: antiquiſſima ac præſtantiſſima faſtidiunt,ineptiſſima ac nova admirantur: uſitata deſpiciunt,inuſitata appetunt: veritatem diſputando quærunt & involvunt. Si quid generoſum (verba ſunt Danielis Heinſii in dedicatione laudis aſini ad Evvaldum Screvelium, Medicum & æternitate dignum prodit, nauſeant ac vomunt. Animas incomparabiles, Hippocratem, Galenum, Ariſtotelem, Plutarchum, Tullium, Naſonem, tanquam ævi

ſui pur-

ſui purgamenta, negligunt aut horrent. Nugamenta hominum ac ſordes ſuſpiciunt ac tollunt. Videmus eſſe quasdam, quæ cum cibos quoslibet faſtidiant atque à ſe ſpernant, terram languidæ aut vivam calcem, corium aut pannos veteres ſectantur, atque in iisdem dentem figunt. Fatebatur ſuo tempore noſter Juſtinianus in *l.2.§.18.C.d.V.J.E.* humani juris conditionem in infinitum decurrere, & nihil eſſe in ea, quod ſtare perpetuo poſſit: multas enim formas edere rerum natura deproperat. Credo Juſtinianum non tot formas crediſiſſe, quot ſub abſtruſis philoſophantium errant. Si delirium creat aliquam, monſtratur è manu chartacea, quod nemo videt: propinatur illa nielligo, quâ ſola opinio fruitur. Præit Philoſophus, nec illa ſequitur: circumgeſtatur, & tamen circumgeſtantem non onerat: dormit cum Philoſopho, quæ nunquam vigilavit, evigilabit nunquam: miſceatur cum eo ſive non, idem eſt lecti ſpatium. Inſaniat, pruriat, ſuam denique formam effœtam anum exiſtimet, vacuus apparebit ſemper. Tandem teſtetur eam eſſe Melitæam, cum qua cibum capiat, quam in ſinu trutinet; ſi Philoſophus eſſet vel leviſſima formica, huic formæ non inſideret: ſi fringilla hac formâ volitans, næ informis volitaret.

Usus conſtitutus ei, qui parvam habet familiam, non extinguitur eâ auctâ, arg. *c.quia circa.22. X.d.priv.& exceſſ.privil.* ubi decimæ remiſſæ alicui cenſentur etiam remiſſæ quoad poſſeſſiones futuri temporis. Facit, quòd ut diminutio familiæ prodeſt obligato ad uſū, ita obeſt augmentum, cum qui lucrum amplectitur, damnum non reſpuat, *c. qui ſentit. d. R. J. in 6.* Vid. Panormitanum in *c.quantò.n.5.9.10. d.cenſib.*

Si uſus auctâ familiâ non extingueretur, ſequerentur hæc abſurda. 1. uſum recipere augmentum & diminutionem, & ita partitionem. 2. uſum poſſe fieri uſumfructum, quia auctæ familię omnes fructus poſſent eſſe neceſſarii. 3. Uſuarium commoditatem & emolumentum juris ſui alii concedere poſſe. 4. Uſum viduæ conceſſum poſt uſum nubenti cenſeri conceſſum. Quæ omnia eſſe abſurda docent, *l.2. in princ. l.4. in §. l.19. ff.d. Uſu & habit. §.1. I. eod.*

Zœſius in *C.d.Uſufr. & Habit. q.ult.* veram ait juris Canonici ſententiam, eamq; ex jure Civili confirmat, cum verba indiſtincte poſita indiſtincte accipienda ſint, & familiæ appellatione veniat familia aucta, arg. *l.fin.C.quæ res pign.* ubi nomine rerū veniunt etiam futuræ. Et obligatio ſimpliciter concepta ſub nomine collectivo non variatur, licet creſcat aut decreſcat. Vid. Bartolum in *l. ſi ita.ff.d.aur.arg. &c. leg.* Everardi *conſ* 235. *n.18.* Non obſtant abſurda in ſpeciem pugnantia. *Non primum*, Nam aliud eſt uſum recipere augmentum & diminutionem, quod fit in relatione ad uſum jam conſtitutum: aliud recipere partitionem, quod fit in relatione ad ipſius uſus conſtitutionem, quia ſui partitionem non admittit, nam uſus neceſſitatem concernit, quo ipſo pars duntaxat neceſſitatis foret neceſſaria, & ita homo viveret partim, partim moreretur. *Non ſecundum*, quod peccat fallacia accidentis; nec enim contingentia illa, quà æque percipit uſuarius ac uſufructuarius, uſum & uſumfructum eandem facit ſervitutem. 2. Uſufructuarius omnes fructus percipit non jure neceſſitatis, ſed conceſſione emolumenti, quod in uſufructu eſt univerſum. 3. Interdum in uſu plures reperiuntur fructus, quàm in uſufructu, *l.12.§.3.ff.d.Uſufr.* ubi vide. *Non tertium* obſtat, quia familia non facit alios, ſed eosdem in eadem familia numero multiplicat. 2. familiam augeri eſt ex tacita conceſſione uſûs; alii uſum concedere eſt ex prohibitione ejus, qui rem

in uſum

Digitized by Google

in uſum conceſſit. *Non quartum*, quia *d.l.4.* reſpondet, ſi viduæ uſus ſit legatus, nuptiis contractis poſt conſtitutum uſum mulier habitare cum viro poteſt: ne ei matrimonio carendum foret, cum uti vult uſu. Hoc ampliùs Pomponius ait & cum ſocero habitaturam. Vel diſtinguendum videtur, An relictum viduæ reſtringatur ad ſtatum, quia eſt vidua: an relictum viduæ reſtringatur ad rem, quæ relicta fuiſſet viduæ, etiamſi non fuiſſet vidua.

USUSFRUCTUS à proprietate diſtinguitur, *cap.ult.X.d.pignor.*

Uſusfructus in multis caſibus pars dominii eſt, *l.4.ff.d.Uſufr.*

Nulla eſt differentia, quia in *d.l.4.* non nudè dicitur, quòd uſusfructus ſit pars dominii, ſed quòd in multis caſibus eo modo, quo dominium, conſtituatur. Placet opinio Ant. Matthæi in *not. & animadv. ad princ. I. d. Uſufr.* Vulgò dividunt Uſumfructum in cauſalem & formalem. Cauſalem vocant, cujus cauſa ſit proprietas, cui uſusfructus cohæret. Formalem, qui in rebus alienis conſiſtat, a proprietate ſeparatus. Diviſio hæc apertè verbis definitionis confutatur. Eſt uſusfructus in alienis rebus utendi fruendi. Omnis igitur uſusfructus eſt ſervitus, *l.1. D. d. ſervitut.* Res autem propria nemini ſervit, *l. in re communi.26 d. S. V. P. l. Uti frui.5. ff. ſi uſusfr. pet.* Quanquam non inficior uſumfructum quandoque abuſivè pro commoditate accipi, quam quis in re ſua habet, *l. ſi à reo.70.§. ſi reo. D.d.fidejuſſ. l.ſi ita ſtipulatus.*126.§.1.*D.d.V.O.* Videatur *l.21.§.3.d.exc.rei jud.* de qua Biccius in *reb.quotid.ſect 2 th.31.lit.O.*

USUSFRUCTUS in veſtimentis conſtitui poteſt verus, quia in iis, quæ uſu non conſumuntur: ſive, quod eodem redit, in iis, quorum ſalva eſt ſubſtantia. In *c. Altaris. d. conſecrat. diſt.* 1. altaris palla vetuſtate, non uſu conſumitur, & quoniam vetuſtate demum, incendio datur. Vid. differentiam, in qua *Habitus non facit monachum*, differentiam, in qua *Laici & Seculares &c.*

Non poteſt conſtitui verus, Oſtermann. in *coll. Colon. vol.1. diſp.16. th.19.* Manzius ad *§.2. I.d.Uſufruct. num. 6.* Quamvis enim veſtimenta non ita conſumantur, vel abſumantur, uti vinum frumentum & aliæ res fungibiles; tamen ipſo uſu quotidiano atteruntur & paulatim pereunt.

Abſtinuiſſem heic calamum, ſi ſuſurros ineptientium, qui quævis me infarcire garrient, audirem. Sed enim quum hos garritus exiſtimem poſſe omitti, non magis ſunt audiendi, quàm is Leydenſis Anabaptiſta, de quo Mareſius in *judic. d.Canonic. ultraject.* qui occurrens in platea magno Theologo D.F. Gomaro ineptè profitebatur ſe offendi & ſcandalizari, quòd ſpira, quam vir ille Reverendus & Celeberrimus habebat circa pileum ſuum, ejus judicio juſto craſſior eſſet. Placuit autem inducere hanc controverſiam partim in gratiam Romanenſium, qui inde theatra ſua lutulentiùs amabunt: partim quòd experiar etiam egregios Commentatores hanc controverſiam intra Veſtæ penetralia ſepelire. Alios ita loqui, ut è dimidiatis ſuis verbis non intelligantur. Alios ad legislatoriam confugere cenſuram. Alios nudè verum uſumfructum aſſerere, negare alios. Crediderim ego cum Wiſſenbachio *diſp. ad Inſt.12. theſ.7.* Vinnio ad §.2.*I.d.tit.d.Uſufr.num.2.* qui & ibi viâ Bachovii incedit, in veſtimentis eſſe verum uſumfructum. Quandoquidem veſtes non ſunt res fungibiles, & quæ ipſo uſu conſumuntur. Neque enim ſufficit, quòd uſu atterantur & deteriores fiant, quoniam imò harum rerum tantùm eſt quaſi uſusfructus, quarum datione in creditum itur, & quas conſumimus penitùs, dum iis utimur, vel revera & naturaliter, veluti vinum, oleum &c. vel quodammodo ut pecuniam numeratam, dum eam expendimus; ceteroquin ſi ex hoc quaſi uſumfructum metiamur, quòd

uſu

uſu res fiant deteriores ſaltem, omnium penè rerum mobilium quaſi uſusfructus erit. Etenim harum quoque rerum, quæ utendo fiunt deteriores & pro parte corrumpuntur, eſſe verum uſumfructum inde apparet. Quòd cum cautio de reſtituenda ipſa ſpecie & corpore, cujus eſt uſusfructus, non niſi in vero uſufructu habeat locum, cavetur tamen de reſtituendo eo, quod ſupereſt, *l.1.in princ.& §.ult.ff.Uſufr.quemadm.cav.* ſatis enim eſt dolum malum abeſſe, & quem uſum eſſe re ſecundùm ejus naturam; idque ita traditum eſt in terminis de veſtimentis, *l.ſi uſusfruct.9.§.pen.d.tit.* Adeò ſuper qua re cavetur eam ipſam reſtitutam iri, ejus eſt verus uſusfructus. Atqui ſuper veſtibus ita cavetur, *d.§.pen.* ubi ſtipulatur hæres veſtem reddi, & liberatur fructuarius, ſi finito uſufructu eam ſine dolo malo attritam reddiderit. Ex quo apertiſſimum eſt dominium veſtium in uſufructuarium non transferri, quod in quaſi uſufructu neceſſarium eſt. Et videtur itaque incuriâ hic lapſus Tribonianus. Color enim tantùm eſt, quòd Donellus 10.*comm.*4. hunc textum explicat de uſufructu rudis lanæ; itemque quòd Accurſius id reſtringit ad caſum, quo veſtium æſtimatarum uſusfructus legatus eſt: quomodo legari poſſe veſtium uſumfructum colligitur ex *l.ſed ſi.15.§.& ſi.4.h.t.* quamvis ſanè illa verba *d.§.non ſicut quantitatis uſusfructus legetur.* videantur ab Interprete aliquo inſerta, qui ita juvare voluit Tribonianum, ſed utut ſit, apparet ex illo ipſo loco veſtium uſufructu ſimpliciter legato eſſe verum uſumfructum; quia ait fructuarium ita uſurum, ne abutatur, atqui qui quaſi uſumfructum habet, cum dominus ſit, pro libitu re utitur, & quidem, cujus uſus eſt quaſi in abuſu & conſumptione. Neque obſtat, quòd in *l.1.d.Uſufr.ear.rer.* earum rerum dicitur eſſe quaſi uſusfructus, quæ uſu tolluntur vel minuuntur; neque enim JurisConſultus ibi intelligit deteriorationem, ſed conſumptionem per partes, veluti ſi cui uſusfructus aliquot amphorarum vini vel modiorum frumenti fuerit legatus. Hactenus Bachovius, à quo non diſſentit Ant. Matthæus in *not & animadv.ad d.§.* Quòd Marcus Lycklama *membran.libr.5.ecl.ult.* ex *d.l.15.§.4.* diverſum eliciat, non movet, imò confirmat noſtram ſententiam, cum enim uſusfructus veſtimenti, & uſusfructus quantitatis opponantur, apparet veſtimenti verum eſſe uſumfructum. Deinde cum adjiciatur lex uſufructuario, ita debere eum veſtimento uti, ne abutatur, in veſtimento erit verus uſusfructus. Beſoldus in *delib. jur.ex libr.7.pandect.q.*13. cum Hotom. ad *d.§.2.* Donell. *libr.comm.jur.Civ.*10.c.4. Hillig. in *notat.ibid.lit.b.* Forner. 1.*ſelect.*21. Arum. *exerc.Inſt.5.th.*18. diſtinguit inter veſtimenta quotidiana, quorum quaſi uſusfructus, & inter lugubria, ſcenica ac ſimilia, quorum perrarus eſt uſus, quæque tempore potiùs, quàm uſu conſumuntur: illorum enim verus videtur eſſe uſusfructus. Nec hanc diſtinctionem admittimus, niſi per veſtimenta quotidiana intelligantur viliora, nec bonis centonibus paria, nec digna, quæ veteres Romani cenſibus adſcripſiſſent. Utenſilia, de quibus Vinnius, præſertim lintea, ut mappæ, mantilia, toralia, ſunt quotidiana, in iis tamen non eſſe verum uſumfructum nemo dixerit. Et quod Imperator in *d l.15.§.5.* mentionem faciat ſcænicæ aut funebris veſtis, hoc non fit in relatione ad verum & quaſi uſumfructum, ſed in relatione ad uſum, qui eſt rarus aut frequentior in iis veſtimentis, in quibus verus uſusfructus conſtituitur. Timæus Faber *diſp.ad Inſt.15.th.*11. Cyprianus Regnerus *diſp.ad Inſt.6.th.*10. Valerius Andreas Deſſelius in *addit.ad Zæſ.Inſt.ad d.§.2.num.4.* diſtinguunt, An ſit uſusfructus in veſtimento relictus, ut corporis, an ut quantitatis. Nec hanc diſtinctionem admittimus, ſive veſtimentum conſideretur jam confectum, ſive quod abſurdum foret, cauſa veſtimenti conſiſtens in iis rebus, quæ in genere ſuo functionem recipiunt: nam ab ipſo veſtimento, quod redigi ad ſua initia non poteſt, ad veſtimenti cauſam perperam argumentaremur. Deinde, quod notat Frantzkius ad *d.tit.ff.d.Uſufr.ear.rer.&c.num.5.* quemadmodum pecunia, quæ uſu juris quantitas eſt, & corporibus ſeu ſpeciebus opponitur, poteſt ut ſpecies conſiderari, *l.51.d.leg.1.* ita nihil abſurdi eſt, ſi & quandoque ſpeciem ſeu corpus pro quantitate, præſertim ſi taliter comparatum ſit, conſideremus. Tertiò ſub quantitate non videtur intelligi res fungibilis, ſed eadem bonitas, ita veſtimenti quantitas conſiderari nequit. Ecquis aſſereret veſtimentum, in quo finitus fuerit uſusfru-

ctus, eadem bonitate reſtitui poſſe. Denique hæc diſtinctio inter corpus & quantitatem non eſt uſufructui propria; ſed quicquid ut quantitas, in uſumfructum conſtituitur, illud conſtituitur dominio rei quantæ translato, & ita non coërcetur intra terminos uſusfructûs, nam dominum rei quantę eſſe translatum & coërceri intra terminos uſusfructûs contradictionem implicat. Omnium optimè ſe expectoraſſe ſibi videtur Hunnius *vol. ad Treutl. 1. diſp. 16. q. ult.* Infert. 1. ipſam experientiam abunde teſtari veſtes ipſo uſu atteri. Hunnius affirmat, quod nunquam negaremus. Sic poteſt conſumi ſed non tam uſu quàm caſu adverſo, de quali conqueſtus eſt coram Catone, qui ſibi à ſoricibus eroſas caligas dicebat: Cui Cato reſpondit non eſſe illud monſtrum, ſed verè monſtrum habendum fuiſſe, ſi ſorices à caligis roderentur. 2. infert in illa refutatione, quâ invehitur adversùs Joh. de Caſtillo, Teſtatorem, dum verum uſum fructum in veſtimentis conſtituit, immutaſſe jus naturale & civile ſimul: putaverim ego neutrum jus eum immutaſſe, ſed ſiniſtram Hunnii eſſe opinionem. Pergerem ad tractatum, quem de Uſufructu ſcripſit Hunnius, ſed vereor, ut nimium cupediarum luxum nolenti ſubminiſtret.

Quoad jus Canonicum non eſt neceſſum me inquirere aut in Junonis ſandalium, aut Veneris pallam, aut Jovis tunicam, aut Martis interulam, quæ & alia Deorum Chimæricorum ornamenta Canoniſtæ ignorant. Non eſt neceſſum inquirere in ſculponeas, quas bonas alternis annis dari oportere familiæ ruſticanæ Cato præcipiebat: ad pedes quippe ruſticantium ancillarum ſe non demittit ſpiritualis cupido. Non etiam eſt neceſſum me, quod Sulpitio Æmilianus, ut probrum objicere Canoniſtis, eos uti tunicis totas manus operientibus: modeſtiæ enim hæc manuum occultatio eſt argumentum. Non etiam eſt neceſſum explicare pallia, quæ nunc totum corpus ad calcaneum usque tegunt, nunc paulum infra genua deſinunt, iterum aliquid de demenſo decerptum cum genubus componunt, nunc infra nates parum terminantur, nunc circum coſtas & altrinſecum humerum circumvolvuntur, nunc ex uno humero ventilantur, nunc fibula complicantur, nunc ſolutim hærent, nunc manicas habent, nunc ſine illis expeditoria videntur: has enim palliorum mutationes Canoniſtæ in aliis rident, ſibi non applicant. Non etiam eſt neceſſum me diſtinguere veſtes domeſticas, cænatorias à forenſibus: Canoniſtæ non diſtinguunt. Non eſt neceſſum me ſuſcipere pileum, qui modò ſit latiſſimi ambitûs, in quo amphitheatrum extruere poſſis, modò ſinuoſus planè, ut ſive navigium cum remis veloque, ſive ipſam terram, nunc in montes exurgentem, nunc in valles ſubſidentem & per prata ſeſe diffundentem eſſe crederes: Prætoris olim non tam grandis erat corona, cum ludos ederet: pileum Canoniſtæ ſemper eadem formâ geſtant, nec addunt quippiam, quod ſive aſpergillum ex ſacris Eleuſiniis, ſive ex Sileni jumento appendicem judicares. Non eſt neceſſum me occupari in diverſitate faſtûs, quam Eruditi quoque induunt. Simpliciorem alium, non Canoniſtam, invadit hæc opinio. Si aliquem in chlamyde purpurea gemmatis fibulis, aliquando auratâ procedentem tunicâ, conſpiciat, ſtatim magnum aliquod ex habitu conjicit ſeculi lumen & æquè obſtupeſcit ac ſi Cæſarem laticlavo fimbriato, laxiore cincturâ: Auguſtum quaternis tunicis togiſque nec reſtrictis nec fuſis, cum thorace laneo, femoralibusque & tibialibus: Antonium tunicâ ad coxam cinctâ & villoſâ chlamyde: Pompejum cæruleo paludamento incedentes videret. Aliis erat mentis Hermannus Butchius, vir celeberrimus, qui dum domeſtico veſtitus habitu ad forum Marburgenſe deſcendiſſet, neminem ſibi aſſurgentem habuit. Iratus quòd ſibi debitus & conſuetus negaretur honos, domum reverſus togam prælustrem ſumpſit, forumque è veſtigio repetit: & ecce venienti aſſurgunt omnes, ac honoris ſigna exhibent. Ille verò nihil talia moratus ſe domum recipit, & togam pedibus conculcat. Faceret Canoniſta, quod ſcurra ille, qui vocatus ad nuptias cognatæ extemplo nova ſibi indumenta coaptari mandat, iiſque ornatus in amicorum conſpectum prodit. Hi tali veſte ornatum nuptiali feſtivitati interſit rogant. Venit. At ubi naturæ genioque jam ſatis indulſerat, thoracem & caligas inſpectantibus ac ridentibus convivis multâ pinguedine perungit dicens, Nunquid

etiam

Digitized by Google

etiam hæc indumenta me ſaginare oportet, quorum gratiâ huc vocatus ego ſum, aliàs non vocandus. Credamus nos, qui eruditi nomen colimus, eos, qui animorum ornatum in corpore, ingenii pulcritudinem in locupleti apparatu venantur, poſſe contendi cum nanis, qui laxiori cultu ſe diffundunt, pedum digitis natant, anſati ambulant, ut grandes & corpulenti videantur; ita bonæ mentis exules, quales ſunt Thraſones, hiſtriones, funambuli, mangones, fatui in transmarini luxûs & externæ pompæ ſplendore dementiæ latibulum quærunt, virtutemque fingunt, quam non habent. In nobis gloria bene agendi, amictus modeſtiam probandi, manebit inde major, ſi medium, non ultra modum ſordidi, non tumidi, teneamus: ſi tempus hoc matutinum, quod alii inflandæ ſubuculæ exquiſitiùs adhibent, libris adhibeamus, non ſoliciti, non veſtium negligentiâ diffluentes. Etiam placeat cura eorum, qui, utcunque non prolixiori turgeant peculio, abſcondunt tamen pendulas utrinque lacinias, affixa hinc inde emplaſtra: cicatrices quàm nova foramina malunt: iterum formant laceras togas, neve cum Epaminonda Thebano, dum veſti opus novum eſt nunciandum, domi otium alant, alteram togam in ſubſidium vocant. Placet & parſimonia eorum, qui caligarum contrahunt latitudinem, in qua etiamſi ſecunda, tertia, quarta pars perirent, ſatis eſſet, quod caligis ſufficeret. Nuper me ſalutavit quidam è Gallia veniens, qui ut mihi probaret ridiculas veſtium innovationes, caligarum latitudinem capiti circumducebat: expectandum tempus, quo pedibus thorax circumducatur. Aſt quantùm diſplicet pallium Antiſthenis, quod ſtolidam ambitionem occultabat! quantùm gibbus Cratetis, qui tumoris notâ non caruit! Simularint dejectam nimis humilitatem, morbum, qui ſub penulis philoſophantium torquet, tegebant & manifeſtabant. Panſæ tegant pedes ſuos, vel cæcutienti in oculos currunt.

Dubitantem non moretur ſcænica veſtis, de qua *d l.15.§.5.* quia Clerici, qui clericalis ordinis dignitati non modicum detrahentes ſe joculatores ſeu goliardos faciunt aut bufones: ſi per annum artem illam exerceant ignominioſam, ipſo jure: ſi autem tempore breviori, & tertiò moniti non reſipuerint, careant omni privilegio clericali, *c. Clerici. d.vit.& honeſt. Cleric.in 6.* Non moretur veſtis funebris, de qua in *d.§.5.* quam nunquam induit Clericus, ſed retinet veſtem clericalem, cujus tantus eſt favor, ut ſi Clerici, qui cum unicis & virginibus contraxerunt, tonſuram & veſtes deferant clericales, privilegium retineant canonis, *c.Clerici.d.Cleric.conjug.in 6.* Non moretur alius apparatus, de quo ibidem, ſive virilis ille fuerit ſive ſequioris ſexûs. Probant Canoniſtæ matronas olim ſpectatæque pudicitiæ mulieres non niſi nigro capillo & longè lateque fusâ togâ ad talos demiſsâ, ſtolâ, flammeo, vittis, reticulo, quo capita velarent, fuiſſe uſas, & ita diſtinctas à meretricibus, quæ flavum capillum habebant, & togam ſubductiorem abſque flammeo & vitta: imò virilem togam, quæ adulterii crimine damnatæ erant, dimiſsâ ſtolâ ſumere cogebantur. Probant, ſed ſolenni caſtitatis voto, quod non tam natura ſtimulavit, quàm temporum antiquitas, quâ exſculpi non poſſunt, quæ periere, ſuadet.

Tandem non moretur *d.c. Altaris.* ſive Altaris palla conſideretur in relatione ad marem, ſive in relatione ad mulierem, à cujus pallio quadrangulato pallam gloſſa derivat. *Rationum dubitandi prima eſſe poterat*, quòd etiam res mobiles uſumfructum citra ſui conſumptionem præſtent, ut ſervus, jumentum, *l.2.d.Uſufr.leg.* navis, *l.12.§.1.d.Uſufr.* apes, *l.9.§.1.* amphora, cadus, *l.15. §.9.eod.* Reſpond. 1. allegata illa eſſe juris Civilis, nec juris Canonici aliquam confirmare oppoſitionem. 2. non negamus res mobiles uſumfructum præſtare, ſed negamus his rebus mobilibus Altaris pallam annumerari. *Ratio dubitandi ſecunda eſſe poterat*, quia quemadmodum uſusfructus, ita Altaris palla non tranſit ad hæredes. Reſpondeo hinc argui convenientiam in aliquo tertio, & committi fallaciam non cauſæ: cauſa enim negatæ tranſitionis ad hæredes non eſt in natura uſusfructus, ſeu in natura ipſius pallæ, cujus cuſtodia pendet à ſucceſſione aliqua hæredum, ſed ab electione eorum, qui in muneris ſucceſſione ceteris digniores exiſtiman-

tur. Quatenus tamen etiam in veſtimento, quod non tranſit ad hæredes, quæratur uſusfructus, vid. differentiam, in qua *Sepeliri debet Archiepiſcopus cum pallio.* & quatenus expediat veſtimentum ſequi ſepulcrum, vid. differentiam, in qua *Saltus in honorum delatione admittitur.* ubi qui damnati erant, & flammis cremabantur æternis, non potuiſſent dignoſci, an ejus eſſent ordinis, cujus ſe fuiſſe fatebantur, niſi cappas aperuiſſent. *Ratio dubitandi tertia eſſe poterat,* quòd & pallæ & omnium eorum, quæ ad Canoniſtas pertinent, ſalva ſit ſubſtantia: docent in ſecularibus, quemadmodum matrimonia immortalitatem inducant, & idem artificium, de quo in *Nov.22. in præf.* urgent: in ſpiritualibus, quorum palla eſt portio, eâ perſuaſione occupantur, non aliam eſſe conditionem ſuorum temporum, aliam eorum, quæ jam fuere, aut quæ futura ſunt: cuncta æternæ memoriæ annumeranda cenſent. Reſpondeo. 1. ſalva ſubſtantia eorum, quæ ad Canoniſtas pertinent, refertur ad opinionem magis, quàm ejus, de quo quæritur, veritatem, niſi intelligamus, quod abſurdum foret, res divinas, de quibus in *l.2.§.18.C.d.V.J.E.* 2. ab immortalitate perſonarum, quam continuat propagatio, ad immortalitatem rerum, quæ ſuâ periodo deſinunt, non argumentamur. 3. cuncta æternæ memoriæ adſcribimus in relatione ad finem, propter quem agimus: non in relatione ad res, propter quas agimus. 4. quantumvis includamur ergaſtulo corpóris noſtri, cum quo tandem ſolvimur, tamen ibi ſumus, ubi non ſumus: ibi erimus, ubi totam humanitatem cœca nox obruet. Ita ſit incenſa Troja, ſint collapſi muri Carthaginis, vixerit Archimedes & ſanguine morientis ſignati cineres; ſtat nobis adhuc Troja, & in ea Priamus dominatur. Vivit adhuc Archimedes, & videor mihi videre eum Syracuſas ſuas defendentem. Floret adhuc æmula Imperii Carthago, & cum Principe gentium populo de principatu terrarum contendit. *Ratio dubitandi quarta eſſe poterat,* quòd licet eorum non ſalva ſit ſubſtantia, non tamen uſu, ſed vetuſtate conſumuntur, adeò ut incendio dentur: quæ autem vetuſtate demum conſumuntur, in iis verus conſtitui poteſt uſusfructus. Reſp. 1. non ſufficit incendio conſumi, ſed illa res, quæ incendio conſumitur, debuit eſſe uſuſructui idonea. 2. quæ vetuſtate ita fuerint conſumpta, ut aut in pariete, aut in foſſis pavimentorum jactentur, & introëuntium pedibus coinquinentur, non in ſe continent uſumfructum, cujus merita ad proprietarium redeant. 3. malè tractantur, quæ incendio dantur, nam incendio dare duntaxat eſt pœna, ad quam ægriùs devenire ſolent Legumlatores. Sic licet corruptæ monetæ pœna ignis ſit non tantùm ex *conſt.crim.*111. ſed etiam ex conſtitutione Conſtantini in *l.2.C.d.falſ.mon.* pœna tamen hæc de iis intelligenda videtur, qui adulterinam & falſam monetam cudunt, aut ab aliis cuſam ſcientes in fraudem aliorum expendunt. Nam qui minuunt tantùm & radunt nummos, beſtiis objiciuntur, aut aliàs ſummo ſupplicio afficiuntur, *l.8.ff.ad L.Corn.d.falſ.* Clarus in *§.falſum.num.*37. 4. aut oportet Canoniſtas ipſi incendio deputare ſacrum cultum. 5. aut pallam credere non niſi incendio perire. 6. aut credere incendium, cui, quod immittitur, non perit. Sic quod ignis purgatorius abſumit, poſt ſua fata ſupereſſe poteſt, *Ratio dubitandi ultima eſſe poterat.* In illa quoque re eſſe uſumfructum, cujus nullum lucrum ad alium redundare poteſt, arg. *l.12.§.3.ff.d.Uſufr.* in quo ſi agrum aremus, licet tam ſterilis ſit, ut nullus fructus naſcatur, retinemus uſumfructum. Reſpond. inde non colligi continuam ſterilitatem, alioquin aratio eſſet ſupervacanea, ſed non eſſe perpetuam fructuum perceptionem. 2. quanquam in veſtimentis non ſit uſusfructus, aliqua tamen ſubeſt commoditas, quâ nimietatem noſtri deteſtantur. Spernunt hanc larvam, quæ multos decipit: hanc magnitudinem, quâ privatus illuſtrem Hiſpani perſonam repræſentat, & non in præſtitis beneficiis, ſed in conductis ſervis ſuam majeſtatem tuetur: ſoli ambulant, etiamſi nemo præcedat: honeſte eunt, etiamſi nemo ſequatur: pallium habent, etiamſi non ſit ſub alterius brachio: non habent ſcopulas, quibus mundentur: non pannum, ad abſtergendum equi ſudorem: non cupiunt à tergo tertium vel quartum, qui quoties honoratior fortè eſt ſalutandus, pectinem promat. In adoleſcentibus noſtris rarum eſt, quod reprehendamus; vota, quibus ſuperbi intumeſcunt,

in ſe ca-

Digitized by Google

in ſe caſtigant, ac arduum illud, emorientem faſtum omnino evellere, ſuum eſſe propoſitum volunt: fortunam, ſi contigerit, colunt, non uſurpant: ſi abundantior eſt, intra ſuos limites arcent. Pergunt felicium ingeniorum dotibus: aſſumunt purpuram, quam pudor commendat: colorem, qui verecundiæ eſt comes: gradum, quem non ſaltuatim ritu locuſtarum, ſed Deorum, quos Priſci fingebant, æquabiliter promovent. Ingrediuntur quidem nonnulli auditoria noſtra cum enſibus, qui tamen homine non ſunt prolixiores, nec pallio latus deſtituunt. Si quis veſtimento ſuo latior ingredi nequeat, non tamen & illi officio ſuo excidunt. Si quis Apollini cortinam auream dedicet, non impediunt. Si quis calceos ſeſquipedales & cornutos inferat, ut mulierum crepidas, quæ pedem medium vix tegunt, ſuppleat, affatim rident, & neque bello neque paci eum eſſe idoneum cum primis Helvetiis reputant. Unum tamen vos moneo, quod memini me monuiſſe in promotione Canditati, quem ſciebam hoc laboraſſe morbo. Faceſſant à veſtris deſideriis falſa illicia, quæ uſumfructum pollicentur, ſed fraudem ſupponunt: fruſtra ſint illa lenocinia, quibus Thaides olim Bacchideſque placebant, & tot ſibi mendaciis perituros amores nundinabantur. Hæc torquium mæandros circundet, illa digitos gemmis accendat, alia ab auribus baccas ſuſpendat, non deſit denique, quæ blandas formæ conciliatriculas verbis mellitiſſimis miſceat; præſagia parentum, qui arcent, ad animum revocate. Creditis interdum, ſi qui individuam vitæ conſuetudinem inſtituitis, cupiditati veſtræ connubiali veſtitam egregiè ſolidiores ſubdere ſtimulos, ac inde vobis ignes, inde non parva fulmina. Hærent memoriæ veſtræ molles afflatus, quos Praxitelis penicillum in Gnidia, Phidiam in Lemnia, Zeuxin in Penelope, Apellem in animato illo totius corporis colorum temperamento turbaturos conjuraretis. Excipitis cunctantes parum obviis ulnis, quæ quaſi fluminibus innatarent, feruntur, non eunt: ſimulant ſe vix à lacte materno depulſas, & quod maximè petunt, aptâ trepidatione removent. Hæc ſunt illa media, hæ ſubleſtæ concertationes, quibus calorem veſtrum magis irritant. Pergitis bonâ fide, ſed malo eventu, & gratulamini vobis vos ſub veſtimentorum apparatu depoſitum reperiſſe theſaurum aut ad minimum pretium, quo locupleti veſtimenta illa in caſu neceſſitatis, qui tamen ſit remotiſſimus, fruſtillatim vendatis. Conſummatis nuptiis amor in dolorem, ſecuritas in amentiam, ſperata quies in calamitatem abit. Accenduntur tunc faces, non illæ Cupidinis, ſed quibus novus maritus domum, ni alterius eſſet, ſublatam vellet. Dum mater repoſcit ſuum, ſoror commodatum ait, vicina ſe re ſuâ non ampliùs carituram contendit, videt omnia opima; aſt, proh fati iniquitatem! videt opima ſpolia. Jubet obfirmari januam, præ qua mercatoris famulus opperitur non carmine aliquo, non munere nuptiali, quo repotia ſua maritus inſtruat, ſed literis petitoriis. Pendet tunc inter ſpem ſolutionis & exactionem, quam propter circumſtantes modeſtiorem optaret. Abripitur ſpeculum, quod nupta conſuluit: linteum, cui proxima puerpera primogenitum ſuum involviſſet: totum pectus ſe præbet direptioni: humeri ipſi in nudam libertatem ſolvuntur. Experitur eheu! hanc alienarum manuum frequentiam nonnullam parere infamiam. Sequitur tandem mœſto ejulatu reliquias, quas videt eſſe ultimas. Omnia avis inſtar avolare, utinam & uxor eſſet avis, quæ vel avolaret, vel plumis ſuis ſtramineum lectum emendaret! Utinam numulus iſte, quem tonſtrinam prætereuntes obſervant, recrearet! Utinam circa lanienam non effunderetur gemitus! Utinam incurrens in vultum hedera vinum non indicaret! Utinam deſolatam hanc animam ſitis non premeret, fames jam necuiſſet! Poſt tot tamque exſangues conclamationes faſcinatus ante maritus cogitat veſtigia, ſed quæ retrorſum ſpectent. Jubet ut redeat in familiam ſuam gravis miſeriæ focus; alat ibi maciem ſuam, & jactet omnium egens hoc ſibi cum hominibus eſſe commune, non requiri locum condendo corpori privatum, liberalitatem terræ omnibus eſſe publicam: prohiberi ornamenta, quæ cum ſimplicioribus antiquitus ſepeliebantur. Redibo & ego cum meis notionibus ſecundis non in Univerſitatis medium, in quo medium cujusvis digitum ſubvererer, ſed in ejus-

dem propylea ſectaturus rerum fugientium umbram, & meditabor juxta priùs amatam funeris lectum, qui Valerio Publicolæ defuiſſet, nì pecuniâ populi exequiæ fuiſſent ductæ. Ante tamen, quam è tantis ærumnis in fata concidam, moriens definiam Uſumfructum eſſe jus *aereum* alienis, *ita ut nihil ſit proprii*, rebus, *quæ videntur eſſe res*, utendi, *ut imprudens illaqueetur*, fruendi, *ita ut fructus illos vendere cogat neceſſitas*, ſalva earum ſubſtantiâ, *mea non intereſt ſalva ſit necne: imò ut communis ſit calamitas, velim non ſalvam eſſe ſubſtantiam.* vel breviùs, ſalvâ earum, *ſed non mearum*, ſubſtantiâ.

USUSFRUCTUS licet nunquam tranſeat ad hæredes, Vid. differentiam, in qua *Uſusfructus tranſit nunquam &c.* ſi tamen hæres uſufructuarii non ex cauſa uſusfructûs, ſed pro hærede, & tanquam dominus poſſideat eam rem, in qua defunctus ad dies vitæ uſumfructū habuit, eam uſucapere poteſt, Didacus Covarruvias in *c. poſſeſſor. 2. ſec. part. relect. §. 9. num. 2. & 3. d. R. J. in 6.*

Non poſſe heredem, etſi bonâ fide, & titulo pro hærede poſſedit rem illam, in qua defunctus habuit uſumfructū, uſucapere ſcriptum reliquit Paulus de Caſtro in *l. neque fructuarium. 8. C. d. Uſufr. & habit.* Faciunt *l. 60. §. 1. ff. locat. l. cum hæres. 11. ff. d. diverſ. temp. præſcript.*

Inducit equidem Covarruvias hanc diſſenſionem ad *d. c. poſſeſſor.* ſed ſuam è jure Civili ſtabilit ſententiam, idque per *l. ſi de eo. 40. §. ſi fortè. 1. ff. d. A. vel A. P.* ex qua hęc doctrina colligitur, Ubi quis alterius nomine poſſidet ex eo contractu, qui ad ejus hæredem non tranſit; eo quidem mortuo, poſſeſſioneque apprehensâ per hæredem titulo dominii, ſi verus dominus neglexit eam repetere, perdit ſanè poſſeſſionem, & ex eo tempore hæres proprio nomine poſſidere intelligitur. Sic ergo cum in propoſito caſu hæres uſufructuarii probabili ratione ductus, poſt peremptum uſumfructum rem alterius, tanquam dominus, occupaverit, eamque titulo pro hærede poſſederit legitimo tempore, & hoc quidem domino ſciente, nec rem ſuam vindicante, rectiſſimè dicitur eum uſucepiſſe. Omnia ſiquidem ad uſucapionem neceſſaria, ſcilicet juſtus titulus, bona fides, poſſeſſio & tempus legitimum concurrunt. Quæ in adverſum pugnare videntur allegata juris Civilis loca, Harpprechtus ad §. *conſtituitur. I. d. Uſufr.* à num. 28. ſolutu eſſe facilia oſtendit. *Primò non obſtat d. l. neque fructuarium.* ubi Impp. Diocletianus & Maximilianus reſcripſerunt, Neque fructuarium ad obtinendam proprietatem rerum, quarum uſumfructum habet, neque ſucceſſores ejus ex eadem cauſa tenentes ullâ temporis præſcriptione muniri. Nam agitur ibi de fructuarii ſucceſſoribus ſive hæredibus, qui non animo domini, ſed ex eadem cauſa, quâ defunctus, id eſt, tanquam fructuarii rem tenuerunt. Quæ ratio quòd eam uſucapere non poſſint. Sed in præſenti ſpecie hæres poſt mortem fructuarii pro hærede poſſedit, putans illam rem in dominio defuncti fuiſſe, & ſic jure hæreditario ad ſe devolutam. *Secundò non obſtat d. l. cum in plures.* ubi dum apparet hæredem coloni, quamvis colonus non ſit, nihilominus domino poſſidere, non ſibi: inde idem in hærede fructuarii dicendum videtur; ut licet ipſe fructuarius non ſit, non ſibi tamen, ſed domino poſſideat. Certum namque eſt coloni hæredem, quantumvis ipſe colonus non ſit, non ſibi, ſed domino poſſidere: ſi modò dominus ignoravit, eum animo ſibi habendi poſt mortem coloni poſſidere cœpiſſe, de qua ſpecie loquitur *d. l. cum in plures.* Sed ſi hoc ſciverit, & vindicare eam neglexerit, amittit poſſeſſionem, ſibique ipſi hæres poſſidere incipit, & conſequenter uſucapit. Idem ergo de uſufructuarii hærede ex rationis paritate judicandum erit. *Tertiò non obſtat d. l. cum hæres.* ubi hæres in vita defuncti ſuccedit, nec ea ignoratione ſuâ excludit, & ſic ubi defunctus non potuit uſucapere, ibi nec hæres ejus poterit. Etenim noſtro in caſu vitium nullum defuncti fuit, utpote qui non malâ fide, ſed jure uſus-

uſusfructûs rem detinuit. Ergo hæres eandem bonâ fide ceu dominus apprehendens, & legitimo tempore poſſidens meritò uſucapit. Haud enim poterit huic hæredi obeſſe defuncti vitium, quod nullum fuit: cum non entis nullæ qualitates eſſe dicantur, *l. ſi ſervum.4.§.1.d.act.empt.* & *l.decem.116.ff.d.V.O.*

USUSFRUCTUS ſi cedatur extraneo, nihil agitur, quia non præſtat impedimentum, quod de jure non ſortitur effectum, *c.non præſtat.d.R.J. in* 6. Vid. Zœſium in *C.d. Uſufr.quæſt.*10.

Uſusfructus ſi cedatur extraneo, hoc agitur, ut abeat à perſona uſufructuarii quidem, ſed eum non acquirit ceſſionarius, verùm is, qui rem in uſumfructum conceſſit, *l.66.ff.d.jur.dot.*

Hæc ſententia juris Civilis eſt Pacii, juxta quem in *analyſ. ad tit. I. d. Uſufruct.* ſciendum, etiam cum fructuarius extraneo uſumfructum cedit, uſumfructum interire & ad proprietatem reverti. Quòd igitur Imp. ait ab eo, qui uſumfructum cedit extraneo, nihil agi, debet accipi limitatè, i.e. nihil agi in commodum & utilitatem ejus, cui ceditur: aliquid tamen agitur, quatenus uſusfructus perit fructuario, & redit ad proprietarium. Accedit Vinnius in *comment. ad d. I. tit.* §.3. *num.*4. quòd dicitur nihil agi, id referendum eſſe ad intentionem cedentis, & diverſum exitum ceſſionis, quia uſusfructus in extraneum, cui ceſſus eſt, non tranſit, ſive quia per ceſſionem extraneo factam non finitur tranſeundo, ut fit cum ceditur domino proprietatis: nihilominus tamen ex accidenti & præter mentem cedentis contingere, ut & hic finiatur, atque ad proprietatem redeat, cum à perſona diſcedere ſine interitu ſuo non poſſit, *l. vel ſi.15. ff. fam. erciſc.* *Non obſtat* explicatio diſſentientium circa *d. l.*66. mentem Pomponii non eam eſſe, uſumfructum ad proprietatem reverti ſtatim, nam utitur verbo, *reverſurum*, quod eſt futuri temporis, ut intelligamus, eam reverſionem non contingere ſtatim ceſſione factâ, ſed ſuo tempore, id eſt, cum uſusfructus morte cedentis, aliove modo legitimo fuerit extinctus. Huic enim obloquitur Frantzkius *exerc. ad Inſt.5. quæſt.5.* cujus verba ſunt, Ceſſo uſufructu ita ad ceſſionarium tranſire, ut ad proprietarium is protinus, non verò ſuo demum tempore, ut malè Pinellus & alii volunt, revertatur inde conſtat. Tum quòd de reverſione ad proprietarium quæ illic dicuntur, immediatè relationem habeant ad priora illa, quorum vi nihil ceſſionario acquiri aſſeritur; & per conſequens, ut ratione ceſſionarii ſtatim nihil agitur, ita & domino protinus acquiritur. Tum quòd aliàs verba illa fruſtra & ſine dubitandi ratione apponerentur, cum jam certum eſſet, morte uſufructuarii uſumfructum ad proprietarium reverſurum eſſe. Quod tanto magis patet, cum verba illa per modum pœnæ ſubjiciantur, quæ nulla eſſet, ſi uſusfructus non ſtatim reverteretur, quoniam, quòd is morte extinguitur, non pœna eſt, ſed ceſſatio quædam ex natura rei neceſſariò proveniens. Addit Vinnius ad *d.*§.3. Quæritur in *d.l.66.* quâ ratione uſusfructus in dotem marito datus à domino proprietatis ſoluto matrimonio mulieri ſine fraude ipſius reddi poſſit: & ait JureConſultus à fructuario cedi non poſſe niſi domino proprietatis; & ſi extraneo cedatur, nihil ad eum tranſire, ſed ad dominum proprietatis reverſurum uſumfructum. Quia igitur in propoſito ceſſio mulieri damnoſa foret recurrente uſufructu ad proprietatem, hoc JureConſultus conſilii dat, ut uſusfructus mulieri locetur, vel vendatur uno nummo: ita fore ut ipſo jure penes maritum remanente facultatem fructuum percipiendorum mulier conſequatur. Pergit Vinnius, Quòd ait *i.* remedio demum adhibito jus ipſum penes maritum remanere, certum argumentum eſt eo omiſſo non remanere. Poſtremò ſi non ſtatim poſt ceſſionem cum proprietate uſusfructus conjungitur, nullum mulieri præjudicium maritus cedendo faciet, conſequeturq; mulier idipſum, quod quærebatur, & quo nihil amplius deſiderare poteſt, perceptionem fructuum, usque dum morte mariti uſusfructus finiatur. Deniq; idem, Non adeò magni momenti ſunt, quæ porro huic ſententiæ objiciuntur; veluti quòd ea, quæ

perſo-

perſonæ cohærent, facto ejus mutari non poſſunt, *l. ea quidem. C. ſi mancip. ita fuer. alien.* Nihil enim minus hic verum eſt; alioqui ne ipſi quidem domino uſusfructus cedi poſſet. Item quòd non præſtent impedimentum, quæ de jure non ſortiuntur effectum: ſiquidem novum non eſt, ut quæ de jure non ſortiuntur effectum, quod aliis noceat, noceant tamen ei, qui fecit, *l.3. qui & à quib. manum. pr. I. quib. ex cauſ. manum. junct. l.5. C.d. ſerv. pign. dat. man. § ult. I.d.donat. l.hæres 28. qui & à quib. manum. junct. l.ſi quis inquilinos. 112. §.1.d.legat.1. l.actione.65.§.3.pro ſoc.* ſufficitque ad hoc peccatum eſſe ignorantiâ juris, licet delictum propriè non verſetur, arg. *l.regula. in pr. & §.ſi quis. 5.d. jur. & fact. ign. l.cum quis. C.eod. l.error. C.ad L.Falcid.* & paſſim alias. Quæ non valent, ut fiunt, puniuntur, quia non fiunt, ut oportet, *t.t.d.his, quæ ut indign. aufer. tit.d.jur.fiſc.* & ſimilibus.

USUSFRUCTUS tantùm conſiſtit in rebus, *c.ult.X.d.pignor.*

Nulla eſt differentia, quia hiſtrio hic annumeratur rebus, *arg.l.2. §. ult. ff. ad L. Aquil.* ut ſervus alius, ſeu exæquatur pecudibus iiſque quæ gregatim paſcuntur, ut ſunt oves, capræ, boves, equi, muli, aſini, non tamen ſunt aſini. Quis enim Roſcium & Æſopum, quos Tullius vocat claros hiſtriones, boves dixerit? Quis voluptatum artifices aſinos. Aſinus eſt ſtupidiſſimum animal, hiſtrionicæ planè non idoneum, niſi velimus illum ampliſſimis micare auribus, aut ipſo oblectare aſpectu: aut etiam inceſſu detinere vago, inſtabili, inque terram demiſſo, quod pudoris eſt argumentum. Forſan nobiliſſimum naturæ artificium oſtentat pellis dura & quæ ſenſum penitùs excludit. Pauci hominum, prô ſeculi imprudentiam! ſunt obſervatores illius pellis, in qua moriuntur, quaſi jam mortui erectis pilis animos fuiſſe ad ſupremum usque ſpiritum conſtantes pari poſteritatis ſtupori probant. Indignum eſſe tantum cor non inter Principum ſervari cimelia. Lugubre ſit clientem hunc, qui tot aſſignatos patronos, periiſſe, cujus vivi elegantia nemini nocuiſſet. Potuiſſet fieri familiaris, nec tamen eſſe oneri: potuiſſet fieri ſocius, qui alieno quàm ſuo ſvaveolenti ore eloqui mavult.

Etiam in perſonis, *l.12. in §. ff. quib. mod. uſusfr. amitt.*

USUSFRUCTUS tantùm conſiſtit in rebus immobilibus, *d.c.ult.X.d. pignor.*

Nulla eſt differentia, quia in materia uſusfructûs res immobiles & ſe moventes non differunt, nam res ſe movens & immobilis in eo conveniunt, quòd utraque finito uſufructu redeat ad dominum.

Uſusfructus etiam in ſe moventibus, *d.l.12.*

USUSFRUCTUS tranſit ad heredes, *d.cap. ult.X.d.pignor.* Vid. differentiam, in qua *Uſusfructus licet nunquam &c.*

Nulla eſt differentia, quia in *d.c.ult.* uſusfructus in herede incipit, ſed non ad heredes tranſit. Deinde in uſufructu non attenditur tranſitus ad heredes, ſed aliqua uſusfructus duratio, ita ut uſusfructus momentaneus, de quo in *l.ult. §. ult. in f. C. d. bon. quæ lib.* excludatur.

Non tranſit, *l.3.ff.quib. mod. uſusfr. vel uſ. amitt. l.16. C.d.Uſufr. & hab.*

USUSFRUCTUS tranſit nunquam ad hæredes, quia reſoluto jure dantis reſolvitur accipientis, *c.nuper.6. X.d.donat.int.V. & U.*

Accedimus juri Canonico, & quemadmodum reſoluto jure dantis reſolvatur accipientis, explicat *d.c.nuper.6.* in quo quæritur, Si aliqua terra data fuerit alicui non in hereditatem vel feudum, ſed tantùm quoad vixerit, poſſidenda: & ipſe poſtmodum tertiam partem uxori ſuæ in dotem conceſſerit, utrùm eo defuncto præfatam dotem uxor (dum vixerit) habere debeat & tenere: cum Eccleſia dotes protegere teneatur viduarum. Præterea

Uſusfructus tranſit ad hæredes, imò & ad extraneum, *l. 12. §. 2. ff. d. Uſufr. l.14.C.h.t.*

rea quæritur, Si qua terra data fuerit alicui & hæredi, quem de uxore legitima procrearet: & ipſe uxori ſuæ quadam parte ipſius in dotem conceſsâ deceſſerit poſtmodum ſine prole, an mulier dotem eandem de jure poſſet habere? Reſpondit Pontifex, quod cum regulariter nullus plus juris transferre poſſit, quam eum conſtet habere: vir, cui terra prædicto modo conceditur, non poteſt uxori relinquere, quod ei non licuit, niſi quoad vixit, poſſidere: nec licet uxori ſuæ partem illius terræ in donationem propter nuptias ex viri conceſſione tenere, niſi donationi ille, ad quem ſpectat dominium illius terræ, voluerit conſentire. Idem Pontifex, Quod de prima conſultatione dicimus, hoc reſpondemus etiam de ſecunda. Nam licet Eccleſia in cauſis viduarum ſe favorabilem debeat exhibere, contra juſtitiam tamen non eſt ejus favor Eccleſiaſticus concedendus. Non obſt. *d.l.*12.§.2. Nam aliud eſt uſumfructum tranſire, aliud rem in uſumfructum conceſſam. Prius aſſerere de uſufructu, qui eſt perſonalis, eſſet abſurdum; poſterius non ipſum uſumfructum, ſed aliquam ex eo perceptionem tranſire facit. Et hoc eſt, quod in *d.l.* innuitur. Aliquem poſſe locare uſumfructum, & tamen eundem retinere uſumfructum. Hacpropter nonnulli, inter quos eſt Joh. de Caſtillo *d. Uſuſr. c.*50. *num.*7. volunt operas ſervorum non eſſe ſpecies ſervitutum perſonalium, propterea quòd ſervitus perſonalis ad heredem non transmittatur, *l.*8 §.3. *d. liber. leg.* at legatum operarum ſervi ad hæredem transmittitur, *l.*2. *in fin. ff. d. Uſu & uſuſr. leg.* Sed ſciendum eſt *quorupiam* in eo eſſe; quòd ſervitus dicitur perſonalis, nam vel ideo dicitur, quòd perſonæ debetur, vel ideo, quod perſonam non egreditur. Uſusfructus utroque modo eſt perſonalis; operæ autem ſervorum priori tantùm modo, non etiam poſteriori, C. Jurid. Argent. *libr.*7. *c.*7. *t.*2. *poſt princ.* Biccius in *reb. quotid. ſect.*2. *th.* 36. Et hæc quoad priorem legem. Præterea non obſt. *d.l* 14. quia à natura uſusfructus ad conventionem ſeu teſtatoris voluntatem, quâ recedi poteſt à natura uſusfructûs, non argumentamur. Ferdinandus Arias de Meſa *libr. var. reſol.*3.*c.*47.48. circa idem argumentum tria quærit. 1. ex *l. ſtipulatio iſta.* §. *ſi quis ita. ff. d. V. O.* in qua *Si quis ſibi & hæredi uti frui licere ſtipulatus eſt, an hæres poſſit ex ſtipulatu agere?* & ait ibidem Ulpianus poſſe, licet diverſi ſint fructus. Quam ſententiam confirmat exemplo ſtipulationis ire agere licere ſibi hæredique ſuo, in qua heres ex ſtipulatu agit, *l.*2. *in fin. ff. d. V. O.* quemadmodum è contra ſi quis promittat neque per ſe neq; per heredem ſuum fieri, quò minùs ire agere liceat, ad hæredes obligatio tranſit, *l. hæredes.*25.§. *in illa. ff. fam. erciſc.* 2. quærit Arias de Meſa, *Cum Uſusfructus morte finiatur, & nihil ſuperſit, quòd ad hæredes transmitti poſſit, annon impoſſibile videatur hæredem ex ſtipulatu agere poſſe?* Reſp. Hujus difficultatis expediendæ cauſa ſummâ contentione certatum video, an ſtipulatio uti frui licere ſit eadem cum ſtipulatione uſusfructûs? Et ſanè Imola, Caſtrenſis, Alexander & Jaſon exiſtimant eandem eſſe, & ideo eum, qui uti frui licere ſtipulatur, uſumfructum ſtipulari. Unde colligunt confeſſoriam actionem, quæ uſufructuario competit, *l. uti frui. ff. Si uſuſr. pet.* §. *æquè ſi agat. I. d. act.* ei, qui uti frui licere ſtipulatus eſt, accommodandam eſſe, & cum uſusfructus ſit jus utendi fruendi, *l.*1. *ff. d. Uſuſr.* h.e. poteſtas ad utendum fruendum à jure conſtituta, ut explicat Donell. *libr.* 10. *comm. c.*2. per conventionum vires committi ſtipulationem uti frui licere notat Jaſon in *d.* §. *ſi quis ita. num.*6. quamvis etiam factum contineat hæc ſtipulatio propter patientiam, quam dominus proprietatis circa exercitium hujus juris exhibere tenetur: qua de cauſa etiam propter inquietationem facti committetur ſtipulatio, arg. textûs in *l. ex conducto.*15. & in *l. ſi fundus, quem. D. locat.* Juxta quam traditionem ſuperiori difficultati occurri poteſt, verum eſſe uſumfructum ſtipulatori quæſitum morte ejus finiri, in perſona tamen hæredum novum conſtitui, ut inſinuat Ulpianus in illis verbis, *licet diverſi ſint fructus.* Quia licet fructus percepti differant ab uſufructu, *l. dotis.* §. *ſi uſusfructus. ff. d. jur. dot.* interdum tamen verbo fructûs ſignificatur uſusfructus, *l. cum filius.*76. §. *dominus. ff. d. leg* 2. *l. dominus. in fin. ff. d. Uſuſr. l. ſi duobus. verſ. quod & in uno. D. quib. mod. uſuſr.* Huic aſſertioni non obſtat *d.l.*14. in qua eundem videmur concedere uſumfructum, quem conſideremus vel ſecundum uſusfructûs naturam: vel ſecundùm

conventionem ſeu teſtatoris voluntatem, quâ recedi poteſt à natura uſusfructûs: nam etiam in ipſa conventione ſeu teſtatoris voluntate non manet idem uſusfructus, alioquin non recederetur à natura uſusfructûs; ſed eſt juris, quo uſusfructus erat conſtitutus, ulteriori conceſſione indulta continuatio, quæ continuatio niſi argueret novum uſumfructum, uſusfructus non eſſet uſusfructus, ſed degeneraret in quamvis fructuum perceptionem, quoniam hæc tantùm tranſire à perſona ad perſonam poteſt. Juvant hanc reſponſionem, quæ addit Arias de Meſa, Cum, inquit, heredum nomen exprimitur, hæc expreſſio vim repetitionis habet, ut in legato probat Ulpianus in *l. repeti. 5. ff. quib. mod. uſusfr.* atqui ſi mors ſequatur, aut capitis diminutio cõtingat, uſusfructus quantumvis repetitus expirat, etiamſi ſtatim reſtituatur, ut conſtat ex textu eleganti in *l. 3. §. idem Papinianus. D. eod. tit.* igitur non poteſt idem ad hæredes tranſmitti. Neque ſatisfaciet, qui dixerit, ſeparandam eſſe repetitionem, quæ inducitur per legatum relictum Titio ejusque hæredi, ab ea, quâ teſtator toties, quoties legatarius capite minutus fuerit, uſumfructum repetitum habet. Nam in hac repetitione teſtator non vult juris effectum impedire, neque efficere, quò minùs capitis diminutione extinguatur. Imò potiùs creditur velle in qualibet capitis diminutione diverſum legatum, & novum uſumfructum reſultare: aliàs enim neque multiplicaret legata, neque uſumfructum repeteret, quæ diverſa ſunt, cum quis Titio & hæredi ejus uſumfructum legat: nam eo caſu ex verbis legati colligitur hoc egiſſe teſtatorem, ut idem uſusfructus in perſonis hæredum maneret, neque voluiſſe legata multiplicare. Atque ideo ut voluntas teſtatoris conſervetur, idem uſusfructus ad hæredes tranſit. Quæ ratio etiam facit, ut cum quis ſtipulatur uſumfructum ſibi & hæredi ejus, cum una ſit ſtipulatio, idem uſusfructus ad hæredes tranſmittatur. Non, inquam, ſatisfaciet, nam in ſpecie textûs in *d. l. repeti.* Ulpianus loquitur de uſufructu hæredibus legato, quod contingit, cum quis Titio & ejus hæredibus legat, & tamen eo caſu ſentit uſumfructum morte extingui, dum ait, *repeti poſſe uſumfructum amiſſum qualicunque ratione:* quæ verba non ſunt ita intelligenda, ut ſignificent repetitionem qualicunque ratione fieri poſſe, ut malè interpretatur Robert. *libr. 1. animadv. c. 5.* ſed potiùs, cum plures ſint modi extinguendi uſumfructum, uſumfructum quocunque modo amiſſum, dummodo non morte, repeti poſſe, ut explicat Cujacius ſub nomine Mercatoris *libr. 1. notat. c. 5.* Subjungit tamen, etiam eo caſu, quo morte amiſſus ſit, poſſe uſumfructum repeti, ſi hæredibus teſtator legaverit: quia tunc etſi morte uſusfructus in perſona legatarii conſtitutus expiret, tamen propter factam mentionem hæredum repetitus cenſetur, & in hæredum perſonis novus reſultat uſusfructus, ut conſiderat Connanus *libr. 4. comm. c. 6. num. 6.* Ulteriùs adversùs id, quod dicitur conventione contrahentium effici poſſe, ut uſusfructus unus & idem manens de perſona ad perſonam transferatur, conſidero, quòd ſi id verum eſſet, ſequeretur quòd ſi tibi debitorem meum, qui mihi uſumfructum promiſerat, ex cauſa novationis delegarem, debitorque delegatione admiſsâ uſumfructum novandi animo tibi promitteret & conſtitueret, novatio induceretur, & idem uſusfructus, quem debitor mihi præſtare tenebatur, ad creditorem meum, cui delegavi, tranſiret, & tamen JC. in *l. 4 ff. d. Novat.* apertè ſcribit novationem non induci, & diverſum uſumfructum in perſona creditoris mei reſultare. Denique oſtenditur, fieri non poſſe, ne uſusfructus morte extinguatur: nam poſt mortem uſufructuarii, dum jacet hæreditas, neq; uſusfructus conſiſtit in perſona teſtatoris, jam mortui, *l. 3. 4. quib. mod. uſusfr.* neque in perſona hæredis, *l. ſi ſervo. 8. ff. eod.* neque in hæreditate, quia uſusfructus eſt veræ perſonæ *l. 26. ff. d. ſtip. ſerv.* qua de cauſa dicitur jus in corpore, quo ſublato uſumfructum tolli neceſſe eſt. Ergo primus uſusfructus interit, quantumvis contrahentes deſiderent eundem uſumfructum ad hæredes tranſire, cum ſine perſona manere non poſſit, *d. l. 26.* Hæc quoad 2. quæſtionem Ariæ de Meſa. Quærit 3. *Quum novus uſusfructus in perſona hæredis reſultet, an nova, quæ in perſona hæredis exordium ſumat, ad illum conſtituendum ſit neceſſaria?* quia veteri Pandectarum jure actiones non poterant neque ab hæredibus neque contra hære-

des in-

des incipere, *l.un.C.ut action.ab hæred.* Si modò excipias illos duos ſingulares caſus, *l. repetitur.84.ff.ad L.Falcid. l.qui à pupillo.7.D.d.evict.* proinde videbatur dicendum, neque hæredem potuiſſe ex ſtipulatu agere, ut novus uſusfructus conſtituatur. Non tamen obſtat *d.l un.* Nam etſi demus, cum quis ſtipulatur ſibi hæredique ſuo uti frui licere, tot eſſe ſtipulationes, quot fructus, & in perſonis hæredum novam actionem deſiderari, adhuc tamen deciſio *d.l.un.* noſtræ ſententiæ minimè refragatur, quoniam Juſtinianus ibi non ait, abſolutam fuiſſe Veterum regulam, quæ ab hæredibus & contra hæredes actiones incipere poſſe negabat: ſed eam eo demum caſu locum habere ſcribit, quo actiones prætendebantur contemplatione ſtipulationum, ceterarumque cauſarum poſt mortem conceptarum. Dicebantur autem poſt mortem concipi ſtipulationes, quando ita fiebant, veluti, *poſt mortem meam mihi dare ſpondes*: vel ita, *poſt mortem tuam mihi dare ſpondes*, tunc enim veteri jure inutiles erant, & præpoſterè conceptæ videbantur, §. *poſt mortem.Inſt.d inutil.ſtip.* quia nec mortuus dare nec mortuo dari poteſt, *l.qui libertinus.* §.*ult.ff.d.oper.libert.* Vid.plura apud eundem *d.loc.c.49.num.18. & ſeqq.*

UTRUMQUE teſtamentum, ſi quis duo ordinaverit, non magis poterit admitti, quàm geminari illæ duodecim unciæ, de quibus in *c. quorundam. X. d.teſtament. & ult. volunt.* quibusque univerſitas rerum hæreditariarum terminatur.

Unius teſtatoris poſſunt eſſe duo teſtamenta. Ita in *l.1. §.6.ff. d.bon.poſſ. ſec.tab.* ſi quis in duobus codicibus ſimul ſignatis alios atque alios hæredes ſcripſerit, & utrumque extet, ex utroque, quaſi ex uno, competit bonorum poſſeſſio: quia pro unis tabulis habendum eſt, & ſupremum utrumque accipiemus.

Differentia hæc materiæ teſtamentariæ fuiſſet inſerenda, verùm quum ſuo loco fuerit neglecta, aut potiùs (fatendum enim eſt ingenuè) tum temporis adhuc ignorata, non adeò literariæ intererit Reipublicæ illam alieno loco inſeri. Dionyſius Gothofredus ex iis locis, quæ ad *d.§.6.lit.a.* cumulat, credit non unius teſtatoris duo eſſe teſtamenta, ſed, quod habet *l.24.ff.qui teſtam.fac.poſſ.* unum teſtamentum pluribus exemplis quem conſignare poſſe: idque interdum eſſe neceſſarium: fortè ſi navigaturus & ſecum ferre vel relinquere judiciorum ſuorum teſtationem velit. At enim alium eſſe illius §. ſenſum in *cent. deciſ. palat. q.* 31. oſtendit Caſparus Manzius, ubi proponit pulcrum ſtratagema mulieris teſtatricis, & lepidum certamen inter ejus maritum & conſanguineos. Cum maritus quidam oportunè & importunè urgeret uxorem ſuam locupletem, ut teſtamentum faceret, & quia liberos non haberent, excluſis proximioribus conſanguineis ſuis, ſe heredem inſtitueret, illa ſimulavit, ſe ipſius precibus & monitis morem gerere velle. Facto igitur teſtamento, ut maritum placidum & benevolum retineret, ipſum ex aſſe hæredem inſtituit, eandemque ſcripturam ipſi legendam exhibuit, ut curaret in mundum redigi. Abiit autem, & alterum teſtamentum diverſi tenoris condidit, in quo neglecto marito conſanguineos ſuos hæredes ſcripſit, & ſub eodem dato deſcribi & mundari curavit. Paulò poſt, ut maritum magis placaret, ſeptem teſtes convocavit, quibus ſignificavit ſe ultimam ſuam voluntatem in duobus hiſce exemplaribus productis, & forinſecus oſtenſis, deſcripſiſſe, rogare proinde illos, ea de cauſa convocatos, ut ſuis ſigillis, & manuum ſubſcriptionibus illam munire, eique robur & firmitatem addere velint. Annuerunt petitioni teſtes, & eodem tempore utrumque teſtamentum, quod ejusdem tenoris eſſe putabant, ſignarunt & ſubſcripſerunt, adeò ut nihil ſolennitatis deeſſet. Poſt obitum mulieris reſignantur chartæ, & ad publicationem hæredes ab inteſtato more ſolito convocantur. Cumque maritus ſe ſolum hæredem ex aſſe futurum crederet, ecce inſpectis utriſque tabulis apparuit, in una maritum, in altera cognatos hæredes inſtitutos. Lis igitur inter ipſos nata fuit, quis

Digitized by Google

eorum defunctæ ſuccedere deberet. Communiter putabant ambo teſtamenta ſimul ſubſiſtere & valere non poſſe: quia nemo paganus cum duobus teſtamentis decedere poteſt, *Dd. ad L. jus noſtrum. 7. ff. d. R. J.* Julius Pacius, Ant. Perez. & Mynſing. *ad §. poſteriore. 2. Inſtit. quib. mod. teſtam. inf.* Et hæc eſt differentia, quâ diſcernitur Teſtamentum à codicillis, quòd non liceat facere plura teſtamenta, ut ſimul valeant, poſſit tamen aliquis facere plures codicillos diverſi tenoris, ita ut omnes valeant, *§. fin. Inſt. d. codicillis.* Rationem affert Weſenbecius hanc; quia ſunt velut particularia & diverſa ſeparataque legata. Melius placet Mynſingeri ratio: quia teſtamenta plenam de omnibus rebus & ultimam continent voluntatem, quæ una tantùm eſſe poteſt, eoque derogat reliquis præcedentibus, veluti à quibus ipſe teſtator receſſerit: in codicillis autem ferè non de bonis univerſis, ſed de parte eorum, rebusque ſingularibus tractatur. Paulò aliter Perez. In teſtamento, inquit, univerſa hæreditas, quæ eſt una, codicillis res ſingulæ, quæ ſunt plures, relinquuntur. Cum ergo utrumque teſtamentum ſimul valere non putaretur, dubium illud naſcebatur, quodnam ex illis ſubſiſteret. Conſanguinei exiſtimabant illud, in quo ipſi ſcripti eſſent, prævalere, & ſe marito in ſucceſſione præferri debere, eò quòd lex ipſis ab inteſtato, & teſtatrix ſuâ voluntate hæreditatem adjiceret, atque ita duo vincula plus ſtringerent quam unum, & duæ rationes vincerent unam, *arg. auth. itaque. C. commun d. ſucceſſ. §. ſed hodie. 2. Inſt. d. adoption.* Maritus opponebat ſanguinis neceſſitudinem extante teſtamento non attendi, neque legitimos admitti hæredes, quamdiu teſtamentarii ſuperſunt, juxta regulam: quamdiu ex teſtamento poteſt adiri hæreditas, ab inteſtato non defertur, *l. quamdiu. 39. ff. d. acquir. vel omit. hæred. l. quamdiu. 89. ff. d. R. J.* & ab inteſtato non commodè petitur hæreditas, quam cognitum ſit ex teſtamento hæreditatem peti non poſſe, Weſenb. *num. 6. d. hæred. petit.* Allegabat præterea *tot. tit. Cod. Unde vir & uxor.* quòd videlicet poſteriores legumlatores multis de cauſis virum ad ſucceſſionē admiſiſſent, quia videlicet multa & infinita ferè ſunt onera conjugii, meritò ergo commodum quoque & emolumentum ſucceſſionis ad conjuges pertinere & ſpectare debeat, Forſt. *libr. 9. c. 1. num. 8.* Paulò aliter Schneid. Quia, inquit, in matrimonio quotidie fortuiti caſus emergunt, quorum alterutrum participem eſſe oportet, text. in *l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. 7. ff. ſolut. mat.* Ergo æquum eſt ut ſint participes mutuæ etiam hæreditatis. Similis ratio adducitur ab Oldend. in *claſſ. forenſ. act. claſſ. 5. act. 6. poſt practicam.* ubi dicit: neque poteſt iniquum videri ut conjuges admittantur ob bene merita, qui quomodo nonnunquam opitulentur nobis, quotidie experimur, juxta illud: fremboer Freund iſt der beſt. Ratio alia aſſignatur à Forſtero *loc. cit. c. 1. num. 2.* ubi ait, æquum enim putavit prætor, ut conjux in alterius conjugis ſucceſſione conſequenda fiſco anteponeretur, & eo potior eſſet: quia inter conjuges eſt omnis vitæ conſortium: divini & humani juris communicatio, text. in *l. 1. ff. d. ritu nupt.* Unde ſocietas viri & uxoris magna dicitur, cum ſint ſocii divinæ & humanæ domûs, & una caro, text. in *l. adverſus. 4. C. expil. hæred.* & ſocietas vitæ uxorem quodammodo rerum mariti dominam facit, *l. 1. ff. d. act. rer. amot.* Schneid. *loc. cit. num.* 10. Has rationes aliis verbis effert Sigiſmund. Wittum ubi ait, prætores naturali æquitate moti, conſiderantes ſcilicet individuam vitæ ſocietatem, & conſuetudinem, fidemque conjugalem, ac inſuper, quod conjugum neuter ſui corporis & ſuorum membrorum ſit dominus, ſed alternatim & viciſſim duo in carne una invicem ſe habeant, poſſideantque ac poſſideantur, majorque quoad individuam vitæ ſocietatem, & bonorum communionem inter conjuges conjunctio ferè ſit, quàm inter parentes & liberos, *per cap. debitum. extra de bigam. non ord. &c.* Ob iſtas cauſas prætores leges 12. tabb. & antiqui illius juris Civilis ſubtilitatem ac duritiem mitigârunt: & in recompenſationem iſtorum onerum matrimonialium conjuges mutuò ad ſucceſſionem vocarunt per edictum, *Unde Vir & uxor.* Conſanguinei retorquebant reſponſum mariti contra ipſum, aſſerentes, quòd conjuges regulariter ſe invicem hæredes inſtituere non debeant (Ratio: quia ab inteſtato ſibi invicem regulariter non ſuccedunt) & de jure prætorio tunc primùm ſuccedant, ſi defunctus neque liberos, neque parentes, neque conſanguineos habeat intra decimum gradum conſtitutos, ut oſtendi in *epit. ſucceſſ. ab inteſt.*

inteſt.diſſ.8.num.3. Maritus reponebat, id tantùm de *jure prætorio* procedere, de *jure* autem *civili Novellarum*, ſi matrimonium ſit ſine dote, & conjux præmoriens fuerit dives, ſuperſtes autem pauper, tunc hic ſuccedat unà cum liberis, & quidem in quartam partem, ſi tres ſint vel pauciores: ſi verò plures, in partem filialem, *auth.præterea.C.unde vir & uxor. Nov.117. c.5. Nov.53.c.6.* ut ad longum explicavi *dict. diſſ.8. num.23. cum multis ſeqq.libr.2. Inſtit.tit.11. §.1. num.16. & ſeqq.* Adeò ut maritus etiam *in ſuo teſtamento* hanc portionem uxori indotatæ & inopi adhuc ſuperſtiti auferre vel minuere non poſſit, Andreas Gailius *2.obſ 86.num.17.* idem *2.obſ.119.num 2.* Berlich. *p.3.concluſ.9.num.4. cum ſeqq.* idem *concluſ. 26.num.34.* Schneidevvin. *rubr. d. ſucceſſ inter vir. & ux. num.17. v. tertiò ampliatur.* Similiter uxor portionem illam, quæ ex ſuis bonis marito ſuperſtiti, vel ex diſpoſitione juris communis, vel vigore ſtatuti debetur, per teſtamentum tollere non poteſt, Berlichius *dict.concluſ.9.num.10.* Schneidevvin. *loc.cit.num.18.* quò facit § *quoniam.auth d.exhib.reis.* & *auth.præterea.in fin.* adeò & in tantum, ut nec legatum factum conjugi tollat dictam ſucceſſionem, ſed in partem computetur, ſi defunctus legato ſuperſtiti relicto prohibuerit eum ſuccedere, Vivius *v. uxor ſeu mulier.n.1.§.6.auth.præterea. C. unde vir & ux.* Rationem reddit Gailius *dict.obſ.n.17.* quia illa quarta debetur uxori indotatæ ex proviſione legis, neceſſarium debitum dicitur, & debetur ſicuti *legitima* liberis, cum ergo non judicio teſtatoris, ſed ex legis providẽtia debeatur, ideo à teſtatore nec auferri, nec gravari poteſt, vide eundem *dict. obſ.119. num.2.* Rationem aliam reddit Berlichius *dict.concluſ.9.num.4.* quia ejusmodi portio nihil eſt aliud, quam æs alienum, æs autem alienum ante omnia ex bonis defuncti deducendum eſt, etiam facto teſtamento. Ratio tertia: quia ſuccedit in locum deficientis dotis, Gail. *d.n.17.* dotem autem ab omni diſpoſitione teſtamentaria exceptam eſſe nemo neſcit, Berlichius *d. num.4.* Plures rationes & argumenta adducit Valentinus Forſterus *d.ſucceſſ.ab inteſtat. l.9. c.5.per totum.* quæ videri poſſunt. Conſanguinei objiciebant: maritum induxiſſe uxorem ad ſe hæredem inſtituendum adeòque voluntatem ejus non fuiſſe liberam, ſed captatoriam: captatoriam autem inſtitutionem & legatum non valere, *per l.captatorias.C.d.teſtam.mil l.captatoriæ.ff.d.leg.1.* Maritus allegabat textum in *l.ult.C.ſi quis alium teſtari prohib.* ubi dicitur, judicium uxoris in ſe provocare maritali ſermone non eſt criminoſum, vid. Gail. *2. obſ.117. num.4.* ubi dicit, quòd teſtamentum conjugum non vitietur, ſi conjugali amore & verborum lenociniis alter alterum inſtituat, dummodo abſit metus. Ratio autem eſt: quia teſtatori libertas voluntatis per hoc non adimitur, non enim cogit, qui rogat, & in ipſius voluntate & arbitrio ſitum eſt precibus locum dare, vel non. Ad rationem dubitandi reſpondet Papinianus JCtus in *l.captatorias.70. ff. d. hæred. inſtit.* his verbis: captatorias inſtitutiones non eas Senatus improbavit, quæ mutuis affectionibus judicia provocaverunt, ſed quarum conditio confertur ad ſecretum alienæ voluntatis, ultima enim voluntas non poteſt ab alieno pendere arbitrio, *l. illa. 32 in pr. ff. eod.* Et hæc procedunt, quando quis blando & amico ſermone nihil truculentiæ dolivè continente fuit inductus, Petrus Peckius, *d.teſtam. conjug.libr.1.c.9.num.1.* ſecus ſi dolus & metus acceſſerit, Gail. *loc.cit.num.4.* ubi dicit, etiam nimiam reverentiam conjugalem juſtum metum inducere, & actum vitiare. Aliud ergo eſſet ſi maritus non ſolis delenificis & modeſtè conceptis verbis aliquid à conjuge eblanditur, ſed aſſiduâ & importunà petitione extrudit, Petr. Peckius *loc. cit. num.8.* ubi *num.9.* rationem reddit: quia blanditiæ inſtantiſſimæ habent vim minarum, vid. Farinac. *d.falſ & ſimul.q.161.n.58.* Et metus etiam reverentialis uxoris legatum invalidum reddit, vel ſi maritus lachrymabundus miſeris precibus & obteſtationibus legatum impetret, idem Peckius *ibid.num.7.* Per rationèm: quòd reverentia mariti pro juſto metu habeatur, arg. *c.ex literis.11.ext.d.deſponſ.impub.* vid.etiam Gail. *2. obſ.117. num.4. in f.* ubi dicit, nimiam reverentiam conjugalem juſtum metum inducere, & actum vitiare, vide tamen Farinac. *dict.quæſt.161.num.37.& 38.* Et hæc ſunt, quæ pro & contra fuerunt in medium adducta. Cum mihi caſus proponeretur, judicavi utrumque teſtamentum valere, & pro dimidia parte maritum, pro alia dimidia conſanguineos ad hæreditatem admittendos eſſe,

Digitized by Google

idque per textum expreſſum, in *l.1.§. ſed & ſi.6. ff. d. bonor. poſſ. ſecund. tab.* ubi Ulpianus in terminis ita reſpondit: ſed etſi in duobus codicibus ſimul ſignatis alios atque alios hæredes ſcripſerit, & utrumque extet, ex utroque quaſi ex uno competit bonorum poſſeſſio, quia pro unis tabulis habendum eſt, & ſupremum utrumque accipiemus. Quem textum cum aliquando D.D. collegis meis inclytæ facultatis Juridicæ in Electorali Univerſitate Ingolſtadienſi unà cum deciſione mea oſtendiſſem, ſignificarunt mihi, quòd ſi textum ipſum non vidiſſent, ipſi totum contrarium reſponſuri fuiſſent, eò quòd primo aſpectu contra rationem Juris videretur, ut quis cum duobus teſtamentis decederet: nihilominus quia regulæ & brocardica ceſſant, ubi deciſionem habemus in terminis, Lud. Gomez. *§. æquè. num.14. Inſtit. d. action.* ideo argumenta ſup. in contrarium allata ſuapte ſponte cadunt. Neque ratione caret reſponſum Ulpiani in *d. l.1.§.6.* quia licet aliàs duo teſtamenta ſeſe mutuo infringant, & poſterius priori deroget, *§. poſteriore. Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.* tamen hoc in caſu nullum prius vel poſterius eſt, quia teſte Gothofred. ad *d.§.6. lit. b.* uterque Codex ſimul ſignatus eſt, & ſic uterque ſupremus intelligitur. Nam in his quæ ſimul fiunt, nihil prius aut poſterius eſt. *l. etſi à patre. C. d. teſtam. tut.* Hanc itaq; cautelam notent illi, qui à conjugibus tam inſtanter ad teſtamentum faciendum, & ſe inſtituendum urgentur, ut pro placandis illis faciant duo teſtamenta, & ſicubi ipſis aliquid relinquere voluerint, utrumque aſſervent; ſin minus, illud, ad quod importunè allecti fuerunt, omnino dilacerent. Quâ cautelâ non ita pridem illa quoque mulier uti potuiſſet, & debuiſſet, quæ à marito graviter, atque ita vehementer percuſſa, ut de vita periclitaretur, adhuc nihilominus lecto decumbens inceſſanter ſollicitata fuit, ut teſtamentum faceret, & ipſum (gratiarum loco) hæredem inſtitueret.

VULNERANS de occiſo tenetur, ita ut non ampliùs miniſtrare in ſacris ordinibus poſſit, *c. ad audientiam. X. d. homicid.* Vid. differentiam, in qua *Homicidio cauſam dans.* Ottonem Taborem in *theſ. Juriſpr. ex Auguſtini Barboſæ axiom. part. alt. libr. 19. c.7. axiom. ult.*

Nulla eſt differentia, Nam jus Canonicum non punit occiſionem, ſed vulnerationem, quæ occiſionem præceſſit. Deinde etiamſi diceretur vulnerans puniri, non tamen ordinariâ pœnâ. Si enim occidenti nulla alia conſtituta eſſet pœna, quàm ne in ſacris ordinibus miniſtrare poſſit, an non hoc eſſet præſidia flagitiis quærere.

Qui vulneravit, non tenetur de occiſo, *l. huic ſcripturæ. §. ſi ſervus. ff. ad L. Aquil.* Rittershuſius *lib. d. differ. jur. Civ. & Can. 6. cap.6.*

VULNERANTES plures eundem, qui inde deceſſerit, omnes cenſentur homicidæ, quamvis conſtet, quòd ex ictu ſeu vulnere unius tantùm perierit, *c.34. & ibi gl. 23. quæſt. ult.*

Notat hanc differentiam Rittershuſius *d. lib. d. diff. jur. Civ. & Can. 6. c.6.* Diſtinguendi tamen caſus, ut videre eſt apud Gailium *lib 2. obſ. 109.* ubi de jure Civili. Deinde etiam jus Canonicum diſtinguit inter eum, qui plagam impoſuit, & inter reliquos, qui volentes aliquem occidere eum impugnabant: denique inter eos, qui tantùm adfuerunt, qui extra noxam ſint.

Solus cenſetur homicida, ex cujus ictu periit vulneratus à pluribus, ſive qui lethaliter eum percuſſit. Ictus enim uniuſcujuſque contemplandi ſunt, *l. ſi in rixa. ff. ad l. Corn. d. ſicar.*

UXOR accuſat maritum adulterii, *c.5. X. d. procurat.*

Ex *d. c.5.* eliciunt equidem differentiã, quam nullâ conjecturâ aſſequi poſſum, cum tria

Uxor non accuſat maritum adulterii, *l.1. C. ad l. Jul. d. adult.*

alia

Digitized by Google

alia ibi agantur. 1. an pœna talionis obtineat in marito falſam accuſationem inſtituente. 2. an accuſatio mariti procedat per procuratorem. 3. an cauſa accuſationis ſit civilis vel criminalis vel mixta. Vid. differentiam *d.marito accuſante uxorem. Conſt. Car.V.art.120.* Cujacius ad *c.ex parte.9.X.d.ſponſal.* ex *c.ult.32.q.5.* probabiliùs hanc differentiam elicit & defert juri Canonico, ſervanda enim fides ab utroque alteri eſt. Vid. Rittershuſium in *Novellas.part.4.c.6.num.1.*

UXOREM ſi quis ducat, de cujus virginitate actum eſt, eam jure non repulerit, *can.quod autem.29.q.1.* quia eſt error qualitatis, & quia ſtatuitur, ut omnibus, qui publicas mulieres de lupanari extraxerint, & duxerint in uxores, quod agunt, in remiſſionem proficiat peccatorum, *c. inter opera. X. d. ſponſal. & matrim. c. quemadmodum. 25. X. d. jurejur.* Vid. Mareſium in *Cucchi Inſt. jur. Canon. lib. 3. tit. 8.*

Præferendum eſt jus Civile. Nec obſt. quòd error in qualitate non dirimat matrimoniū, quia hæc qualitas eſt cauſa non duntaxat impulſiva, ſed finalis, ideoque ſubſtantialis, non quòd ſit vel in ſubſtantia, vel à ſubſtantia, ſed quia eſt ad ſubſtantiam. 2. Virginitas propriè non eſt qualitas, verùm negatio conjunctionis ad generationem, Keck. in *ſyſtem. Log. lib. 1. c. 9. ſub fin.* etſi virginitatem multæ bonæ qualitates comitentur. Eſt quippe naturæ & virtutis germen precioſiſſimum, flos amœniſſimus & ſplendor clariſſimus, fructus dulciſſimus, decor præſtantiſſimus, odor ſuaviſſimus, valor totus, ut perſequitur Cyrillus in *apolog. quadrip.* Inſuper docet Igneus in *l. neceſſarios. §. non aliàs ff. ad Syll.* quod apud Juriſtas eſt quantitas, ſecundùm Logicos eſt ſubſtantia, & ſic quod apud Logicos eſt ſecundæ intentionis in termino ſubſtantiæ, apud Juriſtas eſt primæ. Vid *diſſ. meam inaugur. d. leg. th. 39.* ubi inſimul reſpondetur ad *d.c.inter opera.* de quo etiam in differentia, *Concubinam nemo habeat.* charitatem bene ordinatam incipere à ſe ipſa, *arg.l.praeſes.C.d.ſerv. & aq.* Aquin. in *ſumm. Theol. 2.2dx q.26.art.3.* quo facit illud Ciceronis pro Dejotaro, Nemo ferè eſt, qui ſui periculi Judex non ſibi æquiorem ſententiam, quàm reo præbeat. 2. Hoc proficit in remiſſionem peccatorum meretricis, etiam noſtrorum, ſi de lupanari extrahamus; non enim, cum poſſimus eximere, pati debemus aliquam eſſe proſtitutam: quo graviùs peccant, qui accepto pretio, *l. Imperator. ff. qui ſine manum. ad libert. perv.* Similes ſunt iis Macariis, quorum miniſterio mulieres ad balneum utebantur, eoſque aggerundâ aquâ defeſſos reddebant: non tamen de neceſſitate in uxorem ducimus, nec Chriſtianis erat perſuadendum, quod olim fuiſſe vetitum memorat Flav. Joſephus *libr. 4. c. 8.* 3. Si hac conjunctione peccata remitterentur, quilibet meretricem duceret; quælibet, ne prætereatur, impudicam miſceret umbram, & quemadmodum Calethunanæ, quibus virginitas in pœnam eſt, hoc ſe metu ſolveret. Vid. Covarruviam *tom. 1. d. matrim. part. 2. c. 3. §. 2. n. 3. & ſeqq. & c. 8. §. 11. num. 3.* 4. Non omne miſericordiæ opus probatur: in *§. ult. I. d. L. Aquil.* miſericordiæ opus eſt ſervum compeditum ſolvere, tamen is, qui ſolvit, actione in factum convenitur. 5. Si tantùm eſt miſericordiæ opus, qui fit, quòd cum meretrice contra-

Repellere poteſt, quia deficit conſenſus, quem excludit error, *l. 15. ff. d. jurisd. l. 4. §. ult. ff. ſi quis caut. in jud. ſiſt. cauſ. fact. non obtemperav.* & ſubeſt probabilis ignorantia, *arg. l. 3. in pr. ff. ad SC. Maced.* quia omnes eam virginem exiſtimabant, *l. 15. §. 15. ff. d. injur.* Denique dolus impedit aut etiam reſcindit id, quod actum eſt, *l. 36. ff. d. V. O. l. pen. C. d. inutil. ſtip.* quia dolus cuique ſuus, non alteri nocere debet, *l. 7. in pr. ff. d. dol.* Vid. Carpzovium in *pract. crim. part. 2. q. 63. n. 47. & ſeqq.*

contrahentibus matrimonium non ad quamvis dignitatem pateat acceſſus? Qui fit, quòd meretrici ad ultimum ſupplicium damnatus in matrimonium non concedatur? vid. Harpprechtum ad §.5. *I. d.oblig.quæ ex del.naſc.num.*92.*& ſeqq.* Ridicula ſimul & rejicula eſt quorundam diſſentientium ratio, ſponſo eſſe imputandum, quòd non exactiùs & diligentiùs in conditionem mulieris, cum qua individuam vitæ conſuetudinem facturus erat, inquiſiverit, quod tamen facere debuiſſet, *l.qui cum alio* 19.*ff d.R.J.* Etenim hæc inquiſitio in rebus ſit licita, in perſonis eſt illicita. 2. non eſt neceſſaria in iis, quorum vitia latere poſſunt. 3. inquiſitio præcedens omitti poteſt, ſi notitia ſuperveniens id, quod præceſſit, emendare poteſt. Vide Carpzovium in *Jprud. Conſiſt.libr.*2.*def.*193. *pract.crim.part.*2.*q.*63.*num.*54.*& ſeqq.* Quæ tamen in *d.libr.*2.*def.*193. annectit, quam opus pium ac chriſtianum faciat maritus, qui uxorem ab alio ante nuptias ſtupratam vel gravidam in matrimonio retinuerit: de quo ſit admonendus: quæ reconciliatio in Conſiſtoriis tentanda, ea medium evocant digitum, quo ſtultum ejusmodi rideo, & ſtultitiæ ulteriori devoveo. Vid. eund. Carpz. in *Jprud.for.Romano-Sax.part.*4.*conſt.*20 *def.*12. ubi in *def.*13. addit, *An ob ſtuprum & fornicationem mariti ante nuptias commiſſam non permittendum ſit divortium?* Ita forſan dixeris ex natura correlatorum, quæ eandem juris faciunt diſpoſitionem, & iniquum videtur uxori denegari, quod marito conceditur, arg. *l.ſi uxor.*13. *§.Judex.ff.ad l.Jul.d.adult.* cum eadem ſit viri & uxoris fides caſtitatis, unum Sacramentũ, h.e. promiſſio inſeparabilitatis & ſpes una habendæ prolis, *c.*1.*X.d.ſponſ duor. c.debitum.*5. *X.d.bigam.* Sed concludit Carpzovius cum Conſiſtorialibus ſuarum Provinciarum non concedi ſolere hoc caſu divortium, etiamſi id maximè ab uxore petatur. Rationem diverſitatis ſi ſcire velis, dico. 1. non rectè inferri ab imprægnatione uxoris ad ſtuprum mariti. Quis etenim neſcit impudicitiam mulierum longè deteſtabiliorem fœdioremque eſſe, arg. *l.un.C.d.mulier.quæ ſe propr.ſerv.junx.l.ult C.comm.d manumiſſ.* Quippe quòd & major caſtitas in fœmina quàm in maſculo requiratur, gloſſ. in *l.palam. §.quæ in adulter.ff.d. R.N.* Joannes Gœddeus ad *l.*101.*num.*4 *.d.V.S.* Quin 2. & magna infertur injuria toti familiæ nedum marito per inſitionem ſtirpis adulterinæ, *l.*6.*§.*1. *l.*34.*§.*1.*ff.ad l.Jul.d.adult.* ut vel ob hanc ſolam cauſam ſponſâ ab alio ſtupratâ matrimonium ſit diſſolvendum. At ceſſat hæc ratio in fornicatione mariti ante initum matrimonium perpetratâ, quid ergo mirum, ſi hoc caſu quoque divortium denegandum putaverimus. Et 3. deficit quoque hoc caſu autoritas juris Divini, quod jubet lapidibus obrui compreſſam ab alio, quæ poſtea tanquam virgo nupſerit alteri, ſi fuerit accuſata, & vir petat divortium, *Deuter.*22. At de marito, qui ante initum matrimonium deditus fuit fornicationi, nil reperitur diſpoſitum. Quamvis autem Lex Moſaica judicialis ad nos haud pertineat, exemplum tamen iſtius legis munit conſcientias. Igitur quoad principalem quæſtionem diſſentienti juri Canonico bene reſpondent, quicunque reſpondent, ſi ex prælibatis negent Pontificem rectè hunc errorem vocare qualitatis: vel contra Pontificis mentem ejus eſſe qualitatis, quam adeſſe vel abeſſe poſſe, niſi fuerit vidua, nemo ſapientior crediderit. Si etiam negent bigamiam interpretativam, quæ hic ex mente nonnullorum Canoniſtarum adſtrui poſſet, quâ ducens corruptam ab alio, ſive in juſto matrimonio ſive extra illud, ut bigamus, cenſetur irregularis, *c.maritum.*2. *diſt.*33. *can. curandum.*9.*diſt.*34. Vel diſtinguant bigamiam interpretativam. 1. an fiat à ſciente, ſeu an ab ignorante. 2. an ſit actus omnino illicitus, & reſcindatur: ita jure Canonico uxor illa, de cujus virginitate actum eſt, repellatur: an verò non ſit actus omnino illicitus, ſed caveatur, ne ab eo deveniamus ad actum illicitum, Sic in *d.c.*9. curandum, ne ad ſacros ordines quisquam, qui uxorem non virginem duxit, adſpiret. Non deniq; o. *d.c.quemadmodum.*25. *X. d.jurejur.* in quo non deciditur, An ſi quis ducat uxorem, de cujus virginitate actum eſt, eam jure repulerit; ſed ſi vir mulieri juraſſet, quando contraxit cum illa, quòd eam ſemper pro legitima uxore teneret, pro fornicatione, quã mulier ante commiſiſſet, non poſſet eam dimittere; ſed pro fornicatione, quam poſtea perpetraret, eam dimittere

poſſet.

poſſet. Vid. Perez. ad *tit. C. d. repud. n.* 5. Iterum bipatentibus valvis heic recluſa eſt palæſtra Pontificia & virginitatis ſubſeſſores admittit, eamque, cujus expugnata fuerit virginitas, mereri excuſationem putat. Sic enim in *c. integritas. 32. q. 1.* Integritas corporis expetenda eſt, quam ego pro conſilio ſuadeo, non pro imperio præcipio. Sola eſt enim virginitas, quæ ſuaderi poteſt, imperari non poteſt: res magis voti, quàm præcepti. Niſi malimus excuſare Pontificem, qui virgines ad virginitatis profeſſionem cogere nolit. Pruritum nempe perrumpere illa repagula, quibus continebatur.

UXOR Epiſcopi etiam vetula cogitur ingredi religionem propter excellentiã dignitatis epiſcopalis, Zabar. in *c. ſanè. in 1. quæſt. X. d. converſ. conjug.* cujus rationem reddit Joann. Honorius van Axel de Seny ad *tit. X. d. elect.* quia inter epiſcopum & eccleſiã contrahitur matrimonium ſpirituale.

Hæc differentia ſive ſit è verbis juris Canonici, ſive è gloſſemate alicujus Canoniſtarum nemo diſtinguat. Nimium quantum authoritati gloſſematum deferunt & Legiſtæ & Canoniſtæ, ut videre eſt in *diſp. mea. inaug. d. lege. th. 17.* Poſt hanc diſputationem ita ſcribit, aut potiùs à patre ſcriptum refert Melchior Bitſchius in *decad. caſ. pro amic. proleg. th. 9.*

Modis diſſolvendi matrimonii, qui enumerantur in *l. 8. C. d. repud.* hic modus non annumeratur. Deinde ubi non culpa viri aut uxoris intervenit, divortium ſequi non poterit, ſed manebit individua illa conſuetudo, quam in *§. 1. I. d. patr. pot. l. 1. ff. d. R. N.* matrimonium in ſe continet.

Ortum hæc res habet ex eo, quòd ſicut in Eccleſia poſthabito verbo Dei traditiones humanæ pro divinis invaluerunt; ita in foro, neglectâ voce legislatoris, gloſſæ & opiniones Doctorum authoritatem juris & vim legum obtinuerunt. Imò non vim tantùm legum, ſed & contra & ſupra leges. Tritum enim illud eſt Raphaëlis Fulgoſii (qui floruit circa annum Chriſti 1430.) in *l. ſolutum. 6. C. d. O. & A. & l. ad officium. 3. C. comm. divid.* ubi poſtquam retuliſſet dictum Cyni, quòd ſicut olim idola pro Diis, ita gloſſatores pro Evangeliſtis adorentur; ſubjicit, volo potiùs pro me gloſſatorem quàm textum. Nam ſi allego textum, dicent advocati diverſæ partis, & etiam Judices: credis tu, quòd gloſſa non ita viderit illum textum ſicut tu. Cui non multùm abſimile, quod ſcribit Zaſius in *l. ult. princ. ff. ſi cert. pet.* Ego credo, ſi gloſſa pareret elephantem, omnes Doctores ſequerentur. Et quod ex Joſepho de Ruſticis refert Bernh. Grevæus *libr. 2. pract. concl. 136. conſ. 1. num. 4.* Eâ infamiâ ducimur ac vexamur, ut niſi jus Civile communi Doctorum applauſu recipiatur, omnino veluti quid profanum recipiatur. Addit Bitſchius, Sicut in papatu dicitur, quòd Scriptura non intellecta ſecundùm ſenſum Eccleſiæ non ſit ſcriptura &c. Contra ſicut omne aurum extra templum non eſt ſanctificatum; ita etiam omnis ſenſus, qui fuerit extra ſcripturam, non eſt ſenſus. Poſteriori hoc probato prius rejicimus. Aliunde dicendorum authoritatem alii ſumant, nos veri veſtigia ſectamur. Heic juris Canonici aſſeveratio revocat in memoriam illud Lucretii *libr. 2.*

Quid dubitas quin omne ſit hoc rationis egeſtas?
Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metuunt; ſic nos in luce timemus
Interdum, nihilo quæ ſunt metuenda.

Peccat jus Canonicum. 1. quòd in differentia, *Matrimonium eſt omnino individuum*, nulla divortia concedat. 2. quòd vitam & honeſtatem Clericorum obtendat, quæ dirimat matrimonium, Vid. differentiam, in qua *Matrimonium Clericis ne ſit commune.* Addo quòd habetur in articulis, de quibus convenit inter Archiepiſcopos & Epiſcopos in Synodo Londini, Anno 1562. *Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis, nullo mandato divino præceptum eſt, ut*

Digitized by Google

contrahentibus matrimonium non ad quamvis dignitatem pateat acceſſus? Qui fit, quòd meretrici ad ultimum ſupplicium damnatus in matrimonium non concedatur? vid. Harpprechtum ad §.5. *I. d.oblig.quæ ex del.naſc.num.*92.*& ſeqq.* Ridicula ſimul & rejicula eſt quorundam diſſentientium ratio, ſponſo eſſe imputandum, quòd non exactiùs & diligentiùs in conditionem mulieris, cum qua individuam vitæ conſuetudinem facturus erat, inquiſiverit, quod tamen facere debuiſſet, *l.qui cum alio* 19.*ff d.R.J.* Etenim hæc inquiſitio in rebus ſit licita, in perſonis eſt illicita. 2. non eſt neceſſaria in iis, quorum vitia latere poſſunt. 3. inquiſitio præcedens omitti poteſt, ſi notitia ſuperveniens id, quod præceſſit, emendare poteſt. Vide Carpzovium in *Jprud. Conſiſt.libr.*2 *def.*193. *pract.crim.part.*2.*q.*63.*num.*54.*& ſeqq.* Quæ tamen in *d.libr.*2.*def.*193. annectit, quam opus pium ac chriſtianum faciat maritus, qui uxorem ab alio ante nuptias ſtupratam vel gravidam in matrimonio retinuerit: de quo ſit admonendus: quæ reconciliatio in Conſiſtoriis tentanda, ea medium evocant digitum, quo ſtultum ejusmodi rideo, & ſtultitiæ ulteriori devoveo. Vid. eund. Carpz. in *Jprud.for.Romano-Sax.part.*4.*conſt.*20 *def.*12. ubi in *def.*13. addit, *An ob ſtuprum & fornicationem mariti ante nuptias commiſſam non permittendum ſit divortium?* Ita forſan dixeris ex natura correlatorum, quæ eandem juris faciunt diſpoſitionem, & iniquum videtur uxori denegari, quod marito conceditur, arg. *l.ſi uxor.*13. §.*Judex.ff.ad l.Jul.d.adult.* cum eadem ſit viri & uxoris fides caſtitatis, unum Sacramentū, h.e. promiſſio inſeparabilitatis & ſpes una habendæ prolis, *c.*1.*X.d.ſponſ duor. c.debitum.*5. *X.d.bigam.* Sed concludit Carpzovius cum Conſiſtorialibus ſuarum Provinciarum non concedi ſolere hoc caſu divortium, etiamſi id maximè ab uxore petatur. Rationem diverſitatis ſi ſcire velis, dico. 1. non rectè inferri ab imprægnatione uxoris ad ſtuprum mariti. Quis etenim neſcit impudicitiam mulierum longè deteſtabiliorem fœdioremque eſſe, arg. *l.un.C.d.mulier.quæ ſe propr.ſerv.junx.l.ult C.comm.d manumiſſ.* Quippe quòd & major caſtitas in fœmina quàm in maſculo requiratur, gloſſ. in *l.palam.* §.*quæ in adulter.ff.d.R.N.* Joannes Gœddeus ad *l.*101.*num.*4 *d.V.S.* Quin 2. & magna infertur injuria toti familiæ nedum marito per inſitionem ſtirpis adulterinæ, *l.*6.§.1.*l.*34.§.1.*ff.ad l.Jul.d.adult.* ut vel ob hanc ſolam cauſam ſponſâ ab alio ſtupratâ matrimonium ſit diſſolvendum. At ceſſat hæc ratio in fornicatione mariti ante initum matrimonium perpetratâ, quid ergo mirum, ſi hoc caſu quoque divortium denegandum putaverimus. Et 3. deficit quoque hoc caſu autoritas juris Divini, quod jubet lapidibus obrui compreſſam ab alio, quæ poſtea tanquam virgo nupſerit alteri, ſi fuerit accuſata, & vir petat divortium, *Deuter.*22. At de marito, qui ante initum matrimonium deditus fuit fornicationi, nil reperitur diſpoſitum. Quamvis autem Lex Moſaica judicialis ad nos haud pertineat, exemplum tamen iſtius legis munit conſcientias. Igitur quoad principalem quæſtionem diſſentienti juri Canonico bene reſpondent, quicunque reſpondent, ſi ex prælibatis negent Pontificem rectè hunc errorem vocare qualitatis: vel contra Pontificis mentem ejus eſſe qualitatis, quam adeſſe vel abeſſe poſſe, niſi fuerit vidua, nemo ſapientior crediderit. Si etiam negent bigamiam interpretativam, quæ hic ex mente nonnullorum Canoniſtarum adſtrui poſſet, quâ ducens corruptam ab alio, ſive in juſto matrimonio ſive extra illud, ut bigamus, cenſetur irregularis, *c.maritum.*2. *diſt.*33. *can. curandum.*9.*diſt.*34. Vel diſtinguant bigamiam interpretativam. 1. an fiat à ſciente, ſeu an ab ignorante. 2. an ſit actus omnino illicitus, & reſcindatur: ita jure Canonico uxor illa, de cujus virginitate actum eſt, repellatur: an verò non ſit actus omnino illicitus, ſed caveatur, ne ab eo deveniamus ad actum illicitum, Sic in *d.c.*9. curandum, ne ad ſacros ordines quiſquam, qui uxorem non virginem duxit, adſpiret. Non deniq; o. *d.c.quemadmodum.*25. *X. d.jurejur.* in quo non deciditur, An ſi quis ducat uxorem, de cujus virginitate actum eſt, eam jure repulerit; ſed ſi vir mulieri juraſſet, quando contraxit cum illa, quòd eam ſemper pro legitima uxore teneret, pro fornicatione, quā mulier ante commiſiſſet, non poſſet eam dimittere; ſed pro fornicatione, quam poſtea perpetraret, eam dimittere poſſet.

Digitized by Google

poſſet. Vid. Perez. ad *tit. C. d. repud. n. 5.* Iterum bipatentibus valvis heic recluſa eſt palæſtra Pontificia & virginitatis ſubſeſſores admittit, eamque, cujus expugnata fuerit virginitas, mereri excuſationem putat. Sic enim in *c. integritas. 32. q. 1.* Integritas corporis expetenda eſt, quam ego pro conſilio ſuadeo, non pro imperio præcipio. Sola eſt enim virginitas, quæ ſuaderi poteſt, imperari non poteſt: res magis voti, quàm præcepti. Niſi malimus excuſare Pontificem, qui virgines ad virginitatis profeſſionem cogere nolit. Pruritum nempe perrumpere illa repagula, quibus continebatur.

UXOR Epiſcopi etiam vetula cogitur ingredi religionem propter excellentiâ dignitatis epiſcopalis, Zabar. in *c. ſanè. in 1. quæſt. X. d. converſ. conjug.* cujus rationem reddit Joann. Honorius van Axel de Seny ad *tit. X. d. elect.* quia inter epiſcopum & eccleſiâ contrahitur matrimonium ſpirituale.

Modis diſſolvendi matrimonii, qui enumerantur in *l. 8. C. d. repud.* hic modus non annumeratur. Deinde ubi non culpa viri aut uxoris intervenit, divortium ſequi non poterit, ſed manebit individua illa conſuetudo, quam in *§. 1. I. d. patr. pot. l. 1. ff. d. R. N.* matrimonium in ſe continet.

Hæc differentia ſive ſit è verbis juris Canonici, ſive è gloſſemate alicujus Canoniſtarum nemo diſtinguat. Nimium quantum authoritati gloſſematum deferunt & Legiſtæ & Canoniſtæ, ut videre eſt in *diſp. mea. inaug. d. lege. th. 17.* Poſt hanc diſputationem ita ſcribit, aut potiùs à patre ſcriptum refert Melchior Bitſchius in *decad. caſ. pro amic. proleg. th. 9.* Ortum hæc res habet ex eo, quòd ſicut in Eccleſia poſthabito verbo Dei traditiones humanæ pro divinis invaluerint; ita in foro, neglectâ voce legiſlatoris, gloſſæ & opiniones Doctorum authoritatem juris & vim legum obtinuerunt. Imò non vim tantùm legum, ſed & contra & ſupra leges. Tritum enim illud eſt Raphaëlis Fulgoſii (qui floruit circa annum Chriſti 1430.) in *l. ſolutum. 6. C. d. O. & A. & l. ad officium. 3. C. comm. divid.* ubi poſtquam retuliſſet dictum Cyni, quòd ſicut olim idola pro Diis, ita gloſſatores pro Evangeliſtis adorentur; ſubjicit, volo potiùs pro me gloſſatorem quàm textum. Nam ſi allego textum, dicent advocati diverſæ partis, & etiam Judices: credis tu, quòd gloſſa non ita viderit illum textum ſicut tu. Cui non multùm abſimile, quod ſcribit Zaſius in *l. ult. princ. ff. ſi cert. pet.* Ego credo, ſi gloſſa pareret elephantem, omnes Doctores ſequerentur. Et quod ex Joſepho de Ruſticis refert Bernh. Grevæus *libr. 2. pract. concl. 136. conſ. 1. num. 4.* Eâ infamiâ ducimur ac vexamur, ut niſi jus Civile communi Doctorum applauſu recipiatur, omnino veluti quid profanum recipiatur. Addit Bitſchius, Sicut in papatu dicitur, quòd Scriptura non intellecta ſecundùm ſenſum Eccleſiæ non ſit ſcriptura &c. Contra ſicut omne aurum extra templum non eſt ſanctificatum; ita etiam omnis ſenſus, qui fuerit extra ſcripturam, non eſt ſenſus. Poſteriori hoc probato prius rejicimus. Aliunde dicendorum authoritatem alii ſumant, nos veri veſtigia ſectamur. Heic juris Canonici aſſeveratio revocat in memoriam illud Lucretii *libr. 2.*

Quid dubitas quin omne ſit hoc rationis egeſtas?
Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metuunt; ſic nos in luce timemus
Interdum, nihilo quæ ſunt metuenda.

Peccat jus Canonicum. 1. quòd in differentia, *Matrimonium eſt omnino individuum*, nulla divortia concedat. 2. quòd vitam & honeſtatem Clericorum obtendat, quæ dirimat matrimonium, Vid. differentiam, in qua *Matrimonium Clericis ne ſit commune.* Addo quòd habetur in articulis, de quibus convenit inter Archiepiſcopos & Epiſcopos in Synodo Londini, Anno 1562. *Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis, nullo mandato divino præceptum eſt, ut*

Digitized by Google

contrahentibus matrimonium non ad quamvis dignitatem pateat acceſſus? Qui fit, quòd meretrici ad ultimum ſupplicium damnatus in matrimonium non concedatur? vid. Harpprechtum ad §.5. *I. d.oblig.quæ ex del.naſc.num.*92.*& ſeqq.* Ridicula ſimul & rejicula eſt quorundam diſſentientium ratio, ſponſo eſſe imputandum, quòd non exactiùs & diligentiùs in conditionem mulieris, cum qua individuam vitæ conſuetudinem facturus erat, inquiſiverit, quod tamen facere debuiſſet, *l.qui cum alio* 19.*ff.d.R.J.* Etenim hæc inquiſitio in rebus ſit licita, in perſonis eſt illicita. 2. non eſt neceſſaria in iis, quorum vitia latere poſſunt. 3. inquiſitio præcedens omitti poteſt, ſi notitia ſuperveniens id, quod præceſſit, emendare poteſt. Vide Carpzovium in *Jprud. Conſiſt.libr.*2 *def.*193. *pract.crim.part.*2.*q.*63.*num.*54.*& ſeqq.* Quæ tamen in *d.libr.*2.*def.*193. annectit, quam opus pium ac chriſtianum faciat maritus, qui uxorem ab alio ante nuptias ſtupratam vel gravidam in matrimonio retinuerit: de quo ſit admonendus: quæ reconciliatio in Conſiſtoriis tentanda, ea medium evocant digitum, quo ſtultum ejusmodi rideo, & ſtultitiæ ulteriori devoveo. Vid. eund. Carpz. in *Jprud.for.Romano Sax.part.*4.*conſt.*20 *def.*12. ubi in *def.*13. addit, *An ob ſtuprum & fornicationem mariti ante nuptias commiſſam non permittendum ſit divortium?* Ita forſan dixeris ex natura correlatorum, quæ eandem juris faciunt diſpoſitionem, & iniquum videtur uxori denegari, quod marito conceditur, arg. *l.ſi uxor.*13. §.*Judex.ff.ad l.Jul.d.adult.* cum eadem ſit viri & uxoris fides caſtitatis, unum Sacramentũ, h.e. promiſſio inſeparabilitatis & ſpes una habendæ prolis, *c.*1.*X.d.ſponſ duor. c.debitum.*5. *X.d.bigam.* Sed concludit Carpzovius cum Conſiſtorialibus ſuarum Provinciarum non concedi ſolere hoc caſu divortium, etiamſi id maximè ab uxore petatur. Rationem diverſitatis ſi ſcire velis, dico. 1. non rectè inferri ab imprægnatione uxoris ad ſtuprum mariti. Quis etenim neſcit impudicitiam mulierum longè deteſtabiliorem fœdioremque eſſe, arg. *l.un.C.d.mulier.quæ ſe propr.ſerv.junx.l.ult.C.comm.d manumiſſ.* Quippe quòd & major caſtitas in fœmina quàm in maſculo requiratur, gloſſ. in *l.palam.* §.*qua in adulter.ff.d.R.N.* Joannes Gœddeus ad *l* 101.*num.*4 *d.V.S.* Quin 2. & magna infertur injuria toti familiæ nedum marito per inſitionem ſtirpis adulterinæ, *l.*6.§.1.*l.*34.§.1.*ff.ad l.Jul.d.adult.* ut vel ob hanc ſolam cauſam ſponsâ ab alio ſtupratâ matrimonium ſit diſſolvendum. At ceſſat hæc ratio in fornicatione mariti ante initum matrimonium perpetratâ, quid ergo mirum, ſi hoc caſu quoque divortium denegandum putaverimus. Et 3. deficit quoque hoc caſu autoritas juris Divini, quod jubet lapidibus obrui compreſſam ab alio, quæ poſtea tanquam virgo nupſerit alteri, ſi fuerit accuſata, & vir petat divortium, *Deuter.*22. At de marito, qui ante initum matrimonium deditus fuit fornicationi, nil reperitur diſpoſitum. Quamvis autem Lex Moſaica judicialis ad nos haud pertineat, exemplum tamen iſtius legis munit conſcientias. Igitur quoad principalem quæſtionem diſſentienti juri Canonico bene reſpondent, quicunque reſpondent, ſi ex prælibatis negent Pontificem rectè hunc errorem vocare qualitatis: vel contra Pontificis mentem ejus eſſe qualitatis, quam adeſſe vel abeſſe poſſe, niſi fuerit vidua, nemo ſapientior crediderit. Si etiam negent bigamiam interpretativam, quæ hic ex mente nonnullorum Canoniſtarum adſtrui poſſet, quâ ducens corruptam ab alio, ſive in juſto matrimonio ſive extra illud, ut bigamus, cenſetur irregularis, *c.maritum.*2. *diſt.*33. *can. curandum.*9.*diſt.*34. Vel diſtinguant bigamiam interpretativam. 1. an fiat à ſciente, ſeu an ab ignorante. 2. an ſit actus omnino illicitus, & reſcindatur: ita jure Canonico uxor illa, de cujus virginitate actum eſt, repellatur: an verò non ſit actus omnino illicitus, ſed caveatur, ne ab eo deveniamus ad actum illicitum, Sic in *d.c.*9. curandum, ne ad ſacros ordines quisquam, qui uxorem non virginem duxit, adſpiret. Non deniq; o. *d.c.quemadmodum.*25. *X. d.jurejur.* in quo non deciditur, An ſi quis ducat uxorem, de cujus virginitate actum eſt, eam jure repulerit; ſed ſi vir mulieri juraſſet, quando contraxit cum illa, quòd eam ſemper pro legitima uxore teneret, pro fornicatione, quã mulier ante commiſiſſet, non poſſet eam dimittere; ſed pro fornicatione, quam poſtea perpetraret, eam dimittere

poſſet.

poſſet. Vid. Perez. ad *tit. C.d. repud. n.5.* Iterum bipatentibus valvis heic recluſa eſt palæſtra Pontificia & virginitatis ſubſeſſores admittit, eamque, cujus expugnata fuerit virginitas, mereri excuſationem putat. Sic enim in *c. integritas.32. q.1.* Integritas corporis expetenda eſt, quam ego pro conſilio ſuadeo, non pro imperio præcipio. Sola eſt enim virginitas, quæ ſuaderi poteſt, imperari non poteſt: res magis voti, quàm præcepti. Niſi malimus excuſare Pontificem, qui virgines ad virginitatis profeſſionem cogere nolit. Pruritum nempe perrumpere illa repagula, quibus continebatur.

Uxor Epiſcopi etiam vetula cogitur ingredi religionem propter excellentiã dignitatis epiſcopalis, Zabar. in *c. ſanè. in 1. quaſt. X. d. converſ. conjug.* cujus rationem reddit Joann. Honorius van Axel de Seny ad *tit. X. d. elect.* quia inter epiſcopum & eccleſiã contrahitur matrimonium ſpirituale.

Hæc differentia ſive ſit è verbis juris Canonici, ſive è gloſſemate alicujus Canoniſtarum nemo diſtinguat. Nimium quantum authoritati gloſſematum deferunt & Legiſtæ & Canoniſtæ, ut videre eſt in *diſp. mea. inaug. d. lege. th.17.* Poſt hanc diſputationem ita ſcribit, aut potiùs à patre ſcriptum refert Melchior Bitſchius in *decad. caſ. pro amic. proleg. th.9.* Ortum hæc res habet ex eo, quòd ſicut in Eccleſia poſthabito verbo Dei traditiones humanæ pro divinis invaluerunt; ita in foro, neglectâ voce legislatoris, gloſſæ & opiniones Doctorum authoritatem juris & vim legum obtinuerunt. Imò non vim tantùm legum, ſed & contra & ſupra leges. Tritum enim illud eſt Raphaëlis Fulgoſii (qui floruit circa annum Chriſti 1430.) in *l. ſolutum.6. C.d.O. & A. & l. ad officium.3. C. comm. divid.* ubi poſtquam retuliſſet dictum Cyni, quòd ſicut olim idola pro Diis, ita gloſſatores pro Evangeliſtis adorentur; ſubjicit, volo potiùs pro me gloſſatorem quàm textum. Nam ſi allego textum, dicent advocati diverſæ partis, & etiam Judices: credis tu, quòd gloſſa non ita viderit illum textum ſicut tu. Cui non multùm abſimile, quod ſcribit Zaſius in *l. ult. princ. ff. ſi cert. pet.* Ego credo, ſi gloſſa pareret elephantem, omnes Doctores ſequerentur. Et quod ex Joſepho de Ruſticis refert Bernh. Grevæus *libr.2. pract. concl.136. conſ.1. num.4.* Eâ infamiâ ducimur ac vexamur, ut niſi jus Civile communi Doctorum applauſu recipiatur, omnino veluti quid profanum recipiatur. Addit Bitſchius, Sicut in papatu dicitur, quòd Scriptura non intellecta ſecundùm ſenſum Eccleſiæ non ſit ſcriptura &c. Contra ſicut omne aurum extra templum non eſt ſanctificatum; ita etiam omnis ſenſus, qui fuerit extra ſcripturam, non eſt ſenſus. Poſteriori hoc probato prius rejicimus. Aliunde dicendorum authoritatem alii ſumant, nos veri veſtigia ſectamur. Heic juris Canonici aſſeveratio revocat in memoriam illud Lucretii *libr.2.*

Quid dubitas quin omne ſit hoc rationis egeſtas?
Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metuunt; ſic nos in luce timemus
Interdum, nihilo quæ ſunt metuenda.

Modis diſſolvendi matrimonii, qui enumerantur in *l.8. C.d. repud.* hic modus non annumeratur. Deinde ubi non culpa viri aut uxoris intervenit, divortium ſequi non poterit, ſed manebit individua illa conſuetudo, quam in *§.1. I. d. patr. pot. l.1. ff. d. R. N.* matrimonium in ſe continet.

Peccat jus Canonicum. 1. quòd in differentia, *Matrimonium eſt omnino individuum*, nulla divortia concedat. 2. quòd vitam & honeſtatem Clericorum obtendat, quæ dirimat matrimonium, Vid. differentiam, in qua *Matrimonium Clericis ne ſit commune.* Addo quòd habetur in articulis, de quibus convenit inter Archiepiſcopos & Epiſcopos in Synodo Londini, Anno 1562. *Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis, nullo mandato divino præceptum eſt, ut*

Digitized by Google

contrahentibus matrimonium non ad quamvis dignitatem pateat acceſſus? Qui fit, quòd meretrici ad ultimum ſupplicium damnatus in matrimonium non concedatur? vid. Harpprechtum ad §.5. *I. d.oblig.quæ ex del.naſc.num.92.& ſeqq.* Ridicula ſimul & rejicula eſt quorundam diſſentientium ratio, ſponſo eſſe imputandum, quòd non exactiùs & diligentiùs in conditionem mulieris, cum qua individuam vitæ conſuetudinem facturus erat, inquiſiverit, quod tamen facere debuiſſet, *l.qui cum alio* 19.*ff.d.R.J.* Etenim hæc inquiſitio in rebus ſit licita, in perſonis eſt illicita. 2. non eſt neceſſaria in iis, quorum vitia latere poſſunt. 3. inquiſitio præcedens omitti poteſt, ſi notitia ſuperveniens id, quod præceſſit, emendare poteſt. Vide Carpzovium in *Jprud. Conſiſt.libr.*2 *def.*193. *pract.crim.part.*2.*q.*63.*num.*54.*& ſeqq.* Quæ tamen in *d.libr.*2.*def.*193. annectit, quam opus pium ac chriſtianum faciat maritus, qui uxorem ab alio ante nuptias ſtupratam vel gravidam in matrimonio retinuerit: de quo ſit admonendus: quæ reconciliatio in Conſiſtoriis tentanda, ea medium evocant digitum, quo ſtultum ejusmodi rideo, & ſtultitiæ ulteriori devoveo. Vid. eund. Carpz. in *Jprud.for.Romano-Sax.part.*4.*conſt.*20.*def.*12. ubi in *def.*13. addit, *An ob ſtuprum & fornicationem mariti ante nuptias commiſſam non permittendum ſit divortium?* Ita forſan dixeris ex natura correlatorum, quæ eandem juris faciunt diſpoſitionem, & iniquum videtur uxori denegari, quod marito conceditur, arg. *l.ſi uxor.*13. §.*Judex.ff.ad l.Jul.d.adult.* cum eadem ſit viri & uxoris fides caſtitatis, unum Sacramentũ, h.e. promiſſio inſeparabilitatis & ſpes una habendæ prolis, *c.*1.*X.d.ſponſ duor. c.debitum.*5. *X.d.bigam.* Sed concludit Carpzovius cum Conſiſtorialibus ſuarum Provinciarum non concedi ſolere hoc caſu divortium, etiamſi id maximè ab uxore petatur. Rationem diverſitatis ſi ſcire velis, dico. 1. non rectè inferri ab impprægnatione uxoris ad ſtuprum mariti. Quis etenim neſcit impudicitiam mulierum longè deteſtabiliorem fœdioremque eſſe, arg. *l.un.C.d.mulier.quæ ſe propr.ſerv.junx.* *l.ult C.comm.d manumiſſ.* Quippe quòd & major caſtitas in fœmina quàm in maſculo requiratur, gloſſ. in *l.palam.* §.*qua in adulter.ff.d.R.N.* Joannes Gœddeus ad *l.*101.*num.*4.*d.V.S.* Quin 2. & magna infertur injuria toti familiæ nedum marito per inſitionem ſtirpis adulterinæ, *l.*6.§.1. *l.*34.§.1.*ff.ad l.Jul.d.adult.* ut vel ob hanc ſolam cauſam ſponsâ ab alio ſtupratâ matrimonium ſit diſſolvendum. At ceſſat hæc ratio in fornicatione mariti ante initum matrimonium perpetratâ, quid ergo mirum, ſi hoc caſu quoque divortium denegandum putaverimus. Et 3. deficit quoque hoc caſu autoritas juris Divini, quod jubet lapidibus obrui compreſſam ab alio, quæ poſtea tanquam virgo nupſerit alteri, ſi fuerit accuſata, & vir petat divortium, *Deuter.*22. At de marito, qui ante initum matrimonium deditus fuit fornicationi, nil reperitur diſpoſitum. Quamvis autem Lex Moſaica judicialis ad nos haud pertineat, exemplum tamen iſtius legis munit conſcientias. Igitur quoad principalem quæſtionem diſſentienti juri Canonico bene reſpondent, quicunque reſpondent, ſi ex prælibatis negent Pontificem rectè hunc errorem vocare qualitatis: vel contra Pontificis mentem ejus eſſe qualitatis, quam adeſſe vel abeſſe poſſe, niſi fuerit vidua, nemo ſapientior crediderit. Si etiam negent bigamiam interpretativam, quæ hic ex mente nonnullorum Canoniſtarum adſtrui poſſet, quâ ducens corruptam ab alio, ſive in juſto matrimonio ſive extra illud, ut bigamus, cenſetur irregularis, *c.maritum.*2. *diſt.*33. *can. curandum.*9.*diſt.*34. Vel diſtinguant bigamiam interpretativam. 1. an fiat à ſciente, ſeu an ab ignorante. 2. an ſit actus omnino illicitus, & reſcindatur: ita jure Canonico uxor illa, de cujus virginitate actum eſt, repellatur: an verò non ſit actus omnino illicitus, ſed caveatur, ne ab eo deveniamus ad actum illicitum, Sic in *d.c.*9. curandum, ne ad ſacros ordines quisquam, qui uxorem non virginem duxit, adſpiret. Non deniq; o. *d.c.quemadmodum.*25. *X. d.jurejur.* in quo non deciditur, An ſi quis ducat uxorem, de cujus virginitate actum eſt, eam jure repulerit; ſed ſi vir mulieri juraſſet, quando contraxit cum illa, quòd eam ſemper pro legitima uxore teneret, pro fornicatione, quã mulier ante commiſiſſet, non poſſet eam dimittere; ſed pro fornicatione, quam poſtea perpetraret, eam dimittere

poſſet.

poſſet. Vid. Perez. ad *tit. C. d. repud. n. 5.* Iterum bipatentibus valvis heic recluſa eſt palæſtra Pontificia & virginitatis ſubſeſſores admittit, eamque, cujus expugnata fuerit virginitas, mereri excuſationem putat. Sic enim in *c. integritas. 32. q. 1.* Integritas corporis expetenda eſt, quam ego pro conſilio ſuadeo, non pro imperio præcipio. Sola eſt enim virginitas, quæ ſuaderi poteſt, imperari non poteſt: res magis voti, quàm præcepti. Niſi malimus excuſare Pontificem, qui virgines ad virginitatis profeſſionem cogere nolit. Pruritum nempe perrumpere illa repagula, quibus continebatur.

UXOR Epiſcopi etiam vetula cogitur ingredi religionem propter excellentiâ dignitatis epiſcopalis, Zabar. in *c. ſanè. in 1. quæſt. X. d. converſ. conjug.* cujus rationem reddit Joann. Honorius van Axel de Seny ad *tit. X. d. elect.* quia inter epiſcopum & eccleſiâ contrahitur matrimonium ſpirituale.

Modis diſſolvendi matrimonii, qui enumerantur in *l. 8. C. d. repud.* hic modus non annumeratur. Deinde ubi non culpa viri aut uxoris intervenit, divortium ſequi non poterit, ſed manebit individua illa conſuetudo, quam in *§. 1. I. d. patr. pot. l. 1. ff. d. R. N.* matrimonium in ſe continet.

Hæc differentia ſive ſit è verbis juris Canonici, ſive è gloſſemate alicujus Canoniſtarum nemo diſtinguat. Nimium quantum authoritati gloſſematum deferunt & Legiſtæ & Canoniſtæ, ut videre eſt in *diſp. mea. inaug. d. lege. th. 17.* Poſt hanc diſputationem ita ſcribit, aut potiùs à patre ſcriptum refert Melchior Bitſchius in *decad. caſ. pro amic. proleg. th. 9.* Ortum hæc res habet ex eo, quòd ſicut in Eccleſia poſthabito verbo Dei traditiones humanæ pro divinis invaluerunt; ita in foro, neglectâ voce legislatoris, gloſſæ & opiniones Doctorum authoritatem juris & vim legum obtinuerunt. Imò non vim tantùm legum, ſed & contra & ſupra leges. Tritum enim illud eſt Raphaëlis Fulgoſii (qui floruit circa annum Chriſti 1430.) in *l. ſolutum. 6. C. d. O. & A. & l. ad officium. 3. C. comm. divid.* ubi poſtquam retuliſſet dictum Cyni, quòd ſicut olim idola pro Diis, ita gloſſatores pro Evangeliſtis adorentur; ſubjicit, volo potiùs pro me gloſſatorem quàm textum. Nam ſi allego textum, dicent advocati diverſæ partis, & etiam Judices: credis tu, quòd gloſſa non ita viderit illum textum ſicut tu. Cui non multùm abſimile, quod ſcribit Zaſius in *l. ult. princ. ff. ſi cert. pet.* Ego credo, ſi gloſſa pareret elephantem, omnes Doctores ſequerentur. Et quod ex Joſepho de Ruſticis refert Bernh. Grevæus *libr. 2. pract. concl. 136. conſ. 1. num. 4.* Eâ infamiâ ducimur ac vexamur, ut niſi jus Civile communi Doctorum applauſu recipiatur, omnino veluti quid profanum recipiatur. Addit Bitſchius, Sicut in papatu dicitur, quòd Scriptura non intellecta ſecundùm ſenſum Eccleſiæ non ſit ſcriptura &c. Contra ſicut omne aurum extra templum non eſt ſanctificatum; ita etiam omnis ſenſus, qui fuerit extra ſcripturam, non eſt ſenſus. Poſteriori hoc probato prius rejicimus. Aliunde dicendorum authoritatem alii ſumant, nos veri veſtigia ſectamur. Heic juris Canonici aſſeveratio revocat in memoriam illud Lucretii *libr. 2.*

Quid dubitas quin omne ſit hoc rationis egeſtas?
Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metuunt; ſic nos in luce timemus
Interdum, nihilo quæ ſunt metuenda.

Peccat jus Canonicum. 1. quòd in differentia, *Matrimonium eſt omnino individuum,* nulla divortia concedat. 2. quòd vitam & honeſtatem Clericorum obtendat, quæ dirimat matrimonium, Vid. differentiam, in qua *Matrimonium Clericis ne ſit commune.* Addo quòd habetur in articulis, de quibus convenit inter Archiepiſcopos & Epiſcopos in Synodo Londini, Anno 1562. *Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis, nullo mandato divino præceptum eſt, ut*

poſſet. Vid. Perez. ad *tit. C.d.repud.n.5.* Iterum bipatentibus valvis heic recluſa eſt palæſtra Pontificia & virginitatis ſubſeſſores admittit, eamque, cujus expugnata fuerit virginitas, mereri excuſationem putat. Sic enim in *c. integritas.32. q.1.* Integritas corporis expetenda eſt, quam ego pro conſilio ſuadeo, non pro imperio præcipio. Sola eſt enim virginitas, quæ ſuaderi poteſt, imperari non poteſt: res magis voti, quàm præcepti. Niſi malimus excuſare Pontificem, qui virgines ad virginitatis profeſſionem cogere nolit. Pruritum nempe perrumpere illa repagula, quibus continebatur.

UXOR Epiſcopi etiam vetula cogitur ingredi religionem propter excellentiā dignitatis epiſcopalis, Zabar. in *c. ſanè. in 1. quæſt. X. d. converſ. conjug.* cujus rationem reddit Joann. Honorius van Axel de Seny ad *tit. X.d. elect.* quia inter epiſcopum & eccleſiā contrahitur matrimonium ſpirituale.

Modis diſſolvendi matrimonii, qui enumerantur in *l.8. C.d. repud.* hic modus non annumeratur. Deinde ubi non culpa viri aut uxoris intervenit, divortium ſequi non poterit, ſed manebit individua illa conſuetudo, quam in *§.1. l. d. patr. pot. l.1. ff. d. R. N.* matrimonium in ſe continet.

Hæc differentia ſive ſit è verbis juris Canonici, ſive è gloſſemate alicujus Canoniſtarum nemo diſtinguat. Nimium quantum authoritati gloſſematum deferunt & Legiſtæ & Canoniſtæ, ut videre eſt in *diſp. mea. inaug. d. lege. th.17.* Poſt hanc diſputationem ita ſcribit, aut potiùs à patre ſcriptum refert Melchior Bitſchius in *decad. caſ. pro amic. proleg. th.9.* Ortum hæc res habet ex eo, quòd ſicut in Eccleſia poſthabito verbo Dei traditiones humanæ pro divinis invaluerunt; ita in foro, neglectâ voce legislatoris, gloſſæ & opiniones Doctorum authoritatem juris & vim legum obtinuerunt. Imò non vim tantùm legum, ſed & contra & ſupra leges. Tritum enim illud eſt Raphaëlis Fulgoſii (qui floruit circa annum Chriſti 1430.) in *l. ſolutum.6. C.d.O. & A & l. ad officium.3. C. comm. divid.* ubi poſtquam retuliſſet dictum Cyni, quòd ſicut olim idola pro Diis, ita gloſſatores pro Evangeliſtis adorentur; ſubjicit, volo potiùs pro me gloſſatorem quàm textum. Nam ſi allego textum, dicent advocati diverſæ partis, & etiam Judices: credis tu, quòd gloſſa non ita viderit illum textum ſicut tu. Cui non multùm abſimile, quod ſcribit Zaſius in *l. ult. princ. ff. ſi cert. pet.* Ego credo, ſi gloſſa pareret elephantem, omnes Doctores ſequerentur. Et quod ex Joſepho de Ruſticis refert Bernh. Grevæus *libr.2. pract. concl.136. conſ.1. num.4.* Eâ infamiâ ducimur ac vexamur, ut niſi jus Civile communi Doctorum applauſu recipiatur, omnino veluti quid profanum recipiatur. Addit Bitſchius, Sicut in papatu dicitur, quòd Scriptura non intellecta ſecundùm ſenſum Eccleſiæ non ſit ſcriptura &c. Contra ſicut omne aurum extra templum non eſt ſanctificatum; ita etiam omnis ſenſus, qui fuerit extra ſcripturam, non eſt ſenſus. Poſteriori hoc probato prius rejicimus. Aliunde dicendorum authoritatem alii ſumant, nos veri veſtigia ſectamur. Heic juris Canonici aſſeveratio revocat in memoriam illud Lucretii *libr.2.*

Quid dubitas quin omne ſit hoc rationis egeſtas?
Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metuunt; ſic nos in luce timemus
Interdum, nihilo quæ ſunt metuenda.

Peccat jus Canonicum. 1. quòd in differentia, *Matrimonium eſt omnino individuum,* nulla divortia concedat. 2. quòd vitam & honeſtatem Clericorum obtendat, quæ dirimat matrimonium, Vid. differentiam, in qua *Matrimonium Clericis ne ſit commune.* Addo quòd habetur in articulis, de quibus convenit inter Archiepiſcopos & Epiſcopos in Synodo Londini, Anno 1562. *Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis, nullo mandato divino præceptum eſt, ut*

aut cœlibatum teneant, aut à matrimonio abſtineant. Licet igitur etiam illis, ut ceteris omnibus Chriſtianis, ubi hoc ad pietatem magis facere judicaverint, pro ſuo arbitratu matrimonium contrahere. 3. videtur jus Canonicum in ceteris cauſis, quæ vagantur infra terminos epiſcopatus, diſtinguere inter uxorem vetulam & uxorem nondum vetulam. Aſſentior tamen eatenus juri Canonico. 1. quòd etiam vetulæ honorem ſuum matrimonialem non invideat. Si ſenium ſepararet, quot viri ætate provectiores in cœlibatu perirent. Ut eos ſuum oblectet matrimonium, præterita monet juventa. Jam ſenes vegetius corpus ſimulant. Vident ac curâ expendunt (verba ſunt Dan. Heinſii in *epiſt. ad Primerium, An & qualis viro literato ſit ducenda uxor*) quæ veſtis, qui cultus potiſſimùm deceat, inprimis autem quid jam uſu ſit receptum. Utrùm latus barbæ, quod ad Orientem ſpectat, rectè conveniat cum eo, quod in Occidentem tendit. Sartore accurato & tonſore utendum eſt. Danda eſt opera, ne pallium ab interiore habitu, tanquam in civili bello, diſſideat aut æquo ſit prolixius. Nec calcei præter æquum & bonum caligarum terminos invadant aut altiùs aſſurgant. Ut periſcelides intra præſcriptum ſe contineant ſpatium, ne, Uti poſſidetis, interdicat Prætor. 2. Quòd ea, quæ infringere poſſent tale matrimonium, non attendat. *Objiciant talium mariti* uxores eſſe annoſas, manere progredientibus annis nihilominus petulcas, quas, ut ſint in poſterum incorruptæ, conſultius ſit à matrimonio dividi. Reſpondemus iis, Sint annoſæ, ſunt ſimul oracula, quæ optimè juniorem maritum docent, quantumvis non eâ viâ, in qua epiſcopi vitam ſolitariam tranſigunt. Sint annoſæ, fœdifragi mariti, qui etiam conſeneſcere deſiderat, ultroneam deſertionem leges ulciſcuntur. Sint annoſæ, maritus annis non veneficia, ſed beneficia accenſeat. Sint annoſæ, non furor, ſed favor perſeverans: non rabies, ſed ratio: non ira, ſed amantium lyra annos recreet. Sint annoſæ & videndo non urant, anni non impediunt, quin voces liberiuſculas primæ excipiant, primæ intelligant, primæ oculis retorqueant, nictent, argutentur, annuant. Tenaces ſunt ſuis affectibus, quorum indicium eſt ipſa cutis, cujus delicias diceres cereas, quibus quot digiti imprimuntur, tot impreſſi manent. Videndo prætera urunt, ſi laneis vittis frontium anteriora ornant; ſi non quidem Veneris ſandalia, ſed malè ſarcinatas ſoleas urgent; ſi ancillis ſuis innixæ vix gradiuntur, & quaſi alienis nervis euntes caſum in alterutrum latus minantur. Videndo denique urunt, ſi

— dum fletus ocellis

Effluit,

rubentis auroræ vultum in oculis ferunt; ſi quæ matrem promiſerunt, novercam præſtant: ſi non ampliùs vigent, ſed velut in mortis umbra vitæ munia, imò deliria, vanis deluſa imaginibus, moliuntur. Qui petulantiam in annoſis accuſant, ii falsò pallorem ſenectutis petulantiæ ſtimulum exiſtimant: perperam emendationem unius loci, qui in vitio jaceat, cenſoriæ ſuæ ſpongiæ aſſignant: eò, ubi ſilentia non reſpondent, quiritatum dirigunt. Eſtne petulantia non Helenam ſe prædicare è pario marmore, ſed vetulam ultimi murmuris, quo ſilicernio adhibitæ ſibi extrema optant: non ſe jactare è rore ſpumantium fluctuum educatam, niſi pendularum narium educationem ſignificet. Fortean eſt petulantia, ſi glabrum caput involvit, præter dormire nihil cupit. Aliis fundatur Feſcennina, ſeria duntaxat & ſevera curat. Aliis placeant joci nuptiales, ſuorum ſeriem fatorum ordinat. Et verò una aut altera annis jam obſita ſibi videatur poſtliminio rediiſſe in juventam, quâ olim prælata erat pinus pronuba: velit tanquam antiquus hoſtis in triumphum admitti, ita ut voluptas, quæ tranſitum cogitare deberet, ſit perpetuum vectigal; non rogat amoris veritatem, ſed acquieſcit figmentis, quibus amari ſe verecundiùs credit. Non vult tota videri, quæ digitis marcentibus non totum extinguit ellychnium: vult tamen per caliginem videri, dum ſuſpiria ſua parietibus illidit. Tunc maritus ſeu antiquas fabulas, ſeu ordine ſua narret negotia: ſi nondum ſopore eſt expugnata, quæ agantur in vicinia, iterum iterumque in memoriam revocet: ipſa animalia, ne duntaxat ſermo ſit de hominibus, impedire ſomnum teſtetur,

Caccabat hinc perdix, hinc glacitat improbus anſer.

Tandem

Tandem ſi propiora poſtulet, quod olidiſſimum baſium ſignificat, aut ſi religioſiſſimis verbis juret periturum hoc ſecretum, non ad ultimam perducatur triſtitiam ejus, qui lucernæ occidenti oleum infundere non poteſt, non ſtupeat tanquam ad Colchos delatus: verùm hinc ſuam æſtimet felicitatem. Felicitas eſt prolem non metuere: ignaviſſimam partem vitæ noſtræ, noctem uxori deſtinare. Major eſſet felicitas diem eſſe 24. horarum, noctem inſtare nunquam. Maximam & tunc putat, ſi jurgia audit, quæ eum Jove fulminante natum fidem faciunt. Cetera in aurem. Inituri matrimonium quum non tam pretium uxoris, quàm ejus, quod in arca conſtringit, ſpectent, ſciant illud Herodoti, quibusdam Ægyptiorum crocodilos ſacroſanctos eſſe: eos autem quia circa Thebas & Mærios ſtagnum incolunt, unum ex crocodilis alere cicurem & edoctum manu tractari, appendentes ejus auribus gemmas, & primoribus pedibus catenam auream innectentes: cibaria quoque maximè lauta præbentes, conſectantur tanquam pulcerrimè viventem; ac, ubi mortem obiit, aromatibus conditum ſacris in urnis ſepeliunt. Quod fieri poteſt in crocodilo, quare non in decrepita, cujus effœtam peram novus maritus calidâ ambitione flagitabat? quare non redimeret gravi dolore egeſtatis ſolamen? quare non pateretur eam pilos amiſiſſe, dum totum patrimonium expectat? quare non jucundiùs haberet ſociam vitæ, quæ brevi eſt moritura, aut licet non moriatur voto mariti robuſtior, mordere edentula nequit. Diſſuadeat hoc pecuniæ, cui mariti nubunt, deſiderium vel Martialis, apud quem

Quòd querulum ſpirat, quòd acerbum Nævia tuſſit,
Inque tuos mittit ſputa ſubinde ſinus;
Jam te rem factam Bithynice credis habere?
Erras, blanditur Nævia, non moritur.

Idem de Gemello & Maronilla.

Petit Gemellus nuptias Maronillæ,
Et cupit & inſtat & precatur & donat;
Adeòne pulcra eſt? imò fœdius nil eſt.
Quid ergo in illa petitur & placet? tuſſit.

Suo periculo audeant, qui Maronillas opulentas & jam tabeſcentes cupiunt, ut hæredes inſtituantur: pluris culinæ nidorem quam aniculæ fœtorem putant: quod ſemel conſenſu inchoarunt, morte ſolâ eſt finiendum. Adhæc ponamus hanc licentiam, diſplicere divortio poſſe, quæ ſemel placuit,

Nulla vis flammæ tumidique venti
Tanta, nec teli metuenda torti,
Quanta, cum conjux viduata tædis
Ardet & odit.

Deos omnes, Superos, Medioximos & inferos evocat in ſceleris violatæ fidei vindictam & tori ultionem. Medeam apud Senecam indignantem qui legerunt, forment inde ejuſdem paraphraſin, *Adeſte, adeſte, favete Medeæ veſtræ Dii Cœlites, linquite hodie ſidera. Dii maris emergite ex alto gurgite, Orci monſtra exiſtite ab imo tartaro, Vos inquam adeſte cœlites conjugales Dii, qui conciliatis inter mortales nuptias, eoſdemque connubiis jungitis. Tu Jupiter gamelie. idemque τέλειε patrator, & Juno τέλεια, præſes nuptiarum. Tuque Venus, Diana, Hymenæe, Suada, Genie, naturæ Deus, & ſi quæ ſunt alia nuptialia numina. Ades etiam Lucina, quæ parturientibus ſuccurris, partumque levas & cuſtodis, ſervaſque connubialen & genialem lectum, qui Genio authore ſternitur conjugibus, ut ſobolem generent. Et tu Minerva ades, quæ Typhin, navarchum Jaſonis & ſiderum obſervatorem docuiſti princeps ædificare navigium, vel potiùs ipſa compegiſti, & Typhi regendum, flectendum, inhibendum commiſiſti. Et tu ades fere Neptune, qui ſævum mare temperas, & ſævos procellarum fluctus frangis, aut montes aquarum tollis, & imas valles aperis, aut æquora rurſum placas. Ades & tu Phœbe, ave paterne, qui modò abis ad Antipodas & diem cum Phœbe ſorore nocte dividis, & mox ad nos redis, nuncque noſtrum, nunc adverſum nobis cœlum illuſtras, diemque promis & celas. Et tu Hecate ades, quæ nocti præes, & tacitis ac nocturnis ſacris,*

quæ ſecretò ſub noctis ſilentium fiunt & à me peracta ſunt, intereſſe ſoles. Tu inquam, cui triplex nomen & triplex forma, quæ & Luna es & Diana & Proſerpina, Cæleſtis nempe Dea & Terreſtris & Stygia, medioque capite hominem, dextro equum, ſiniſtro canem refers. Ades etiam & tu nox atra, & vos noctis ſidera cum Horis, veſtram enim fidem juravit mihi perfidus Jaſon, cum me duceret & abduceret. Quosque Deos Medea magis convenit precari, quos æquiùs invocat Medea familiarior omnibus præſertim Inferis propter veneficia, quàm Jaſon & Creon & Creuſa. Noctis nempe æternum chaos, non noctem tantùm lunâ & ſideribus illuſtrem, ſed Orcum ipſum æternis tenebris obſeptum, atrum cæcumque, quo nulla lux unquam penetrat aut adſpirat. Orcum Cælo adverſum. Nam Cælum optimum, regnum hoc Orcianum peſſimum; illud ſummum, hoc imum; illud vivorum, hoc mortuorum; illud lætiſſimum, hoc triſtiſſimum; illud perpetuo lumine illuſtre, hoc æternis tenebris ſepultum. In illo nihil non boni, in hoc nihil non mali reperitur. Precor etiam ipſum te Plutonem, Orci ſemper lugentis Regem, & Proſerpinam, triſtem Stygis dominam, ut adſitis. Proſerpinam Cerere natam, & feliciùs me raptam, quia nunquam repudiatam. Adeſte, adeſte & vos Eumenides & Erinnyes & Furiæ & Pœnæ, quæ mortalium ſcelera ulciſcimini. Tu inquam Tiſiphone, tu Megara, tu Alecto, quæ pro mitra & corona ſerpentum, & anguium ſpiras geritis, horrendasque colubris comas quatitis & cruentis dexteris Stygiam facem geſtatis & præfertis. Adeſte nunc quoque mihi & meas res agite, quæ olim non vocatæ adfuiſtis, adſtitiſtis mihi, cum in infauſtum Jaſonis thalamum ab Jaſone ducerer & nuptialia ſacra celebrarem. Conjugi novæ Jaſonis Creuſæ, & ſocero ejusdem Creonti necem inferte, & utrumque letho date, ipſamque regiam cum regia familia incendite, extinguite & funditus exſcindite, adeò q; etiam regiam ſtirpem Jaſonis geminos liberos meos à medio tollite. Mihi verò ſuggerite malum omni morte triſtius, quod perfido marito meo imprecer. Quod illud? hoc occurrit: Non pereat cum ſocero & ſponſa, ſed vivat, atque ità vivat, ut vita ſit illi omni morte triſtior, mortemque millies optet, & tamen mori non poſſit, ſed exul, inops, extorris, exſpes, omnibus inviſus & execratus, per urbes, domos & lares incertos & ignotos, fame ſitique confectus erret, ſtipem oſtiatim roget, nemo largiatur, nemo commiſeretur, omnes execrentur, & velut jam familiare mendicabulum & notum hoſpitem quotidie occurſantem & alienos fores pulſantem & fatigantem, repellant à ſuis ædibus. Quoque non aliud queam pejus precari, precor hoc ipſum, quod alii parentes votis omnibus expetunt, uti ſimiles ſibi formâ, ingenio, moribus liberos procreet. Ita inquam tibi precor & Creuſæ tuæ, ut ſimiles vobis impios, ſceleratos, perfidos & adulteros natos generetis, quales vos eſtis. Parta jam parta ultio eſt. Reperi, & peperi. Jam inveni viam, quâ ultum eam ſcelus tuum & injurias meas. Reperi inquam modum ulciſcendi me & mille nocendi artes. Dona mittam novæ ſponſæ & ſocero, veſtem & Coronam venenis litam, quibus utrique necem inferam, ipſosque Jaſonis & meos communes liberos, quos peperi, peperi inquam, & natos interficiam. Adeòque totam Creontis regiam in ſempiternum luctus dabo. Querelas verbaq; in caſſum fero. Sed quid queſtus inanes & verba nec quicquam proficienda fundo & perdo. Ad rem Medea, ad rem. Quid moror in hoſtes ire? eosdemque funditus perdere? non extorqueo tædas illis nuptiales & extinguo? Non effundo luci tenebras & cælum omne confundo & involvo, ut Sol fugiat, condatur Luna, extinguantur ſidera? Et tu Sol, ave paterne, hæc Jaſonis ſcelera vides, nec erubeſcis nec hebeſcis, nec fugis, nec deficis, nec vultum ut in Thyeſtæo ſcelere regis? Sed adhuc ſpectaris & videris? Et in flammeo curru tuo reſides atque per devexa cæli more tuo curris orbemque illuſtras, perinde ac ſi nihil in terris perpetratum eſſet ſceleris, intueris. Nec per indignationem averſus refugis ad ortus, nec per decurſa puri cæli ſpatia regrederis, nec ullum das ſignum averſi animi, ut feciſti in Atrei & Thyeſtæ ſcelere. Da, da, ſine obſecro, ſine ut ego vel ſemel duntaxat agam patrios currus, hoc eſt, tuos, avi nempe, regamque juga equorum, Pyroëntis, Eoi, Æthonis & Phlegethontis. Da ut tractem habenas & lora quamvis igne coruſcantia & flagrantia; dum Corinthus Iſthmo ſita, quæ nunc per Iſthmum & terram interjectam duo dividis maria Ægeum & Jonium, mox ardens & in cinerem redacta, igne hauſta & deleta duo maria conjunget. Supereſt ut etiam pinum ſeu facem pronubam ſeu nuptialem novis nuptiis luceam & præferam, & ſacra faciam thalamo & victimas immolem, ſponſamque ipſam & ſocerum pro victimis velut ad aras mactem. Et cum per viſcera & exta victimarum fauſta quærantur omina, ego per eadem ſupplicii & neciomen copiam, hoc eſt, ipſa viſcera mea, natos in-

quàm

quam meos; mactabo & letho dabo. Age ergo anime, age Medea, ſi quid tibi in animo priſtini vigoris eſt, ſi Virago es & heroina, nec adhuc ſanguis hebet, excute trepidam fœminam, virum indue, nullo metu quatiendum, imò ſæva ſub rupe Leænam, adeòque ipſam rupem & Caucaſum à nullo niſi Prometheo in Cruce pendente habitatum. (*An inhoſpitalem Caucaſum vocavit, quod accolæ Scythæ immanis gens hoſpites inde arcerent, vel inhumaniſſimè interficerent.*) *Quæcunque olim in patria ad Phaſin & Pontū Euxinum, vel potiùs Axenum facinora deſignavi, cum Abſyrtum fratrem in mille partes diſcerptum diſtuli, & per agrum & ripas ac litora diſperſi, ut inſequentem morarer patrem, quem etiam unà cum patria & regno prodidi, hoſpitem in Græciam ſecuta. Hæc omnia nunc ſpectabit Corinthus in Iſthmo ſita, & his paria, gravia, inviſa, inaudita, horrenda, & Superis ipſis, nedum mortalibus, tremenda & formidanda. Quæ illa? Ferrum cruentum, veneficium, parricidium, natos membratim conciſos videbit Peloponneſus & Græcia. Sed hæc omnia ludicra & vix digna Medea fuêre, quæ puella auſa ſum, & adhuc innupta. Nunc Reginæ & Jaſonis Conjugi & Æſonis Nurui, & per omnem Græciam notæ, atrociora facinora poſt geminum partum audenda & aggredienda ſunt. Ergo igitur erumpe in ſcelus ira, ima ſummis & ſumma imis permiſce, nullum ſit facinus, quod furor ultimus non audeat, nihil tam pernicioſum & exitioſum, quod non aggrediatur. Reſpondeat divortium primis nuptiarum auſpiciis. Ingreſſa ſum thalamum Jaſonis per cædem fratris & proditum patrem & patriam. Egrediar ex eodem poſt repudium per incenſam regiam & regem & ſponſam reginam, ipſorumque natorum meorum ſupplicium & parricidium. Tolle moras, aggredere facinus. Ita virum ſecuta ſum ex Colchide, ita deſeram in Græcia, per ſcelus Jaſonis, regiam ingreſſa ſum, per ſcelus eandem egrediar, ut pacta pactis, fata fatis, ſcelera ſceleribus reſpondeant.* Hæc ad Senecæ Medeam Raderus.

Satisfaciendum priùs eſt, quàm concludam, curioſitati illorum, Quare Canoniſtæ diſtinguant inter vetulam & juniorem, an plus periculi ab hac immineat, & rancida terra non ex æquo cultorem inveniat? Tantâ ſunt animorum conſtantiâ, ut eos non magis inflect.. tenera annis, quàm annis productior. Pariter ſunt propitii: ſi urget impetus, pariter aſſectantur. Amant, ne aliquam ſpernant. Non amant, aut ne porro ament, brevi mixturâ ab amoribus ſe liberant. Alii ſint ferventiores, alii, labe corporis fortè præpediti, magis abſtinent, quos priſcorum inſerimus ævo, quo Lycurgus promiſcuum morem exercendi puellas cum juvenibus permiſit: defenderent & hi juxta Plutarchum palæſtræ hujus authorem. Poſſe eſſe caſtam, quæ nuda fuerit: eſſe impollutam, quæ juvenum colluctationibus operatur. Erumperent tandem cum Propertio *libr. 3. eleg.*

Multa tuæ, Sparte, miramur jura palæſtræ,
Sed mage virginei tot bona gymnaſii,
Quod non infames exercet corpore ludos
Inter luctantes nuda puella viros,
Cum pila veloces fallit per brachia jactus,
Increpat & verſi clavis adunca trochi.
Pulverulentaque ad extremas ſtat femina metas,
Et patitur duro vulnera Pancratio.
Nunc ligat ad ceſtum gaudentia brachia loris,
Miſſile nunc diſci pondus in orbe rotat.

Forſan heic Canoniſtæ in abdita Philoſophorum penetrarunt, qui omne matrimonium vetulam repræſentare volunt, & ita inter vetulam ac juniorem non diſtinguunt. Anhelitus & laſſitudo viventium vitam connubialem parit triſtitiam, ob quam Balthaſar. Bonifacius in *hiſtoria ludicr. libr.* 16. c. 16. autumat ſe evidenter oſtendiſſe, quàm parum diſtet luctus à lecto, concubitus ab occubitu, Libitina à libidine, mors à Venere, quam Parcarum vetuſtiſſimam appellet Pauſanias, homicidam Plutarchus. Igitur ſi non peccant Canoniſtæ, metu mortis non peccant. Utinam metu mortis æternæ non peccarent! Utinam cogitatione ſuâ, quâ ſexum ſibi oppoſitum non opponunt, ſepoſitâ cogitarent Æternitatem, cui illæ caſtitatis in vicinam domum digreſſiones placere non poſſunt.

Uxor etiamſi ob cauſam fornicationis judicio Eccleſiæ, aut propriâ voluntate à viro diſceſſerit, dotem vel dotalitium repetit, quia divortium, quod olim erat cauſa amisſionis, hodie receſſit ab aula Catholicorum, *c.2.X.d.transl.Epiſc.*

Duobus modis hoc utrumque jus conſiderari poteſt. Vel enim cauſa amiſſionis eſt in divortio, tunc ſpectanda eſt differentia, in qua *Matrimonium eſt omnino individuum.* Vel non eſt in divortio, & tunc repetitur dos ac dotalitium, ſive ſequutum fuerit divortium, ſive duntaxat ſequuta fuerit tori ſeparatio. Hunc poſteriorem modum juri magis contentaneum arbitror, quia, cum JurisConſulti divortium cauſam amiſſionis proximam ſtatuunt, illud divortium eſt aut verum aut veri eſt imitatio, quò intelligeret mulier virum beneficio à lege conceſſo æquè uti velle, ac ſi verum divortium interveniſſet. Hinc ſufficiebat virum uxori libellum mittere, ne cum ea reconciliatus cenſeretur.

Non repetit, *l. Lucius Titius. 38. ff. ſol. matrim. quemadm. dos. pet. l. miles. 11. §. ſocer. 3. ff. ad L. Jul. d. adult.* Ant. Merenda *libr. contr. 6. c. 13. num. 9.*

Uxor nulla eſt indotata, *c. nullum. cauſ. 30. q. 5.* in quo nullum ſine dote fiat conjugium. Vid. differentiam, in qua *Matrimonium non eſt ſine dote.* Ferdinandum Ariam de Meſa *libr var. reſol. 2. c. 40.*

Dotes nullas eſſe in Republica ſuis legibus ſanxiſſe Solonem & Lycurgum ſcribit Plutarchus in vita illorum, & in apophteg. Laconicis, ac referunt Anton. Guibert Coſtanus in *comment. d. dot. c. 1. n. 4.* Petrus Gregorius in *ſyntagm. jur. univ. part. 2. libr 9. c. 18. num. 10.* Menoch. *d arbitr. jud. caſ. 149. num. 42.* apud quem de Platone, qui dum leges Reipublicæ ſuæ condidit, voluerit in civitate bene morata dotis nomen abolendum. Eandem legem fuiſſe Spartanis, ut matrimonia nullâ intercedente dote contraherentur author eſt Ælianus *libr. 6. var. hiſt. c. 6.* Volebant enim iſti Legumlatores, ut virgines indotatæ nuberent, ne propter inopiam aliquæ relinquerentur innuptæ, & aliæ ob ſpectatos mores ab adoleſcentibus colerentur, & fieret inde, ut imperium, quod in uxores habent vel habere debent, pecuniâ vendere dicerentur: ita enim contingere iis, qui dotem amplam recipiunt, *d. loc.* tradit Menochius. Feſtivè admodum ad propoſitum Plautus in *Aulularia*

Nam quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt viri:
Dotatæ mactant & malo & damno viros.

Quod pulcrè quidam declarans quærit, Quomodo malo afficiunt ſive angent viros (hæc enim vis verbi eſt *mactare*) quia magis præeſſe viris quàm ſubeſſe cupiunt. Quomodo (rurſus quærit) damno? quia ſumptuoſæ ſunt nimis. Imò apud Græcos, Indos & Thraces memoriâ proditum eſt, ſolitum fuiſſe quondam, nedum dotem non petere pro mulieribus, quas viri ducebant in uxores: ſed imò conſueviſſe eas magno intereſſe vel pretio à parentibus mercari. Alii (ut apud Cantabros) ſolebant dotem dare uxoribus, non ipſæ illis. Verùm prudentiſſimis ac ſapientiſſimis veteribus illis Romanis, qui leges, quibus univerſus regitur orbis, condidere, ut in pace & in otio bene moratam, conſtitutam & ingenuis hominibus refertam Rempublicam haberent, multo utiliùs magisque rationi conveniens viſum eſt dotes à mulieribus dari, quibus tanquam invitamentis viri ad nuptias æqualium provocarentur, & deinceps onera matrimonii ſuſtinerentur, *l. 2. l. dotis fructus. l. quamvis. ff. d. jur dot. l. ſi maritus. l. ſi filia. ff. famil. erciſc. l. pro oneribus. C. eod.* Non dico quòd ſit de natura matrimonii dos ipſa, ſed quod congruum & utile viſum fuit, ne mulieres

Eſt etiam indotata, *auth. preterea. C. und. vir. & ux.* in qua ſi matrimonium ſit absque dote, conjux autem præmoriens locuples ſit: ſuperſtes verò laboret inopiâ, ſuccedat unà cum liberis communibus &c.

Digitized by Google

lieres ſine dote nuberent. Addit eleganter Vac. à Vacun *libr.1.decl.21.num.5.* quòd licet dos ſit non pars principalis civitatis, eſt tamen matrimoniis adjumento, quæ ſunt civitatis pars. Matrimonium, inquit, poteſt eſſe ſine dote; ſed propter onera, quæ in eo occurrunt, non facilè homines ſine ea accipiebant uxorem. quamobrem in civitate conſtitutum eſt, ut darentur dotes, & mulieres dotatæ traderentur viris in matrimonium: & ob id intereſt Reipublicæ mulieres eſſe dotatas, ne ſcilicet matrimonia, velut optima pars civitatis, corruerent, quemadmodum columnæ adhærentes parieti; intereſt igitur domui ut ſint illæ columnæ, eo quod faciliùs paries ſuſtinetur. Addit & Petrus Vandeta in *tract.d.priv.cred.c.5.d.util.& fav.dot.verſ.ne autem Lector.* ubi de hac neceſſitate agens elegantiſſimè dixit, Quòd cum ſine uxore nulla ratione, cum iis tamen non ſatis commode (ut Metellus Numidicus apud *Gellium libr.1.c.5.* cenſuit) vivi poſſit, inveniendæ fuerunt illectamenta quaſi & illecebræ, quæ matrimonii onera, alioquin vix tolleranda, lenirent, paululumque remitterent: ideoque à Juliano reſponſum eſt in *l.ſi ex qui.§.1.d.jur.dot.* ibi dotem eſſe debere, ubi ſunt onera matrimonii. Cui enim hæc non erit inſita opinio nihil libero toro eſſe jucundius, melius nihil (ut Horatius in epiſtolis inquit) cœlibe vitâ, niſi propoſita commoda & præmia, quæ nuptiarum incommoda levent, ad aliud vitæ inſtitutum revocent. Non abſque ratione igitur Reipublicæ intereſſe tradidit C. Paulus in *l.1.ff.ſol.matrim.* & in *l.2 ff.d.jur.dot.* mulieres dotes habere ſalvas, propter quas nubere poſſint. Agens poſtea idem autor de Solonis & Lycurgi dotes prohibentibus legibus ſuperiùs relatis, addidit ſibi dum has introductarũ dotium rationes introſpexit, mirũ novumq; videri ſolere, quanam ratione à ſupra dictis, alioquin prudentiſſimis Legumlatoribus, dotes è Republica ſublatæ fuerint, & poſt rationem hujuſce rei traditam, quæ erat, ut ſic pauperes, ſicut divites, invenirent, qui ſibi eas matrimonio jungerent, hæc elegantia verba protulit, *Præclarum ſanè reſponſum, & ab omnibus laudanda conſtitutio, quæ æqualitatem in Republica ſervari jubeat, niſi aliud illudque longè maximum lateret incommodum. Evenit namque inde, ut infrequentiora ſint matrimonia, quod tamen ipſi latis legibus impedire maximè conati ſunt. Nemo enim in deteriorem conditionem & majora incommoda facilè ſe conjiciet: tum autem qui uxorem ducit non ſatis dotatam, in paupertatis omne ſe conjicere quis non videt? Et Anaxandridas quidem de matrimonio conſultus, cum verè ſervum fore reſpondit, qui inopem duxiſſet conjugem: namque unius loco duo cogitur alere, quod profectò incommodum quem non ab ineundo matrimonio deterreat? quis non ſine uxore vivere mallet, & proinde eâ moleſtiâ carere, ut Metellus Numidicus ſupra allegatus ait, quàm ſervili labore & ære propter uxoris inopiam & ſe & ſuam conjugem vix & difficulter ſuſtentare.* Dan.Heinſ. in *epiſt. ad Primer. An & qualis viro literato ducenda ſit uxor?* ait, De dote ut ex animi ſententia me loqui credas, opus non arbitror. Ego, mi Primeri, dotem luculentam nunquam contemnendam putavi; Cujus quidem tu opinionis meæ cauſam ſi expectas, non te ad Philoſophum, ſed in macellum, aut ad Janum medium abire jubeo. Quò cum adveneris, quem quantumque uſum nummus habeat ſine præceptore ullo facilè intelliges, cujus beneficio ac uſu omnia mortalibus contingunt, præter bona animi, quæ eſſe alibi quærenda non ignoras. Ad hæc quoque cum ſplendorem ſuum Diva contulit Moneta; cetera aut confirmat aut non mediocriter illuſtrat. Quam & comparare ut oportet, & conferre, quò oportet, materia virtutis eſt. Ex eadem enim dives fuit Cræſus, & liberalis (imò, qui turmatim pauperes ad ſe vocabat, quos mox bene ac prolixè habitos ad ſuos dimittebat.) In egentes quoque, ſi quos norat, conferebat ſtipem. Quâ virtute nihil dignius eſt homine, ut quæ nomen accipit ab eo. Eadem enim & humanitas nonnunquam dicitur. Ut de magnanimitate nihil dicam, quæ cum omnium virtutum ſit regina, ſine opibus tueri ſe vix poteſt. Cetera vivendi quoque officia omitto, quæ ſine iis vix deſcribi poſſunt, tantum abeſt ut ab actionibus nonnullis queant ſeparari. Quare qui tantopere Ariſtotelem condemnant, quod nonnihil ad felicitatem uſûs ac momenti in his ponit, Stoicorum autem nimiam ſervitutem extollunt quotidie ac commendant, & ſine iis tamen frui iſtis, quæ exoptant maximè,

non

non poſſe ſe fatentur, idem mihi facere videntur, quod choragium qui tollunt, cum libenter in theatro ſedeant. Nam ſi in contentionem veniant cum virtute & moribus, cedant ſane: ſi præſertim ea ſit felicitas mariti, ut virtutem conjugis ac mores ſuâ ſibi dote ſuſtinere poſſit: quos plerique laudant, pauci imitantur. Nec jam dico quàm ſit homine feſtivo dignum ad complexus quoque & oſcula & cuncta, quæ per te lubenter agas, quaſi ſtipendiolo adduci, ne vel gratis ſcilicet ſis felix. Quo auctoramento nullum minùs eſt moleſtum: ſicut contra nihil eſt miſerius, quàm procreare liberos, ad quos nihil ex hæreditate tua præter famem perventurum videas ac ſitim. Adde jam, quod ipſa quoque Venus cum culina ſervet pariter ac friget. E quibus omnibus ſummum dotis emolumentum, non abſolutam neceſſitatem colligimus. Non obſtat *d.c. nullum. c.30.q.5.* in quo Concilium Arelatenſe voluit nullum ſine dote fieri conjugium. Reſpondet Fontanella *tom.d pact.nuptial.2 clauſ.5. gloſſ.1. part.1. num.*14.15. hanc diſpoſitionem abiiſſe in deſuetudinem, neque in vim legis ſervari, ut eſt notorium. Peccare alibi dicitur, qui ſine dote contrahit matrimonium, ut eſt apud Lucam de Penna, qui allegat jura in *l.3.Cd.apoch.libr.*10. Sed utinam alia non committeremus peccata, nam hæc facilem haberent veniam.

UXOR pro marito ſuo ex interceſſione efficaciter obligatur, ſi judicialiter confeſſa fuerit pecuniam in ſuam utilitatem verſam fuiſſe, quia præſentia Judicis omnē doli prçſumptionem excludit, *c. præſentia. X.d. renunciat. c. ſicut nobis. §.ult. X. d. ſent. & re jud.* aliàs nunquam tutum foret cum mulieribus contrahere: quamvis ad majorem ſecuritatem creditoris cautum ſit & conſultum, ut talis confeſsio judicialis actis inſinuetur; quia acta ſemper loquuntur & notorium faciunt, *c. ult. X. d. cohabit. Cler. c. quoniam contra. X.d. probat.*

Si qua mulier crediti inſtrumento conſentiat proprio viro aut ſcribat, & propriam ſubſtantiam, aut ſeipſam obligatam faciat, jubemus hoc nullatenus valere, ſive ſemel ſive multoties hujusmodi aliquid pro eadem re fiat, ſive privatum ſive publicum ſit debitum: ſed ita eſſe ac ſi neque factum quicquam, neque ſcriptum eſſet. *auth. ſi qua mulier. C. ad SC. Vell. ex* Novell. 134. *c.*8. Vid. differentiam, in qua *Vir. & Uxor conjugali ſuâ cohabitatione &c.*

Inter reliquas perſonas, quæ fidejuſſionis munus non obire, neq; pro aliis intercedere poſſunt, ſunt feminæ, cujus ratio præcipua ac potiſſima eſſe videtur mulierum hac in parte naturalis imbecillitas ac improviſum periculum. Spondere enim ac fidejubere pro alio ab initio leve videtur, utpote quòd fidejuſſio ab initio ſolam voluntatem, nullam autem pecuniæ præſtationem requirat, nec etiam in futurum requirere exiſtimetur, ac proinde non difficulter ad intercedendum muliebris animus inducitur, qui certè non aliter credit, quàm quòd ſolutio ex fidejuſſione ad ſe nunquam ſit perventura: alioqui ſicut mulieres ad ſe ipſas principaliter obligandas, ubi ſciunt ſe ad ſolutionem faciendam teneri, ſunt difficiles, eò quòd ſexus iſte ſit avarus; ita etiam ad intercedendum, & ad obligationem ſecundariò in ſe transferendam faciles forent. Quoad maritum igitur, an pro eo uxor ex interceſſione efficaciter obligetur, reſpondet utrumque jus, & in ipſa *auth.* allegata hæc ſubſequitur appendix, Ni manifeſtò probetur, quòd pecuniæ in propriam mulieris utilitatem expenſæ ſint. Si tamen hic aliqua ſtatuenda eſt differentia, alia erit gemina. 1. quòd jure Civili non

ea neceſ-

ea neceſſaria ſit Judicis præſentia, quæ jure Canonico. 2. quòd jure Civili hæc cautio non adhibeatur, quæ jure Canonico, nec talis confeſſio judicialis actis inſinuetur. Sed enim & jure Civili præſentia Judicis omnem doli præſumptionem excludit, *l.1.C.d.præd. & al.reb.min.&c.* Et jure Civili inſinuatio facit licitum, quod ſecus eſſet illicitum, arg. *l.35.§.3.C.d.donat.* Jure tandem Civili proponuntur conſilia, quæ omitti poſſunt. Quæ tamen, ſi conſiderentur jura Municipalia, non ſemper omittuntur. Ita ſi jure Bavarico, de quo Balthaſar in *loco infra allegato.* ſubminiſtretur hoc conſilium, ut mulier pro marito efficaciter obligetur, illam debere renunciare beneficio SCti, hoc conſilium in præcepti tranſit neceſſitatem. Si ſtatuto Norinbergenſi, de quo Conradus Rittershuſius in *expoſ.Novell.part.2.c.4.num.24.in fin.* caveatur, quòd uxoris obligatio pro marito ſubſiſtat, ſi ad eam duo Senatores, vel duo ex propinquis ipſius conjugis adhibeantur; in hac cautione præceſſit conſilium, ut ſequeretur præceptum, citra cujus obſervationem mulier pro marito intercedens non obligatur. Vid. differentiam, in qua *Præceptum & Conſilium opponi videntur.* ita ut neutrum jus neget mulierem ex interceſſione efficaciter pro marito obligari, ſi pecuniam in ſuam utilitatem fuiſſe verſam fateatur. Subſumit Joann. Franciſc. Balthaſar *pract.reſol.jur.Civ.& Bavar.part.1.tit.1.reſol.11.num.18.* Si tamen mulier probaret, quòd minis & verberibus ad iſtam confeſſionem judicialem, videlicet pecuniam in ſuam utilitatem eſſe verſam, à marito coacta eſſet, tunc nihilominus beneficio *d.auth.* juvaretur, Ant. Fab. in *Cod.libr.4.tit.2.def.23.* Addit Dion. Gothofredus ad *d. auth.lit.i.* ea loca & contractus, in quibus uxor communionem bonorum cum marito non habet, & in quibus communionem bonorum cum marito habet, tunc enim vel ſolus maritus mutuum accipiens obligat uxorem in communibus bonis, & in eorum utilitatem præſumitur mutuum accipere.

Ab his non tota diſcrepat facti ſpecies, quam proponit Franciſcus Niger Cyriacus *lib.2. contr.for.215.216.* geminam. *Controverſia prior eſt*, ut contraham in pauciora, Certiſſimi juris eſſe Uxorem teneri nec in totum nec pro dimidia vigore mutui recepti ab ejus viro contrahente ex perſona propria, & ut procuratore ipſius uxoris, & in ſolidum ſe obligante ex utraque perſona erga creditorem. Si enim convenitur ex perſona mariti ſive ad totum ſive ad dimidiam, non eſt dubium, quòd eſt expreſſa interceſſio pro eo, quæ ipſo jure eſt nulla ex diſpoſitione *d.auth. ſi qua mulier.* Si convenitur ex perſona propria obligata à marito, uti procuratore, adhuc non tenetur in aliquo ex eadem diſpoſitione, quæ irritat quamcunque uxoris obligationem factam in eodem inſtrumento cum viro. Nec diſtinguit diſpoſitio, an etiam obligatio mulieris interveniat acceſſoriè obligationi mariti, ſed quando ambo inſimul principaliter mutuum recipiunt. Si hæc igitur procedunt, quando vir & uxor uterque intervenientes perſonaliter contraxerunt, quantò fortiùs habebunt locum viro contrahente, utpote procuratore uxoris, ad quem non ampliùs præſumptivè, ſed certitudine conſtat totam pecuniam perveniſſe? præſumitur enim color quæſitus ad fraudandam legem, prout in fortioribus terminis dicunt Doctores, quando mulier recipit mutuum, & maritus pro ea fidejubet, ut per Salicetum in *d. auth. in fin.* Theſaur. *deciſ.223 n.5.in quint.amplias.* Nunc contrahamus in pauciora *controverſiam poſteriorem*, Viribus ſubſiſtere obligationem factam ab uxore pro debito viri, ſi permittit ſtatutum uxorem ſe obligare, vel fidejubere pro marito, ut tamen quædam interveniant ſolennitates. Nempe ſi habeat patrem, interveniat ejus conſenſus, & ſi patre careat, cum conſenſu duorum propinquorum agnatorum, vel cognatorum maſculorum majorum viginti quinque annis, bonæ opinionis & famæ, vel uno agnato & uno cognato, & deficientibus iſtis conſanguineis cum interventu Judicis, quæ ſolennitates in iſto caſu non diſcretivè, ſed copulativè adhibitæ fuerunt, videlicet conſenſus duorum cognatorum, & præſentia & authoritas Judicis. Si verò contrahat omiſſis dictis ſolennitatibus, tunc irritat obligationem, niſi probetur per tres teſtes eam ceſſiſſe in cautam propriam ipſius uxoris.

UXOR verberibus ſubjacet, *c. ſicut alterius.7.q.1. c. duo iſta.23.q.4. c. placuit ut ſi.33.q.2.* Vid. Martinum Naurath *in Zaſii C. d.L.Aquil.lit.c.*

Præfertur jus Civile, quia manus Cyclopica quâ faber ferrarius incudi ſuæ dominatur, in mulierem furere non debet, &

nullum memorabile nomen
Feminea in pœna eſt, nec habet victoria laudem.

ſiquidem ſit diſſenſus. Vid. *diſput. meam inaugural.d.lege. theſ. ult.* Donellum, maſculum feminei ſexus defenſorem *libr.comment.*13.c.21. Sed non eſt diſſenſus.

Nec obſt. *c. ſicut alterius.* qui non tam determinat mariti poteſtatem, quàm alterius excludit. 2. correctionem, quæ non ilico in verberibus vim quærit, præcipere vult. Præferimus maritum uxori, ſed non eſt prælatus, verùm percuſſor, qui verberibus exigit fidem, *c.ſi quis tur. 1. c.quid autem.* 2.*diſt*.45. Ubi, ſi hæc eſſet prædicatio, nova eſſet atque inaudita.

Non obſt. *c.duo iſta.* qui docet miſericordiam iræ jungendam, quam tamen conjunctionem nulla fuſtigatio magis vinciat.

Non obſt *c. placuit.* qui agit de uxoris peccantis cuſtodia & coërcitione, quam jejunia juvent: verbera potiùs impediant. Nemo mehercles in partem ſui corporis, ut uxor eſt marito, *c.admonere. d.c.33.q.2.* ſævierit, ne communem dolorem patiatur.

Non obſt. mirabile affectûs conjugalis teſtimonium, quod de Moſchis refert Giphan. *ad d.l.*8. ſcil. verberationem ſervilem & malam tractationem apud Moſchos eſſe ſignum ſummi amoris, vel, ut elegantiùs loquitur Euphorm. in *Icon.anim.c.*8. uxores virorum in ſe benevolentiam ex verberũ numero æſtimare, nunquam meliùs ſuo judicio habitas, quàm cum in ſæva ingenia inciderunt, ubi ipſe lepidam de Germano quodam in Moſchorum regno uxorem ducente hiſtoriam ſubjicit. Ante eum ſic ſcripſit Surius in *comment.rer. in orbe geſtar. ad annum* 1501. Quidam Alemannus illic uxorem Ruthenam duxerat. Ea querebatur marito ſe ab illo non amari, propterea quòd eam nunquam verberaret. Ubi hoc ille audivit, teſtatus eſt ſe illam impensè amare, nec putaſſe verbera eſſe amoris argumenta. Itaque duriſſimè eam verberavit, ſenſitque ejus erga ſe amorem ex ipſius verberibus longè auctiorem evaſiſſe. Sæpius ergo eam verberavit, ſed tandem etiam cervicem & crura illi homo crudelis præcidit. Reſp. Non excuſamus Moſchorum uxores, ſed patientiam in iis laudamus, dicant, forſan invitæ dicunt: *Pæte non dolet*: non probamus credulitatem, ſed in uxoribus verbera improbamus. Poteſt quis aſſveſieri operi publico, cauſa tamen damnationis in opus publicum pœnæ ſubjacet, alioqui damnatio in

Verbera ingenuis ſunt aliena, *l.8.§.2.C.d.repud.* Si quis propriam uxorem flagellis aut fuſtibus cæciderit, matrimonii quidem ſolutionem ex hoc fieri nolumus, vir tamen pro hujusmodi injuria ex alia ſua det ſubſtantia uxori etiam conſtãte matrimonio, quantum tertia pars antenuptialis facit largitatis, *Nov.*117.*c.*14. Hanc Novellam cum aliquando in publico opponerem, diſtinctum mihi fuit inter verbera parva & magna; quod non magis admittendum, quàm diſtinctio inter errorem parvum & magnum. Meliùs reſponderi potuiſſet omitti cauſas, propter quas uxor verberibus ſubjacere poteſt; ſed eas non attendimus, tunc enim indigna eſt uxoris nomine, quæ ſuo delicto verberationi, imò & occiſioni *l.38.§.8.ff. ad L. Jul. d.adult.* cauſam præbere poſſet.

Non o. *l.5.§.ult. l.6.ff. ad L. Aquil.* quia mulier non in ſutrinam, ut calcei formam metuat, vel ut oculus ei effundatur,

opus

opus publicum non eſſet ſequuta; ſic non probamus mulieris aſſuefactionem, cujus impetu tandem parieti obverſo caput impingere poſſit. E quibus ſit manifeſtum improbam eſſe Mevii in *comm. ad jus Lubec. libr. 2. art. 12. num.* 439. 440. diſtinctionem, quâ diſtinguit inter improbam mariti ſævitiam, & juſtam caſtigationem, quæ jure maritalis poteſtatis etiam per verbera marito permiſſa eſt. Improba eſt apud eundem aſſertio Rolandi à Valle *conſ. 27. num.* 14. *&* 15. *vol.* 3. quâ pactum de non corrigendo factum tanquam bonis moribus contrarium improbatur. Phryges plagis fiant meliores: non uxor, quæ tum erit optima, ſi plagas bonitate anticipet.

ſed in mariti familiam tranſit: præceptorem fortean, non ferulaceum præceptoris imperium amat.

Non obſt. quòd privatâ mariti vindictâ & ſecretâ hac animadverſionis viâ uxoris exiſtimationi conſulatur. Ut enim, quod habet Natalis Comes referente Berneggero *quæſt. miſcell.* 103. quæ in pudendis corporis partibus eveniunt inflammationes, tumores & puſtulæ aut herniæ, non ſunt omnibus oſtentandæ, ſed Medicis tantùm aut iis, quorum curâ opus ſit; ita talia non ſunt cum omnibus communicanda. Reſp. Non ſunt cum omnibus communicanda, ſed cum illis, à quibus ſalubre conſilium expetitur: Et verò aliud eſt cum omnibus communicare: aliud cum nemine, & ſuam ipſius vindictam adhibere in conſilium. Denique inflammationes curare eſt Medici, aut mariti, ſi eſt Medicus: uxorem autem dolabellâ metiri eſt nullius. Imitetur maritus Jovem, qui cum apud Homerum *libr. 1. Iliad.* Junonem uxorem increpuiſſet, nec illa monitis obſequeretur, minas adjicit, non tamen ulteriùs ad verbera progreditur. Simus omnes inſtar Catonis, quem mulierum hoſtem fuiſſe plerique aiunt, & cum eo, ut notat in ejus vita Plutarchus, exiſtimemus uxorem ſine ſacrilegio percuti non poſſe. Vid. colloquium Eraſmi, in quo Eulalia concedit nonnunquam nubeculas inter conjuges oboriri: Xantippe ſibi vix temperat à manibus, cum maritus arripit teſtudinem, in qua vix tres habet fides, eam, quantùm poteſt, pulſans, ut vociferanti obſtrepat. Quid verò juris ſibi vindicant, aut potiùs quantum patrant injuriæ feminæ illæ, quæ in maritos imperium ſumunt, manibus audent, rhapiſmata numerant, &, quæ extrema eſt calamitas, ſub ſcamno perturbatum recondunt. Ceſſet caſtigatio, non ceſſant funeſtæ adprecationes, quibus miſero accurrentium ſpectaculo maritorum ignorata expandunt, ſeque tentaturas melioris vitæ metamorphoſin, aut omnia damnaturas ſublatis clavibus jurant. Nullum jus hoc admittit, admittat etiamſi metus maritalis. Non ego admiſerim, niſi me mihi eripiat odium eorum, qui arbitrio ſuarum uxorum ſtant vel cadunt, & quaſi à ſomno pandiculantes comiter ducti, excuſsâ evigilant palmâ, ſeque non aliter frui poſſe elegantiâ putant, quàm ſi ferocienti demiſsè obtemperent. Haud equidem mihi dolent humeri, ſævo uxoris dominio liventes, dolent tamen oculi, dum relego, quæ apud Ovidium Cydippæ Acontius ſcribit,

Quamlibet accuſes, & ſis irata licebit;
Iratâ liceat dum mihi poſſe frui.
Iidem qui facimus, factam tentabimus iram;
Sit modò placandæ copia parva tui.
Ante tuos flentem liceat conſiſtere vultus:
Et liceat lacrymis addere verba meis.
Utque ſolent famuli, cum verbera ſæva verentur,
Tendere ſubmiſſas in tua crura manus.
Ignoras tua jura: voca: cur arguor abſens?
Jam dudum dominæ more venire jube.
Ipſa meos ſcindas licet imperioſa capillos,
Oraque ſint digitis livida noſtra tuis.
Omnia perpetiar, tantum fortaſſe timebo:
Corpore lædatur ne manus iſta meo.

Oporteret degeneri huic homini (ſiquidem eſt homo, qui uxoriam inhumanitatem tolerat) plumbeum imponere pileum, ut ſentiat ſe habere caput, ſe familiæ eſſe caput, ſe præſcribere imperium, non ſubſcribere obſequium. Oporteret tali mulieri eundem imponere pileum, ut ſtupido hoc integumento onerata tandem intelligat ſe mariti honore erigi, genere nobilitari, mariti eſſe forum, in quo dos ſit repetenda. Agnoſcat ſeriò domini, non dulciori nomine, maritum poſſe rogari, debere appellari. Si maritus virtutibus bene oleat, caſtâ imitatione ſe applicet: ſi turpiculè fœteat, fœtorem aut modeſtiùs emendet, aut omni marito communem credat: aut in eo inſigne ſocialis amoris experimentum probet. Si maritus cum morbo conflictetur, licet ſit ſonticus, tuſſiculam ſimulet. Si ab eo morte ſeparetur, ſe corpore, non animo eſſe ſuperſtitem, querelâ fateatur. Hæc quidem, non ſeveriora, non mage ſeria ſequiori ſexui indulgere & priſci ævi & meorum temporum ſecta patitur. Non poſſum non ſugillare temeritatem eorum, qui cum non accuratiùs in Juſtiniani vitam inquirunt, plurima falſa ariolantur, ac ignaviâ ſuâ procudere volunt ea, quæ duntaxat ſunt diligentium. Garriunt Divum Imperatorem plus æquo fuiſſe uxorium (V. Ant. Fab. 8. *conject*. 11. Petr. Gregorium 47. *ſyntagm*. 21. *n*. 2.) & flexum à muliere ſuperba, in quam voluerit partem: idque maximè ex *Nov*. 8. *c*. 1. colligunt, ubi Imperator conſilii participem in ſanciendis quandoque legibus à Deo ſibi datam reverendiſſimam conjugem ſumpſiſſe ſe profitetur. Hic par me invadit indignatio, quæ ferre interdum ſolet in Vallam, pediculoſum, Alciati judicio, Grammaticum, & JurisConſultorum Cenſorem inhumaniſſimum, qui ut maximæ vir doctrinæ, ita & ſupra vires ſuas audax nec à JurisConſultis quidem temperavit, quò minùs illis diem diceret, & de verborum quorundam ſignificatione ceu latinæ majeſtatis læſæ reos faceret. Indignantem recreent illa Arumæi in *diſcurſ. Academ. Anti-Bodiniano. quæſt*. 3. Quaſi verò, inquit, piæ & prudentis uxoris conſilio uti pio & prudente viro omnino indignum eſſet. Indignum ſanè eſt & ſatis indecorum fœmineo jugo collum ſubdere, nec ulla vilior ſervitus, quàm fœminis ſervire, ait Tacitus. Nec immeritò gallinacei iſti & miſeri maritelli, qui non audent invitis uxoribus ſibi extrahere ſarabulas, riſu experiuntur à Cyno in *l. curatorem. C. d. interd. matrim. &c.* Neque probandi aut recipiendi ſunt mores vel Achæorum, apud quos fœminæ imperabant, viri parebant, idque hoc pacto fiebat, ut maritus domum purgaret, lectum ſterneret, veſtem lavaret, menſam inſtrueret, cibum pararet, aquam præberet: uxor verò rem familiarem adminiſtraret, negotia expediret, pecunias tractaret, & ad iram commota non ſolùm verba viro contumelioſa, ſed & manus violentas afferret, ut ex Plutarcho refert Ant. d. Guev. in *horol. Princip. libr* 2. *c*. 7. *num*. 243. Vel etiam Sacarum, apud quos ſi quis uxorem ducere quampiam cuperet, pugnam cum ea ſuſcipiebat, & ſi illa ſuperior eſſet, captivum abducebat, & imperium in eum tenebat: ſin inferior, ab eo regebatur, quod ex Æliano tradit Arniſæus. 1. *polit*. 3 *p*. 75.

UXOR ut pro marito ſolvat, conſvetudine introduci non poteſt, quia non valet conſvetudo irrationabilis, *c. conſvetudo. diſt*. 1. ac corruptela potiùs, quam conſvetudo dici meretur, *c. mala conſvetudo. diſt*. 8. Vid. differentiam, in qua *Conſvetu-*

Differentia huic viam aperuit Benedict. Carpzovius in *deciſ. illuſtr. Saxon*. 60. ubi à *num*. 3. Fieri ſæpe videmus, ut uxor nec ad portionem ſtatutariam, nec ad dotis repetitionem admittatur, priusquam debita mariti fuerint exſoluta; quo ipſo de dote bonisque illatis haud rarò periclitatur,

Valere conſvetudinem, ut uxor ſolvat pro marito, vult ipſa conſvetudinis natura, juxta quam non intereſt ſuffragio populus voluntatē ſuam declaret, an rebus ipſis & factis *l*. 32. *in* §. *ff. d. ll.* Cum & ipſæ leges nulla alia ex cauſa nos teneant,

do irra-

do irrationabilis non valet. & ſi uxorum avaritia reſponderet, eſſet conſvetudo, quæ ſecundùm Knichen *d. pact. veſt. p.* 2. *c.*4.*num.*203. arte chymicâ nigrum in album convertere ſolet.

quàm quòd judicio populi receptæ ſint, *d. loc.*

quippe quòd creditoribus mariti de iis ſit ſatisfaciendū; ut non immeritò de validitate ſtatuti vel conſvetudinis ejusmodi dubitaveris, cujus non alius eſt effectus, quàm ut uxor ſolvat pro marito. Iniquum verò id alicui videbitur obſtante non ſolùm dotis ſavore, *l.*1. *ff. ſolut. matrim.* ſed & ratione juris communis, quo nemo de alterius debito & facto tenetur, arg. *l.*1. §. *officio.*3. *ff. d. tut. & rat. diſtrah.* Aym. Cravetta *d. antiq. temp. part.*1. §.3. *num.*38. Modeſt. Piſtor. *libr.*2. *conſ.*40. *num.*19. Carol. Molin. in *conſvetud. Pariſ. tit.*1. §.6. *gl.*6. *num.*15. Joh. Gaiſ. *d. expenſ. & melior. c.*20. *num.*22. Nihilominus valere Statutum aut conſvetudinem, ut uxor ſolvat pro marito, docet poſt Bartol. *in tract. repræſ. quæſt.*1. *num.*7. Alexand. *in l. ſæpe. num.* 11. & 13. *ff. de re judic.* Jaſon *in* §. *actionum. num.*79. *Inſt. de action.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part.*1. *cap.*3. *num.*39. Andr. Gail. *libr.*2. *obſervat.*90. *num.*1. Eamque conſvetudinem non modò Coloniæ & Norbergæ vigere, ait Coler. *part.*1. *deciſ.*31. ſed & per totam Germaniam ſervari profitetur Petr. Frider. Mindan. *de proceſſ. in Camer. extrah. libr.*2. *cap.*61. *num.*4. à qua ſententia etiam in pronunciando recedere noluerunt Scabini Lipſienſes: non ſine fundamentis & rationibus. Diximus enim *Jurispr. forenſ. ad Conſt. Elect.*20. *part.*3. *defin.*8. valere ac ſubſiſtere Statutum alicujus loci, certam portionem bonorum viduæ deferens, ita ut omnem ſuam ſubſtantiam, bonaque propria per hereditatem vel alio modo acqviſita in communem conferat hereditatem, eamque cum liberis heredibus dividat, Dan. Moller. *libr.*2. *ſemeſtr.*41. cui ſanè ſtandum eſt, nec datur viduæ facultas dotem ſuam aliaque bona illata repetendi, *Dict. Conſt. Elect.*20. *part.*3. *in pr. verſ.* oder ſonſten des orts 2c. Quid ergo, ſi mulier dotem ampliſſimam Viro inopi attuliſſet, in cujus hereditate poſt obitum ipſius vix quicquam aliud, vel minimum ſaltem reperiretur: nonne tum vidua bona propria cum heredibus ac liberis defuncti mariti dividere, usque partem ſubſtantiæ ac facultatum ſuarum cedere cogeretur? Ita ſanè eſt, ut ſubſiſtit procul dubio ejusmodi ſtatutum, ut modo diximus ac probatum dedimus *Reſponſ. jur. Elector.*53 *libr.*6. Hoc ſi verum, quid impedimenti obſtat, quò minùs & Creditores ad participationem de bonis viduæ propriis admitterentur, diſponente ita verbis expreſſis Statuto. Et licet ex conſvetudine ac Statuto ejusmodi, damnum mulieri accederet, ex incerto tamen hoc fit eventu, cum è contra, ſi maritus dives exiſtat, lucrum capiat vidua, quæ minimam vel nullam etiam attulit dotem. Ex quo ſtatutum pro invalido neutiquam haberi debet, quia propter incertitudinem eventûs multa ſuſtinentur, quæ aliàs jure haud ſubſiſterent, *l. ex empto.*11. §. *ult. cum l. ſeq. ff. de action. empti.* Andr. Tiraqvell. *ad l. ſi unquam.* 8. *verb. donatione largitus. num.*128. *C. de revoc. donat.* Nec habet vidua, ut de Statuto vel conſvetudine ejusmodi poſſit conqueri: Etenim ſi pro ratione ſtatûs & facultatum Sponſi damnum inde & periculum ſibi imminere exiſtimet, facilimè id avertere, rebusque ſuis conſulere poteſt per pacta dotalia, quibus ſtatuto vel conſvetudini derogatur, nec ſuccedendum ſecundùm jus ſtatutarium, ſi pactis Conjugum dotalibus ſuccedendi modus fuerit determinatus, *dict. Conſt. Elect.* 20. *in pr. verſ.* Wann zwiſchen Eheleuthen Eheſtifftungen beredet vnd auffgerichtet *part.* 3. Nam conventio & pactum dat legem contractui, *l.*1. § *ſi convenit.*6. *ff. depoſ.* & præciſè ſervari debent pacta dotalia, *tot. tit. ff. de pact. dotal.* Andr. Gail. *libr.*2 *obſervat.*80. *num.*15. Matth. Coler. *part.* 1. *deciſ.*61 *in pr. & de proceſſ. execut. part.*1. *cap.*3. *num.*241. Quòd ſi ergo vidua ante conjugii conſummationem pacta dotalia facere neglexerit, damnum inde reſultans non ſtatuto, ſed ſibi imputare habet. Pateſcit hinc, conſvetudinem ſive Statutum iſtud neutiquam ſuâ ratione carere, nec proinde habendum eſſe pro irrationabili; poſtquam de jure Pontificio rationabilis dicitur conſvetudo, quę non nutrit peccatum, nec tendit contra libertatem Eccleſiæ, *cap. fin. extr. de conſvet. c. eccleſia S. Mariæ. extr. de conſt.* Joh. Azor. *inſtit.*

moral. libr.5.cap.17. verſ. mihi tamen videtur. part.1. Jure autem Civili illa eſt rationabilis conſvetudo, quæ bono publico non refragatur, Jacob. Menoch. *libr.2. arbitr. jud. quæſt caſ.82.num.8.* Quando itidem introducentes conſvetudinem, putant, illam eſſe bonam, moribusq́ue ſuis convenientem, hocq́ue pro ratione quidem eſſe exiſtimant, licet contineat aliquam iniquitatem, ut poſt Bald. *in l.non omnium.ff.de legib.* Andr. Tiraqvell. *de utroque retract.in præfat. num.75.* ſcribit Matth. Wehner. *in obſervat.pract.verb.* gewohnheit. Hactenus Carpzovius *deciſ.illuſtr.Saxon.60.* Quid citra conſvetudinem obtineat, vid. differentiam, in qua *Uxor pro marito ſuo ex interceſſione &c.* & quæ in matrimonio contrahatur ſocietas, vid. differentiam, in qua *Vir & Uxor conjugali ſua cohabitatione &c.*

W.

WECHSLEN/ wechſelgeld/ uffgeld / wechſelbrieff / h.e. cambium & commutationem unius generis in aliud genus numiſmatum improbat Pontifex Pius V. Libri VII. *Decretalium. libr.2. tit.11.* in quo videtur imitari gentiliſmum Ariſtotelis, *libr.pol.1.c.6.& 8.* ac eliminare eos, quos vulgò Kipper und Wipper appellitant.

Parsuna differentiæ eſt ſuperflua, ſatis in iis differentiis, quæ de uſura agunt, excuſſa: altera pars videtur idē quærere, quod circa mutuum quæri poſſet. In eo tamen latet diſcrimen Cambii à mutuo. Hoc unicâ pecuniæ traditione perficitur, quæ reddenda eſt poſt temporis intervallum, vel eadem, vel alia ejusdem generis ac bonitatis: Cambium verò cum ſit permutationis quædam ſpecies, Do ut des, non niſi utrinque factâ pecuniæ traditione perfectum cenſetur. Adde, quod in Cambio ſemper eſt aliqua pecuniæ diverſitas, undecunque tandem proveniat. Vid. Streinium in *Summ.jur. Canon.* §. 6. *d.Camb.part.2.t.t.9.num.1.* Beſoldum in *theſ. pract.lit.W.num.21.* & quem allegat, Leonhardum Leſſium *d.J.& J.libr.2.c.3.dub.1.num.1.& ſeqq.* Franciſcum Nigrum Cyriacum *contror.forenſ. 252.num.60.* Covarruviam *tom.1.c.7.d.mutat.mon.quoad pond.& val.ejus.num.4.* Dominicum Cardinal. Tuſchum *lit.C.concl.11. & ſeqq.* Benevenutum Straccham in *deciſ. Rotæ Genuæ.32.& paſſim.* Claudiū Salmaſium *d.Uſur.c.17.* è quibus dignoſcere licet Cambii uſum induxiſſe neceſſitatem partim, partim utilitatem. Neceſſitas hæc eſt æqualis neceſſitati commerciorum. Etenim cum ad tollendum naturæ defectum homines commercia apprime eſſe neceſſaria, res verò commutabiles ad longinquiora loca transferri haud poſſe adverterent, nummum, veluti organon quoddam aptiſſimum, quo huic rerum comportandarum difficultati ſuccurreretur, ſummâ induſtriâ invenerunt. Ab hac neceſſitate ultra proceſſit humana ſagacitas. Ut enim acutiſſima ingenii acies omnes alias artes, principiò rudiores, concinniori limâ lævigavit; ita quoque ſimpliciſſimum nummorum compendium ultra inventionis primæ limites latiſſimè extendit. Utilitatem exaggerat Nicolaus Schafshauſen in *proœm.diſp.d.Camb.* in his verbis, ſi preſſiùs indolem ejus (ſcilicet Cambii) ſcrutemur, non usque adeò vitiorum maculæ, quas nonnunquam ei fucatiſſimorum quorundam fœneratorum malitia ſordidè affricat, tenaciter adhærent, ut elui penitùs nequeant, ut tum per ſe, tum propter bonum finem, quem intendit, & ingentia commoda, quæ civili hominum ſocietati jugiq́ue commerciorum exercitio exhibet;

Probatur Cambium, quia integri ſunt tituli, qui de permutatione & contractu do ut des agūt: & quanquam lucelli acceſſio ſubſit, eam materia uſurarum integris titulis contenta tuetur ac permiſſam pronunciat.

tum

tum propter grandia incrementa, quæ regnorum gazophylaciis, Rerumpublicarum ærariis adfert, dum per univerſum orbem, veluti adlabentis relabentisve Oceani æſtus, ſtatâ acceſſione & fugâ adfluens ac refluens, fœnerario itu redituque inambulat, tolerandum non ſit. Videntur ſanè exactiùs animo perluſtraſſe hæc omnia Sacratiſſ. Principes Juſtinianus & JCtorum Anteſignanus Baldus: quando ille Cambiorum contractum communis utilitatis propugnaculum in *edict.9.d.Argentar.contr.c.2.* Hic quaſi quintum quoddam elementum mortalibus neceſſarium ac conducibilem eſſe, veriſſimè pronunciat. *Nonobſtat* Pontifex Pius V. in *d.libr.VII. Decretal. libr.2. tit.11.* ubi non magis damnat cambium, quam in *l.eos.26.C.d.Uſur.* Imperator uſuras, quas tantùm intra moderamen coërcet; ita ne cupiditas in Campſoribus graſſetur, & rei quotidie augendæ novas vias aperiat, Pontifex ſtatuebat *ad tollendas in Cambiis occaſiones peccandi fraudesque fœneratorum, ne deinceps quisquam audeat, ſive à principio, ſive aliàs certum & determinatum intereſſe etiam in caſu non ſolutionis paciſci: neque realia cambia aliter quàm pro primis nundinis, ubi illæ celebrantur: ubi verò non celebrantur, pro primis terminis juxta receptum locorum uſum exercere, abuſu illo prorſus rejecto, cambia pro ſecundis & deinceps nundinis ſine terminis exercendi. Curandum autem erit in terminis, ut ratio habeatur longinquitatis & vicinitatis locorum, in quibus ſolutio deſtinatur, ne dum longiores præfiguntur, quàm loca deſtinata ſolutionis deſiderant, fœnerandi detur occaſio.* Vid. Carpzovium *libr. reſponſ. jur. Elector. tit. 9. reſp. 92 num.17. 18.* Hinc Beſoldus *d.loc.* Cambium aliud dicit ſiccum, aliud reale. Siccum eſt illud, quod reipsâ Cambium non eſt, juſtitiâ & ſubjecto carens & nomine tantùm appellatur Cambium. Hocque ſiccum committitur duplici modo. 1. quando quis pecuniam, puta Florentiæ, cum Cambio accipit, ut eam ſolvat Venetiis, & conficiuntur ad illud literæ, vulgò Wechſelbrief/ quæ mitti debent ad eum locum, ubi moneta ſolvenda eſt. Quamvis verò & realiter debitor Florentiæ duntaxat, ubi cambium datum fuit, ſoluturus ſit, conſcribuntur tamen literæ ſolummodo ad ſimulandum illum contractum, qui inter dantem & accipientem cambium celebratur. 2. Celebratur Cambium, quando literæ remittuntur in nundinas alicujus loci, ubi debitor nec pecuniam nec Factorem, cum quo exercere mercaturam ſoleat, habet, nec habere poſſe ſperat; ſed duntaxat ipſius nomine Procurator à Campſore conſtitutus accipit ibi pecunias, cum Cambio & recambio illas ſolvendas remittit Florentiam; unde ſub illa ſimulatione perſolvuntur uſuræ & uſurarum uſuræ, quæ ab omni jure damnantur. Cambium reale illud eſt, quod realiter habet ſubjectum & ſubſtantiam, & in qua nulla intervenit ratio mutui, & ſine quavis fictione reipsâ, & cum effectu numiſmata diverſorum generum, quæ ſunt veræ res, ad invicem commutantur. Dividitur, juxta Hahnium ad *tit.ff.d.præſcr.verb num.3.* præcipuè in minutum ſeu manuale, & locale ſeu per literas. Illud eſt, in quo monetæ majores pro minoribus & vice verſâ eodem loco de manu ad manum reddendæ commutari ſolent. Hoc quando permutatur pecunia præſens cum abſente: & fit dupliciter vel ut Campſarius (h.e. qui pecuniâ in alio loco indiget) det. v.g. Brunſuigæ alicui exponat pecuniam recipiendam Romæ: vel Campſor (h.e. à quo petitur cambium, quique operam & induſtriam ſuam adhibet) pecuniam priùs ſolvat Romæ per ſuum Factorem ſeu mandatarium. Perinde enim eſt ſive campſor priùs accipiat pecuniam, ſive priùs tradat. Ex his pateſcit mens Pontificis. *Præterea non obſtat* Gentiliſmus Ariſtotelicus. Quanquam enim hoc nomine Cambium à Philoſopho acrioribus dictis flagelletur, atque monſtri inſtar contra naturam converſo more procreati, non victum, ſed quæſtum: non uſum, ſed exceſſum: non vitæ neceſſitatem, ſed pecuniæ augmentum inſectantis, è Rerumpublicarum viſceribus extirpari jubeatur; non tamen ſunt argumenta Philoſophi, quibus philoſophicè nimis adversùs utiliſſimum ſeculis noſtris contractum inſurgit, tanti ponderis, quin levi brachio ſubverti deſtruique poſſint. Imò ipſe quodammodo telis ſcutum obtendit: dum quidem illud juri naturæ repugnare arguit, quod rei naturalem evertit uſum (pecuniæ uſus eſt, ut rerum ſit menſura, *c.ejiciens.9. diſt.88. l.1.d.C.E. l.42.d.fidejuſſ.* quem evertit Cambium) Dein in *s.6.* (quod & nos obſervavimus in differentia, in qua *Uſum non tollis abuſus*) inter cuiusque

rei pro-

rei proprium & communem uſum diſtinguit. Etſi enim calcei uſus primævus & proprius eſt calceatio, ſive ut calcem vel pedem tegat atq; defendat: Indumenti indutio, Equi equitatio &c. Communis tamen & improprius poteſt cum alia quavis re permutatio eſſe ſive venditio, qui priori neutiquam reluctetur: ordinatur quippe venditio calcei ad proprium uſum. Pari modo quantumvis proprius ſit uſus ac finis rerum æſtimatio, nec non pro illis commutatio; nihilominus tamen eorum invicem variatio ſive cambium non omnino abſurdum, ſi eatenus permittatur, quatenus Rebuspublicis fructuoſum eſt atq; utile. Adhæc lucellum illud, quod è Cambio colligitur, non autumo eſſe invidendum, ſi junctim ſpectetur Cambii periculum, circa quod in *Juriſpr. Forenſ. Romano-Sax. part. 2. conſt. 26. defin. 13. num. 5. & ſeqq.* definit Carpzovius, Etſi conventionis cujusque verba probè & exactè ponderanda, ex iisque decidenda ſit, ut patet ex traditis Modeſt. Piſtoris *part. 2. q. 87.* attamen regulariter periculum ad Campſorem pertinet. Solet namque contractus Cambii utriusque gratiâ celebrari, nec Campſores absque ſpe lucri hoc exercent. *Non obſtant* perſonæ eorum, quos vulgò Ripper vnd Wipper appellitant. Quoniam à Campſoribus hos Nicolaus Schafshauſen *d. loc. th. 3.* diſtinguit, quòd ſint ii, qui probam juſtamq; monetam cambii ſive permutationis titulo acquiſitam argyrocopis deferunt, vilioribus acceptis nummis, quibus in vulgus ſusque deque ſparſis ingentem cum publica fraude quæſtum lucrantur: welche da gut vnd ſchwer gelt an ſich wechslen/ vnd daſſelbe/ ihres vortheils halben/ andren/ die es in den tigel bringen/ vnd geringer müntz darauß machen/ vmb nicht einen ſchlechten profit überlaſſen: welche ſie hernacher widerumb annehmen/ vnd vnder die leüt betrüglicher weyſe bringen helffen. Hi ſceleratiſſimi monetarum adulteri olim flammarum exuſtionibus mancipabantur ex Conſtit. Conſtantini Imp. in *l. 2. C. d. falſ. mon.* cui robur noviſſimè addidit conſtitutio criminalis Carolina *art. 3.* Noſtro hoc ævo

— quo omnia fatis
In pejus ruere incipiunt,

eximiis honorum titulis decorantur, maximoque ſunt in æſtimio. Sed fugiant hinc ultra Sauromatas & glacialem Oceanum: nihil quicquam nobis hic loci cum iſtis negotii eſt.

X.

XENIA vel dona, quæ tempore nuptiarũ ſponſo vel ſponſæ præſentantur, indifferenter ad utrumque pertinent, & inter ſuperſtitem conjugem ac defuncti hæredes dividenda ſunt, ſive à conſanguineis ſponſi ſive ſponſæ, ſeu extraneo provenerint, Panormi-

Siquidem oppoſitæ hæ deciſiones Juris utriusq; conſtituerent differentiam, quò referendi eſſent Baldus in *l. cum te ſponſæ. num. 5. C. d. donat. ant. nupt. Vol. 1. conſ. 16. num 2.* Ludovicus Romanus *conſ. 172. num. 1. & 2.* Salycetus in *l. nec inter. 4. C. d. donat. int. V. & U.* qui volunt hujusmodi muneranuptialia indifferenter ad uxorẽ ſpectare. Deinde non tantùm juris

Iſta dona, puta vaſa argentea & pecunia ad eum pertinent, qui eadem à ſuis conſanguineis dono accepit: ac proinde donata ſponſis ab amicis ſponſi ad ſponſum; data verò à conſanguineis ſponſæ ad ſponſam ſpectant, Bartol. in *l. ſed etſi plures. §. in arrogato. num. 3. ff. d. vulg. & pup.*

tanus in *c.* 2. X. *d. donat. int. V. & U.* Vid. differentiam, in qua *Vir & Uxor conjugali ſuâ cohabitatione.*

ſubſt. Udalr. Zaſ. *ibidem num.* 14. Paul. Caſtrenſis *ibidem in §. ad ſubſtitutum. num.* 4. Jaſon *ibidem n.* 8. 9. Rolandus à Valle *libr.* 1. *conſ.* 10. *n.* 8. *& ſeq.* Joan. Sichardus in *d. l. cum te ſponſæ. num.* 6. *C. d. donat. ant. nupt.*

Canonici, verùm & Civilis Commentatores, quod tribuitur juri Canonico, verum exiſtimant.. Vid. Chriſtoph. Beſoldum & quos ibidem allegat, in *Theſ. pract. V.* Hoch-zeitſchenckungen. Treutl. *vol.* 2. *diſp.* 7. *th.* 10. *lit. e.* Ludov. Molin. *d. Juſt. & Jur. tract.* 2. *diſp.* 430. *num.* 4. Matth. Berlich. *concluſ. pract. part.* 3. *concl.* 32. *num.* 4. quos omnes rectiùs dicere & concludere vult Joan. Franciſc. Balthaſar *pract. reſol. jur. Civ. & Bavar. tit.* 1. *reſol.* 2. *num. ult.* niſi conſuetudine vel pactis dotalibus aliter cautum eſſet, quod habet Fontanella *tom. d. pact. dotal.* 2. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 7. *num.* 49. ubi & hoc addit *num.* 93. Solum adverto non videri mihi verum, quòd ſemper donata per conſanguineos ex parte viri cenſeantur donata ejus contemplatione, & propterea repetantur. Quid enim ubi ex conjecturis conſtare poſſet donatorem, quamvis amicum vel conſanguineum mariti, habuiſſe animum verè donandi mulieri; tunc nulli dubium eſſet, quin mulieris dona efficerentur, ac ei plenè acquirerentur. Ceterùm, quod addit Balthaſar *d. loc.* de jure Bavarico in hac quæſtione aliud videtur dicendum eſſe, quòd nimirum mulieri viduæ, ſi nulli liberi ſuperſint, medietas: ſi verò liberi adſint, portio tantummodo virilis de xeniis ſeu donis nuptialibus debeatur: quia hujusmodi xenia ſeu dona in die nuptiarū novis conjugibus donata recenſentur inter ſuppellectilem. Item, inquit text. das Silbergeſchir / welches den Eheleuthen auff die Hochzeit verehrt worden. Atqui communis ſupellex æqualiter inter viduā & liberos dividenda eſt; ergo etiam xenia nuptialia æqualiter inter portiones viriles dividi debent. Videri etiam poteſt Fontanella *d. tom. d. pact. nupt.* 2. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *part.* 6. *num.* 60. ubi agit de annulo ſponſalitio, qui ſit duplex: alium enim dari tempore ſponſaliorum: alium eſſe, quo poſtea mulier deſponſatur. Idem *d. loc. num.* 65. *& ſeqq.* Videamus de uno pulcro dubio, quod quotidie nos torquet. Illud eſt & verſatur *circa dona, prout ſunt veſtes & jocalia miſſa ſponſæ, antequam matrimonium cum effectu contrahat, ſicut quotidie & in omnibus ferè matrimoniis inter eos, qui aliquid habent, fieri ſolet, an ſibi acquirantur tanquam præſumptivè donata, an verò hæredibus mariti debeant remanere tanquam ad ornatum mulieri duntaxat accommodata?* Reperio quòd multum difficultatis res habeat, quia receptior à Doctoribus opinio dicitur eſſe, quòd in iſto caſu non præſumatur donatio, nec donandi animus, Bartolus in *l.* 1. *§. nec caſtrenſe. num.* 10. *d. collat. bon.* quicquid dicat Afflict. *deciſ.* 315. *num.* 7. Ratio eſt, quòd ubicunque poteſt colligi alia conjectura, quàm donationis, nunquam præſumitur donatio, *l. cum de indebito. d. probat.* Cumque in iſto caſu poſſit ſumi alia conjectura, ob quam ſponſus voluerit ſponſæ tradere vel veſtes vel jocalia, quas & quæ ei miſit, antequam matrimonium contrahant de præſenti, quia velit ſponſus ſponſam ornatiorem in publicum exire, ideo ceſſare debet donationis præſumptio. Diverſæ opinionis ſunt alii generaliter tenentes omnia tranſmiſſa per ſponſum ad ſponſam ante deſponſationem cenſeri donata, nec repeti poſſe ex *l. cum veterum. & l. cum reſponſa. C. d. donat. ant. nupt.* quæ fuit opinio Senatûs Neapolitani in *d. deciſ.* 315. *num.* 7. Fontanella vult nullam ex his opinionibus in ſuo rigore eſſe ſequendam. Non enim arbitratur in omnibus caſibus poſſe dici ſimpliciter non eſſe præſumendam donationem, nec in omnibus caſibus eſſe præſumendam, ſed præſumendum eſſe animum donandi, quando ad id movet conditio perſonarum, & amplitudo dotis. Subdit Farinacius in *pen. vol. deciſ. Rot. Rom. deciſ.* 113. Aut ſponſus hujusmodi jocalia ſponſæ animo donandi tradidit per ſe, vel per nuncium habentem commiſſionem ad donandum, & tunc donata intelliguntur, & non repetuntur. Aut verò conſtat ſponſum noluiſſe donare, niſi ad uſum dicta jocalia, & tunc ſoluto matrimonio remanent viri. Aut ſumus in dubio, quia non conſtat de animo ſponſi, quo caſu Doctores in varias opiniones devenerunt, ſed communiter

conveniunt in hoc, quòd ſi jocalia ſint precioſa & magni valoris, in iſto caſu non cenſentur donata, ſed tantùm accommodata & ad uſum conceſſa, causâ & gratiâ ipſius mariti & ejus honoris, ut & honeſtiùs & magis honorificè ſponſa incedat, tum quia quando alia conjectura capi poteſt, nunquam præſumitur donatio.

Z.

ZONAM Clerici geſtare non poſſunt; *c. Clerici. 15. X. d. vit. & honeſt. Cler.* in quo Clerici fibulas omnino non ferant.

Zonam Clerici geſtare poſſunt, quia iidem nummos contrectant. Quamvis enim omnis à Clericis indebitæ conventionis injuria, & iniquæ exactionis repellatur improbitas, nullaque conventio ſit contra eos munerum ſordidorum: & cum negotiatores ad aliquam præſtationem competentem vocantur, ab his univerſis iſtiusmodi ſtrepitus conquieſcat. Si tamen quid vel parſimoniâ, vel proviſione vel mercaturâ (honeſtati tamē congruâ) congeſſerint, id in uſum pauperum atque egentium miniſtrari oportet ad id, quod ex eorundem ergaſteriis, vel tabernis conquiri potuerit & colligi: collectum id religionis exiſtiment lucrum, *l. 2. in pr. C. d. Epiſc. & Cler.*

Si utrumque latus invicem contendamus, deprehendemus triplicem differentiam. *Prima* eſt Clericos jure Canonico non poſſe eſſe mercatores in his verbis, *Clerici officia vel commercia ſecularia non exerceant maximè inhoneſta*: jure Civili poſſunt eſſe mercatores. Nec credamus diſtinguere jus Canonicum, ut Civile diſtinguit inter mercaturam honeſtam & inhoneſtam: nec enim loquitur in ſenſu comparato, ſed abſoluto: quaſi dicat, Maximè inhoneſtum eſt Clericos officia vel commercia ſecularia exercere. Et verò ſi admitteretur ſenſus comparatus, ac aliqua mercatura, etiam honeſta, Clericis conveniret, qui procederet præceptum in *can. nunquam. d. conſecr. diſt. 5.* ubi Hieronymus ad Ruſticum monachū, Nunquam de manu tua & oculis tuis recedat liber, dicatur pſalterium ad verbum: oratio ſine intermiſſione: vigil ſenſus ſit, nec vagis cogitationibus patens. Si nunquam à manu mercatoris recederet liber, crederetur aut bibliopola aut glutinator. Si ſemper diceret pſalterium ad verbum, & orationem nunquam intermitteret, qui emptori reſponderet? precii licitationem negaret vel concederet. Si ſenſus deberet eſſe vigil, nec vagis cogitationibus pateret, venditor, quod tamen innuit *l. 8. C. d. reſcind. vend.* non poſſet accedere ad venditionem, cui inſit votum cariore precio rem diſtrahere: ignoraret plerumque rei venditæ vires, merita atque emolumenta, quæ ſibi eſſe incognita venditorum nemo cauſetur, *l. 15. C. eod.* Quod ſi quis urgeat ſenſum comparatum, talem admittimus, Mercaturam in ſe honeſtam fieri inhoneſtam in relatione ad eum, de quo quęritur, arg. *l. 3. C. d. commerc. & mercat.* in qua Nobiliores natalibus, & honorum luce conſpicuos, & patrimonio ditiores pernicioſum urbibus mercimonium exercere prohibent Imperat. Theod. & Honorius, ut inter plebeios & negotiatores facilius ſit emendi vendendiq; commercium. *Secunda differentia eſt*, quod nulli Clerico liceat tabernam aut ergaſterium habere, Si enim hujusmodi tabernam ingredi prohibetur, quantò magis aliis miniſtrare in ea. Si quis verò tale quid fecerit, aut ceſſet aut deponatur, *c. nulli. 44. diſt. d. c. Clerici.* Ideo hic forſan Pontifex, qui aliàs non indulget divortium

tium; à jure Civili divortium facit; quia ſcit equidem Clericos conquirere omnia; omnia velle colligere, non tamen, ut inde religionis emergat lucrum. *Tertiam differentiam*, quæ eſt circa Zonam, non admodum moror, apud me perpendens Pontificis intentionem, quâ in Clericis ſuperflua vetat. Igitur interdicamus Clericum Zonâ, quę ſit exotici ſplendoris, aut illiciti faſtus: non interdicemus Zonâ, quæ ſit neceſſitatis & pecuniam recondat, ac latitantem à furibus tueatur. Adhæc ſi Clericus Zonâ interdicatur, Canoniſtas hoc interdictum magno ſublevabit labore, quoniam cum & olim meris fuerit, & nunc ſit, ut rei damnati & affecti ſupremo ſupplicio veſtimenta inter ſe carnifices dividant, neceſſum foret, ſi Clericus ſupremo afficeretur ſupplicio, interrogare ex *l. 6. ff. d. bon. damn.* An illa panniculatia, quæ Clericus in cuſtodiam receptus ſecum attulit, etiam Zonam in ſe contineant. Tandem differentia hæc ex Indice duntaxat eſt emendicata, & quod Index Zonam, textus fibulam vocat. Fibula hæc etiam Clericis eſt neceſſaria, ut ſi non amplius ſint integri corpore, intra eam virilia geſtent, & quidem circa collum, quò magis bovis Ægiptii naſo appropinquent. Sed fibula ſit, ſive fabula. Ut jus Canonicum calliditatibus ſuis, filo albo, maximam partem non candido, compoſitis; ita fabula intelligentem oblectare, faſcinare non intelligentem ſolet.

SYLLABUS LOCORUM JURIS Canonici & Civilis in his differentiis explicatorum.

p. principium, m. medium, f. finem paginæ ſignificat.

Ex Decretis.

can. jus gentium. 9. diſt. 1.	pag. 183. m.
c. omnis. 4. diſt. 3.	643. m.
c. cleros. 1. diſt. 21.	129. f.
c. ſponſus. 33. diſt. 23.	482. f.
c. maritum. 2. diſt. 33.	553. p.
c. is qui. 4. diſt. 34.	66. p.
c. chriſtiano. 5. diſt. 34.	65. f.
c. vino inebriantur. 4. diſt. 37.	200. p.
c. legimus. 7. diſt. 37.	141. p.
c. ſi quis. 10. diſt. 37.	42. p.
c. ideo. 15. diſt. 37.	104. p.
c. ſi Papa. 6. diſt. 40.	270. f.
c. convivia. 6. diſt. 44.	104. p.
c. ſicut. 8. diſt. 47.	114. m.
c. presbyteros. 32 diſt. 50.	85. p.
c. multos. 23. diſt. 54.	239. p.
c. Eſau. 11. diſt. 86.	595. f.
c. conſtat. 111. cauſ. 1. quæſt. 1.	85. p.
c. non imputantur. 10. c. 1. q. 4.	390. p.
c. à judicibus. 35. c. 2. q. 6.	343. m.
c. non omnes. 29. c. 2. q. 7.	350. m.
c. redintegranda. 4. c. 3. q. 1.	159. m.
c. neganda. 2. c. 4. q. 11.	pag. 19. m.
c. nullus. 1. c. 4. q. 4.	29. m.
c. qui ambulat. 5. c. 5. q. 5.	655. f.
c. qui crimen. 6. c. 6. q. 1.	19. m.
c. ſicut alterius. 35. c. 7. q. 1.	732. p.
c. ſi Epiſcopus. 4. c. 11 q. 3.	429. m.
c. non dicatis. 11. c. 12. q. 1.	686. m.
c. apoſtolicos. 13. c. 12. q. 2.	29. f.
c. Ebron. 2. c. 13. q. 2.	261. p.
c. meritò. 1. c. 15. q. 1.	671. p.
c. ſanè. 7. c. 15. q. 1.	539. m.
c. qui verè. 12. c. 16. q. 1.	648. p.
c. quidam monachi. 17. c. 16. q. 1.	671. m.
c. Si ſacerdotes. 10 c. 16. q. 3.	23. f.
c. placuit. 15. c. 16. q. 3.	320. m.
c. monaſterium. 33. c. 16. q. 7.	415. m.
c. ſtatutum. 1. c. 18. q. 1.	108. m.
c. nec artificioſo. 13. c. 22. q. 2.	369. p.
c. inter cetera. 22. c. 22. q. 4.	88. m. 231. f.
c. juramenti. 12. c. 22. q. 5.	181. f. 293. p.
c. de forma. 18. c. 22. q. 5.	314. f.
c. tu bonus. 2. c. 23. q. 4.	120. m.
c. quid ergo. 3. c. 23. q. 4.	418. f.

c. duo iſta.35.c.23.q.4. 732.m.
c. non eſt noſtrum.11.c.23.q.5. 78.m.
c. cum homo.19.c.23.q.5. 108.m.
c. non ſolùm.27.c.23.q.5. 426.f.
c. Rex debet.40.c.23.q.5. 61.m.
c. his à quibus.30.c.23.q.8. 360.f.
c. inſtitutionis.7.c.25.q.2. 51.m.
c. quòd verò.10.c.25.q.2. 671.m.
c. pervenit.15.c.27.q.1. 671.m.
c. inſſiciat.2.c.27.q.2. 229.m.
c. cum ſocietas.17.c.27.q.2. 632.f.
c. ſi quis ancillam.3.c.29.q.2. 213.f.
c. nullum.10.c.30.q.5. 730.p.
c. de his.8.c.31.q.1. 256 m.
c. hac ratione.9.c.31.q.1. 255.m.
c. nuptiæ.12.c.32.q.1. 640.m.
c. ancillam.11.c.32.q.2. 214.m.
c. quid in omnibus.16.c.32.q.7. 26.p.
c. tantum.27.c.32.q.7. 226.m.
c. admonere.8.c.33.q.2. 26.p.
c. placuit ut ſi.10.c.33.q.2. 732.m.
c. mulierem.17.c.33.q.5. 544.f.
c. in lectum.6.c.34.q.2. 210.m.
c. progeniem.16.c.35.q.2. & 3. 260.f.
c. ſi quis.3.c.36.q 2. 381.f.
c. de puellis.4.c.36.q.2. 382.m.
c. placuit.11.c.36.q.2. 382.m.
c. celebritatem.22.d. conſecratione diſt.3. 289.m.

EX DECRETALIBUS GREGORI.

cap. ſicut Romana.1.X.d.reſcript. pag.47.f.
c. paſtoralis.14.X.Eod. 402.f.
c. quia nonnulli.ult.X.Eod. 570.f.
c. ex parte.10.X.d.conſuet. 633.m.
c. adhæc.1.X.d.poſtul.prælat. 105.p.
c. cum nobis.19.X.d.elect.& el.poteſt. 385.f.
c. auditis.29.X.Eod. 254.p.
c. ſanè ſi.2.X.d.offic.& pot.jud.deleg. 403.p
c. conſuluit.24.X.Eod 513.f. 524.f.
c. ſuper quæſtionum.27.X.Eod. 79.f.
c. paſtoralis.23.X.Eod. 428.m.
c. P. & G. per literas.40.X.Eod. 391.m.
c. his.ult.X.d.offic.jud.ordin. 151.f.
c. quod ſuper.9.X.d.majorit.& obed 596.f.
c. cum inferior.16.X.Eod. 596.m.
c. Antigonus.1.X.d.pact. 267.m.
c. ſicut.1.X.d.tranſact. 563.f.
c. ſtatuimus.2.X.Eod. 570.m.
c. ſuper eo.7.X.Eod. 570.m.
c. alia.1.X.d.procurat. 334.m.
c. tuæ.5.X.Eod. 209.m.718.f.
c. dilectus.11.X.Eod. 667.m.
c. ſacris.5. X.d.his quæ v. met. cauſ. fiunt. 621.p.
c. ex quorundam.1.X.d.al.jud.mut.cauſ.fact. 311.f.
c. decernimus.2.X.d.judic. 59.m.
c. quanto.3.X.eod. 107.f.
c. cum veniſſent.12.X.eod. 167.m.
c. examinata.15.X.Eod. 22.f.444.p.
c. exhibita.19.X.Eod. 552.p.
c. ſignificaverunt.ult.X.Eod. 59.m
c. ſi quis.1.X.d.for.compet. 343.m.
c. verum.7.X.Eod. 551.m.
c. ſi diligenti.12.X.Eod. 88.m.
c. dilecti.17.X.Eod. 62.m.
c. ſignificaſti.18.X.Eod. 343.m.
c. dilecti.ult.X.d.libell.oblat. 22.m.
c. ex literis.1.X.d.mut.petit. 21.f.387.p.
c. ad hæc.1.X.ut lit.non conteſt. 196.f.
c. quoniam.ult.X.Eod. 596.f.
c. inhærentes.1.X.d.juram.calumn. 48.m.
c. tuam.3.X.d.ordin.cogn. 471.m.
c. ſuper.ult.X.Eod. 470.f.
c. ad ultimum.2.X.d.cauſ.poſſ. & propr. 174.p
c. licet.1.X.d.reſtit.ſpoliat. 471.m.
c. in literis.5.X.Eod. 24.f.
c. olim.12.X.Eod. 579.f.
c. literas.13.X.Eod. 471.p.
c. cum ad.15.X.Eod. 24.m.
c. Piſanis.ult.X Eod. 376.p.
c. ad hæc.1.X.d.dol.& contum. 166.f.
c. finem.5.X.Eod. 56.p.
c. cum monaſterium.1.X.d.confeſſ. 367.p.
c. ex epiſtolæ.1.X.d.probationib. 411.p.
c. ex literis.3.X.Eod. 24.m.330.m.
c. per tuas.10.X.Eod. 423.p.
c. cauſam matrimonii.14.X.Eod. 379.p.
c. cum tu.16.X.d.teſtib.& atteſt. 104.f.
c. ſuper eo.22.X Eod. 544.m.
c. licet.23.X.Eod. 551.f.
c. tam literis.33.X.Eod. 544.m.
c. Albericus.43.X.Eod. 424.f.
c. ſuper eo.3.X.d.teſtib.cog.vel non. 537.p.
c. afferte.2.X.d.præſumpt. 510.m.
c. illud quoque.11.X.Eod. 227.m.
c. literas.14.X.Eod. 510.m.

c. cum

c. cum in juventute.15.X.Eod. 552.p.
c. pervenit.2.X.d.jurejur. 176.m.
c. ad noſtram.7.X.Eod. 460.f.
c. ex reſcripto.9.X.Eod. 257.m.
c. querelam.10.X.Eod. 161.p.
c. veritatis.14.X.Eod. 181.m.
c. ad noſtram noveris.21.X.Eod. 88.m.
c. quemadmodum.25.X.Eod. 720.f.
c. Etſi Chriſtus.26.X.Eod. 177.m.
c. cum contingat.28.X.Eod. 673.f.
c. intellecto.33.X.Eod. 95.m.
c. mulieri.34.X.Eod. 68.f.
c. cum inter.5.X.d.except. 385.m.
c. dilecti.8.X.Eod. 657.m.
c. placuit.2.X.d.præſcript. 320.m.321.m.
c. de quarta.4.X.Eod. 321.m.
c. illud.8.X.Eod. 684.p.
c. quoniam.ult.X.Eod. 681.m.
c. cum aliquibus.6.X.d.ſent.& re jud.297.p. 432.f.
c. iator.7.X.Eod. 579.m.
c. tenor literarum.10.X.Eod. 196.m.
c. cum te.23.X.Eod. 405.f.
c. cum ſit.5.X.d appellat. 33.f.
c. dilecti.52.X.Eod. 34.f.36.m.
c. cum dilectæ.4.X.d.confirm.util.vel inut. 338.m.
c. ad audientiam. 5. X. d. Cler. non reſidentibus &c. 396.p.
c. niſi eſſent.21.X.d.præbend.& dign. 587.p.
c. dilecto filio 25.X.Eod. 317.m.
c. cum in cunctis.1.X.d.his quæ fi. à majore part. cap. 177.f.
c. nulli.5.X.d.reb.eccl.alien.vel non. 96.f.
c. ad noſtram.5.X.d.empt.vend. 408.f.
c. inſinuatione.1.X.d.feud. 32.m.
c. nullus.1.X.d.pignor. 295.p.
c. ex præſentium.3.X.Eod. 299.p.507.m. 512.p.
c. illo vos.4.X.Eod. 295.f.408.f.
c. cum contra.6.X.Eod. 234.f.
c. cum conſtet.ult.X.Eod. 294.f.712.f.
c. pervenit.2.X.d.fidejuſſ. 60.f.
c. conſtitutus.3.X.Eod. 61.p.
c. indicante.4.X.d.teſtam. 267.p.523.p.557.p
c. ſi hæredes.6.X.Eod. 557.p.
c. cum eſſes.10 X.Eod. 527.f.
c. relatum eſt quod.11.X.Eod. 92.m.411.f.
c. relatum eſt audivus.12.X.Eod. 317.p.
c. cum tibi.13.X.Eod. 520.f.
c. officii.14.X.Eod. 533.p.
c. requiſiſti.15.X.Eod. 533.f.
c. cum dilectus. ult. X. d. ſucceſſ. ab inteſt. 134.f.
c. fraternitatem.3.X.d.ſepult. 199.m.
c. ſacris.12.X.Eod. 443.m.
c. cum ſimus.14.X. d. regularib. & tranſ. ad relig. 378.p.686.p
c. ex publico.7.X.d.converſ.conjug. 485.f.
c. venientis. 2. X. d. vot. & vot. redempt. 680.f.
c. conſtitutus.6.X.d.relig.domib. 696.m.
c. dilectus.2.X.d.capell.monach.22.f.194.p.
c. aqua.9.X.d.conſecr.eccl.vel.alt. 151.m.
c. ſententiam.pen. X. ne cler. vel monach. ſecul.negot.ſe immiſc. 345.f.
c. præterea.2.X.d.ſponſ.& matr. 477.m.
c. ex literis.10.X.Eod. 37.m
c. præterea de.12.X.Eod. 551.f
c. cum locum.14.X.Eod. 619 f.
c. inter opera.20.X.Eod. 66.f.
c. cum apud ſedem.23.X.Eod. 230 p.
c. tuæ.25.X.Eod. 225.m.232.m.
c. tua.1.X.d.deſponſ.impub. 231.m.
c. acceſſit.5.X.Eod. 220.m.
c. ſi quis.1.X.d.clandeſt.deſponſ. 82.p.
c. ſuper eo 5.X.d.condit.appoſ. 224.f.228.f. 230.m.
c. ſi conditiones.ult.X.Eod. 228.f.230.m. 476.f.
c. ſignificavit. 2. X. d. eo, qui dux. in matr. quam poll.per adult. 23.m.
c. ſi quis.ult.X.Eod. 23.m.
c. non debet.8.X.d.conſang.& aff. 128.m.
c. accepiſti.1.X.d.frig.& malef. 152.m.210.p.
c. quod.2.X.Eod. 468.p.
c. fraternitatis.6.X.Eod. 468.f.
c. cauſam.4.X.qui fil.ſint legit. 59.m.
c. per venerabilem.13.X.Eod. 276.m.285.p.
c. porro.3.X.d.divort. 471.m.
c. gaudemus.ult.X.Eod. 221.m.
c. mulieres.1.X.d.don.int.V. & U. 88.p.
c. ſignificavit.2.X.Eod. 633.p.
c. plerumque.4.X.Eod. 209.m.
c. per veſtras.7.X.Eod.90.m. 632.m.699.p.
c. donatio.ult.X.Eod. 88.p.
c. capellanum.1.X.d.ſec.nupt. 236.m.
c. ſuper.pen.X.Eod. 620.p.
c. cum.ult.X.Eod. 620.p.
c. tanta.7.X.d. Simon. 544.f.
c. licet.31.X.Eod. 174.p.
c. tua nos.34 X.Eod. 446.p.

c. mandato.ult.X.Eod. 446.p.
c. quoniam.1.X.d.magiſtr. 83.f.
c. ad liberandam.17.X.d. Judæ. 303.f.
c. inter feciſti.2.X.d.homicid. 78.f.483.p.
c. ſuſcepimus.10.X.Eod. 78.f.
c. cum cauſa.pen.X.d.raptor. 230.f.383.p.
c. plures.1.X.d.Uſur. 32.m.
c. cum tu.5.X.Eod. 697.m.
c. conqueſtus.8.X.Eod. 32.f.
c. poſt mirabilem.12.X.Eod. 701.m.
c. cum in diverſis.16.X.Eod. 32.f.
c. naviganti.ult.X.Eod. 245.f.478.f.
c. ad audientiam.3.X.d.crim.falſ. 307.f.
c. eccleſia.uit.X.d.fortil. 463.m.
c. crimina.2.X.d.colluſ.deteg. 561.f.
c. audivimus.3.X.eod. 564.m.
c. ſanè.9.d.privil. & exc.privileg. 391.m.
c. quia circa.22.X.Eod. 516.m.517.m.
c. in his.30.X.Eod. 404 p.
c. ſi læſerit.4.X.d.injur. 252.p.
c. inquiſitioni.4.X.d.ſent.excom. 426.f.
c. cum voluntate.54.X.Eod. 315.m.
c. forus.10.X.d.V.S. 330.m.544.f.548.p.
c. pactum.11.X.Eod. 269.f.
c. abbati.25.X.Eod. 484.p.
c. novimus.27.X.Eod. 562.f.

EX LIBRO SEXTO DECRETALIUM.

c. licet.1.d.conſtitut.in 6. 190.f.
c. diſpendia.3.d.reſcript.in 6. 387.p.
c. gratia.7.Eod.in 6. 45.m.
c. licet.2.d.offic.vicar.in 6.. 151.f.
c. quamvis.2.d.pact.in 6. 17.f.671.p.
c. non indiſcrete.1.d.procur.in 6. 185.m.
c. ad decimas.ult.d.reſtit.ſpoliat.in 6. 471.p.
c. ſi poſt.2.d.confeſſ.in 6. 312.m.
c. epiſcopum.1.d.præſcript.in 6. 321.m.
c. cordi nobis.1.d.appellat.in 6. 35.f.
c. ſi tibi.17. d. præb. & dign.in 6. 312.m.
c. cum quis.2.d.ſepult.in 6. 442.m.
c. licet.4.Eod.tit. 530.m.
c. epiſcopus. ult. ne cler. vel monach. ſecul. in 6. 151.m.
c. decrevit.14.d.hæret.in 6. 671.m.
c. ſtatutum felicis.15.Eod.tit. 291.f.
c. ad ſuccidendos.1.d.ſchiſmat.in 6. 46.m.
c. pro humani.1.d.homicid.in 6. 142.f.
c. quanquam.2.d.Uſur.in 6. 550.p.
c. quamvis.3.d.pœn.in 6. 53.m.
c. felicis.§.quod ſi quis.Eod.tit. 292.p.
c. ſi clericos.15.d.ſent.excom.in 6.55.f.106.m.
c. odia.15.d.R.J.in 6. 255.f.
c. mora.25.d.R.J.in 6. 701.p.
c. quod omnes.29.d.R.J.in 6. 582.m.
c. eum,qui.31.d.R.J.in 6. 612.m.
c. utile.37.d.R.J.in 6. 133.p.
c. cum quid.39.d.R.J.in 6. 477.p.
c. non præſtat.52.d.R.J.in 6. 133.m.

EX CLEMENTINIS.

clem. cum illuſtro.1.d.renunc. 675.m.
cl. cum lite.ult.ut lit.pend. 56.f.
cl. multorum.1.§.4.d.hæretic. 151.f.
cl. ad noſtrum.ult.Eod. 265.p.

EX EXTRAVAGANTIBUS COMMUNIUM.

c. un. in extrav. comm. d. reb. Eccleſ. non alien. 318.m.

EX INSTITUTIONIBUS

§.3.proœm.Inſt. 102.f.
pr.I.d.J.N.G.& C. 213.p.
§.4.I.d.patr poteſt. 222.m.
pr.I.d.nupt. 116.p.
§.10.I.Eod. 213.f.
§.pen.I.Eod. 255.p.
§.30.I.d.R.D. 599.m.
§ 2.I.d.author,tutor. 583.m.
§.3.I.d.uſufruct. 711.m.
§.6.I.d.teſtam.ordin. 547.f.
§.19.I.Eod. 538.m.
§.liberis autem.6.I.d.pupill.ſubſt. 18.m.
§.17.I.d.legat. 18.m.
§.2.I.d.L.Aquil. 114.f.
§.3.I.d.act. 616.m.
§.21.I.Eod. 303.m.
§.35.I.Eod. 54.m.193.p.
§.4.I.d.publ.jud. 618.p.

EX DIGESTIS.

l.1.§.3.ff.d.J. & J. 213.p.
l.2.ff.Eod. 397.m.
l.3.ff.Eod. 76.m.
l.11.ff.Eod. 170.m.429.m.
l.1.ff.d.Legib. 242.f.
l.20.ff.Eod. 384.m.
l.32.§.1.ff.Eod. 366.m.
l.1.ff.d.conſtitut.princip. 194.p.
l.3.ff.Eod. 45.m.
l.8.ff.d.ſtat.hom. 131.m.
l.31.ff.d.adoption. 284.f.

l.6.§.ult.

l.6.§.ult.ff.d.offic.proconſ. 243.f.
l.6.§.1.ff.d.off.præſid. 428.f.
l.18.ff.Eod. 243.f.
l.pen.ff.d.jurisdict. 57.p.
l.1.ff.quod quisq; jur.in alt.ſtat. 65.p.
l.7.in pr.ff.qui ſatiſd.cog. 593.m.
l.8.§.1.ff.Eod. 593.m.
l.ult.ff Eod. 398.m.
l.1.§.1.ff.d.fer.&dilat. 170.m.
l.8.ff.Eod. 515.m.
l.7.§.14.ff.d.pact. 565.f.
l.27.§ 2.ff.Eod. 268.p.491.f.
l.34.ff.Eod. 249.p.
l.38.ff.Eod. 655.f.
l.25.ff.d.procurat. 324.f.
l.4.ff.d.in integr.reſtit. 118.f.
l.8.§.pen.ff.quod met.cauſ. 78.p.563.m.
l.9.§.1 ff.Eod. 76.m.
l.13.ff.Eod. 315.m.
l.21.§.5.ff.Eod. 621.p.
l.19.ff.d.minorib. 592.f.
l.16.ff.ex quib.cauſ.maj. 285.f.
l.11.§.3.ff.d.recept.qui arb. 269.p.
l.27.§.ult.ff.Eod. 268.f.
l.4.ff.d.judic. 172.f.
l.14 ff.Eod. 463.m.
l.23.ff.Eod. 192.m.
l.2.ff.d.inoff.teſt. 616.m.
l.36.§.ult.ff.d.hered.pet. 114.m.
l.9.§.5.ff.d.uſufruct.& quem. 678.f.
l.12.§.2.ff.Eod. 713.p.
l.15.§.4.ff.Eod. 705.
l.3.ff.quib.mod.uſusfr.amitt. 714.m.
l.12.in.§.ff.Eod. 712.m.
l.1.ff.d.Uſufr.ear.rer.q.uſ.conſ. 705.m.
l.3.ff.ſi uſusfr.petet. 238.f.
l.9.§.2.ff.uſufr.quemadm.cav. 685.m.
l.9.§.pen.ff.Eod. 705.p.
l.20.§.2.ff.d.ſervit.urb.præd. 163.m.
l.16.ff.d.ſervit.ruſt.præd. 598.m.
l.13.§.1.ff.comm.præd. 148.f.
l.pen.ff.ſi quadr.paup.fec.dic. 252.p.
l.4.in §.ff.ad L.Aquil. 116.f.
l.3.§.ult.ff.Eod. 732.f.
l.6.ff.Eod. 732.f.
l.23.§.9 ff.Eod. 309.m.
l.27.§.25.ff.Eod. 599.m.
l.5.§.2.ff.d.his,qui effud.vel dejec. 665.f.
l.25.§.3.ff.fam.erciſc. 22.f.
l.4.ff.comm.divid. 238.m.
l.7.ff.Eod. 238.m.
l.4.in pr.ff.d.interr.in jur.fac. 163.p.
l.pen.ff.Eod. 162.m.
l.14.§.3.4.ff.d.rel.& ſumpt.fun. 443.m.
l.43.ff.Eod. 231.f.285.f.
l.44.ff.Eod. 666.f.
l.3.§. 4.ff. d. condict. cauſ. dat. c. non. ſec. 268.f.
l.9.in §.ff.Eod. 90.m.
l.1.ff.d.condict.ob turp.cauſ. 447.p.
l.2.ff.Eod. 447.p.
l.4.§.3.ff.Eod. 204.f.
l.ult.§.3.ff.d.condict.indeb. 592.m.
l.1.in pr.ff.d.pignor.act. 299.m.
l.9.§.9.ff.d.pecul. 259.m.
l.17.§.1.ff.depoſit. 444.p.
l.1.§.1.ff.mandat. 332.f.
l.8.§.3.ff.Eod. 332.f.
l.8.§ 8.ff.Eod. 335.p.
l.12.§.11.ff.Eod. 338.f.
l.60.§.1.ff.locat. 710.f.
l.6.ff.d.pignor.& hypothec. 296.m.
l.9.in §.ff.Eod. 296.f.
l.8.§. 11. ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolv. 522.m.
l.29.§.ult.ff.d.evict. 610.m.
l.57.ff.Eod. 432.f.
l.26.ff.d.Uſur. 602.m.
l.32.ff.Eod. 240.p.
l.10.ff.d.probat. 158.m.
l.13.ff.Eod. 422.f.
l.25.in pr.ff.Eod. 326.p.
l.10.ff.d.teſtib. 538.f.
l.21.§.ult.ff.Eod. 422.f.
l.20.ff.d.jur.dot. 469.f.
l.56.§.1.ff.Eod. 90.m.
l.66.ff.Eod. 711.m.
l.76.ff.Eod. 90.m.
l.32.§.13.ff.d.don.int.V.&U. 153.f.
l.41.ff.Eod. 421.p.
l.60.in §.ff.Eod. 214.f.
l.61.ff.Eod. 214.f.
l.2.§.2.ff.ſolut.matrim. 115.f.
l.14.in §.ff.Eod. 592.f.
l.38.ff.Eod. 231.f.
l.39.ff.Eod. 408.p.
l.1.§.ult.ff.d.ventr.inſpic. 457.f.
l.4.ff.d.tutor.& curat.dat. 324.f.
l.3.ff.d.excuſat. 455.p.
l.17.ff Eod. 455.p.
l.3.§.1.ff.d.reb.eor.qui ſub.tut. 238.m.
l.21.§.ult.ff.qui teſt.fac.poſſ. 458.p.

l.9.§.13.

Digitized by Google

l.9.§.13.ff.d.hered.inſtit. 556.p.
l.1.§.1.ff.teſt.quemad.aper. 564.f.
l.17.ff.d.SCto.Silan. 346.f.
l.122.§.ult.ff.d.legat.1. 534.f.
l.1.ff.d.legat.2. 521.p.673.m.
l.32.§.1.ff.d.legat.2. 517.p.
l.14.§.1.ff.d.alim.& cibar.leg. 221.p.
l.14.ff.d.dot.prælеg. 543.m.552.m.
l.32.§.6.ff.d.aur.arg.mund.&c.legat. 508.m.
l.5.ff.d.condit.& demonſtr. 506.f.
l.52.ff.Eod. 521.p.
l.32.§.ult.ff.ad L.Falcid. 534.m.
l.1.§.2.ad SC.Trebell. 554.p.
l.59.§.ult.ff.Eod. 455.m.
l.pen.ff.quand dies legat. 220.m.
l.1.d.bonor.poſſeſſ. 238.f.
l.2.§.4.ff.d.collat. 623.f.
l.1.§.6.ff.d.bon.poſſ.ſec.tab. 715.m.
l.1.§.8.ff.Eod. 525.f.
l.6.ff.d.jur.patron. 398.m.
l.1.ff.d.oper.libert. 515.f.
l.14.§.6.ff.d.bon.libert. 145.f.
l.10.in pr.ff.d.grad.& affin. 30.f.
l.2.§.3.ff.d.aq. & aq.pluv.arc. 148.m.
l.2.§.5.ff.Eod. 315.p.
l.25 in pr d.mort.cauſ.don. 532.m.
l.25.in §.ff.Eod. 532.f.
l.9.in pr.ff.d.man.vindict. 563.m.
l.38.d.fideicomm.libert. 522.p.
l.46.ff.Eod. 521.p.
l.12.§.3.ff.d.liber.cauſ. 518 f.
l.55.ff.d.A.R.D. 600.602.f.
l.3.§.13.ff.d.A.vel.A.P. 599.f.
l.30.§.1.ff.d.Uſuc.& Uſurp. 322.f.
l.40.ff.Eod. 322.f.
l.44.§.3.ff.Eod. 322.f.
l.8.ff.pro empt. 338.f.
l.4.ff.quæ in fraud.cred. 447.p.
l.241.ff.Eod. 285.f.
l.1.§.1.ff.ne quid in loc.ſacr.fi. 415.p.
l.2.§.16.ff.ne quid in loc.publ. 348.f.
l.3.in pr.ff.uti poſſid. 313.m.
l.2.§.4.ff.d.aq.quotid.& æſt. 323.p.
l.11.ff.d.diverſ.& temp.præſcript. 710.f.
l.47.ff.d.O.& A. 631.m.
l.65.ff.d.V.O. 508.m.
l.83.§.5.ff.Eod. 132.f.
l.227.ff.Eod. 259.f.
l.1.§.1.ff.d.novat. 531.m.
l.12.§.1.ff.d.furt. 600.p.
l.39.ff.Eod. 382.f.
l.52.§.2.ff.Eod. 172.f.
l.81.ff.Eod. 405.p.
l.ult.ff.Eod. 309.m.
l.8.§.ult.ff.arbor.furt.cæſ. 647.m.
l.1.§.5.ff.d.injur.& fam.libell. 260.m.
l.18.in pr.ff.Eod. 655.f.
l.4.ff.d.publ.jud. 353.p.
l.5.ff.Eod. 64.p.
l.7.in pr.ff.d.accuſat. 498.f.
l.16.ff.Eod. 622.p.
l.13.§.3.ff.ad L.Jul.d.adult. 472.f.
l.29.§.4.ff.Eod. 47.f.236.m.
l.1.§.pen.ff.ad L.Corn.d.ſicar. 78.m.
l.8.§.1.ff.ad L.Jul.pecul. 415.p.
l.ult.ff.ad L.Fab.d.plagiar. 301.m.
l.1.§.17.ff.d.quæſt. 157.m.
l.1.§.27.ff.Eod. 375.f.
l.5.ff.d.pœn. 365.m.
l.10.§.ult.ff.Eod. 381.m.
l.11.in pr.ff.Eod. 307.m.
l.17.in §.ff.Eod. 647.f.
l.18.ff.Eod. 25.m.
l.38.§.5.ff.Eod. 85.f.
l.38.§ ult.ff.Eod. 142.f.
l.ult.ff.d.cadaver.punit. 433.f.
l.1.§.ult.quæ ſent.ſine app.reſc. 391.f.
l.32.ff.d.jur.fiſc. 257.f.
l.6.§.7.ff.d.re milit. 142.f.
l.15.in pr.ff.ad Municip. 563.p.
l.ult.ff.Eod. 398.m.
l.3.§.ult.d.decurion. 109.m.
l.2.§.ult.ff.d.pollicitat. 680.m.
l.1.§.3.ff.d.extraord.cognit. 109.m.
l.11.in pr.ff.d.muner.& honor. 421.p.
l.2.ff.d.V.S. 596.f.
l.15.ff.Eod. 404.f.
l.47.§.1.ff.Eod. 678.p.
l.84.ff.Eod. 292.p.
l.121.ff.Eod. 695.m.
l.195.§.ult.ff.Eod. 210.p.
l.239.§.6 ff.Eod. 569.f.
l.23.ff.d.R.J. 327.m.
l.29.ff.Eod. 132.f.
l.81 ff.Eod. 508.m.
l.88.ff.Eod. 239.f.
l.94.ff.Eod. 508.m.
l.144.ff.Eod. 314.f.
l.183.ff.Eod. 45.m.
l.200.ff.Eod. 204.f.

Digitized by Google

Ex Codice.

l.1.C.d.ſumm.trinit. 699.m.
l.inter Claras.C.Eod. 136.f.274.p.397.p. 699.m.
auth.ſi qua mulier.C.d.SS.eccleſ. 685.f.
l.14.§.2.C.Eod. 486.m.
l.4.§.3.C.d.hæretic.& man. 502.f.
l.un.C.nem.lic.ſign.ſalv.Chriſt.&c. 396.f.
l.5.C.d.pagan.& ſacrific.& templ. 413.p.
l.5.C.d.legib. 598.m.607.f.
l.ult.C.Eod. 278.p.
l.3.C.d.Edend. 21.f.
l.4.C.Eod. 20.f.410.p.
l.21.C.d.pact. 336.f.
l.ult.C.eod. 674.f.
l.12.C.d.tranſact. 336.f.
l.20.C.eod. 515.f.
l.31.C.eod. 570.p.
l.1.C.ne liceat potent.&c. 28.m.
l. un. C.d.his qui potent.nom.tit.præd.aff. 28.m.
l.1.C.Ubi Senat.vel Clariſſ.civil. vel crimin. con. 366.m.
Authent. Sacramenta puberum. C. ſi adv. vend. 177.p.
Auth. Si omnes. C.ſi min. ab hered. ſe abſt. 512.m.
l.3.C.In quib.cauſ.in integr.reſt.neceſſ.non eſt. 161.m.
l.3.C.ſi min.ſe major.dix.vel maj.prob.fuer. 185.m.
l.1.C.d.form.& impetr.act.ſubl. 21.f.
l.2.§.4.C.d.jurej.propt.cal.dand. 181.m.
l.17.C.d.judic. 150.f.
5.l.un.C.ne quis in ſua cauſ.judic. 324.f.
l.1.C.quando lic. unic.ſine jud.ſe vind.77.p.
l.8.C.d.Uſufr.&habit. 710.m.
l.14.C eod. 713.m.f.
l.11.C.d.ſervitut. & aq. 616.f.
l.Alearum.3.C.d.aleat.& al.luſ. 207.f.
l.11.C.d.religioſ.& ſumptib. fun. 433.f.
l.2 C.d.Reb.cred. & jurej. 292.m.
l.un.C.d.ſuffrag. 243.f.
l.un.C.d.prohibit.ſequeſtrat.pecun. 444.f.
l.un. C. ut act. & ab hæred. & contr. hæred. inc. 715.p.
l.7.C.de probationib. 423.p.
l.10.C.d.teſtib. 538.f.
l.21 C.ad SC.Vell. 592.m.
l.26.C.d.Uſur. 696.f.
l.21.C.Mandat. 689.f.
l.ult.C.d.contrah.empt. 673.m.
l.2.C.d.reſcindend.vend. 604.p.
l.5.C.d.act.empt. 240.p.
l.3.C.d.Rer.perm. 18.m.
l.3.C.d.loc.& conduct. 702.m.
l.3.C.d.jur.emphyt. 56.f.
l.20.C.d.nupt. 616.p.
l.27.C.eod. 153.m.
l.29.C.d.jur.dot. 298.m.
l.30.C.eod. 298.m.
l.ult.C.d.pact convent. 300.f.
l.10.C.d.repud. 152.f.
l.8.C.d.teſtam. 293.f.
Authent.quod ſine.C.Eod. 526.p.
l.fin.C.d.hæred.inſtit. 499.f.
l.8.C.d.impub. & al. ſubſtit. ibid.
l.fin.C.Eod. 323.f.
l.ult C.d ed.D.Adr.toll. 21.f.555.m.
l.ult.C.d.bon. quæ liber. 685.m.
l.14.C.d.ſentent.& interlocut. 390.m.
l.10.C.d.appellation.& conſultat. 335.m.
l.2.C.d.privileg.fiſc. 297.f.
l.14.C.d.oper.publ. 148.f.
l.aſſiduis.ult.C.qui pot.in pign.hab. 45.f. 298.m.
l.fin.C.d.pact.pign. 592.m.
l.5. C. d. contrahend. & committ. ſtipulat. 491.f.
l.17.C.d.evictionib. 611.m.
l.2.C.quæ ſit long.conſuet. 51.p.
l.35.§.ult.C.d.donat. 269.m.
l.8 C.d.revocand.donat. 89.m.
l.un.C.ſi quis Imp.maledix. 670.p.
l.5.C.ad L.Jul.Majeſtat. 291.m.
l.22.C.ad L.Jul.d.adult. 236.f.
l.29.C.d.t. 636.f.
l.34.C.ad L.Jul.d.adult. 425.m.
l.2.C.d.malefic.& mathem. 41.f.
l.4.C.d.t. 465.f.
l.un. C. quand. civ. alt. crim. præjud.&c. 309.f.
l.fin.C.d.injur. 335.m.
l.2.C.d.quæſtionib. 352.m.
l.4.C.eod. ibid.
l.2. C. ut intr. cert. temp. crimin. quæſt.termin. 615.f.
l.12.in §.C.d.pœn. 669.f.
l.16.C.eod. 336.p.
l.3.C.d.profeſſorib. & med.libr.10. 311.m.
l.un.C.d.mendic.val.libr.11. 287.f.

l.un.C.d.Venat.ferar.libr.11. 679.p.
l.19.C.d.agric.& cenſ.& colon.libr.11.288.f.
l.21.C.Eod. 123.p.
l.ult.C.Eod.tit. 123.f.231.m.
l.1.§.1.C.qui militare poſſ.lib.12. 398.m.
l.3.C.d.primipil.lib.12. 148.m.

EX NOVELLIS.

Nov.1.c.2. 573.m.
Nov.6.c.1.§.3. 66.p.
Nov.7.c.3. 316.p.
Nov.39.c.1. 111.p.
Nov.53.c.3.§.2. 168.f.
Nov.53.c.4. 79.m.
Nov.53.c.4.§.1. 237.f.
Nov.86.c.2. 168.m.
Nov.90.c.1. 549.p.
Nov.100.c.2. 210.f.
Nov.117.c.4. 253.m.
Nov.117.c.14. 732.m.
Nov.120.c.5. 316.f.318.m.699.m.
Nov.131. 699.m.

SYLLABUS ALTER QUI eſt materiarum.

A.

ABſens reip.cauſâ pag.395.
Abuſus tollit uſum. 687.690.
Acceptilatio inutilis non continet utile pactum. 17.
Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. 17.
Accuſans ad ſubſcriptionem tenetur. 498.
Accuſatus accuſare accuſatorem non poteſt.19. ad purgationem tenetur.20.
Actio eſt remedium omnib.commune. 21.
Actiones omnes non ſunt bonæ fidei. 23.
Actionis nomen eſt exprimendum. 21.
Actionum eſt concurſus. 22.24.
Actio perſonalis non datur adverſus tertium. 21.
Actore non probante reus abſolvitur. 409. an idem in Uſurariis. 698.
Actus legitimi conditionem non recipiunt. 25.
Adſcriptitius non eſt ſervus. 121.
Adulterium eſt,etſi non committatur. 25. inter crimina eſt minora. 25. cum ſoluta committitur. 461. cum ſponſa. 472. quotuplex. 26.
Adulterium & fornicatio non diſtinguuntur. 112.
Adulteram filiæ pater occidit. 25.
Advocati tutelares. 27.
Advocatus de quota litis paciſci poteſt. 29.
Advocatus dolo uti poteſt. 29.
Ætas virilis. 30. eorum qui contrahunt matrimonium. 220.
Affinitas ex quavis carnali cōjunctione.30.
Affinitas ſolvitur matrimonio. 30.
Affinitatis non ſunt gradus. 30.
Affinitatis ſunt genera. 31.
Agens civiliter pœnam perſequitur. 308.
Aleæ luſus prohibetur. 205.
Alienatione judicii mutandi cauſâ factâ contra quem quis agat & coram quo conveniatur: item ad quas actiones pertineat.31.
Alienationis verbum quæ contineat. 31.
Antichreſis. 32.
Appellans coram eodem judice litigat. 32. temere damnatur in expenſas. 33. ab omni gravamine poteſt. 33. etiam in cauſa momentaneæ poſſeſſionis. 34. rectâ ad Pontificem. 34. à quovis judice. 343.
Appellari à ſententia Epiſcopi ad Metropolitanum. 35. abſque verbo poteſt. 35. Appellatio tolli non poteſt. 36. in criminalibus:in poſſeſſorio ſecundùm utrumque effectum: in minima cauſa, ita ut ei deferre judex debeat. 37. appellat excommunicatus. 100. cauſam conventionis & reconventionis appellatio non diſtinguit.385.
Appellationis tempus: appellatur quis. 38.
Apprehenſio an ſit privata. 44.
Arbiter ſententiam fert: in re, in qua judex erat. 38. non fert ſententiam, à qua appelletur: arbitrari non cogitur: arbitri ſi diſſentiant. 39.
Arbitri omnes præſentes: tantum ſuſpicionis cauſam cognoſcant.40.

Archic-

Archiepiſcopus cum pallio ſepelitur. 435.
Aſylorum jus. 42.

B.

Bellum deferens eſt infamis. 44.
Beneficia Eccleſiaſtica non dantur ſub conditione vel ad tempus. 44.
Blaſphemi pœna: an Blaſphemi quinti Evangelii præcones. 45.222.
Bona mobilia in quo loco vindicantur. 47.
Bonus præſumitur. 47.

C.

Calviniani hæreſeos accuſantur. 38.
Cambium probatur 736.
Capitis diminutionis tria ſunt genera. 53.
Capti ab hoſtibus fiunt capientium. 146.
Carcer eſt pœna. 53.
Caſtratio eſt permiſſa. 53.
Caſtrum ſi in feudum concedatur, non intelligitur conceſſa jurisdictio. 18.
Ceſſio bonorum revocari non poteſt. 54. ab obligatione non liberat. 55. habet locum in debitore ex L. Aquilia. 55. ejus non eſt cauſa ſimulata. 56.
Charitas bene ordinata. 445.
Charta bianca. 423.
Chirographi amiſſio non nocet. 56.
Citationi inſit cauſæ adjectio. 56.
Citatio inchoat proceſſum. 331. fit ad diem feriatum. 57. ad ſingulos actus judiciarios requiritur ſpecialis. 57. quotuplex. 58. ſine die expreſſo valet. 58. *ubi juri Civili addēda eſt negativa* non: omitti poteſt. 58. adversùs citatum contumacem fertur ſententia. 58. Citatus quale deliberandi tempus habet. 667.
Clerici accuſant. 18. non poſſunt eſſe advocati. 26. non agnoſcunt judicem ſecularem. 59.60.62. non committunt crimen læſæ majeſtatis. 60. ſunt fidejuſſores. 60. poſſunt delegare, quod per ſe non exercent. 61. permiſſæ ſunt iis diſputationes de fide. 61.
Cognatio ſpiritualis impedit matrimonium. 62.
Colloquium non ſit inhoneſtum. 63.
Communitas rerum è quo jure. 63.
Compenſatio ipſo jure & in delictis obtinet. 64. 621. 657. in executione an objiciatur. 410. etiam objicit, qui ſe ſoluturum juravit. 460. 462.
Compromiſſum fit nudo pacto: cum juramento: habet pœnam ſtatutam. 64.
Conatus punitur. 65.
Concubinatus eſt licitus. 65.155.
Condictio ob turpem cauſam an in promiſſis. 67.
Conditio impoſſibilis jure in teſtamento vitiatur. 67.
Conditio impoſſibilis matrimonium non vitiat. 67.
Conductor tenetur de culpa leviſſima. 68. 197. ibidem conductio fit ad triennium: fit ad longum tempus. 198. à Prælato factæ ſucceſſor non ſtat. 199. conductor quando expellatur. 702.
Confeſſionem revocare licet. 68. tollit præſumptionem juris & de jure. 325. non eſt probatio. 330.
Confeſſo de ſe ſuper alienum crimem non credatur. 69.352.
Conſanguinitas eſt cognatio. 69.
Conſenſus plurium. 69.
Conſilium & præceptum opponuntur. 313.
Conſobrini matrimonium ineunt. 70.
Conſtitutiones futuris dant formam negotiis. 51.
Conſuetudo contra canones induci poteſt. 51. irrationabilis valet. 70. jus ſcriptum explicat: quo tempore inducatur. 71. ei non inſeritur clauſula derogatoria: à lege differt. 190. à more non differt. 242. peccandi non tollit pœnam. 310.
Contractus innominati pœnitentiâ revocantur. 71.
Crimina omnia publica. 71. 175. infamant. 72. 289. an perpetua. 319.
Criminis conſciorum non eadem eſt pœna. 72.
Culpa & dolus differunt. 72.
Cultus divinus conſiſtit in alimentis. 73.

D.

Damnatorum bona. 46.
Dare nemo poteſt quod non habet. 73.
Decimæ poſſunt præſcribi: earum eſt neceſſitas. 74. ita ut eas conſuetudo non tollat. 75. Solvuntur non tacitâ impenſarum deductione. 114.
Decreti quod capitula. 5. *ubi in linea ultima lege non connumeratis, quia jis connumeratis ſunt.* 3852.

Defenſio bonorum non fit armis. 41. defenſio alterius. 75. non fiat apprehenſo alio: ſit proportionata. 76. 77. 78.
Delegato non obſtat triennii lapſus. 79.
Delegatus Papæ poteſt ſubdelegare, exequi. 79.
Delictum non eſt niſi ſit dolus. 85. non detegendum. 653.
Denunciatio eſt neceſſaria. 80. differt ab accuſatione. 18. non accipit præmium. 80.
Depoſitarius de culpa levi. 80. depoſitum conſiſtit in re immobili. 81.
Deſponſatio clandeſtina non valet. 81.
Dilatio ſæpius datur: ejus tempus eſt arbitrarium. 82.
Divortii ſignificatio. 82.
Docens non exigat pretium. 83.
Doctorandum præcedat examen. 84. Doctor an terræ culturæ incumbere poſſit. 288. quæſtioni non ſubjicitur. 365. Doctor, qui poſtulare non poteſt, privatim conſulit. 84.
Dolus annullat contractum. 85. committenti nocet. 85.
Donatio jurata excedit 500. ſolidos: deficiente conditione deficit. 86. etiam non jurata excedere poteſt: ex quatuor cauſis revocatur. 87. inter V. & U. non valet: ob ſupervenientiam liberorum revocatur. 88. in piis cauſis non eſt inſinuatio. 156.
Dos non eſt res ſpiritualis. 89. quando conſtante matrimonio repetatur: dotare pater cogitur. 90. dotis nomine intervenit cautio. 91.
Duellum. 143. 246.
Duplum, in quo emptor aut venditor læſi dicuntur, ut computetur. 603.

E.

Eccleſia eſt una univerſalis. 109. reſtituitur adversùs libertatem: reſtituitur in præjudicium Laici. 406.
Eccleſiæ & Principes in diſpoſitione ultima privatorum jure utuntur. 91.
Eccleſiæ regimen quo anno committatur. 94.
Electio quot formis fiat: an citra juramentum. 94.
Emens rem alienam à fiſco eſt ſecurus. 94. 95.
Emphyteuſis eſt perpetuus contractus. 315. eccleſiaſtica quibus data cenſetur: ejus objectum eſt in immobilibus. 96.
Emphyteutæ mora non purgatur. 97. emphyteuta invitus emphyteuſin non retinet. 278. reverſam Prælatus iterum conſtituit. 316. quando à Prælato conſtituta ſit inutilis. 317.
Empta res ex pecunia aliena fit emptoris. 95.
Emptor læſus ultra dimidium reſtituitur. 95.
Epiſcopi non omnes ſunt Epiſcopi. 250.
Epiſcopus in tota ſua diœceſi jurisdictionem exercet. 97. invito domino manumittit. 98.
Evictio non habet locum, niſi venditio præceſſit. 607. Evictionis denunciatio fit ante inſtitutum judicium. 609. qualis denunciatio ſufficiat. 610. ſemper eſt neceſſaria. 611.
Eulogiæ. 195.
Exceptio & præſcriptio differunt. 98. Exceptio quando opponitur: quamdiu exceptio non numeratæ pecuniæ. 99. Exceptio excuſſionis attenditur. 101. Exceptionem non probans in expenſas condemnatur: pluribus uti poſſumus. 100.
Excommunicatus non eſt infamis. 102
Exteri etiam promovendi. 339.

F.

Fabularum eſt uſus. 102.
Factum præſumitur. præcisè non præſtatur. 104.
Fama quatenus attendatur. 667.
Feriis renunciari poteſt. 107.
Feudalis cauſa in dubio quod jus ſequatur. 107.
Fidejuſſor an in criminalibus. 108.
Fides ſemper eſt ſervanda. 109. 452.
Filiusfamilias ſine conſenſu patris nuptias contrahens non exhæredatur: omnino exhæredari non poteſt. 102. poteſt eſſe in judicio. 109. 172. parentem in jus vocare non poteſt: privatur legitimâ non implens voluntatem defuncti: detrahit duas quartas. 110. etiamſi delinquat, pater legitimam non ſolvit. 111.
Fœnus nauticum. 245.
Fœtus eſt homo. 112.

Forni-

Fornicationis non eſt pœna. 113.
Forum competens facit conſenſus. 113.
Frater fratrem accuſare non poteſt. 18.
Frigiditas quamdiu probatur. 152.
Fugere quilibet debet. 114.
Furem occidere licet. 115. 116. Furti non eſt pœna: finis non eſt lucrum: ignorans non obſtringitur: Furtum fit in Calice: eſt judicium publicum. 117. fit in re nullius: incorporali: pecore: re minima: ſine contrectatione. 118. fit in caſu neceſſitatis. 119. eſt delictum, nec pœnitentiâ purgatur: rapinæ opponitur: 120. non fit in re hæreditaria. 134. hodie pœna furti eſt ſuſpendium 305.
Furioſi non eſt conſenſus. 115.

G.

Gradus in linea collaterali non eſt primus: Graduum computatio in linea collaterali eſt gemina. 125. qualis in linea recta. 127. prohibitio quando procedit in infinitum. 128. 195.
Grammaticæ ſcientia requiritur. 129. ignorantia toleratur. 131. 458.

H.

Habilitas ſuperveniens convalidat actum. 132.
Habitus non facit monachum. 133.
Hæredis inſtitutio non confertur in alterius arbitrium. 133. 520. Hæreditas pacto non datur; eſt ejus rei quæ alienari non poteſt. 134. Hæreditas civilis & ſucceſſio prætoria concurrunt. 503. Hæredes ſui fiunt ſine immixtione. 505. Hæres quatenus teneatur. 135.
Hæretici poſtulant. 136. iis fides data ſervetur. 137. ſepultura negatur. 138. horum exterminium qui proſequantur. 139. bona publicantur: libri leguntur. 140. an bello laceſſendi. 397.
Hermaphroditus ordinari poteſt. 141.
Homicida eſt, qui abortionis aut amatorium poculum dat: eſt latro: plures tenentur etiamſi non conſtet, cujus ictu quis perierit: ſunt homicidæ, qui cum telo ambulant: homicidii pœna eſt capitalis. 142. 445. quâ non tenetur homicidio cauſam dans. 142. 143. Homicidium eſt omnis iniquus motus. 146.
Honorum delatio admittit ſaltum. 418.
Hypotheca eſt rei immobilis. 116.
Hypotheca tacita in furum bonis non eſt. 116.

I.

Imperator eſt ante coronationem: 147. coronatio Papæ an neceſſaria. 557. ejus non ſunt omnia. 148. vocatur Rex. 149. leges condit. 188. interpretatur. 277.
Imperitis officia non conferantur. 150.
Imperium merum non mandatur. 151.
Incendiarii pœna. 154.
Incertitudo vitiat diſpoſitionem. 154.
Inceſtuoſis alimenta debentur. 155.
Ingreſſus monaſterium retinet præbendam. 155. 239. fideicommiſſi eſt capax. 108. nobilis amittit nobilitatem. 248.
Inimicus non accuſat. 19.
Injuria non fit volenti. 670. modica non infamat. 155.
Injuriarum actio non eſt in bonis noſtris: non tendit ad palinodiam. 156.
Inquiſitio delicti non valet, ſi non præcedant indicia: in omni crimine locum habet: ultra 20 annos inſtitui poteſt. 157.
Inſtitutio hæredis fit in re certa. 554.
Inſtitutio captatoria non valet. 157.
Inſtrumentorum editio quando fiat: an major ſit fides, quàm teſtimoniorum: ei inſeritur nomen Imperatoris. 158.
Interdictum recuperandæ poſſeſſionis adversùs quem: Interdictis uti poſſidetis & utrubi quis vincat: unde vi quando terminatur. 159. Interdictum uti poſſidetis nomine rei incorporalis: & utrubi non differunt. 160.
Interpellationem non tollit juramentum. 160.
Interrogationes quando proponuntur. 162.
Judæi veteres Synagogas reſtaurant: eorum cum Chriſtianis non eſt communio; non ſunt Medici. 163.
Judex an ſecundùm acta & probata judicet. 101. 426. ſpe impunitatis propoſitâ verum elicere poteſt. 451. domicilii de quovis crimine cognoſcit: Eccleſiaſticus carcerem non habet: non poteſt multare: in cauſis brevioribus non requirit ſcripturam: in ſua cauſa non eſt: Judex loci remittit ad locum rei: non exequitur ſententiam injuſtam: ordina-

rius recuſare poterit: poteſt committere cauſas majores: 165.166.167.168. Secularis non cognoſcit de quæſtione nativitatis: non procedit ſine cauſæ cognitione: Judicis malè judicantis pœna.169. Judicem alium Clericus non ſubſtituit: ejus officium differt ab actione.170. Judicis recuſatio qui fiat.171. Judicibus ſportulæ debentur.483. Judices ſi ſint ordinarii in caſu confinii, præventioni eſt locus.665. Judex officium ſuum impertitur rogatus.262.

Judicium conſtituitur per citationem. 171. inter parentes & liberos.172. petitorium & poſſeſſorium cumulantur. 173.

Juramentum calumniæ an præſtatur.175. an in cauſa criminali.48. præſtatur per procuratorem: in primo litis exordio omitti poteſt.48. in ſpiritualibus cauſis remittitur: ei accedit juramentum malitiæ & de veritate dicenda.49.50. præſtiturus ſit jejunus.50.

Juramentum verba non deſiderat.174. diſtinguitur à voto. 175. metu non extorqueatur: non eſt neceſſarium: omne eſt eſt ſervandum. 176. ſive formiter ſive informiter juratum ſit.179. non eſt probatio.330. fit per Evangelium: per procuratorem.180. non eſt ſpontaneum: remitti poteſt teſtibus: tranſit ad hæredes: jurare non eſt neceſſum.181. jurare non poteſt minor: per creaturam non licet. 182. Juramentum quis remittat.398.

Jura ſub bonis. 46.

Jurisdictio delegata perpetuatur per citationem.78. quæ prorogatur.183. quomodo.343. reconventione prorogatur.388.

Jus Canonicum bene olet. 488. prævalet Civili: Canonici cauſa efficiens.52. Origo.1. varia appellatio.3. definitio.4. partitio. 5. cum civili collatio. 7. authoritas & uſus.8. legendi modus.14. jus gentium vel civile: gentium unde denominatur. 183. poteſt probari. 184. juris præcepta. 313. ſecundum præceptum an ſufficit.314.

Juſtitia gratis adminiſtratur. 243.

L.

Laico in Eccleſia nulla eſt poteſtas. 92.185.

Lamiæ occidendæ. 658.

Laus propria improbatur. 185.

Legati conſequendi quartum remedium. 187. Legatum eſt in re aliena.188. poteſt relinqui cum onere.533. non tamen onus excedat legatum.534. Legatarii in codicillis teſtes.537.

Legi ſubeſt ratio.384. Legis virtutes.641.

Legitima an revocetur. 191.

Legitimatio non requirit inſtrumenta dotalia. 191.

Legitimè fit quod non eſt legitimum. 191.

Libelli famoſi pœna. 192.

Libelli mutatio.192. alternativus valet.193. ſuſtinetur æquitate canonicâ: ſi plus contineat, rejicitur.194.

Liberi ſequuntur conditionem matris. 195.

Lite pendente nihil innovetur.407. ejus conteſtatio eſt narratio: in cauſa matrimoniali non eſt neceſſaria.196. ei ſe offerens habetur ac ſi poſſideret: in cauſa appellationis litis conteſtatio non eſt neceſſaria 197.

Locatio eſt contractus conſenſualis. 198.

Logicam curet JurisConſultus. 199.

Loquitur quis, quod ſentit. 200.616.

Ludi ſcenici prohibentur. 201.

M.

Mala fides defuncti tranſit ad hæredem. 505.

Marito jus præſentandi competit.208. maritus accuſans uxorem ad inſcriptionem non tenetur: eſt caput familiæ: adulteram reducere poteſt: ejus paraphernalia non lucratur.209. poſt quinquennium adulterii non accuſat.210.

Mathematicæ artes probantur. 41.

Matres infantibus non ſuum lac præbeant. 211.

Matrimonialis cauſa in foro ſeculari. 211.

Matrimonium adſtringitur arrhæ: non pœnæ.41. non eſt juris naturalis.212. non eſt ſervorum.213. non Clericorum. 214. cum vidua fratris: eſt individuum. 221. invitis parentibus contractum non eſt reſcindendum.224. eſt ſine dote.225. 728. inter tutorem & pupillam eſt prohibitum.581. pendet è conjunctione animorum: præſumitur.227. recipit conditionem. 228. requirit conſenſum patris. 229. ejus etiam, qui contrahit.231. benedictionem ſacerdotalem: non verba.232. nec ſufficit deductio in domum mariti. 234. non differt à nuptiis.255. an inter ortho-

orthodoxum & infidelem.264. non inter præſidem provinciæ & fœminam inde oriundam.325. matrimonio adjicitur conditio viduitatis.618.
Mendacium. 453.
Mercator poteſt eſſe Chriſtianus. 234. cariùs vendens non eſt uſurarius.235.
Mercenarius. 236.
Meretrici donatio fit.26. Meretrix quæ.236. ibid. formoſa.
Miſſio an fiat in rem tantùm petitam. 237.
Miſſus ante annum non fit poſſeſſor. 238.
Moderamen inculpatæ tutelæ. 579.
Monachi ſunt ſervi. 239.
Mora alia ex re. 239. purgari non poteſt: committi non poteſt.240.
Mores quotuplices. 240.
Mulier renunciat SC. Vellejano. 590. non ſuſcipit arbitrium.40. non condit legem. 242. non eſt homo.243. non procuratrix. 338. in repet. dote quibus præferatur.45. 297. an porrigatur tacitum pignus ad parapherna: nec ad donationem propter nuptias.300.
Munera nuptialia ut dividantur. 738.
Muri ſancti. 244.
Mutus & ſurdus cōtrahunt matrimonium. 203.

N.

Neceſſitas non habet legem. 245.
Negans non punitur. 248.
Novū opus etiam epiſcopo nunciatur.251. non poteſt nunciari propter viam publicam: quando ceſſat.254.
Noxalis actio non competit propter damnum à columbis illatum. 251.
Nullum ab initio non convaleſcit. 253.
Numero præfertur authoritas. 254.262.
Nuptiæ inter filium & ſponſam patris non ſunt.146. intra annum luctûs licitæ.252. eas contrahentium diſparitas non tollit. 253. ſecundæ ſunt conceſſæ.255.256. adulteræ conceduntur.256. etiamſi ſint inceſtæ, filii poſſunt eſſe legitimi.154. quis inceſtas contrahat.256.

O.

Obſides dari poſſunt: teſtari non poſſunt. 257.
Obſtagii eſt uſus. 258.
Occiſio ſervi licita.258.445. ſui ipſius illicita.258. etiam tuendæ caſtitatis causâ.260
Officia eidem non plura committantur. 455.
Opinio communis. 262.
Ordo diſtinguit primum & ultimum. 663.
Oſculum. 265.

P.

Pacta dotalia an revocentur. 635.
Pactum non parit actionem. 266. non omne legitimum.270.
Pancration. 270.
Papa ſimulat humilitatem. 68. 93. liberalitatem. 282. commiſerationem. 286. pœnæ ſeveritatem. 154. ſanctitatem. 244. permittit ebrietatem.184. lupanaria. 204. excogitat jubileum.201. in creatione mutat nomen. 249. errare poteſt. 270. non eſt ſucceſſor Petri.272. eſt etiam fœminei ſexûs.274. conſentit in parochiæ conſtitutionem.82. græca legit.128. non eſt epiſcopus.251. injuriam ſibi illatam non in continenti punit: legitimare non poteſt: gratiam revocare non poteſt.276. non convocat Concilia. 279. non reſtituit in integrum.405. Conſecrat res ſacras.414. relaxat juramentum.174. ſe Imperatore putat majorem.93. 257. 281. Papæ eodem tempore plures.279.
Patriam poteſtatem quæ dignitas tollit: ætas non tollit. 284.
Patronatûs jus quid: ſolâ fundatione acquiritur: præſentatione indigni amittitur. 285.
Pauperes alendi. 286.
Perduellionis pœna derivatur in liberos, etiamſi ante crimen contractum nati ſint.289.290. etiam in nepotes.291.
Perjurii eſt pœna. 292. ejus à perfidia diſcrimen: perjurus eſt infamis.293.
Peſtis eſt juſtus metus. 293.
Pignoratitia actio non datur adversùs tertium. 294.
Pignus non conſiſtit in re ſacra nec in immobili: eſt contractus.295. non conſiſtit in libero homine: non in re aliena: transfert poſſeſſionem: 296. ſolâ conventione conſtituitur: tacitum eſt generale.299.
Plagii pœna. 301.
Plus causâ petere licet.54. quot modis petatur. 301.

Pœna

Pœna minuitur dignitate.301.eſt imponenda ſecundùm qualitatem criminis: excedere poteſt quadruplum.302.303.ibidem. facit ſervum. eſt infligenda, quæ magis timetur, 304. certam ſtatutam ſequatur judex.306. ejus ſpecies eſt deportatio. 307. an & ultimum ſupplicium.309.
Poeſis. 310.
Pollicitatio an obligat. 312.
Polygamia eſt illicita. 226.
Poſitio negativa non procedit.312. ibidem, qui poſitiones exhibet,confitetur.
Poſſeſſor in pari cauſa eſt potior. 342.
Poſſidere duo non poſſunt. 313.
Præſcriptio non eſt beneficium.45. Præſcribit Eccleſia contra Eccleſiam. 318.684. præſcribunt hæredes: præſcribitur res depoſita: res meræ facultatis.319. actio: currit à tempore prælati malè alienantis: requirit bonam fidem.320. 321.681. ibidem requirit titulum. an ſufficiat lucrativus.685. requirit poſſeſſionem.322. in defuncto bonam fidem. 505. præſcribens in conſcientia ad reſtitutionem non tenetur.682.
Præſentare quis ſeipſum non poteſt. 323.
Præſumptio non eſt probatio. 325.
Precaria ſive precarium. 326.
Precarium quid,an contractus. 327.
Princeps legibus eſt ſolutus. 327.
Privilegia deficiente causâ exſpirant: privilegiorum eſt renunciatio: morte concedentis an finiatur.328. privilegium pœnitentiâ revocatur.329.
Probatio alia eſt teſtium: alia inſtrumentorum: probatio eſt ſemiplena.329. incumbit actori: ejus ſpecies non eſt notorium.330.
Procurator abſens conſtituitur: manet etiam obveniente ſacerdotio.331. eſt minor: fit interveniente ſcripturâ: datur à procuratore procurator.332. non in cauſa criminali: non in re ſua.333. non admittitur: poteſt eſſe incertus: impetrat reſtitutionem: tenetur appellare. 334. ignominioſus an ſit. 335. Procuratoris confeſſio nocet domino: procuratorem non conſtituunt Tutor, Curator, Prælatus Eccleſiæ: duo poſſunt eſſe procuratores: 336. procuratoris contumacia non nocet domino: procuratoris mandatum ejus morte revocatur. 337. Procuratorium mandatum aliud eſt generale,aliud ſpeciale.338.
Prodigus quis. 338.
Promittens ſub pœna, etiamſi det partem, ad totam pœnam tenetur. 339.
Promulgatio ad effectum obligandi quando ſufficiat. 342.
Provocatio ad divinum judicium. 429.
Pubertas. 343.
Publiciana habet locum.344. datur uno domino.345.
Purgatio per aquam frigidam eſt nulla.345. 347.

Q.

Quæſtionem præcedant indicia.346. Quæſtio minor non tollit majorem.352. Quæſtio ſive tortura eſt legitimum remedium.353.Quæſtionem executor non examinet.365. Quæſtioni non ſubjicitur de cujus crimine conſtat.366. Quæſtioni non eſt locus in cauſa civili.367. ibidem ſi quis ſubjectus fuerit non præcedentibus indiciis,quis ejus quæſtionis eſt effectus. Quæſtioni fides non ſemper habeatur.369.
Qualitates poſſunt abeſſe citra ſubjecti corruptionem. 376.
Querela inofficioſi inſtituitur poſt mortem naturalem. 377.
Querelæ læſionis ultra dimidium quomodo inſtituitur. 378.
Querela non eſt actio. 379.
Qui non habet in ære luit in corpore. 380.

R.

Rapta raptori nubere non poteſt.381.raptus pœna: raptor etiam eſt meretricis.382. ſponſæ.383. raptus à ſtupro differt: eſt in conſentiente.383.
Ratihabitio eſt expreſſa & tacita. 383.
Reconventio fit coram arbitris.384. eſt mutua actio.385. fit ante litem conteſtatam. 386. non utramque cauſam unâ ſententiâ terminat. 387. ultra reum conventum porrigitur.389. eam Laicus Clerico opponere poteſt: reconventio habet locum. 390. reconventioni quì locus in poſſeſſione.392.
Redimendi jus. 393.408.
Redituum annuorum emptio. 394.

Rei

Rei favorabiliores quàm actores. 24.
Religionis libertas. 396.
Religioſus locus fit privatâ authoritate. 199.
Renunciatio jurata & ſimplex diſtinguuntur. 398.
Replicationes an infinitæ. 399.
Repreſſaliæ. 400. in iis omnes ſubditi tenentur. 496.
Reſciſſoria actio habet locum: datur poſtliminio reverſis. 400.
Reſcripta beneficiorum Eccleſiaſticorum ſtrictè accipiuntur. 45. Reſcripta veritate nituntur. 400. poſteriora derogant prioribus: ſunt perpetua. 401. ſi repugnent reſcriptis. 402. facit proprius motus: quomodo interpretanda. 403.
Reſpublica tantum eſt Romana. 404.
Reſtitutio cum actione nullitatis non cumulatur. 406.
Retentio non habet locum. 407.
Retorſioni an ſit locus. 406. 622.
Retractus. 408.
Reus actori arma non ſubminiſtrat. 410. reſpondet de jure ad ſe non pertinente. 411.
Rubrica non reſtringitur reſponſis. 412.

S.

Sacerdos habet hæredem ſuum. 511.
Sacer manet locus diruto templo. 199.
Sacræ res an in profanos uſus convertantur. 413. ſunt in nullius dominio: non poſſunt oppignorari: non alienari: 415. 416. ibidem non omnia ſunt ſacra.
Sacrilegii pœna: ſpecies. 418.
Sanguis è corpore occiſi effluens non eſt indicium. 348.
Satisdatio non eſt ejus qui nihil in bonis habet. 421.
Scripturæ diverſæ ſibi derogant. 422.
Scriptura privata non probat. 423.
Sententia non fertur in abſentem. 17. fertur in contumacem. ibidem. cauſæ expreſſionem non requirit: ſine ſcripto: in procuratorem fertur: inter alios lata non valet. 424. Lata ex præſumptione retractari poteſt: ei obſtat exceptio: non eſt ante rem judicatam: eam judex ſtando pronunciat. 425. tranſit in rem judicatam: poteſt eſſe injuſta. 429. transfert poſſeſſionem. 432.
Sepeliri non debent cadavera punitorum. 433. an qui ſeipſos occidunt. 435.
Sepultura eſt gratuita. 438. in quibus locis fiat. 439. an eam impediat debitum. 440. ejus libera eſt electio. 441. facit locum religioſum. 442. vilis & precioſa non diſtinguuntur. 443.
Sequeſter poſſidet: non eſt virginis: rariùs permittitur. 444.
Servitus eſt contra naturam. 445.
Simoniæ mentalis pœna. 445. quid ſit. 446.
Simulatio. 447.
Societas diſſenſu ſolvitur. 456.
Sodomiæ pœna. 456.
Solennitates intervenire debent: an præſumuntur. 457.
Solutio non poteſt fieri per partes. 462.
Sors non admittitur. 463. non ſortilegium. 464.
Spado non contrahit matrimonium. 468.
Spoliato remedia competunt. 470.
Sponſa non ſtatim ducatur. 471. poteſt alteri nubere, etiamſi priori juraſſet. 477. primâ nocte in virginitate maneat. 482.
Sponſalia alia ſunt de præſenti. 473. contrahi poſſunt ante ſeptennium. 474. contrahuntur ab iis, qui credebant ſe contrahere matrimonium. 475. ſub impoſſibili conditione tenent: etiamſi nulla operantur effectum. 476. non ſunt contractus. 477.
Sponſio eſt licita. 478.
Spurii ad ſacros ordines admittendi. 483.
Statutum de lucranda dote an locum habeat in ſponſa. 484. an in dote actualiter nondum tradita. 486.
Sterilitas an cauſa divortii. 487.
Stigmata in corpore humano reperta non ſunt indicium. 350.
Stipulatio alteri non fit. 490. differt à pacto. 491.
Stratagemata. 450.
Stuprator corruptã an ducere cogatur. 492.
Subſtitutio quæ excludit matrem: an fit hæreticis. 499.
Succeſſio ab inteſtato eſt juris Civilis. 500.
Succeſſionis futuræ non eſt licita renunciatio. 501.
Succeſſor præſtat factum defuncti. 504.
Superflua nocent. 507.

Digitized by Google

Suſpenſio & interdictum differunt. 509.
Suſpiciones ſufficiunt, ad quid. 510.
Syndicus eligitur à tota communitate: eſt procurator. 512.

T.

Tempus diurnum & nocturnum diſtinguuntur.513. futurum continetur ſub præſenti.516. immemoriale ſine titulo nõ attenditur.517. non perimit inſtantiam.519.
Teſtamentum eſt civis duntaxat Romani. 519. ejuſdem teſtatoris non eſt duplex. 715. confertur in alterius arbitrium.520. non admittit contractum.522. quaſi militare, quod tempore peſtis factum, non admittit tot teſtes.523. quilibet an teſtamentum revocet.524. requirit teſtes.526. ſeptem.527. ex imperfecto legata non debentur.525.
Teſtari poſſunt Epiſcopi & Adminiſtratores Eccleſiarum.97. non poſſunt excommunicati.101. poteſt conjux ſuper conjugis bonis.522. Clericus filiusfam.529. an damnatus ad perpetuos carceres.529. filiusfam. de peculio non caſtrenſi: non pupillus, etiamſi malitia ſuppleat ætatem.530. teſtari prohibitus poteſt mortis causâ donare.531.
Teſtes rogati adhibentur teſtamento.411. teſtes de confeſſione alicujus atteſtantes non plenè probant.535. domi an examinantur.536. an parentes in cauſa liberorum.537. in teſtamento poſſunt eſſe Clerici.539.542. teſtes ita ſe habent, ut contra eos poſt publicationem non excipiatur: lite non conteſtatâ non recipiuntur.539. non juratò deponentes carent fide.540. poſſunt cogi.541. teſtium receptionem præcedat una citatio: teſtes novi an recipiantur.542. teſtimonium domeſticum non valet, nec de auditu, nec ſcripturâ prolatum.543. Laici in Clericos non dicunt: mulier in criminalibus dicit.544. etiam in Codicillis.547. non tamen in teſtamento.548. Teſtes non ſunt, quorum crimen oſtendi poteſt: teſtes non ſint jejuni: non ſint majores 70 annis. 545. non in feſto jurejurando adigantur. 546. non ſint infames.548. non Uſurarii. 549. perjuri à quo arguantur.550. teſtium examen in criminalibus non poteſt committi, uni teſti non creditur.551.
Theſaurus in loco religioſo inventus ad quem ſpectet 552.
Tignum ſequitur fundum. 29.
Timoris juſti eſt excuſatio. 552.553.
Traditio quid operatur. 560.
Transactio eſt de crimine capitali.561. non de falſo: nec de infamia.562. à pacto differt.563. omnis eſt extrajudicialis: eſt remedium juris legitimum: reſcindi non poteſt.564. eſt incertæ.569. tranſigentes ad tranſactionem cogi non poſſunt.570. fit tranſactio de dubia ſtatûs quæſtione: de iis, quæ in teſtamento relicta.571.
Trebellianica deducitur ex fideicommiſſo univerſali. 377. Trebellianicam teſtator prohibet.572.
Tria ſunt omnia. 574.
Turpitudinem ſuam allegans non eſt audiendus. 575.
Tutela & cura differunt: nulla eſt fiduciaria. 580.
Tutor collegam tutorem dare poteſt: etiamſi plures ſint tutores, ſufficit unius authoritas.581. finitâ tutelâ rationes reddunt.582. tutoris authoritas quando interponitur.583. in matrimonio eſt neceſſaria. ibidem tutor deferens juramentum non jurat de calumnia. pecunias pupillares fœnori dat.586.

V.

Vectigalia nova non inſtituuntur: eorum remiſſio ex quo jure. 587.
Venatio arenaria.594. Clericis omnis illicita.595. à Principibus prohiberi poteſt. 596. ea etiam in alieno captum fit capientis.597. annumeraturne regalibus.676.
Venditio non eſt animalium, quæ in ſylva.605.
Venditoris qui juſtas menſuras & juſta pondera non habuerit, pœna. 606.
Verba facti narrativa juris diſpoſitionem non inducunt. 614.
Verecundia non eſt pœna. 615.
Viator extra caſum neceſſitatis uvas non colligit.616.
Viceſimæ non debentur. 617.
Vidua quid. 618. ad aulam Principis evocare poteſt.618.
Vi geſta non ſunt ipſo jure nulla.620.676.
Vindicta eſt illicita. 622.
Vini licitus eſt uſus. 690.

Violen-

Violentia intelligatur activa an paſſiva. 630

Vir & uxor quomodo contrahant ſocietatem bonorum. 632.

Virginitas conſiſtit in animo: probari poteſt. 638. ejus non eſt votum. 639.

Virgo non eſt, quæ non eſt honeſta. 636. mulieri non opponitur. 641.

Vis legibus eſt inimica: turbativa inquietativa. 647. ibidem.

Vita ſolitaria.

Vitricus privignam non ducit. 657.

Voluntas ultima eſt ambulatoria. 675. niſi accedat juramentum. 673. ab ea recedendo perjurus fit. 674.

Voluntatis ultimæ converſiones non fiunt in aliam rem. 657. plenior eſt interpretatio. 673.

Votum à perſona ad perſonam tranſit: ex errore omiſſum obligat: etiam impuberes. 680.

Urbs ſub ſe continet ſuburbia. 567.

Uſura in qua re. 695. in quo dominio. 696. ibdem, an præteriti temporis omnis eſt certa. 697. non eſt prohibita. 698. Uſuræ ſunt fructus civiles. 114. Uſuras qui recipiant. 315.

Uſusfructus an requirit cautionem: an ingreſſu in monaſterium amittatur. 685. quam requirit cautionem. 686. ab uſu differt. 703. à proprietate: eſt in veſtimentis. 704. non in perſonis: in rebus mobilibus. 712. non tranſit ad hæredes. 710. 712. non ceditur extraneo. 711.

Vulnerans de occiſo non tenetur: quid ſi vulnerantes ſint plures. 718.

Uxor ſoluto matrimonio alii nubere poteſt. 631. ibidem quando vir conſtante matrimonio ad dotis reſtitutionem tenetur. Uxor maritum adulterii accuſat. 718. devirginata repelli poteſt. 719. non repellitur propter excellentiam mariti. 723. pro marito quatenus obligetur. 730. an conſuetudine introduci poſſit, ut pro marito ſolvat. 734. verberibus mariti non ſit obnoxia. 732.

Z.

Zonam Clerici geſtare non poſſunt. 740.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

2·10

Digitized by Google